19. vº 2

18

ſeyẽdo coronado en tal mane...

...por teſtimõio ſignado...

ãto vos ſu
r relacion
vueſtro nõ

dar: lo qual es mi volũtad q̃ podays hazer
& hagays ſin perjuyzio alguno & quedan-
do aſſi miſmo a ſaluo qualquier derecho/

demandan ſieruo que ſuyo para otro lu-
gar. de agrico. & ciſitis. l. ſi colones. El ſex-
to es: ſi tu vezino tiene caſa vieja cerca de

¶ Noticia delas conteſtaciones.

La conteſtaciõ del pleyto a de eſcoger
recudimiento del negocio principal

R 3010

TRACTATVS

# DE PIGNORIBVS ET HYPOTHECIS, AVCTORIBVS

ANT. NEGVSANTIO,
FRANC. BALDVINO,
HVG. DONELLO,
GAB. MVDÆO,
I. C.

*Aliíque item quamplurimi, Aſſecurationis videlicet & Cautionum, Excuſſionum, Arreſtationum, Repreſſaliarum, Subhaſtationum, Sequeſtrationum, Ceſſionum, aliarum denique materiarum huc pertinentium, ex variis, celebrioribúſque V. I. Doctoribus deſumpti, quorum Catalogum verſa pagina indicabit.*

Maiore quàm hactenus vnquam diligentia fidéque nunc demum reſtituti, & vtiliſsimis argumentis illuſtrati:

*Cum indice rerum & verborum locupletiſsimo.*



DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
E. C. N. 7.

*LVGDVNI,*

Sumptibus Philippi Tinghi Florentini.

*M. D. LXXV.*

# INDEX TRACTATVVM IN HOC VOLVMINE CONTENTORVM.

DE PIGNORIBVS & *Hypothecis.*
- *Antonij Negusantij.pag.1.*
- *Hugonis Donelli.pag.193.*
- *Franciſci Balduini.pag.221.*
- *Et recens Gabrielis Mudæi.pag.253.*

DE PRIVILEGIIS *creditorum.* *Petri Vanderani.pag.337.*

DE EXCVSSIONE *bonorum.* *Iacobi de Arena.pag.432.*

DE EXCVSSIONIBVS *ſeu diſcuſsionibus.* *Benedicti de Plumbino.pag.434.*

DE SVBHASTATIONIBVS *ſeu bonis ſub haſta diſtrahendis.* *Iodoci Dambouderij.pag.436.*

DE DEBITORE SVSPECTO & *fugitiuo.* *Ioannis Baptiſtæ Caccialupi.pag.452.*

DE ARRESTATIONIBVS. *Petri PecKij Ziricæi.pag.473.*

DE CARCERIBVS. *Baldi de Vbaldis Peruſini.pag.517.*

DE REPRESSALIIS.
- *Ioannis Iacobi à Canibus.pag.520.*
- *Martini Laudenſis.pag.532.*

DE SECVRITATE. *Gulhelmi de Cuneo.pag.538.*

DE ASSECVRATIONE & *Sponſione.* *Petri Santernæ Luſitani.pag.542.*

DE SEQVESTRATIONIBVS & *ſequeſtris.*
- *Iacobi da Arena.pag.570.*
- *Franciſci Curtij Papienſis.pag.572.*
- *Angeli Peruſini.pag.584.*

DE CESSIONE *iuris & actionum.* *Ioannis de Graſsis.pag.586.*

DE CESSIONE *actionis.* *Iacobi de Arena.pag.592.*

DE CESSIONIBVS. *Incerto authore.pag.602.*

DE RENVNTIATIONIBVS *iuris.* *Iacobi Butrigarij.605.*

DE CESSIONE *bonorum.* *Matthæi Bruni Ariminenſis.pag.610.*

TYPO

# TYPOGRAPHVS CANDIDO LECTORI, S.

QVANDOQVIDEM nuper, cùm quaſi corpus Selectorum Tractatuum Iuris in frequentiſsima & vtiliſsima materia SVCCESSIONIS tam à teſtato quàm ab inteſtato, emitterem, ſpem Studioſis Iuris & Practicis fecerim, me idem & in aliis non minùs fertilibus & frequentibus materiis præſtiturum, ſi ſenſerim laborem hunc noſtrum non ingratum fore. Nunc hac vice fidem meam in hac materia ASSECVRATIONIS ET CAVTIONIS me rectè liberare putaui, propter ſummam huius materiæ vtilitatem & quodammodo neceſſitatem. Quam non eſt vt hîc in limine multis commendem, cùm ſeipſam ſatis commendet, vt in ſimili ait Vlpianus IC. in l.j.ff.de reſtitu.in integ. Tanta enim eſt hodie hominum malitia ac perfidia, vt facilè ſua fraude & calliditate probis & honeſtis imponant, alieniſque ſudoribus ſuas res augere, & bene delicatéque plerunque de iis cum alterius iactura, contra Naturæ præcepta, viuere ſtudeant, niſi quis ſibi diligenter caueat: Quemadmodum & tanta plerunque Fortunæ velubilitas, vt qui nunc diuitiis affulgeat, breui facultatibus labatur, & ita bona quæ putantur nomina, citò mala fiant, & aduerſa fortuna multas etiam diuitias vel vno momento ſæpe abſorbeat: meritò prudens Paterfamilias id operam dare debet, vt contra prædicta, ſibi rebúſque ſuis, quoad eius fieri poteſt, bene proſpiciat. Quod cùm egregiæ præſtent hi Tractatus, eorundem tractatio & cognitio cuilibet & præſertim Studioſis Iuris & Practicis, cum primis cordi eſſe debet. Quàm etiam id ſtuderimus, vt hi Tractatus emendatius multò quàm ante ſunt editi, in lucem prodirent, rem ipſam quoque ſatis loqui arbitramur: vt & de eo hîc multa facere verba, neceſſe non eſſe putemus. Tuum eſt igitur, Candide Lector, & hæc quæ tibi, iuxta antè à nobis datam fidem, nunc rurſus damus, quibus tibi tuíſque ſtudiis non parum nos conſulturos ſperamus, boni conſulere, & eodem animo quo à nobis proficiſcuntur, accipere. Quod ſi feceris, & alia eiuſmodi, non minùs vtilia, fortè breui à nobis ſpectabis.

VALE.

TRACTATVS

# DE PIGNORIBVS ET HIPOTHECIS, AVTHORE DN. ANTONIO NEGVSANTIO.

## AVTHOR AD LECTOREM.

*PIGNORVM & hypothecarum materiam, lector candidiſſime & doctiſsime, latè admodùm patêre, & ſubtilem ac frequentem eſſe, quotidiana rerum forenſium experientia docet, cùm in omni penè controuerſia aliquis articulus huius materiæ intercedat. Et quãuis per antiquos legumlatores ſatis copioſè pertractata fuerit: ſunt enim in digeſtis & Iuſtinianæo codice triginta peculiares tituli de ea inſcripti, & vnus tantùm in Decretalibus: tamen per Doctores poſtea legentes ſuper ea in locis ordinariis, modicè ſcriptum fuit: & in conſultationibus edendis, litibúſq; decidendis, nõ ſine magno labore in variis locis quærenda, & quaſi mendicanda eſt. Iure igitur hic noſter libellus, in quo tota ipſa materia collecta eſt, tibi ingratus videri non debet: ex eo enim laborẽ & multarũ chartarũ reuolutionẽ euitabis. Conatus etiã ſum, pro mei ingenij mediocritate, opus in partes conuenienter diſtinguere: & indicẽ (quẽ repertoriũ appellant) adiunxi. Si tamen aliquandò nonnulla minùs congruè, & non ſuis locis appoſita videbuntur, excuſatũ me iri oportebit: quandoquidẽ materia adeò connexa & quaſi affinis eſt, vt etiã apud ipſos antiquos legũlatores in ſituandis legibus ſub cõgruis titulis, aliquando aberratũ fuiſſe conſtet. Nã l. rẽ alienã, poſita ſub titulo, de pignor. actione, debuiſſet poni ſub titulo de pignoribus: cũ de hypothecaria diſſiniat, & non de pignoratitia, vt ibi Accurſius, Salicetus, & Paulus de Caſtro aduerterunt: & econuersò, l. ſi Titio, de pignoribus: ſub titulo, de pignorat. actione, ſituari debuerit, cũ de actione pignoratitia loquatur. In cæteris, autẽ per me ſcriptis, fateor elegantiùs & copioſiùs rẽ explicari potuiſſe & debuiſſe: & facillimè aliquos errores ſubeſſe poſſe: (homo enim ſum) & ideò omnia tuæ & aliorũ doctiſſimorũ virorũ correctioni ſubijcio: & præſertim ad id requiro meos in hoc magiſtratu Rotæ honorandos collegas, D. videlicet Gabrielẽ Calderonũ Fauẽtiũ, D. Martinũ. Ieneurũ Rachanatẽſem, D. Bernardinũ Ruffum Furciẽſem, D. Aeneã Vbaldũ Peruſinũ, & D. Neazarium Scopulũ Mãtuanum, doctrina, acumine ingenij, experientia, maturitate cõſilij, elegãtia dicendi & ſapientia nullis alijs huius noſtræ ætatis poſtponendos: erit igitur eorum arbitrij, demere & addere, quæcunque eis demẽda & addenda videbuntur. Vale, benigniſſime lector, amantiſſiméque virtutis, & mei memor.*

### IVLIVS NEGVSANTIVS FIlius ad operis authorem eius patrem.

*Debebam genitor quòd eram tibi in orbe creatus,*
*Quódque pari ſtudio diſcere iura licet:*
*Pignora nunc paruo tradis cumulata libello,*
*Quæ prius in varijs ſcripta fuêre locis.*
*Perpetuum natis nomen, famámque dediſti:*
*Vincula ſunt oneris ſic duplicata mei.*

### IDEM AD LECTOREM.

*Pignora Cæſarei lector pars optima iuris,*
*Quæ prius in varijs ſparſa fuêre locis:*
*Omnia ſunt iuſto nouiter collecta libello,*
*Quem genitor mira condidit arte manu.*
*Si cupis in cauſis errorem explodere agendis,*
*Hunc cape: multorum hic vnicus inſtar erit.*

### IDEM IN LIBELLVM DISTICHON.

*Dum fuerit legum in terris veneranda poteſtas,*
*Gratus leguleis iſte libellus erit.*

PRæmiſſa itaque prefatione, deueniẽdo iam ad ipſum Tractatum de pignoribus & hypothecis: cùm perfectio omnis operis maximè conſiſtat in ordine, & ordo ſit modus entium, vt per Baldum in procœmio ff. & ſcire quid facias, & neſcire quo ordine facias, (teſte Ambroſio) non eſt perfectæ cognitionis, refert Iaſ. in l. Gallus. §. idem credendũ. 2. col. in 2. lectura. ff. de liber. & poſth. & ſapientis eſt ordinare, ſecundũ Philoſophum 3. Metaphyſicæ, vt inquit Aretinus in conſi. 67. diligenter & maturè in princ. & ex his, quæ inordinatè acta ſunt, non poteſt ordinabiliter agi. c. qualiter & quando, el j. de accuſa. 14. quæſt. 5. c. fortè. c. quoniam frequenter. vt lit. nõ conteſt. glo. in l. prolatã. C. de ſentent. & Ariſtotel. 6. Metaphyſicæ. Idcircò opus iſtud ordinando, diuidam totum Tractatum in octo partes principales.

¶ In prima parte videbimus, vnde dicatur pignus & hypotheca, & quid ſint. Item in quo differant pignus & hypotheca.

¶ In ſecunda parte principali tractabimus de ſpeciebus hypothecæ: & diuiditur in quatuor membra. In primo membro videbimus differentias inter generalem & ſpecialem hypothecam. In ſecũdo membro videbimus, quæ veniãt, & quæ nõ veniãt in generali hypotheca bonorum. In tertio membro videbimus de ſpeciali expreſſa hypotheca, videlicet quæ res ſpecialiter & expreſsè obligari poſsint, & quæ non. In quarto membro ponemus de tacita hypotheca, & quibus caſibus tacita hypotheca inducatur.

¶ In tertia parte diſcutietur de pignoribus: & diuiditur in tria membra. In primo membro ponitur materia pignoris conuentionalis: in ſecundo, materia pignoris prætorij, & in fine ponuntur decem differentiæ inter pi-

gnus prætorium,& conuentionale:in tertio mēbro tan
gitur materia pignoris iudicialis.
¶In quarta parte examinatur materia pactorum ſuper
pignoribus:& primò ponitur pactum legis cōmiſſoriæ:
ſecundò,pactū occupandi hypothecam,ſeu pignus pro
pria authoritate:tertiò ſubduntur diuerſa alia pacta.
¶In quinta parte ponuntur effectus, qui vario modo re
ſultant ex hypothecis ſeu pignoribus: & diuiditur in
quinque mēbra. In primo tractatur de diuerſis effecti-
bus in genere.in ſecundo,de effectibus prioritatis& po
ſterioritatis hypothecæ:in tertio,de iure offerēdi, & de
eius effectibus:in quarto, de iure retinendi bona ex cau
ſa obligationis & hypothecæ,& etiam de expenſis me-
lioramentorum:in quinto, de fructibus pignorum.
¶In ſexta parte diſcutietur de reſolutiōe hypothecarū
& pignorū,& quibus modis tollantur & reſoluātur : &
diuiditur in tria mēbra: in primo tractabitur de vēditio
ne & alienatione pignorum,& de pactis quæ apponi ſo
lent in eis:in ſecundo , quibus modis pignora & hypo-
thecę tollātur præſcriptiōe & vſucapiōe:in tertio,quo-
modò tollātur pignora,nouatiōe & aliis diuerſis modis.
¶In ſeptima parte diſputabitur de actiōe pignoratitia:
& de eius materia:& diuiditur in tria membra . In pri-
mo videbimus,in quibus differat pignoratitia ab hypo
thecaria:in ſecundo , de natura huius actionis , & quo-
modò naſcatur:in tertio,quæ veniant in actione pigno-
ratitia,& pro quibus competant tam directa quàm cō-
traria:& primò de directa,deindè de cōtraria: & de mo
do libellandi & deducendi in iudicio vtranq;.
¶In octaua parte & vltima ponetur materia actionis
hypothecariæ:& diuiditur in tres partes. In prima vide
bimus aliqua de natura iſtius actionis hypothecariæ,&
etiam Saluiani interdicti, & quæ requirātur vt compe-
tat,& multa ponētur in materia excuſsionis : in ſecun-
da,quibus perſonis, & contra quas, & pro quibus com-
petat: in tertia, quandò oriatur iſta actio hypohecaria,
quæ ſint in ea probanda : & de modo libellandi tam in
hypothecaria, quàm in Saluiano interdicto.

*SVMMARIVM.*

1 *Pignus vndè dicatur,& in quibus conſiſtat.*
*Immobilia qualiter dicantur tradi manu.*
2 *Hypotheca ex quo nomen aſſumpſerit.*
3 *Hypotheca dicitur ius reale vel actio realis,quia con*
*ſtituitur ſuper rebus:nec per eam obligatur perſona de*
*bitoris,ſed res.*
4 *Pignus & hypotheca in quo differant.*
5 *Præſcriptio aliter conſideratur in pignore , aliter in*
*hypotheca.*
6 *Pignus & hypotheca differunt in proprio ſignificatu.*
7 *Hypotheca ſimplex ſi ſine traditione cōtrahatur,cre-*
*ditor non poteſt agere contra tertium poſſeſſorem, niſi*
*facta excuſſione contra debitorem principalem:ſecùs,*
*ſi pignus ſit datum creditoris,& poſteà cadat à poſſeſ-*
*ſione.*
8 *Statutum loquens de pignore,an habeat locum in hy-*
*potheca.*
9 *Differentia inter pignus & hypothecam,eſt potiùs no*
*minis & vocis,quàm rei & effectus.*

CApiendo itaq; primam partē Tra
ctatus noſtri,in qua vidēdum eſt:
vnde dicatur pignus & hypothe-
ca,& in quo differant. ¶ † Primò
1 quæritur,vndè dicatur pignus?&
reſpondetur breuiter, ꝙ pignus
dicitur à pugno : vt l.plebs.§.pi-
gnus.ff.de verbor.ſig.ex qua allu-
ſione etſi videbatur dicēdum , quòd pignus nō cōſiſte-
ret niſi in illis rebus,quæ manu tradūtur,& ſic in rebus
mobilibus tātùm : tamē ſecùs dicēdum eſt, videlicet ꝙ
etiam conſiſtat in rebus immobilibus,vt l.ſciendum.§.
creditor.ff.qui ſatiſd. cogan. & l.cùm notiſsimi : §. ſed
cùm illud.C.de præſcrip.30.annor.quia etiam immobi-
lia dicūtur manu tradi & accipi , dum de illorum terra
vel ſubſtātia pars aliqua pugno accipitur & clauditur:
ita declarat Sali.in l.ſi rem alienam.§.propriè.ff.de pi-
gno.act. ¶ Eſt benè verum, ꝙ iſta traditio rerum immo
bilium per acceptionem,de illius ſubſtantia eſt impro-
pria & abuſiua:quia nō traditur, nec accipitur tota res,
ſed quædam portiūcula pro toto:& ideò propriè loquē
do,pignus dicitur de rebus immobilibus:impropriè au
tem & abuſiuè,de immobilibus,vt eſt text.& ibi not.gl.
2 in d.l.plebs.§.pignus. ¶ †Secūdò quæro , vndè dicatur
hypotheca?& reſpōdetur quòd hypotheca dicitur ab
ὑπὸ ,quod eſt ſub,& θέσις ,quod eſt poſitio , quaſi quædā
ſuppoſitio vel obligatio rerum. nam ſupponere , idē eſt
quod obligare,vt probatur in Rubrica ff. de rebus eorū
qui ſub tut.vel cura.ſunt,ſine decreto nō alienādis , vel
ſupponēdis.Nam illud participium:ſupponendis, poni
tur ibi pro obligandis,vel pignorandis,aut hypothecā-
dis,vt probatur in l.j.eo.tit.§.fi.& l.ſeq.in quibus habe-
tur,quòd res pupillorum & minorum nō poſſunt aliena
ri,nec etiam pignori dari:& ſic ſecūda pars Rubric.quæ
loquitur de rebus nō ſupponēdis, verificatur in pigno-
3 ribus & hypothecis. ¶ † Et quia hypotheca conſtitui-
tur ſuper rebus,ideò dicitur ius in re , ſeu ius reale , vel
actio realis:quia per illā nō obligatur pſona debitoris
ſed res,vt l.eos.C.qui po.in pig.hab. & l.pignoris. C.de
pig.& l.pignoris.ff.eod.tit.& inſti.de actio.§.item Ser-
uiana.& no.Alex.in l.ſi filio.§.fi.in 2.col.in verſicul. per
hoc etiam dicebam ff.ſolu.matrimo.& ſequitur fundū,
& datur contra poſſeſſorem,vt l.ſi fundus.§.in vendica-
4 tione.ff.de pignor. ¶ † Tertiò quæritur , an pignus &
hypotheca differant?& in hac quæſtioue dicendum eſt,
quòd propriè loquendo , pignus dicitur quandò res o-
bligata traditur ipſi creditori,maximè ſi ſit res mobilis,
vt dictum fuit in prima quæſtione.Sed quādò nuda cō-
uētione res obligatur creditori,& ei aliter nō traditur,
dicitur propriè hypotheca,vt eſt tex.in l.ſi rem alienā.
§.propriè.ff.de pignorat.actio.& inſtitu . de actio.§.itē
Seruiana.verſicu.inter pignus &c. ¶ Sed iſta differētia
inter pignus & hypothecam,dicitur potiùs differentia
nominis vel vocis,quàm rei & effectus : vt eſt text. in l.
res hypothecæ.§.inter pignus.ff.de pignorib. & quan-
tùm attinet ad actionem hypothecariam,non differunt,
vt eſt text.in dicto.§.item Seruiana.verſic.inter pignus.
5 & ibi not.gloſ.in verſicu.nihil intereſt. ¶ † Hoc tamen
quod dixi , videlicet non eſſe differentiam inter pignus
& hypothecam , quantùm pertinet ad actionem hypo-
thecariam,fallit in tribus caſibus. ¶ Primus caſus eſt re
ſpectu præſcriptionis : quia quandò ſumus in pignore
proprio,quia ſcilicet creditor poſsidet pignus, nō cur-
rit præſcriptio in hypothecaria, quæ illi competit con-
tra eum:quia cùm poſsideat,nō poteſt ei imputari quòd
non egerit hypothecaria,& ideò ſit ei præſcriptum.Sed
quandò non poſsidet, & ſic ſumus in hypotheca : tunc
actioni hypothecariæ benè præſcribitur : diuerſimodè
tamen.Nam interdùm præſcribitur 10.annis , interdùm
20.interdùm 30.interdùm 40.Ita notat gloſſ.in dicto §.
item Seruiana.in gloſſ.in verſicul.nihil intereſt. Decla-
ratur hoc ita,quòd quādo tertius poſſeſſor poſsidet pi-
gnus cum titulo actionis hypothecariæ , competenti
creditori præſcribitur 10.annis,quādo ſumus inter prę-
ſentes : ſed quando ſumus inter abſentes,20. vt l.prima.
C.ſi aduerſus credit.libro 7.quando autem tertius poſ-
ſeſſor poſsidet ſine titulo,requiruntur 30. anni.l.cùm no
tiſsimi.in principio.C.de præſcript.30.annorū. quando
verò poſsidet debitor,vel eius hæres,requiruntur anni
40.vt eſt caſus in l.j.§.j.C.de anna.exception.Ita decla-
rat gloſſ.in dicta l.cùm notiſsimi.in princip.in verſicul.
ſpatiis.& Ange.de Aret.in d.§.item Seruiana.in vlt.col.
ſuper d.gl.in ver.nihil intereſt.& ponam de hac materia
præſcriptionis latiùs infrà,in ſecundo mēbro ſextę par-
tis prin-



6 tis principalis. ¶ †Secundus caſus , in quo inuenitur
differentia inter pignus & hypothecam in proprio ſi-
gnificatu , eſt , quando aliquis eſt obligatus alicui ido-
neè cauere . Nā licet ille qui ad hoc tenetur, adimpleat
talem obligationem dādo ei pignora idonea, quia ido-
nea cautio intelligitur cum pignore vel fideiuſſore , vt
l.ſi mandato Titij .§.finali.ff. mand.tamen non ſuffice-
ret ſimplex hypotheca bonorum:quia pignus tranſit ad
creditorem,hypotheca autem remanet apud debitorē
dict.l.ſi rem alienam.§.propriè.ff.de pignor. action.&
ideo non dicitur ita cautum creditori per hypothecam
ſimplicem,ſicut per pignus.ita tenet Ioannes Andre.in
additio. Spec.ſuper Rubr.de pigno.& aliis caut.in fi.in
addit.quæ incipit,ad ſecundam partem. & idem tenent
Franciſcus de Rampo,& Gaſpar de Caldarinis,in con-
ſil.16.eodem titulo.refert & ſequitur Domi.de Sanct.Ge
minia.in cap.fina.in princ.pen.col.in verſi.tamen Ioan.
7 Andr.latiùs,&c.de vſuris.lib.6. ¶ †Tertius caſus,in quo
inuenitur differentia inter pignus & hypothecam , re-
ſpectu actionis hypothecariæ,eſt:quia quando ſimplex
hypotheca eſt contracta ſine traditione,regulariter cre
ditor non poteſt agere hypothecaria contra tertiū poſ-
ſeſſorem,non facta prius excuſsione contra debitorem
principalem,vt in authen.de fideiuſſ.§.ſed neque . & in
authen.hoc ſi debitor.C.de pignor.Sed quando pignus
fuit traditum creditori, ſi ipſe poſtea cadat à poſſeſsiōe
culpa ſua vel caſu fortuito , poteſt agere hypothecaria
contra poſſeſſorem,non excuſſo aliter principali debi-
tore,vt firmat Alexander poſt Rapha.in Repe.l.ſæpè.co
lū.30.in verſicul.ſecundario dicitur,&c.per allegata ibi
per eum, de quo etiam latius dicetur infrà in 8.parte
principali,in membro excuſsionis,in quinta fallentia.
8 ¶ †Quartò quæritur ex prædictis,an ſtatutum loquens
de pignore,habeat locum in hypotheca?& Barto.in di-
cta l.ſi rem alienam.§.propriè.ff. de pigno.actio.mouēs
quæſtionem,dicit quòd videtur dicendum , quòd non:
quia verba in ſtatutis debent accipi ſecundum propriā
ſignificationem : ſubdit tamen , quòd ipſe non poneret
hoc pro conſtanti.Alexand.ibi in apoſt. dicit contrariū
vt vult ibi Paul.de Caſt.ego non inuenio quòd Paulus
dicat de hoc aliquid.Idem Alexan.in l.à Diuo Pio.§.in
venditione.in 5.colū.in gloſſ.in verſicul.pignoribus.ff
de re iudi.mouet hanc difficultatem.& dicit ſe nolle di
ſcutere,ex quo alij non tangunt.Ego †dubito de hac de
9 ciſione:quia differentia inter pignus & hypothecam,vi
detur potiùs nominis & vocis, quàm rei & effectus , vt
in dict.§.item Seruiana.& in di.l.ſi rem alienam.§.pro-
priè.& in l.res hypothecæ,§.inter pignus.ff.de pign.&
propterea non videtur attendenda: quia diſputatio de
nomine relinquenda eſt pertinacibus in iure,vt eſt tex.
& ibi gloſſ.in verſic.vocabula.& Bald.& Salic.in l.pen.
C.de conſti.pecu. ¶ Item quia quando duo conueniūt
in nomine,ſaltem latè & impropriè ſumpto vocabulo,
ſi in vtroq; militat eadem ratio,tunc ſtatutum etiā cor-
rectorium loquens in vno,militat etiam in alio.gloſ.eſt
no.in Clem.auditor.in verſic.beneficio.de reſcri.& gl.
in Cle.j.in verſi.eligatur.cum ibi not.per Paul.de Lea-
za.de elect.& habetur per Bart.Alex. & Iaſ.in l.Marcel-
lus.in princ.ff.ad Trebel.per Soc.in Rubr.ff.ſolu.matri.
in fin.j.col.per Barb.in Rub.extrà,de fid.inſtr.in 3.char-
ta.in verſic.5.plus audeo,&c.Cùm ergo pignus & hypo
theca ſaltem impropriè ſumpto vocabulo , idem ſint,d.
l.res hypothecæ.§.inter pignus.& d.§.item Seruiana.ſe
quitur,quòd vbi non datur ratio diuerſitatis inter illa,
quòd ſtatutum loquens de pignore,habere debeat locū
etiam in hypotheca,& econuerſo . & per hæc expedita
ſit prima pars principalis iſtius tractatus.

*SVMMARIVM.*

1 *Hypotheca ſpecialis eſſentia quæ requirat.*
2 *Debitor conuentus ex hypotheca generali,poteſt exci-*
*pere de dominio alterius : ſecùs,ſi ex ſpeciali cōuenia-*
*tur.*
3 *Bona eccleſiæ in contractu permiſſo poſſunt obligari ge*
*neraliter per prælatum abſque traditione,ſpecialiter*
*autem non.*
4 *Donatio facta vxori,quæ venit morte mariti confir-*
*manda,cenſetur reuocata , ſi maritus rem donatam*
*alteri ſpecialiter hypothecat:ſecùs , ſi generaliter hy-*
*pothecet omnia bona.*
5 *Alienatio prohibita cum ſpeciali hypotheca rei prohi-*
*bitæ alienari,reddit alienationem nullam:ſecùs,ſi cū*
*generali hypotheca.*
6 *Alienatio non infringitur per rei alienatæ ſpecialē hy*
*pothecam,dummodo per pactum non ſit prohibita.*
7 *Conductor,cui pro obſeruantia locationis fuit obligata*
*res locata,ſiue generaliter,ſiue ſpecialiter , habet ſolū*
*ius retinendi illam rem pro pignore, & ſingularis ſuc*
*ceſſor non cogitur ex hoc præcisè ſtare locationi,ſed ſol*
*uendo intereſſe,reſoluit ius retinendi,niſi in contractu*
*eſſet appoſitum iuramentum.& nume.9.*
8 *Obligatio ad intereſſe regulariter ſuccedit in obliga-*
*tionibus factis,nec in eis poteſt agi præcisè ad factum.*
10 *Generalis hypotheca minùs afficit,hoc eſt,minore vin-*
*culo obligat rem,quàm ſpecialis,& per ſpecialem con*
*ſtituitur plus iuris creditori,quàm per generalē,& re*
*gulariter prouiſio ſpecialis plus operatur quàm gene-*
*ralis.*

## Sequitur ſecunda pars principalis.

IN iſta ſecunda parte venit tractanda ma-
teria hypothecæ, & diuiditur in quatuor
mēbra.In primo videbimus,in quibus dif-
ferat generalis & ſpecialis hypotheca : in
ſecundo,quæ veniant,& quæ non veniāt in generali hy
potheca:in tertio,de ſpeciali hypotheca,videlicet quæ
poſsint,& quæ nō poſsint ſpecialiter obligari: in quar-
to,de tacita hypotheca,& in quibus caſibus inducatur.
¶Capio igitur primū mēbrū,in quo videndum eſt,quot
ſint differentiæ inter generalem & ſpecialem hypothe-
cam.Et inuenio inter generalem & ſpecialem obliga-
1 tionem bonorum,differentias ſex. ¶ †Prima itaq; diffe-
rentia eſt,quia ad eſſentiam ſpecialis hypothecæ requi
ritur,quòd tempore obligationis cōtractæ,res ſit in bo-
nis debitoris,ita quòd non ſufficeret ſi illa res poſt o-
bligationem contractam ſuperueniret in dominio ſeu
quaſi debitoris.text.eſt & ibi no.in l.j.in princ.ff.de pi-
gno.ſed ad eſſentiam generalis obligationis omnium
bonorum ſufficit,etiam ſi bona poſt contractam obliga
tionem acquirantur ipſi debitori:vt in d.l.j.in princip.
& l.& quæ nondum.§.j.eodem tit.& ibi per Bart.& hoc
procedit etiam ſi in generali obligatione bonorum ni-
hil fuit dictum de bonis futuris:quia illa omninò com-
prehenduntur:vt eſt caſus in l.fin.C.quæ res pig.oblig.
poſ.& declarat gloſſ.& Salic.in d.l.& quæ nondum.§.j.
2 ¶ †Secunda differentia,quæ etiam inſurgit ex prima,eſt
quòd quando agitur contra debitorem hypothecaria,ſi
agatur ex generali hypotheca,debitor poteſt excipere
rem illam,ad quam agitur,non fuiſſe nec eſſe ſuam , ſed
alterius,& nominare dominum pro quo poſsidet,& fru
ctus percipit,& hoc probare:quia hoc modo excipien-
do debitor non poteſt conuinci de mendacio,nec repli
cari de dolo contra eum, cùm obligauerit ſua bona in
genere.& ſic poteſt eſſe,quòd iſta res ad quam agitur,
non fuerit comprehenſa in generali obligatione , cùm
non fuerit debitoris,& iſto caſu creditor cogetur pro-
bare de dominio directo vtili,vel quaſi,ipſius debito-
ris ad obtinendum in cauſa.Sed ſi agatur ex ſpeciali hy
potheca,tunc debitor contra quem agitur,nō poterit
refricare quæſtionem dominij:quia ipſo facto cōuinci
tur de mēdacio,ex quo ipſam rem in ſpecie obligauit,
& hoc modo debet intelligi,& procedit.l.ſi intercolo

num.§.j.ff.de pign.& l.rem alienam.ff.de pign.& act.&
ita ſingulariter.no.Sal.in l.cùm res.in pen.col.in verſi.
Capio igitur iſtam materiam &c.ſi res alien.pig.da.ſit.
3 & refert Alex.in l.ſi pignore.§.j.ff.de pig.act.¶†Ter-
tia differentia eſt,quia licet prælatus eccleſiaſticus in
contractibus per eum factis non poſsit obligare ſpecia
liter res particulares eccleſiæ per ea quæ habentur in c.
nulli de reb.eccle.non alien.tamen in contractibus ei
permiſsis bene poteſt obligare generaliter bona eccle-
ſiæ,abſque tamen traditione illorum:vt probat text.in
d.ca.nulli à contrario ſenſu,in verſi.ſpecialis hypothe-
cæ.& iſtud tenet ibi Aegid.Oſtien.Ioan.And.Car.Flor.
& Abb.qui pro hoc etiam allegant id quod habetur in
l.pen.C.de his qui ven.æta.impe.& quòd legitur & no
in l.fi.C.quæ res pig.obli.poſ.vbi habetur,quòd genera.
lis hypotheca eſt modici præiudicij,& hanc concluſio
nem tenet etiam Abb.in c.3.de precar.& quanuis Anto.
de But.& Imol.in d.c.nulli.teneant,quòd etiam genera
lis hypotheca ſit prohibita prælato per tex.in authē.de
non ali.emph.§.ſi verò.tamen magis communis opi.eſt
in contrarium,vt apparet ex præmiſsis.Quam opin.etiā
tenuit glo.in §.nos igitur in verſic.ſpecialis.& in verſic.
creditoribus.in auth.de non alienan.vbi gloſſ.dicit, ꝙ
poteſt fieri generalis hypotheca bonorum Eccleſiæ,dū
modo fiat abſq; traditione,licet ſpeciale pignus contra
hi non poſsit:& ratio eſt ſecundum gloſſ.ibi, quia plus
iuris conſtituitur creditori per ſpeciale pignus,quā per
generale:vnde videmus.ꝙ mancipia,quanuis ſint gene-
raliter obligata,tamen poſſunt manumitti, ſecus ſi eſ-
ſent obligata ſpecialiter.vt.l ab eo.3.C.de ſeruo pig.da.
manu.& per hoc allegat.gl.tex.in §.ſinautē creditor.ver
ſi.ſi enim &c.in auth.de nō alienā.aut permut.reb.eccl.
immob.& ibi hoc not.Iaco.de Beluiſ.& non obſt.tex.in
d.§.ſi verò contigerit.in auth.de non alie.& in §.hoc e-
tiam.eo.tit.quia illi tex.loquuntur de ſpeciali hypothe-
ca,non generali.& ita latè firmat Alex.in conſi.118.pen.
4. col.verſi.inſuper &c.in 5.vol.¶†Quarta differētia eſt,
quia quanuis donatio vxori per maritum,quæ venit cō-
firmanda morte mariti,cenſeatur reuocata per ſpecialē
obligationem rei donatæ,factam per maritum poſt do-
nationem ita quòd morte modo confirmari non poteſt,
vt no.in l.3.C.de legat.& in l.cùm hic ſtatus.§.ſi mari-
tus.ff.de dona.inter vir.& vxo.tamen ſecus eſt in obliga
tione generali bonorum,facta per maritum poſt dona-
tionem.nam per illam non reuocatur præcedens dona-
tio.Ita ſingulariter not.Bar.in l.rem legatam.circa fin.
ff.de adi.leg.ſequitur Bald.in l. ſi non virum.C.de dona.
inter vir.& vxor.& refert & ſequitur Iaſon in dicta l.3.
in 2.col.in 2.limi.C.de lega. & ratio eſt, quia generalis
obligatio non afficit ita rem,ſicut ſpecialis,arg.l.eſt dif
ferentia.ff.in quib.caſi.pig.taci.contraha.Adde tu text.
& bonam glo.in l.licet.in glo.in ver.huiuſmodi.eo.tit.
5 ¶†Quinta differentia eſt,quòd licet regulariter prohi-
bitio de non alienando,ſeu conuentio vel pactum, non
reddat alienationem poſteà ſubſequutam cōtra dictam
prohibitionem inefficacem,vt l.ea lege.C.de condi.ob
cauſ.& ibi per gloſſ.Bart.& alios. & in l.ſi ita quis.§.ea
lege.ff.de verbor.obliga.& ibi per ſcribentes & per gl.
in l.fin.C.de reb.alie.non alie.& Innoc.in c.Rainutius.
in glo.in ver.pactum de teſta. & iſtud procedit etiam ſi
in dicta prohibitione,conuentione vel pacto interceſ-
ſiſſet generalis obligatio,ſeu hypotheca bonorū: tamē
ſecùs eſſet, ſi interueniſſet ſpecialis hypotheca illius
rei prohibitæ alienari.nam per talem ſpecialem hypo-
thecam cenſetur reſeruatum ius in dicta re, & impedi-
tur alienatio poſteà facta. text. eſt ſingularis. in leg. ſi
creditor.§.fi.ff.de diſtract.pig.ſecundùm literam Piſa-
nam:vt ibi per Barto.& Bald. & ita etiam tenet Barto.in
d.§.ea lege.& cum eo tranſit ibi Imol.in 3. col. Et mo-
uetur:quia d.leg.ſi creditor.§.fi.eſt exórbitās à iure cō-
muni:exorbitat enim à d.§.ea lege. ideò non debet ex-
tendi ad generalem hypothecam. Eandem opi. tenet
Aret.in dict.§.ea lege.motus, quia ſpecialis hypotheca
magis impedit,quàm generalis.l.j.cum gloſſ.in verſicu.
pignori.& ibi Bal.ad hoc not.C.de neceſ.ſer.hære.inſti.
idem tenet Bar.Imol.& Roma.in l.qui abſenti.§.j.ff.de
acqui.poſ.Bal.in dicto §.ea lege.in 3.col.Imol.in l.filiuſ-
familias.§.diui.ff.de leg.j.in 3.col.& licet Alex.in dict.l.
qui abſenti.§.j.dicat,ꝙ iſta opinio in puncto iuris non
tranſeat ſine dubio ,tamen indubitanter tenēda eſt tā-
quam magis communis,& illam tenet Alex.in l.ſi filio.
§.ſi vir in quinquennium.in 2.col.in verſi.aduerte tamē
&c.ff.ſolu.matri.illam etiam tenet Iaſ.in d.§.ea lege.in
9.col.& Iaſo.in d.l.filiusfa.§.diui.in 13.col.in ver.3.prin-
cipaliter inquantùm Bartol.&c. quamuis Cor. in conſ.
321.quarto volu.firmet,quòd d.l.ſi creditor.§.fin. loqua-
tur indiſtinctè de hypotheca, & ideò ſufficiat etiam ge
neralis tamen non puto recedendū ab opinione cōmu-
ni,ꝙ ſ.ille text. procedat ſolùm in ſpeciali hypotheca:
quia cùm d.§.fi.ſit exorbitans,vt dixi ſupra,debet intel-
ligi,vt minus corrigat ius cōmune,quam fieri poſsit. l.
ius ſingulare.& l.quòd verò contra.ff.de legi.in quo ar-
gumento ſe fundat Imol.cui non video fuiſſe reſpōſum
per aliquem,& propterea remanet firma cōcluſio,quòd
ſpecialis hypotheca in re prohibita alienari, operetur,
quod alienatio in cōtrarium ſubſequuta,ſit nulla , licet
generalis hypotheca iſtud non operetur. Et ſic reſultat
quinta differentia & inter generalem ſpecialem hypo-
6 thecam.¶Sed in prædictis inſurgit dubitatio,quid ſi in
conuentione non fuit adiecta prohibitio de non alie-
nando,neque pactum,quòd non alienetur res , ſed ſim-
pliciter fuit initus contractus,puta quia facta fuit loca
tio alicuius rei,& promiſſa per locatorem obſeruantia,
& in ſpecie pro obſeruantia fuit hypothecata res loca-
ta,& poſteà durāte locatione,locator alienauit dictam
rem locatā:dubitatur ergo,an alienatio iſta erit nulla,
ſicut in precedenti caſu,in quo in cōuentione fuit pro-
hibita alienatio:& breuiter dicendum eſt,quòd nō, ſed
quod ſolùm iſto caſu emptor tenebitur ſtare locationi,
& conductori dabitur retētio rei locatæ pro omni ſuo
intereſſe, & pro pœna: alienatio autem valebit , & iſto
caſu idem operabitur generalis hypotheca, quod ſpe-
cialis:quia ex vtraque debet dari retentio conductori
pro ſuo intereſſe & pœna: iſtam concluſionem tenet
Bart.in l.qui fundū.ff.loca.& ſequitur Paulus de Caſt.
in leg.ſi merces.§.ſi fundum. eod. tit.& Bartol. in l.j.§.
quia aūt.ff.de ſuperficieb.Bal.Ang.& Salic in leg. emp-
torem.C.loc.Abb.in c.fi.vlt.col.ne præla.vi.ſuas. Salic.
in l.mancipia.C.de reb.alie.non alie.Alex. in conſ. 118.
in caſu,de quo quæritur.&c.vlt.col.5.vo.eſt ergo com-
munis concluſio,quod quando hypotheca,ſiue ſpecia-
lis,ſiue generalis apponitur in conuentione pro obſer-
uantia contractus, ſine prohibitione vel pacto de non
alienando, alienatio valebit,ſed dabitur retentio illius
rei pro intereſſe & pœna.& ratio eſt.quia ratione hypo
thecæ etiam generalis datur retentio rei,iuxta no. per
Barto.& alios.in le.ſi non ſortem.§.ſi centum.ff.de con-
di.indeb.& iſte ſecundus articulus eſt diuerſus ab arti-
culo præcedenti,ideò bene aduertas , ne ſis in æquiuo-
co:quia Doctores ſcribunt ſuper ambobus , quaſi ſuper
5 vno,& non bene diſtinguunt vnum ab alio.¶†Inſurgit
etiam in pædictis alia difficultas,videlicet an in termi-
nis ſecundi articuli proximè diſcuſsi , ius retentionis,
quod dictum fuit competere colono pro ſuo intereſſe
& pœna , reſoluatur per ſolutionem intereſſe & pœnæ
ei factam ab emptore rei:an verò , vigore dictæ reten-
tionis,poſsit emptor præcisè cogi ad obſeruantiam cō-
tractus locationis?& in hoc etiā cōmunis eſt concluſio
quòd propter dictam hypothecam,quam cōductor ha-
bet in re empta illius rei, nō teneaꝫ precisè ſtare cōdu-
ctori,& tenētes hāc cōcluſionē,mouētur:quia hypothe
ca eſt acceſſoria ad obligationē pricipalē,ſed obligatio
& actio principalis cōpetēs cōductori contra locatorē
ob inobſeruātiā cōtractus,daꝫ ad intereſſe.d.l.qui fun-
dum.



dum.ff.locati. vnde hypotheca quæ venit acceſſoriē, nō
habet ampliare ius actionis perſonalis.l.item liberatur.
in princip.ff.quibus modis pignoribus vel hypo.ſoluit.
l.intelligere,cùm gloſſ.C. de lui. pig.& per conſequens,
quàm primùm ſucceſſor ſingularis offert ſuum intereſſe
colono habenti fundum hypothecatum, videtur quòd
eum poſsit expellere.l.Paulus.aliâs incipit,Sempronius
§.qui pignoris.ff.quibus modis pignor. vel hypoth.ſol.
& l.cùm ſeruus.ff.de diſtractio. pign.& iſtam opinionē
tenet Bart.& Imol.in l. vectigalia.ad finem.ff.de public.
& Bartol.& Salicet.in d.l.emptorem.C.locat.& Salicet.
in d. l.qui fundum.& in l. mancipia.C.de rebus alien.
non alienan.Imol.Paul.de Caſtr.& Roma.in d.l.ſi filio.
§.ſi vir in quinquennium. & ante eos. Iac. Butr.in d.l.ſi
merces.§.j.ff.loca.Eandem opinion.tenet Alexand.in d.
§.ſi vir.in 2.colum. in verſic.prædictis tamen adde, &c.
& Iaſ.in d.l.filius fami.§.diui.in 13. colum.in verſic. ter-
tiò,principaliter,&c. ¶Sed eſt aduertendum quòd con-
traria opinio valet,quòd conductor ratione hypothecę
poſsit retinere præciſè rem locatam, & non cogatur re-
cipere intereſſe,tenet Sozin. ſubtiliter more ſuo in con.
90.viſis quibuſdam actis, &c.& in 4.volum.& mouetur
per authoritatem Bart.in d.§.ſi vir.in fin. vbi Bart.vult,
quòd quando conductor habet obligata generaliter bo
na locatoris,dicitur habere ius in re,iuxta l.j.§.quia au-
tem ff.de ſuperficieb. & propterea poteſt dicere,ſe velle
remanere in re vigore pignoris,& ſucceſſor non poterit
eum expellere:tamen in hoc non obſtante, non eſt rece-
dendum à commun.opinion.quia vt habetur per Alex.
in d.§.ſi vir.in verſic,prædictis tamen adde, &c.dicta au
thoritas Bartol.& ſequacium intelligitur , quando ſuc-
ceſſor ſingularis non offerret conductori intereſſe:tunc
enim non poſſet eum expellere , ſed poſſet retinere rem
loco pignoris: ſed ſi ei offert intereſſe , ipſum poteſt ex-
pellere per d.l.Paulus. aliâs incipit , Sempronius. §.qui
pignoris.ff.quibus modis pignoribus, vel hypoth. ſolu.
& l.cùm ſeruus.ff.de diſtractione.pigno.Ita intelligit i-
bi Alexand.dictam authoritatem Bart. & ſequacium. &
ita refert tenere ibi Imol.Paul.de Caſtr.& Roma.& Iac.
But.in d.l.ſi merces.§.j& Sali.in d.l.qui fundum, & in d.
l.emptorem.& ibi etiam hoc ſentit Bartol. & Barto.in d.
l.vectigalia.& Imol.ibi. vnde vel authoritas Bartol.eſt
intelligenda, vt s̃.vel ſimpliciter intellecta, vt videtur
intelligere Sozi.non eſt vera:& ita etiam ſunt intelligen
dæ aliæ authoritates allegatæ per Sozi. loquuntur enim
quòd conductor qui habet hypothecam , poteſt retine-
re rem : & iſtud non negatur, ſed dicitur quòd dictum
8 ius retinendi reſoluitur per ſolutionem intereſſe. ¶†Et
communis opinio probatur, concludenti fundamento
iudicio meo: quia patientia , ad quam tenetur locator,
eſt quid facti : vt habetur in l.æde, quam te. C.loca . &
propterea dicitur indiuidua , vt pulchrè per Alexandr.
in l.diuortio.in princip.8.colum in verſic. contra eum
etiam facit,&c.ff.ſoluto matrimonio & in obligationi-
bus facti regulariter ſuccedit obligatio ad intereſſe,nec
poteſt agi præciſè ad factum , vt latè per Bartol.& alios
in l.ſtipulationes non diuiduntur in 8.queſt.ff.de verb.
obligat.& quanuis ad iſtam regulam ſeu concluſionem
ponantur ibi per Barto.& alios aliquæ limitationes, ta-
men nulla poteſt adaptari in propoſito .Probatur etiam
iſta concluſio per d.l.Paulus §.j.vbi dicitur,quòd quan-
dò agitur contra non obligatum hypothecaria vel reali
actione,& ſic principaliter propter debitum conſequen
9 dum,poteſt à quocunque offerri intereſſe. ¶†Et prædi-
cta videntur clarè procedere , niſi locator in contractu
locationis iuraſſet : quia tunc vigore iuramenti poſſet,
conductor præciſè petere ſibi locationem obſeruari , vt
habetur per Alexand . in dict.l.ſtipulationes non diuid.
columna ſeptima & Iaſ.in l. ſi pecuniam.in princip.ff.
de cond.ob cauſam.& in hoc vltimo fundamento de iu
ramento,potiſsimè ſe fundat Sozin.in d.ſuo conſil.90.
parum curando de primo.& ideò non obſtante contra-
dictione Sozini,puto non eſſe recedendum à concluſio-
ne communi , ſcilicet quòd ſola hypotheca conductor
non poſsit contra ſingularem ſucceſſorem præciſè velle
retinere : ſed quòd illud ius retinendi reſolui poſsit per
ſolutionem intereſſe.ſecùs autem , ſi hypotheca ſpecia-
lis in illa re concurreret cum prohibitione alienandi:
quia tunc alienatio eſſet nulla , vt dictum fuit ſuprà in
10 hac quinta differentia, num.5. ¶†Sexta differentia po-
teſt poni in genere , quòd ſcilicet ſpecialis hypotheca
plus afficiat rem , quàm generalis , & plus iuris conſti-
tuatur creditori per ſpecialem hypothecam , quàm per
generalem , vt dicit gloſ.in authent.de non alienand.§.
nos igitur verſicul.tradere creditoribus ad finē.& pro-
bat, quia debitor poteſt manumittere mancipia gene-
raliter obligata creditori , non obſtantè dicta generali
obligatione,ſpecialiter autem obligata non,vt l.3.C.de
ſeruo pignor.de.ma.& hoc procedit non ſolùm in ex-
preſſa hypotheca,ſed etiam in tacita,quæ reſultat ex in-
ductione vel illatione rerum conductoris in domum
conductam , vt l.item quia.ff.de pactis.& l. ſi certi iuris.
C.locat.quia talis tacita hypotheca tanquam generalis
non obſtat quin mancipium inuectum & illatum in do-
mum,poſsit manumitti per conductorem : ſecùs, quan-
dò illud eſſet in ſpecie hypothecatum.textus eſt in l. li-
cet.ff.in quibus cauſ.pignor.tacitè contraha.& in l. pe-
nultima eodem titul.& habetur per Alexand.in d.conſi.
118.vltima colum.in quinto volumin . & faciunt opti-
mè notat.in gloſ.magiſtra.vigeſima tertia diſti.capitu.
quanquàm, in verſi.plus,in quia enumerantur plures ca-
ſus,in quibus prouiſio ſpecialis magis operatur & in-
fluit,quàm generalis,&c.

## *SVMMARIVM.*

1 *Generalis obligatio bonorum , comprehendit præſentia & futura.*
2 *Verbum,ſuæ,obligationi bonorum adiectum,hoc modo omnia bona ſua,quid operetur.*
3 *Conſtitutū , obligationi bonorū adiectū, quid operetur.*
4 *Conſtitutum collatum poſt mortem conſtituentis , eſt inefficax , niſi in illo fuerit adiecta clauſula , ex nunc, prout ex tunc.*
5 *Clauſula,ex nunc, prout ex tunc,in contractibus quid operetur.*
6 *Conditio caſualis in contractibus,trahitur retrò reſpectu obligationis,non autem reſpectu traditionis.*
7 *Conſtitutum collatum in tempus mortis,verificatur in articulo mortis . Nam viuens quis , quandoque mori dicitur.*
8 *Nomen debitoris includitur in generali hypotheca bonorum.*
9 *Nomen debitoris non comprehenditur in generali obligatione bonorum mobilium & immobilium, quia eſt tertia ſpecies.*
10 *Publicatio bonorum mobilium & immobilium , non comprehendit iura nec actiones.*
11 *Pecunia an veniat in generali obligatione.*
12 *Pecunia debitoris aliunde habita , quàm à creditore, cui obligantur bona,non venit in generali obligatione.*
13 *Res empta ex pecunia mutuata, non eſt obligata mutuanti,etiam ſi mutuum expreſſè ad hoc factum eſſet: ſed bene mutuans tali caſu præfertur alijs creditoribus in actione perſonali.*
14 *Generalis obligatio bonorum,an comprehendat merces & venalia.*
15 *Legata & pignora,an veniant in generali obligatione bonorum.*
16 *Obligatio omnis argenti vel omnium rerum , quid & quæ includat.*

17 *Merces venales etiam futuræ, veniunt in generali obligatione mercium.*

18 *Obligatio tabernæ, comprehendit etiam merces futuras.*

19 *Verbum taberna, ſimpliciter prolatum, quid ſignificet.*

20 *Taberna dicitur corpus vniuerſale: quia non recipit tantùm nomen ab ædificio, ſed etiam à mercantia.*

1 *Merx, ſeu mercantia, ſupponit corpus vniuerſale.*

22 *Merces acquiſitæ in vita defuncti, veniunt in generali obligatione, non autem acquiſitæ per hæredem, niſi hæres acquiſiuerit eas explicando negocia cœpta per defunctum.*

23 *Merces repertæ apud debitorem tempore ortæ actionis hypothecariæ, vel moti iudicij hypothecarij, veniunt in obligatione generali: non autem alienata antè per ipſum debitorem.*

24 *Actio hypothecaria ſequitur rem: fallit in mercibus venalibus alienatis ante ortum hypothecari:.*

25 *Res orta ex re obligata, comprehenditur in hypotheca, dummodò orta ſit, vel ſaltem concepta, donec obligata fuit apud debitorem.*

26 *Res obligata, tranſiens in aliam mutata materia, vt de ſylua in nauim, deſinit eſſe obligata, niſi obligatio conformiter fuerit concepta.*

27 *Res orta ex re obligata, immediatè ſine facto hæredis eſt obligata.*

28 *Emphyteuſis etiam eccleſiaſtica, venit in generali obligatione bonorum.*

29 *Alienari prohibita, an veniant in generali obligatione bonorum.*

30 *Alienatione prohibita, non eſt pignoris obligatio: dummodò non obligetur res pro tanto, quòd veriſimiliter non ſit ſpes luitionis.*

31 *Appellatione alienationis venit hypotheca, impropriè tamen, & interpretatiuè.*

32 *Sermo generalis non comprehendit perſonam loquentis, fallit vbi ſeruus obligat omnia bona domini de eius licentia: in tali enim obligatione comprehenditur ipſe ſeruus.*

33 *Generalis obligatio bonorum, comprehendit res venditas & locatas: Emptor enim vel conductor obligans omnia bona, cenſetur etiam obligare rem emptam & conductam.*

34 *Generalis obligatio bonorum, non comprehendit ea quæ quis veriſimiliter non eſſet ſpecialiter obligaturus niſi talis obligatio eſſet collata poſt mortem obligantis & num.*35.

36 *Diſpoſitio generalis in vltimis voluntatibus, comprehendit illa de quibus tractat. l. obligatione generalis. ff. de pign.*

37 *Generalis obligatio bonorum, etiam cum dictione, omnis, non comprehendit ea, de quibus in l. obligatione generali. ff. de pign.*

38 *Dictio, omnis, quandoque reſtringitur vt omnia includat, vel nihil excludat.*

39 *Dictio, omnis, adiecta diſpoſitioni de futuro, continenti conceſſionem noui actus, recipit reſtrictionem de habilitate.*

40 *L. obligatione generali. ff. de pign. an ſit reſtringibilis ad indefinitam.*

41 *Generalis obligatio comprehendens ea, de quibus in l. obligatione generali. ff. de pigno. qualiter concipi debeat.*

42 *Alienari prohibita ſub pœna, non veniunt in generali obligatione bonorum.*

43 *Bona feudalia non veniunt in generali obligatione: & quare.*

44 *Feudum alienari dicitur. ſi vaſallus illud dat pignori domino, & eidem domino conſentienti nulla fit iniuria.*

45 *Feudum pluribus dominis attinens diuiduum, poteſt vni ex dominis pignorari, etiam alijs non conſentientibus.*

46 *Feudum poteſt pro neceſſitatibus & ſeruitijs domini obligari.*

47 *Feudum poteſt obligari animo luendi, abſque tamen ipſius traditione.*

48 *Feudum non poteſt, reſpectu dominij & proprietatis, obligari: reſpectu verò fructuum & commoditatũ, ſic.*

49 *Vaſallus qualiter & quo pacto dicatur poſſe fructus feudales obligare.*

50 *Libellus propriè ſumptus ſiue bona libellaria non veniunt in generali obligatione bonorum.*

51 *Contractus libellarius quis, & quandò dicatur.*

52 *Contractus libellarius propriè dicitur, quando vaſallus locat feudum alteri de licentia domini: impropriè autem æquiparatur contractui emphyteutico.*

53 *Bona ſubiecta reſtitutioni fidei commiſſariæ in conditionis euentum, non veniunt in generali obligatione bonorum,*

54 *Bona hæredis non veniunt in generali obligatione bonorum, facta per defunctum, niſi hæres illa præſcripſerit continuata præſcriptione cum defuncto.*

55 *Bona hæredis, an & quando expreſſe poſſint obligari per defunctum.*

56 *Ratificatio hypothecæ & obligationis factæ de re aliena per dominum rei, validat pignus vſque à principio in præiudicium ratificantis, etiam ſi creditor ſciuerit rem eſſe alienam.*

57 *Ratificatio de geſtis per defunctum in bonis hæredis, an inducatur per aditionem hæreditatis, & quomodo.*

58 *Dos ſeu res dotales tam inæſtimatæ, quàm æſtimatæ, & tam ex parte mariti quàm vxoris, non veniunt in generali obligatione bonorum.*

59 *Maritus an poſſit obligare res dotales ex parte vxoris.*

60 *Ius patronatus non venit in generali obligatione bonorum, ſed eius commoditas & fructus.*

61 *Obligatione ſpeciali & expreſſa prohibita, cenſetur etiam prohibita generalis.*

SEQVITVR modo ſecundum membrum huius ſecundæ partis principalis, in quo diſcutiendum venit, quæ comprehenduntur, & quæ non comprehẽdantur in generali obligatione bonorum: & pro clariori & faciliori intelligentia expediam materiam per regulam, ampliationes, & fallentias, videlicet ſeptem ampliationes, & fallentias octo.

1 ¶Regula ergo ſit, quòd in generali obligatione & hypotheca bonorum continentur bona præſentia & futura. tex. eſt no. in l. fin. C. quæ res pigno. oblig. poſſ.

2 ¶†Primò amplia hanc regulam, ſiue in dicta obligatione adiectum fuerit verbum, ſua, puta dicendo obligauit omnia bona ſua: vt de hoc eſt tex. in d. l. fin. §. fin. ſiue etiam non fuerit adiectum dictum pronomen, ſua: ſed ſimpliciter dictum fuit, quòd talis obligauit omnia bona: nam etiam iſto caſu comprehenduntur præſentia & futura: vt eſt tex. ita intellectus ibi per Bar. in l. j. in princ. ff. de pign.

3 ¶†Secundo amplia regulam, etiam ſi debitor in obligatione bonorũ apponeret cõſtitutum.

Nam



Nam licet clauſula conſtituti non videatur poſſe referri niſi ad præſentia bona, quia futura incerta ſunt, & poſsideri non poſſunt, vt l. tertia §. etenim incertam. ff. de acqui. poſſ. & hinc eſt etiam, quòd conſtitutum collatũ poſt mortem conſtituentis, non valet tanquam collatum in tempus quo poſſeſsio extinguitur, vt no. Ang. & refert Alexand. in l. quanuis. §. ſi conductor. ff. de acquirend. poſſ. tamen contraria opinio, videlicet. quòd etiam adiecto cõſtituto in obligatione generali omniũ bonorum veniant futura, eſt magis communis, & eam tenet Iacob. Bur. & Salic. in dict. l. fin. quæ res pig. oblig. poſſ. & Bart. in con. 76. punctus talis eſt. pater filio ſuo emancipato, &c. & Angelus in quæſt. per eum diſputata, incipiente, In fulgenti palatio, &c. & in conſil. 179. viſis inſtrumentis, &c. & in dict. l. j. in princip. ff. de pignor. & Bald. in l. ſi quis argentum. §. Sed & ſi quis, per illum textum. C. de donat. Imola & Roma. in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. oblig. Alexand. Aretin. & Iaſ. in d. l. 3. §. etenim incertam. vbi Iaſ. in j. & 2. lectura hoc tenet, videlicet in prima in tertia limit. & in 2. in 6. limit. ex quibus apparet, quòd iſta eſt magis vera & communis opinio, licet vt dicit ibi Iaſ. iſta opin. non tranſeat ſine ſcrupulo, & contrarium voluerit Bald. in l. final. §. fin. per illum text. cum gloſſ. ff. pro ſocio. & Bald. & Ang. in dicta l. ſtipu. hoc modo concepta. & Ang. in dicta l. fina. C. de pact. & Rom. in d. §. etenim incertam. Et ad illud quod dicebatur, quòd futura bona ſunt incerta, & ideò poſsideri non poſſunt: reſpondetur per doct. tenentes communem opinio. & maximè per Sozi. & Iaſ. in d. §. etenim incertam, quòd dicta incertitudo eſt ante acquiſitionem bonorum futurorum: ſed poſt acquiſitionem ceſſat talis incertitudo: ſicut dicitur in fructibus naſcituris emptis: nam illis natis, non dicitur empta res incerta: vt l. interdum. in princip. ff. de verb. oblig. & l. nec emptio. ff. de contrahen. emp. Item reſpondent quòd licet non adſit omnimoda certitudo reſpectu rerum particularium, eſt tamen certitudo reſpectu vniuerſi, & ſufficit certitudo reſpectu vniuerſi & generalis, argumento l. qui iure militari. ff. de teſta. milit. & ita referunt tenere inſignem docto. domin. Ioan. Petrutium in l. ab emptione. ff. de pact.

Cõm. opin.

4 ¶†Illud autem, quòd conſtitutum collatum poſt mortẽ non operetur, vt per Alexan. poſt Ang. in d. l. quanuis. §. ſi conductor, ff. de acq. poſ. limitatur ſolenniter per Alexand. in conſil. 83. viſa facti narratione. 2. colum. verſic. confirmatur, &c. ſecundo volum, niſi in conſtituto ſit adiecta clauſula, ex nunc, prout ex tunc, &c. & refert & ſequitur Iaſ. in repe. l. quoties in 4. colum. in verſi. Not. tamen diligẽter, &c. C. de rei vendi. Sed iſtam limit. impugnat Dec. in conſi. 247. in cauſa Mag. col. fin. dicens, quòd dicta clauſula, ex nunc, prout ex tunc, &c. in conſtituto collato in tempore mortis, non poteſt operari: quia extrema non ſunt habilia, vt ipſe declarat in dict. con. in 2. colum. in verſi. 2. hoc idem probatur, &c. vbi dicit, quòd licet conditio exiſtens in contractibus, retro trahatur ad tempus contractus: l. qui potior & l. qui balneum. ff. qui pot. in pign. hab. tamen hoc eſt verum, ſi tempore exiſtentis conditionis, reperitur extremum à quo, habile ad obligationem contrahendam: ſecus, ſi ex parte rei reperitur inhabile: ſed cum tempore purificatæ conditionis, dicti conſtituti extremum à quo, nõ erat habile, cùm conſtitutum non potuiſſet tunc operari tranſlationem poſſeſsionis, quæ tunc non erat apud conſtituentem; ideò illa conditio retrò trahi non poteſt. allegat. l. quoties. in fin. ff. de noua. ſubdit etiam quòd non eſt verum, quòd conditio videatur purificari in articulo mortis, vt dicit Oldra. in conſilio 139. ad habendum, &c, in quinto dubio: quia conditio appoſita, in caſu mortis non videtur verificari, niſi poſt mortem: quia donec aliquis vitæ ſpiritus ſupereſt, non dicitur quis mortuus, quia mors omnia ſoluit, vt in §. deinceps in authen. de nupt. ¶Tamen iſtis non obſtantibus, puto veram eſſe limitationem Alexand. in dict. conſilio 84.

5 ¶†Quia dicta verba, ex nunc, prout ex tunc, operantur quod vnum tempus videatur alteri ineſſe, vcz præſens tempus in futuro, & econuerſo, & ex quolibet dictorum temporum dici poteſt, conuentionem ſeu actum ſumere initium. ita dicit Alexander poſt Angel. & Imol. in l. huiuſmodi. la 2. ff. de verb. oblig. per alleg. ibi per eum: & vt dicit Bald. in capit. j. de milite vaſall. qui contùmax eſt, in 6. colum. Verbum ex nunc, ſignificat præſentem actum: ſed futurum effectum, dictum verbum, ex tunc. & ſequitur Alex. in dict. l. huiuſmodi, dicens quòd per dictum verbum, ex nunc, cenſetur actus factus de præſenti tempore conuentionis: & verbum, ex tunc, ſignificat effectum actus eſſe collatum in illud tempus futurum, quod deſignatur per dictum verbum, ex tunc. Idem tenet Iaſ. in l. j. in fine. C. de codicillis & Alexand. in conſil. 111. perſpectis literis, &c. 6. volum. num. 27. conſtat ergò quòd quando diſpoſitio confertur poſt mortem vendentis, vt aliter alienantis: & ille qui alienat ex nunc, prout ex tunc. conſtituit ſe poſsidere, &c. quod conſtitutum incipit & ſumit initium à die contractus: ſed eius effectus eſt collatus poſt mortem, & ſic indubitanter valet conſtitutum à primordio contractus, licet eius effectus differatur poſt mortem: & ideo ceſſat conſideratio quam faciebat Decius de inhabilitate extremorum, cùm immò tempore conſtituti in eſſe producti extremum fuerit habile, quia conſtituens viuebat & poſsidebat: & non obſtat, quòd effectus conſtituti ſit collatus poſt mortem: quia non per hoc tolletur, quòd conſtitutum non habeat ſuam ſubſtantiam ab initio, vt colligitur ex nota. per Alexandrum in conſilio 14. Circa primum in primo dubio primi voluminis, vbi vult quòd licet donatio conferatur poſt mortem donantis, non propterea deſinit eſſe donatio inter viuos: & in fine dicti conſilij firmat, quòd conſtitutum adiectum in donatione, cuius executio eſt collata poſt mortem donantis, operatur effectum ab initio: & dictum conſilium refert & approbat Iaſon in l. ſub conditione. ff. de conditione indebiti, & iſtam partem in proprijs terminis tenet etiam Guido Papæ in concluſione 268. incipient, quidam donauite, &c. ¶Ceſſat etiam alia conſideratio, quòd conditio non poſsit retrò trahi ad diem contractus ex eodemmet fundamento: quia non agitur hîc de trahendo retro effectum conſtituti, ſubſequutum poſt mortem, ad diem contractus: ſed conceditur, quòd effectus non trahatur retrò. Et dicitur quòd conſtitutum fuit in eſſe deductum tempore contractus: tunc enim incipit conſtituens poſsidere pro eo, pro quo conſtituit poſsidere: ſed effectus iſtius conſtituti, id eſt, effectus traditionis poſſeſsionis, fuit collatus poſt mortem: & ſic traditio fuit facta à principio, ſed effectus traditionis fuit dilatus poſt mortem.

6 ¶†Prætereà licet in conditionibus caſualibus conditio exiſtens, trahatur retrò ad diem contractus, vt dicta l. qui potior. & dicta l. qui balneum. tamen illud eſt verum reſpectu obligationis, non autem reſpectu traditionis, vt declarãt Raymundus & Imola in dicta l. huiuſmodi. ff. de verborum obligatione & ibi refert Iaſon. Ita quòd traditio collata in euentum conditionis caſualis, non trahitur retrò ad diem contractus: purificata conditione: vndè dicta conſideratio Decij non videtur bene applicari ad terminos conſtituti. ¶†Prętereà quando etiam ſubſtantia actus conſtituti fuiſſet collata vna cum ipſo effectu in tempus mortis, quod certè non fuit, vt dictum eſt: tamen adhuc videtur poſſe ſuſtineri deciſio Oldraci in dicto conſilio centeſimo trigeſimo nono, videlicet quòd dictum conſtitutum verificetur in actu moriendi, non autem quòd inſpici debeat tempus ſubſequens poſt mortem: quia quis dicitur mori viuens l. qui duos. in princip. ff. de manumiſſ. teſtament. propter quod Iaſon in l. ſi quis poſthu. §. ſi filium in ſeptima colum. in verſic. Imperator conceſſit, &c. ff. de liber. & poſthu. tenet contra Paulum de

Caſtr.quòd priuilegium legitimandi conceſſum Comi-
ti Palatino in vita & morte patris filij ſpurij: dum dicit,
in morte, debeat intelligi in articulo mortis, vt ibi latè
per eum, magis tamen placeat præcedens fundamen-
tum: & ideò non puto recedendum à deciſiõe Alexand.
in dict.conſil.83.quanuis authoritas Decij apud omnes
8 ſit maxima. ¶ †Tertiò ampliatur dicta regula, quod e-
tiam in generali obligatione bonorum, veniant nomi-
na debitorum ipſius debitoris obligãtis.vt l.3.& ibi no-
tat Bar.Bald.& Salic. C. de hæreditate vel actione ven-
dita.& notat Bartolus in l. Quintus. §.argento.ff.de au-
ro & argento.legat.& l.nomen.& ibi Bart.& alij. C.quæ
9 res pignor. obligat.poſſeſ. ¶ †Reſtringitur autem hæc
ampliatio, vt procedat quando obligatio bonorum fit
ſimpliciter: ſecùs autem, ſi fieret obligatio bonorum
mobilium & immobilium: tunc enim non comprehen-
derentur iura & actiones, vel nomina debitorum: quia
actio ſeu nomen debitoris, dicitur tertia ſpecies, & non
comprehenditur appellatione mobilium vel immobi-
lium: vt l.à Diuo Pio. §.in venditione.ff. de re iudicat.l.
quàm Tuberonis.§. pen.ff.de pecul. leg. non.Dyn.Bart.
& alij in l. poteſt pupillus. ff. de authorita.tutor.& in l.
mouentium.ff. de verbor.ſignifi. & Canon.in cap.nul-
li de rebus eccleſi.non alienan.Cornel. in conſili.173.ad
fina.3.volum.& in conſil.104.2.volum.In literam. ¶ †Et
10 facit ratio, quia in publicatione in qua ſimpliciter pu-
blicantur bona, veniunt iura & actiones: ſecùs autem
eſt, ſi publicentur bona mobilia & immobilia, vt per
Bald.Angel.& Alexandr.in l.conſtante. §. fina.ad finẽ.ff.
ſolu.matrim.& per Alexandr. in conſil.111.Viſo themate
queſt.præmiſſæ.in.3.colum.in ver.ſed ita eſt, quòd actio
competens &c.4.volum.& in conſil.21.6.volum. in prin.
Adde Bart.in l. ſi conuenerit.la.2.ff.de pignor. action. &
in l.vxori meæ.ff.de vſufru.legat. ¶Reſtringitur etiam
alio modo, vt infrà in tertio membro huius ſecũdæ par-
tis, in decima queſt.vbi vide. ¶Quæ autem actio compe
tat, quandò fuit obligatum nomen debitoris, & an prin-
cipalis debitor poſsit ſoluere ſuo primo creditori, non
obſtante quòd dictus primus creditor obligauerit no-
men dicti debitoris alteri ſuo creditori: vide infrà in
dict.3.membro in 11. queſt. quæ quæſtiones meliùs ibi
11 cadunt, quàm in hoc 2.membro. ¶ †Quartò, Amplia di-
ctam regulam, vt etiam in generali obligatione veniat
ipſa pecunia, textus eſt & ibi not.Bartol.in l. cùm taber-
nam. §.fin.ff.de pign.& not.Alexandr.in l.ſi conſtante.in
prin.in ſum.quæſt.3.partis principalis. ff.ſol. matrim.in
12 verſic. confirmo.nam in generali, &c. ¶ †Reſtringe tu
hanc ampliationem ad pecuniam debitoris, aliundè ha
bitam quàm à creditore, cui obligantur bona.tex eo in
d.l.cùm tabernam. §.fina. ponderando ibi. ver.ab alio.
Et ratio eſt, quia illa pecunia quàm quis accepit mu-
tuò ab illo creditore, cum quo facta fuit obligatio bo-
norum, accepta fuit, vt cum ea debitor poſsit explicare
ſua negocia.ideò non eſt veriſimile, quòd debitor vo-
luerit eam comprehendi in dicta obligatione bono-
rum: quia ſi veniret in illa obligatione, non poſſet ea v-
ti pecunia pro ſuis negocijs, ſed poſſet impediri per cre
ditorem: ita ſingulariter ponderat & firmat Bald.poſt
Richard.Malumbræ in d.l. obligatione generali. & idẽ
tenet Alber. Guil.in ſua Margarita. in titu. de pignor.
verſic.ſed pone, accepi.& ita etiam tenet per prædicta
Roma.in ſuis ſingularibus chart.17.4.colum.incip. Ac-
13 cipio à te pecuniam &c.num.605. ¶ †Pro quo etiam o-
ptimè facit, quia res empta ex pecunia mutuata, non eſt
præcipua in qua mutuans poſsit pręferri alijs credito-
ribus, vt tenet Dyn.Bar.Bald.Ang.& communiter doct.
in l. ſi cùm dotem. §.fin.ff.ſolut.matri.per l. procurato-
ris. §.planè.& §.ſed & ſi dedi. & in verſic. & ſi quidem.
ff.de tribut.& per l.quidam fundum.ff.de in rem verſic.
& not. Ioan.Fabr.inſtit. de rerum diuin. §. venditæ. &
Bald.in l.fin.C.comm.& in l.eum cui.ff. de actione & o-
bligatione, & in l. in rebus. in 2. columna. C.de iure.
dot. & refert & ſequitur Alexand. in d.l.ſi cùm dotem.
§.fin.in vlt colum.in verſi.poſtremò &c.limitans tamen
prædicta, niſi pecunia fuiſſet expreſsè mutuata ad mer-
ces comparandas: quia tunc bene mutuans præferetur
cæteris creditoribus in dictis mercibus in actione per-
ſonali.l.quod quis.cum gloſ. communiter approbata.ff.
de priuileg.credi. Immò fortiùs voluit gloſſ.not.in au-
thentica quo iure.C.qui potiores in pign.hab.videlicet
quòd talis mutuans expreſſè ad merces comparandas, in
illis tacitam habeat hypothecam. Ita refert Alexand.in
d.ſi cùm dotem.§.fin. de quo vltimo videbimus infr.in
17.tacita hypotheca. vbi diſcutietur de veritate d.gloſſ.
14 in d.authen. quo iure. ¶ †Quintò amplia dictam re-
gulam, vt etiam in generali obligatione bonorum ve-
niant merces venales: ità colligitur ex not. per Bart.in l.
generali.§.vxori.ff. de vſufru.legat. vbi Bartholus vult,
quòd diſpoſitio generaliter facta de rebus, comprehen-
dat res venales, allegans in argumentum l. pediculis.§.
Labeo.ff.de auro & argento legat.& l.Iulianus.in prin-
cip.ff.de legat.3. Secùs, ſecundùm eum, ſi diſpoſitio ge-
neralis fieret de rebus exiſtentibus in certo loco: quia
tunc non comprehenderentur merces, & ſic ex dictis
Bart.elicitur iſta concluſio, ſcilicet quòd in generali o-
bligatione rerum ſeu bonorum, non reſtricta ad certum
locum, comprehenduntur etiam merces & res venales:
& iſtam concluſionem expreſſè tenet Bald. in l.cùm ta-
bernam.in princip.in reportatis antiquis. ff. de pigno.
vbi ita refert tenere Bart.in dict. §.vxori.& aſsignat ra-
tionem concludentem, videlicet quòd ſicut dictus debi
tor fuiſſet venditurus, & ſpecialiter obligaturus dictas
merces, ita etiam debent venire in generali obligatio-
ne, vt dict. l. obligatione generaliter, & reſpondet ad
dict.§.vxori, quod ibi non fuit ſimpliciter diſpoſitum
de rebus: ſed de rebus exiſtentibus in certo loco: res au-
tem venales non videntur eſſe in certo loco: cum non
ſint ibi perpetuò manſuræ, vt l. venditor.ff.de pignori-
bus.ita tenet Bald.in dict.l. cùm tabernam, in princip.
dicens iſtam quæſtionem fuiſſe pridie apud ſe de facto:
Ita etiam tenet Alexand.in l. ſi conſtante.in princip.in
tertia quæſtione tertiæ quæſtionis partis principalis, in
verſ.item inquantùm Bart.hîc &c.ff.ſolut.matr.non ob-
ſtante quòd Roma.ibi tenuerit contrarium. & Bald.in
l.certi iuris in 6.queſt.C.loca.& Iacob. de Aret.in d.§.
vxori, quia vt declarat Alexand.præfati doctores qui te-
nent contrarium, loquuntur, quando diſpoſitio fuit re-
ſtricta ad certum locum: tunc enim verum eſt, quòd res
venales in ea non comprehenduntur. vt not.Bart. in d.
§.vxori.& Bald.in d. l.cùm tabernam. ſecùs autem eſt,
quandò diſpoſitio eſt ſimplex, & non reſtringitur ad lo-
15 cum. ¶ †Reſpondet etiam Alexand.ad d. l. pediculis.§.
cùm quæritur.ff.de aur.& arg.leg.ibi legatum fuerat o-
mne argentum, & tamen non venit venale, quòd aliud
ſit in legato, vt ibi: & aliud in pignoribus, ſeu contracti-
bus, in quibus nos loquimur, vt ſentit Bald.in Rubr.C.
de verbo ſignificatione in 4.queſt per.de l.cùm tabernã.
16 in principio. ¶ †Secundo modo reſpondet Alexan.quòd
aliud ſit in legato argenti vel alterius ſpeciei, & tunc
verum ſit, quòd non comperhendantur venalia, & ha-
beat locum d.l.pediculis.a.cùm quæritur: & aliud in le-
gato generis omnium rerum vel bonorum, quia in eo
omnis ſubſtantia comprehenditur.l.quotiès.§.fin.ff.de
vſufr.& ideò comprehenduntur etiam venalia.& ita lo-
quitur Bart.in d.§.vxori.& ita reſidet Alexandr.in d.l.ſi
17 conſtante.in princip. & ita videtur tenendum. ¶ †Sed
circa prædicta contingit vtiliter dubitari, an in gene-
rali obligatione mercium veniant non ſolùm merces
venales, quas de præſenti habet debitor, ſed etiam fu-
turæ? Et in hoc Sozi. in l.qui Romæ.§. Callimachus, in
2. notat. ff.de verbo.obligatio ponderat ibi eſſe textus
quòd futuræ merces non veniant, ex quo ibi textus ex-
primit de mercibus quas tunc habebat debitor, & etiam
de emendis, quod fieri non oportuiſſet, ſi de iure fuiſ-
ſent



ſent comprehenſæ in generali diſpoſitione: probat e-
tiam ipſe, quia licet in generali obligatione veniãt etiã
futura, dicta l.final.C.quæ res pignor.obligari poſſ. ta-
men cùm in generali obligatione non veniant merces,
ſi exprimitur de mercibus, intelligendum videtur de
præſentibus, & non de futuris: vt minùs recedamus à re
gulis iuris: & pro hoc inducit textum in dicta l.cùm ta-
bernam.vbi ideo veniunt futuræ merces, quia obligatæ
fuerunt ſub nomine tabernę, & ſic corporis vniuerſalis,
quo caſu vna res ſuccedit loco alterius, ergo in alio ca-
ſu non debent venire futuræ merces. Dicit tamen eſſe
cogitandum.§.Sed in prædictis eſt aduertendum circa
plura, & primò, quòd inquantum Socinus vult, quòd in
generali obligatione bonorum non veniant merces ve-
nales, niſi expreſsè eſſent obligatæ, quòd in hoc malè lo
Cōmu. opinio.
quutus fuit, & in contrarium eſt veritas & communis
opinio per notata per Alexandrum in dicta l.ſi conſtan-
te.in principio.in tertia quæſtione tertiæ partis princi-
palis, vt ſuprà retuli in principio iſtius quintæ amplia-
tionis: vbi probaui, quòd in generali obligatione bono
rum veniant merces venales, niſi diſpoſitio eſſet reſtri-
cta ad certum locum, & hanc concluſionem tenet etiam
Baldus in rubri.C.de verborum ſignificatione.in quar-
ta quæſtione.& contra Soci.tenet Iaſon in dicto §. Cal-
18 limachus.in quarta quæſtione, numer.9. ¶ †Secundò eſt
aduertendum, inquantũ Socin.in dicto §.Callimachus.
principaliter diſputãdo tenet, quòd in obligatione mer
cium non veniunt futuræ merces, niſi quando ſunt obli
gatæ ſub nomine tabernæ, & ſic vniuerſalis corporis,
prout ſecundum eum loquitur textus in dicta l.cùm ta-
bernam.quia licet neque Iaſon neque alij tangãt, tamen
ego puto etiam in hoc Socinum non rectè loqui. Nam
puto verìſsimum eſſe, quòd in obligatione iuris ſeu cor-
poris vniuerſalis, vt eſt grex, peculium, & huiuſmodi:
vna res ſuccedat loco alterius, & ſic, quòd quanuis pri-
ma corpora mutentur, & noua loco ipſorum ſubrogen-
tur, quòd ſubrogata loco priorum, veniant in obligatio
ne facta de prioribus, vt eſt textus in l.grege. in princip.
ff.de pignoribus.licet enim membra illius corporis mu-
tentur, ſeu nouentur, tamen idem eſt corpus, vt ibi eſt
19 textus. ¶ †Item iſtud verbum taberna, ſimpliciter prola-
tum, non dicitur corpus vniuerſale, ſed dicitur vniuer-
ſale: prout refertur ad merces, quæ in ea tenentur, vt de-
clarat Bartolus in dicta l.cùm tabernam. in principio. &
allegat l.cùm pater.§.menſæ.ff.de legat.ſecundo: & pro-
pterea infert ipſe, quòd licet merces mutẽtur, tamen ea-
dem videtur eſſe taberna. dicta l.grege.& l.peculium.in
principio.ff.de legatis ſecundo. Idem etiam tenet Bald.
in dicta l.cùm tabernam poſt Raynutiũ. & Bartolus ibi
allegat l.Imperator.§.fina.de legatis ſecundo. & ex hoc
infert notabiliter, quòd pretium redactum ex mercibus,
antequam ſit aliò verſum, erit obligatum ſicut erant ipſę
merces, ſecundum Albert. Gal. in margarit.eodem titu.
20 ¶ †Iſtud etiam vult not.Salice.in dicta l.cùm tabernam.
dicens, quòd ideo taberna eſt corpus vniuerſale, quia nõ
recipit tantùm nomen ab ædificio, quantum à mercan-
tia, quę ibi venditur, & quòd eſt nomen complexum, ex-
tra ædificium aliquid importans & ſignificans, & idem
dicit eſſe de apotheca.Sed de domo dicit ſecùs, videli-
cet, quòd eſt nomen ſimplex, extra ſe nihil ſignificans. &
ſic clarum eſt, ꝙ ideo nomen tabernæ ſignificat corpus
vniuerſale: quia non conſideratur ſimpliciter, ſed prout
in ea ſunt merces: virtus ergo vniuerſalis corporis de-
21 ſcendit à mercibus. †Et per conſequens de neceſsitate
infertur, quòd iſtud vocabulũ merx, ſupponit de ſe cor-
pus vniuerſale, etiam ſine taberna, quod tamen negat So
cinus in dicto §.Callimachus, & vltra prædicta proba-
tur per notata per Baldum in l.vbi adhuc.in quarta quę-
ſtione.in ver.tunc ego formo tibi quęſtionem. C.de iur.
dot.vbi dicit expreſsè, quòd mercantia eſt corpus vni-
uerſale, in quo vna res ſubrogatur loco alterius.iſtud e-
tiam vult Bartolus in dicta l.cùm pater.§. menſæ: & eſt
textus & ibi notat Bartolus in l.prima, in principio.& §.
j.ff.de tributor.& textus in l.procuratoris.§. mercis. &
§.ſi propter.& §.ſi plures.eodem titulo. vbi verbum ne-
gotiatio, & merx, idem ſupponit. Vnde reſultat conclu-
ſio contra Socinum in dicto §.Callimachus, quòd ſicut
quando obligatur taberna, habito reſpectu ad merces
in obligatione, veniunt tã præſentes, quàm futuræ mer-
ces.ita & quando obligantur merces ſimpliciter, vel
22 merx, vel mercantia. ¶ †Inquantum tamen concluſum
eſt, quòd in obligatione mercium veniunt etiam futuræ
merces, intelligi debet de illis mercibus, quæ durante
vita illius qui obligauit, acquiſitæ ſunt: non autem de il-
lis, quæ acquiſitæ fuerunt poſt mortem obligantis per
eius hæredem, quia illæ non comprehenduntur, vt
eſt textus in dicta l.cùm tabernam. in fine principij, &
ibi gloſſ.in verſicul.obligata.& ſequitur ibi Bartol.limi-
tando tamen, niſi heres illas acquiſiuerit explicando ne
gotia cœpta per defunctum, allegat.ad hoc l.furti.§.il-
lud planè. & ibi gloſſ. in verſicul.ſuccedit.ff. de his qui
23 notantur infamia. ¶ †Item & ſecundò prædicta ſunt in-
telligenda, & in hoc bene aduerte, quia eſt magnæ im-
portantiæ, quòd licet in obligatione mercium veniant
etiam futuræ, tamen iſtud reſtringitur ad illas merces
tantùm, quæ reperiuntur apud debitorem obligatũ tem
pore quo oritur actio hypothecaria ad merces, vel tem-
pore moti iudicij.ita tenet Baldus in dicta l. vbi adhuc.
in tertia columna. in verſiculo, ſed pone, maritus erat
mercator &c.C.de iure dotium.ita quòd ſi dictæ mer-
ces ante mortem debitoris, vel anto ortam hypotheca-
riam, vel ante motum iudicium fuerint alienate, in ex-
traneum non competeret ad illas hypothecaria. & ra-
tio eſt, ſecundum Baldum ibi, quia licet merces ve-
nales veniant in obligatione bonorum, tamen non
veniunt taliter, quòd liberè vendi & permutari non
poſsint. argumento dictæ l.cùm tabernam. & ita e-
tiam tenet ibi Baldus in lectura antiqua poſt Iaco-
bum de Aretio. idem tenet Bartolus in dicta l.ſi con-
ſtante. in principio. in tertia quæſtione tertiæ par-
24 tis principalis. ¶ †Ex quibus habes magnam limita-
tionem ad illam regulam, quòd hypothecaria ſequi-
tur rem. de qua in l. diſtractis. & in l. pignoris.C. de
pignoribus. & in l. pignoris. ff.eodem. Nam fallit in
mercibus venalibus: quia licet illæ ſint hypotheca-
riæ, tamen illis venditis ante ortum hypothecariæ,
deſinit competere hypothecaria ad illas. Sed ad pre-
tium redactum ex dictis mercibus, antequam ſit con-
uerſum in alias res, bene dabitur hypothecaria: quia
cùm ſimus in vniuerſalibus, vt dictum eſt ſuprà, illud
ſuccedet loco mercium. argumento l.Imperator.§.fina.
ff.de legatis ſecundo.& ita notat Baldus in dicta l. cùm
tabernam.in principio.per Alber.Gale.in ſua margari-
ta.in titul.de pignoribus.& quæ dicta ſunt de mercibus
futuris, procedunt iuxta terminos. Socinus in dicto §.
Callimachus.videlicet quando eſſent obligatæ merces
ſimpliciter.Nam ſi obligatio eſſet facta de bonis in ge-
nere, tunc indubitanter venirent merces præſentes & fu
turæ, vt concluſum fuit ſuprà in principio huius 5. am-
pliationis.
25 ¶ †Prædictis autem poteſt applicari alia notabilis quæ-
ſtio, videlicet quid ſi ſunt obligata corpora, quæ nõ ſunt
vniuerſalia, ſed particularia, videlicet res particulares,
an tunc ſi res hypothecata eſſe deſierit, & alia eius loco
fuerit ſubrogata, dicta res ſubrogata comprehendatur
in dicta obligatione ſicut prima? & breuiter dicendum
eſt, quòd ſi res ſubrogata ſit orta ex prima, quòd compre
hendatur.textus eſt.& ibi notat Bartolus in l.fideiuſſor.
§.fin.ff.de pignor.
¶ Iſtud tamen limitatur tribus modis: Primò, quãdo illa
res quæ oritur ex prima obligata, orta vel ſaltẽ concepta
fuit, donec res fuit apud debitorem vel eius hæredẽ: ſed
ſi orta eſſet apud aliũ, ad quem res obligata deuenit, tũc
illa res orta ex ea, nõ veniret in obligatiõe: text.eſt & ibi
not.

not.Bartol.in l.Paulus.§.j.ff.de pigno. & ibi etiam gloſſ.
in verſicul. pepererint.iuncto text.in l.ſi conuenerit.§.ſi
26 fundus.ff. de pignor. actione. ¶†Secundò limita, niſi
res orta fuerit ex prima,quia materia tranſierit in mate-
riatum:quia quando materia quæ fuit obligata, trãſit in
materiatum,tunc illa prima materia deſinit eſſe, & ex-
tinguitur,& incipit eſſe alia ſpecies:& propterea hypo-
theca quæ erat in prima materia,extinguitur, vt eſt text.
notab.in l.ſi conuenerit.§.ſi quis.ff.de pignor.action.vbi
eſt text,quòd ſylua fuerat data pignori, & ex illa ſylua
fuit poſtea compoſita nauis,dicitur ibi,quòd nauis non
eſt pignori nexa, niſi in obligatione facta ſyluæ dictum
fuiſſet,quòd ſylua obligabatur vnà cũ omnibus quæ ex
ſylua facta natáve eſſent, tunc enim etiam nauis eſſet o-
bligata.& ibi gloſſ.optimè declarat.& Bartolus poſt Ia-
cobum Butrig.põnit diſtinctionem, concludens: quòd
quando res obligata tranſit in aliam formam reducibi-
lem ad primam materiam, non extinguitur hypotheca,
ſecùs ſi nõ ſit reducibilis,per tex.ibi,& in l.quæſitum.§.
illud fortaſsè.ff.de legatis tertio. & idem firmat Salice-
tus in l.quanuis.C.de quibus cauſis pignus tacitè con-
27 traha. ¶†Tertiò limita,quando res oritur ex prima obli
gata immediatè, ſecùs ſi oriatur mediante facto hære-
dis:quia tunc non comprehenditur in obligatione, in
qua prima erat comprehenſa,vtputà in fructibus: quia
fructus naturales percepti ex re pignorata per hęredem,
veniunt in obligatione rei pignoratæ, quia immediatè
percipi dicuntur ex ipſa re:ſed fructus induſtriales non
ita.notat Bartolus interpretando gloſſam in l.aſsiduis.
C.qui potior.in pig.hab.& habetur in l.tertia.C.in qui-
bus cauſis pignus tacitè contrahatur.& in dicta l. Pau-
lus.in principio.& §.j.ff.de pignor.Et intellige hoc,etiã
ſi fructus fuiſſent iã ſatis à debitore in re obligata: quia
licet illi fructus cenſeantur pars prædij obligati,vt l.fru
ctus pendentes.ff.de rei vendication.tamen illi non cẽ
ſentur per ſe,prout ſunt fructus, ſed vnà cum fundo: vt
eſt textus not.in l.final.§.fructus.ff.quæ in fraud.credit.
quanuis in contrarium videatur textus in l.diuortio. in
principio.ff.ſoluto matrimonio.ſed ibi eſt diuerſa ratio.
& ideo ſi tales fructus non percipiantur à debitore, ſed
ab alio bonæ fidei poſſeſſore,non competit pro illis hy-
pothecaria:quia verum eſt dicere,illos nunquam fuiſſe
in dominio debitoris.tex.eſt in l.j.§.cùm prędium.& ibi
gloſſ.in ver.nunquam debitoris.& ibi etiam Bartol.ff.de
pignor.qui declarat gloſſam quæ prima facie videbatur
velle contrarium. In hoc tamen articulo, ſcilicet an &
quando fructus rei hypothecatæ veniant in obligatio-
ne,& quo iure peti poſsint,Salic.poſt Iac.de Are.& Cy-
nus in l.3.C.in quibus cauſ.pign. tacitè contraha.ponit
vnam plenam & pulchram diſtinctionem,non tamẽ diſ
cordat à prædictis.idem etiam facit Salicet.in l.j.§.cùm
prædium.in 2.q.ff.de pign.& quando caſus occurrit,vi-
de Salic.in locis prædictis:quia perfectè loquitur,& ad-
de in materia fructuum perceptorum ex bonis obliga-
tis.Socin.in conſil.93.Circa primum,&c.col.8.ver.Con-
28 firmatur dicta concluſio j volum.¶†Sextò, amplia regu
lam prędictam,quòd in generali obligatione bonorum,
veniant etiam bona emphyteutica,& ſic,quòd licet re-
gulariter bona emphyteutica alienari non poſsint,irre-
quiſito domino,tamen poſſunt hypothecari.Ita no.Bar-
tolus.& clarius Baldus & Paulus de Caſtro in l.tutor.§.
final.ff.de pignor.action.& l.lex vectigalis.ff. de pignor.
& Barto.in l.ſi conſtante.in princip.in 3.q.tertiæ.q.prin-
cip.ff.ſolut.matr.& ibi ſequitur Alexander reprehẽdens
Romanum,qui ibi voluit contrarium.idem tenet Spec.
in titul.de loca.§.nunc aliqua.verſic.122.idem tenet glo.
in l.final.in verſic.vendere.& ibi Salice.& alij.C.de iur.
emphyteut.Dicit tamen Salicetus ibi in 2.colum. audi-
uiſſe ſe quendam ſolennem Docto.tenentem, quòd ſi eſ-
ſet emphyteuſis Eccleſię,non poſsit obligari,neque hy-
pothecari per auth.hoc ius porrectum.& authent.quas
res.C.de ſacroſanct.eccle.Sed ſubdit ipſe, quòd illa iura
hoc non probant:quia loquuntur in adminiſtratore Ec-
cleſiæ,non in emphyteuta,qui ius ſuum tantùm, & non
ius Eccleſiæ,pignorat.nam ius Eccleſiæ obligare nõ poſ
ſet,l.rem alienam.ff.de pignor.action.& ita refert & ſe-
quitur Iaſ.in dicta l.fin.chart.185.col.3. & facit: quia pi-
gnorans,vel hypothecans non alienat,nec ius in alium
transfert: quia pignus remanet in bonis debitoris.l.pi-
29 gnus.C.de pignoratitia actione.¶†Et non obſtat, quòd
prohibita alienari,nõ veniant in obligatione bonorum
iuxta notata per Bartol.in l.codicillis.ca.inſtituto.ff. de
leg.2.& per Bald.in l.j.C.quæ res pign.oblig.poſſ.& in l.
voluntas.ad fin.C.de fideic.per Bar.not.in l.& quorum.
ff.de pign.& in l.multum intereſt.ff.de verborum oblig.
per Cyn.Bald.& Salic.in l.fin.vbi bonus text.C.de rebus
alien.non alien.per Bart.in l.qui habebat.in prin.ff.de le
gatis 3.& in l.legata.§.fin.ff.de adimen.leg.in quibus lo-
cis habetur,quòd regulariter res prohibita alienari, nõ
poteſt obligari.Nam ad iſtud reſpondetur,quòd d.l.fin.
C.de iure emphyteuti.in qua fundantur tenentes, quòd
res emphyteutica non poſsit obligari,non prohibet ſim
pliciter & directò alienationem, ſed prohibet ius em-
phyteuticum in alium transferri. & aliud eſt alienare,
aliud transferre.nam etiam ſimplex locatio dicitur trãſ-
latio.l.final.in verſiculo tranſtulerunt. cum gloſſ.& ibi
Bald.C.de bon.auth.iud.poſ.& ideo non ſumus in regu-
la,quòd res prohibita alienari, non poſsit obligari, &
ita reſpondet Iaſon in dicta l.fin.chart.185.numero 34.co
30 lum.4.¶†Secundò,vltra Iaſ.poteſt reſponderi, vt reſpon
det Bartolus in dicta l.qui habebat.in fin.ff.de lega.3.vi-
delicet,quòd immò prohibita alienatione, non ſit pro-
hibita obligatio pignoris, dummodò non obligetur res
pro tanta quantitate,quòd veriſimiliter non ſit ſpes lui-
tionis,intelligendo tamen, quòd obligatio pignoris ſit
facta ſola cõuentione abſque traditione. nam per talem
ſimplicem obligationem nunquam prohibitus alienare,
dicitur venire contra prohibitionem alienandi. ita te-
net & firmat Baldus in cap.j.in §.aut ſi libellario.quibus
modis feud.amit.vlt.colum.in verſic.Sequitur in textu.
31 aut pign.¶†Tertiò,poteſt reſponderi,quòd licet appel-
latione alienationis veniat hypotheca, tamen iſtud eſt
impropriè,& ex interpretatione: vt dicit gloſſ.in d.l.fi.
C.de rebus alienis non alien.Et ex hoc inferunt ibi Bal-
dus,Cynus,Paulus de Caſtro,& omnes, quòd tunc ap-
pellatione alienationis venit hypotheca, quãdo ſumus
in diſpoſitione,in qua fit latiſsima interpretatio, vt in
teſtamentis:ſecùs autem,quando ſumus in interpreta-
tione,in qua fit ſtricta interpretatio,vt in ſtatutis, & in
prohibitione alienationis,quæ fit in odium alterius,:&
ita videntur intelligenda notata per Bartolum in dicta
l.qui habebat.& in dicta l.rem legatam.& ita declarat &
firmat Socin.in conſil.75.primo vol.2.colum.verſicu.ſed
his non obſtantibus &c.Vnde cùm ſimus in diſpoſitio-
ne d.l.fin.C.de iure emphyteut.quæ eſt pœnalis, indu-
cens caducitatem & priuationem: & per conſequens ſit
ſtrictè intelligenda,iuxta l.cùm quidam.ad finem. & ibi
gloſſ.ff.de liberis & poſthumis.prohibita alienatione,
non cenſetur prohibita hypotheca.Et iſtum articulum,
an res prohibita alienari,poſsit obligari: ponam infrà,
in hac ſecunda parte,in 3.membro in 12.quæſtio.vbi latè
examinabitur,Et ad materiam adde Alexand. in conſil.
173.ſecundo volum.& Paul.de Caſtro in conſil.135.in ca-
ſu præſenti.ad fin.vbi inaduertenter dixit,quòd in gene
rali obligatione non venit res emphyteutica,cõtra con
cluſionem ſuprà firmatam.¶†Septimò, amplia regulam
32 prædictam,quòd licet aliàs in generali ſermone nõ con-
tineatur perſona loquentis,vt l.inquiſitio.C.de ſolutio.
cum concordantiis. tamen ſi ſeruus de licentia domini
obligat omnia bona domini, in tali generali obligatio-
ne continebitur etiam ipſe ſeruus.text.eſt in l.Paulus.§.
fin.& ibi gloſſ.ff.de pignor.& ratio iſtius deciſionis eſt,
quia in dicta obligatione cõtracta per ſeruũ,ipſe ſeruus
non conſideratur vt perſona:ſed magis vt res ſpectãs ad
do-



dominum,vt inquit ibi Bartol.dicens ita ſolui contra-
rium.de dicta l.inquiſitio.Bald.autem ibi poſt Fran.Ac-
cur.aliter ſoluebat,videlicet quòd ſeruus in contrahen
da obligatione non fuit loquutus,vt ipſe, ſed vt domi-
nus,& eſt ſubtilis ſolutio:& dictum §. inducit ibi Ale-
33 xander ad plures quæſtiones.¶ †Et ex prædictis infer-
tur etiam,quòd in generali obligatione omnium bono-
rum, appoſita in contractu locationis pro obſeruantia,
& in contractu emptionis,in quo emptor promiſit ſol-
uere pretium:vel fecit pactum de reuendendo vel aliam
conuentionem,comprehenditur etiam res locata & vẽ-
dita,per notata per Bartolum in l.qui fundum.ff.loca. &
in l.ſi filio.§.fin.in fin.ff.ſoluto matrimo.& in l.j.§.quòd
autem.ff.de ſuperficieb.& per Paul.de Caſtr.in dicta l.ſi
merces.§.j.ff.locat.iunctis aliis allegatis ſuprà.& etiam
no.ſuprà in iſta ſecunda parte,in primo mẽbro,in 5.dif-
ferentia,nu.5.expeditis ampliationibus, venio nunc ad
34 fallentias dictæ regulæ.¶†Et primò dicta regula,quòd
in generali obligatione veniant bona pręſentia & futu-
ra,fallit quo ad ea bona,quæ veriſimiliter nullus in ſpe-
cie fuiſſet obligaturus,quia illa non veniunt in genera-
li obligatione bonorum,vt eſt caſus in l.obligatione ge
nerali.ff.de pignor. Quæ autem ſint iſta bona,quæ veri-
ſimiliter quis in ſpecie non fuiſſet obligaturus, expri-
muntur in dicta l.obligatione.cum tribus leg.ſequenti-
bus.iunctis not.ibi per Barto.& Alexand.& per Barto.&
alios in l.j.C.quæ res pigno.obli.poſſ.& per Spec.in tit.
35 de loca. §.5.verſic.cæterùm.¶†Limita tamen & reſtrin-
ge hãc fallentiam,niſi obligatio generalis bonorum eſ-
ſet collata poſt mortem obligantis:quia quando obliga-
tio confertur poſt mortem,ceſſat ratio, de qua in dicta
l.obligatione.& ideo veniunt in ea omnia etiam exce-
pta in dictis legibus. ita not.limitat Alexan.in l.ſtipu-
latio hoc modo concepta.in 6.colum.in verſic.quod vi-
36 detur verum.ff.de verborum obligatio.¶†Et hinc eſt,ꝙ
in vltimis voluntatibus in generali diſpoſitioue nõ ex-
cipiuntur ea,de quibus in dicta l.obligatione generali.
& aliis tribus ſequentibus.l.nam quod.§.ſi.cũ l.ſequen.
ff.ad Trebellia.& l.his verbis.ff.de hæredi.inſti. ita ſin-
gulariter no.Cor.præceptor meus in conſil.61.in litera.
37 quæſtio. 2.vol.quod nota perpetuò.¶† Secundò,iſta pri
ma fallentia videtur reſtringenda & ſublimitanda, vt
non procedat quando in diſpoſitione & obligatione ge
nerali bonorum eſſet adiecta dictio vniuerſalis, omnis.
qui enim omne dicit,nihil excipit.l.à procuratore. C.
manda.ita limitat ſubtilis & excellens doctor Decius
in conſilio 30.in 3.colum.verſicu.2.non obſtat &c.intel-
ligens dictam l.obligatione generali. procedere in o-
bligatione indefinita,puta bonorum:ſecus,ſi adiiciatur
dictio,omnium.idem etiam tenet Decius in l. omnia.in
j.colum.ff.ſi certum peta.vbi etiam ad hoc mouetur ex
not.per Bart.in l.generali.§.vxori.ff.de vſufru.leg. ¶Sed
licet authoritas Decij ſit magna, tamen ego dubito de
iſta ſua deciſione.Primò, quia docto. intelligunt d.l.o-
bligatione generali, quando etiam fuit facta obligatio
cum dictione,omnium:vt per Barto.in l.codicillis.§.in-
ſtituto.de legat.ſecundo.& per Mathæſyl.in notabi.142.
per Barto.& Salic.in l.j.C.quæ res pign.oblig.poſ.& per
Alex.& doct.in d.l.ſtipulatio hoc modo concepta.Secũ
dò quia opi.Decij non probatur per not.per Bar.in l.ge-
nerali.§.vxori.Nam(vt etiam dixi ſuprà in hoc mẽbro,
in 5.ampliatione.nume.14.)ex dictis Bart.ibi colligitur,
quòd diſpoſitio ſeu obligatio generalis, ſimpliciter fa-
cta,comprehendit etiam venalia: ſed ſi dicta diſpoſitio
generalis reſtringatur ad certum locum,puta, relinquo
omnia quæ in domo ſunt: tunc propter locum deſigna-
tum,reſtringitur diſpoſitio generalis,& non cõprehen-
dit venalia quæ ſunt in domo,niſi dicto loco deſignato
adiiciatur aliud ſignum vniuerſale,puta, dicendo: quæ
domi quoquomodò ſunt: tunc enim illa reſtrictio loci
tollitur per dictam clauſulam vniuerſalem,quoquomo-
dò.& prout prius comprehendebantur venalia,quando
diſpoſitio erat facta ſine deſignatione loci:ita & nunc
cum deſignatione loci ampliata per dictam clauſulam,
quoquomodò:ita vult in effectu & ſubſtantia ibi Bartol.
& ſic Bartolus non facit ibi differentiam inter legatum
ſeu diſpoſitionem indefinitam & vniuerſalem, vt facit
Decius in ſua deciſione.¶ Nec etiam fundari poteſt de-
ciſio Decij ex nota.per Bartolum in l.ſi pluribus.ff.de le-
gatis ſecundo.ad quem ſe refert Decius: quia Bartolus
ibi examinat, an & quando indefinita æquipolleat vni-
uerſali:& in propoſito dicit,quòd quãdo indefinita pro-
fertur ab homine,ſi dependet ex voluntate proferentis,
an comprehendantur vel non comprehendãtur omnia:
tunc debet attendi,quod ipſe voluit:in caſu autem du-
bio quando non conſtat quid voluerit,diſtinguitur, an
ſit eadem ratio omnium contentorum ſub indefinita,an
non,prout ſecundum Bartolum.ibi diſtinguit Dynus in
Rubrica,de regulis iuris.libro ſexto.in terminis autem
dictę l.obligatione generali,non eſt eadem ratio omniũ
comprehenſorum:& ideo excluduntur ea,de quibus in
38 dicta l.obligatione.cum tribus legibus ſequen.¶ †Ter-
tiò,non obſtat illud vulgare,quòd qui omne dicit, nihil
excludit.dicta l.à procuratore,quia terminus omnis,re-
ſtringitur ad ea quæ ſunt de natura contractus, vt pul-
chrè declarat Bartolus in dicta l.à procuratore.& in di-
39 cta l.qui habebat.in principio.ff.de legatis 3.¶†Præter-
eà dictio,omnis, adiecta diſpoſitioni de futuro, conti-
nẽti conceſsionem noui actus,recipit reſtrictionem de
habilitate,vt latè per Bartolum, Alexand.& Iaſonem in
l.j.§.nuntiatio.ff.de noui operis nũtiatione. Et propter-
eà dictio,omnis,adiecta in generali obligatione bono-
rum,reſtringi debet ad bona quæ habilia ſunt compre-
hendi in ea,non autem ad inhabilia, iuxta dictam l. o-
40 bligatione generali.¶†Quartò,quia obligatione gene-
rali,loquitur expreſsè de generali obligatione, ergo nõ
eſt reſtringenda ad indefinitam, vt facit Decius. Nam
oratio vniuerſalis,generalis, perticularis, & indefinita,
differunt ad inuicem, vt latè habetur per Bartolum in l.
ſi ita.ff.de auro & argento lega.& per Bartolum in l.fin.
§.j.ff.de legatis ſecundo. Meritò igitur diſpoſitio d. l.o-
bligatione generali,procedit etiam quando adiecta fuit
dictio generalis,omnis:quia illa dictio facit obligatio-
nem generalem,vt per Bartolum in dicta l.ſi ita. & ſine
dicta dictione,omnis,diceretur indefinita,vt ibi per Bar
4 tolum.¶†Et propterea doctores volentes dare cautelã,
quòd in obligatione & hypotheca comprehendantur
etiam ea,quæ excipiũtur in dicta l.obligatione. cum ſe-
quentibus,dicunt,quòd obligentur omnia bona præſen
tia & futura,etiam ſupellectilia & veſtes propriæ perſo-
næ,vel quælibet alia res, quæ ſpecialem requireret ex-
preſsionem.nam iſto modo bene comprehendentur ea,
de quibus in dicta l.obligatione.argumen.capit. qui ad
agendum.de procurato.libro 6.& iſtam cautelam tradit
Matheſy.in dicto nota.142.refert Alexan.in dicta l.obli-
gatione generali:ex quo datur intelligi, quòd ſola di-
42 ctio:omnis:non ſufficit,& ita puto tenẽdum.¶† Secun-
do fallit principaliter dicta regula in bonis prohibitis
alienari ſub pœna:quia illa comprehenduntur in gene-
rali obligatione bonorum,vt per Bartolum in l.codicil-
lis.§.inſtituto.ff.de legatis 2.& per Specu.in titul. de pi-
gno.§.j.ad finem.verſicu.ſed nunquid cadit feudum per
Bald.in l.j.per illum textum poſt Bart.ibi.C.quæ res pi-
gno.oblig.poſſunt.& in l.voluntas.C.de fideicommiſ.&
in c.imperialem.in prin.col.de prohib.feud.alie.per Fre
der.per Ang.in authent.de nõ alienan.& ea quæ parit in
princip.per Alexan.in conſilio 20.2.colum.verſicul. for-
tificantur prædicta.5.volumi.per Bartolum in l.ſi cõſtan
te.in principio.in 3.q.tertiæ partis principalis.& ibi per
Alexandr.ff.ſoluto matrimonio. & per Alexandrum in
43 conſil.10.ad fin.7.volumi.¶ † Tertiò fallit dicta regula
in bonis feudalibus:quia illa non veniunt in generali o-
bligatione:ea ratione,quia feudũ nõ ſolùm prohibetur
alienari,ſed etiam pignorari:vt eſt tex.in c.j.in princ. de
pro-

prohibi.feud.alien.per Frederic.& not.Bartol.in d.l.qui
habebat.in fin.principij.ff. de legatis 3. ¶ Et ideò ſolet
reprehendi Barto.in dicta l.ſi conſtante.in princip. in 3.
q.tertiæ q.principal.dum ibi vult, quòd in tacita hypo-
theca,data à iure pro reſtitutione dotis, comprehédan-
tur etiam bona feudalia, prout ibi eum reprehendunt
Baldus & Romanus,dicétes,quòd in generali hypothe-
ca nó venit feudum propter pœnam priuationis, quam
incurrit alienás vel obligás illud,per dictam l.j.in prin-
cip.& ideo non eſt veriſimile,quòd illud quis in ſpecie
fuiſſet obligaturus. dicta l.obligatione generali. ¶ Et
contra Bartol.in hoc,ſ.quòd feudum neque generaliter,
neque ſpecialiter,neque expreſsè,neque tacitè obligari
poſsit,tenet Spec.in titul.de pig.§.j.verſic.Sed nunquid
feudum.& Salic.in dicta l.C.de iure emphy.& Bald.in l.
3.C.vt in poſſeſ.lega.& in d.c.j.§.aut ſi libellario.quibus
modis feud.amit.& Alex.in d.l.ſi conſtante.in princip.
in 3.q.tertiæ q.princip.& Alexand.in conſil.41. viſo the-
mate,num.1.& 2.7.volum.& Iaſ.in d.l.final.in chart.185.
numero 34.& ſic iſta eſt communis & vera concluſio. Commu. opinio.
44 ¶ †Reſtringitur tamen & limitatur iſta concluſio quin-
que modis:primo,niſi vaſallus daret feudũ pignori, do-
mino volente,quia tunc cùm dominus conſentiat,nulla
ei fit iniuria.c.j.extrà de feud.ita tenet Bald.in capit.j.in
45 princip.de prohibi.feud.alien.per Freder. ¶ †Secundò,
reſtringitur,quando eſſent plures domini,& feudum eſ-
ſet diuiduum:quia tunc poſſet pignorari vni ex domi-
nis,etiam aliis non conſentientibus.ita not. Baldus eo.
46 lo. ¶ †Tertiò limitatur, niſi feudum obligaretur pro
47 neceſsitatibus vel ſeruitiis domini. ¶ †Quartò limita-
tur,niſi obligaretur abſque traditione animo luédi.iſtis
duobus modis limitat Baldus in l.ſecunda. C.commun.
de leg.& in dicto §.aut ſi libellario.licet Ambro.Opizo.
in repetition.l.filiusfamil.§.diui.in 9.limit.numer. 61.ff.
de legat.primo.inuoluédo ſe in hoc,firmet contrarium.
Ad cuius dicta reſponde, vt ſuprà in hoc membro in 7.
ampliatione,& latius infrà in 3.membro,in 12.q.vbi latè
poſui,an & quando prohibita alienari,ſint etiam prohi-
48 bita hypothecari. ¶ †Quintò reſtringitur & limitatur
reſpectu fructuum & commoditatum feudi: quia licet
feudum reſpectu dominij & proprietatis non poſsit pi-
gnorari,tamen reſpectu fructuum & commoditatum il
lius,ſic ita tenet Ioannes Fab.in §.item Seruiana.in 14.
colum.inſtitut.de actio.refert & ſequitur Iaſ.in dicta l.
49 fin.char.185.3.col. ¶ †Intellige tamé tu,& declara iſtud,
quádo vaſallus obligaret ſe actione perſonali ad dictos
fructus & commoditates feudi: nam tunc valeret obli-
gatio.ſecùs autem,ſi pro dictis fructibus & commodi-
tatibus vaſallus conſtitueret ius vſusfructus in re feu-
dali,prout notatur per Bartol.in dicta l.codicillis.§. in-
ſtituto. in 2.quæſtio.ff.de legatis 2.& ibi ſequitur Bald.
& reputat notabile.Nam ibi Bartolus vult quòd prohi-
bitus vendere vel obligare,poteſt tamé fructus rei pro-
hibitæ alienari,vendere,& obligare ſe perſonali actio-
ne ad præſtandum dictos fructus:non auté poſsit vſum-
fructum conſtituere,quia tunc conſtitueret ius in re, &
eſſet quædam alienatio vel obligatio: iuxta not. in l.fi-
50 nali.C.de rebus alien.non alienan. ¶ †Quartò fallit re-
gula principalis in bonis libellariis,quia etiam illa non
veniunt in obligatione generali:ita tenet Angelus in au
thentica de reſtitutionibus. & ea quæ parit in 11.mem-
ſe.in princip.& facit text.in capitu.generali.ſi de feudo
defunct.fuerit controuerſia inter domi.& agna.vaſal.&
in capitu.j.de capitaneo qui curiam vendidit.Et ita per
prædicta iura tenet Alexand.in dicta l.ſi conſtante.in d.
3.q.tertiæ q.princip.& Iaſ.in dicta l.final.chart. 185.col.3.
51 ¶ †Sed dubitatur in materia,quis dicatur cótractus li-
bellarius:in quo dicendum eſt, ꝙ in propoſito contra-
ctus libellarius dicitur,quando vaſallus concedit alteri
pro certa annua mercede prædium,vel aliam rem,quam
ipſe vaſallus habet in feudum: quod olim fieri poterat
ſine conſenſu domini,ſecundum id quod habetur in ca-
pitul.j.in principio. §.ſi clientulus.de alien.feudi. Ho-
die autem iſtud fieri non poteſt ſine conſenſu domini:
quia omnis alienatio eſt prohibita vaſallo ſine conſenſu
domini. d.capitu.j.de prohibi.feudi.alien.per Frederic.
& ſecundum iſtam declarationem intellige iſtam quar-
52 tam limita. ¶ †Nam ſi caperes contractum libellarium
ſecundum communem vſum loquendi,ſecundum quem
conuertitur cum contractu emphyteutico,& pro eo po-
nitur,vt prædicta habentur per Alexandrum latè in l.ſi.
finita.§.ſi de vectigalibus.in 14.& 15.colum.in verſiculo
item dum in eadem quæſtio.quærit Bartol.ff. de damno
infecto.tunc non procederet iſta quarta fal.Sed tunc eſ-
ſet dicendum de tali libello,prout dictum fuit de bonis
emphyteuticis,ſuprà in hoc membro,in 6.ampliatione,
53 numero 28. ¶ †Quintò fallit regula principalis, in re-
bus ſubiectis reſtitutioni fideicommiſſariæ in conditio
nis euentum:quia tales res non veniunt in generali ob-
ligatione.ita notat Angelus in authent.de reſtitutioni-
bus.& ea quæ par.in 11.menſe.in princip.in verſiculo,in
gloſſ.quæ incipit,hanc primam dubitationem.& ita re-
fert & ſequitur Alexand.in dicta l.ſi conſtante.in tertia
q.tertiæ quæſtionis princip.Bona autem quę ſunt ſubie-
cta reſtitutioni fideicommiſſariæ, puré nulla expectata
conditione:non ſolùm non veniunt in generali obliga-
tione,ſed nó poſſunt vllo modo etiam ſpecialiter & ex-
preſsè hypothecari,vt eſt textus in l.fina.§. ſed quia no-
ſtra.C.commun.de leg.& ibi per omnes,&c.Sextò limi-
ta prædictam regulam principalem,in bonis hæredis il-
lius,qui obligat & hypothecat:quia illa non veniunt in
generali obligatione bonorum,vt eſt textus in l.Paulus.
in principio.ff.de pigno.& ibi Bartol.& gloſſ.magna in
l.aſsiduis.C.qui pot.in pign.habe. idem tenent Cynus,
Barto.Bald.Salic.& alij in d.l.aſsiduis. prout etiam non
veniunt in legali ſeu tacita hypotheca,vt l.j.in fin.& ibi
per doct.C.commu.de legat. & firmat Bal.in d.l.Paulus.
in princip.in lectura antiqua.licet ſecùs dicat in priuile
gio ſeu actione perſonali:quia competit non ſolùm con
tra bona defuncti,ſed etiam hęredis.ita dicit ibi Baldus
poſt Iaco.de Are.& Cyn.in additionibus.allegat ad hoc
54 text. in l.dabimus.ff.de priuile. credi. ¶ †Sed circa hoc
dubitatur vtiliter,an res præſcripta per hæredem con-
tinuantem in tempore cum defuncto, veniant in ob-
ligatione bonorum facta per defunctum? & in hoc Bal.
in dicta l.Paulus.in princip.in lectura noua, reſpondet,
quòd ſic,ſi defunctus habebat titulum:ſi autem non ha-
bebat titulum,idem tenet,allegans l.qui alienam.& l.ſi
alienam.ff.de donation.cauſa mortis.& l.veniunt.C. fa-
mil.erciſcundæ. & l.j.in fin.C.commun. de legat. & fa-
cit l.Pomponius.§.cùm quis adminiculo.ff. de acquiré.
poſſeſsione.vbi habetur,quòd qui vult vti commodo ex
alterius perſona,debet etiam ex perſona eiuſdem vti in-
commodo.& facit ratio l.ſecundùm naturam.ff.de reg.
55 iuris. cum aliis concordantiis. ¶ †Maius autem dubium
eſt in materia,an defunctus poſsit expreſsé obligare bo
na futuri hæredis,non dico bona hæreditaria. & in hoc
Bald. in l.aſsiduis.C.qui potiores in pignor. habeantur.
poſt Petrum ibi ſentit,quòd ſic. Nam Petrus ibi dicit,
quòd hæres adeundo hæreditatem defuncti, cenſetur
ratificare obligationem factam per defunctum. & pro
hoc facit text.in l.ſi fundus.§.j.ff.de pigno.vbi habetur,
quòd hypothecatio rei alienæ, conualidatur per ratifi-
cationem domini.idem tenet Bald.in l.j.vltim.columna.
ff.ſoluto matrimonio.idem tenet Angel.in dicta l. aſsi-
duis.ſicut enim defunctus poteſt legare rem hæredis, l.
vnum ex familia.§.ſi rem.ff.de legat.2.ita videtur quòd
poſsit rem illius obligare.& ita tenet Alexand.in conſil.
163.viſo themate & ſcriptis.in 2.colum.in verſic.& tunc
etiam dicta res.2.vol. Contrariam autem opin. ſcilicet
quòd defunctus nó poſsit obligare bona hæredis, tenet
Cyn.Salicet.& Raph.in d.l.aſsiduis.& mouentur, quia
teſtator legando rem hæredis,non poteſt ei auferre do-
miniũ,& transferre in legatariũ recta via.ergò eadé ra-
tio-



tione non debet poſſe rem hæredis afficere hypotheca
& obligatione. Et cum dicta opinione Cyni tranſeunt
ſimpliciter Imol.& Paul.de Caſt.in l.ſi hæredis ſeruus.
ff.de leg.Eandem opin.ſequitur Bald. ſibi contrarius in
dict.l.Paulus.in princip.in lectura antiqua.ff. de pigno.
talíque ratióe mouetur,quia ex quo creditor habet ſcié
tiam rei alienæ,ergo ſibi non poteſt confirmari pignus,
per l.j.in princip.eodem tit. Nec videtur verum, quòd
adeundo videatur ratificaſſe: quia talis obligatio non
deſcendit ad hæredem.arg. l.quæſitum. in fin.de preca-
rio.ita inquit Bald. Eandem opin.tenet Salic.in dict.l.
Paulus in princip.& pro iſta opin.videtur text. in l.ſi Ti
tio.ff.de pigno. & in l.rem alienam. ſecundo reſpon. ff.
de pig.actio.vbi habetur,quòd ſi debitor obligauit cre-
ditori rem alienam,& poſteà dominus illius rei efficia-
tur hæres debitoris,non reconualeſcit obligatio pigno
ris,vt ex ea creditor poſsit agere hypothecaria contra
dictum hæredem:ſed dabitur ei pignoratitia contraria,
deſcendens ex perſona defuncti in hæredem:ſecundum
veram lecturam quam ſequitur Bar.in dict.l.ſi Titio. vn
de non videtur verum,quòd aditio hæredis faciat recon
ualeſcere hypothecam,quæ ab initio non valuit.
56 ¶ †Et hoc eſt verum,quamuis ſoleat cócludi,quòd ſi do-
minus rei obligatæ ratificet obligationem factam de re
ſua,obligatio reconualeſcat, " vt à principio,vt eſt text. for. " vſque à
in l.ſi fundus.§.primo de pignorib.& habetur per Bart.
in l.§.j.eod.tit.Et hoc,etiam ſi obligatio facta fuerit pro
prio nomine debitoris,& non nomine domini rei: quia
licet regula ſit, quòd quis non poſsit habere ratum id,
quod non eſt geſtum nomine ſuo,vt l.ſi pupilli.§.ſed ſi e-
go,ff.de negocijs geſtis.tamen illud eſt verum, ad com-
modum ratificantis:quia ſcilicet per ratificationem a-
ctus,non geſti ſuo nomine,quis non trahitur ad illud ne
gocium,nec acquirit actionem negociorum geſtorum.
dict.§.ſed ſi ego.Sed quo ad præiudicium ſuum,bene po
teſt quis ratificare id,quod non fuit geſtum nomino ſuo:
ita pulchre declarat Bartolus in dict.l.ſi fundus.§.j. & i-
dem firmat Bartol.in l.j.§.ſed & ſi cùm quis.ff.de vi & vi
arma.Vnde concluditur, quòd licet ratificatio expreſſa
illius,cuius res per alium fuit hypothecata, validet hy-
pothecam vſque à principio:tamen ſecus eſt in tacita ra
tificatione quæ inducitur per aditionem hæreditatis:
57 †quia illud quod dicitur,quòd quis ſuccedendo alteri,
videtur habere ratum quod per illum fuit geſtum, ha-
bet locũ & procedit ſolùm in his, quæ defunctus geſſit
nomine hæredis, vel in quibus pro eo de rato promiſit:
& tunc enim hæres ſuccedendo defuncto, videtur illa
ratificare:ſecus autem eſt in alijs caſibus. Ita declarat
Bartolus in dict l.rem alienam.in vltima colum.in verſi.
item oppono extra glo.ff.de pign.actio.

¶Et hoc, quo ad actionem: quia ſcilicet creditor,
quando hæres ſuccedit debitori qui obligauit ſimplici-
citer, & non nomine hæredis, nec pro eo promiſit de
rato: Non enim habet actionem hypothecariam: ſed
quo ad exceptionem, videlicet ſi hæres ageret contra
illum creditorem poſsidentem, tunc per ſucceſsionem
bene confirmata eſſet obligatio ad repellendum hære-
dem debitoris agentem. Ita declarat Bartolus in d.l.
rem alienam.in vlt. colum. in ſecunda oppoſitione ſe-
cundæ partis.& habetur per Bart.in l.cùm vir.in vlt.co-
lum.in verſic.quæro,quid econuerſo.ff.de vſucap.

¶ Et ſic eſt differentia inter expreſſam ratificationem &
tacitam:quia ratificatio expreſſa validat obligationem
vſque à principio:tacita autem, quę fit per ſucceſsio-
nem in hæreditate debitoris, non validat hypothecam
factam per debitorem de re hæredis, niſi facta fuiſ-
ſet nomine hæredis: vel defunctus pro hærede de ra-
to promiſiſſet quo ad actionem hypothecariam: ſed
bene quo ad exceptioné: vnde in terminis noſtris,dum
quęritur, an hæres adeundo videatur ratificare obliga-
tionem de bonis hæredis factam per defunctum. A-
lexand. relatis opinion.in d.l ſi hæredis ſeruus. funda-
mentaliter loquendo concludit eſſe diſtinguendum,
quòd aut defunctus obligauit bona hæredis nomine
ipſius hæredis: ſupple tu, vel pro eo de rato promit-
tendo,& tunc ſit vera opinio Petri & ſequacium, quòd
obligatio ſit ratificata & confirmata per aditionem. per
not.per Bartolum in dicta.l. rem alienam. in vlt. colum.
Aut defunctus obligando bona hæredis,non fecit men-
tionem de hærede: & tunc procedat opinio contraria,
quòd obligatio non cenſeatur ratificata per aditionem
hæredis, quo ad concedendam actionem hypotheca-
riam creditori: ſed quo ad exceptionem tantùm, per
not. per Bart,in d. l. rem alienam. & in dicta l. cùm vir.
& etiam quo ad dandam pignoratitiam contra hære-
dem per d.l. ſi Titio.& ibi Bart.

¶ Et non obſtat, quòd ex quo creditor ſciuit rem eſſe
alienam, non reconualidatur pignus per ratificatio-
nem domini: quia immo etiam data ſcientia credito-
ris, per ratificationem domini reconualeſcit pignus:vt
habetur per Bartolum in l. prima §. j.ff.de pignor. in ſua
diſtinctione.

¶ Non obſtat etiam, quòd talis obligatio non de-
ſcendat ad hæredem.arg. l. quæſitum. in fin. ff de prec.
quia loquitur in diuerſis terminis. ideo ceſſat argu. l.ſi.
ff.de calumnia.cum vulga.

¶ Ad alia autem,quæ in contrarium allegantur,reſpon-
de,vt per Alexan. in dicta l. ſi hæredis ſeruus. & ſic opi-
nio quam firmat Alexand. cum declarationibus & ſup-
pletionibus, de quibus ſupra, eſt tenenda tanquam ve- Cõmu. opin.
rior & communior.
58 ¶ †Septimo fallit dicta regula in bonis dotalibus:quia
illa non veniunt neque comprehenduntur in obliga-
tione generali omnium bonorum:& hoc tam in per-
ſona mariti,quàm vxoris.ita tenet Cyn.& Bald. in l.ſi có
ſtante,§.ſi maritus.ff.ſolut. matrimo. & ibi ſequitur A-
lexand.& mouetur,quia maritus non poteſt alteri obli-
gare res dotales.l.vnic.§.& cum lex.C.de rei vxo.action
& inſt.quibus alien.licet.in princip.&authen.ſiue à me.
C.ad velleia.Et propterea non veniunt in obligatione
generali,quia ſi non poteſt expreſſè obligare,non poteſt
etiam tacitè,arg.l.cùm quid.ff.ſi cert. peta. & facit reg.
in generali.lib.6.& idem etiam ex parte vxoris: quia v-
xor non poteſt conſentire,quòd maritus res dotales vel
alias obliget in præiudiciũ dotis, vt eſt text. in dict.§ &
cum lex.& habetur per Ang.de Are. inſti. quibus alien.
licet.in princip.& habetur in dict.auth.ſiue à me.& quia
etiam res dotales ſunt in dominio mariti.l.doce ancillã.
C.de rei vend.ideò tales res non veniunt in obligatio-
ne generali bonorum, facta per vxorem conſtante ma-
trimonio.
59 ¶ †Et intellige prædicta non ſolùm in rebus dotalibus
inæſtimatis,ſed etiam in rebus dotalibus æſtimatis vera
æſtimatione,quæ faciat emptionem, iuxta l. quoties. &
l.ſi inter virum.C.de iure dotium.quia ſi maritus non eſ
ſet idoneus in alijs ſuis bonis pro reſtitutione dictæ do-
tis æſtimatæ,tunc ipſo iure in ſubſidium,dominium di-
ctarum rerum æſtimatarum retransfertur in vxorem,
iuxta text.& ibi per gloſſ.& doct.in l.in rebus. C. de iu-
re dot.& propterea tanquàm res dotales non fuerunt af
fectæ per aliquam obligationem factam per maritum
ſuis creditoribus conſtante matrimonio in præiudi-
cium vxoris.ita notat Bald.& Salic.in l. intereſt.C.de v-
ſufruct.& firmat Iaſ.in l.ex conuentione.in 4.limitat.C.
de pact.poſt Bald.ibi in 3.oppo.& faciunt not.per Imol.
in l.ſi æſtimatis.ff.ſolu.matr. & per Bald.not.in tractat.
dotis.in 8.parte in 7.
60 ¶ †Octauò fallit d. reg. in iure patronatus; quia licet
in contractu pignoratitio tranſeat in creditorem penſio
debita eccleſiæ pro iure patronatus, quia illa poteſt re-
ſtitui,vel indebitum compenſari,iuxta not.in l.1.& 2.C.
de pigno.act.tamen ipſum ius patronatus,quòd compe-
tit eccleſiæ,non tranſit in creditorem eccleſiæ, cui ſolen
niter per eccleſiam fuit hypothecata vniuerſitas:in qua

alias

aliàs comprehenditur ipſum ius patronatus: quia iſtud
ius non poſſet neque reſtitui neque compenſari in ſor-
tem. Nam ſi creditor eligeret & præſentaret, & præ-
ſentatus inſtitueretur, non deberet poſtmodùm remo-
ueri,& ſic reſtitui ius patronatus eccleſiæ debitrici:nec
poſſet haberi ratio æſtimationis dicti iuris patronatus,
quia eſt res inæſtimabilis:& ideò nõ venit in obligatio-
ne generali. iſte eſt text.ſing.c.cùm Bertoldus. de re iu-
dic.& ibi habetur per Abb. penultima columna poſt
gloſſ.dum ſoluit contrarium formatum d.cap.ex literis.
de iure patron.tenendo ſecundam ſolution. gloſſ. ibi: &
hoc modo ſunt intelligẽda notata per Bart.in l.ſi his qui
§.iura.in fin.ff.de pign.vbi loquitur de hoc artic. allegã
do d.c.cùm Bertoldus.

61 ¶†Poſſet etiam limitari d.regula principalis in omni-
bus caſibus, in quibus de iure bonæ expreſſè & in ſpecie
obligari non poſſunt:de quibus tractabitur in ſequenti
3.membro,quia vbi eſt prohibita obligatio expreſſa &
ſpecialis, ibi etiam cenſetur prohibita generalis.arg. l.
cùm quid.ff.ſi cert.pet.Tamen vt magis ordinatê proce-
damus,dictos caſus ponemus in ſequenti membro, ad
uod nunc deuenimus.

## *SVMMARIVM.*

1 *Hypotheca ſpecialis & expreſſa dicitur illa, in qua res particularis obligatur.*

2 *Rem ſpecialiter & expreſſe obligari, & rem haberi ac ſi ſpecialiter eſſet obligata, differunt: nec eſt idem.*

3 *Hypotheca in quibus contractibus, & pro quibus debitis poſſit conſtitui & contrahi.*

4 *Hypotheca ſpecialis requirit, quòd res ſit in bonis debitoris tempore obligationis contractæ.*

5 *Obligatio rei obligatæ creditori: licet nõ ſit in bonis debitoris, ipſi tamen debitori debita eſt valida.*

6 *Habens ius in re, poteſt eam obligare. licet non ſit ei debita, nec ſit in eius bonis.*

7 *Hypotheca poteſt conſtitui in re, qua debitor habet quaſi dominium, & idem ius transfertur vtiliter in creditorem.*

8 *Ius creditoris, cui debitor obligauit rem, in qua habebat quaſi dominium vel ſuperficiem, reſoluitur eo ipſo, quòd reſoluitur ius debitoris.*

9 *Debitor habens vſumfructum in bonis, an poſſit illum obligare. vſque ad num. 26.*

26 *Debitor principalis, cuius nomen fuit obligatum per creditorem alteri creditori, an poſſit ſoluere primo creditori in præiudicium ſecundi creditoris, cui nomen ſuum eſt obligatum.*

27 *Solutio an poſſit fieri per primum debitorem, cuius nomen fuit obligatum primo creditori qui obligauit, & an hoc caſu ſufficiat ſola ſcientia obligationis: vel ſi requiratur denunciatio obligationis facta.*

28 *Pignus pignoratum, omnino liberatur per ſolutionem debitoris, primo creditori factam.*

29 *Legatarius ſecundus, cui primus eſt grauatus reſtituere, habet vtilem hypothecariam contra hæredem abſque reſtitutione vel ceſſione.*

30 *Tacita hypotheca inducta pro legatis, competit vtiliter ſecundo legatario, cui primus eſt grauatus reſtituere.*

31 *Legatarius particularis, cui primus eſt grauatus reſtituere, habet realem actionem ſine ceſſione, licet non perſonalem.*

32 *Actio perſonalis non tranſit de ſubiecto in ſubiectum. Actio hypothecaria eſt realis, & tranſit de ſubiecto in ſubiectum.*

33 *Tacita hypothecaria quæ datur pro legatis, non venit acceſſoriè ad perſonalem: ſed oritur æque principalior.*

34 *Actio competens primo legatario, non tranſit in ſecundum, niſi cedatur: quemadmodum illa, quæ competit hæredi, non tranſit in fidei commiſſarium vniuerſalem, niſi facta reſtitutione.*

35 *Hypotheca poteſt etiam conſtitui in fructibus pendentibus & fœtibus futuris animalium.*

36 *Fiſcus poteſt vendere & obligare totam rem, quàm habet communem pro indiuiſo cum priuato.*

37 *Diuiſio rei cõmunis, non tollit obligationem factã per vnum ex ſocijs de parte ſua pro indiuiſa.*

38 *Iudicium diuiſorium competit inter duos creditores, qui rem communem pro indiuiſo pignori acceperunt.*

39 *Creditor, cui vnus ſocius rei communis pro indiuiſo obligauit, poteſt prouocari ad diuiſionem per alium ſocium, & ſi contingat totam rem adiudicari ſocio, non audietur poſteà alius ſocius, niſi totam rem redimat.*

40 *Diuiſio peti poteſt per creditorẽ conuentionalem contra condominum rei hypothecatæ.*

41 *Iudicium diuiſorium habet locum inter duos tenutarios eiuſdem rei.*

42 *Iudicium diuiſorium poteſt intentari per tenutarium contra habentem communionem in re.*

43 *Diuiſio poteſt fieri per ſocium cum alio ſocio, non obſtãte, quòd vnus eorum partem ſuam obligauerit creditori, & obligatio integra manebit,*

44 *Iudicium diuiſorium non poteſt intentari per conſocium, qui alteri conſocio partem ſuam obligauit, non reſoluta prius hypotheca: ſi de hoc conſocius excipiat.*

45 *Fructus pendentes poſſunt obligari: & quælibet res futura, vt partus ancillæ, fœtus pecorum, & ſimiles.*

46 *Res litigioſa nec obligari, nec alienari poteſt.*

47 *Res religioſa & ſacra nec emi, nec obligari, nec alienari poteſt.*

48 *Pupillaris res non poteſt obligari per ſolum pupillum, nec cum tutore ſine decreto iudicis.*

49 *Inſtrumenta ruralia non poſſunt hypothecari, nec prætorio pignore accipi, licet hoc de conſuetudine non ſeruetur.*

50 *Filij nec alij homines liberi poſſunt hypothecari.*

51 *Hypotheca non poteſt conſtitui in præmio futuræ victoriæ.*

52 *Res aliena non poteſt obligari.*

53 *Obligatio rei alienæ ſub conditione, ſi ſua erit, eſt valida.*

54 *Obligatio rei alienæ validatur per ratificationem domini illius rei.*

55 *Obligatio rei alienæ validatur per dominij ſuperuentionem ipſi debitori.*

56 *Res aliena obligata creditori ignoranti, ſuperuenienti domino debitori conualidatur, quo ad vtilem hypothecariam: obligata autem ſcienti, conualidatur quo ad retentionem tantùm.*

57 *Hypotheca in re aliena, in qua debitor habet aliquod ius, conſtitui poteſt reſpectu illius iuris: & ſi dominium pòſt ſuperueniat debitori valet in tota re.*

58 *Hypotheca in hoc differt à venditione, quòd in ea conſtituenda non requiritur verbum promiſsiuum, in venditione autem ſic.*

59 *Res in qua eſt ſpes futuræ ſucceſsionis, licet veniat in generali obligatione bonorum, tamen ſpecialiter obligari non poteſt.*





60 *Hypotheca de re aliena, nõ valet in præiudiciũ domini: valet tamẽ in præiudiciũ tertij poſſeſſoris, nullum titulum habentis ad cauſandum vtilem hypothecariam ad ſimilitudinem hypothecariæ.*

61 *Titulus quot modis accipiatur, & an hypotheca dicatur titulus.*

62 *Hypotheca de re aliena, valet in præiudicium debitoris: & quomodo.*

63 *Emptor ſi agat rei vendicatione contra venditorẽ, non poteſt venditor refricare quæſtionem dominij.*

64 *Emptor non tenetur fateri venditorem eſſe dominũ, nec negando dominum, videtur illius turpitudinem allegare.*

65 *Pignoratitia nõ impeditur per exceptionẽ dominij: quia in ea non requiritur quòd debitor ſit dominus.*

66 *Actio pignoratitia non requirit probationẽ dominij.*

67 *Pignorans an & quo caſu habeat neceſſe probare ſe dominum rei pignoratitiæ.*

68 *Creditor non poteſt excipere de dominio contra debitorem reſpectu rei pignoratæ ipſi creditori.*

69 *Res prohibita alienari, an poſsit pignori dari?*

70 *Pignus dicitur commercium.*

71 *Alienationis prohibitio non comprehendit hypothecam propriè, ſed interpretatiuè & extenſiuè.*

72 *Pignus dicitur in bonis debitoris remanere.*

73 *Alienatione prohibita, cenſetur prohibita hypotheca: & hoc in diſputatione fauorabili, ſecus in odioſa vel perſonali.*

74 *Verba contractuum ſunt ſtrictè intelligenda.*

75 *Regula, quòd vno prohibito, cẽſetur prohibitum id, per quod peruenitur ad illud, non procedit in diſpoſitionibus pœnalibus & odioſis.*

76 *Prohibitio alienationis nõ includit hypothecam.*

77 *Probibita alienari, quandoque cenſetur & prohibita pignorari, vel obligari.*

78 *Hypotheca prohibita ſub pœna, intelligitur de illa in qua interuenit traditio, non autem de illa, quæ fit ſine traditione, quia per illam non incurritur pœna.*

79 *Emphyteuſis alienatio ſine traditione, caducitatem non inducit.*

80 *Hypotheca contra prohibitionem conſtituta, nulla interueniente traditione, eſt inualida.*

81 *Hypotheca vendi poteſt per creditorem, etiam pignore exiſtente apud debitorem.*

## Tertium membrum ſecundæ partis.

1 SEQVITVR ergo tertiũ†mẽbrũ huius
ſecũdæ par.principalis:in quo tractandũ
eſt de hypotheca ſpeciali expreſſa:& pro
intelligẽtia premitto,quòd ſpecialis hy-
potheca expreſſa dicitur,quando vna res
particularis obligatur,vt eſt text.in le.j. in principio,
ſecundo reſponſo.ff.de pignor.iuncta glo.ibi in verb.
recepta.¶Poteſt etiam dici ſpecialis hypotheca, cùm
obligantur bona præſentia tantum,vt eſt text. iuncta
gloſſa.in leg.& quæ nondum.§.j.ff.de pignor.in gloſſ.
in verbo,ſpecialiter. Et ſic in hac materia dictio ſpe-
cialis,capitur ad differentiam generalis. ¶ Aliquãdo
tamen iſta dictio, ſpecialis,exponitur, id eſt expreſſa,
vt not. gloſſ.in l.negocium. C.de negoc.geſto. & ha-
betur per Alexand.in l.j.in 3.colum.ſuper gloſſ.2.ff.de
offic.eius,cui mand.eſt iuriſ.& in l.j.ad fi.ff. ſi quis in
ius vocan.non ierit.¶ In terminis autem noſtris di-
ctio,ſpecialis,accipitur primo modo,videlicet quan-
do vna res particularis vel plures, in ſpecie expreſsè
2 hypothecantur. †Adde tamen, quòd aliud eſt, rem
ſpecialiter & expreſſe obligari: & aliud perinde ha-
beri ac ſi ſpecialiter eſſet obligata.Ita not.Bart.in l.li-
cet.ff.in quibus cau.pig.ta.contraha. quod poteſt ſer-
uire ad multa.& facit l.mercis.cum ibi nota.per Bart.
ff.de verbor.ſignifi.vbi habetur, quòd aliud eſt, eſſe
tale,& aliud, haberi pro tali.¶In quibus autem diffe-
rat generalis hypotheca à ſpeciali, dictum fuit ſuprà
in ſecunda parte, in ſecundo membro: vbi poſui ſex
3 differentias: ibi vide. ¶†Item præmitte,quòd hypo-
theca & obligatio bonorũ,poteſt interponi in quoli-
bet contractu ſeu obligatione,ſiue ſit pura,ſiue in diẽ,
ſiue conditionalis: & tam in contractu qui de preſen-
ti celebratur, quàm etiam pro eo, qui iam celebratus
eſt: & tam pro toto debito, quàm pro parte: & etiam
pro naturali obligatione, vt de his omnibus eſt text.
in leg.res hypothecæ.in princip.ff.de pignor.¶. Item
hypotheca interponi poteſt non ſolùm pro ſuo debi-
to,ſed etiam pro alieno,vt eſt text.in d.l.res hypothe-
cæ.§.fi.de pluribus autem modis contrahendi hypo-
thecam & pignus,latius dicetur infrà in 3.parte prin-
cipali, in princip.Vbi de pignore conuentionali tra-
4 ctabitur. ¶†His præmiſsis quæritur, quæ res in ſpe-
cie & expreſsè obligari poſsint: & reſpondetur quòd
omnia,quæ ſunt in bonis noſtris,obligari poſſunt, vt
l.quæ prædiũ.C.ſi alie.res pign.da.ſit.& in l.qui filios.
C.quæ res pigno.oblig.poſſ.& nota.gloſſ.in l. ſi qui.§.
vſusfructus.ff.de pig.Item quicquid vendi poteſt,po-
teſt etiam pignorari.l.ſed & quod.§.j.ff.de pignor.Et
iſtud ſit pro regula. Ad quam regulam pro facilio-
ri ordine, ponam ampliationes & limitationes: po-
nemus ergo primò ſex ampliationes, & ſecundo lo-
5 co octo limitationes.¶†Primò igitur amplia regulã,
quòd etiam ſi res obligata creditori, non ſit in bonis
debitoris, ſed aliena tamen ſit debitori debita ex ali-
qua cauſa,valet obligatio.vt l.3.§.j. & ibi notat. gloſſ.
ff.qui pot.in pig.hab.& not.gloſſ.& Bartol. & alij in l.
j.§.j.vbi ponitur diſtinctio plena in materia. ff.de pi-
6 gno.¶†Secundò amplia, etiam ſi res obligata non ſit
in bonis debitoris, neque ei debita: ſed debitor in ea
habeat aliquod ius in re, quia in illo iure conſiſtit o-
bligatio:& hinc eſt,quòd qui nõ habet aliquod ius in
re,niſi ſolius ſuperficiei,poteſt illud obligare, vt leg.
grege,§.& in ſuperficiarijs,& ibi gl.quæ allegat con-
cordantes,ff.de pigno.& aſsignat rationem, quia ſci-
licet talis ſuperficiarius habet vtile dominium,vt leg.
in prouinciali.§.penul.ff.de no.oper.nun.& in l.j. §.j.
7 de ſuperficieb. ¶†Et ex hoc infertur, idem eſſe in eo
debitore, qui in re habet quaſi dominium, & poſſet
experiri publiciana: quia ſcilicet ille etiam poteſt di-
ctum quaſi dominium pignori obligare: & per talem
obligationem creditor conſequitur idem ius, quod
habet debitor:& aduerſus illos, aduerſus quos debi-
tor poterat ſe tueri vigore quaſi dominij, poterit etiã
ſe tueri creditor. Vnde ſi verus dominus rei ageret,
creditor ſe tueri non poſſet:quià etiam debitor cõtra
eum obtinere non poſſet:iſte eſt text.& ibi gloſſ.nota.
in l.ſi ab eod.ff.de pig.& ibi optimẽ declarat Bartol.
8 ¶†Intellige tamẽ,quòd vterq; prædictoruum,tam ſci-
licet habens hypothecã à ſuperficiario, quàm à quaſi
domino, amittet ius dictæ obligationis eo ipſo, quòd
reſoluitur ius debitoris obligantis,vt notat Bart.in d.
l.grege.§.& in ſuperficiarijs,per ea, quæ ibi allegat.
Habens autem hypothecam ab illo, qui habet vtile
dominium, vel quaſi, quando agere vtili hypotheca-
ria poſsit,quid habeat probare, & quid deducere in
9 libello,docet Bart.in d.l.ſi ab eo. ¶†Secundò, ex iſta
ampliatione dubitatur, quid in vſufructu: an ſcilicet
debitor habens vſumfructum in bonis, poſsit illum
obligare:& videbatur dicendum quòd non: quia aut
per hypothecam conſtituitur creditori vſusfructus
formalis, qui apud alium eſt, per modum ſeruitutis,
vt per Bald.& docto.in leg.vſufructu.ff.ſolut.matrim.

& per Alexand.in l.ſi ita ſtipulatus.§. Titius.ff.de ver.
oblig & non videtur,quòd illum creditor poſsit ha-
bere obligatum:quia ſi vſusfructus eſt ſibi conſtitu-
tus,eſt ſuus:& ideò ſibi non poteſt eſſe obligatus.leg.
neque pignus.ff.de reg.iur.Aut nullus vſusfructus eſt
conſtitutus: & cùm non ſit, non debet poſſe venire in
obligationem. Tamen hoc non obſtante, dicendum
eſt, quòd licet per dictam obligationem non ſit con-
ſtitutus vſusfructus, tamen illa facultas & commo-
ditas vtendi & fruendi, quæ eſt apud debitorem,po-
teſt deduci in obligationem: & ſic non ipſe vſusfru-
ctus, ſed ius vtendi & fruendi cenſetur obligatum:&
ſicut debitor poſſet vendendo transferre vſumfructũ
in alium, ita creditor vigore hypothecæ,debitore nõ
ſoluente poterit dictum vſumfructum vendere: ita
in prædictis tenet Bartol.in l.ſi is qui.§.vſusfructus.ff.
de pigno.¶Et non obſtat ſi dicatur, quòd vſusfructus
non poteſt vendi,vt Inſtitut. de vſufruct.§.finitur: &
etiam non poteſt obligari, vt le.ſed & ſi quid.in fin.ff.
de pigno.quia reſpondetur,quòd licet non poſsit vẽ-
di & obligari,vt transferatur ius vſusfructus: tamen
bene poteſt vendi & obligari, vt transferatur cõmo-
ditas,vt l.arboribus.§.vſufructuarius. ff. de vſufruct.
Ita declarat Bartolus in d.l.ſi is qui.§.vſusfructus. &
10 Cyn.& Salice.in l.j. C.ſi pign.pig.da.ſit.†Dicũt enim
quando dominus pleno iure obligat alicui vſumfru-
ctum, tunc vſusfructus cauſalis, qui erat penes eum,
efficitur formalis in pſona creditoris:& ſi poſtea cre-
ditor alteri illum obliget, vſusfructus ille formalis
non recedit ab eo, ſed ius realis obligationis trãsfer-
11 tur in ſecundum creditorem. †& ibi idem tenet Bald.
dicens, quòd ius quæſitum creditori in pignore, eſt
reale, & de facili tranſit ab oſsibus creditoris in a-
lium,ſicut dominiũ, quod eſt tranſitorium de vno in
alium, & perambulat per mille manus: & idem ſem-
per eſt ius, licet tranſeat per multas manus. & ideò
creditor primus,qui habet obligatum vſumfructum,
ſi alteri illum obliget,non trãſmittit ius vſusfructus,
nec ab eo ſeparatur: ſed tantum transfert ius reale,
quod habet in vſufructu vigore hypothecæ & obli-
12 gationis,ita inquit ibi Bald.¶†Adde tamẽ prædictis,
quòd licet ( vt dictum eſt ſuprà) creditor qui habet
hypothecam in vſufructu, poſsit vendere vſumfru-
ctum,vt tenet Bart.in d.l.ſi is qui.§.vſusfructus,tamẽ
non poteſt vendere proprietatẽ,in qua conſiſtit vſus-
13 fructus,vt eſt text.in l.j.C.ſi pign.pign.da.ſit.¶†Sed ſi
diuendatur,an vendito vſufructu per creditorem vi-
gore pignoris & hypothecæ ſibi in eo conſtitutæ, ille
amplius reuertatur ad proprietatem:& videbatur di-
cendum,quòd ſic,vt in §.finitur.inſtitut.de vſufruct.
Tamen contrarium eſt tenendum,videlicet,quòd iſto
caſu vſusfructus nõ reuertatur vnquam ad proprie-
tatem.& ita tenet Bald.in d.l.j.C.ſi pig.pig.dat.ſit.vbi
dicit ſe habuiſſe iſtam quæſtionem de facto Floren-
tiæ:& non obſtat d.§.finitur. dum ibi dicitur, quòd ſi
vſufructuarius alienet vſumfructum in extraneum.
ille vſusfructus finitur,& redit ad proprietatem,quia
ille §.procedit quando alienatio vſusfructus fit ſine
permiſsione legis,vel ipſorum contrahentium: ſecus
autem, quando alienatio fit ex permiſsione legis vel
contrahentium: prout fit, quando creditor cui fuit
obligatus vſusfructus,alienat illum, debitore nõ ſol-
uente:ita tenet ibi Bald.& Ang.Et quando per aliena-
tionem vſusfructus, per vſufructuarium factam, fi-
niatur vſusfructus, vide per Bald.in l.res,quorum.C.
de iure do.per Barto.in l.ſi vſusfructus.ad finem.ff. de
noua.quorum dicta aliter non refero, quia ſunt extra
14 materiam noſtram.¶†Iterùm dubitatur, quid ſi cre-
ditor, cui fuit obligatus vſusfructus, vendat ſimpli-
citer rem vel poſſeſsionem, vel ipſam obliget alteri,
an iſto caſu videatur vendidiſſe vel obligaſſe dictam
rem in totum,an verò ſolum ius, quod in ea habet? &
gloſſ.in d.l.j.C.ſi pig.pig.dat.ſit.in gloſſ.in verſic.vin-
culum. dicit, quòd videtur vendidiſſe vel obligaſſe
ſolum ius,quod habet in ea.argum.le.quòd tabernas.
ff.de contrahen.emption.ſed Cyn. ibi dicit, deciſio-
nem glo.procedere, quando recipiens obligationem
vel venditionem à primo creditore,erat ſciens, quod
ille non habeat in dicta re niſi dictum ius: per notat.
in d.l.quòd tabernas.& in l.ſi domus.§.fina.ff.de lega.
j.Secus autem,ſi eſſet ignorans,quod in dubio præſu-
mitur:quia tunc cenſetur obligaſſe & vendidiſſe to-
tam rem,& in totũ teneretur quo ad præiudiciũ ſuũ,
non autem in præiudicium ipſius rei obligatæ vel do
minij ipſius,iuxta not.in l.rem alien.ff. de contrahen.
empt.& ita tenet Bald.& Salic.in d.l.j.C.ſi pign.pign.
15 dat.ſit.¶†Tertiò ex iſta ſecunda ampliatione dubi-
tatur,quid in ſeruitutibus,an ſc.ſeruitutes poſsint pi-
gnori dari,vel obligari? Et dicendum eſt, quòd ſerui-
tutes & iura ruſticorum prædiorum poſſunt obliga-
ri: ſeruitutes autem & iura vrbanorum prædiorum,
minimè.vt eſt text.in l.ſi is qui.§.fina.cum le.ſeq.quæ
incipit:ſed an viæ.ff.de pign.& eſt gloſſ.in l.qui filios.
in verſi.obnoxia.C.quæ res pigno.obli.poſſ. Intellige
tamen tu, & bene aduerte, quòd ſeruitutes ruſticorũ
prædiorum poſſunt obligari creditori per ipſum do-
minum rei,in qua eſt ſeruitus. Non autem intelligas,
quòd ille cui fuit conſtituta ſeruitus prædij ruſtici,
poſsit illam ſeruitutem alteri obligare: quia indiſtin-
ctè ille, cui eſt conſtituta ſeruitus, tam ruſtica,quàm
vrbana non poteſt eam pignori dare: ita tenet Bartol.
in l.j.ff.de vſufruct.lega.in vlti.colum.in verſic.& pro
declaratione legis, oppono. vbi approbat lecturam
glo.datam ad d.l.ſed an viæ,& ita dicit tenuiſſe Cyn.
ſe audiente.ita etiam tenet Bald.in d.l.ſi is qui. §. fina.
16 †Vbi ad ſimilitudinẽ vſusfructus, in quo datur cau-
ſalis & formalis, dicit in ſeruitute eſſe cauſalem &
formalem:& quòd ſeruitus cauſalis prędij ruſtici po-
teſt obligari,ſed formalis non, ſiue ſimus in ſeruitute
ruſtica,ſiue vrbana: & idẽ dicit eſſe in ſeruitute vſus,
& aſsignat rationem, quia huiuſmodi ſeruitutes re-
ſpiciunt indigentiam rei vel perſonæ, pro qua ſunt
cõſtitutæ:& intantum licet eis vti,inquantũ eſt indi-
gentia.l.ergo.§.fina.ff.de ſerui.vrban.prædior.& ideò
non poſſunt per eum, cui conſtitutæ ſunt, alteri obli-
gari:quia per hanc viam ille vteretur illis alio modo,
quàm eſſent conſtitutæ:quod non licet, vt le.ex meo.
ff.de ſerui. ruſti.prædi. & ita dicit tenere Dyn. in ad-
ditionibus: & ſubdit, quòd ſeruitus cauſalis impro-
priè dicitur, quia omnis ſeruitus eſt formalis, & ab-
17 ſtracta à ſuo dominio.¶† Sed dubitatur, quæ ſit ratio
differentiæ inter ſeruitutes ruſticas & vrbanas: & gl.
in d.le.ſed an viæ.aſsignat hanc differentiam, ſ. quòd
ideo ſeruitutes vrbanæ non poſſunt obligari, quia
ſeruitutes vrbanæ conſtituuntur ſub quadam perpe-
tuitate,ne ex mutatione illarum contingat vrbes de-
formari mœnijs & ædificijs, vt inſtit. de rerum diuiſ.
§.cum in ſuo.& in l.final.ff.ne quid in loco publ.Non
enim eſſet conueniens, vt poſtquàm tigna immiſſa
eſſent ſoluto pignore, ille qui immiſit, cogeretur tol-
lere,deformando ædificium:quod inconueniens ceſ-
ſat in ſeruitutibus ruſticis.& iſta ratio placet Bartolo
18 ibid. †qui ſubdit, quòd ſi daretur caſus in ſeruituti-
bus vrbanis,in quo ceſſaret ratio dictæ deformitatis,
etiam in illis conſiſteret hypotheca: & de hoc ponit
exemplum, videlicet quando eſſet hypothecata ſer-
uitus altius non tollendi,donec pecunia mutuata re-
ſtituatur: nam hoc caſu ceſſat dicta ratio deformita-
tis,ideò valebit obligatio:& ita etiam refert & ſequi-
tur Veronen.in tractatu vrbanarum ſeruit.in ca.12.ad
19 finẽ.ſub Rub.de ſeruitutibus realibus.¶†Tertiò am-
plia regulam ſupradictam, quando res non eſſet de-
bita,nec in ea haberetur aliquod ius, ſed eſſet illa res
ſibi obligata per hypothecam: nam etiam illa poteſt
alteri



altari obligari,vt l.j.& 2.C.ſi pign.pignor.dat.ſit. & ibi
Bartol.Bald.& Salic.& leg.grege.§.cum pignorib.& ibi
Barto ff.de pig.& tali caſu ſecundus creditor, cui pri-
mus obligauit pignus, habet vtilem hypothecariam,
primus autem habet directam. & ratio eſt, ſecundùm
gloſſ.in d.§.cùm pignori.in gloſſ. in verbo.action.quia
quando primus creditor obligat pignus ſecundo, il-
le qui obligat, non eſt dominus rei. ideo ſecundo da-
tur vtilis, ſed qui obligauit primo, fuit dominus: ideò
primo datur directa:& illam gloſſ. ſequitur ibi Bartol.
& Salic.poſt Petr.in d.l.j.C. ſi pign.pig.da. ſit. licet per
20 alia verba, vt ibi per eum. ¶† Sed dubitatur, an ſicut
primus creditor poteſt obligare pignus ſecundo, ita &
ſecundus poſsit obligare tertio,& ſic deinceps.& Spec.
in titul.de pignorib.§.j.verſicu. ſed cùm pignus. dicit
ꝙ pignus non poteſt pignorari vltra tertiam vicem, vt
euitetur infinitas.argu.capitu cùm mult.de reſcrip.lib.
6.Et hoc dictum dicit eſſe notandum Abb. in cap. cùm
contra.vltim.colum.in verſicul. ſed eſt quæſtio notabi-
lis de pig.ſed Bald.in dict.leg.j. tenet contra Spec.ſcili-
cet quòd immo pignus pignori milies dari poſsit: quia
ius quæſitum nobis in pignore, eſt reale. & ab oſsibus
noſtris de facili tranſit, ſicut dominium,quod eſt tran-
ſitorium de perſona in perſonam per mille manus, &
ſemper remanet idem dominium: ſic in pignore idem
ius permanet,per quaſcunque manus perambulet: ita
dicit ibi Bald.idem tenet Ang.in dicta leg.j.Ro.item in
Rub.de arbit.circa medium,refert dictum Spec.& An-
gel.& nihil firmat.¶†Sed Alexand.in l.qui bona.§.fina.
penul.colum.ff.de dam.infect.dicit, quòd verior vide-
tur opinio Ang.quia dictum Specul. non probatur per
iura,quæ allegat:& quod cõtra eum facit id, quod vult
Bartol.ibi dum tractat de infinitate numeri, præſertim
allegans leg.veluti.§.hæc vox.ff.de edend. & ita tenen-
dum puto.
21 ¶†Quartò amplia regulam, vt procedat non ſolum in
rebus corporalibus hypothecatis, ſed etiam in nomine
debitoris. Nam etiam nomen debitoris mei,poteſt per
me obligari creditori meo,vt eſt tex.in d.l.grege.§.cùm
pignori.§.de pign.ſecundùm ſecundam lecturam gloſſ.
ibi.& ibi latè Bartol.& text. & ibi Bartol.& alij in l.no-
men.C.quæ res pign.obliga.poſſeſsio.
22 ¶†Et iſta ampliatio procedit non ſolùm in nomine de-
bitoris alterius,ſed etiã in nomine debitoris ipſius cre
ditoris.Vnde ſi ego ſum debitor Titij in centum,& Ti-
tius ex alia diuerſa cauſa aliquid mihi promittat & obli
get ſe pro obſeruantia omnia ſua bona, vigore genera-
lis obligationis erit mihi obligatum meum proprium
nomen in illis centum, in quibus ego ſum debitor Ti-
tij.Non obſtat quòd in re ſua non poſsit conſiſtere
pignus, lege,neque pignus.ff. de regulis iuris.
23 †quia reſpondetur,ꝙ ipſum nomen debitoris, non eſt
ipſius debitoris,ſed eſt creditoris,vt probatur in l. poſt
quam.§.idem tamen.ff.de vſufruct.ea.re quæ vſu conſu.
& not.Bart.licet ad alium finem.in d.§. cùm pignori. in
fin.Et non obſtat,ſi quis fortè dixerit, quòd non reſul-
tet hypotheca ex tali obligatione nominis, cũ non poſ-
ſit ipſe idem debitor & creditor,cui nomen ſuum inue
nitur obligatum,agere contra ſeipſum: quia reſponde-
tur quòd ſatis eſt ꝙ competat retentio,& ex hypotheca
cauſetur exceptio.Nam ſi res pignorata tradatur credi-
tori,non competit ipſi creditori actio hypothecaria
ad rem, cùm ipſe rem pignoratam poſsideat: ſed da-
tur exceptio,& retentio vel replicatio,vt leg. creditor.
in princip.ff.qui pot.in pignori habe.& tamen non de-
ſinit eſſe hypotheca: vt ibi, ſic etiam in caſu noſtro, li-
cet eſſet actio hypothecaria, non tamen deſinit eſſe
hypotheca, cùm & aliàs ex obligatione competat ius
reddendi,& non agendi:vt per Bartolum in lege prima
in princip.ff.de pignorib.& in d.l.creditor. in princip.
& ita per prædicta & plura alia copioſè adducta,firmat
Corne.in conſil.61.tertio volumine,in litera, m,n. Et
iſta conſultatio Cornei fuit comprobata per Sozinum
in conſil.180.diligenter puncti narratione.in penul.co-
lum.in verſicu. ſed ad hoc reſpondeo. ſecundo volum.
Vbi etiam ad hoc adducit alia fundamenta; quod per-
petuò nota.
24 ¶†Sed in prædictis dubitatur,qua actione agat ille cre
ditor, cui nomen debitoris fuit obligatum: & in hoc
fuerunt opiniones diuerſæ.Tamen Bartol.in d.l.grege.
§.cum pignori.dicit,quòd habito reſpectu ad ipſum no
men obligatum,& pecuniam ex illo nomine debitam,
competit vtilis perſonalis, quæ directo cõpetebat de-
bitori, qui illud obligauit. & eſt perinde, ac ſi ſecun-
dus debitor illud nomen à primo emiſſet, iuxta leg.
poſtquàm. C.de hæred. vel action. vendi. Sed habito
reſpectu ad alias acceſsiones, quæ primo creditori
cum eo nomine erant obligatæ, valet ad bona hypo-
thecata primo creditori, competit ſecundo credito-
ri vtilis hypothecaria, quæ directò competebat pri-
mo creditori contra bona ei obligata à ſuo debitore.
ita dicit Barto.in dicto.§.cùm pignori. & ita in effectu
tenet Salic.in dicta leg.nomen.C.quæ res pign.obliga.
poſſeſs.& in d.§.cùm pignori.clarius hoc diſtinguen-
25 do, vt ibi per eum. ¶† Ideò autem iſta actio dicitur
vtilis, & non directa: quia creditor primus, qui dedit
pignori, ſecundo, non eſt dominus illorum bonorum
ſibi obligatorum, ſicut fuit ſuus debitor, qui ei obli-
gauit, & ideò obligatio facta à domino, parit credi-
tori directam hypothecariam: ſed obligatio facta à
creditore alteri, parit vtilem hypothecariam. ita de-
clarat gloſſ.in dicto §.cùm pignori.in verſic. actio vti-
26 lis & ibi ſequitur Salice. ¶†Secundò dubitatur in ma-
teria d.leg.nomen.an principalis debitor,cuius nomen
fuit obligatum per creditorem alteri creditori, poſ-
ſit ſoluere primo creditori in præiudicium ſecundi
creditoris, cui nomen ſuum eſt obligatum. Et in hoc
gloſſ.in §.cùm pignori.tenet quòd ſic,per d. leg. nomẽ,
niſi fuiſſet ei per ſecundum creditorem denuncia-
tum, ne ſolueret primo: iſtam autem denunciationem
Bartol.ibi intelligit debere fieri taliter, quòd debitor
primus certificetur de obligatione facta de ſuo no-
mine,oſtendendo ſibi inſtrumentum obligationis per
27 d.l.nomen. ¶†Sed dubitatur quòd ſi debitor haberet
notitiam de hoc aliter, & non eſſet factum alterum de
tribus, de quibus in leg.3.C.de noua. an hoc ſufficiat
ad hoc, vt debitor non poſsit ſoluere primo credito-
ri.Et gloſſ.in dicta leg.nomen.in verſicu.certior. tenet
quòd non ſufficiat ſola ſcientia,ſed quòd requiratur al-
terum de tribus,de quibus in dicta leg. 3. videlicet vel
denunciatio prædicta, vel litis conteſtatio,vel ſolutio
partis debiti. ¶Alia autem gloſſ.in leg.fina.ff. de tran-
ſactio.in gloſſ.j.tenet quòd ſufficiat ſola ſcientia: idem
tenet gloſſ.in leg.ſi cum emptore.in princip. ff. de pact.
Bart.in dicta leg.nomen tenet gloſſ.in d.le.fina.ſcilicet
quòd ſufficiat ſola ſcientia,dicens d.gloſſ. melius fuiſ-
ſe loquutam: ſed in dicto §.cùm pignori. remittit ſe ad
nota.in leg.facta.§.ſi hæres.ff.ad Trebel.vbi dicit ſe ple
nè dixiſſe.& ibi Bartol.& in dict.leg. ſi cum emptore.in
princip.poſt Iacob.de Are. pro veritate diſtinguit, ꝙ
aut ceſsio fit ad commodum cedentis & eius periculo,
& quod inde exigitur, conuertitur in eius vtilitatem:
& tunc non ſufficit ſimplex ſcientia: ſed requiritur al-
terum de tribus,de quibus in dicta lege tertia.hoc mo
do procedat text.& gloſſ.in dict. leg. nomen. nam ibi
hypothecatio nominis fuit facta ad commodum hy-
pothecantis, & pro eius liberatione. Aut fit ad com-
modum ceſsionarij,& eius periculo,& tunc ſufficiat ſo
la ſcientia.& ita procedat gloſſ.in dicta leg. final. ff. de
tranſact&. in dicta leg.ſi cum emptore.& cum Barto.in
dict.leg.facta.§.ſi hæres.diſtinguente,vt dixi,tranſeunt
ibi Imol.& Moderni. & videtur tranſire Bald. in leg. j.
in 5.quæſt.C.de act.& oblig.& ibi Salic.in 12.quæſti. &
tranſit etiam Iaſ.relatis prius opini.aliorum in d.leg. ſi

cum emptore in princ. & ſic remanet firma concluſio,
quòd in terminis dict.leg.nomen.non ſufficit ſola ſci-
entia,ſed requiritur alterum de tribus de quibus in d.
l.3. ¶ Et prædicta procedunt,quando nomen debitoris
fuit datum pignori.
28 ¶ †Sed ſi eſſet datum pignus pignori, tunc dicendum
eſſet,quòd ſi debitor ſolueret primo creditori, qui pi-
gnus pignori dedit, quòd pignus omnino liberetur,vt
tenet gloſſ.in dict.leg.j.C.ſi pign.pig.da.ſit. ad idem gl.
in dict.§.cùm pignori.in verſic.ſoluerit.& eſt text. in le.
debitor.§.fina.ff.de pign.action.nec iſto caſu ſecundus
creditor poteſt prohibere primo debitori,ne ſoluat ſuo
primo creditori: quia licet ei à primo creditore pignus
pignori datum ſit, tamen actio perſonalis remanſit li-
bera penes primum creditorem : & ideò ſecundus cre-
ditor non habens aliquid facere in dicta actione perſo-
nali,nõ poteſt illam impedire.Nam iſto caſu fuit tranſ-
lata hypotheca, per primum creditorem in ſecundum
ſine actione perſonali & principali : & ita tenet Bartol.
in d.§.cùm pignor.in penul.quæſt.& cum Bartol.tranſit
ibi Salic.in 3.quæſt.& ita teneas.
29 ¶ †Inſuper in materia dictæ l.nomen. dixit vnum ſin-
gulare verbum Bartol.in leg.ſi quia ſeruum. §. cer-
tam. ff. de leg.2. videlicet quòd quando legatorio eſt
ſubſtitutus aliquis per fideicommiſſum in legato, ita ꝙ
legatarius tenetur reſtituere fideicommiſſario legatũ,
quod quamuis aliâs fideicommiſſarius non habebit a-
ctionem contra hæredem,niſi illa ſibi cedatur:vt l. Im-
perator.in princip.ff.de leg.2. & in leg.ſi legatarius. ff.
de lega.3. intelligendo ſemper de fideicommiſſario le-
gati particularis, tamen iſtud eſt verum quo ad actio-
nem directam : illa enim non competit fideicommiſſa-
rio particulari, niſi cedatur à legatario : ſed quo ad vti-
lem actionem, dicit Barto.quòd illa bene competit tali
fideicommiſſario abſque ceſsione.Nam cùm fideicom-
miſſarius habeat actionem contra legatarium pro reſti-
tutione legati,in conſequẽtiam habet obligatam illam
actionem,quam legatarius habet contra hæredem pro
legato:& ſic habet vtilem, quæ directo competit lega-
tario per dict.leg.nomen.poteſt enim intereſſe ipſius fi-
deicommiſſarij,vt ſibi prius reſtituatur legatum, quàm
legatario, fortè quia legatarius eſſet ſtatim cõſumptu-
rus,ſi ipſe prius legatum accepiſſet,ita quòd ſubſequẽs
reſtitutio,quæ eſt facienda fideicommiſſario, eſſet po-
ſteà fruſtratoria.
¶ †Sed aduerte,quia Alexand.in d.leg.ſi quis ſeruum. §.
certam.in apoſtil.ad Bartol. dubitat de dicta deciſione
Bartol.ex eo, quia (ſecundùm eum) non reperitur iure
cautum, quòd fideicommiſſarius iſto caſu habeat hy-
pothecatã illam actionem,quam habet legatarius con-
tra hæredem: cùm ergo fideicommiſſarius non habeat
actionem perſonalem contra hæredem,niſi ceſſam à le-
gatario,d.l.Imperator.non videtur,quòd etiam habeat
hypothecariam.l.fideiuſſor obligari,in prin. ff. de fide-
iuſſo.vbi habetur, quòd actio acceſſoria,prout eſt hy-
pothecaria,non poteſt eſſe ſine principali.
30 ¶ †Nihilominus videtur, quòd dict.deciſ. Bartol.poſ-
ſit defenſari ab impugnatione Alexand.quia tacita hy-
pothecaria inducta eſt à lege pro legatis contra hære-
dem ſuper bonis tamen teſtatoris,vt leg.j.§.j. C. com-
mun. de legat. Et iſta actio non ſolùm competit pri-
mo legatario, vt ibi : ſed etiam competit fideicom-
miſſario, cui legatarius grauatus eſt reſtituere. datur
enim fideicommiſſario hypotheca ſuper rebus teſta-
toris, quæ ad ipſum legatarium grauatum deuene-
runt,vt eſt text.in dict.l.j.§. & hæc diſpoſuimus. vnde
cùm hypotheca, quam habet legatarius grauatus,pro-
ueniat à bonis teſtatoris,quia eſt ius in re,cùm ſit actio
realis.l. pignoris.C.de pigno.ſequitur, quòd ſicut alia
bona teſtatoris exiſtentia apud legatarium grauatum,
ſunt tacitè hypothecata ipſi fideicommiſſario, dicto
§.& hæc diſpoſuimus.ita debet etiam eſſe obligata di-
cta hypotheca,quæ eſt apud legatarium: quia in taci-
ta hypotheca introducta à lege, veniunt & compre-
henduntur etiam iura & actiones,vt tenet Bald. & Sa-
lic.in leg.hæredem C.de hered.action.& Bart.in le. pa-
ter.in fin.ff.de dot.præleg.Et ſic illa hypotheca & actio
hypothecaria, quæ ex eo competebat directò legata-
rio grauato contra bona teſtatoris exiſtentia apud hæ-
redem, videtur quòd debeat vtiliter competere fidei-
commiſſario:arg.d.leg.nomen.Ecce ergo probatur iu-
re, quòd illa hypotheca, quæ directò competit lega-
tario grauato ad bona teſtatoris exiſtentia apud hæ-
redem, vtiliter poteſt competere ipſi fideicommiſſa-
31 rio, cui legatarius grauatus eſt reſtituere. ¶ †Et non
obſtat quòd actio ex legatario in legatarium non tran-
ſeat,niſi mediante ceſsione.d.leg.Imperator in princip.
ff.de leg.2. Quia ad hoc poteſt reſponderi, quòd quic-
quid ſit in actione perſonali ex teſta.de qua infra dice-
tur,poteſt dici ꝙ actio realis in legato particulari. vti-
liter tranſeat in legatarium ſine ceſsione : licet ſecus ſit
in fideicommiſſo vniuerſali:ſicut enim in legato parti-
culari tranſit dominium recta via ſine aliqua traditio-
ne.le.à Titio.ff.de fur.ita videtur dicendum in actione
reali particulari, vt expreſsè vult Bartol.in l.j. in vltim.
colum.in verſicu.quæro an ex ſolo contractu.de action.
& obligat.alleg.l.ex legat.C.de legat.
32 ¶ †Et facit, quia licet actio perſonalis,quæ cohæret oſ-
ſibus noſtris non tranſeat de ſubiecto in ſubiectum, vt
eſt glo.not.in l.3.ff.pro ſocio.& ideo facta ceſsione com
petit vtilis,per quam quis conſequitur,quod conſeque-
retur per directam,vt leg.action.ff.de negotijs geſt. ta-
men actiones reales directæ tranſeunt ipſo iure in le-
gatarium.l.ſed nec legatarius.ff.de condition.fur. quia
iura realia non cohærent oſsibus noſtris : ita declarat
Bartol.& Bald.in l.fi.C.de leg. & habetur per Iaſ.in d.l.
ex legato.eodem titulo. Cùm autem actio hypotheca-
ria ſit realis,d.l.pignoris.C.de pigno. videtur quod illa
ſine ceſsione poſsit tranſire in legatarium:& ex legata-
rio in fideicommiſſarium particularem. ¶ Nec obſtat
dict.leg.fideiuſſor.obligari in princi. ff.de fideiuſſ.quia
reſpondetur, quòd licet à principio hypothecaria non
naſcatur ſine actione perſonali,tamen poſtquã vtraque
eſt conſtituta,poteſt ipſa hypothecaria cedi ſine perſo-
nali:ſicut ergo poteſt cedi ſine perſonali,ita vbi non re-
quiritur ceſsio,videtur quòd poſsit tranſire ſine perſo-
33 nali : per not.ibi per Bartol. ¶ †Et tanto fortius in ter-
minis noſtris, cùm actio hypothecaria quæ datur pro
legatis & fideicommiſsis particularibus, non veniat
acceſſoriè ad actionem perſonalem, ſed oriatur æquè
principaliter,vt eſt text.in leg.j.§.j.C. commu. de lega.
quòd etiam patet : quia hypothecaria competit pro le-
gato,etiam vbi non competit perſonalis ex teſtamento.
34 vt declarat Bartol.in leg.j.ad fin.ff.de leg.j. ¶ †Sed ite-
rum eſt aduertendum, quòd Bartol.in dict.leg.j. ff. de
leg.j.in 3.regula videtur contrariari prædictis. dicit e-
nim ibi,quod ſicut actio quæ cõpetit hæredi,non tran-
ſit in fideicommiſſarium vniuerſalem, niſi facta reſti-
tutione : ita etiam quæ competit primo legatario, non
tranſit in ſecundum niſi cedatur.allegat d.leg. Impera-
tor.in princ.de leg.2. ¶ Et Alexand.ibi in 8.colum.iſtud
dictum Bartol.inducit ad q. ꝙ ſi teſtator legat fundum
Titio, & grauat Titium, vt per fideicommiſſum illum
det Caio, dicit ipſe ꝙ dominium recta via tranſit in
Titium:ſed dubium eſt, an incontinenti quòd tranſiuit
in Titium, tranſeat in Caium fideicommiſſarium abſq;
alia reſtitutione:& dicit quòd Dyn.in leg. vnum ex fa-
milia.§.ſed ſi vno.ff. de leg. 2. ſentit, quòd tranſeat re-
cta via de primo legatario grauato in eius fideicõmiſ-
ſarium:ſed quod Ioan.de Imol.ibi tenet contrarium, &
melius ſecundùm Alexand.& firmat ꝙ primus legata-
rius teneatur cedere ſecundo.l.ſi legatarius. ff. de leg.
3.& d.le.Imperator. & ſubdit, quòd ſi aliter diceremus,
ſequeretur, quòd duo eſſent domini inſolidum : con-
tra



tra l.ſi vt certo.§.ſi duobus vehiculum.ff. commod.nam
primus & ſecundus legatarius inuenirẽtur habere do-
minium legati:ſi incontinenti de primo tranſiret in ſe-
cundum.& ſic dubia videtur reddi deciſio Barto.in di-
cta l.ſi quis ſeruum.§.certam.de legat.2.
¶ Iaſ.in dicta l.prima.de leg.j.in nona colum.in ver.ſub-
dit Barto.quòd ſicut actiones competentes &c.perpen-
dit de hac difficultate,& primò dicit, quòd dicta ratio
adducta contra Dynum,quòd duo non poſſunt eſſe do-
mini inſolidum,nihil valet:quia ex quo à primo legata-
rio dominium ſtatim trãſit in ſecundum,ſequitur quòd
non remanet apud primum,ergo non ſunt duo domini
inſolidum. ¶ Secundò ſubdit,quòd licet Alexãder dicat
quòd iſta quæſtio inuenitur in paucis locis:tamen quòd
de hoc eſt gloſſ.ad literam in l.2.in verb.actiones.C.cõ-
mu.de leg.& dictã gloſſ.ſequitur ibi Bald.& etiam Bald.
in l.prima.eodem titul.in vltima colum.in verſic.quæro
ſi à legatario legatur &c.vbi concludit,quòd in ſecundũ
legatarium non tranſit immediatè dominium: ſed bene
mediante primo,ſtatim tranſit in ſecundum,prout tenet
dicta gloſſ. ¶ Paulus autem de Caſtro in dicta l.2. format
quæſtionem,& tenet contra gloſſ.& concludit quòd do
minium à primo legatario in ſecundum nõ tranſeat,niſi
facta reſtitutione. ¶ Vltimo loco Iaſon concludit, quòd
licet ſecundus legatarius ſine reſtitutione primi vel ceſ-
ſione non habeat directam actionem,tamen bene habet
vtilem,ſecundum quod vult Bartolus in dicto §.certam.
per quam deciſionem dicit Iaſon limitari id, quod vult
Bartolus in dicta l.prima.& ſic Iaſ.cõprobat deciſionem
35 Bartol.in dicto §.certam. ¶ †Ego vltra alia,ſuprà per me
allegata pro defenſione deciſ.Bartol.in dicto §.certam.
quæ meo iudicio non ſunt ſublata,dico etiam quod in
hoc articulo,an à primo legatario tranſeat actio vel do-
minium in ſecundum ſine ceſsione vel reſtitutione, eſt
aduertendum:quia licet(vt conſtat ex præallegatis)do-
ctores variè loquuti ſint,tamen ego puto pro deciſione
tenendam eſſe diſtinctionem quam ponit Bartol.poſt Ia-
cobum de Aret.in l.fideicommiſſum.ff.de legat.3.vbi in
hoc articulo diſtinguit,quòd aut primus legatarius a-
gnouit & percepit legatum,& tunc ipſe primus legata-
rius tenetur præſtare legatum ſecundo,& habeat locum
dicta l.imperator.in principio.Aut primus agnouit, ſed
non percepit legatum,& tunc primus tenetur cedere a-
ctionem dict.l.imperator.& l.ſi legatarius.ff.de le.tertio.
Aut primus non agnouit,nec percepit legatum: & tunc
non requiritur ceſsio:ſed legatum remanet apud hære-
dem cum eodem onere.l.ſi ab eo.ff.de vſufruct.legat.ita
diſtinguit ibi Bartolus.adde tu in vltimo membro.quòd
non requiritur,quod primus legatarius abſtineat ſeu re-
pudiet expreſsè legatum,ad hoc,vt legatum remaneat a-
pud hæredem cum onere reſtituendi illud ſecundo lega
tario:ſed ſufficit in hoc,quòd primus legatarius differat
agere contra hæredem.ita declarat gloſſa in dicta l.im-
perator.in principio.in verſicul.abſtineat.& cum dicta
diſtinctione Bartoli tranſeunt alij,vt ibi per Iaſonem.Ex
quibus reſultat concluſio, quòd ſi primus legatarius a-
gnouit legatum,non tranſit actio in ſecundum ſine ceſ-
ſione:& fortiùs,ſi primus agnouit & percepit : ſi autem
primus non agnouit,tranſit actio in ſecundum ſine ceſ-
ſione,& iſto caſu poſſet ſecundus legatarius tam perſo-
nali directa,quàm etiam hypothecaria,agere contra hæ
redem pro reſtitutione dicti legati: in primo autem ca-
ſu,quando primus legatarius agnouit legatum, maius
dubium eſt:tamen prout firmat Iaſon,videtur poſſe te-
neri,quòd tunc non tranſeat directa actio hypothecaria
ſine ceſsione,ſed vtilis,ſic per dictam deciſionem Barto.
in dicto §.certam.defendendo illam ab impugnationi-
bus,vt ſuprà.Adde nota.per Alexandrum in l.mulier.§.
final.ff.ad Trebellianum.& nota prædicta:quia caſus eſt
contingibilis:& puto quòd non inuenies alibi ita diſ-
cuſſum.& per hæc eſt expedita iſta quarta ampliatio in
materia dictæ l.nomen.
36 ¶ †Quintò ampliatur regula,vt non ſolũ procedat,quã-
do res quæ obligatur,eſt tota obligantis,ſed etiam ſi il-
la ſit communis pro indiuiſo cum alio:quia ille qui ha-
bet rem communem pro indiuiſo cum alio,poteſt illam
rem pro ſua parte,non autem pro parte ſocij obligare:vt
eſt textus in l.vnica.C.ſi commu.res pign.dat ſit. & hoc
procedit in perſonis priuatis. Fiſcus autem ex priuile-
gio poteſt rem communem cum alio,in totum obligare
& alienare,vt l.prima.C.de vendi.rerum fiſc. commun.
cum priua.libro decimo.ita tenent gloſſ.Bald.& Salicet.
37 in dicta l.vnica. ¶ †Et ſi poſt obligationem inter dictos
ſocios dicta res communis diuidatur,& vnicuique ex ſo-
ciis obueniat dimidia non remanebit obligata ſola di-
midia,quæ obuenit illi ſocio,qui dimidiam obligauit:
ſed in obligatione erit dimidia cuiuslibet dimidiæ pro
indiuiſo.vt eſt textus.& ibi Bartolus in l.ſi conſenſit.§.fi-
nali.ff.quibus modis pignus vel hypotheca ſoluitur. &
textus in lege tertia.§.final.ff.qui potiores in pig.habeã.
& Bald.& Salic.in dicta l.vnica.
38 ¶ †Sed dubitatur in materia, an inter duos creditores
qui rem communem pro indiuiſo, pignori acceperunt,
competat iudicium diuiſorium communi diuidundo?
Et dicendum eſt,quòd ſic,vt eſt text.in l.communi.§.in-
ter eos.ff.commu.diuid,& in diuiſione prædicta nõ fiet
æſtimatio partiũ pro vero pretio,ſed pro quantitate de-
bita:& ſi contingat in dicto iudicio diuiſorio,vni ex cre
ditoribus aſsignari totum pignus, reſeruabitur tamen
ius luendi debitori,vt eſt text.in d.§.inter eos.
39 ¶ †Vlteriùs notandum eſt in materia,quòd ſocius & do
minus alterius dimidiæ,poteſt prouocare ad diuiſionẽ
creditorem,cui alius ſocius obligauit aliam dimidiam:
& ſi contingat quòd tota res adiudicetur creditori in di
cto iudicio diuiſorio,non audietur debitor poſtea vo-
lens recuperare ſuam dimidiam à creditore,niſi etiã re-
cuperet aliam partem adiudicatam in diuiſione ipſi cre
ditori.textus eſt in dict. l.communi diuid.§.ſi debitur.&
ibi Bart.& alij.
40 ¶ †Sed eſt dubium an idem ſit econuerſo,videlicet ſicut
ipſe ſocius & dominus poteſt prouocare ad diuiſionem
ipſum creditorem,vt dictum eſt:ita ipſe creditor poſsit
prouocare ipſum ſocium & dominum alterius partis:&
textus in dicto §.ſi debitor.& in l.ſi probatum.C.eodem
titulo.qui concordat cùm dicto §.ſi debitor.ſolùm deci
dit,quòd dominus vnius partis poſsit prouocare credi-
torem : ſed an creditor poſsit prouocare dominum, nec
textus,nec doctores ibi decidunt, & videbatur dicen-
dum, quòd creditor non poſsit prouocare ſocium ſeu
dominum alterius partis, quia diuiſio eſt quædam alie-
natio,vt leg.prima.C.commun.diuidundo.& licet alie-
natio neceſſaria permittatur ipſi creditori, quando ſci-
licet ipſe prouocatur ad diuiſionem à domino alterius
partis:tamen non videtur ei permiſſa voluntaria, quan-
do ſcilicet ipſe prouocat,prout in ſimili dicitur in ma-
rito in fundo dotali,vt l.ſecunda,Cod. de fund.dota. &
in minore,vt l.final.Cod.commu.diuidundo. Tamen in
creditore conuentionali eſt clarum, quòd ipſe poteſt
prouocari, & etiam prouocare aliũ ad diuiſionem: quia
videtur de iure ei conceſſa à debitore tempore obliga-
tionis alienatio tam volũtaria, quàm neceſſaria pro ſuo
debito conſequendo,vt l.non eſt nouum.ff.de acquiren.
rerum dominio.& ita tenet Bartolus in l.is qui fundum.
ff.de vſufruct.leg.
41 ¶ †Sed dubium eſt.quid in creditore immiſſo in tenu-
tam,& ſic habente pignus prætorium ex primo decreto,
iuxta l.non eſt mirum.ff.de pignoratitia actione.an poſ-
ſit prouocare ad diuiſionem:& in hoc ſi ſunt duo credi-
tores immiſsi in tenutam, inter eos competit hoc iudi-
cium diuiſorium,vt eſt textus in dicta l.communi diui-
dun.§.idem ſi duo à prætore miſsi:quia per talem diuiſio
nem nõ tollitur ius luendi quod competit debitori.d.l.
communi diuid.§.inter eos.& idem eſt quãdo immiſſus
prouocatur ad diuiſionem per alium dominum alterius

partis:quia diuiſio tunc eſt neceſſaria,& ideo permiſſa
d.l.ſi probatum.& d.l.communi diuidund.§. ſi debitor.
42 ¶†Reſtat ergo difficultas,an immiſſus poſsit prouoca-
re alium dominum alterius partis: & videbatur dicen-
dum, quòd non:quia alienatio voluntaria non eſt per-
miſſa in pignore prætorio,ſicut in pignore conuentio-
nali.Nam(vt dixi) in pignore conuentionali permitti-
tur creditori etiam alienatio voluntaria.d.l.non eſt no-
uum.in pignore autem iudiciali ipſe creditor non po-
teſt alienare:ſed debet petere fieri alienationem per præ
torem:vt eſt textus in terminis.in l.ſecunda. C.ſi in cau.
iudic.pignus captum ſit.Cùm autem ex diuiſione poſsit
ſequi alienatio partis,in quam facta eſt immiſsio per ad
iudicationem faciendam alteri domino alterius partis:
iuxta l.primam.C.commun.diuid.videtur quòd immiſ-
ſus non poſsit prouocare alium dominum:& ita argue-
bat in facto quidam excellens aduocatus. Mihi autem
ſemper viſum fuit,quòd etiam immiſſus in tenutam,poſ
ſit prouocare alium dominum ad diuiſionem,quia quã-
uis immiſſus non poſsit ex ſua voluntate alienare, ſicut
poteſt creditor pignoris conuentionalis,tamẽ bene hoc
poteſt petere fieri per iudicem dicta l.ſecunda.C. ſi in
cauſa iudica.Similiter ergo debet poſſe petere diuiſio-
nem fieri per iudicem,& ſic eſto, quòd ipſe voluntariè
diuidere non poſsit ex ſe, ſicut poſſet creditor pignoris
conuentionalis: tamen hoc poteſt impetrare à iudice.
ceſſat ergo argumentũ quod ſit de prohibitione alicna-
tionis voluntariæ.
¶Nec obſtat,quòd maritus & minor non poſsint pro-
uocare,ſed bene prouocari ad diuiſionem.dict.l.2.C.de
fund.dota.& l.fin. C.commu.diuid.quia poteſt reſpon-
deri,quòd ipſis eſt prohibita non ſolùm alienatio,ſed e-
tiam diuiſio,in fauorem dotis & minoris ætatis: ſed in
immiſſo,non inuenitur talis prohibitio. immo inueni-
tur permiſſa,quando duo immiſsi agunt inter ſe, vt di-
ctum eſt ſuprà. Iſta autem difficultas ex toto ceſſaret,
quando immiſſus haberet etiam hypothecam conuen-
tionalem:nam tunc tanquam habens conuentionale pi-
gnus,poſſet prouocare voluntariè.d.l.non eſt nouum.
43 ¶†Adde etiam in materia,quòd ſi habens rem commu-
nem cum alio,pignori det partem ſuam, poteſt nihilo-
minùs cum alio ſocio diuidere:& diuiſione non obſtan
te,manebit integrum ius pignoris debitori.dicta l.ſi cõ-
ſenſit.§.final.ff.quibus modis pignus vel hypotheca ſol.
& l.ſi quis putans.§.ſi fundus.ff.commu.diuid.
44 ¶†Item adde,quòd ſi habens rem communem cum Ti-
tio,eius partem pignori det Titio: ſi poſtea contra Ti-
tium agat communi diuidũdo,poterit repelli exceptio-
ne pignoratitia,vt ſcilicet nõ audiatur niſi priùs ſoluat
debitum,pro quo illam partem ſuam pignorauit.textus
eſt in dicta l.ſi quis putas.§. idem Iulianus.& ibi notat
Florianus ad fin.dicens poſſe hoc quotidie in practica
contingere inter fratres & mercatores habentes res cõ-
munes:quòd ſi alter reperiatur obligatus alteri ſub hy-
potheca bonorum, non poterit eum cui obligatus eſt,
prouocare ad diuiſionem:niſi fortè ille cui obligata res
eſt,patiatur fieri diuiſionem,non aliter opponendo ex-
ceptionem dictæ hypothecæ:nam tunc diuiſio deberet
fieri,vt habetur in dicta l.ſi putans.§.Idem Iulianus. Et
iſta ſufficiant in iſta quinta ampliatione.
45 ¶†Sextò amplia dictam regulam,vt non ſolùm res quæ
noſtræ ſunt,poſsint obligari:vt dictum eſt in regula &
ampliationibus præcedentibus: ſed etiam illæ quæ non
ſunt noſtræ,ſed futuræ ſunt,vt fructus pẽdentes, partus
ancillæ,fœtus pecorum & huiuſmodi poſſunt obligari:
vt eſt textus. & ibi notat Bartolus in l.& quæ nondùm
ſunt.ff.de pignor.
¶Intellige tamen tu,dummodo res principalis, ex qua
res futuræ erant naſcituræ,eſſet in bonis debitoris tem-
pore obligationis,vt eſt tex.in l.potio.& ibi per Barto.§.
ſi futura.ff.qui pot.in pig.hab.Item dũmodo,futuræ res,
quæ obligantur,eſſent natæ,vel ſaltem ſatæ ſeu cõceptæ
tempore obligationis apud ipſum debitorem ſe obligã-
tem:ſecùs,ſi apud alium:vt optimè declarat gloſſa in di-
cto §.ſi de futura.quam approbant ibi Bartolus & Salice-
46 tus.¶†Limitatur modò dicta regula pluribus modis.Et
primò in re litigioſa,quia ſicut illa non poteſt alienari,
ita & non poteſt obligari,vt eſt textus in l.prima.§.fina.
ff.quę res pignori obligari non poſſunt.& ibi Barto.
47 ¶†Secundò limitatur regula, vt non habeat locum in
re ſacra & religioſa,& etiam in aliis, quæ vendi & emi
non poſſunt:nam huiuſmodi etiam obligari nõ poſſunt,
vt eſt text.in dicta l.j.§.eam rem.ff.quæ res pigno.oblig.
non poſſunt.iuncta gloſſ.ibi.
48 ¶†Tertiò limitatur regula,vt procedat in rebus pupil-
laribus,quia illæ obligari non poſſunt per ſolum pupil-
lum,nec etiam cum tutore ſine decreto iudicis:vt eſt tex
tus in l.j.in principio.ff.quæ res pignor.obliga.non poſſ.
Intellige tu:quando obligatio eſt voluntaria: ſecùs au-
tem,ſi eſſet neceſſaria:quia tunc obligatio non eſt prohi
bita,puta, quãdo tutor eſſet obligatus pro defenſione
cauſæ pupillaris cauere de iudicio ſiſti:nã tali caſu poſ-
ſet ſolus tutor bona pupilli obligare, vt eſt text.in l.fi.§.
defenſionem.& ibi gloſſ.C.de adminiſtra.tuto. & notat
Barto.in dicta l.j.in princ.
49 ¶†Quartò limitatur regula in inſtrumentis deputatis
ad agriculturam,inter quæ ſunt etiam boues:de quibus
habetur in l.executores.cum l.ſequenti.C.quæ res pign.
obliga.poſſunt.quia talia obligari non poſſunt,vt ibi,&
contrà facientes etiam puniuntur, vt in authentic.agri-
cultores.ibi poſita:& iſtud procedit tam in pignore con
uentionali,quàm prætorio,etiam ſi colonus aliud nõ ha
beret in bonis,ac etiam ſi colonus ſpontè talia pignora
offerret, vt firmat Salicetus ibi poſt Petrum & Cynum.
Sed iſtæ conſtitutiones hodie de conſuetudine non ſer-
uantur,vt ibi per Salicetum.
50 ¶†Quintò limitatur regula,vt non procedat in filiisfa-
milias & liberis hominibus:quia tales obligari nõ poſ-
ſunt,vt l.qui filios.C.quæ res pignori obligari non poſ-
ſunt.quinimo accipiens punitur & relegatur,vt l.finali.
ff.eodem.& notat gloſſa in dicta l.qui filios.limitando
tamen,vt ibi per gloſſam.& declarando:vt ibi per Salice
tum.¶Sextò limitatur regula,vt non procedat in loco re
ligioſo:nam ille etiam pignori dari non poteſt,vt l.ſi mo
numento.C.quæ res pignori obligari nõ poſſunt.decla-
rando vt ibi per gloſſam.
51 ¶†Septimò limitatur regula,vt nõ procedat in præmio
futuræ victoriæ:quia etiã illud obligari nõ poteſt,vt eſt
text.in l.opem.C.quæ res pignori obligari non poſſunt.
declarando,vt ibi per Salicetum. & iſtas ſeptem limita-
tiones ſub breuitate poſui,quia ſunt de raro contingibi
52 les.¶†Octauò limitatur regula,vtiliter,vt nõ habeat lo-
cum in re prorſus aliena,in qua debitor non habeat ali-
quod ius neque in rem,neque ad rem:quia illa obligari
non poteſt:& ſi obligetur,obligatio non valet:vt l.j.§.j.
ff.de pignoribus.& ibi gloſſ.& Bart.ponentes circa hoc
plenam diſtinctionem,in l.rem alienam.ff.de pig.actio.
53 ¶†Iſta autem limitatio reſtringitur aliquibus modis,&
primum reſtringitur, vt non habeat locum,quando res
aliena eſſet obligata ſub conditione iſta,ſi ſua erit: nam
tunc purificata conditione,videlicet, quòd illa res effi-
ciatur debitoris,valebit obligatio,vt l.ſi fundus.§. alie-
na.ff.de pignoribus.& not.gloſſ.& Bartolus in dicta l.j.
§.j.limitatio ergo procedit,quando res aliena ſimplici-
54 ter eſſet obligata.¶†Secundò reſtringitur limitatio, vt
non habeat locum, quando dominus rei ratificaret di-
ctam obligationem factam de re ſua:quia propter talem
ratificationem,conualidatur obligatio rei alienæ:vt di-
cta l.ſi fundus.§.j.& l.rem alienam.ff.de pignoratitia a-
55 ctione.& notat Bartolus & gloſſ.in dicta l.j.§.j. ¶†Ter-
tiò reſtringitur limita.quando dominium dictæ rei ſu-
peruenit poſt obligationem ipſi debitori:quia tũc ſi cre
ditor tempore quo accepit obligationem, ignorauit di-
ctã rem eſſe alienã,confirmabitur obligatio,& ex ea da-
bitur



bitur creditori vtilis hypothecaria: vt l.rem alienam.
ff.de pigno.actio.& ita tenet gloſſ.& Barto.in dicta l.j.
§.j.ſecùs autem,ſi creditor fuiſſet ſciẽs, videlicet,quia
habuiſſet notitiam,quòd res eſſet aliena,quia etiam ex
ſuperuenienti dominio ipſi debitori,non confirmare-
tur obligatio ad effectum producẽdi hypothecariam
vtilem ipſi creditori,ſed ſolùm ad effectum dãdi ei re-
tentionem rei obligatæ,ſi eam poſsideret, vt habetur
in dicta l.j.§.j.ff.de pigno.& ibi per Bartolũ,& pleniùs
56 per gloſſam ibi.¶†Ratio autem differentiæ inter cre-
ditorem ſcientem & ignorantem,aſsignatur per Bart.
in d.l.rem alienam.in j.col.in 2.oppoſi. & eſt hæc,quia
quando creditor habuit ſcientiam rei alienæ ſibi obli-
gatæ, debitor non tenetur ei contraria pignoratitia:
ſed bene ei tenetur,quando creditor fuit ignorans:tex.
eſt in l.tutor.§.contrariam.ff.de pignor.action.& pro-
pterea primo caſu quo debitor non tenetur,non inter-
eſt debitoris pignus confirmari per ſuperuenientiam
dominij:& ideo non confirmatur.
¶Secundo autem caſu,in quo creditor fuit ignorans,
& debitor ei tenetur contraria pignoratitia, intereſt
debitoris,vt pignus confirmetur:& ideo confirmatur.
Et ex iſta ratione infert vnum aliud ipſe Bartol. in d.l.
j.§.j.ff.de pign.videlicet,quòd etiam in creditore ſciẽ-
te poteſt dari caſus,in quo ex dominio ſuperuenienti
debitori,confirmabitur obligatio rei alienatæ:puta ſi
debitor quando obligauit rem alienam creditori ſciẽ-
ti,obligauit ſe expreſsè,quòd dominus rei dictam obli
gationem ratificaret vel alio modo,ita quod ipſe debi
tor teneretur,& ſi dicta res in obligationem non inci-
deret:nam etiam iſto caſu ex quo intereſt debitoris,vt
obligatio confirmetur,ex ſuperuenienti dominio ipſi
debitori confirmabitur hypotheca, & tenebitur cre-
ditori vtilis hypothecaria:& idem etiam colligitur ex
notatis per Bartolum & Salicetum in l.cùm res.C.ſi a-
liena res pign.da.ſit,& latiùs per Salic.in d.l.rem alie-
nam.in 3.columm.vbi etiam in materia ponit latiorem
& pleniorem diſtinctionem,quam ponat glo.& Bar.in
57 d.l.j.§.j.¶†Inſuper in materia iſtius 8.limitationis du-
bitatur,quid ſi debitor tempore quo obligauit rem a-
lienam creditori ignoranti,habebat aliquod ius in di
cta re:quo caſu valuit obligatio in dicto iure tantùm,
vt l.grege.§.2.& 3.& l.ſi ab eo.ff.de pignorib.& ibi per
gloſſam & Bartolũ,an ſi poſtea ſuperueniat in dicta re
debitori dominium,dicta res modò in proprietate in-
cipiat eſſe obligata creditori?& in hoc Bart.in d.l.j.§.
j.ff.de pignor.diſtinguit, quòd aut dicto debitori ſu-
peruenit dominiũ illius rei ex cauſa illius iuris, quod
in ea habebat,puta quia habebat Publicianam,ex qua
vſucapiebat & compleuit vſucapionem, vel erat ſibi
obligata pro debito,& fuit ſibi data in ſolutum:& iſto
caſu ipſa res erit obligata,vt probatur in dictis iuri-
bus:& in l.cùm fundo.§.ſi fundus.ff.de iure dotiũ.Aut
debitor quæſiuit dominiũ ex alia cauſa prorſus ſepa-
rata à dicto iure,quod habebat in re:& tunc illa res nõ
erit obligata,ſed idem,quod eſt quando res aliena ſim
pliciter obligatur,de quo dictum eſt, ſuprà in iſta 8.li-
mitatione.ita firmat Bar.in d.l.j.§.j.Adde etiam in ma-
58 teria Salic.ibi.¶†Secundò quæritur,quæ eſt ratio dif-
ferentiæ,quòd res aliena nõ poſsit obligari,vt dictum
eſt.ſed bene poſsit vendi,vt l.rem alienam.ff.de con-
trahenda emptione.Gloſſa in dicta l.rem alienam. di-
cit,quod ratio differentiæ eſt,quia in pignore oportet,
quòd conſtituatur ius in re,id eſt,quædam obligatio,
quod fieri non poteſt in re aliena, ſed in venditione
venditor non tenetur,niſi quandam poſſeſsionem aſi-
ninam tradere,& ſe de euictione obligare:& ſic eſt ius
quod conſtituitur in perſona, quod fieri poteſt etiam
reſpectu rei alienæ. alleg. gloſſ. in l.ex empto.§. pri-
mo.ff.de actionibus empti. & illam gloſſam in dicta l.
rem alienam.ſequitur & declarat ibi Baldus.Idem te-
net Baldus in l.ſi ſine.in prima columna.C.ad Velleia-
num.dicens,quòd ius reale non poteſt conſtitui in re
aliena:ſed ius perſonale ſic:quia res non obligatur,ſed
perſona.& ſubdit quòd hypotheca non conſtituitur
verbò promiſsiuo,ſed verbo effectiuo: quia qui obli-
gat,non promittit rem tradere:& quo ad ipſam hypo-
thecam,non requiritur verbum promiſſum.Et ſi in hy
potheca eſſet adiuncta promiſsio tradendi:oriretur a-
ctio pręſcriptis verbis perſonalis ſed ſubdit ipſe:quòd
iſtud non eſt de natura hypothecæ,& ideo non compe
tit præſcriptis verbis:in venditione autem bene cadit
verbum promiſſum,ex quo oritur obligatio perſona-
lis,quæ cadit etiam circa pręſtationem rei alienę:quia
ſui natura non afficit rem,ſed perſonam. vnde ſecun-
dum eum,nullum eſt impedimentum ex parte naturæ,
nec ex parte conſenſus.
¶Et ex hoc infertur mirabilis ſubtilitas ſecundum
eum,quòd ſi tu obligaſti mihi rem alienam, & ego il-
lam poſſedi titulo hypothecæ longo tempore, non ta-
men præſcribam veram hypothecam:ſecùs eſt,ſi res vẽ
datur vel donetur:quia ibi eſt titulus ordinatus ad præ
ſcribendum,quia ortus fuit ex cõtractu celebrato in-
ter partes & ex promiſsione in eo adiecta.ita dicit ibi
Baldus.Idem tenet Baldus in l.fin.C.ſi aliena res pigno
ri data ſit.vbi per diuerſa verba idem firmat.
59 ¶†Tertiò adde, inquantum dictum fuit ſuprà in iſta
octaua limitatione in prima reſtrictione numero quin
quageſimotertio, quòd res aliena poteſt obligari ſub
iſta conditione,ſi ſua erit, vt l.ſi fundus.§. aliena.ff.de
pignorib.quòd iſtud limitatur ſingulariter per l.final.
C.de pactis.videlicet,quòd res illius,de cuius hæredi
tate habetur ſpes,non poteſt illo viuente hypotheca-
ri:iſte textus eſt ſingularis de hoc in dicta l.fina.in ver-
ſicul.neque hypothecas.& ibi eum notat Salicetus.A-
lexand.& Iaſon in vltimo notab.Intellige tamen,quã-
do talis res in ſpecie obligaretur exprimendo perſo-
nam.ita procedit dicta l.final.& tali caſu,etiam ſi poſt-
eà dicta res per ſucceſsionem efficeretur illius, qui eã
dicto modo obligauit,non recõualidaretur obligatio,
vt per doctores in dicta l.fina. ſed in generali obliga-
tione bonorum nõ expreſſa perſona illius,abs quo ſpe
retur ſucceſsio:bene veniunt etiam bona, poſtea per
aliquam ſucceſsionem quæſita: quia in iſtis terminis
non militat diſpoſitio & ratio dictæ l.fin.
¶Et adde,quòd intantum eſt prohibita ſpecialis hypo
theca bonorum in terminis dictæ l.finalis.quòd etiam
non firmatur iuramento:& ratio eſt, quia talis hypo-
thecatio eſt contra bonos mores:vt per Bartol.& alios
in dicta l.fina.quod nota.
60 ¶†Quartò adde im materia,quòd licet obligatio non
valeat de re aliena in præiudicium domini,vt dicta l.
prima.§.primo.ff.de pignorib.& dictum eſt ſuprà, ta-
men in præiudicium tertij poſſeſſoris, qui non habet
titulum, nec ius dominij vel quaſi,bene valet:quia ſi-
cut ex titulo & traditione cauſatur Publiciana contra
poſsidentem ſine titulo,vt l.prima. & per totum.ff. de
Publicia.eodem modo ex hypotheca facta à debitore
poſsidente cum titulo & bona fide, qui non habebat
dominium,cauſatur vtilis hypothecaria vel quaſi: in
qua ſatis eſt probare vtile dominium,vel quaſi debito-
ris hypothecantis ad obtinendum contra tertium poſ
ſeſſorem ſine titulo poſsidentem.ita notat Bartolus in
l.ſi ab eo.ff.de pignoribus.& clariùs in l.rem alienam.
in prima columna,ff.de pignoratitia action.& Bald.in
l.mater.in j.colũ.in verſicul.Item in præiudicium ter-
tij.C.de rei vendicat.& in l.cùm res.in additione ſua.
C.ſi res aliena pign.da.ſit.& firmat Corne.in conſi.du-
cẽteſimo octogeſimooctauo.4.volumi.in litera L, per
allegata ibi per eum.
61 ¶†Et ex his infertur,quòd pignus & hypotheca dici-
tur titulus,vt etiam eſt text.in l.pignoris.C.de pigno.
action.& not.Bal.in l.ſi tibi.C.de pignori.vbi dicit de
hoc fuiſſe olim maximam quæſtionem:& innuit quòd
ſit

ſit titulus per text.ibi. Quot autem modis accipiatur
titulus,vide gloſſ.& ibi Barto.in l.non eſt.C.famil.er-
ciſc. Cyn.in l.cogi.in j.quæſtio. C.de petition. hæredi.
vbi ponit,quòd titulus nouem modis accipi poteſt.A-
lexand.in l.j.in 4.not.ff.ſi certum petatur.& ex nota.in
locis prędictis intelliges,quomodo pignus dicatur ti-
62 tulus. ¶†Quintò,adde in materia,quòd licet obliga-
tio rei alienę non valeat in præiudicium domini: ta-
men videtur valere in præiudicium debitoris obligan
tis,vt ipſe ſi poſsideat,poſsit conueniri hypothecaria:
ita tenet Bald.in l.mater.in j.colum.C.de rei vendica-
tione.quia debitor non poteſt ratificare creditori quę
ſtionem dominij,allegans l.ſi inter.§.ſi debitor.ff.de pi
gnor.ſed Bartol.in l.j.§.j.ad finem.ff.de pignor. tenet
contrariũ,videlicet quòd actio hypothecaria non de-
tur contra debitorem qui obligauit rem alienam.Nec
habet obſtare ſecundũ eũ,quòd debitor non poſsit re-
ferre quæſtionem dominij iuxta notata in l.prima.§.ſi
prædo.ff.depoſiti.& in l.ita vt ſi fur.ff.commo.quia ad
hoc reſpondet ipſe,quòd prædicta procedunt,quando
ageretur actione perſonali ex contractu:ſecùs autem,
quando agitur actione reali, videlicet hypothecaria:
tunc enim bene poteſt referri quæſtio domini. Bartol.
autem in dicta l.rem alienam,in ſecunda columna.in
verſicul.quæro circa iſtam partem.ff. de pignor.actio.
videtur tenere contrarium:videlicet, quòd quando a-
gitur hypothecaria contra ipſum debitorem,ſufficiat
probare poſſeſsionem debitoris,& ponere ſeu articu-
lare de dominio,abſque eo quòd aliter probetur, quia
contra debitorem ex probatione poſſeſsionis reſultat
probatio dominij,cùm non poſsit referre quæſtionem
dominij.Ex quibus apparet, quòd iſta quæſtio eſt val-
de dubia,& ipſam per diſtinctionem latè explicat Bar
tolus in l.commodare.ff.commodat.& adhuc pleniùs
reaſſumit,& magiſtraliter more ſuo idem Bartol.diſtin
guit in l.ſi alienam.ff.ſoluto matrimonio.& ibi poſt eũ
Alexander aliqua addit diſtinctioni Bartoli, quorum
dicta non puto aliter referenda, niſi inquantum reſpi-
ciunt materiam & terminos noſtros.

63 ¶†Et ideo pro concluſione præſentis dubitationis di-
cendum eſt,quòd quando ille qui habet cauſam ab a-
liquo,agit contra eum à quo cauſam habet,tunc etiam
dato quòd agatur actione reali, ille à quo agens cau-
ſam habet,non poteſt ei referre quæſtionem dominij,
dicendo ſe non fuiſſe dominum:quia hoc dicendo, al-
legaret turpitudinem ſuam,quod non licet,vt l.ſi cre-
ditoribus.C.de ſeruo pigno.da.ma.& ita tenet gloſſ.in
l.cũ res.& ibi Bartolus,Baldus & Salicetus.C.de pro-
bationibus.ſequitur Alexan.in dicta l.commodare. in
fine apoſtillæ magnæ:& idem Alexan.in dicta l.ſi alie-
nam.in prima colum.& exemplificat in emptore agen
te rei vendicatione contra venditorem, concludens,
quòd tali caſu venditor non poteſt excipere,ſe nõ fuiſ
ſe dominum,quia allegaret turpitudinem ſuam,vt di-
ctum eſt.

64 ¶†Licet econtrà emptor non videatur fateri vendito-
rem fuiſſe dominum:& ſic ipſe emptor, conuentus à
venditore rei vendicatione,poſſet negare illum fuiſſe
dominum:quia hoc negando,nullam allegat turpitu-
dinem ſuam: ita tenet gloſſ.& Angel.in l.j.in verſicu.à
non domino.ff.de Publicia.& Alexander in cõſilio 43.
viſis & ponderatis.2.col.ver.præterea ad probandum
locationem.4.volumin.& in conſi.185.2.col.5. volumi.
& in conſilio 115.viſo proceſſu.ſexto volumine.in fine.
vbi idem eſſe dicit,ſi creditor ageret hypothecaria cõ
tra poſſeſſorem, qui habet cauſam à debitore, quòd
ſcilicet poſſeſſor conuentus à creditore,poſsit negare
debitorem,à quo ipſe habet cauſam fuiſſe dominum:
licet Salic.in d.l.cùm res,in hoc voluerit contrarium:
& malè,vt ibi per Alex.allegantem Angel.in dicta l.j.
¶Et ſic vera videtur concluſio,quòd debitor conuen-
tus hypothecaria à creditore,nõ poſsit negare vel ex-
cipere ſe non fuiſſe dominum,& ſic tenenda concluſio
Bartoli in dicta l.rem alienam.& Bald.in dicta l.mater. Cõm.
Et iſta etiam videtur magis communis opinio, vt re- opin.
fert Alex.in dicta l.ſi alienam.

65 ¶†In actione autem ex contractu,videlicet pignorati
tia,aliter eſt dicendum.Nam ſi debitor ageret directa
pignoratitia contra creditorem,& creditor exciperet,
ꝙ debitor agens non ſit dominus, talis exceptio non
impediret pignoratitiam directam,quia ad producen
dam pignoratitiam directam, quæ datur debitori,non
requiritur,quòd ille,qui dat rem pignori,videlicet de
bitor,ſit dominus:vt l.nec creditores.C.de pignorati.
actione.& not.Barto,in dicta l.ſi alienam.licet ad con-
ſtituendum ius in re,& ſic ad hypothecariam bene re-
quiratur dominium debitoris, vt ſubdit ibi Bartol. &
eſt textus in l.ſi pignore.§.ſi prædio.& ibi etiam notat
Barto.ff.de pignor.actione.

66 ¶†In pignoratitia verò contraria,quæ datur credito-
ri contra debitorem,idem dicendum eſt,videlicet, ꝙ
ſi debitor exciperet, quòd agens non ſit dominus, vel
quòd ipſe debitor qui pignorauit, non fuit dominus,
talis exceptio non obſtaret:quia in hac actione nõ re-
quiritur probatio dominij per prædicta,& quia etiam
debitor allegaret ſuam turpitudinem, quod non licet,
67 vt dictum eſt.¶†Sed ſi creditor conuentus pignorati-
tia directa à debitore,non exciperet de defectu domi
nij debitoris, ſed potiùs allegaret & exciperet ſe eſſe
dominum rei pignoratæ,& non teneri illam reſtitue-
re,tunc bene talis exceptio haberet obſtare,& debitor
ad obtinendum haberet probare ſe dominum:quia do
minium creditoris recipientis impedit contractũ pi-
gnoris,l.neque pignus.ff.de reg.iur.ita tenet Bart.in d.
l.commodare,& Salic.in.d.l.nec creditores.in ver.quę
68 ro modò &c.¶†Si verò creditor conuentus pignorati
tia directa,exciperet contra debitorem de dominio al
terius tertij,videlicet,quòd dominium rei pignoratæ
ſpectet ad alium:tunc talis exceptio non admittetur,
quia nõ poteſt de hoc excipere contra eum,à quo cau-
ſam habet dicta l.nec creditores.& quia etiam conceſ-
ſo quòd dicta res fuerit aliena,non impeditur ortus pi
gnoratitiæ:vt per Bartolum in dicta l.ſi alienam.Nan-
que obſtat regula,quòd de iure tertij non licet excipe
re,vt l.loci corpus.§.competit.ff ſi ſerui.vend.habetur
plenè per Bartolum in l.2.ff.de exceptio.rei iudi. & ita
tenet Barto.in d.l.commodare.& Salicet.in dicta l.nec
creditores.& plenius in l.non vnde.C.ſi cert.pet.& de
hac materia vide etiam,quæ ſubdam infrà in 3.mẽbro
ſeptimæ partis.in ver.vlteriùs quæritur &c.numer.14.
69 vſque ad num.16.¶†Poſtremò pro complemẽto huius
tertij membri ſecundæ partis quæritur,an res prohi-
bita alienari,poſsit pignori dari:& in hoc Barto.in l.in
quorum.ff.de pignor.poſuit vnam diſtinctionem, di-
cens,quòd quandoque prohibetur res vendi,quia eius
commercium interdicitur de iure.vt in re ſacra reli-
70 gioſa,vel ſimili,& tunc pignori non poteſt dari,†quia
etiam pignus eſt commercium:vt l.j.§.eam rem.ff.quæ
res pigno.obli.poſ.quandoque non prohibetur com-
mercium,ſed prohibetur vendi vel alienari res,& tũc
etiam non poteſt obligari per l.fin.C.de reb.alien.non
alie.& ratio eſt,quia per obligationem peruenitur ad
venditionem pignoris.l.2.& 3.ff.de diſtract.pign.vnde
ſicut prohibetur venditio, ita & eius præambulum.l.
oratio.ff.de ſponſali.quandoque verò prohibetur per-
ſona emere rem,non autem prohibetur res vendi. &
tunc ille qui eſt prohibitus emere,non prohibetur pi-
gnori accipere: quia licet ipſe pro ſuo debito poſsit
alij vendere,tamen prohibitio ad hoc non ſe extẽdit,
ſed ad id ſolum,vt ipſe non emat:& iſtud limitat Bart.
niſi ille acciperet pignori pro tanta quantitate, quòd
non eſſet veriſimile,debitorẽ eſſe luiturum,per no.in l.
qui habebat.in prin.ff.de le.3.& hãc diſtinctionẽ dicit
Bart.procedere,ſiue prohibitio ſit facta à iudice,ſiue à
lege.



lege.¶Sed circa iſtam diſtinctionem Bar. aduertendum
eſt, inquantum ipſe in 2. membro firmat, quòd quan-
do res prohibetur vel alienari,quòd etiam non poſsit o-
71 bligari,per l.fin.C.de re alie.non alie.† quia iſta conclu
ſio non eſt ſimpliciter tenenda. Nam gloſſ.in dict.l.fin.
in ver.hypothecam.dicit,quòd dict. l.fin. quæ diſponit
quòd ſiue lex,ſiue teſtator,ſiue contractus prohibeat a-
lienationem, non ſolùm cenſetur prohibere dominij
tranſlationem,ſed etiam hypothecam, vel pignoris ne-
xum,loquitur ex quadam interpretatione:ſed quòd ve-
rè & propriè loquendo,& ſic ex proprio ſignificatu pro
hibita alienatione, non cenſetur prohibita hypothe-
ca. & ratio eſt,quia alienatio propriè dicitur, quandò
dominium transfertur,vt leg.j. C.de fundo dot. & leg.
alienationis.ff.de verborum ſignificatione.& not.gloſſ.
in d.l fin.in verſic.hypothecam.& gloſ.& Ange.in l.be-
nignius ff.de legibus.Imo.& alij in cap.epiſcopi. de re-
72 bus eccleſiæ non alie. ¶†Pignus autem manet in bo-
nis debitoris,vt l.pignus.C.de pignor. action. ita tenet
gloſſ.prædicta.Et dictã gl.quòd appellatione alienati-
onis propriè veniat illa,ex qua dominium transfertur,
& impropriè obligatio & hypotheca, ſequuntur & di-
cunt eſſe notabilem ibi Cyn.Bald.Salic.Paul. de Caſtr.
& alij,& Alexan.in conſil.29.clariſsimè docet,5.col. nu.
73 51.7.volu. ¶†Et per illam gloſſ. inferunt, quòd ex quo
oblig.& hypotheca impropriè venit appellatione alie-
nationis, quòd, quando ſumus in diſpoſitione, ſtrictè
ſit intelligẽda, vt in ſtatutis odioſis & pœnalibus & in
teſtamentis, in quibus prohibetur alienatio in odium
vel pœnã, puta quia teſtator prohibet fieri alienatio-
nem in tales conſortes. tunc appellatione alienatio-
nis.non veniet obligatio vel hypotheca: ſed illa ſolùm,
ex qua dominium transfertur. & propterea non ob-
ſtante huiuſmodi prohibitione alienationis in dicto
caſu, poterit res obligari & hypothecari, & etiam lo-
cari.ita tenent in d.l.fin.Bal.Sal.& alij:& hoc niſi in ca
ſu,in quo obligatio vel hypotheca fieret pro tanta quã-
titate,quòd veriſimiliter non eſſet ſpes luitionis: iuxta
dict.l.qui habebat.ff.de leg.3.& iſtam concluſionem te-
net etiam Sozin.in conſil.75.circa præſentem conſulta-
tionem.in 2.colum in verſic.ſed his non obſtantibus.in
primo volum.

¶Ex quibus apparet,quòd dicta deciſio Bart.in dict. l.in
quorum.in 2.membro dictæ ſuæ diſtinctionis, poteſt ha
bere locum & procedere,quando ſumus in diſpoſitione
in qua ſit lata interpretatio:prout ſunt teſtamenta, fauo
rabilia,& huiuſmodi:tunc enim prohibita alienatione,
cenſetur etiam prohibita obliga.& hypotheca. ſecus au
tem, quando ſumus in diſpoſitione pœnali vel odioſa,
vel aliter ſtrictè intelligenda: nam tunc prohibita alie-
natione,non cenſetur prohibita hypotheca.

74 ¶†Et maximè hoc eſt verum in contractibus,in quibus
verba ſunt ſtrictè intelligenda. l.quicquid adſtringen-
dæ.& l.ſtipulatio iſta.§.in ſtipulationibus.ff.de verb. o-
bliga.& l.ſi præſes.& l.ſi de interpretatione. ff. de pœn.
& ita latè firmat Alex.in conſil.41. viſo themate.in fin.6.
volum.& in conſilio 169.inſpecto ac maturè.in fin.eo vo
lum.ita ſunt intelligenda nota.per Bart.in dicta l.in quo
rum:& in dict.l.qui habebat.& in l.rem legatam.ad fin.
ff.de adi.lega.

75 ¶†Nec habet obſtare id, quod dicebat Bart.in dicta l.
in quorum.quòd prohibita alienatione, ideo cenſetur
prohibita hypotheca:quia per illum peruenitur ad alie
nationem. l. oratio. ff. de ſponſalib. quia reſpondetur,
quòd regula dictæ l. oratio. videlicet, quòd quando v-
num prohibetur,cẽſeatur prohiberi omne id, per quod
peruenitur ad illud, procedit per interpretationem ex-
tenſiuam: vt probat text. in dicta l. oratio, in verſic.
ſuppleatur. & not. Cyn. Bald. & Salice.in l.j.in vlti.col.
C.ſi rector prouin. Vnde cum veniat per extenſionem,
ſequitur quòd illa non habet locum in diſpoſitionibus
pœnalibus & odioſis & ſtrictè intelligẽdis per nota. in
auth.quas actiones.C. de ſacroſanct. eccleſ. & ita latè
firmat Iaſ. in l. 2.in vltim.colum.ff.de iuriſdict.om.iudi.
vbi ex regula d. l oratio.facit pulcherimas illationes.
¶Ratio ergo Bart. fundata in d. l. oratio. reſtringi de-
bet ad diſpoſitionem & materiam, in qua ſit lata inter-
pretatio.In alijs autem duobus membris Bart. in d. l. in
quorum.tenenda eſt ſua diſtinctio.

76 ¶†Et pro confirmatione prædictorum facit,quia vide-
mus,quòd vbi iura voluerunt prohibere etiam hypo-
thecam,iſtud expreſſerunt nõ acquieſcendo in ſola pro
hibitione alienationis,vt facit l.ſi §.ſed quia noſtra. C.
commu.de lega. vbi prohibetur alienari & obligari vel
hypothecari res ſubiecta reſtitutioni fideicommiſſariæ
purè vel in diem certam: & idem facit iuriſlator in l.
fi.C.de pact.vbi prohibetur alienatio & etiam hypothe-
ca bonorum perſonæ viuentis ſub ſpe futuræ ſucceſſio-
nis niſi illa perſona conſentiat. Datur enim intelligi,
quòd ex quo in dictis iuribus prohibitio alienationis
ſit in odium,& non in fauorem alicuius, quòd prohibi
ta alienatione non fuiſſet prohibita hypotheca,& pro-
pterea imperator vltra prohibitionẽ alienationis, pro-
hibuit etiam hypothecam expreſſè.

77 ¶†Secus autem in prohibitione, quæ ſit principa-
liter in fauorem alicuius; vt exemplificari poteſt in
alienatione prohib.tutorib.& curator.pupill. & mino-
rum de bonis eorum ſine decreto iudicis, de qua in l. j.
in princip.ff.de rebus eorum, illa enim facta fuit in fa-
uorem pupillorum & minorum, vt habetur in authent.
ſacramenta pub.C. ſi aduer. vendit.& ideò licet ſimpli-
citer diſtractio & alienatio prædiorum fuerit prohibi-
ta,vt d.l.j. in princi. Tamen talis prohitio extenditur
etiam ad obligationem & hypothecam; vt l. ſi pupillo-
rum.§.ſi prætor.eod.titul, Et idem poteſt dici in termi-
nis l. filiusfam.§. diui. ff.de leg.1. & in multis alijs caſi-
bus, adaptando illos ad prædictam concluſionem &
concordiam: licet doctores in hac materia aliquando
loquantur indictinctè, & aliquando dicant, prohibita
alienari, non poſſe obligari. & aliquando dicant con-
trarium: nam concordanda ſunt, vt ſuprà deductũ eſt,
quæ notatur quia non inueni benè declarari per aliquã.
78 ¶†Inſurgit autem in prædictis alia vtilis dubitatio,vi-
delicet an in caſu,in quo eſt etiam prohibita obligatio
vel hypotheca ſub pœna,puta quando ſumus in prohi-
bitione alienationis in materia fauorabili vel latè in-
terpretanda, ſecundum quod concluſum eſt ſuprà,ſal-
uando ſecundum membrum dictæ diſtinctionis Bartol.
in dict.l.in quorum.ff.de pigno.vel etiam in aliquo alio
caſu,in quo interueniretur prohibita pignoratio, an in
tali ſeu talibus caſibus ex ſola ſimplici hypotheca ſine
traditione incurratur pœna dictæ prohibitionis? & in
hoc puto concludendum, quòd per ſimplicem hypothe
cam ſine traditione non incurratur pœna: iſtam con-
cluſionem firmat Bald.in capit.primo.§.aut ſi libellario.
in vltima columna in verſicul.ſequitur in text.aut pi-
gnori.in titul.quibus mod.feud. amit. vbi ipſe conclu-
dit, quòd licet feudũ ſit prohibitum alienari vel pigno-
ri dari ſub pœna amiſsionis feudi, tamen hoc intelligi-
tur ita demum, ſi proceſſum fuit ad traditionem rei: a-
liàs ſecus,vt dicit,notari per Cyn.& alios in l ſi aliena-
tum. ff.de verb.ſignif.& ſubdit ſe etiam ita intelligere
in pignore,prout in alienatione: & quòd per ſimplicem
hypothecationem,nudo verbo factam, nunquam intel-
ligitur vẽtum contra prohibitionem, niſi ſit proceſſum
ad traditionem: licet aliàs hypotheca nudo conſenſu
conſtituatur:& quod idem eſt,ſiue per teſtamentum, ſi-
ue per ſtatutum ſit prohibita alienatio ſub pœna, vide-
licet quòd nunquam per verbalem pignorationem in-
curritur pœna:quia promittere, nõ eſt alienare.l.ad eũ
§.Lucius.ff. de dona.cum alijs ibi per eum allegatis.i-
dem tenet Bald.in capit.j.§.denique.quæ fuit prima cau
ſa bene.amit.& in cap.j.in princip.in j.colum. ad fin. de
prohi.feud.alien.per Freder.

79 ¶†Et idem videmus in alienatione emphyteuſis: quia niſi ſit proceſſum ad traditionem, emphyteuta per ſimplicem venditionem non incurrit pœnam caducitatis, iuxta l.fin.C.de iure emphy.ita tenet.Specu.in tit.de loca.§.nunc aliqua.verſic.195.& Io.and.& Pau.de Leaza.& Anto.de But.in cap.potuit.de locat.& optimè facit tex. in dict.l.ſi alienatum.in princip.ff.de verb.ſig.& mouentur:quia verbum alienatio ſeu pignoratio, eſt cum effectu intelligendum. l. j.§. hæc verba.ff. quòd quiſque iur.cum vulga.& quia venditio non dicitur perfecta ante traditionem.§. venditæ.inſtit. de re.diui.& idem tenet Salic.in dict.l.fin.C.de reb.alie. non alie, qui etiam pro hoc adducit, quòd quando in contractu venditionis non interuenit traditio,habetur pro non facta:& ab ea nudo conſenſu receditur. l.ab emptione. ff. de pac.& idem tenet Alber.in dict.l.fin.in vltimis verbis, & Anto. de But.in conſil.97.viſo puncto & inſtrumento ad fin.& ita etiam per prædicta tam in feudo, quàm in emphyteuſi tenet Alexand. in conſil.173. viſo themate & ſcriptis, &c.in 2.colum.2.volu.& ita etiam tenet Iaſo. referendo prædicta in dict.l.fina. char.pen. in 19.quæſt. C. de iure emphy.& pro hac etiam addit gloſſ. in l.prima,§. ſi rem depoſitam.in gloſſ.prima.& ibi Barto.§.depoſiti.& Bald. in l.tertia,C.vt in poſſ. lega. & dicit hanc eſſe communem opinionem,quamuis contrarium teneat Imol.in d. cap.potuit.colum.41.& ſeq.intelligendo tamen ſemper, niſi hypotheca fieret pro tanta quantitate,quòd not.eſſet veriſimiliter ſpes luitionis: per notata per Bartolum in dicta l.qui habebat. de legatis.3. & per Alexandrum in l.3.C.de legatis.& ſic remanet firma concluſio, quòd prohibita pignoratione vel hypotheca ſub pœna priuationis vel alia,non incurritur talis pœna per ſimplicem hypothecam conuentionalem nudam à traditione.

Cōmu. opin.

80 †Tamen non propterea eſt dicendum aut exiſtimandum, quòd ſtante prohibitione pignoris vel hypotecæ expreſſa vel comprehenſa ſub verbis alienationis, quòd ipſa ſimplex hypotheca vel obligatio valeat: ſed immò erit inefficax quæcunque hypotheca contracta contra dictam prohibitionem. quia diſpoſitio loquens in vno ex ipſis,habet locum in alio,vt habetur in l.ſi rem alienam. §.propriè.ff.de pigno. action. & dixi ſuprà in prima parte.num.8. & quia etiam eſt eadem ratio in vtroque:quia per vtranque paratur præambulum ad alienationem,vt de pignore not. Bart.in l. in quorum.ff.de
81 pign. †Et de hypotheca ſimplici probatur,quia etiam illa dum poſſeſſio eſt apud debitorem, poteſt vendi, vt eſt text.in l.ſi in hoc.C. de diſtract. pignor. & dicam latè infrà in ſexta parte principali,in primo membro,in 4. ampliatione.

¶Eſt ergò concluſio,quòd prohibito pignore vel hypotheca ſub pœna,ex ſimplici hypotheca ſine traditione, non incurritur pœna, vt dictum eſt, & hypotheca eſt nulla:& ita vult Bald.in dict.cap.j. in dict.§.aut ſi liuellaria,quib.mod. feud. amit. & illud quod dixi de traditione,intellige etiam ſi traditio fieret fictè per conſtitutum:quia tunc incurreretur pœna iuxta l. quod meo. in prin.ff. de acquiren. poſſ. & firmat Iaſ. in dict.l.non. char.189.in fin.2.colum.Concluſio ergo ſuprà facta, procedit in hypotheca nuda ab omni traditione.& per prædicta remanet expeditum iſtud tertium membrum ſecundæ partis.

## SVMMARIVM.

1 Hypotheca tacita dicitur illa,quæ eſt introducta à lege vel ſtatuto,licet etiam appelletur expreſſa.
2 Tacita hypotheca diuerſimodè conſideratur.
3 Hypotheca introducta à lege vel ſtatuto.licet ſit tacita,eſt tamen vera,non ficta, non obſtante impoſitione vel inductione per verba fictionem denotantia.
4 Lex fingendo in actu deſcendente à poteſtate iuris,non operatur fictè,ſed verè.
5 Hypotheca tacita non poteſt probari per teſtes:expreſſa autem,ſic.
Tacitæ hypothecæ in quibus caſibus de iure ſint inductæ.
6 Hypotheca tacita cōpetit in bonis tutoris vel curatoris.
7 Hypotheca tacita non ſolùm inducitur in bonis tutorū. ſed etiam protutorum,& qui ſe gerunt pro tutore.
8 Hypotheca tacita locum habet in bonis curatorum ad lites datorum,& eorum fideiuſſorum.
9 Hypotheca tacita procedit etiam in bonis actorum à tutoribus vel curatoribus conſtitutorum.
10 Tacita hypotheca non procedit in bonis actoris, loco tutorum vel curatorum à iudice dati.
11 Bonis tutoris & curatoris obligatis, an cenſeantur & bona hæredis obligata.
12 Tacita hypotheca in bonis tutoris vel curatoris, à quo tempore incipiat.
13 Tacita hypotheca cōpetit in bonis patris,malè & fraudulenter bona filij adminiſtrantis.
14 Pater in bonis in quibus habet vſufructum, non tenetur reddere adminiſtrationem filio de his, quæ culpabiliter geſſit:de fraudulenter autem geſtis,ſic. In his autem,in quibus non habet vſumfructum, indiſtinctè tenetur,& num.15.
16 Bona patris pro adminiſtratione bonorum filij,in quibus non habet vſumfructum,cenſentur hypothecata, ſi geſſit ſe pro legitimo adminiſtratore,non aliter.
17 Hypotheca tacita incipit tempore adminiſtrationis bonorum filij,non à die malæ geſtionis.
18 Obligatio perſonalis ſeu principalis, dupliciter conſideratur.
19 Tacita hypotheca qualiter induci dicatur in bonis paternis.
20 Mater tranſiens ad ſecunda vota,dicitur tacitè hypothecare bona ſua filijs primi matrimonij.
21 Bona futura veniunt in tacita hypotheca.
22 In materia hypothecæ tacitæ,dicta de matre,locum habere poſſunt in patre.
23 Diſpoſitum in vno ex æquiparatis,cenſetur diſpoſitum in alio.
24 Tacita hypotheca inducitur in dote & in actiōe dotis.
25 Hypotheca tacita reſpectu bonorum dotalium, diuerſimodè conſideratur.
26 Hypotheca tacita an locum habere poſſit in dote euicta marito.
27 Euictio in dotalibus rebus,an & quando debeatur.
29 Priuilegium tacitæ hypothecæ introductum in §. & vt plenius C.de rei vxor.actio.datum cenſetur actioni, non perſonæ.
30 Hypotheca tacita tranſit ad quemcunque tranſit actio de dote.
31 Tacita hypotheca tranſire poteſt in hæredem extraneum.
32 Tacita hypotheca poteſt tranſire in ceſſionarium.
23 Ceſſione facta de dote ſimpliciter per mulierem, cenſetur etiam ceſſa hypotheca tacita.
34 Hypotheca tacita pro dote competit etiam,quando pater agit ad dotem vt legitimus adminiſtrator filiæ.
35 Pater agens procuratorio nomine filiæ & ad filiæ vtilitatē,gaudere debet priuilegio tacitæ hypothecæ, ſecus, ſi ageret nomine proprio.
36 Pater quibus caſibus cenſeatur obligatus pro reſtitutione vel conſeruatione dotis nurus ſuæ.
37 Diſpoſitio adiuncta verbo,debet intelligi ſecundū tempus verbi.
38 Tacita hypotheca procedit etiam in bonis paternis: etiam ſi ſint ſubiecta reſtitutioni fidei commiſſariæ.



39 Tacita hypotheca an poſſit habere locum in bonis mēte capti vel furioſi.
40 Pater naturalis ratione tenetur dotare filiam,& filiū donis propter nuptias honorare.
41 Pater cēſetur obligatus pro dote,filio ipſius iuſſu data.
42 Iuſſus differt à ſimplici conſenſu, mandato, ratihabitione & voluntate.
43 Conſenſus illius, de cuius præiudicio agitur, non debet neceſſariò eſſe ſolennis vel formalis.
44 Furioſus an aliquo caſu dicatur conſentire.
45 Obligatio conſecutiua ad actum,in quo differat à conuentionali.
46 Priuilegium tacitæ hypothecæ, conceſſum actioni de dote,competit etiam pro augmento dotis.
47 Tacita hypotheca procedit pro alimentis debitis vxori per maritum.
48 Actio dotis conſideratur in tacita hypotheca,non quātitas ipſius dotis.
49 Fructus & acceſſiones dotis percepti per maritum, peti dicuntur per mulierem actione dotis.
50 Dos cum fructibus ipſius, dantur marito pro oneribus matrimonij ſupportandis.
51 Officium iudicis nobile, nullam actionem vel obligationem præſupponit.
52 Tacita hypotheca quæ datur pro actione dotis, ſe extendit ad omne id,ad quod ipſa actio dotis.
53 In contractibus bonæ fidei fructus non veniunt iure actionis,ſed officio iudicis mercenario.
54 Datio fideiuſſoris & datio pignoris,æquiparantur.
55 Maritus qualiter petere poſſit vel debeat acceſſionem dotis.
Fideiuſſor quo caſu teneatur pro ſorte & vſuris debitis ex contractu ſtricti iuris,vel bonæ fidei per debitorem inito.
56 Fideiuſſor ſimpliciter intercedens, tenetur etiam pro acceſſionibus & vſuris,quæ veniunt officio iudicis.
57 Priuilegium tacitæ hypothecæ procedit,etiam pro precio rerum dotalium per maritum alienatarum.
58 Bona mariti an pro precio rerum dotalium per ipſum venditarum ſint tacitè hypothecata: & an precium redactum ex ipſius bonis,dicatur tacitè obligatum pro dote.
59 Precium rerum mariti venditarum,& tacitè obligatarum pro reſtitutione dotis, ſuccedit loco dictarum rerum.
60 Actio quæ cumulatiuè accedit alteri, ſortitur eandem naturam cum prima.
61 Regula, quòd acceſſorium ſequitur naturam principalis, procedit vbi acceſſorium non poteſt ſtare ſine principali.
62 Priuilegium tacitæ hypothecæ habet locum: & poteſt procedere contra fideiuſſorem.
63 Priuilegium tacitæ hypothecæ, poteſt competere vxori in bonis mariti non ſolùm dotalibus, ſed etiam paraphernalibus.
64 Tacita hypotheca introducta pro dote, an locum habeat in donatione propter nuptias.
65 Mulier agens ad donationem propter nuptias, habet tacitam hypothecam abſque priuilegio prælationis.
66 Donatio propter nuptias, an & qualiter dicatur in dominium vxoris tranſire.
67 Tacita hypotheca an locum habeat in extraneo dotante & dotem repetente.
68 Priuilegium tacitæ hypothecæ non procedit in muliere hæretica.
69 Mulier Iudæa habet tacitam hypothecā in bonis mariti Iudæi,,nam inter Iudæos eſt matrimonium.
70 Priuilegium prælationis tacitæ hypothecæ quod datur doti,nōn datur pœnæ illi adiectæ.
71 Tacita hypotheca non procedit pro dote promiſſa vel data pro ſponſa per verba de futuro.
72 Sponſâ an habeat priuilegia dotis.
73 Tacita hypotheca an locum habeat in bonis mariti minoris 25.annis,contrahentis matrimonium & recipientis dotem.
74 Bona mulieris minoris promittentis vel dantis dotē, an tacitè hypothecentnr pro dicta promiſſione obſeruanda.
75 Vxor minor non poteſt bona immobilia dare in dotem ſine curatore & decreto iudicis.
76 Tacita hypotheca an locum habeat in dote confeſſata.
77 Hypotheca pro dote expreſſa,quo tempore incipiat,& quid in tacita.
78 Diſpoſitio l.i.ff.qui potior in pignor.habeantur. non procedit ſpecialiter in dote, ſed in quolibet creditore.
79 Expreſſa hypotheca non trahitur ad tempus promiſſionis dotis,niſi promiſſio ſit facta tempore matrimonij contracti,vel poſt matrimonium.
80 In tacita hypotheca pro dote, an ſit inſpiciendum tempus promiſſionis vel ſolutionis.
81 Taciti & expreſſi an & quando ſit eadem ratio, & quando non.
82 Mulier habens per pactum & conuentionem expreſſam hypothecam pro dote,an etiam illam dicatur habere tacitam à lege inductam.
83 Pignus ſpeciale per mulierem pro dote receptum, non facit ceſſare generalem tacitam hypothecam à lege inductam.
84 Obligatio omnium honorum mobilium & immobilium,pro reſtitutione dotis facta, non includit nomina debitorum.
85 Tacita hypotheca in quo differat ab expreſſa.
86 Prouiſio legis,eſt efficacior prouiſione hominis.
87 Prouiſionem hominis annihilare prouiſionem legis, qualiter ſit intelligendum.
88 L.iubemus. & l. etiam. C. ad Velleia. quo caſu diſponant.
89 Fideiuſſor poteſt accedere pro dote danda marito, ſed non pro dote vxori reddenda.
90 Recipiens à colono ſuo fideiuſſorem, an videatur renunciare tacitæ hypothecæ ſuper rebus illatis & inductis.
91 Locator prouidens ſibi de ſpeciali & expreſſa hypotheca in certa re conductoris, non propterea ceſſare facit tacitam inductam à lege ſuper bonis inuectis & illatis.
92 Fideiuſſoris datio ſimplex, qui veteri obligationi accedat,non inducit nouam obligationem, ſed ſolùm eſt additamentum maioris cautionis.
93 Prouiſio legis quando tollatur per prouiſionem hominis.
94 Priuilegium tacitæ hypothecæ ſine priuilegio prælationis,ad quos hæredes tranſeat.
95 Priuilegiū tacitæ hypothecæ cum priuilegio prælationis, an tranſeat ad filios ſecundi vel alterius matrimonij.
96 Priuilegium tacitæ hypothecæ cum prælatione,an cōpetat vni mulieri contra aliam prætendentem ſimilem hypothecam ex cauſa alterius dotis?

97 L.aſſiduis.§.exceptis.C. qui pot.in pign.hab.quo caſu loquatur & diſponat.

98 Tacita hypotheca anterior pro dote, præfertur expreſſè poſteriori.

99 Mulier habens expreſſam hypothecam pro dote, an præferatur alijs habentibus tacitam anteriorem.

100 Mulier habens expreſſam hypothecam pro dote poſteriorem, an præferatur creditori habenti expreſſam anteriorem.

101 Regula, quòd taciti & expreſſi idem eſt iudicium, procedit, ſi tacitum procedat ſecundum regulas iuris communis: ſecus, ſi contrà.

102 Correctio iuris communis, non recipit extenſionem de caſu ad caſum.

103 Argumentum de perſonali actione ad hypothecam, non procedit.

104 Priuilegium tacitæ hypothecæ cum prælatione, an cõpetat pro dote putatiua.

105 Matrimonium putatiuum bona fide contractum, habet priuilegia veri matrimonij quo ad dotem.

106 Priuilegium tacitæ hypothecæ an locum habeat in matrimonio putatiuo ex parte mariti.

107 Priuilegium tacitæ hypothecæ cum prælatione, an poſſit per mulierem cedi, vt tranſeat in ceſſionariam.

108 Fiſcus & mulier in materia hypothecaria, pari paſſu ambulant.

109 Tex i.C.de iur.fiſci & l.ſi is qui ff.de iur.fiſci.non habent locum vbi mulier contendit cum fiſco pro dote.

110 Anterioritas vel poſterioritas inſtrumentorum, conſideratur ſecundum ordinem ſcripturæ.

111 Priuilegium tacitæ hypothecæ mulieri pro dote datũ, an tranſeat ad quoſcunque hæredes.

112 Priuilegia dotis, an competant ſoluto matrimonio.

113 Tacita hypotheca contrahitur pro bonis à fiſco emptis.

114 Fiſcus in quibus ciuitatibus vel populis eſſe dicatur.

115 Bona delinquentium an pro pœnis fiſco applicandis, cenſeantur tacitè ipſi obligata.

116 Quaſi contractatus per litis conteſtationem inductus quid operetur.

117 Fiſcus an in dubio præferatur priuato, vel econtrà.

118 Fiſcus in cauſa oneroſa præfertur in dubio priuato, in cauſa autem lucratiua pr.ferri debet priuatus.

119 Tacita hypotheca inducitur in bonis adminiſtratorũ ciuitatum.

120 Tacita hypotheca habet locum in bonis prælati Eccleſiæ pro mala adminiſtratione bonorũ ipſius Eccleſiæ.

121 Prælatus in multis æquiparatur tutori.

122 Tacita hypotheca non procedit in camera Epiſcopali, ſeu in contractu cum Epiſcopo inito.

123 Tacita hypotheca procedit in bonis orphanotrophi vel hoſpitalarij pro eorum mala adminiſtratione.

124 Bona delinquentis, putà furis, cenſentur pro reſtitutione vel ſatisfactione fienda tacitè hypothecata.

125 Tacita hypotheca inducitur in collectis, & fauore collectarum ſoluendarum.

126 Tacita hypotheca inducitur fauore decimarum ſoluẽdarum in bonis, de quibus ſoluenda eſt decima.

127 Bona emphyteutica, pro quibus canon debetur quolibet anno, an ſint tacitè pro illo obligata.

128 Res inuectæ & illatæ in domũ conductam, tacitè ſunt obligatæ pro penſione & afficto domus locatæ.

129 Res inuectæ & illatæ in domum conductam, an poſſint retineri per locatorem pro alio debito quàm locationis, tanquam tacitè hypothecatæ.

130 Beneficium retentionis competit in cauſa dotis ſoluendæ.

131 Res inuectæ ſeu inductæ in domum conductam, licet tacitè ſint hypothecatæ, non tamen prohibentur alienari, niſi expreſſè ſunt obligatæ.

132 Hypothecaria datur contra tertium poſſeſſorem tam pro tacita quàm pro expreſſa hypotheca.

133 Saluianum interdictum competit locatori pro rebus coloni illatis & inuectis, pro rebus autem inquilini, vtile.

134 Tacita ſerui hypotheca an impediat eius manumiſſionem.

135 Res expreſſè obligatæ, per ſecundum conductorem primo conductori non ſunt ex illa conuentionali obligatione obligatæ primo locatori.

136 Res inuectæ & illatæ per ſecundum conductorem, an pro primo conductore, cenſeantur tacitè obligatæ, & quare.

137 Secundus creditor qui gratis à primo conductore domum recepit, an teneatur de domus deterioratione: vt pro ea dicantur res illatæ tacitè obligatæ.

138 Deteriorans rem alterius etiam commodatam, tenetur de deterioratione.

139 Appellatione domus quæ veniant.

140 Res inductæ in naui conducta, cenſentur tacitè hypothecatæ pro penſione nauis.

141 Res inuectæ & illatæ cenſentur pro qualibet mercede conducta tacitæ obligatæ.

142 Tacita hypotheca rerum inuectarum & inductarum, an per amotionem ipſarum expiret.

143 Hypotheca ſemel in rebus acquiſita, non tollitur per alium ſubſequentem contractum ſine conſenſu illius, cui primò acquiſita eſt.

144 Res illatæ & inuectæ in molendino, non ſunt tacitè obligatæ pro penſione molendini.

145 Res illata in prædium ruſticum, non intelliguntur tacitè obligatæ: ſecus, ſi in prædium vrbanum.

146 Prædium vrbanum in quo diſtinguatur à ruſtico.

147 Fructus fundi conducti indiſtinctè, dicuntur tacitè hypothecati pro precio conducto.

148 Fructus induſtriales, non ſunt intelligendi tacitè obligati pro penſione prædij ruſtici: ſecus de naturalibus.

149 Precium non ſuccedit loco rei in actione hypothecaria ſingulari.

150 Bona inuecta vel illata in domum conductam, non cenſentur tacitè hypothecata, niſi quatenus ſint per conductorem illata, cuius probatio incumbit agenti.

151 Res famuli inductæ in domo per dominum conducta, non cenſentur tacitè obligatæ pro conductione.

152 Res alienæ inductæ in domo conducta, non veniunt in tacita hypotheca.

153 Merces venales inuectæ in domo conducta, an veniãt in tacita hypotheca.

154 Bona minoris inducta in domum conductam, non veniunt in tacita hypotheca pro conductione contracta.

155 Bona vſurariorum an dicãtur tacitè hypothecata pro reſtitutione vſurarum.

156 Bona ſecundi mariti quo caſu ſint tacitè hypothecata filijs primi matrimonij.

157 Tacita hypotheca inducitur in bonis teſtatoris pro legatis ab eo factis.

158 Res legatæ à teſtatore, non dicuntur in bonis ipſius, nec tacitè dicuntur hypothecatæ pro ipſis ligatis.

159 Res hæredis an tacitè dicantur obligatæ pro legatis à teſtatore factis.

160 Hypo-



160 Hypotheca tacita, quæ competit pro legatis, differt ab alijs hypothecis.

161 Teſtator poteſt remittere tacitam hypothecam introductam pro legatis.

162 Tacita hypotheca introducta pro legatis, non procedit in donationibus cauſa mortis.

163 Res empta ex pecuniis pupilli, eſt ipſi pupillo pro reſtitutione pecuniæ tacitè obligata.

164 Res empta ex pecunia militis, eſt tacitè pro reſtitutione pecuniæ ipſi militi hypothecata.

Res emptæ ex pecunijs alicuius, quibus caſibus dicatur tacitè hypothecata.

165 Tacita hypotheca includit & comprehendere poteſt omnia bona præſentia & futura, etiam nomina debitorum tam præſentia, quàm futura.

166 Pecunia an poſſit dici tacitè hypothecata.

167 Statutum, quòd inſtrumenta cõfeſſionata vel guarentigiata habeant executionem paratam, militat etiã ſi petatur executio vigore inſtrumenti, ex quo reſultat tacita hypotheca.

## Quartũ mẽbrũ ſecũdæ partis principalis.

SEquitur modo quartum membrum iſtius
ſecundæ partis, in quo tractabimus de ta-
cita hypotheca, in quibus caſibus induca-
tur & de eius effectibus. Præmittenda ta-
men ſunt aliqua pro faciliori intelligẽtia.
1 ¶†Et primò præmitte, quòd tacita hypotheca dicitur
illa, quæ eſt introducta ex diſpoſitiõe legis ſeu ſtatuti, à
partibus nõ expreſſa: expreſſa aũt dicitur illa, quę partiũ
conuentione inducitur: vt probatur in titu.quib. mod.
pig.tac.contrah.ff.& C.vbi in caſibus ibi notatis dici-
tur tacitè contrahi hypotheca, & tamen illam lex indu
cit. ¶Et propterea infertur, quòd quando lex vel ſtatu-
tũ inducit hypothecam, etiam illam expreſſam hypo-
thecam appellet, tamen dicitur tacita, licet habeat vim
expreſſæ. ita declarat no.Paul.de Caſtr. in conſil. 394.
quanquàm multa copioſè in 2.col.iu verſicu. ex quibus
2 concludendo, &c. ¶†Secundò præmitte, quòd ſi ſta-
tutum inducens hypothecam, diceret, quòd illa hy-
potheca habeat eundem effectum, quem habet hypo-
theca deſcripta in publicis inſtrumentis, non per hoc
intelligetur expreſſa hypotheca: quia nõ per hoc dici-
tur deſcripta in inſtrumento, cùm deſcriptum in in-
ſtrumento dicatur illud, quòd oculis corporeis legi po
teſt.leg.j.ff.de his quæ in teſtamen.delen.& Bald.in leg.
legem.C.de locato, ſed erit tacita, eiuſdem tamen ef-
fectus, cuius eſt expreſſa: vt copioſè & pulchrè firmat
Rom.in conſi.147.licet hæc pars.& Alexand.in conſi.58.
in cauſa mota per Paulum, &c.7.volu. per allegata per
3 eos. ¶†Tertiò prẽmitte, quòd licet tacita hypotheca
inducatur à ſtatuto vel lege per verba importantia fi-
ctionem, prout eſt verbum, intelligatur, &, credatur.
leg.quoniam.ff. de his qui not.infa.& in §. ei vero qui.
Inſti.de inuti.ſtipu. tamen per hoc illa hypotheca non
erit ficta, ſed vera, licet tacita: ita probatur in leg.in præ
dijs.ibi, tacitè pignora eſſe intelligantur.ff.in qui.cau.
pig.rat.contr.& in l.eo iure.ibi pignora eſſe credantur.
eo.titu.Nam licet in dictis legibus ſint verba importã-
tia fictionem, tamen illa bona ſunt verè hypothecata,
licet tacitè, vt l.2.C.eod.tit.& ita tenet Iaſ.in repeti.l. ſi
is qui pro emptore.in 17.charta.colum.3.in verſic. item
4 adde, quòd lex fingendo.ff.de vſucapioni. ¶†Et ratio
eſt, quia lex fingendo in actu deſcendente à poteſtate
iuris, verè facit & non fictè, ſecundùm Anton. de Butri.
in conſil.20.æquitas valdè ſuggerit. & notat. Bartol. in
dict, repetitione.le.ſi is, qui pro emptore.circa finem fi-
5 ctionis inductiuæ. ¶†Quartò præmitte, quòd tacita hypo-
theca non poteſt probari per teſtes, vt pulchrè per Bal.
in l.conuenticula.in fine.C.de Epiſcopis & clericis. ni-
ſi per modum indirectum, vt ibi per eum, ſed expreſſa
ſic: quia licet dicatur expreſſa, tamen de neceſsitate nõ
requirit ſcripturam.l. contrahitur. & ibi Barto.ff.de pi-
gnoribus. ¶ Iſtis præmiſsis, deueniendo ad tacitas hy-
pothecas, videndum eſt in quibus caſibus de iure ta-
citæ hypothecæ inductæ ſint : quos omnes caſus enu-
6 merabimus diſtinctè. ¶†Primus igitur caſus eſt, in quo
tacita hypotheca inuenitur de iure in bonis tutoris &
curatoris. Nam bona eorum ſunt tacitè hypothecata
pro adminiſtratione tutelæ ſeu curæ, vt leg.pro officio.
C.de adminiſtratione tutorum. ¶ Amplia primò, vt
dicta tacita hypotheca inducatur non ſolùm pro ma-
lè adminiſtratis, ſed etiam pro neglectis. ita tenent ibi
7 Cynus, Bartolus, Baldus, Salicetus, & alij. ¶† Secundò
amplia, vt non ſolum dicta tacita hypotheca induca-
tur in bonis tutorum & curatorum, vt dictum eſt: ſed
etiam in bonis protutoris, videlicet illius, qui non eſt
tutor, ſed gerit ſe pro tutore, vt tenet glo.in d.l. pro of-
ficio.in gloſſ.fina.quam ibi Bald. dicit non eſſe alibi. &
mouetur gl.per leg.dabimus.§.j.ff.de priuileg.credi. &
ibidem hoc expreſſe tenet glo.& Bartol.& ſequitur So-
ci.in conſil.85.Viſo compromiſſo.penult.colum.j.volu.
8 ¶† Tertiò amplia, vt idem ſit in curatoribus datis ad
lites: quia etiam eorum bona, & etiam eorum fideiuſ-
ſorum ſunt tacitè hypothecata pro adminiſtratione,
ſicut bona tutoris & curatoris generalis: text.eſt & ibi
9 not.doct.in l.properandum.§.fin.C.de iudi. ¶†Quar-
tò amplia in actoribus datis ab ipſis tutoribus vel cu-
ratoribus, quia etiam illorum bona ſunt tacitè obliga-
ta, ſicut bona tutorum & creditotum: ita tenet Bartol.
10 in l.actor.in 2.colum.ff.rem ra.ha. ¶†Fallit autem dicta
concluſio in actore dato à iudice loco tutoris vel cu-
ratoris, quia illius bona non ſunt tacitè hypothecata,
vt per Bart.in d.l.actor.2.col.& meminit Iaſ.in d.l. pro-
11 perandum.§.fi.in vlt.colum. ¶†Secundò fallit in bonis
hæredum tutorum vel curatorum: ita tenet Raph.Cu-
ma.in conſili.58.quæritur an bona hæredis tutoris. vbi
dicit, quòd text.in d.l.properandum.§. fin. qui videba-
tur innuere contrarium, inquantùm dicit, hæredéſque
& res eorum, debet intelligi de rebus hæredum, quæ
fuerunt tutoris & curatoris: non autem de rebus pro-
prijs dictorum hæredum.Iaſ.autem in d.§. fi.intelligit,
quòd dicta verba, res eorum, debent referri ad tutores
& curatores, & credo iſtam eſſe veram intelligentiam.
¶Sed ſubdit Iaſ.tunc ille text. ſeruiret de vento: quia
ſine vllo text.omnia bona tutorum & curatorum, quæ
in eorum hæredes deuenerunt, erant obligata mino-
ribus: & propterea vt ille text.aliquid operetur, debet
intelligi, ſecundùm Iaſo. quòd loquatur de bonis hæ-
redum: & tunc ſecundùm eum eſſet magnum priuile-
gium pupillorum & minorum: tamen Iaſ. ſuper hoc
nihil decidit: ſed relinquit cogitandum. ¶Ego autem
puto quòd deciſio Rapha.ſit veriſsima, videlicet quod
bona hæredum tutoris vel curatoris ad lites, & etiam
aliorum, non ſint tacite obligata pro adminiſtratione
tutorum vel curatorum: quia in obligatione generali
& expreſſa bonorum, facta per defunctum, non veniũt
bona hæredum, vt leg.Paulus.in princi.ff. de pigno. &
habetur per gloſ.& doct.in l.aſsiduis.C.qui.po.in pig.
hab.& in l.j.in fin.C.cõmu.de lega.& dictum fuit ſupra
in ſecundo membro huius ſecũdæ partis.in 6.fal. nu.53.
& 54.ſi ergo in generali & expreſſa obligatione non
veniunt bona hæredis, ergo etiam non debent venire
in tacita, argu.leg.cùm quid.ff.ſi cert. pet.& non debet
dici, quòd ſit ſpeciale in pupillis vel minoribus: quia
iſtud dicere, eſt recurrere ad refugium miſerorum, vt
per gl.& doct.in l.filium quem habentẽ.ff.famil.erciſc.
& eſſet inducere correctionem legum, contra l. præci-
pimus.C.de appel.cum vulga.& ideo ſtandũ eſt regu-
læ, quod bona hæredum non comprehendãtur in obli-
gatione bonorũ facta per defunctũ, d.l.Paulus. in prin.

¶Et nõ obſtat,quòd hoc modo d.leg. properandum. §.
fin.ſeruiret de vento,vt dicit Iaſ.quia poteſt reſpõderi,
quòd immo ille §.fin.ſtat cum virtute operandi, & fuit
illa diſpoſitio neceſſaria. quia licet in tutore & curato-
re generali eſſet inducta tacita hypotheca, de qua in d.
leg.pro officio,tamen hoc non erat deciſum in curato-
ribus datis ad lites tantùm, & in eorum fideiuſſoribus.
Cùm ergo de his alibi expreſsè non eſſet deciſum, non
poteſt dici quòd imperator in dict.§.fin.ſuperuacuè lo-
cutus fuerit ,vt etiam dicit Bald. ibi. Et ſic remanet fir-
ma deciſio Raph.quòd bona hæredum tutoris vel cu-
ratoris,non veniant in tacita hypotheca:de qua in d. l.
12 pro officio. ¶†Sed dubitatur, à quo tempore incipiat
tacita hypotheca in bonis dictorum tutorum, cura-
torum, protutorum , & eorum fideiuſſorum. Et gloſſ.
in d.leg.pro officio.ponit duas opiniones. Prima eſt, ꝙ
hypotheca incipiat tempore,quo incipit eſſe tutor. ar-
gu.l.cùm oportet.§.fin. C. de bon. quæ liber. Secunda
opinio eſt, quòd incipiat tempore quo incepit malè
adminiſtrare,argu.leg.hac edictali.§.pen.C.de nup.ſed
primam opinionem tenent ibi Iaco.de Are. Cyn. Bald.
& latè Salicet.qui reſpondet ad argumenta contraria:
eandem opinionem tenet Socin. in conſilio 61.in præ-
Cómu. opin. ſenti conſultatione.in j.& 2.col.in j.volu.& ſic eſt com-
munis & tenenda:& faciunt quæ dicam infra in proxi-
13 ma ſequẽti hypotheca.¶†Secundus caſus in quo indu
citur tacita hypotheca, eſt, quãdo pater adminiſtrauit
bona filij malè & frauduléter, vel illa alienauit. nam i-
ſto caſu pro bonis filij alienatis per patrem , & pro ma-
la & fraudulenta adminiſtratione datur hypotheca in
bonis ipſius patris tacita,vt leg.cùm oportet.§.fi. C. de
bon.quæ libe. Secus autem eſt, pro culpabili admini-
ſtratione patris : quia pro illa non tenetur pater , vt de-
clarat glo.Bartol.& Bad.in d.l.cum oportet.§. non auté.
14 & in §.fin.¶†Et ratio eſt,quia pater de bonis,in quibus
eſt legitimus adminiſtrator, & habet vſumfructum,nõ
tenetur reddere rationem adminiſtrationis filio de his,
quæ culpabiliter geſsit,ſed ſolùm de his quæ fraudulé-
Cómu. opin. ter & doloſè geſsit,vt habetur in leg. imperator. ff. ad
Treb.& iſtam dicit eſſe magis communem opinionem
Socin.in conſil.34.proſequendo ordinem in vltim. col.
15 j.volu.¶†In his autem bonis in quibus patri non quæ-
ritur vſusfructus , & non eſt legitimus adminiſtrator
filij,iuxta vtiliter no.per Bart.in l.fin.§.j.ff.de verborum
obliga.pater indiſtinctè tenetur reddere rationem ad-
miniſtrationis filio,cum reſtitutione reliquorũ, vt not.
Bald.in d.l.cùm oportet.§.fin.& Bald.in l.filiæ cuius. C.
famil.ercif.& habetur per Soci.in dict.conſil.34. penul.
16 & vlti.colum.vbi pulchrè. ¶†Sed dubitatur quando
pater adminiſtrat dicta bona,in quibus nõ habet vſum-
fructum , & non eſt legitimus adminiſtrator, quo caſu
indiſtinctè tenetur reddere adminiſtrationis rationẽ,
cum reſtitutione reliquorum, vt proximè dictum eſt.
An pro tali adminiſtratione ſint etiam bona patris ta-
citè hypothecata,ſicut ſunt hypothecata pro admini-
ſtratione illorum bonorũ,in quibus pater habet vſum-
fructum , & eſt legitimus adminiſtrator: quo caſu lo-
quitur d.lég.cùm oportet.§.fi. Et videtur dicendum, ꝙ
non:quia diſpoſitio d.§.fina.eſt exorbitans à iure intro-
ducendo hypothecam tacitam in illo caſu ſpeciali , in
quo de iure non erat introducta: vt ff. & C. in quibus
cauſ.pignus.taci.contraha.ideo non videtur extenden-
da ad bona, in quibus pater non eſt legitimus admini-
ſtrator:arg.lege ſi vero.§. de viro.ff.ſolut.matrim.& no.
per Bart.& Alexan.in l.ſi conſtante.in princ. in 8. quæſt.
ſecundæ partis,eo.tit.Tamen in contrarium facit dict.
l.pro officio.cum gloſſ.ibi,quæ extendit d. leg. loquen-
tem in tutore ad procuratorem,vt dictum fuit ſupra in
primo caſu proximè præcedẽti,nu.7. Vnde ſi appareret
quòd pater geſsiſſet ſe in adminiſtrandis bonis filij pro
legitimo adminiſtratore , cùm tamen non eſſet: quia
in illis non habebat vſumfructum,(vt dictum eſt) tunc
poſſet dici introducta tacita hypotheca,etiam iſto ca-
ſu,ſicut quando eſt verus & legitimus adminiſtrator,
per no.in d.leg.pro officio.& ita firmat Bald.No.in tra-
ctatu dotis, in noua parte in 8. priuileg. quod nota ad
17 ampliationem.d.leg.cùm oportet.§.fin. ¶† Et prædicta
tacita hypotheca incipit à die inchoatæ adminiſtratio-
nis,non autem à die malæ geſtionis.ſecundùm glo. fin.
Pet.Cy.Bartol.Bald.& Salic.in d.§.fin.Nec obſtat,quòd
hoc modo videatur prius naſci hypotheca , quàm per-
ſonalis ſeu principalis obligatio contrahatur.leg.ſi de-
bitor.C.de priui.fiſ.& no.per Barto in l.fideiuſſor obli-
gari.in princ.ff.de fideiuſſorib.†quia vera ſolutio iſtius
18 contrarij eſt , quòd iſto caſu duplex poteſt conſiderari
obligatio:perſonalis ſeu principalis: vna generalis &
primæua,qua pater incontinenti , quando incipit ad-
miniſtrare , obligatur & tenetur res filij ſaluas facere,
& abſque fraude & dolo adminiſtrare , & iſta præcedit
hypothecam:alia obligatio eſt ſpecialis & ſecundaria,
quæ naſcitur ex mala & frandulenta geſtione patris : vt
in primo §.eſt autem.& §.ſi apud. & leg. ſi duo.ff.depo-
ſiti,& licet ante iſtam ſecundam ſpecialem oriatur hy-
potheca,tamen ſatis eſt,quòd non oritur ante primam
generalem:ita declarat Petr.Bal.& clarius Salic.in dict.
§.fin.& plenius adhuc idem Salice.in d.leg.pro officio.
C.de adminiſtratione tutorum.de quo dicetur infra in
tertia parte principali,in primo mẽbro,in ſecũda quæ-
19 ſtione,num.19.vſq; ad num.24.¶†Tertius caſus, in quo
tacita hypotheca à iure inducitur , eſt in bonis pater-
nis : quando ſcilicet pater tranſit ad ſecunda vota , vt
ſcilicet illa ſint tacitè obligata filiis primi matrimo-
nij pro lucris & alijs bonis peruentis ad ipſum patrem
ex prima vxore,in quibus pater habet vſumfructum &
quaſi proprietatem , ſed illa conſeruare tenetur filijs
primi matrimonij:vt eſt text. in leg. ſi quis prioris. §.in
illo.C.de ſecundis nuptijs,& ibi glo.Barto.Bal.Salic. &
alij:& in illis etiam tenetur pater pro doloſa & frau-
dulenta adminiſtratione,ſicut in alijs in quibus habet
vſumfructum,de quibus in d.leg.cùm oportet.§.fina.vt
tenet glo.in d.leg,in illo.& ibi Bald.licet Salic.ibi dubi
tet:nam opinio glo.& Bald. eſt magis communis,vt re- Commu. opin.
fert Soci.in dict.conſil.34.in penul.col. in 6. ¶Eſt ergo
communis concluſio,quòd in lucris & alijs bonis per-
uentis ad patrem ex primo matrimonio, ſi pater tran-
ſeat ad ſecundas nuptias , habet vſumfructum & quaſi
proprietatem, & tenetur de doloſa adminiſtratione il-
lorum:& filij prioris matrimonij, habent tacitè hypo-
thecata pro prædictis bona paterna per d.le.ſi quis pri-
20 oris.§.in illo.¶†Et idem eſt dicendum econuerſò in
matre tranſeunte ad ſecunda vota,vt ſcilicet eius bona
ſint tacitè obligata filiis primi matrimonij pro conſer-
uandis lucris & aliis bonis ad eam peruentis à primo
marito , vt eſt textus in l.hac edictali.§.omnibus.C.de
21 ſecund.nupt.& ibi per doctór.†Et in dicta tacita hypo
theca veniunt bona materna tam præſentia quàm futu
ra & incipit ex eo die,ex quo res prædictæ peruenerunt
22 ad matrem,vt eſt tex.in dicto §.in omnibus . †Et illud
quod dicitur in matre,in dicto §.in omnibus.habet lo-
cum & deciſum eſt in patre,in dicto §. in illo. quia de-
ciſio dict.§.in illo.facta fuit ad exemplum eius quod de
ciſum prius fuerat in matre,in dict.§.in omnibus.
23 ¶†Cùm ergo æquiparentur iſta , diſpoſitum in vno ex
æquiparatis,cenſetur diſpoſitum in alio per no. in c. ſi
poſtquam.de elec.lib.6.in gloſſ.pen.& latè per Iaſo. in
leg.tranſigere.in 5.colum.C.de tranſactio.& in authen.
quas actiones. in 5.col.C.de ſacroſan.eccle. & per Cor.
24 in conſil.82.2.volumi.in litera i.lz.¶†Quartus caſus eſt
multùm notabilis,in quo de iure inducitur tacita hy-
potheca , quia inducitur ex ſpeciali priuilegio in do-
te,& in actione dotis : vt eſt text.not.in leg. vnica.§. &
vt plenius.C.de rei vxo.action.&quia iſte caſus eſt val-
dè practicabilis , ideò intendo eum plenius examina-
re quàm alios:& vt magis ordinatè procedamus , po-
nemus



nemus pro regula, quòd in dote tacita hypotheca de
iure ſit introducta: & poſtea ponemus multas ampli-
ationes ad regulam , & ſubinde aliquas fallentias , &
vltimò nonnullas vtiles quæſtiones. Poſitam ergo re-
gulam , quòd in dote competit tacita hypotheca, per
25 text.in dicta leg.vnic. §. & vt pleniùs. † amplia primò,
quod dicta tacita hypotheca datur ex vtroque latere,
videlicet tam ex parte mariti pro reſtitutione dotis,
quàm ex parte mulieris pro ipſa dote præſtanda mari-
to.Item tam in dote data vel promiſſa per ipſam vxo-
rem, quàm alios pro ea: & ſimiliter tam pro dote re-
cepta per maritum,quàm recepta per alios pro eo.Item
tam in dote aduentitia, quàm profectitia. item tam in
dote,de qua eſt confectum inſtrumentum , quàm etiam
ea,de qua nullum fuit confectum inſtrumentum,vt de
omnibus prædictis eſt textus expreſſus in dicta l.vni.§.
26 & vt pleniùs.¶†Item amplia etiam regulam habere lo
cum in dote euicta : quia ſcilicet maritus cui dos fuit
euicta,id eſt, res dotalis in dotem data , per actionem
de eadem re competentem alij , iudicio ablata , habet
tacitam hypothecam in bonis dotantis pro rebus do-
talibus euictis : textus eſt & ibi gloſſ.in dicto §.& vt ple
nius.
27 ¶†Iſtud autem intelligit Baldus ibi procedere, quan-
do in dote deberetur euictio:puta quia dos incepiſſet à
promiſsione.tunc enim debetur euictio, ſecus ſi ince-
piſſet à traditione : quia tunc non debetur euictio iux-
ta.l.j.C.de iure dot.& facit in ſimili l.Ariſto.ff.de dona.
Tu autem aduerte,& intellige dictum Bald.procedere,
quando extraneus dedit dotem , & non fuit incontiné-
ti ſtipulatus ſibi reddi:quia tali caſu cenſetur donaſſe
dotem mulieri,vt dict.leg.vni.§.accedit.C.de rei vxor.
action.& ſicut in donatione quæ incepit à traditione,
non venit euictio, dict.lege.Ariſto.ita etiam non venit
in iſta dote.¶ Non autem procederet dictum Bal.in ſuo
dotante , vel in extraneo ſtipulante incontinenti ſibi
reddi . quia tunc non induceretur donatio , & omni-
no deberetur euictio , & videtur caſus in lege ſi pro re
pupilli.§.primo.cùm ibi notatis. ff. de euction. † ma-
82 ximè cùm maritus ex ſuo latere in dote prætendat ti-
tulum oneroſum,licet ex parte vxoris ſit lucratiuus, vt
lege fina.§.j.& ibi Bartol.ff. quæ in frau.credi. & ita te-
net per prædicta Ang. de Are. inſtit.de action.§.fuerat.
in 6.colum.in glo.ver.hypothecaria. Sed an & quando
in dote debeatur euictio , poſuit Bald. in tractatu dotis
in ſeptima parte,in priuileg.42.& habetur per Barto. in
lege ſi familiæ.C.fami.ercif.per Bald.in lege dubitatur.
in fin.C. de euiction.per Paul.de Caſtro in conſilio 49.
29 viſis omnibus &c. ¶†Ratio autem , quare dicta tacita
hypotheca competat tam latè , ex vtraque parte & om-
nibus perſonis ſuprà narratis, eſt: quia dictum priuile-
gium tacitæ hypothecæ introductum in d. §. & vt ple-
nius,datur principaliter actioni, & non perſonæ , vt eſt
tex.in dict.§.&vt pleniùs.ibi, ita & in huiuſmodi actio-
ne damus ex vtraque parte hypothecam : & ita tenent
Bartol.& communiter Docto. in lege j.ff.ſolut. matr. &
Bald.no.in 12.parte,in 5.colum.in verſi.2.quæro. de pri-
30 uileg.leg.tacit.hypoth.¶†Secundo loco ergo vltra ſu
pradictas ampliationes ex ratione præmiſſa amplia re-
gulam,quod priuilegium dictæ tacitæ hypothecæ tran
ſit ad quemcunque tranſit ipſa actio de dote. ita tenet
Bartol.in dicta lege.j. in primo priuileg. ff.ſolut.matr.
alleg.text.in §.fuerat.ad fin.inſti.de action. ponderan-
do ibi dictionem aduerſatiuam,auté, quæ innuit, quòd
hypotheca de qua ibi,tranſeat ad omnes,& cum Barto-
lo in hoc tranſeunt alij Doctores præterquam in caſu,
in quo extraneus dotãdo ſtipularetur ſibi reddi,de quo
31 infra ſubdam. ¶† Et ideò infertur ex hac aupliatione,
quòd ſicut actio de dote , poteſt tranſire in extraneum
hæredem vxoris,ita poteſt tranſire tacita hypotheca,vt
32 probatur in dicta l. vnica.§.illo proculdubio. ¶ † Ter-
tio amplia dictam regulam,de qua in dicto §.& vt ple-
nius,quod priuileg.d. hypothecæ tacitæ , prout tranſit
in extraneum hæredem , ita etiam tranſit in ceſsiona-
rium ipſius mulieris,per regulam leg.ex pluribus.ff. de
adminiſtr.tutor. quæ eſt , quòd quicquid eſt tranſmiſ-
ſibile ad hæredem , etiam eſt ceſsibile : & ita etiam vo-
33 luit Bald.in lege j.C.de priuileg.dot. ¶ † Immò, quod
eſt plus,facta ſimplici ceſsione de dote per mulierem,
conſequenter transferetur ipſa tacita hypotheca tan-
quam pediſſequa actionis dotalis , licet de hypotheca
in ceſsione nihil fuerit expreſſum. l. emptor nominis.
& leg.venditor actionis.ff.de hære.vel action. vend.ita
tenet Bald.in d.leg.j.in 4.col.in verſic.quærunt doct.de
pulcherrima quæſtion.C. de priuileg. dot. & habetur
per Bald.& Salic.in leg.ſi inſolutum.C.de action.& ob-
ligation.& habetur per Alexand.in leg. ſi verò.in prin-
34 cipio.ff.ſolu.matri.¶† Quartò amplia regulam , etiam
quando pater ageret pro reſtitutione dotis ſuæ filiæ
tanquam eius legitimus adminiſtrator,iuxta leg.ſi cùm
dotem.§. item cùm pater.ff. ſolut.matr. quia tali caſu
pater agens habet priuileg. dictæ tacitæ hypothecæ in
bonis obligatis ad reſtitutionem : ſecùs autem , ſi pa-
ter ageret nomine ſuo,per ſtipulationem à principio fa-
ctam nomine ſuo , iuxta leg.quoties. ff. ſolut. matrim.
vel per conſolidationem actionis factam.leg.eum. iux-
ta nota in leg.dos à patre.C.ſolut. matrim.& leg. vni §.
videamus.C.de rei vxor.action.quia tali caſu,eſto quòd
talis actio per obliquum haberet deuenire in filiam
iuxta authentic. ſed quamuis. C. de rei vxor. action.
tamen non habet dictum priuilegium tacitæ hypothe-
cæ.ita firmat Bartol.in leg.poſt dotem.in 2. quæſtio. ad
fin.ff.ſolu.matrim.& cum Barto.tenent ibi Angel.Imo-
la & Alexand.in vlt.col.licet ibi Roma. indiſtinctè vo-
luerit,quòd pater agendo ad reſtitutionem dotis , filia
viuente,habeat priuile.tacitæ hypothecæ, attẽto quòd
pater tenetur dotem filiæ conſeruare iuxta dictum au-
then.ſed quamuis.Nam eum reprehendit ibi Alexand.
dicens,quod iura allegata per Roman.videlicet le.cùm
dotem.ff.ad leg. Falcid.& leg.3.§.fina.ff.de leg. præſtan.
non probant : quia in illis iuribus commodum omni-
no erit peruenturum ad perſonam priuilegiatam: ſecus
autem eſt in dote, exacta per patrem nomine proprio,
vigore ſtipulationis : quia tunc efficitur eius proprium
patrimonium.leg.fin.C.comm. vtriuſ.iudic. & licet te-
neatur eam filiæ cõſeruare per dict.authen. ſed quan-
uis.tamen præſens rei ſtatus non tendit ad illud, atten-
to maximè , quòd poſſet contingere,quòd filia non nu-
35 beret.†& quandò præſens rei ſtatus poteſt contingere
præter naturam & legem , ſed non indicat contingen-
tiam de futuro, non inſpicitur tunc quod euenire po-
teſt.leg.inter ſtipulantem.§.ſacrã.& ibi Bart. ff.de verb.
obliga.in vlti.colum.¶Vera eſt ergo concluſio Barto.in
dict.lege. poſt dotem,quòd quando pater agit admini-
ſtratorio nomine filiæ,& ad vtilitatem filiæ,tunc habet
priuilegium dictæ tacitæ hypothecæ:ſecus autem,quã-
do pater agit nomine ſuo proprio , licet per obliquum
talis exactio poſſet redundare in vtilitatem filiæ : & in
hanc concluſionem inclinat glo.magna.inſtit. de acti-
on.in §.fuerat.ad fin.& ibi Ang.de Are.& ita tenendum
eſt,quamuis Bald.No.in tractatu dotis.in 12. parte. in 5.
col.in verſicu.& an tranſeat in patrem mulieris , refert
Baldum in l.j.C. de priuile.do.tenere indiſtinctè , quòd
tale priuileg.tacitæ hypoth.non tranſeat in patrem : &
dicit,quod iſtud poteſt procedere quando pater age-
ret ex iure conſolidationis,vel ex ſtipulatu à principio
interpoſito nomine ſuo. Nam ego non inuenio, quòd
Bald.in dict.leg.j. ita dicat , & quando diceret , non eſt
recedendum à concluſione Bartol. cum qua commu- Commu. opin.
niter tranſeunt doct.& omnino Bald.nouel. tenet in ef-
fectu idem quod tenet Barto.tam in dict.12.parte,quàm
etiam in ſexta parte.in 7. priuilegio vbi improbat Bald.
36 ¶†Quinto amplia dictam regul. dictæ tacitæ hypo-
thecæ,de qua in dict.§.& vt plenius ,vt ſ. illa procedat,

etiam in terminis leg.ſi cùm dotem. §. tranſgrediamur.
ff.ſolut.matrim.videlicet, quòd quando pater iuſsit fi-
lium accipere vxorem & dotem, vel quando ei acci-
pienti vxorem & dotem conſenſit, vel tertio quando
pater coactus fuit ſe obligare pro dicta dote data fi-
lio:quod eſt,quando filius accepit in vxorem perſonam
honeſtam, & in regione illa non eſt conſuetum facere
donationes propter nuptias æquales dotibus. Nam in
omnibus iſtis caſibus regulariter pater obligatur pro
conſeruatione dotis ſuæ nurus, ſecundùm Bart. Paul.
de Caſt.Imol. Alex. & ſequaces in d. §.tranſgrediamur.
& latè per Bald. Nouel.in 6. parte. in 20. priuilegio. &
per Cor.in conſ.256.primo vol. Viſo puncto. & in con-
ſil. 303. in hac conſultatione. 4. volum. Intelligendo
tamen ſemper, quòd pater conſentiat filio recipienti
dotem: aliter pater non obligaretur, etiam dato quòd
ſciret & conſentiret filium contrahere matrimonium,
niſi conſentiat etiam filio recipiēti dotem: & ratio eſt,
quia quando pater conſenſit filio recipienti dotem,
licet ex iſto ſolo conſenſu de iure non videatur obli-
gatus, tamen ex eo, quia poterat pater cogi ad ſe obli-
gandum,ideò dicitur obligatus, vt habetur per Bartol.
& alios in dict. §.tranſgrediamur.ſed licet pater conſen
ſerit matri filij, non cogebatur propterea conſentire &
ſe obligare in ſolutione dotis facta filio: quia poterat
dicere,quòd ſibi dos ſolueretur, & non filio, ne fortè
eam diſsiparet. Et ſic licet pater conſentiendo ſimpli-
citer filio dotem recipienti obligetur,tamen ſi conſen-
tiat in matrimonio tantùm,& filius poſtea recipiat do-
tem patre inſcio,pater non obligatur. Ita colligitur ex
no.per Barto.in dict. §.tranſgrediamur. & ita ibi clarè
firmant moderni Peruſini.& refert & ſequitur Socin.in
conſi.269.pro inueſtigatione 3.colum.in verſic.3. decla-
randum.j.2.vol. ¶ In omnibus ergo caſibus prædictis.
in quibus pater ex receptione dotis, facta per filium cũ
conſenſu patris,obligatur pro reſtitutione dotis,in cō-
ſequentiam etiam tacitè obligantur bona patris pro
dicta reſtitutione:vt colligitur ex no.per Bartol.in dict,
§.tranſgrediamur.& per.Specu.in tit.de dona inter vir.
& vxo.in §.formatis.verſic.quid ſi filius allegando dict.
leg.vnic.§.& vt plenius.& d.§. tranſgrediamur. & pro-
batur clarè in d.§.& vt plenius.in quo inducitur tacita
hypotheca,non ſolùm in bonis mariti, ſed etiam ex par
te mariti: pars autem mariti, eſt omnis qui obligatur
ex receptione mariti, & ita firmat Cor. in conſil.256. j.
vol.in litera j.& Bald.No.in dict.6.parte 20.priuileg. in
2.colum.& in 12.parte.in 6.colum.dicens, quòd in ter-
minis d.§.tranſgrediamur.fingitur cōſenſus & obliga-
tio patris pro reſtitutione dotis,& conſequenter etiam
ſurgit tacita hypotheca tanquam pediſſequa, arg. not.
in d.§.tranſgrediamur, iunctis his quæ habentur in l.
2.C.per quas perſo.not.acquir.¶Nec obſtat,ſecundùm
eum,ſi dicatur, quòd tunc in eodem actu duæ viden-
tur concurrere fictiones: prima, quod pater conſen-
ſerit,& conſequenter ſe obligauerit: ſecunda,quòd ex
tali obligatione inſurgat tacita hypotheca contra ea
quæ habentur in leg.j.C.de dot.promiſ. Nam reſpōdet
ipſe, quòd tunc impeditur concurſus duarum fictio-
num in eodem actu, quando duæ fictiones concurrunt
circa idem,& veniũt æquè principaliter:ſecus, ſi circa
diuerſa, vel ſi vna venit tanquam ſequela ad alteram:
nam tunc non improbatur cōcurſus duarum fictionũ,
per nota.in leg.ſingularia ff.ſi cert.peta.& in leg.4.§.fi.
ff.de dona.inter vir.& vxo.ſed in propoſito tacita hy-
potheca venit conſequutiuè ad dictam obligationem
principalem,reſultantem ex cōſenſu patris in accepta-
tione dotis, meritò non obſtat concurſus duarum fi-
ctionum.Et quòd in terminis.dict.§.tranſgrediamur. in
conſequentiam perſonalis obligationis reſultantis cō-
tra patrem conſentientem filio recipienti dotem, re-
ſultet etiam tacita hypotheca bonorũ patris pro reſti-
tutione dictæ dotis. firmat Soc.in d.conſ.269. in 2. col.
37 in verſ.3.declarandum,ſupra allegato.†vbi etiam dixit,
quod dicta tacita hypotheca oritur à die receptionis
dotis:quia diſpoſitio adiuncta verbo,debet intelligi ſe
cundum tempus verbi.l. ſi Titius. ff.de teſta. milit. & l.
ex facto.cum ibi notat.ff.de vulg. & pup. vt per eum in
verſ.preterea etiam ſtatu.cum verſ.ſequenti.& ſic firma
manet iſta ampliatio,videlicet quod etiam in bonis pa-
tris,conſentientis filio recipienti dotem pro vxore ſua,
oriatur tacita hypotheca à die dotis receptæ,&c.
38 ¶†Extende autem iſtam ampliationem duobus modis.
primo modo, vt procedat dicta tacita hypotheca in
bonis paternis, etiam ſi dicta bona eſſent ſubiecta re-
ſtitutioni fideicommiſſariæ,per ſingularem deciſionē
authen.res que.C.delegatis.ita firmat expreſsè Baldus
No.in dicto tractatu dotis,in ſexta parte,in priuile.20.
39 2.col.quod not. ¶†Secundò extende dictam ampliati-
onem,vt dicta tacita hypotheca in bonis paternis in-
ducatur, etiam ſi pater eſſet mente captus, vel furio-
ſus,ita tenet Paulus de Caſtro in conſ. 176. proponitur
in facto per no.in d.§.tranſgrediamur.vbi Bart. deter-
minat, quod pater cogitur obligare ſe & bona ſua pro
reſtitutione dotis dandæ filio:& de eo ipſo, quod cōſen
ſit filio contrahenti matrimonium,& recipiēti dotem,
videtur ſe & ſua obligare per l.ſi filius. ff. de tutel. & l.
ſi inter tres.§.Imperator.ff.de excuſ.tut. & quando te-
netur conſentire, & propter fauorem conſentire non
poteſt, habetur pro conſentiēte, ſi non ſuberat aliqua
cauſa contradicēdi,& caſus ſit talis, quòd ſi eſſet ſanæ
mentis,in eo cogeretur conſentire,vt habetur in l.2.§.
40 voluntatem.ff.ſolu.matri.†Pater enim ſic tenetur natu
rali ratione dotare filiam,nè propter defectũ dotis,ma-
trimonium impediatur:ita & pro filio tenetur facere
donationem propter nuptias,iuxta l.qui liberos.ff. de
ritu nuptia.& vbi non eſt conſuetudo faciendi tales do
nationes, ſi filius accipiat vxorem honeſtam & condi-
gnam, tenetur pater pro dotis reſtitutione obligare ſe
& ſua, ſecundum Bartolum & ſequaces in dicto §.trāſ-
grediamur.Eſto ergo ꝙ pater expreſsè non conſentiat,
vel ſe obliget propter impedimentum furoris,tamē ob
publicam vtilitatem nuptiarum,ne matrimonia impe-
diantur,haberi debet perindè ac ſi†contraxiſſet, vt l.
in bello.§.medio.ff.de capt.vbi optimus text.ad propo- † Conſen-
ſitum facit,quod habetur in l.ſi finita.§.eleganter.ff.de ſiſſet.
damno infect.vbi cautio quæ de neceſsitate erat facien
da,habetur pro facta.ita per ſupradicta, etiam per alia
tenet Paul.in d.conſ.176.Nec videtur obſtare, quod vbi
pater non conſentit filio recipienti dotem, non obliga-
tur pro reſtitutione dictæ dotis, niſi de peculio, vt ha-
betur in dict.§.tranſgrediamur.quia illud procedit vbi
pater potuiſſet conſentire, & filius vel eius vxor fuiſ-
ſent negligentes in faciendo eum conſentire: ſed dato
furore, hoc ceſſat.idem etiam tenet Paul. de Caſtr. in
dict.§.tranſgrediamur.ad fin.¶ Sed Alex.ibi in 2.col. in
verſi.iuxta prædicta dicebat hîc Paul.de Caſt. nō facta
mentione de dicto cōſ. Paul.dicit, ꝙ Paulus plurimùm
errauit in hoc.Nam ſi pater mariti ſit mente captus, nō
debet obligari,niſi ille qui dedit dotem,petat ei dari
curatorem mente capto, qui ſe obliget pro dote. per l.
j.& leg.admone eam.C.qui pet.tuto. & quòd iſta ratio
ceſſat in dict.leg.ſi finita.§. eleganter.& quòd alia iura
allegata per Pau.& maximè leg.ſecunda,ff.de euiction.
nihil faciunt.Tamen Bald.Nou.in 6.parte ſui tractatus,
in priuileg.20.ſecũda colum.refert deciſionem Paul. in
d.§.tranſgrediamur.& dicit illam eſſe ſatis rationabilē
& pro illa dicit bene facere nota.per Bartol. in leg. 2. §.
fina.ff. ſoluto matrimonio. Ego quamuis authoritati
Alexand. ſemper plurimùm deferam, tamen deciſio-
nem Pauli puto eſſe de iure veram: & quando eſſet
aliqua ambiguitas, tamen fauore dotis eſſet tenenda,
per leg.ambiguis. ff.de iure dot. ¶†Et pro confirma-
41 tione dictæ deciſionis Pauli de Caſtr. pondero text.
in dicto §. tranſgrediamur. dum dicit, quòd pro dote
data



data filio iuſſu patris,obligatur ipſe pater,ſuper quo Dy
nus & Baldus ibi exponunt,iuſſu, id eſt, voluntate: idem
tenet Specul.in titu.de donat.inter virum & vxorem. §.
formatis.verſic.quid ſi filius.
42 ¶†Nam licet aliàs,iuſſu,differat à ſimplici conſenſu,vo
luntate,& mandato,ſeu ratihabitione, vt per Bartolum
& doctores in l.ſi quis mihi bona.§.iuſſum.ff.de acqui-
renda hæreditate.tamen in terminis, in quibus agitur
de obligando patrem,quod iuſſu accipitur iuſſus magis
latè,& comprehendit etiam mandatum,vt l.prima.§.pri
mo.ff.quod iuſſu.Item comprehendit ratihabitionem,
d.l.j.§.ratum.& ita latè firmat Cornelius in conſilio 256.
primo volumine,in quinta colum.¶Conſtat ergo, quo-
modocunque,etiam in abſentia,interueniat volũtas vel
conſenſus patris in receptione dotis facta per filium,
quòd pater obligatur.¶Corroboratur hoc,quia ſufficit
quòd conſenſus præſtetur etiam poſt actum ex interual
lo,quando conſenſus non requiritur in actu per modum
ſolennitatis & formę,vt habetur per Bartolum.cum quo
tranſit Alexander in dicta l.ſi quis mihi bona. §.iuſſu.ff.
43 de acquirenda hęreditate.¶†Et certum eſt,quod quan-
do conſenſus illius,de cuius præiudicio agitur,requiri-
tur:tunc non videtur requiri per modum ſolennitatis
vel formæ,cap.quàm ſit.de electione.libro 6.& tenet Ale-
xander in dicto §.iuſſum.in tertia colum.Vnde cùm con
ſenſus patris in terminis d.§.tranſgrediamur. conſiſtat
in voluntate, ſequitùr quòd etiam in abſentia præſtari
44 poteſt,& poſt actum celebratum. ¶†Et ex his infertur
in theorica Bartol.in dicta l.ſecunda.§.final.ff.ſolut.ma-
trimonio.cum qua alij tranſeunt,quòd quando requiri-
tur conſenſus alicuius,nec curatur,an ille ſit pręſens vel
abſens,ſi ille qui habet conſentire,contradicere non po
teſt,quando eſſet ſanæ mentis,ſi contingat illum eſſe fu-
rioſum,habetur pro conſentiente, ſed in terminis dicti
§.tranſgrediamur.pater non poteſt contradicere, quin
obligetur pro dote vxoris ſui filij,data congruitate vxo
ris,meritò ſequitur,quòd quando pater eſt furioſus,ha-
beri debet pro conſentiente.Nec obſtat dicta l.prima,&
l.admone eam.C.qui pet.tut.in quibus habetur, quod
volens agere contra minorem, debet curare, vt per iu-
dicem detur ei curator, etiam ſi minor admonitus nol-
let eum petere,& idem videtur in furioſo, vt per totum
titulum.C.de curato.furioſ.quia illa iura militant in iu
diciis & in obligationibus conuentionalibus,in quibus
perſona debet eſſe integra & legitima:aliàs agi aut con-
trahi cum ea non poteſt:nos autem ſumus in obligatio-
ne legali,& miniſterio iuris introducta in terminis di-
cti §.tranſgrediamur.Nam licet aliàs ex ſimplici cōſen-
ſu non oriatur obligatio,vt l.Lucius Titius.§. Caio. ff.
de adminiſtratione tute.tamen quando ille qui conſen-
tit,de iure cogitur ſe obligare, tunc conſentiendo ſim-
pliciter cenſetur etiam ſe obligare. & ideo cùm pater
pro dote filij cogebatur obligare ſe,vt dicto §.tranſgre-
diamur.& ibi Bartolus per conſenſum ſimplicem à iure
& lege obligatio introducitur.
45 ¶†Et multotes permittitur obligatio conſequutiua ad
actum,vbi non permitteretur cōuentionalis obligatio,
vt eſt gloſſa.& ibi Cynus in l.fina.C.de legit.hæredib.&
pulchrè per Baldum Nou.in ſexta parte ſui tractatus, in
58.priuilegio.& ſuprà probatum eſt,quòd furioſus,quā-
do eſſet ſanæ mentis,non poſſet contradicere, habetur
pro conſentiente,vt per Bartolum in dicta l.2.§.fin.ff.ſo-
luto matrimonio.Dato ergo conſenſu, reſultat obliga-
tio iuxta d.§.tranſgrediamur.& ibi Bartol. & propterea
non requiritur alia legitimatio perſonæ.
¶Nec Alexander bene reſpondet aliis fundamētis Paul.
de Caſtr.in d.conſi.176.de quo non meminit,& propter-
eà puto ſtandum cum deciſione Pauli,approbata à Bald.
Nou.& à nemine alio impugnata,niſi à ſolo Alexandro
debilibus argumentis,iudicio meo.
46 ¶†Sextò amplia regulam,quòd ſcilicet dictum priuile-
gium tacitæ hypothecæ conceſſum actioni de dote, de
quo in dicta l.vnica.§.vt plenius.competat etiam pro au-
gmento dotis,vt eſt tex.in authenti.de æquali.do.§.j.&
per illum tex.no.ibi Ang.ꝙ quanuis priuilegia ſint ſtri-
ctè intelligenda,tamen priuilegium, quod datur doti,
datur etiam augmento dotis.& ita tenet Iaſ.in rub.ff.ſo
lu.matr.vlti.col.vbi ad hoc multa cumulat more ſuo, &
ampliat,ꝙ idem iuris ſit in multis caſibus in augmento
dotis,quod eſt in dote,vt ibi per eum.¶Adde etiā, quòd
priuilegium dictæ tacitæ hypothecæ competens pro au
gmento dotis,(vt eſt dictum) competit etiam ǂ cũ pri- ǂ pro.
uilegio prælationis.de quo in l.aſsiduis.C.qui potiores
in pignore habeantur.ita loquitur Iaſ.in d.rubr.ff.ſolu.
matrimo.in vlt.col.Aduerte tamē,ꝙ tacita hypotheca,
quæ competit pro augmento dotis,non refertur ad ini-
tium tacitæ hypothecæ contractæ pro ipſa dote, ſed ſu-
mit initium à die ipſius augmenti facti.tex.eſt & ibi Bal,
& Salic.in l.ſi conſtante.C.de donation.ante nup. & ſic
tacita hypotheca,quæ competit pro augmēto dotis, nō
eſt illa,quæ competit pro dote,ſed alia quæ poſtea naſci
47 tur,cùm datur augmentum dotis,vt ibi eſt tex.¶†Septi-
mò amplia dictam regulam,ꝙ nō ſolũ pro dote,ſed etiā
pro alimentis debitis vxori per maritum, competat di-
cta tacita hypotheca in bonis obligatis pro dote.ita te-
net Bar.poſt Iaco.de Aret.in l.ſi cùm dotem. §.ſin autem
in ſæuiſsimo.ff.ſoluto matrimon.& probat à ſimili: quia
ſicut pignora obligata pro ſorte,cenſentur etiam obliga
ta pro vſuris pro ſorte debitis,l.Lucius.ff. qui potiores
in pignore habeantur.ita & bona obligata pro dote,de-
bent cenſeri obligata pro alimentis debitis ex cauſa do
tis.& idem tenet Specula.in titulo de donationibus in-
ter virum & vxorem.§.formatis.verſiculo ſed nunquid
bona viri.& Bartol.in tractatu alimentorum,& Raphael
& Paulus de Caſtro in dicto §.ſinautem in ſæuiſsimo.&
Bald.in dicto §.& vt plenius.& Paul.de Caſt.in conſil.8.
ad primum reſpondetur.vbi tamen reſtringit hanc con-
cluſionem procedere in alimentis,quę petuntur cōſtan-
te matrimonio.In his autem quæ petuntur ſol. matr.di-
cit non reperire eſſe deciſum.¶ Alexander vero in d.§.
ſinautem in ſæuiſsimo.tenet indiſtincte opin.Bart.& ſe-
quacium,videlicet ꝙ pro alimentis debitis propter do-
tem,tam conſtante,quàm ſoluto matrimonio,bona ma-
riti ſint tacitè obligata, & hanc opi.dicit eſſe veriorem,
licet multi alij,quos ipſe refert,tenuerint cōtrarium. &
potiſsimum fundamentum Alexā.eſt in d.l.Lucius. cui
dicit per doct.tenentes opi.contrariam,non bene reſpō
deri. ¶Subdit tamen,quòd ſi quis vellet tenere contra-
riam opin.poſſet reſpondere ad d.l.Lucius.duobus mo-
dis.Primo,quòd illa procedat,quādo obligatio fuit ſim
pliciter contracta,non exprimendo aliter ſortē nec vſu-
ras:ſecus autem,quando obligatio eſſet contracta, expri
mendo in ſpecie ſortem:quia tunc non extenderetur ad
vſuras,ſicut dicimus in fideiuſſore,qui ſe obligat expreſ
ſè pro ſorte,quòd eius obligatio non extenditur ad vſu-
ras, vt notat gloſ.in l.quæro. in principio.ff. locat. & in
terminis noſtris dicta l.vnica.§.& vt plenius.expreſsè &
in ſpecie dicit,quòd bona mariti ſint tacitè obligata pro
dote,ergo non debet obligatio bonorum extendi ad ali
48 menta.¶†Sed iſta reſponſio non eſt bona:quia vt eſt tex
tus in dicto §.& vt plenius.& ſuprà dixi, hypotheca ibi
non introducitur reſpectu quantitatis dotis, ſed reſpe-
ctu actionis:ibi,& in huiuſmodi actione damus. & ſic,li
cet hypotheca in actione dotis referatur de neceſsitate
ad dotem,tamen principaliter actio dotis eſt in conſi-
deratione, & non quantitas dotis, & finaliter probat
textùs in dicta l.Lucius.vbi certa quantitas erat mutua
ta,& erant accepta pignora:quia tunc pignora non fue-
runt in ſpecie data pro quantitate certa,ſed pro obliga-
tione perſonali principaliter,licet habito reſpectu ad i-
pſam quantitatem,ideo talia pignora obligata ſunt,etiā
pro vſuris.Illud ergo,ꝙ dicitur,fideiuſſores vel pignora
accepta pro ſorte tantũ,non teneri pro vſuris, debet in-
telligi, quando accepta fuerunt; expreſſa certa quanti-

tate,puta pro centum,cum dictione taxatiua,tãtum, vel
ſimili,vt probat text.in l,fideiuſſores magiſtratuum. in
princ.& §.j.ff.de fideiuſſ.per quem gloſſ.in dicta l. quæ-
ro.& in l.centum Capuæ.ff.de eo,quod certo loco.& ibi
Barto.ita intelligit,& Bar.in l.non ſolutum.§.ſi in ſortẽ.
ff.de pignor.actione.non autem debet intelligi,quando
fideiuſsio vel hypotheca interpoſita fuit pro obligatio-
ne,in qua erat expreſſa certa quantitas, non reſtringen-
do illam expreſsè ad dictam certam quantitatem,ſed di-
cendo,Et pro dicta obligatione obligauit &c.tũc enim
nõ habet locum dicta l.fideiuſſoees magiſtratuum.¶Se-
cundo modo reſpondet Alexander ad dictam l. Lucius.
quòd illa loquatur in vſuris,quæ veniunt officio iudi-
cis mercenario acceſſoriè taliter,quòd extincto princi-
pali,extinguitur acceſſorium,ſed alimenta in dote,non
veniunt taliter acceſſoriè ad dotem, cùm poſsint peti
conſtante matrimonio,& ſic antequam ſit nata actio de
dote,& etiam ſoluto matrimonio antequam dos peta-
tur,vt per Alexandrum in dicto §.ſin autẽ in ſæuiſsimo.
& ideo videtur minor ratio in alimentis debitis pro-
pter dotem,quàm in aliis vſuris. ¶†Sed etiam iſta non
49 videtur ratio concludens, quia alimenta quæ petuntur
conſtante matrimonio,vel aliter ante natam actionem
dotis,petuntur officio iudicis nobilis,vt per Alexandrũ
in dicto loco & habetur per Bartolum & Raphaelem in
l.ſi marito.§.final.ff.eodem titulo.ita dicit ibi Alexand.
ſed ego non inuenio aliquem in dicta l.ſi marito.§.final.
dicentem,quòd alimenta conſtante matrimonio petan-
tur officio iudicis nobili. Immo omnes doctores poſt
gloſſam ibi,& Bartol.in rubrica.ff.ſoluto matrimonio.
in tertia columna,dicunt, quòd fructus & acceſsiones
dotis percepti per maritum,tam cõſtante matrimonio,
50 quàm ſoluto,petuntur per mulierem actione dotis.† Et
ratio eſt,quia iudicium de dote,eſt iudicium vniuerſa-
le ex parte vxoris,vt l.quod dicitur.ff.de impenſ.in res
do.fac.& habetur per Bartolum & alios in l.prima.ff.ſo-
luto matrimonio.& per Alexandrum in dicta l.ſi mari-
to.§.final.licet ſecùs ſit ex parte mariti:vt ibi per Alexã-
drum.& in iudicio vniuerſali acceſsiones,tanquã pars
ipſius rei veniunt iure actionis,vt l.item veniunt.§.fru-
ctus.ff.de petitione hæreditatis.& l.2.C.eodem titul.&
l.non eſt.& ibi Cyn.C.famil.erciſcund.& Alexan.in di-
cta l.ſi marito.§.fin.& Iaſ.in l.j.in 3.colum.in verſic.vlti.
circa prædicta aduerte.C.de iudic.in aliis autem iudi-
ciis particularibus huiuſmodi acceſsiones veniunt of-
ficio iudicis mercenario,quando non ſunt promiſſæ per
ſtipulationem,vt l.quarta.C.depoſiti.& habetur in locis
ſuprà allegatis.Vnde conſiderandum eſt, quòd dos cum
fructibus ipſius datur marito pro oneribus matrimonij
ſupportandis.vt l.pro oneribus.C.de iure dotium.& in-
ter alia onera maritus tenetur alere vxorem, vt ibi per
Cynum,Baldum & alios.& ideo tam ex parte vxoris,cui
non ſunt præſtita alimenta,quàm ex parte viri, quando
ei non eſt ſoluta dos in termino, & ipſe ſuſtinuit onera
matrimonij,poſſunt peti alimenta,ſeu intereſſe habito
reſpectu ad fructus ſeu reditus dotis,vt latè firmat Ale-
xander in conſilio 56.in præſenti conſultatione, quarto
volumine,per totum.& idem firmat Baldus in rubric.de
priuileg.dot.in j.column.vbi dicit,quòd ſi maritus non
ſubiit onera matrimonij, tenetur reſtituere vxori fru-
ctus dotis,per ea quæ ibi allegat ad idem gloſſ.& docto.
in capitu.ſignificaſti.de diuor.vbi habetur, quòd ſi vxor
fecit expenſas poſtquam receſsit à viro noléte eam ale-
re,poterit eas repetere.& illam gloſſam ſequitur Baldus
in l.j.C.de legi.& notant Cynus,Baldus,Sali.& Alexan.
in l.quod in vxorem.C.de negotiis geſtis.& habetur per
Alexand.in conſi.26.Viſo & diligenter.in j.colum. num.
4.6.volum.Ex quibus ſequitur,quòd licet conſtante ma-
trimonio,nõ ſit nata actio vxori pro dote reſtituenda,
niſi in caſu inopiæ,iuxta l.vbi adhuc.C.de iure dotium.
& l.ſi conſtante.in prin.ff.ſolut.matr.tamen reſpectu ali-
mentorum debitorum vxori,habito reſpectu ad fructus
dotis,ratione quorum maritus tenetur alere vxoré,bene
eſt orta actio de dote:per not.in dicta l.ſi marito.§.fin.&
in locis ſuprà allegatis.Et per conſequens ſi datur actio
de dote vxori pro alimentis, tam conſtante,quàm ſoluto
matrimonio,non videtur dubium quin pro illis detur
tacita hypotheca in bonis mariti,iuxta dictum §.& vt
51 plenius.¶†Sed quando etiam competeret officium iu-
dicis nobile,vt vult Alexander in dicta l.ſi cùm dotem.
§.ſin autem in ſæuiſsimo.non videtur,quòd minùs in ta-
li caſu debeat compere tacita hypotheca, quàm quando
agitur principali actione,& officio iudicis mercenario,
dictæ actioni deſeruienti,acceſsiones petũtur, iuxta no.
in l.quarta.C.depoſi.immo potiùs magis:quia officium
iudicis nobile quando intentatur loco deficientis actio
nis,ſuccedit in locum dictæ actionis,vt l.quòd ſi minor.
§.fi.ff.de minor.& habetur in c.j.de offi.iudic.& dicitur
nobile,quia non deſeruit alicui actioni,immo actionem
vel obligationem non præſupponit,vt l.qui per conclu-
ſionem.§.final.ff.de actionib.empt.& in locum actionis
deficientis datur.mercenarium autem dicitur,quia inci
denter venit,& deſeruit actioni intẽtatæ,vt habetur per
Bartol.& alios in l.j.ff.de iuriſdictio.omnium iudicum.
& ideo non minus debet gaudere priuilegio actionis of
ficium nobile,quod ſuccedit loco actionis,iuxta no.in l.
ſi eum.§.qui iniuriarum.ff.ſi quis cau.quàm ipſum offi-
cium mercenarium,quod nõ ſuccedit loco actionis,ſed
ſolùm deſeruit actioni.¶Præterea, vt probatũ eſt ſuprà,
etiam alimenta quæ debentur,cõſtante matrimonio di-
cũtur venire acceſſoriè ad dotem, & ad actionem dotis,
ſicut illa quæ debentur ſoluto matrimonio.vt d.l.ſi mari
to.§.fin.ſunt enim iſta,habito reſpectu ad fructus dotis,
acceſsiones,nec deſinunt eſſe acceſsiones ex actione vel
officio iudicis intentato, ſiue ſit nobile, ſiue mercena-
rium:vt probatur in d.§.fin.vbi acceſsiones dotis petun
tur actione de dote.¶Sola ergo differentia inter officiũ
iudicis nobile & mercenarium,eſt: quia officium iudi-
cis nobile,intẽtatur principaliter, mercenarium autem
venit incidenter deſeruiendo actioni intentatæ, vt habe
tur in l.j.ff.de iuriſdiction.omnium iudic. per Bartol. &
alios:vera eſt ergo concluſio,quod pro alimentis debitis
vxori tam conſtante matrimonio,quàm ſoluto,bona ma
riti ſunt tacitè obligata,ſicut pro dote,per dictũ §. & vt
plenius.& iſtam opi.tenet etiam Ang.de Are.inſtitut.de
actio.§.fuerat.in 2.col.in ver.quæro,an bona mariti,&c.
Eandem opin.etiam tenet Socin.in conſil.41.in præſenti
conſultatione.4.col.in verſi.ſed hæc reſponſio.4.vol. vbi
etiam latè diſputat de intellectu d.l.Lucius.ff.qui pot.in
pig.hab.¶A quo autẽ tẽpore incipiat iſta tacita hypoth.
pro iſtis acceſsionibus,an ſcilicet tẽpore datæ dotis, an
verò tẽpore moræ factæ in præſtandis alimẽtis, vide per
Soci.in d.cõſi.41.& dicetur infrà in 2.mẽbro quintæ par
tis principalis,vbi tractabitur de effectu prioritatis hy-
pothecæ.¶Adde prædictis,ꝙ Bal.notat in tractatu dotis
in 6.parte,7.priuileg.latè examinãs hunc articulũ,& re-
latis opinionibus antiquorum hincinde iſtam queſtioné
diſtinguit in duos caſus,videlicet ꝙ aut ſumus in dote,
conſiſtenti in bonis immobilibus,aut in pecunia:primo
caſu,quãdo dos cõſiſtit in bonis immobilibus,dicit ipſe:
ꝙ ſi alimenta petantur ex parte vxoris vel per ipſam, vel
eius hærédes,vel cõſtante matrimonio,vel eo ſoluto tã-
quã intereſſe vxoris propter onera matrimonij non ſup-
portata per maritum,iuxta no.in l.de diuiſione.ff.ſoluto
matr.& d.l.pro oneribus.C.de iure dot. vt tunc pro illis
detur tacita hypotheca,cũ tale intereſſe cedat in augmẽ
tum dotis,& iſto caſu procedat opi.Bar.in d.§.ſin autem
in ſæuiſsimo.quia ſicut pro dote cõpetit tacita hypothe
ca,ita debet cõpetere pro alimentis, quæ cedunt in au-
gmentum dotis, vt per Bal.in l.vnica.§.exactio. C.de rei
52 vxo.act.†& quia tacita hypotheca, quæ tanquã acceſſo-
ria datur pro actione dotis,ſe extẽdit ad omne id, ad qđ
ſe extẽdit ipſa actio dotis per id quod habeť in l.2.C.per
quas perſo.¶Secundo caſu quando dos eſt in pecunia,&
pe-



petitur intereſſe per mulierem,primo ſolutũ matrimon.
propter dotem non reſtitutam:tunc tenendo,quòd ta-
les vſuræ non debeantur iuxta notata per doctores in l.
inſulam.§.vſuras.ff.ſoluto matrimonio. ceſſat diſputa-
tatio.ſed tenendo quòd debeantur,tunc cùm tale inter-
eſſe non petatur æquè principaliter,& ſic actione de do-
te,ſed per modum acceſſorij,& ſic officiis iudicis, non
videtur quòd hypotheca tacita introducta pro dote, ſe
extendat ad iſtud intereſſe,niſi hoc expreſsè actum eſ-
ſet.& hoc modo procedant notata per Bartolum in l.Lu
cius.ff.de alimen.legat.vbi Bartol.tenuit cõtrarium eius
53 quod vult in dicto §.ſin autem in ſæuiſsimo. ¶†Sed iſta
diſtinctio inter fructus bonorum immobilium, & ſic na
turales,& vſuras,ſeu alias acceſsiones ciuiles:non vide-
tur iuridica,quia etiam fructus non veniunt iure actio-
nis in contractibus bonæ fidei,ſed officio iudicis merce
nario:vt tenet Baldus in l.prima. C.de vſuris & fructib.
lega.in fine.& ſequitur & firmat Alexander in dicta l.ſi
marito.§.finã.Et vt dixi ſuprà in iudicio de dote, quod
eſt vniuerſale,omnes acceſsiones,tam naturales, quàm
ciuiles,veniunt iure actionis,vt latè per Alexandrum in
dicto §. final.& propterea non eſt recedendum ab opin.
Barto.in dicto §.ſin autem in ſæuiſsimo.& prædicta pro-
cedunt ex parte vxoris petentis alimenta in bonis mari-
ti tacitè obligatis pro dote.
54 ¶†Sed dubitatur,an idem ſit ex parte mariti habentis
obligata bona,promittentis dotem tacitè,vt ſcilicet e-
tiam pro alimentis ſeu vſuris debitis marito, occaſione
dotis non ſolutæ,& onerum matrimonij ſupportatorũ,
ſint tacitè obligata bona promittentis dotem? Et idem
Bal.No.in d.6.parte.in d.7.priuilegio.dicit ꝙ non: quia
ſecundum eum tales vſuræ peti non poſſunt actione do-
tis æquè principaliter:ſed officio iudicis mercenario de
ſeruienti tali actioni bonę fidei:& mouetur ad hoc, quia
datio fideiuſſoris & pignoris æquiparantur, vt inſtitut.
de emption.& vendi.§.pretium.ſed fideiuſſor datus pro
ſorte,non videtur datus pro vſuris & intereſſe, niſi ex-
preſsè dicatur,vel niſi fideiubeat in omnem cauſam,vt l.
quæro.in princip.ff.loca.& l.fideiuſſores magiſtratuum.
§.ſi pro Aurelio.ff.de fideiuſſoribus.& notatur in l.fin.ff.
de eo quod certo loco.
¶†Sed etiam iſta concluſio.meo iudicio, non eſt vera:
quia quamuis iudicium de dote,ex parte mariti non ſit
vniuerſale,ſed particulare,vt firmat Alexand. in dicta l.
ſi marito.§.fin.& propter hoc dici non poſsit,quòd mari
tus tales acceſsiones poſsit petere iure actionis de dote,
prout dictum fuit ſuprà ex parte vxoris, ſed neceſſe ſit
petere illas officio iudicis mercenario, prout petuntur
in quolibet iudicio particulari,vt per Alexandrum in di
cto §.fin.& per Iaſ.in dicta l.j.C.de iudic.in 3.col.tamen
etiam quòd peti debeant officio iudicis mercenario,nõ
per hoc denegandum eſt, quòd etiam pro illis non ſint
obligata bona tacitæ hypothecæ data, prout ſunt obli-
gata pro dote:& hoc per ea que notat Bartol.in dicto §.
ſin autem in ſæuiſsimo.vbi concludit,quòd bona mariti
tacitè obligata pro dote,ſint etiam tacitè obligata pro
alimentis vxoris, quæ petuntur officio iudicis mercena
rio,per dictam l.Lucius.ff.qui potiores in pign.habean.
& dictam opin.Bartol.approbãt magis communiter do-
ctores,vt per Alexan.ibi,& dictum eſt ſuprà.¶ Sicut er-
go ex parte vxoris,licet alimenta veniant officio iudicis
mercenario,bona mariti ſunt tacitè hypothecata.ita de
bet dici ex parte mariti,quia eadem eſt ratio.l.à Titio.
ff.de furtis.& l.illud.ff.ad legem Aquiliam. Non obſtat
dicta l.fideiuſſores magiſtratuum.§.pro Aurelio, quia il
la lex loquitur, quando fideiuſſor interceſsit pro certa
quantitate expreſsè & ſpecificè, tunc enim verum eſt,ꝙ
non cẽſetur interceſsiſſe pro vſuris,vt etiam dixi ſuprà.
56 ¶†Non obſtat dicta l.quæro.in principio.iuncta l.cen-
tum Capuæ.ff.de eo quod certo loco.quia in ſolutione
dictarum duarum legum,quæ videntur contrariari glo.
valde laborat,& ponit ſeptem lecturas ſeu ſolutiones:
ſed quinta,quæ fuit Ioannis gloſſatoris,approbatur per
Bartol. & alios doctores communiter in dicta l.centum
Capuæ.& in l.final.eodem titulo.& eſt quòd illæ acceſ-
ſiones,quæ debentur ex mora debitoris in iudi.bonæ fi-
dei ſecundum naturam actionis, etiam ſi illæ petantur
officio iudicis mercenario: tamen comprehendũtur in
fideiuſsione ſimpliciter præſtita: nam tali caſu fideiuſ-
ſor tenetur pro ſorte & vſuris prædictis: & hoc modo
procedit dicta l.quæro.Secùs autem eſt in acceſsioni-
bus & vſuris debitis ex contractu ſtricti iuris:quia in a-
ctionibus ſtricti iuris fideiuſſor tenetur ex mora ſua tã-
tùm,nõ autẽ ex mora debitoris:& ratio eſt,quia actiones
ſtricti iuris ſunt ſtrictè intelligendæ, & quicquid omiſ-
ſum eſt in verbis,habetur pro omiſſo, vt declarat Iaſon
in dicta l.centum Capuæ.
56 ¶†Vera eſt ergo concluſio, quòd fideiuſſor ſimpliciter
intercedens, tenetur etiam pro acceſsionibus & vſuris
quæ veniunt officio iudicis mercenario, ſecundum na-
turam actionis bonæ fidei:ſecùs autẽ in actionibus ſtri-
cti iuris.Vnde cùm actio de dote ſit bonæ fidei: vt inſti-
tut.de actionib.& §.fuerat. vſuræ & actiones venientes
ex cauſa dotis,dicuntur venire ſecũdum naturam actio-
nis bonæ fidei:& ideo pro illis tenetur fideiuſſor ſimpli-
citer intercedens,vt dicta l.quæro.Et ſimiliter bona taci
tè obligata pro dote,pro illis cenſentur obligata:quia in
hac materia quod dicitur in fideiuſſore, debet dici in pi
gnore & hypotheca.l.promiſſor.§.conſtituto.ff.de con-
ſtituta pecunia.& l.prima.§.iubet.ff.de collatione bono
rum.& faciunt notata per gloſſam magnam & doctores
in l.j.ff.qui ſatiſdare cogan. & in propriis terminis fir-
mat Bartol.in l.ſolutum.§.ſi in ſortem.ff.de pignoratitia
actione.vbi dicit,in vſuris quæ veniunt officio iudicis
mercenario,idem eſſe dicendum in pignore, quod ipſe
dixit in fideiuſſore in dicta l.centum Capuæ.& in dicta
l.quæro.Et ſic concludo,quòd etiam ex parte viri pro a-
limentis ſeu vſuris ei debitis ob dotem non ſolutam ſint
tacitè hypothecata bona promittentis dotem:quæ no-
ta,quia puto:quòd non inuenies ita planè per aliquem
57 declarata,&c.¶†Octauo amplia regulam principalem,
quòd dictum priuilegium tacitæ hypothecæ, de quo in
dicto §.& vt plenius.ſicut competit pro dote,ita & com
petit pro pretio rerum dotalium alienatarum per mari-
tum in caſibus, videlicet in quibus permiſſa eſt aliena-
tio,puta in vtilitatem vxoris,iuxta l.ita conſtante.§.fina.
ff.de iure dotium.vel aliis caſibus iuxta l.ſi exiſtimatis.
ff.ſoluto matrimonio.& in aliis legibus dicti titul.Ita te
net Aretinus in l.prima.in 3.column.ff.ſoluto matrimo.
Subdit tamen quòd Bartolus in hoc fuit ſibimet contra-
rius:quia in conſi.124.punctus.videtur tenere,quòd bo-
na mariti ſint hypothecata pro pretio rerum dotalium
venditarum per maritum:& in l.j.ad finem.ff.de diſtract.
58 pignor.videtur tenere contrarium.¶ †Sed eſt aduertẽ-
dum non eſſe verum,quòd Bartolus in aliquo contrarie-
tur:ſed ponit duos caſus diuerſos. ¶Primus eſt, an pro
pretio rerum dotalium venditarum per maritum, bona
mariti ſint tacitè hypothecata:& in hoc Bartolus in di-
cto conſi.124.tenet quòd ſic.¶Secundus caſus eſt, an pre
tium redactum ex bonis mariti ſit tacitè obligatum pro
dote.& in hoc Bar.in dicta l.j.ad finem.ff.de diſtract.pi-
gno.tenet,quòd dictum pretium non ſit obligatum, niſi
in ſubſidium,videlicet quando bona mariti vendita, eſ-
ſent perempta vel præſcripta,tunc enim poſſet agi hypo
thecaria cõtra illum,qui dictum pretium haberet. & ita
dicit Bar.habuiſſe de facto in quadam muliere paupere.
idem tenet Bar.in l.quia debitore.ff.quæ in fraud.credit.
& iſtud intelligit Barto.in d.l.j.ad fin.procedere in quo-
cunque creditore etiã extra dotem,& ita demum,ſi pre-
tium ad quod in ſubſidiũ agendum eſt,ſit apud eum.cõ-
uenitur enim ex cauſa lucratiua:ſecus autẽ,ſi ſit ex cauſa
oneroſa:quia tũc etiã in ſubſidiũ cõueniri nõ poteſt,niſi
ad illud quod eſſet ſuperfluum apud illũ vltra ſuum cre-
ditum.& hoc per no.in l.ſi eũ ſeruum.ff.ſi certũ petatur.
& in

& in l.final ff.de negotiis geſtis.& ita etiam tenet Cyn.
in l.mater.in 7.quæſtione.C.de rei vendica. & ibi etiam
Raynu.in 10.quæſtion.& latè Alexand.in conſi.118. Viſo
proceſſu.penult.columm.5.volum.vbi etiam in hoc plus
vult,quòd donec creditor poteſt agere actione perſona-
li contra debitorem,& donec nõ ſit excuſſum de bonis
debitoris,nõ poſsit creditor agere hypothecaria in ſub
ſidium cõtra habentem pretium redactum ex rebus de-
bitoris ex cauſa lucratiua:& vt dixi, doctores prædicti
loquũtur indiſtinctè in quolibet creditore:& ſolus Bar.
in d.l.j.ad fin.extendit etiam hoc ad creditorem ex cau-
ſa dotis,& ſic ad vxorem.
59 ¶†Ego autem in dote,& in muliere agente ad reſtitu-
tionem dotis,puto indiſtinctè tenendum,quòd pretium
rerum mariti venditarum & tacitè obligatarum pro re-
ſtitutione dotis,ſuccedat loco dictarũ rerum, vt eſt glo.
in l.Labeo & Sabinus.§.item ſi dominus.ff. de verborũ
ſignification.allegat.l res in dotem datæ.ff.de iure dot.
& firmat Bartolus in Rubric.ff.ſoluto matrimonio.in vl
tima colum.in verſi.præterea in vniuerſalibus.& proba-
tur hoc ratione:quia ſcilicet dos ex parte mulieris dici-
tur ius vniuerſale,ſicut hæreditas, peculium, & ſimilia:
vt l.quod dicitur.ff.de impen.in rer.dot.fac.& ibi gloſſ.
& firmat Bar.in d.Rubri.ff.ſolu.matrimo.& habetur per
Alexand.in l.ſi marito.§.fin.eodem titulo.Vnde ſicut in
vniuerſalibus pretium ſuccedit loco rei,vt l.ſi rẽ & pre-
tium.ff.de petitione hæreditat.& habetur per Iaſonem
in dicta l.ſi eum ſeruum.ff.ſi certum petatur.& per Bart.
in l.qui à debitore.ff.quæ in fraud. credit.ita debet eſſe
in dote,& in eius actione,cùm ſit ius vniuerſale.& ſicut
in dote & eius actione pretium ſuccedit loco rei,(vt di-
ctum eſt) ita etiam videtur dicendum in hypothecaria
actione tacita conceſſa actioni de dote per dictam l.vni.
§.& vt pleniùs,quia ſi ex natura rei & actionis in dote
pretium ſuccedit loco rei,vt firmat no.Barto.in d.conſi.
124.Idem videtur eſſe in hypotheca, quæ tacitè accedit
60 actioni dotis.†actio enim quæ cumulatiuè accedit al-
teri,ſortitur eandem naturam cum prima iuxta textum
in l.ſi eum.§.qui iniuriarum.ff.ſi quis cautio. & not.Sa-
licetus in dicta l.vnica.§.ſed & ſi non ignoramus. C.de
rei vxo.action.& actio hypothecaria cõceſſa actioni ex
ſtipulatu in dote tanquam pediſſequa ſortitur eius natu
ram:vt in ſimili dicit Baldus not.in tractatu dotis in 12.
parte,in 6. colũ.& acceſſorium ſequitur naturã ſui prin
cipalis,vt in regula,acceſſorium.libro ſexto. & quòd hy
potheca tãquam acceſſoria ſequatur naturam ſuæ obli-
gationis principalis,eſt textus,& ibi gloſſ.& docto.in l.
2.C.per quas perſonas nobis acquir.& expreſsè no.Bart.
in l.ſolutum.§.per liberam.ff.de pigno.action.vbi dicit,
quòd cùm obligatio hypothecaria ſit acceſſoria ad per
ſonalem,de ea iudicatur ſecundum quod iudicatur de
perſonali,& hoc per notata in dicta l.& an eandem.§.fi
na.ff.de exception.rei iudicat.in gloſſ.fina.vbi hypothe-
caria debet exprimi cauſa,ſicut in perſonali cui acce-
dit,& non poteſt ſimpliciter proponi ſicut actio realis.
¶Vnde licet in hypotheca accedente actioni ſingulari
vel particulari,pretium nõ ſuccedit loco rei,niſi in ſub-
ſidium re præſcripta vel perempta, iuxta textum. & ibi
not.in dicta l.prima.ff.de diſtraction. pignor.tamen in
hypotheca accedente actioni de dote ex parte mulieris
pro reſtitutione dotis,cùm ſit actio vniuerſalis,ſecùs eſt
dicendum, videlicet quòd pretium ſuccedat loco rei,
& quòd vxor vel hæres illius poſsit vigore tacitæ hy-
pothecæ agere contra habentem pretium rerum mari-
ti venditarum,etiã dato,quòd res venditæ non ſint præ-
ſcriptæ,nec peremptæ:dummodo præcedat diſcuſsio de
iure requiſita:antequam agatur contra tertium poſſeſſo
rem iuxta authenticam,hoc ſi debitor.C.de pignoribus.
tenendo quòd in dote etiam requiratur excuſsio iuxta
notata per Bartolum & alios.in l.ſi conſtante.in princip.
in ſecunda quæſtione tertiæ quæſtionis principal.ff.ſo-
luto matrimonio.& per Bal.no.in octaua parte in priui,
37.de quo infrà ſuo loco dicetur.Niſi fortè dicatur, quòd
illud dictum,quòd actio hypothecaria ſortiatur natu-
ram actionis perſonalis in dote,procedat quãdo agitur
contra maritum,vel eius hæredes pro reſtitutione do-
tis: quia tunc poſſunt cumulari,vt in authen.de fideiuſ.
§.ſed neque,& in d.authent.hoc ſi debitor.Secus autem
fit,quando agitur hypothecaria contra tertium poſſeſ-
ſorem,contra quem non datur actio perſonalis,iuxta l.j.
§.ſi hæres.ff.ad Trebel.& ſic,quòd tũc hypothecaria nõ
accedat perſonali,ſed tanquam diſtincta ab ea,conſide-
randa ſit.¶Tamen etiam hoc non videtur obſtare, quia
hypotheca dicitur ineſſe doti & actioni dotis, vt dicit
textus in dicto §.& vt pleniùs.verſicul. ſicut & licet de-
tur contra tertium poſſeſſorem,tamen datur tãquam ad
bona pricipalis debitoris,& ſemper præſupponit actio-
nem perſonalem,& ei accedit,vt habetur per Bartolum
in l.proſequutione.C.de pignorib.Vnde licet dirigatur
contra tertium poſſeſſorem,cõtra quem non datur per-
ſonalis,tamen non alteratur eius natura,ſed dicitur etiã
illo caſu cumulatiuè accedere actioni perſonali compe-
tenti contra principalem debitorem, & ideo ſeruat il-
lius naturam:& ſicut illa eſt vniuerſalis, ita & iſta, iuxta
notata in dicta l.ſi eum.§.qui iniuriarum.ff.ſi quis cauſ.
& latè per Bartolum in l.prima.§.hæc actio.ff.ſi quis te-
ſta.lib.eſſe iuſ.fue.¶Concludo ergo ex prædictis, quòd
licet Bartolus in dicta l.prima.ff.de diſtract.pign.volue-
rit,quòd etiam in dote ita demum pretium ratione hy-
pothecæ ſuccedat loco rei,quando res fuit præſcripta
vel perempta,& quando habens pretium prætendit cau
ſam lucroſam:tamen quòd verius ſit de iure, quòd in hy
potheca competẽti ad reſtitutionem dotis,pretium in-
diſtinctè ſuccedat loco rei,prout in aliis actionibus ſeu
iudiciis vniuerſalibus,iuxta notata per Bartolum in di-
cta l.qui à debitore.ff.quæ in fraudem creditor. Et licet
ita putem tenendum,tamen cogitabis:quia non inuenio
examinatum per aliquem.
¶Sed credo,quòd Bartolus non aduertit in dicta l.j.
quòd actio & iudicium de dote eſſet vniuerſale:& quòd
hypotheca ei accedens,habere deberet eandem naturã:
ſed putauit illam eſſe actionem ſingularem : & doctores
loquentes de hypotheca,& dicẽtes,quòd in ea pretium
non ſuccedit loco rei,loquuntur in iudiciis & actioni-
bus ſingularibus,nõ autem in vniuerſalibus,ſi bene ad-
uertes:vt etiam conſiderauit Iaſon in dicta l.ſi eum ſer-
uum.in fine.& ideo eorum deciſiones non ſunt trahen-
dæ ad hypothecam competentem pro dote reſtituenda
per allegata ſuprà.Intellige tamen quòd pretium rerum
venditarum ſit hypothecatum, & poſsit peti antequam
ſit aliò conuerſum,vt in ſimili vult Bartolus in l.cùm ta-
bernam.in principio.ff.de pignoribus.& dixi ſuprà in ſe
cundo membro ſecundæ partis in quinta ampliatione,
numero 19.
61 ¶†Sed adhuc in prædictis dubito:quia licet hypothe-
caria ſit acceſſoria ad actionem perſonalem, & per hoc
videatur imitari eius naturam,tamen illa regula, quòd
acceſſorium ſequatur naturã principalis,procedit quan
do acceſſorium non poteſt ſtare ſine principali.vt l.cùm
notiſsimi.in princip.& ibi gloſ.in verſi.prorogari.& ibi
Cyn.& docto.C.de præſcript.30.annor.Sed hypotheca-
ria poteſt ſtare ſine principali,vt ibi habetur.& not.Bar.
in l.fideiuſſor obligari.in princi.ff.de fideiuſſoribus.me-
ritò non videtur quòd imitetur naturam principalis. &
ita tenet Alexand.in l.tertia.§.fina.in vltima columna,in
verſicul.Nec obſtat ratio &c.ff.de acquirenda poſſeſsio.
ſed quòd immo hypotheca tanquam acceſſoria ad actio
nem principalem ſequatur eius naturam,eſt tex.& gloſſ.
in dicta l.ſecunda.C.per quas perſonas non acquir.& il-
lud quod tenet Alexand.in dicto §.final.videtur proce-
dere in acceſſorio tollendo. nam ſi acceſſoriũ poteſt ſta-
re ſine principali,tunc ſublato principali,nõ tolletur ac-
ceſſorium:ita procedunt allegata per eum. In aliis au-
62 tem videtur ſtare regula:ideo cogita. ¶†Nonò amplia
regulam



regulam prædictam,videlicet quòd dictum priuilegiũ
tacitæ hypothecæ,de quo in dicto §.& vt pleniùs. com-
petat etiam contra fideiuſſorem. Nam etiam bona fi-
deiuſſoris ſunt tacitè hypothecata pro dote, videlicet
tam in fideiuſſore,qui interceſsit ex parte vxoris in do-
te danda, quàm etiam in fideiuſſore qui interceſsit ex
parte viri in dote reſtituenda : in caſibus tamen, in qui-
bus fideiuſſor pro dote reddenda interuenire poteſt,
quos proſequitur Bald.in tractatu dotis, in ſexta parte,
in vigeſimo primo priuileg.& ſimiliter in bonis fideiuſ-
ſoris, qui intercederet poſt ſolut. matrim. iuxta termi-
nos.l.ſi conſtante. §. quoties.ff.ſolut. matrim. ita firmat
idem Bald.notan.in dicta ſexta,parte in ſeptimo priuile-
gio,in principio.
63 ¶†Decimo,amplia dictam regulam, vt dictum priuile-
gium tacitæ hypothecæ competat vxori in bonis mari-
ti non ſolùm pro dote,(vt dictum eſt)ſed etiam pro bo-
nis paraphernalibus per maritum adminiſtratis. tex.&
ibi Bartolus Bald.& Alexand. in apoſtillis ad Baldum in
l.fin.C.de pact,conuent. tam ſuper do. Iaſ.j. §.fuerat in
2.colum.inſtitutione de actione, & in l.maritus.ad finẽ.
C.de procu. ¶Et iſta tacita hypotheca pro rebus para-
phernalibus vxoris,habet in ſe tacitam conditionem di
uortij & ſoluti matrimonij,ſicut habet ipſa reſtitutio do
tis,vt tenet Bald.in l.vbi adhuc.in pen. colum.& in ver.
2.caſu principali.C.de iur.dot. Quod nota,quia vltra i-
ſtam tacitam hypothecam bona paraphernalia non in-
ueniuntur habere aliqua alia priuilegia dotalia : vt eſt
glo. reputata ſingularis in l.ſi ego. §.dotis.in ver. condi-
ci.ff.de iur.dot.& not.Alexand.& Iaſ.in dict.l.maritus.
¶Et per conſequens dicta tacita hypotheca,quæ com-
petit pro bonis paraphernalibus,non competit cum pri
uilegio prælationis,ſicut illa quæ datur pro dote, iuxta
l.aſsiduis.C.qui pot.in pigno.hab.ita tenet Sal.in dict.
l.aſsiduis.§.fin.
64 ¶†Vndecimo,amplia regulam, vt dicta tacita hypo-
theca introducta pro dote,habeat etiam locum in dona
tione propter nuptias:vt not.Bald.in l.vbi adhuc. in pe.
colum. in verſic. Item quæro, nam lex noſtra.C.de iur.
dot.& hoc tam ſol. matri. quàm etiam eo conſtante in
caſu inopiæ,vt eſt caſus in dict.vbi adhuc. Intellige ta-
men de tacita hypotheca ſine priuilegio prælationis:
quia priuilegium prælationis in tacita hypotheca,da-
tur ſoli doti,& non donationi propter nuptias.Ita tenet
Bald.in dict.l.aſsiduis.poſt Cy.ibi in 3.oppoſ.& ibi text.
gloſ.antepenul.& Salic.in §.fin.& Ang.de Areti.inſt.de
action.§.fuerat.in 12.colum.in verſic.in ea gloſ.ibi, quia
aliud eſt:& hoc modo intelligi debet id,quod dicit Bal.
in dict.l.aſsiduis.in ſecunda colum.in verbo, nouercas,
vbi dicit,quòd donatio propter nuptias non habet priui
legium tacitæ hypothecæ,prout habet dos: quia in do-
natione eſt lucrum,in dote autem eſt damnum, ſi amit-
teretur:& probatur in illo text.ibi ſi amittatur poſterio-
ri datum.Nam certè Bald.ibi loquutus fuit de priuile-
gio prælationis iuxta terminos dictæ.l.aſsiduis.
65 ¶†Intellige autem ſanè,quando mulier ageret ad dona
tionem propter nuptias,quærens illam lucrari. tunc e-
nim habet tacitam hypothecam abſque priuilegio præ-
lationis,vt dictum eſt.Secùs,ſi ageret ad illam tanquam
ſibi ſpecialiter obligatam pro dote : nam tunc haberet
tacitam hypothecam in dicta donatione cum priuile-
gio prælationis:quia iſto caſu potiùs cenſetur agere pro
dote,quàm pro donatione propter nuptias. ita declarat
Abbas poſt Innocentium in ca.ex literis de pign.
66 ¶†Et non mireris quòd donatio propter nuptias,ſit o-
bligata pro dote:quia licet donatio propter nuptias,trã
ſeat in dominium vxoris,ſicut dos in dominium mariti:
quia tamen vxor non eſt domina illius donationis iure
proprio & perpetuo,ratione iſtius poſsibilis reuocatio
nis,res cenſetur quodammodo aliena.iuxta l.ex ſextãte.
§.Latinus.ff.de excep.rei iudic.meritò non eſt inconue-
niens quòd ipſa donatio propter nuptias,ſit hypotheca
ta vxori pro reſtitutione dotis. Nam donatio propter
nuptias,non datur ſolùm propter lucra nuptialia, ſed e-
tiam pro maiori ſecuritate dotis.l.fin.§. ſancimus. C. de
don. ante nupt.ita ſolenniter declarat Bald.in authen.
ſiue à me.C.ad Velleianum.& ibi ſequitur Salic.
67 ¶†Fallit modò dicta regula quatuor modis : Et primò,
in extraneo dotante:quia ſcilicet dicto extraneo repetẽ-
ti dotem,non datur tacita hypotheca, de qua in dict.§.
& vt plenius.in bonis illius qui tenetur reſtituere do-
tem. ita tenet Cyn. in dicto §.& vt plenius. & Paul.de
Caſt.in l.de diuiſione.ff.ſolut.matrim.Nicolaus de Nea
poli,Ange.& Imol.in l.j.ff.ſolut.matrim. licet Bartol.ibi
ſentiat contrarium,dum dicit quòd tale priuilegium da
tur actioni de dote,& quòd tranſit ad quemcunque trã-
ſit ipſa actio per dictum §.& vt plenius. & per §.fuerat.
Sed Alexand.in dict.l.j. in 8.colum.in verſic.Succeſsiuè
quærit Nicolaus de Neapoli.ſequitur opinionem com-
munem,videlicet quòd priuilegium tacitæ hypothecæ Cõmu.
de quo in dict.§.& vt plenius. per quod mulier præfer- opin.
tur ſolis creditoribus prætendentibus perſonalem tan-
tùm,non competit extraneo dotanti & ſtipulanti dotem
ſibi reddi:& ita etiam tenet ibi Decius per bonas ratio-
nes reſpondendo argumentis Iaſo. qui contrarium vo-
68 luit in dicto §.fuerat.& ita eſt tenendum. ¶†Secundò
fallit regula in vxore hæretica:quia ei non competit pri
uilegium tacitæ hypothecæ,de quo in dict.§. & vt ple-
nius.vt eſt textus in authen.idem priuilegium.C.de hæ-
reticis.& not.Anto.de Butrio.& Abb.in c.gaudemus.de
diuortio.circa finem, limitando tamen, vt ibi per eos,
niſi mulier abiuraret hæreſim, & rediret ad fidem : quia
tunc recuperaret dictum priuilegium tacitæ hypothe-
69 cæ pro dote in bonis mariti,vt ibi per eos. ¶†In vxore
autem Iudæa ſecus eſt:quia illa habet hoc priuilegium
tacitæ hypothecæ in bonis mariti Iudæi : ita ſingulari-
ter tenet Ant.de But.in d.c.gaudemus.in vlt.colum.& la
tiſsimè tractat Bart.Belenzinus ibi : & ratio eſt,quia in-
ter Iudæos eſt matrimonium,licet non ita firmum & in
diſſolubile,vt inter Chriſtianos:vt not.Abba.in c.quan-
70 to.eodem titulo.¶†Tertiò fallit regula prędicta in pœ
na adiecta promiſsioni dotis, quia priuilegium præla-
tionis tacitæ hypothecæ, quod datur doti per dictum
§.& vt plenius.& dict.l.aſsiduis,non datur pœnæ illi ad
iectæ.ita ſingulariter tenet Paul. de Caſt. in l. adeò.ff.de
compen.quod eſt notandum: & mouetur per illum tex.
& quia fiſcus habet priuilegium tacitæ hypothecæ in
ſuis contractibus, vt l.fiſcus. de iur.fiſc. & tamen illud
non habet in pœnis, vt in tit.C.de pœnis fiſc.lib.10.&
per not.in l.reſcriptum. in princip.in gloſ. ſuper verſic.
hypothecas.ff.de pact.
71 ¶†Quartò fallit regula prædicta in dote promiſſa, vel
data pro ſponſa per verba de futuro : quia ſi ante con-
tractum matrimonium veniat caſus reſtituendæ dotis:
putà quia ſponſus prædeceſsit, non competit ſponſæ
priuilegium tacitæ hypothecæ in bonis ſponſi. ita tenet
gloſſ.in l.eos.C.qui potio.in pignor. habe. & ibi Dyn.
Iacob.de Aret. & alij : & Bartol. in l.ſecunda.§. fina. de
priuileg.credi.& ratio eſt,quia l.prima ff. qui potior.in
pignor.habent.quæ loquitur de expreſſa hypotheca. &
l.fina.C.eodem titul. & dict.§.& vt plenius. & §.fuerat.
inſtitu.de action.qui text.loquitur in tacita hypotheca,
quæ datur doti,loquuntur de dote:ſed ante contractum
matrimonium per verba de præſenti, non eſt dos, vt l.
final.C.de donat.ante nupt.meritò,&c. & ita tenet An-
gel.de Areti. in dict.§.fuerat. colum. 6. in verſic. quæro
vtrum ſponſa,&c.
72 ¶†Et non obſtat quòd etiam ſponſa videatur habe-
re priuilegia dotis, vt l.ſi ſponſa dotem. iuncta gloſſ.ff.
de iure dotium.& not.Ang.in authen.de æquali.dot.in
§.his conſequenter. ad fin.collat.7.& Alexand.in dict. l.
prima in 8.colum.in verſic.alius caſus eſt.ff.ſolut.matri.
quia prædictæ deciſiones loquantur de priuilegio per-
ſonalis actionis,non hypothecariæ. Nam ſponſa habet

etiam priuilegium in perſonali actione, quo mediante,
præfertur alijs creditoribus prætendentibus ſolam per-
ſonalē, vt eſt text. & ibi Bart. in dict. l. 2. in §. j. ff. de priui.
credi. quod notabis, nè æquiuoces. Modò ponam in ma-
teria aliquas notabiles quæſt.

73 ¶ † Primò igitur quero, an tacita hypotheca de qua
in dicto §. & vt plenius. contrahatur in bonis mariti mi-
noris 25. annor. contrahentis matrimonium, & recipien
tis dotem. Iſta quæſtio eſt valde dubia. Nam Bartol. in
l. ſi conſtante. in quarta quæſtione tertiæ partis. ff. ſo-
lut. matrim. concludit, quòd bona mariti minoris, non
ſint tacitè hypothecata pro dote. & arguit à ſimili, ex
not. per gloſſ. in l. item quia. ff. de pact. ſcilicet quòd
bona minoris non ſunt tacitè hypothecata pro domo
conducta: & reprehendit Bartol. diſtinctionem Guli.
qui tenuit contrarium per tria fundamenta, per quæ
concludit, quòd obligatio quæ per legem inducitur abſ
que facto minoris, non cadit in rebus minoris, niſi cum
authoritate curatoris & decreto iudicis: vnde infert
quòd ad inducendam hypothecam, requiratur expreſ-
ſa obligatio bonorum cum iuramento minoris, quod
repræſentat eum maiorem. authen. ſacramenta pube-
rum. C. ſi aduer. vendi. Idem etiam tenet Bart. in dict.
l. item quia. & ibidem Rapha. Fulgoſ. & Salic. in l. certi
iuris. C. loca. & ſequitur Ioan. de Imol. in dict. l. ſi con-
ſtante. dicens quòd opinio Bart. ſecurè eſt tenenda. Bald.
not. in dict. tractatu in ſexta parte in priuileg. 58. reliquit
ſuper hoc cogitandum, quia dicit hunc articulum non
eſſe paruæ hæſitationis.

Cōmu. opin. ¶ Tamen non obſtantibus prædictis, communis opinio
eſt contra Bart. & ſequaces, videlicet quòd bona mari-
riti minoris, recipientis dotem, tacite obligentur. & i-
ſtam opinionem tenent Bald. Ang. Rom. & Alexand. in
dict. l. ſi conſtante. in prin. & Ang. Paul. Caſtren. & Alex.
in dict. l. item quia. Cyn. Bald. & Aug. in l. fina. C. de legi.
tutor. vbi Bald. dicit hanc eſſe communem opin. Idem
tenet Bald. in dict. §. & vt plenius. & Bald. in l. j. in duo
colum. C. de priuil. do. & in dict. l. certi iuris. in 8. quæſt.
Et iſtam opinionem tenet & firmat Iaſ. in dict. l. ſi con-
ſtante. in dicta quarta quæſtione tertiæ partis, vbi eam
corroborat quinque fundamentis, & reſpondet ad ar-
gumenta Bart. & vt ibi latè per eum. & ita puto tenen-
dum in marito minore recipiente dotem.

74 ¶ † Sed dubium eſt quid in muliere minore promit-
tente, vel dante dotem. an eius bona tacitè hypothecen-
tur pro dicta promiſsione, vel datione obſeruanda iux-
ta dict. §. & vt plenius. & in hoc Bald. in dict. priuil. 58. di
cit intrepidè poſſe teneri, quòd ſicut non poteſt dotem
conſtituere, maximè in bonis immobilibus ſine curato-
re & decreto iudicis, vt habetur in l. lex quæ tutores. C.
de adminiſtrat. tutor. ita non poſsit etiam obligare
bona ſua pro dote cum hypotheca. Nam hypotheca
tanquam acceſſoria, ſequitur naturam ſuæ perſonalis o-
bligationis, vt l. 2. C. per quas perſonas nobis acquir. &
ſicut hypotheca expreſſa non poteſt introduci, ita non
videtur poſſe introduci tacita legalis, cum lex impro-
bet principalem contractum: argum. l. non dubium. C.
de legibus, ſed ſi dos eſſet conſtituta cum curatore &
decreto iudicis, tunc etiam ſi de hypotheca non eſſet
conuentum, tamen inſurgeret ipſa tacita hypotheca
per dict. §. & vt plenius. & iſto caſu decretum interpo-
ſitum in dote, porrigeret effectum ad tacitam hypothe-
cam: quia ex quo iudex permiſit principalem contra-
ctum, videtur etiam tacitè voluiſſe, quòd tacita hypo-
theca ex illo cauſetur. argum. l. ſi pupillorum. § ſi pupil-
lus. ff. de rebus eorum: ita dicit ipſe Bald. not. vbi ſuprà.

75 ¶ † Sed aduerte quòd reſpectu bonorum immobilium,
puto deciſionem Bald. procedere: quia vxor minor non
poteſt bona immobilia in dotem dare, ſine curatore &
decreto iudicis. vt l. lex quæ tutores. iuncta gloſſ. ibi, in
verſiculo, vel in dotem. C. de adminiſt. tuto. & ibi per
doctr. & ita etiam non poteſt illa obligare, vt ibi ex tex.
Sed reſpectu aliarum rerum, quæ alienari non ſunt pro-
hibitæ per minorem, poteſt puella minor ſe dotare mo-
deratè abſque curatore & decreto: vt eſt text. in l. j. C. ſi
aduer. dot. & hoc fauore dotis, vt ibi dicitur, & poteſt
etiam ſe obligare pro dote conſtituenda, vt ibi habetur.
Cum ergo ſit habilis ad matrimonium contrahendum,
quia pubes, & ad dotem conſtituendam in bonis non
prohibitis alienari. dict. l. j. ſequitur etiam, quòd in con-
ſequentiam in tali obligatione vel dotatione oriatur ta
cita hypotheca per dictum §. & vt plenius: quia iſto ca-
ſu ceſſant rationes in quibus ſe fundat Bald. & dicam
aliquid infrà in materia excuſsionis. in 9. fallentia. &
optimè faciunt not. per Soci. in conſi. 58. præſens conſu-
tatio 4. volum.

76 ¶ † Secundò quæritur, an dicta tacita hypotheca, de
qua in dict. §. & vt plenius. habeat locum in dote con-
feſſata: & iſta quæſtio eſt adeò diffuſe examinata per
doct. quòd ſi vellem referre eorum dicta, ex hoc ſolo ar-
ticulo poſſet confici vnus tractatus, & propterea ſtuden
do breuitati in hac quæſtione, remiſsiuè tantùm proce-
dam. ¶ Et primò Bald. nota. in tractatu do. in decima
parte examinauit eam per tredecim colum. & recitatis
opin. antiquorum diſtinguit articulum in duos caſus
principales.

¶ Primus caſus eſt, an dos confeſſata habeat priuilegiū
tacitæ hypothecæ contra maritum & eius hæredes?

¶ Secundus caſus eſt, an habeat tacitam hypothecam
contra alios?

¶ Primo caſu concludit indubitanter, quòd dos con-
feſſata habeat tacitam hypothecam contra maritum &
hæredes, & hoc modo dicit procedere gloſſ. in l. exigere
dotem. ff. de iudic. limitat tamen hoc, niſi maritus, vel e-
ius hæredes infrà legitima tempora exciperent de dote
non numerata: poſteà latè examinat, quid iuris ſit, quan-
do maritus cum iuramento renunciaſſet exceptioni
non numeratæ dotis, cuius dicta videri poſſunt, ideò
non refero.

¶ In ſecundo autem caſu quando agitur contra alios
tertios, diſtinguit ipſe, an ille tertius contra quem agit
mulier, habet hypothecam in bonis mariti, an non. Si
enim non habet hypothecam, vxor obtinebit: ſed an
tunc ille tertius poſsit excipere de non numerata pecu-
nia, ipſe dubitat, vide ibi. Si autem ille tertius habeat hy
pothecam, & tunc ſi illa hypotheca eſt expreſſa, & ante-
rior, obtinebit tertius: ſed ſi hypotheca tertij eſſet tacita
tunc etiam ſecundùm eum mulieri ex ſola dote confeſ-
ſata nō debet præferri: quia communis eſt opinio, quòd Cōmu.
dos confeſſata non habet tacitam hypothecam contra opin.
tertium cum priuilegio prælationis, de quo in dict. l. aſ-
ſiduis. in prin. & ita ibi etiam tenet Salic. in 8. quæſt. limi
tando tamen certo modo, quando non obſtaret exce-
ptio non numeratæ dotis, vt ibi per eum. ¶ Ange. autem
de Aret. inſtit. de actio. § fuerat, etiam latè examinat hūc
articulum diſtinguendo inter creditores præſentes tem
pore confeſſatæ dotis, & poſtea contractos. Nam quo ad
præſentes tenet indiſtinctè, quòd confeſsio dotis non
præiudicet eis, in futuris autem creditoribus dicit ipſe
poſt Cyn. Bart. Bald. Ang. & Salic. in authen. ſed iam ne-
ceſſe. C. de donation. ante nup. quòd ita demum talis
confeſsio non præiudicat futuris creditoribus, ſi appa-
reant aliqua ſigna de fraude. Sed quando confeſsio do-
tis valeret, tam reſpectu præſentium, quàm futuro-
rum creditorum, an tunc mulier habeat priuilegium
prælationis, de quo in dict. l. aſsiduis. dicit ipſe tenendā
eſſe concordiam datam per Ang. in l. j. ff. ſolut. matrimo.
& per Bald. in dict. l. aſsiduis. videlicet quòd quandò
mulier nititur ex ſola confeſsione dotis, creditores ve-
rò nituntur ex vera numeratione, ipſi creditores de-
bent præferri: ſed quando creditores non probant ve-
ram numerationem, mulier eſt præferenda: diſtinguen-
do tamen, an confeſsio dotis ſit facta ante matrimoniū,
vel conſtante matr. vt ibi per eū. Alex. & Areti. in iſto ar-
ti-



riculo ſatis bene loquuti ſunt in dict. l. j. ff. ſolu. matri-
mo. non tamē perfectè explicant. ¶ Bulgarinus doctor
Senenſis, ibidem copioſe & ſubtiliter per columnas
20. ſed tamen cōfuſe proceſsit. Socinus autem ibidem
latius & perfectiùs, quam aliquis alius, complexus eſt
totam materiam, & reducit illam ad duos articulos
principales.

¶ Primus articulus eſt, quando maritus confeſſus fuit
dotem ante matrimonium, vel in actu matrimonij cō
trahendi. & hunc articulum diuidit in duo membra:
primum membrum eſt, vtrum talis confeſsio præiudi
cet marito & hæredibus: ſecundum, vtrum præiudicet
creditoribus. In primo membro ponit quinque cōclu
ſiones cum ſuis corollarijs & limitationibus. In ſecun
do ponit tres concluſiones cum ſuis etiam corollarijs
& limitationibus, & ſic expedit totum primum articu
lum. ¶ Secundus articulus principalis, eſt quando cō
feſsio dotis fit per maritum conſtante matrimonio: &
iſtum articulum diuidit etiam in duo capita. Primum
eſt, an præiudicet marito & hæredibus, & in eo ponit
ſimiliter quinque concluſiones cum corollariis & li-
mitationibus. In ſecūdo capite tractat, an præiudicet
creditoribus, & in hoc etiam ponit quinque conclu-
ſiones & ſua corollaria & limitationes: vnde quando
caſus occurrit, recurrendum eſt ad lecturam Socin. ve
recundum enim exiſtimant, illam tranſplantare, cū or
dinarie habeatur apud omnes, & etiam extranea viſa
eſt in maiori parte à materia hypothecæ. & ad mate-
riam adde Corneum in conſi. 110. 13. volum. & Alexan.
conſi. 142. 5. volu. vbi plene.

77 ¶ † Tertiò queritur, an hypotheca pro dote expreſſa,
incipiat tempore promiſsionis dotis, an vero tempo-
re datæ dotis: & quid in tacita. ¶ Et capiendo primam
dubitationem de expreſſa hypotheca, dicendum eſt, ꝙ
hypotheca expreſſa, facta per maritum promittentem
reſtituere dotem vxori ſoluto matrimonio, inſpicitur
tempus contractæ hypothecæ & matrimonij, & non
tempus numerationis dotis poſtea factæ. Nā licet hy
potheca in dote vna cum actione perſonali non oria-
tur, niſi demum ſolut. matrimo. tamen ex tunc cum o-
ritur hypotheca retrahitur ad tempus promiſsionis.
vt latè per Alexand. poſt alios in l. ſi conſtante. §. pri-
mo. ff. ſolut. matrimo. ¶ Et ratio eſt, quia quando nō eſt
in poteſtate debitoris non recipere pecuniam, inſpici
tur tempus promiſsionis & obligationis contractæ:
quando autem eſt in poteſtate debitoris, an velit reci-
pere pecuniam, inſpicitur tēpus ſolutionis. iſte eſt tex.
in l. j. ff. qui potior. in pign. habe. & ibi Azo, gloſſ. Bart.
Baldus & alij & licet ille textus loquitur in dote, tamē
habet locum etiam in quocunque alio debito, in quo
habet locum dicta ratio, ſcilicet an implementum cō-
tractus conſiſtat in voluntate, an in neceſsitate debito
ris: & quo modo in neceſsitate mariti conſiſtat recipe
re dotem ſibi promiſſam, & non in voluntate, declarat
ibi Barto. & Bald. & eſt ſecundum eos, quia vir non po
teſt cōmodè omittere ſolutionem dotis: quia hoc mo-
do mulier remaneret indotata, & maritus habet neceſ
ſe ſuſtinere onera matrimonij: vnde dicitur, maritum
neceſſe habere recipere dotem promiſſam, quia eius
ſolutionem honeſte omittere non poteſt. l. nepos Pro-
culo. ff. de verborum ſignificatione. ¶ Et iſtud ſecundū
Bartolum ibi eſt notandùm ad illud quod ſolet dici,
quòd quando finis habet neceſſariam conſequentiam
ad principium, inſpicimus principium. nam illud de-
bet intelligi de neceſsitate præciſa vel dotali, quæ cō-
mode præteriri non poſsit: & iſtam opinionem firmat
Raphael Fulgoſius in conſilio. 216. proponitur quòd di
cta Dorothea, &c. ¶ Sed Cynus in l. cùm tibi. C. qui
potior. in pignor. habeantur, dicit iſtud eſſe ſpeciale
in dote, & ita intelligit dict. l. prima qui potior. in pi-
gn. habeantur. & hanc opinionem Cyni dicit eſſe ve-
riorem Bald. not. in 8. parte. in 23. ſpeciali, quia ſecun-
dum eum non videtur verum, quòd maritus nō poſsit
omittere receptionem dotis ex eo, quòd habeat ſuſti-
nere onera matrimonij: & probat, quia maritus con-
ſtante matrimonio, poteſt facere pactum de nō peten
do dotem, maximè ipſi ſocero. & ſic renūtiare fauori
ſuo, vt habetur in l. ſi ſocer. §. Lucius. & in l. nupta. §. j.
& in l. ſi marito. §. j. ff. ſoluto matrimonio. & ideo con-
cludit ipſe, quòd illud quod dicitur in dicta l. j. ſit in-
ductum ſpeciali fauore dotis, ne ſcilicet interim mu-
lier remaneat indotata. arg. l. 2. ff. de iure dotiū. & quia
ſi interim eſſet indotata, ſperneretur à viro. l. fin. C. ad
Velleianum.

78 ¶ † Sed per prædicta non puto recedendū ab opinione Comm.
Azo. gl. Bar. Bal. & aliorum, quę videtur communior & opin.
verior, videlicet ꝙ diſpoſitio d. l. j. non ſit ſpecialis in
dote, ſed idem ſit in quolibet alio creditore, qui modo
prædicto cogitur recipere ſolutionem: vt etiā probat
textus in l. qui balneum in principio. eodem titulo, &
tex. in l. quidam cùm filium. §. fi. & ibi Raph. Cuma. ff.
de verb. obli. & tex. in d. l. j. probat expreſſe, quòd non
dicitur eſſe in poteſtate mariti, non recipere dotē pro
miſſam, ibi, nec probe dici poteſt in poteſtate eius eſ-
ſe, ne pecuniam reſiduā redderet, vt minus dotata mu
lier eſſe videretur, exponēdo illud verbum, redderet,
vt ibi exponit gloſ. Nec videtur verum, quòd maritus
conſtante matrimonio poſsit paciſci de dote non pe-
tenda, etiam ad ſui præiudicium, vt late proſequitur
Alexand. poſt Imol. in dicta l. ſi ſocer. §. Lucius. Vnde
cùm ſecundū regulas iuris poſsit in dote intelligi diſ-
poſitio dict. l. primæ, nō debet trahi ad ſpecialitatem,
non neceſſariam, iuxta gloſſ. vulgarem in l. filiū quem
habentē. C. famil. erciſ. ſi ergo concluſio, quòd expreſ-
ſa hypotheca in dote incipit à die promiſsionis dotis,
& non ſolutionis.

79 ¶ † Quæ tamen concluſio intelligenda eſt cum grano
ſalis, videlicet quando tempore promiſsionis dotis, e-
rat contractum matrimoniū. Nam ad hoc, vt expreſſa
hypotheca trahatur ad tempus promiſsionis dotis, re
quiritur ꝙ promiſsio ſit facta tempore matrimonij cō
tracti, vel poſt matrimoniū. ſi enim eſſet facta ante ma
trimoniū, hypotheca non poſſet trahi ad tempus pro
miſsionis, ſed ſolū ad tempus matrimonij: & ratio eſt,
quia licet dos ſit promiſſa ante contractum matrimo-
niū: tamen tunc non eſt proprie dos, vt l. fi. C. de dona.
ante nupt. & videtur fuiſſe de mente Barto. in d. l. aſsi-
duis. & ita firmat Bal. no. in 10. parte. in 11. col. in verſic.
ſed tunc inſurgit notabile dubium, &c. ¶ Et ex hoc in-
fert in practica, ꝙ ſi eſſet factum inſtrumentum dota-
le tempore ſponſalitij, vt cōmuniter fit, puta per an-
num ante conſummatum matrimonium, cum ex-
preſſa hypotheca: & poſt annum ſequutum fuit ma-
trimonium, quòd ſi maritus poſt inſtrumentum do-
tale: ante tamen cōtractum matrimonium, cōtraxiſſet
aliqua debita cum aliis creditoribus cum hypotheca
expreſſa: mulier nō præferretur talibus creditoribus,
ſed bene præferretur tali creditori, qui contraxiſſet
poſt matrimonium & promiſsionem dotis, ante ſolu-
tionem dotis: & idem dicit procedere etiā ſi dos fuiſ-
ſet ſoluta tempore ſponſaliorum, ex quo illo tempore
non erat dos: ſed ſi promiſsio dotis eſſet facta per ma
trimonium, & dos poſtea per interuallum eſſet ſolu-
ta: tunc hypotheca expreſſa traheretur retro ad tem-
pus promiſsionis, quia tēpore promiſsionis erat dos,
ex qua erat matrimonium. ita dicit ipſe, & relicta o-
pin. Cyn. firmat opinio. Barto. in dict. l. j. ff. qui potior.
in pignor. habe. quæ nota, quia poſſunt frequēter con
80 tingere. ¶ † Quartò q̄ritur vtiliter, quid in tacita hypo
theca pro dote introducta ex d. §. vt plenius. an ſcili-
cet in illa inſpiciatur tempus promiſsionis dotis, vel
tempus ſolutionis: & in gloſſ. in d. l. aſsiduis. C. qui po
tior. in pig. habe. in glo. in verſic. hypothecam. tenet,
ꝙ talis tacita hypotheca non trahatur retro ad tēpus

promiſsionis,ſicut trahitur expreſſa, vt dictum eſt in
præcedenti quæſtione.ſed vult gl.ꝙ incipiat dicta ta-
cita hypotheca tépore datæ dotis,& ante, licet prius
fuerit promiſſa:pro quo allegat legẽ pen.§.iura.C.de
donation.ante nuptias.& l. hac edictali: §. omnibus.
C.de ſecun.nup.& in ſimi.l.cùm oportet.in fin. C. de
bo.quæ libe.& reſpondet ad l.j.ff.qui potior.in pigno.
habe.quòd illa loquitur in expreſſa hypotheca,& non
habet locum in tacita:quæ glo.non reperitur alibi ſe-
cundùm Bald.ibi,qui licet non bene ſe firmet, tamen
videtur tranſire cum dicta gloſſ. Eandem opin.tenet
Spec.in tit.de ſolut.§.ante omnia.ad fin.in verſicu.ſed
pono contraxi.dicens,quòd tacita hypotheca incipit
à die dotis datæ,& non à die promiſsionis: & moue-
tur per text.in dicta l.aſsiduis.ibi ſi tamen re ipſa: &
etiam per text.in l.j.C.de dot.caut.ibi,re ipſa:& idem
ſequitur ibi Bal.in additio.dicendo hoc eſſe notabile.
¶Contrariam opinionem,ſcilicet ꝙ etiam tacita hy-
potheca incipiat à die promiſsionis dotis, ſicut ex-
preſſa, tenet Iac.de Are.quem ſequuntur Ray.Cyn,&
Bart.in d.l.aſsiduis.intelligendo tamen,quòd tempo-
re promiſsionis eſſet contractum matrimonium ſe-
cundum Barto.ibi:ſupple tu,reſpectu matrimonij.idẽ
quod dictum fuit in expreſſa hypotheca in ꝓximẽ p̄-
cedẽti quæſtione,pro quo faciunt etiam nota.per Bar.
in l.2.§.final.ff.de priuile.creditor.& dum text. in d. l.
aſsiduis.dicit,ſi tamen re ipſa fuerint patri mariti da-
tæ: ſubaudit ibi Bartolus, vel promiſſæ: & mouetur
Barto.per textum in dicta l.j.¶Eandem opinionem te
net Salic.in d.l.aſsiduis.in principio quæſtiõis,& mo-
uetur vltra alia, quæ adducuntur pro hac opinione:
quia in ambiguis, doti eſt fauendum. l. in ambiguis.
ff.de iure dotium: ſed vbi ſunt opiniones doctorum,
res dicitur dubia & ambigua,vt nota.in §.quibus.C.
de no. Cod.fac.& in l.leges. C. de legi. merito tenẽda
videtur opin.Iacob.de Aret.& ſequacium, quæ fauet
doti.mouetur etiam Salice.quia text.in d.§. & vt ple-
nius,introduxit hanc tacitam hypothecam ex quadã
tacita obligatione,quam lex fingit maritũ feciſſe mu-
lieri,ſicut fingit mulierem ſtipulatam fuiſſe dotem ſi-
bi reddi.¶Ego autẽ pondero illum text.pro hac opi-
nione alio modo,videlicet quod illa tacita hypothe-
ca inducitur in d. §. & vt plenius.in dote, ſiue detur,
ſiue ꝓmittatur in duobus locis,ibi,dederint,vel pro-
miſerint,vel ſuſceperint: & in fine ibi detur vel pro-
mittatur, vel ſuſcipiatur: & ſic non ſolum ex datione
dotis,ſed etiam ex promiſsione reſultat illa tacita hy
potheca,& per hoc infero quod Barto.in d.l.aſsiduis.
rectè ſubaudiuit in verb.datæ,ſcilicet, vel promiſſæ.
Cùm ergo in text. illo probetur ineuitabiliter, quòd
hypotheca oriatur etiã ex promiſsione,debet intelligi
quòd oriatur tempore promiſsionis:quia qualitas ta-
citæ hypothecę adiuncta dicto principio ꝓmiſſæ de-
bet intelligi ſecundũ tempus promiſsionis.l.in agris.
ff.de acqui.rerum do.& in l.in delictis.§. ſi extraneus.
ff.de noxa.& ad dict.l. cùm oportet.§. fin. quam gloſſ.
allegat in contrarium,reſpondet Salice.ꝙ illa potius
facit pro iſta opinione quã pro contraria:ſed nõ dicit
Salicet.quomodo:ſed tu dic, quòd ideo facit pro iſta
parte,quia ſcilicet illa tacita hypotheca quę in d.l.cũ
oportet. in fine inducitur in bonis patris pro bonis
maternis per eum alienatis,trahitur retro ad tempus,
quo pater incepit adminiſtrare dicta bona materna.
& ita illum textum in ꝓpoſito intelligit Bal.no.in 10.
parte in 13.col.vbi examinat hunc articulum, ſed il-
lum indeciſum relinquit,dicendo eſſe ſuper eo cogi-
tandum:quia maxima eſt authoritas gloſſ. & Specul.
Eandem opinionẽ Iacobi de Aretio & ſequaciũ,tenet
Imol.poſt Petr.in c.ex literis.de pig.addens tamen ad
hoc,quòd talis tacita hypotheca incipiat à die ꝓmiſ
ſionis,ſcilicet,ſequuta poſtea numeratiõe:& eſt bona
ſuppletio,& hanc opinionem dicit eſſe communẽ So-
cin.in cõſi.269.ꝓ inueſtigatione.in tertia quæſtiõe,&
quarta col.in verſi. quartò & vltimò,in ſecundo volu.
¶Vnde cùm iſta opinio ſit communior & verior, non Cõmu.
videtur ab ea recedendum,iuxta not. in ca.ne innita- opin.
ris,de conſt.& tenendo hanc opinionem non videtur
obſtare vnum quod in contrarium adducit Bald.not.
in d.10.parte.in colum.13.videlicet ꝙ ſecundum iſtam
opinionem duæ concurrunt factiões.Prima, quia in-
ducitur tacita hypotheca fauore dotis:ſecunda,quòd
retrotrahitur ad tempus promiſsionis contra not. in
l.j.C.de do. promiſſ. quia reſpondetur, ꝙ iſtud quod
retrotrahatur ad tempus ꝓmiſsionis,non eſt ſpeciale
in dote,vt dictum fuit ſuprà in præcedẽti quæſtione,
num.78. Immo eſt regulare in quolibet alio credito-
re,quando ſcilicet non eſt in voluntate,ſed in neceſsi-
tate receptio crediti:quia tunc ſemper hypotheca tra
hitur retro ad tempus ꝓmiſsionis,vt d.l.j.ff.qui po.in
pig.habe.& in d.l.qui balneum.in prin.eod. titu. me-
rito nõ cõcurrit,niſi ſpecialitas tacitæ hypothecę in-
81 troductæ per dictũ §.& vt plenius.†& licet tex.in d.l.
j.cum concordantib.loquatur in expreſſa hypotheca,
nos autem ſumus in tacita: tamen taciti & expreſsi
idem eſt iudicium.l.cùm quid.ff.ſi cert.petatur,& li-
cet aliquando expreſſum magis operetur quã tacitũ,
tamẽ ſufficit quòd regula ſit in cõtrarium: & qui vult
ſe fundare in exceptione, ꝙ ſcilicet iſto caſu expreſſa
hypotheca operetur magis in retrouendendo ad pro-
miſsionem,quàm tacita,debet probare hãc exceptio-
nem per legem vel authoritatem,aliàs ſtandum eſt re-
gulæ,iuxta latè notata per Iaſo.in l.2.in 7.col.ff. ſi quis
in ius voc.non ier.& in l.cætera.ff.de legatis j. ¶Vnde
concludo,quòd tenenda ſit opinio,quòd tacita hypo-
theca trahatur retro ad tempus promiſsionis & matri
monij:prout in præcedenti quæſtione dictum fuit in
expreſſa hypotheca,quæ nota:quia non inuenies exa-
minata plenius per aliquem.
82 ¶†Quintò quæritur,ſi mulier habet per conuentionẽ
& pactum expreſſam hypothecam pro dote, an etiam
tunc habeat tacitam à lege inductam? & in hoc licet
tex.in l.fi. C.de pact.conuen.ſuper dote.dicat, quòd il
la tacita hypotheca introducta per dictã legem ſi pro
bonis paraphernalibus,(vt ſuprà dixi)in 10.ampliatio
ne huius quarti caſus,nu.63.non habeat locum,quan-
do mulier pro illis bonis cõuentionalem & expreſſam
hypothecam recipit.& ſic ꝙ prouiſio hominis in hoc
83 faciat ceſſare prouiſionem legis:†tamen gl.Ioãnis ibi
in verſi.contentam.in fi.tenet aliud eſſe in dote,vide-
licet ꝙ etiam quãdo mulier pro dote accipiat ſpecialẽ
pignus:tamen per hoc non ceſſet generalis tacita hy-
potheca à lege inducta,& illam gl.tenet ibi Cyn.Bal.
& latius Salic.qui de hac deciſione glo.aſsignant,etiã
rationem,& eſt,quia vxor per pactum nõ poteſt cõſti-
tuere ius dotis deterius:& ita dicit Sali.tenere omnes
doctores.Idem firmat Salic.in d.l.aſsiduis.in princip.
in 7.quæſtione,vbi dicit,ꝙ noſtri docto. communiter
tenent illam gloſſ.& aſsignant eandem rationem:ſub-
dit tamen, quòd pro veritate eſt diſtinguendum hoc
modo,videlicet quòd ſi expreſſa hypotheca alicuius
rei particularis,interpoſita fuit ante generalem taci-
tam,illa non præiudicat tacitæ generali.& hoc modo
procedit g.in d.l.fi.& eſt ratio ſecundũ eum, quia ni-
hil contradicit,quin ſpeciali hypothecæ nõ poſsit ac
cedere generalis.l.2.C.de pign.& l.doli clauſula.ff.de
verbo.oblig.ſed ſi poſt generalem,expreſſam, vel taci
tam,vel etiã generalem:mulier de ſpeciali expreſſa in
aliqua re ſibi prouideat:nõ præiudicat præcedẽtibus
generalibus:quia ſcilicet ius dotis deterius facere nõ
poteſt:ſi verò ſibi prouidet de generali expreſſa,ante-
quã fuerit orta generalis tacita,tũc dicit Sali.ꝙ gene-
ralis expreſſa,impediet generalem tacitam naſci.& ra
tio eſt,quia generalis eſt vtilior,quàm tacita, vel ſaltẽ
æquiualet tacitæ:ſed ſubdit,quòd vbi poſsit reperiri
caſus



caſus in quo generalis tacita eſſet maioris vtilitatis,
quam generalis expreſſa,tunc tacitæ generali non prę
iudicaretur per generalem expreſſam, ne ſcilicet per
pactum mulieris,ius dotis conſtituatur deterius.& di
ctam gloſſam dicit eſſe communiter approbatam Ale-
xand.in conſilio 58.in cauſa mota,nume.3,7.vol.
84 ¶†Eandem gloſſ.ſequitur Bal.not.in ſexta parte,in pri
uileg.97.& ibi dicit per dictam gloſſam vidiſſe decidi
notabilem quæſtionem in facto.Nam vir obligauerat
in inſtrumento pro reſtitutione dotis omnia ſua bona
mobilia & immobilia,in qua obligatione de iure non
veniebant nomina debitorum,cùm illa faciant tertiã
ſpeciem,vt habetur in l,quam Tuberonis.§.alia ff.de
pecunia legata.& in l.à diuo Pio.§.in venditione.ff.
de re iud.& mulier ſoluto matrimonio agebat hypo-
thecaria contra debitorem viri,tanquam illud eſſet ſi
bi obligatum pro reſtitutione ſuæ dotis vigore tacitæ
hypothecæ à lege inductæ:ſed contra eam excipieba-
tur,quòd ex quo illa ſibi prouiderat per generalem ex
preſſam hypothecam omnium bonorum mobilium,
& immobilium,quòd videbatur receſsiſſe ab extraor-
dinaria tacita inducta à lege.Dicit ipſe quòd obtentũ
fuit contrarium in fauorem mulieris per dictam glo.
in dict.l.fin.& mouetur ipſe eadem ratione, qua mo-
tus fuit Salicetus ſuprà allegatus,videlicet quòd mu-
lier non potuit paciſcendo,vel renunciando facere de
terius ius ſuæ dotis per l.2.& l.de dic.& l.Atilicinus.
ff.de pactis dotalibus.Nam cum pactũ expreſſum mu-
lieris non poſsit doti præiudicare,minus debet præiu
dicare tacitum.argumen.l.cùm quid.ff.ſi certum peta.
& non habet obſtare ſecundum eum,l.etiam.& l.iube
mus.C.ad Velleian.vbi habetur, quod mulier poteſt
renunciare ſuæ hypothecæ,etiam ipſi viro,vt habetur
plenius.l.Mæuia.§ primo.ff.ſolut.matrimo.de quo ta-
men videndum eſt ibi per Alexand.Nam ſecũdum eũ
prædicta procedere poſſunt in hypotheca conuentio
nali:quia non eſt tanta ratio prohibitionis in hypothe
ca conuentionali,in qua mulier renunciat fauori in-
ducto ex ſua prouiſione,quanta eſt in hypotheca lega
li,de qua in dict.§.vt plenius.quæ tempore dictarũ le-
gum nondum erat introducta: lex enim magis ſuum
quàm tuum auxilium conſeruat.dict.l.aſsiduis.glo.in
dict.l.prim.C.ſi aduer.tranſact.& ita dicit fuiſſe de mẽ
te Cyn.in d.l.aſsiduis.dum allegat l.ſi vnus.§.quod in
ſpecie dotis.ff.de pact.quòd ſecundum eum eſt valde
85 no.ad limitatio.dictæ l.etiam.& l.iubemus. ¶†Sed iſta
ratio Bald.non videtur tuta. Nam non videtur maior
ratio in tacita hypotheca,quo ad renũciationẽ illi fa-
ciendam,quam ſit in expreſſa: ſed eadem videtur eſſe
ratio in vtraque.argumen.l.cùm quid.ff.ſi certum pet.
& communiter ſolet concludi, ꝙ renunciatio hypo-
thecæ facta per mulierem,non valeat,niſi remaneant
tot alia bona apud maritum,vltra ea in quibus renun
ciatum eſt hypothecæ,ita ꝙ ſufficiant pro dote,vt ha
betur in dict.l.iubemus.& per Alexan.in d.l.Męuia.§.
j.niſi tamen eſſet renunciatum cũ iuramento:quia tũc
valet indiſtinctè,vt ibi per Alex.& latè per Alexandr.
in conſi.83.viſo proceſſu.nume.5.vſque ad nu.10.6. vo-
lu.& in hoc non conſtituitur differentia inter tacitã
& expreſſam:ſed ſatis eſſe videtur quòd remaneant bo
na ſufficientia apud maritum pro dote:nam tunc non
cenſetur conſtitutum ius dotis deterius,ex quo nõ in
86 curritur damnum.l.damnum.ff.de dam.infect.¶†Nec
in d.l.aſsiduis.probatur quòd lex magis conſeruet au
xilium per eam introductum,quàm illud quòd fuit in
troductum per prouiſionem hominis,ſed potius pro-
batur contrarium:nam ex ea ſumitur hoc notabile,ꝙ
lex multoties alicui denegat auxilium per ipſam legẽ
introductum,ſed nunquam denegat auxilium intro-
ductum per ipſam partem.¶Diſputatur enim in dict.
l.aſsiduis.per gloſſ.& docto.an priuilegium prælatio-
nis conceſſum per d.l.tacitæ hypothecæ,quo median
te,tacita hypotheca dotis,præfertur cuilibet alteri ta
citæ anteriori:extendatur etiam quo ad præferendum
eam expreſſe anteriori:& communis eſt opinio ſecun
dum Barto.ibi & alios,quòd dictum priuilegium prę-
lationis,militet reſpectu alterius tacitæ anterioris,nõ
autem reſpectu expreſſæ.mouentur autem doctor. ad
hoc,quia lex alicui poteſt denegare & tollere auxiliũ
per ipſam legem introductum,& ſic facere,quòd taci
ta anterior per eam conceſſa vni,non præferatur poſte
riori tacitæ doti conceſſæ:ſed nõ præſumitur ꝙ lex ve
lit auferre alicui prouiſionem per ipſam factam,& ſic
quòd anterior expreſſa,acquiſita alicui ex ſua proui-
ſione poſtponatur tacitæ doti conceſſæ.& ideo illatio
Bald.no.non probatur.¶Vnde ratio dictæ gloſſ.in d.l.
fina.C.de pact.conuen.quòd per expreſſam prouiſio-
nem non cenſeatur derogatum tacitæ hypothecæ do-
tis conſiſtit(vt dictum eſt ſuprà)in eo,videlicet ne ius
dotis fiat deterius,quòd per mulierem fieri nõ poteſt.
vt dicta l.Atticilinus.& l.ſecunda.ff.de pact.dota. ¶In-
tellige tamen,quãdo maritus prædecederet vxori:ſed
ſi vxor prædecederet marito,valeret pactum,etiam in
præiudicium dotis,vt not. gloſſ.in dicta l.2.& text.&
gloſſ.nota.in l.j.circa principium.ff.de dote prælega-
ta.& habetur per Alexand.in l.ſi ſocer.ff.ſolu.matrim.
vbi ponitur materia,an & quando valeat pactum in
præiudicium dotis tam ex parte mariti,quam vxoris.
87 ¶†Poteſt etiam fundari ratio deciſionis gloſſ.in dicta
l.fina.in alio.videlicet quòd licet dictus articulus, an
per prouiſionem hominis cenſeatur receſſum à proui-
ſione legis,habeat materiam brocardicam,vt habetur
per Cynum poſt Petrum in l.ſecũ. C.de iure emphy-
teutic.& ibi latè per Iaſ.in fol.172.in prima column.ta
mẽ ex relatis ibi per Iaſ.duæ rationes adaptari poſſunt
ad deciſionem gloſſ.in d.l.fina.quæ vult,quòd in dote
per expreſſam hypothecam non cenſeatur receſſum à
tacita.¶Prima eſt,quòd illa regula,quòd per prouiſio
nẽ hominis cenſeatur receſſum à prouiſione legis pro
cedit quando prouiſio legis eſſet introducta de iure
ſpeciali ex priuilegio:ſecus autem,quando prouiſio le
gis eſſet de iure communi. ¶Secunda eſt,quia dict.re
gula procedit,quo ad prouiſionem legis naſcituram,
non autem quo ad iam natam.ita tenet Baldus in l.vbi
adhuc.in ſeptima column.C.de iur.do.& Iac.de Bel.
Cyn.& Bald.in d.l.fin.C.de pactis conuen.& Iaſon in
88 d.l.2.¶†Et prędicta procedunt,quando poſt acquiſitã
hypothecam ipſi mulieri ipſa renunciat:tũc enim pro
cedunt dict.l.iubemus.& dict.l.etiam.C.ad Velle.Sed
ſi à principio dotis promiſſæ vel datæ mulier paciſce-
retur, quòd bona mariti non ſint obligata pro dote,
tunc ſi bona ſunt apud maritum,& aliis creditoribus
non ſunt obligata,& ſic pactum non fuit in fauorem
tertij,ſed ſolius mariti,non valeret tanquam initium
contra naturam cõtractus dotis,quæ eſt,quod res ma
riti ſit obligata pro dote.dicto §.& vt plenius.ita not.
Bald.& Salic.poſt Nico.de Matha.in dict.lege etiam.
& habetur in d.l.fi.C.de pactis conuen.& Bal. in rub.
C.de priuil.dot.in 2.col.in verſic.item expreſsè.¶Sed
licet ita dicendum ſit ex parte vxoris,dubitari poteſt,
an idem etiam ſit ex parte mariti,videlicet an per ex-
preſſam hypothecam maritus cẽſeatur receſsiſſe à ta-
cita introducta per dicto §. & vt plenius, & an idem
89 etiam ſit, ſi maritus accepit fideiuſſorem pro dote.†
nam hoc caſu,ſcilicet pro dote danda marito, poteſt
accedere fideiuſſor:ſed non pro dote vxori reddẽda,
vt latè per Bald.nota.in 6. parte.21.priuilegio. Et ſic,
an gl.in d.l.fi.C.de pact.conuent.quę vult, quòd mu-
lier per expreſſam hypothecam interpoſitã pro dote,
non cenſeatur recedere à tacita, mulier etiam ex par-
90 te viri. ¶†Et videtur dicendum,quòd non, per text.
in d.l.fi.& pro hoc facere videtur text.in l.pe.ff. quib.
mod.pigno.vel hypoth.ſolu.vbi quis recipiendo à cõ
lono ſuo fideiuſſorem,videtur renunciaſſe tacitæ hy-

potheca ſuper rebus inuectis & illatis,de qua in l. itẽ
quia.ff.de pact.& in l.ſi certi iuris.C.loca . ſecus autẽ
ſit in expreſſa hypotheca:quia ab illa nunquam rece-
di cenſetur per fideiuſſorem poſtea præſtitum ipſi lo-
catori:vt eſt text.not.in l.item liberatur.ff.quibus mo
dis pignus vel hypoth.ſol.Nec videtur obſtare,quòd
etiam in dict.l.pen. fuit etiam interpoſita expreſſa hy
potheca:& tamẽ illi cẽſetur renunciatũ per fideiuſſo
rem poſtea acceptum : quia reſponderi poteſt, ꝙ ex-
preſsio hypothecæ in d.l.pen. nihil operatur, ex quo
tacitè inferat ſuper rebus inuectis & illatis per l. non
rectè.C.de fideiuſſo. & iſta videtur vera ſolutio in d.
l.pen.quia alias poſita ibi in gloſſ.& in d.l. item libe-
ratur.§.fin. videtur diuinatiua.& ita tenet Bald. nota.
in d.6.part.priuilegio 68. pro quo etiam ſubdit benè
facere,l.j.§.ſciendum.ff.de ſepara. qui tex. ſolet pon-
derari pro notabili , quòd vnus correorum debendi,
dando fideiuſſorem pro ipſo debito , videtur renun-
ciare beneficio diuiſionis,de quo in authẽ.hoc ita.C.
de duo. re.¶Præterea pro hoc etiã facit, quia ratio q̃
aſsignatur per docto.ſuper deciſ.d.glo.in d.l.fi. quòd
ſcilicet mulier nõ poſsit facere ius dotis deterius, nõ
militat,ſed ceſſat ex parte mariti: vt colligitur ex no.
per Alex.poſt Imol.in d.l.ſi ſocer.ff.ſol. mat. ¶Tamen
licet prędicta ſtringere videantur,puto quòd contra-
ria opinio ſit de iure verior , videlicet quòd idem ſit
dicendum ex parte mariti , quod ſuprà dictum fuit
ex parte vxoris:quia licet ceſſat dicta ratio, tamen vt
dictum fuit ſuprà,illa non eſt vnica ratio dictæ deci-
ſionis : ſed reddi etiam poteſt alia ratio , videlicet ꝙ
d.regula quòd per prouiſionem hominis cenſeatur re
ceſſum à prouiſione legis,non habet locum in proui-
ſione legis iam nata , ſed in naſcitura tantum : vt per
Bald.in d.l.vbi adhuc in 7.colum.& per Iaſ.in d.l.2. &
dictum eſt ſuprà. Et iſtam rationem ſentit expreſsè
glo.in d.l.fi.in verſic.contentam.Itẽ dicta regula pro-
cedit,quando prouiſio hominis eſt æquè plena , ſicut
prouiſio legis.tunc enim cenſetur receſſum à prouiſio
ne legis:ſecus autem quando prouiſio hominis nõ eſt
æquæ plena,ſed prouiſio legis aliquid poteſt addere:
91 ita not.Cy.& doct.in d.l.2.¶†Et propterea ſolet con-
muniter concludi , quòd licet locator prouideat ſibi
de ſpeciali & expreſſa hypotheca in certa re condu-
ctoris,non propterea ceſſare debet tacita inducta à le
ge ſuper bonis inuectis & illatis: vt firmat Dyn. Inſti.
de act.§.item Seruiana.per d.l.fi.idque ſequũtur Cy.
& Salic.in d.l.certi iuris.licet ibi Bal.ſentiat contra-
rium.eandem opinionem tenet Angel.de Aret.in d.§.
item Seruiana.in 2.col.in verſic.quid ſi locator. & re-
ſpondet ad d.l.fina.quòd prouiſio legis nunquam ceſ-
ſat , quando prouiſio hominis non eſt æquæ plena,
ſed prouiſio legis poteſt aliquid addere prouiſioni
hominis.ex quibus apparet,quòd non eſt illa ſola ra-
tio,vnde licet illa ceſſet,non ceſſat prouiſio & diſpo-
ſitio,ex quo aliæ rationes adſunt argum.§.affinitatis.
& ibi nota.inſtitut.de nup.¶Nec obſtat tex.in d.l.pe.
ff.quib.mod.pign.vel hypothec.ſolu. quia immo vera
ſolu.in illo tex.reſpectu ad d.l.item liberatur.§.fi. eo.
titul.quæ videtur cõtrariari,eſt quòd in dict.l.penul.
fuit conuentum,quòd per ſatiſdationem pignora eſ-
ſent liberata.Virtute ergo pacti expreſsi illud euenit
quod non fuit in d.l.item liberatur.§.fin.quia ibi non
fuit de hoc inter partes conuentum: & iſtã ſolutionẽ
tenet Barto.in d.l.item liberatur.& in d.l.pen.Nec eſt
verum , quòd illa ſit diuinatiua ad illum text. in d.l.
penult.quia immo expreſſè hoc dicitur in d.l. penult.
¶Item eſt aduertendum,quòd id d.l.pen.expreſſa hy-
potheca non fuit generalis , ſed fuit ſolum de rebus
inuectis & illatis, vt ſcilicet illa eſſent expreſsè obli-
gata,donec merces eſſet ſoluta, aut ſatisfactum.Illa
ergo tacita,quę inerat ſuper inuectis & illatis,tanquã
inutilis propter expreſſam fuit ſublata : quia (vt ſup.
concluſum fuit) ex parte vxoris , iuxta diſtinctionem
Salic.in d.l.aſsiduis.in ſeptima quæſtione,quando ex-
preſſa eſt vtilior tacita vel ſaltẽ æquiualet tacitæ,tunc
per expreſſam ceſſat tacita tanquam inutilis. Vnde in
d.l.penul.per expreſſam fuit ſublata tacita , tanquam
reddita inutilis ꝑ expreſſam:& ſic tollitur illud quod
dicebat Bald.quòd in d.l.pen.expreſſa hypotheca ni-
hil operabatur,quia tacitæ inerat:cùm immo per ex-
preſſam æquiualentem tacitæ fuerit ſibi ſublata taci-
ta,& ſic ibi non fuit ſublata tacita per donationem fi-
deiuſſoris:quia tacita fuerat prius ſublata per expreſ-
ſam:ſed fuit ſublata expreſſa per pactum conuentum,
quòd dicta expreſſa duraret , donec eſſet ſatisfactum
conductori:quòd fuit adimpletum per fideiuſsionem
præſtitam:vt l.quòd ſi.ff.de pignor.actione. Aliud eſt
ergo dicere,an per ſatisdationem voluntariè præſtitã
à debitore creditori, videatur creditor recedere ab
hypotheca.& dicendum eſt quòd nõ, & hoc modo
ꝓcedat d.l.item liberatur.§.fi.& aliud,an præſtita ſa-
tiſdatione ex pacto cõuento,quòd pignora eſſent ob-
ligata donec ſatiſdaretur,ſint ſublata pignora : & di-
cendum eſt quòd ſic,ex quo ita conuentũ fuit , & hoc
92 modò procedat d.l.pen.¶†Et probatur iſta concluſio:
quia quando præſtatur ſimpliciter fideiuſſor qui ac-
cedit veteri obligationi,non naſcitur noua obligatio,
ſed fuit additamentum maioris cautionis primę:& ta
li caſu etiam de iure ff.non fiebat nouatio,vt habetur
per Alexã.poſt alios in l.4.§.ſi ex conuentione.ff.de re
iudic.& hoc modo loquitur tex.in d.l.item liberatur.
§.fin.Sed quando fideiuſſor præſtatur per modum ſe-
cundæ obligationis,tunc de iure ff.inducebatur no-
uatio ſecundum Bart.in l.pen.ff.de præto.ſtipul.& ha-
betur per omnes in l.qui vſumfructum.ff.de verb.obl.
93 ¶†Et quando prouiſio hominis fit ad nouandum pro
uiſionem legis, tunc prouiſio legis etiam,quæ eſt de
iure communi,tollitur per prouiſionem hominis. ita
tenent Cyn.& Salic.in d.l.2.C.de iure emphyteuti.&
habetur in d.l.4.§.ſi ex conuentione.& firmat Salicet.
poſt Pet.in dicta l.fi.C.de pact.conuen.& refert Iaſon
in d.l.2.num.76.Merito d.l.pen.in quo ſe fundat Bald.
not.non probat eius intentionem:quia ſi rectè aduer-
tatur,illa ſatiſdatio,de qua in d.l.pen.præſtita fuit ibi
tanquam noua promiſsio & obligatio,& non per mo-
dum acceſſorium ad primam,ſed potius per modum
nouationis permiſſæ de illo iure ff. ex pacto ita inito,
inter partes nimirum : ergo ibi fuit ſublata expreſſa
hypotheca per dictam ſatiſdationem,& etiam tacita:
quæ nota,quia ſunt aliquantulum ſubtilia, & non in-
uenies per alium examinata , & meo iudicio conclu-
dẽnter probant.¶Et propterea puto tenendum, quòd
in hoc art.an per expreſſam hypothecam cẽſeatur re-
ceſſum à tacita,idem ſit dicẽdum in marito, quod di-
ctum fuit in vxore.
94 ¶Sextò quæritur in materia,an dicta tacita hypo-
theca.de qua in d.§.& vt plenius. ſit priuilegiata pri-
uilegio prælationis : quo mediante, præferri debeat Comm.
alij anteriori tacitę alterius creditoris?& in hoc com opin.
munis eſt opinio,quòd vxor in dicta tacita hypothe-
ca ſit priuilegiata,& ꝑferatur aliis creditoribus, præ-
tendẽtibus etiã tacitam. iſte eſt textus in d.l.aſsiduis.
95 C.qui pot.in pigno.hab. †& licet priuilegium tacitæ
hypothecæ ſine priuilegio prælationis trãſeat in hæ-
redes etiam extraneos,vt dixi ſuprà,in ſecunda & ter-
tia ampliatione præſentis caſus, numero 30. 31. & 32.
& in omnes alios,ad quos tranſit actio de dote, præ-
terquam in extraneum dotantem, & ſtipulantem do-
tem ſibi reddi,vt dixi ſuprà in prima fallentia , nume.
72.tamẽ iſtud priuilegium prælationis , de quo in d.
l.aſsiduis,non tranſit ad hæredes extraneos , ſed ſolũ
tranſit ad filios:vt eſt textus in ead.l.aſsiduis. §. exce-
ptis.& ibi glo.Bartolus, Baldus,& alij,& textus & ibi
95 gloſſ.& doctores in l.j.C.de priuilegio dotis. ¶†Sed
diffi-



difficultas eſt,an tale priuilegium tranſeat ſolum ad fi
lios eiuſdem matrimonij,an etiam ad filios alterius
matrimonij?& gloſſ.in l.etiam.ff.ſolu.matrimo.voluit
quod tale priuilegium trãſeat etiam ad filios alterius
matrimonij:& vt refert ibi Bald.cum opinione dictæ
gloſſæ,tenuerunt Iacobus de Aret.Dynus , Cynus.&
iſtam opinionem tenuit Salicetus in dict.l.j.C.de pri-
uileg.dotis.& in d.l.aſsiduis.§.exceptis.¶Sed contra-
riam,quòd non tranſeat,niſi ad filios eiuſdem matri-
monij,tenet gloſſ.in l.ſi cùm procurator.ff.de re iudi-
cata.& iſtam opinionem tenent ibi Barto.& Bal.Ange
lus & modernio.in dict.l.etiam.& Iacobus de Beluiſo
in ſua diſputatione quam poſuit in l.j.C.de rei vxor.
action.& Bart.in d.l.j.C.de priuil.dot.& ibi Baldus in
dicta Rubr.& Bald.in l.aſsiduis.eandem opinionem te
net Bald.nou.in decima parre in quinta limitatio,&in
vlti.parte,in 6.colum.in verſi.tertio quæro circa priui
legium prælationis.Eandem opinionem tenet Ang.de
Aret.in d.§.fuerat.in vndecima col.in verſi.in ea glo.
ibi,& aliis deſcendentibus.vbi etiam firmat,quòd ta-
le priuilegium non ſolum datur filiis,ſed etiam aliis
deſcendentibus,dummodo ſint eiuſdem matrimonij.
& de hoc vltimo eſt textus in authen.ſi quid.in verſic.
ſeu quælibet ſoboles eius.C.qui potio.in pig.habe.&
ita etiam in prædictis tenet Alexand.poſt alios in dict.
l.etiam.in prima column.& ita puto eſſe tenendum,cũ
iſta( vt apparet ex relatis ) ſit communis opinio.& ita
etiam tenet Alexander in conſilio 58.in cauſa mota.nu
me.4.7.volumi.quanuis Salicetus in dict.l.j.& in l.aſſi
duis.faciat in contrarium aliqua fundamenta pro de-
fenſanda gloſſ.in d.l.etiam quibus de facili poſſet re-
ſponderi:ſed non curo,cùm(vt dixi)iſta ſit communis
opinio,prout etiam affirmat Alexander in conſi.58.nu
me.4.7.volumine.
96 ¶†Septimò quæritur,an dictum priuilegiam taci-
tæ hypothecæ cum prælatiõe,de quo in dict.l.aſſiduis.
competat vni mulieri contra aliam mulierem,præten
dentem ſimilem hypothecam ex cauſa alterius dotis?
& breuiter reſpondetur,quòd non,vt eſt caſus in dict.
l.aſſiduis.in §.exceptis.& ibi per omnes.in verſicul.in
duabus.Intellige tu,niſi ex rebus ſecundæ vxoris,quæ
in dotẽ datæ eſſent,aliquid ſupereſſet:quia in eo quod
ſupereſſet,præferri deberet illa vxor cuius res eſſent
primæ vxori:textus eſt in authent.ſi quid ex rebus.C.
qui potio.in pig.habeã.& ibi per omnes.†Item intel-
97 lige quando duæ dotes ex eadem ſubſtantia peteren-
tur actione de dote:tali enim caſu loquitur , quando
dos fuiſſet legata per maritũ vxori.& peteretur actio-
ne ex teſtamento : tunc enim præferri non deberet in
dote,agens actione ex teſtamento . Ita refert Socin.in
conſi.269.pro inueſtigatione,ſecundo volum.in tertia
column.verſi.ſed ab hac ratiõe videbatur tenuiſſe Ra
pha.Fulg.in quodam ſuo conſilio:& licet Soci.in d.lo-
co aliter non firmet hanc deciſionem,& non inueniam
dictum conſilium Raph.inter conſilia impreſſa,ſed pu
tem illud fuiſſe originaliter apud Socinum,tamen pu-
to deciſionem eſſeveram:quia hypotheca tacita,cui ac
cedit dictum priuilegium prælationis, competit & da
tur actioni de dote,vt in dicto §.& vt plenius.vnde nõ
poteſt extendi , vt detur in actione ex teſtamento pro
dote legata. quia dę diuerſis non debet fieri illatio.l.
fina.ff.de calumnia.& quia l.aſsiduis . eſt correctoria
iuris contra regulam,qui prior.lib.6.vnde non debet
extendi per no.in authen.quas action.C.de ſacroſant.
eccle.& per l.ius ſingulare.& l.quod verò contra.ff.de
legib.Et ideo(vt dictum fuit ſuprà)dictum priuilegiũ
prelationis,non datur in donatione propter nuptias,
vt dixi in 11.ampliatione.numer.69.nec etiam in bonis
mariti pro adminiſtratione bonorum paraphernaliũ,
vt dixi ſuprà in decima ampliatione.numero.65.& eſt
textus.& ibi not.Salicetus in dicta l.aſsiduis.§.finali.
¶Dum autem dictum eſt,quòd tacita hypotheca pro
dote poſterior præfertur alij tacitæ anteriori.per dict.
legem aſsiduis.intellige,niſi tacita anterior eſſet indu
cta à ſtatuto,cum hoc priuilegio , quòd habeatur pro
expreſſa,perindè ac ſi in inſtrumẽto eſſet poſita. Ita te
net Roman.in conſi.147.licet hæc pars &c.tunc enim
ſecundum Roman.ceſſaret diſpoſitio d.l.aſsiduis . ſe-
quitur Alexander in conſilio 58.in cauſa.ſeptimo vo-
lumine.
¶Octauò quæritur,an mulier habens tacitam hypo
thecam pro dote,anteriorẽ aliis creditoribus qui ha-
bent expreſſam poſteriorem,præferatur dictæ expreſ-
ſæ poſteriori?Angel. de Aret.inſti.de action.§.fuerat.
in 6.column.in gloſſ.in verſi.creditoribus.tenet,quod
non per gloſſ.ibi.& per glo.in l.aſsiduis.& in capit.ex
literis.de pign.idem videtur tenere Alexander ſub du
bio in apoſtil.ad Bald.in d.l.aſsiduis.in ver.expreſſam.
98 & allegat Dyn,in regula.qui prior.lib.6. ¶†Sed aduer
te,quòd immo Dynus ibi tenet expreſſe contrarium,&
gloſſæ quas allegat Angelus de Aret.nihil de hoc di-
cunt:& Bald.Ange.& Salice.in dict.l.aſsiduis.tenẽt cõ
trariam opinionem,videlicet quòd mulier habens ta-
citam anteriorem , præferatur expreſſæ poſteriori:&
probatur iſta opinio : quia ſi tacita anterior pro dote
non præferretur expreſſe poſteriori aliorum credito-
rum,fruſtra diſputaret gloſſ.in l.aſsiduis.an tacita po
ſterior pro dote præferatur expreſſæ anteriori , ſicut
ꝑfertur tacitæ anteriori: quia ſi tacita anterior ꝑ do-
te,non præfertur poſteriori expreſſæ , vtique indubi-
tatum eſſet,quòd non deberet præferri expreſſæ ante-
riori:& ſic ridicula eſſet diſputatio illius gloſſ.& do-
ctor.ſuper ea. ¶Probatur etiam iſta opinio per text.in
l.j.C.rem alien.geren.vbi text,quòd pupillus habens
tacitam hypothecam in bonis tutoris , præfertur ex-
preſſæ poſteriori etiam fiſci:à fortiori ergo debet præ
ferri mulier pro dote in ſua tacita hypotheca , alteri
expreſſę poſteriori,cùm ipſa mulier in tacita hypothe
ca quando in dubio contendit cum fiſco,& omnibus
aliis præferri debeat,vt textus eſt in dicta l.aſsiduis.&
dicam infra in 12.q.num.108. Tamen mulier cum taci
ta hypotheca non pręfertur creditoribus habẽtibus
expreſſam anteriorem,vt eſt gloſ.communiter appro-
bata in d.l.in aſsiduis.ſecundum Bart.ibi tenet Alexã.
in conſi.58.in cauſa mota.nu.6.8. volum.
¶Adde quòd licet ita ſit in dote,videlicet quòd tacita
poſterior præferatur anteriori tacitæ per l.aſsiduis.ta
men in aliis caſibus extra dotem,regulariter loquen-
do,ſiue ſimus in expreſſa,ſiue in tacita,ſemper prior in
tempore præfertur,etiam ſi anterior eſſet tacita,& po
ſterior eſſet expreſſa:& etiã ſi dictus poſterior habens
expreſſam,& præferri volens eius vigore,eſſet fiſcus:
ita inquit Dynus in regula,qui prior.lib.6.& Cynus in
l.ſi fundum.C.qui potiores in pign.habe.per l.vni.ſe-
cundo reſponſo.C.rem alien.geren.& fuit de mente
Barto.in l.ſi is.ff.de iure fiſci.verſi.quæro, & reuoco in
dubium,&c.licet non ita expreſſe dicat,prout Dyn.&
Cyn.& ita expreſſe tenet Alexan.in conſil.58.num.4.7.
vol.de qua tamen materia latius dicam infra in effectu
prioritatis.& ibi limitabo.
99 ¶†Nonò quęritur,an mulier habens pro dote expreſ-
ſam hypothecam , præferatur aliis habentibus taci-
tam anteriorem: & licet textus in l.aſsiduis. videatur
loqui,quòd tacita pro dote , præferatur alteri tacitæ
anteriori : & non videatur loqui de expreſſa , tamen
idem eſt dicendum etiam de expreſſa,videlicet quòd
mulier habens expreſſam,pręferatur aliis habentibus
tacitam anteriorem.ita tenet Salicetus in l.aſsiduis.in
principio,in 2.quæſtione.in fine ſuæ diſtinctionis,di-
ceus eſſe de hoc text.ibi,& ſic,quòd priuilegium pręla
tionis conceſſum,mulieri pro dote,vt pręferatur aliis
habentibus ſolam tacitam anteriorem, habeat locum
tam in expreſſa,quàm tacita,& facit in argument.l.cũ
quid.ff.ſi certum petatur.& authẽ.multo magis.C.de

ſacroſan.eccle.& probatur etiam,quia licet mulier ac
quirat expreſſam,tamen per hoc nõ tollitur tacita,nec
ab ea cenſetur velle recedere,quãdo tacita eſt vtilior:
vt fuit concluſum ſuprà in quinta quæſtione.ſi ergo ta
cita veniret præferenda,& non expreſſa,tunc tacita eſ
ſet vtilior.ideo ab ea non fuiſſet receſſum:& ſic cũ ta-
cita iuncta cum expreſſa,omnino eſſet præferenda,ſi-
100 cut cum ſola tacita.& ita teneo.¶†Sed dubitatur,an
mulier habens expreſſam poſteriorem,præferatur cre
ditori habenti expreſſam anteriorem:ſicut præfertur
cum tacita poſteriore alteri tacitæ anteriori, vt dictũ
eſt ſuprà proximè.Ange.in authen.de æqualit.dotis.§.
his conſequenter.ſingulariter tenuit quòd ſic:pro quo
facit,quia virtus taciti & expreſsi æquiparatur.dict.l.
cùm quid.ff.ſi certum peta.& iſtam opinionem tãquã
magis fauorabilem doti,amplectendam ſuadet Bald.
No.in tractatu dotis,in 10.parte,in 16.& vltima limi-
tatio.& ſubdit,idem poſſe teneri in bonis quæſitis per
maritum poſt obligationem expreſſam anteriorem,fa
ctam cum aliis creditoribus:& poſt expreſſam hypo-
thecam vxoris:vt ſcilicet in his mulier habens expreſ
ſam poſteriorem,præferatur aliis creditoribus hãben
tibus expreſſam anteriorem ad ſimilitudinẽ fiſci, qui
in illis præfertur aliis creditoribus anterioribus,vt l.
ſi is qui.& ibi Bartol.ff.de iure fiſc.cum mulier in hy-
potheca ſit magis fauorabilis,quam fiſcus,dicta l.aſ-
ſiduis.vt dixi ſuprà proximè,numer.98.& dicam infrà
in quæſtione 13.& iſtud vltimum tenet latè Salice.in d.
l.aſsiduis.in princip.tertię quæſt.æquiparando dotem
fiſco,vt ibi per eum.& refert & ſequitur Socin.in l.j.in
j.colum.in verſic.ex qua infert.ff.ſoluto matrimonio.
& idem Bald.Nou.in d.10.parte,in principio,in j.col.
& ſic eſt vera concluſio,quòd ſicut fiſcus habens hy-
pothecam poſteriorem, præfertur aliis creditoribus
habentibus expreſſam anteriorem in bonis quæſitis
per debitorem poſt dictam expreſſam anteriorem,per
d.l.ſi is qui.ita & mulier cum ſua hypotheca expreſſa
poſteriori,præferri debet creditoribus habẽtibus ex-
preſſam anteriorem in bonis poſtea quæſitis.
¶Sed contra dictam opinionem Ange.in d.authenti.
de æqualit.dotis,quæ eſt,quòd mulier habens expreſ-
ſam poſteriorem indiſtincte etiã in bonis quæſitis an-
te expreſſam hypothecam anteriorem aliorum credi-
torum,præferatur,tenet gloſſa in ea.d.l.aſsiduis. quæ
vult,quòd quando concurrit creditor & mulier,& v-
terque habet expreſſam,ꝙ tũc prior in tempore præ-
feratur:& dictam gloſſ.ſequuntur ibi Iacob. Butriga-
rius,Baldus,Angelus,Salicetus, & alij cõmuniter,ex-
cepto Cyno,& Vltramontanis.& dicit ibi Bar.& cum
eo tranſeunt alij,quòd ita de conſuetudine obſerua-
tur,à qua non eſt recedendum.l.minime.ff.de legibus.
& iſtam opinionem tenet Angel.de Aretio in d.§.fue-
rat.in 6.colum.ſuper gloſſ.in verſicul. creditoribus.&
Corneus in conſilio 162.penul.col.primo volumine,&
mouetur per regulam, quòd prior in tempore, potior
eſt in iure.l.potior.& l.qui balneum.ff.qui potiores in
pignor.habeantur.& l.j.C.eodem titulo,à qua regula
non reperitur expreſsè exceptùatus iſte caſus,ſcilicet
quòd expreſſa poſterior pro dote,præferatur expreſſæ
anteriori aliorum creditorum : quia dicta l.aſsiduis,
quæ introduxit priuilegium antelationis in dote, lo-
quitur in tacita.& cùm dicta deciſio ſit contra regu-
lam iuris antedictam,non debet extendi ad expreſſam
hypothecam.l.præcipimus.C.de appellation.& l.ſan-
cimus.C.de teſtamentis.
101 ¶†Nec obſtat ꝙ taciti & expreſsi idem ſit iudicium.
d.l.cùm quid,quia illa regula procedit,quando tacitũ
procedit ſecundum regulas iuris communis : ſecus, ſi
procedat contra regulas iuris,vt tenet Alexander in l.
ex facto.§.ſi quis rogatus.ff.ad Trebellianum. & no-
tat Iaſon in dicta l.cùm quid.in vltimo notabili.
102 ¶†Non obſtat, quòd mulier ſit magis fauorabilis,
quam fiſcus:quia quando agitur de correctione iuris
communis,etiam à maioritate rationis,non permitti-
tur extenſio de caſu ad caſum,vt habetur in authenti.
quas actiones.C.de ſacroſancta eccleſia.¶Adde præ-
dictis quòd iſtam quæſtionem latiſsimè examinat Ia-
ſo.in l.j.in prima & ſecunda column.ff.de ſolu.matri.
in ſecunda lectura.& in principio dicit,quòd iſta eſ-
ſet quæſtio pro amico:ſed poſtea ſubdit,quòd iſta ſe-
cunda opinio contra Ange.eſt magis communis,& du
rum eſſet,in practica conſulendo & iudicando ab ea
recedere:poſtea vltimo loco ſubdit,quòd ſi quis vel-
let tenere opinionem Ange.poſſet illam cõfirmare ex
pluribus:& pro eius confirmatione adducit quinque
fundamenta.Primum,quod eſt potiſsimum,eſt,quòd
d.l.aſſiduis.in qua eſt totum fundamentum, priuile-
giat mulieres non ſolum quo ad tacitam hypothecam
ſed etiam quo ad perſonales actiones:vt ſcilicet in il-
lis præferantur aliis actionibus perſonalibus.ſicut er-
go mulier præfertur aliis actionibus perſonalibus ac-
quiſitis per propriam ſtipulationem,ita videtur præfe
renda in expreſſa hypotheca anteriori, quanuis acqui
103 ſita per creditores ex propria conuentione.†Sed iſta
argumentatio Iaſ.de perſonali ad hypothecã,non pro
cedit:quia d.l.aſsiduis.non introduxit priuilegium in
perſonalibus pro dote,vt præſupponit Iaſ.ſed decla-
rat illud fuiſſe per prius introductum.& ita erat,vt l.
2.§.fin.cum l.ſequent.ff.de priuileg.creditor.& in l.j.
C.de priuileg.dotis.Vnde dict.l.aſſiduis.in hoc nihil
de nouo introduxit contra regulas iuris:quia qui de-
clarat,nihil de nouo facit,vt per Felinum in capitul.
ſuper quæſtionem,in principio,de officio delegat.&
plenius in capitu.qualiter & quando.el primo,colũn.
14.de accuſation.Sed quo ad priuilegium prǽlationis,
reſpectu tacitæ hypothecæ d.l.aſſiduis.illud de nouo
induxit cõtra regulas iuris,vt d.l.potior.& d.l.qui bal
neũ.& ſic proceſſit in hoc correctoriè ad ius:ergo non
debet extendi ad expreſſam hypothecam:cum ergo ſit
diuerſa ratio inter priuilegium perſonalium,& priui-
legium hypothecæ,non valet argumentum de perſo-
nalibus ad hypothecas.l.fina.ff.de calumnia.cum vul
gar.
¶Secundum fundamentum Iaſ.eſt,quòd licet dict.l.aſ
ſiduis.non priuilegiet tacitam poſteriorem in præiu-
dicium anterioris expreſſæ,tamen quando mulier ha-
bet etiam expreſſam,videtur omnino pręferenda:quia
non videtur par ratio,ſed maior : ſed etiam iſtud non
obſtat,quia ſiue ſit par ratio,ſiue maior,non debet fie
ri extenſio ad correctionem iuris,per nota.in dict.au-
then.quas actiones.
¶Tertium fundamentum eſt,quòd in ambiguis iudi-
cãdum eſt pro dote.l.in ambiguis.ff.de iure dotis.ſed
ad iſtud etiam poteſt reſpõderi,quòd illud poſſet pro-
cedere,vbi non induceretur correctio iuris.nam cau-
ſa euitandi correctionem iuris,eſt magis attendenda
& fauorabilis,quàm cauſa dotis ſeu eius fauor.capitu
lo cum expediat de electio.lib.ſexto,& in dict.l.authẽ
tic.quas actiones.& facit,quia licet in exorbitantibus
fiat extenſio ratione piæ cauſæ,tamen in correctoriis
non fit,regulariter loquendo,vt per Bartol.in l.ſi con-
ſtante,in principio,in 9.quæſtion.ff.ſolut.matrimo.&
ibi per Alexan.
¶Quartum fundamentum Iaſonis eſt in l.tale pa-
ctum.§.fina.ff.de pactis.quòd ſcilicet ſi Imperator in
l.aſſiduis.fuiſſet interrogatus de hoc,idem ſtatuiſſet:
ſed etiam iſtud tollitur per reſpõſionem datam in præ
cedenti fundamento,videlicet quòd ſtante correctio
ne iuris,potius contrarium eſt præſumendum,cũ ſem-
per debeat fieri interpretatio,quòd ius commune mi-
nus corrigatur,quam fieri poſſet:vt l.2.& ibi not.C.de
noxali.& iſta eſt fortior præſumptio,quã fauor dotis,
vt probatur in dicta l.ſecunda,& præſumptio debet à-
daptari ad id quod iuſtum eſt,Bald.in l.generaliter.7.
quæ



quæſtione.C.de non nume. pecunia. Quintum fun-
damentum Iaſon.eſt quòd l. aſsiduis. hoc modo eſſet
quaſi eluſoria,cùm hodie de creditis fiant frequenter
inſtrumenta,& ideo raro vel nunquàm priuilegium
tacitæ hypothecæ poterit habere locum. Sed immo
quotidie contingunt multi caſus,in quibus tam mu-
lieres quàm creditores,habent tacitas hypothecas,vt
in titul.ff.in quibus cauſis pignus tacit. contrahat. &
C.eodem.& experientia probatur,quòd ſæpiſsimè in
iudiciis occurrunt huiuſmodi caſus: præter ea quãdo
etiam hodie eſſet verum illud quod dicit Iaſon, tamẽ
hoc non fuit in cõſideratione tempore conditæ l.aſsi
duis.& ideo argumentatio Iaſon.nõ procedit.¶Con
cluditur ergo in hoc articulo,quòd expreſſa hypothe
ca dotis poſterior,non præfertur anteriori expreſſæ.
ſed habet locum regula, Prior in tempore, potior in
iure &c.
¶Decimò quæritur, an priuilegium prælationis, de
quo in dict.l.aſsiduis.habeat locum in quaſi dote,ſeu
in dote priuata:puta,quando mulier contraxit matri-
104 monium illegitimum,tamen bona fide.†& gloſſa in
l.ſecũ.§.fina.ff.de priuileg.credito.diſputat : & firmat
quòd huic doti putatiuæ competat tale priuilegium
tacitæ hypothecæ cum prælatione, vt ibi latè gloſſ.
Idem tenet gloſſ.in l.aſsiduis. & Bartolus in l. ſi cùm
dotem.§. finali.ff. ſoluto matrimonio, reſtringendo
tamen hoc, quando ille qui dictum matrimonium
contraxit, erat liber:ſecus autem ſi eſſet ſeruus,vt ibi
per eum,idem tenet Salicetus in l.aſsiduis. in princi-
pio in ſexta quæſtione, dicens hanc eſſe communem
opinionem. ¶Sed in contrarium videtur eſſe opinio (Cõmu. opin.)
Bartol.in d.l.2.§.fina.vbi contra gloſſ. ibi dicit, quòd
ſponſa non habet tacitam hypothecam priuilegiatã,
& ita dicit notari in l.eos. C. qui potiores in pignor.
habean.& ita dicit tenere Dyn Iacob. de Aretio. Et
hanc ſecundam opinionem reputat veriorem in pun
cto iuris Bald.No.in 11.parte,in ſecunda parte, in ter-
tia colum.in verſic.ſecundò conueniunt dos putati-
ua,&c.vbi iſtam ſecundam partem comprobat duo-
bus fundamentis,vt ibi per eum. ¶Tamen quicquid
ibi ipſe dicat,non puto recedendum ab illa opinion.
prius relata, videlicet quòd doti putatiuæ competat
tacita hypotheca cum priuilegio prælationis: & non
obſtant not. per Barto.in d.l.2.§.fina.quia diuerſus eſt
articulus dotis putatiuæ ab articulo ſponſæ.Nam fa-
teor,quòd ſponſa de futuro, non habeat priuilegium
tacitæ hypothecæ,vt tenet Bartol.in.dict.l.2.§.fina.vt
etiam dixi ſuprà in quarta fallentia.nume.71. & ratio
eſt,quia iura dant hypothecam pro dote,vt dict. §. &
vt plenius:ſed ante matrimonium cõtractum per ver-
ba de præſenti,non eſt dos,vt l.fina.C.de donation.
105 ¶†In matrimonio autem putatiuo eſt ſecus : quia il-
lud,quando eſt contractum bona fide, habet omnia
priuilegia veri matrimonij,quo ad dotem.vt l. ſi cùm
dotem.§.final.& ibi not.ff.ſoluto matrimonio. Barto.
in l.ſi concubinam.ff.rerum amot.& in l.de iure.§.fin.
106 ad munic. ¶†Et prædicta intellige ex parte vxoris:
nam ex parte mariti,dos putatiua non habet priuile-
gium tacitæ hypothecæ,vt habetur per Alexã.in d.l.ſi
cùm dotem,§.fina.in princ.colum.poſt alios per eum
relatos: & ratio eſt,quia non eſt idem fauor in marito
putatiuo, qui eſt in vxore : quia ratio quare fauetur
vxori putatiuę in dote,eſt,vt deinceps poſsit facilius
nubere.d.l.2.§.fina.ff.de priuileg.creditor.& ita tenet
Alexan.in d.l.ſi cùm dotem.§.fina. quæ ratio ceſſat in
marito,&c.
107 ¶†Vndecimò quæritur,an dictum priuilegium taci-
tæ hypothecæ cum prælatione, de quo in l. aſsiduis,
poſsit per mulierem cedi,& trãſeat in ceſsionarium?
iſta quæſtio eſt valde dubia, & in ea doctores vario
modo loquuti ſunt : ita vt non poſsit rectè perpendi,
quæ ſit communis opinio.& hanc quæſtio. Alexan. in
l.poſt dotem.in vlti.colum.ff.ſoluto matrimon. dicit
eſſe difficilẽ & venenoſam:& in illa Dynus in l. ſi mi-
noris.ff.de admini.tuto.indiſtinctè tenuit, tale priui-
legium non tranſire in ceſsionarium : & motus fuit,
quia tale priuilegiũ non eſt tranſmiſsibile ad hęredes
extraneos,ſed ad ſolos deſcendentes eiuſdem matri-
monij.d.l.aſsiduis.§.exceptis. Cùm ergo non ſit trãſ-
miſsibile ad hæredes,non videtur ceſsibile per regu-
lam l.ex pluribus.ff.de admini.tuto. & cum opinione
Dyn.tenet Rayn.de For.in l.j.ff.ſoluto matrimo.¶Pe-
trus autem & Cyn.vt refert Bartol.in d.l.poſt dotem.
in ſexta quæſtione,diſtinguit, quòd aũt ceſsionarius
vult vti tali priuilegio, viuente muliere cedente, vel
eius filio,in quem etiam tranſit tale priuilegium, di-
cto §.exceptis: & tali caſu tale priuilegium competit
ceſsionario: aut ea mortua,& tunc ſecus.¶Sed Barto.
in d.l.poſt dotem in dicta quæſtio.6.fuit in noua opi-
nione, videlicet quòd aut ceſsio fit ex neceſsitate ex
vtraque parte:quia ſcilicet tam ille qui cedit cogitur:
quàm ille qui emit, cogitur emere:& tali caſu tranſit
hypotheca ceſſa cum priuilegio prælationis.& moue
tur Bartol.per text.in l.j.C.de priui.fiſc.& ſubdit hæc
verba,ſi neſcires exemplificare, venias ad me: & ibi
Alexand.in dicta 6.quæſt.declarat, quo modo Bartol.
voluerit inducere d.l.final.quia dicit,quòd voluit ex-
emplificare iuxta terminos l.final.C.ſi antiqui.credit.
vbi habetur,quòd creditor poſterior cõuentus hypo-
thecaria ab anteriori,cogitur aut ſoluere priori credi
tori,aut rem ei reſtituere:& antiquior creditor,tali ca
ſu,cogitur cedere iura poſteriori:& iſto caſu,ſecundũ
Bartolum tranſit hypotheca cum priuilegio prælatio
nis. ¶Subſequitur Bartol.Aut dicta ceſsio fit ex volũ
tate,& tunc aut ceſsionarius agit directa nomine ce-
dentis,& trãſit priuilegium in ceſsionarium:aut agit
vtili actione nomine ſuo & ad ſui vtilitatem, & tunc
non habet tale priuilegium:ita tenet ibi Bart. & idem
in effectu tenet Bar.in l.j.C.de priu.dot.
¶Imola in dicta l.poſt dotem.videtur tenere contra
Bart.ſcilicet,quòd ſiue ceſsio fiat ex cauſa voluntaria,
ſiue ex cauſa neceſſaria,tale priuilegium non tranſeat
in ceſsionarium:& fundat ſe Imol.per text. in dicta l.
ex pluribus.ff.de adminiſtratione tutorum.vbi ageba
tur de neceſſaria cauſa:quia ibi contutor ſoluerat pu-
pillo pro mala adminiſtratione,& ſic ex neceſſitate,&
pupillus tenebatur cedere eidem contra alium contu
torem etiam ex neceſsitate iuxta notata in l.j.§. nunc
tractemus.ff.de tuto.& ratio.diſtr.& in l.j.C.de tranſ-
act.& tamen in dicta l.ex pluribus deciditur, quòd di
ctum ius ceſſum,non tranſit in contutorem cum priui
legio prælationis,quod cõpetebat pupillo ex ſua per-
ſona ſpeciali fauore:mouetur etiam Imol.contra Bar-
tolum per text.in authen.vt exactio.inſtan.do.§.j.col-
latio.7.vbi dicit textus,quòd priuilegium prælationis
in hypotheca non competit creditoribus mulieris:&
tamen mulier dictis creditoribus tenebatur cedere,
cùm illis teneretur ſatisfacere:ſed ille textus parũ fa-
cit,quia Bartol.præſupponit neceſsitatem in ceſſione
ex vtraque parte.ſed in dicta authentica §.j.neceſſitas
non erat ex parte creditorum:quia non tenebatur re-
cipere ceſſionem contra debitores mulieris inuiti iux
ta l.2.§.j.ff.ſi certum petatur.& reſpondet Imol.ad di-
ctam l.fin.C.de priuileg.fiſci.in quo ſe fundat Bart.ꝙ
illa lex ſit ſpecialis in fiſco,qui nunquam †mouetur: & (†moritur)
ideo dictum priuilegium prælationis in fiſco, cẽſetur
eſſe perpetuum: cùm,vt dixi,fiſcus nũquam moriatur.
c.ſi gratioſè.de reſcrip.lib.6.Non mirum ergo,ſi illud
poteſt tranſire in quemcunque:ſecus autem ſit in pri-
uilegio prælationis in hypotheca competenti mulie-
ri:quia illud finitur cum perſona mulieris,& ideo non
poteſt transferri in cedentem.
¶Roma.etiam in dicta l.poſt dotem.tenet contra Bar.
per aliqua fundamenta,quæ referuntur ibi per Alexã.

& ſubdit ibi Alexan.non videre ſe quomodo poſsit in
hoc articulo defendi opinio Bartol. & reprobata qua
dam diſtinctione poſita ibi per Roma.tenet indiſtin-
ctè, quòd tale priuilegium tanquam perſonale, non
trāſeat in ceſsionarium,etiam ſi hoc agatur expreſsè:
& ita dicit tenere Cyn.in d.l.i.C.de priui. do.per tex.
& in d.auth.vt exact.inſtan.do.§.j.& dicit quòd Bald.
& Salic.in l.j.tangunt varias opini. in hoc articulo &
nullam eligere videntur: ſed ſe inuoluunt,vnde con-
cludendo contra opin.Barto.dicit, quòd tale priuile-
gium indiſtinctè non tranſit in ceſsionarium.& hanc
opinionem dicit etiam tenere Angel.& Imol. in l.j. ff.
ſoluto matrimonio.¶Angelus de Aretio in dict. §.fue
rat in 11.col.relata opinione Imolæ contra Bartolum,
de qua ſuprà,dicit,quòd dictum Bart.fortè eſt verius,
quādo imminet neceſsitas ceſsionis faciendæ ex vtro
que latere,vt in caſu l.fin. C.de priuil.fiſc. & reſpōdet
ad text.in d.auth.vt exactio.inſtan.do.§.j.ibi,aut cre-
ditoribus,quòd ille text.loquitur in creditotibus ma
riti,quibus mulier nō cogitur cedere ſua iura,ſed im-
mo,mulier debet eis præferri tanquam anterior. d.§.
fuerat.& imputandum eſt dictis creditoribus, quare
contraxerunt cum marito.¶Sed pro certo errat Aret.
quia ille tex.loquitur expreſsè in creditoribus mulie-
ris,non mariti,vt etiam ibi declarat gl.in ver.aut hæ-
redibus.& ideo ſua reſponſio nihil valet:ſed (vt ſuprà
dixi) ad illum text.poteſt reſponderi,quòd neceſsitas
recipiendę ceſsionis non erat ex parte creditorū:quia
non cogebātur multi recipere pro eorum credito ceſ
ſionem ab vxore contra hæredes mariti. dicta l. 2. §.j.
ff.ſi cert.peta.& ideo non obſtat text.ille diſtinctioni
Bart.¶Iſtam quæſt.etiam latè examinat Bald. Nou. in
tractatu dotis in 12.parte.9.col.in verſicu.4. quia dixi
ſuprà,& ibi recitatis opinionibus omnium, & multis
ingenioſè & ſubtiliter additis, tandem diſtinguit ar-
ticulum in duo membra. ¶Primum membrum eſt,
quod aut mulier cedit iura ſua, quæ habet ad dotem
contra virum aut eius hæredes ad ſui vtilitatem, ita
quòd commoditas ceſsionis veniat in totum in vtili-
tatem mulieris,ita quòd niſi priuilegium prælationis
tranſiret in ceſsionarinm, non eſſet vtiliter prouiſum
mulieri, & vt dictum priuilegium tranſeat etiam in
ceſsionarium:quia non poteſt negari quòd tūc dictū
priuilegium non deſeruiat vtilitati mulieris,in cuius
fauorem fuit introductum, vt dixit tex.in d.§.fuerat.
& in d.l.aſsiduis.& iſto caſu non eſt facienda differē-
tia,an in ceſsione fiat expreſſa mētio dicti priuilegij,
an non:quia etiā in ceſsione ſimpliciter facta per mu-
lierem,tranſit ſimplex hypotheca, de qua in d. §.& vt
plenius,vt habetur in l.emptori nominis.ff.de hæred.
vel action.vendi.& in l.ſi ſolutum. C.de act.& obliga.
& per conſequens tranſit etiam priuilegium prælatio
nis tanquam concernens hypothecam & ius ceſſum,
vt l.venditor nominis.ff.de hæred.vel action vend.
¶Et hoc etiam procedit,ſi talis ceſsio fieret poſt mor
tem mulieris per eius filios eiuſdē matrimonij: cùm
enim in eos trāſeat dictum priuilegium prælationis,
d.§.exceptis.ideo ſi fiat ceſsio per eos concernens eo-
rum vtilitatem,tranſibit etiam in ceſsionarium: quia
licet text.in d.§.fuerat.loquatur per taxatiuā, ibi cu-
ius ſolius prouidentia: tamen non excludit fauorem
filiorum,qui eodem priuilegio gaudent d. §.exceptis.
& faciunt quæ habentur in l.ob æs. C.de prædi.min.
vbi dictio taxatiua non excludit extenſionem,quæ fit
ad aliam legem & habetur per Barto. in l. ſi conſtante
in princ.in 9.quæſt.ff.ſolut.matri. ¶Nec etiam debet
fieri differentia,an intentetur directa vel vtilis: quia
talis differentia eſt potius verbalis, quam realis:quia
ſatis eſt quòd vtilis intentata tendat ad commodum
mulieris & filiorum. ¶Et de hoc primo membro di-
ſtinctionis ponit Bal.Nou.exēpla infrà ſcripta:primò,
†vendat ſi mulier poſt mortem viri †viduat hæreditatē mariti
implicitam multis debitis, & multi creditores habēt
hypothecam expreſſam & tacitam in bonis mariti,&
anteriorem quàm ſit hypotheca ipſius mulieris: mu-
lier ergo cedit iura ſua contra primum maritum vel
eius hæredes,ſecundo marito:iſto caſu,ſecundus ma-
ritus vtetur priuilegio prælationis cōtra alios credi-
tores, prætendentes tacitam hypothecam,licet ante-
riorem. Nam ſi hoc priuilegio vti non poſſet mulier,
remaneret fruſtrata ſuo dote: & ideo non eſt dicen-
dum,quòd iſto caſu non tranſeat priuilegium præla-
tionis in dictum ceſsionarium. ¶Secundò ponit a-
liud exemplum, quando alius pro muliere promiſit
dotem, & eam ſoluit dicto ſecundo viro animo repe-
tendi ab ipſa muliere, & ipſa mulier propter hoc de-
dit inſolutum dicto ſoluenti nomen hæredum primi
viri debitoris mulieris pro reſtitutione dotis: nam
etiam hoc caſu cenſeri debet ceſſum dictum nomen
debitori cum tacita hypotheca priuilegiata:vbi aliàs
ſi dictum priuileg.prælationis non tranſiret in ipſum
ceſsionarium,non poſſet fieri exactio dotis ab hære-
dibus primi viri propter creditores habētes tacitam
hypothecam anteriorem: & ſic ceſsionarius haberet
regreſſum contra ipſam mulierem, quæ ſe potiorem
in nomine ceſſo nō præſtitit.& etiam,quia dictus ceſ-
ſionarius,qui ſoluit pro dicta muliere,non fuiſſet ita
promptus in ſoluendo pro ea, ſi dubitaſſet mulierem
non poſſe transferre dictum priuilegium prælationis
in eum:& ſic talis ceſsio tota pertinet ad commodum
ipſius mulieris. ¶Secundum membrum dictæ diſtin-
ctionis eſt, quòd ſi dicta ceſsio fit principaliter in fa-
uorem & commodum ceſsionarij, vel alterius quàm
mulieris,aut eius filiorum,tunc dictum priuilegium
prælationis nō tranſeat in ceſsionarium,etiam ſi dicta
ceſsio fieret expreſſe de dicto priuilegio, ex quo illud
ſoli mulieri,& eius filiis, & eorū vtilitati eſt inductū.
vt d.§.fuerat:& talis diſtinctio aliàs fieri ſolet in ſimi-
li.arg.videlicet,an ceſsio fiat ad commodum cedētis,
an verò ad commodum ceſsionarij,vt per Bar.& alios
in l.facta.§.ſi hæres.ff.ad Trebellianum. & in l.fina.ff.
de tranſaction.¶Et iſtud ſecundum membrum exem-
plificat etiam Bald.Nou.pluribus modis.Primò,ſi mu
lier ex cauſa donationis cederet alteri ius ſuæ dotis
repetendæ ab hæredibus mariti.Secundò, quādo ipſa
cederet ex cauſa onéroſa:puta,quia eſſet cōdemnata
pro aliquo debito,& bona ipſius mulieris mobilia &
immobilia non poſſent obtineri ſine controuerſia: &
propterea creditor illius feciſſet ſibi adiudicari ex ſe-
cundo decreto nomen debitoris dotis dictę mulieris,
iuxta l.à diuo Pio.§.fina.ff.de re iudica.certè in talem
ceſsionarium dicti nominis dotalis, non tranſiret di-
ctum priuilegium prelationis,cùm talis ceſsio tendat
in fauorem creditoris,non mulieris.ita videtur text.
in dicta authen.vt exactio.do.inſtan.in princi.Tertiò
exemplificat iſtud ſecūdum membrum ipſe Bal. Nou.
quando mulier pro reſtitutione ſuæ dotis ageret hy-
pothecaria contra bona mariti,& poſſeſſor vel ſecun-
dus creditor offerret mulieri ſolutionem dotis,& vel
let impetrare ceſsionem à muliere, iuxta notata in l.
mulier.ff.qui potiores in pignor.habeant.& l.Paulus,
§.j.ff.quibus modis pig.vel hypo.ſol.& l.ſi res obliga-
ta.ff.de legatis j.& l.3.& l.cùm ſecundus.ff.de diſtract.
pign.Certè enim tali caſu non tranſiret in dictum ceſ
ſionarium tale priuilegium prælationis. contra alios
creditores,cùm tunc iſtud non reſultaret ad commo-
dum mulieris,ſed ad vtilitatem dicti ceſsionarij:quod
nota,quia eſt valde contingibile,maximè Florētię,vbi
frequenter impetrantur ceſsiones iurium dotalium à
mulieribus per ſecundos creditores, vel tertios poſ-
ſeſſores bonorum mariti, quia tales ceſsionarij non
haberent ius prælationis in tacita hypotheca, nec in
expreſſa contra alios habentes tacitam anteriorem: &
reſpondet Baldus Nouel.ad textum in dicta l.final.C.
de



de priuileg.fiſc.in quo Bartol.& ſequaces ſe fundant,
quòd ille text.non loquitur de priuilegio prælationis.
quod habet fiſcus:ſed de ſimplici hypotheca,quā ha-
bet fiſcus iuxta l.ſecundam.C.in quibus cau.pig.taci.
contraha.& licet in d.l.fin.dicatur,quòd ceſsionarius
fiſci debet eſſe potior aliis creditoribus,quibus fiſcus
ſolet præferri,tamen debet intelligi reſpectu anterio-
ris hypothecæ,& non ſpecialis priuilegij prælationis:
ſed iſta intelligentia nimis reſtringit,& deſtruit illum
tex.in d.l.fin.quæ indiſtinctè vult,quòd ceſsionarius
fiſci poſsit vti prælatiōe,prout vti poteſt fiſcus.& pro
pterea ad illum text.aliter eſt reſpondendum,& prout
retuli ſuprà,reſponderi per Imol.videlicet quòd ſpe-
ciale ſit in fiſco qui non moritur,vt in eius ceſsiona-
rium tranſeat hypotheca cum priuilegio prælationis.
& iſta diſtinctio Bald.no.tanquam rationabilis,& re-
ducens ad concordiam opi.doct.mihi ſatis placet.
¶Duodecimò quæritur,quis præferatur in hypotheca
108 tacita vel expreſſa,an mulier,an vero fiſcus? †& dicen
dum eſt,quòd reſpectu hypothecæ,mulier & fiſcus pa
ri paſſu ambulant,& vnus non præfertur alteri:ita te-
net Bar.in l.j.ff.ſol.matri.in 2.& 3.vtilitate publica per
text.in l.2.C.de priuileg.fiſc.& cum Bar.tranſeunt ibi
alij doct.& eſt gloſſ.not.in l.dotis.C.de iure do.vbi gl.
dicit,quòd fiſcus & mulier paribus paſsibus ambulāt:
& qui prior illorum eſt in tempore,potior eſt in iure.
Probatur etiam per text.& ibi gloſſ.in l.aſsiduis.vbi
habetur quòd mulier non vtitur dicto priuilegio præ-
lationis,de quo ibi contra fiſcum,& facit text.in l.j.C.
de iure fiſc.libr.11.vbi fiſcus eſt priuilegiatus, cæteris
paribus circa prioritatem hypothecæ:facit etiam tex.
& ibi not.Bart.in l.ſi is qui.ff.de iur.fiſc.vbi fiſcus in-
quiſitus poſt ſuam hypothecam præfertur omnibus a-
liis creditoribus,etiam anterioribus:& iſtam opinio.
ſcilicet quòd fiſcus:&mulier in dote paribus paſsibus
ambulant,tenet Pau.de Caſtr.in conſi.394.quanquam
multa copioſè in 2.column.¶Et iſta concluſio clarè
procedit,quādo conſtat de prioritate hypothecæ taci
tæ vel expreſſę inter fiſcum & mulierem dotatam:quia
tunc ille præfertur,qui eſt prior in tempore per ſupra
dicta.¶Sed difficultas eſt in dubio,quando ſcilicet nō
conſtat de prioritate temporis:puta quando apparent
eodem die duo inſtrumenta confecta, vnum ſcilicet
pro fiſco,& alterum pro dote mulieris:& non conſtat
de prioritate alicuius dictorum inſtrumentorum,ne-
que per ordinem naturæ neque per horæ appoſitionē:
quia tunc eſſet præferendum anterius in tempore,vt
declarat Soci.in l.j.in 2.col.ff.ſol.matr. & dictum fuit
ſuprà proxime.¶Dubitatur ergo in caſu dubio,quis ve
niat præferendus,an mulier,an fiſcus:& Bald.in dicta
l.dotis.C.de iure dot.tenet quòd iſto caſu mulier ſit
præferenda fiſco,allegat.l. non puto.ff.de iure fiſc.&
hanc opinionem tenet etiam Nicolaus de Neapo.in
d.l.j.ff.ſolut.mat.vt ibi refert Alexan.in j.colum.dicēs
ſe ſemper fuiſſe dubium de hac deciſione Nicolai de
Neap.& latè inſiſtit circa intellectum d.l.non puto.&
nihil determinat:tamen dictam opin.Nic.de Neapo.
ſequitur Soc.in dict.l.j.2.column.in verſi.4.& vlt.limi.
& illam cōfirmat optimo fundamēto, videlicet quòd
quando duæ perſonæ priuilegiatæ contendunt adin-
uicem,tunc præfertur magis priuilegiata:vt vult Cy.
& ſequuntur alij in authent.quas actiones.C.de ſacro
109 ſan.eccl.argumē.l.verum.in fin.ff.de minor.†ſed mu
lier eſt magis priuilegiata quā fiſcus:quia mulier præ
fertur habētibus priorem tacitam.dict.l.aſsiduis. qui
bus tamen non præfertur fiſcus.l.j.C.rem alie.geren.
¶Et ex hoc infert Socin.quòd quando mulier conten
dit cum fiſco pro dote,non habet locum d.l.j.C.de iu
re fiſci.& idē eſt dicendum ſecūdum eum in terminis.
dict.l.ſi is qui.ff.de iure fiſc.Eandem opinionem,quòd
in dubio mulier pro dote ſit præferenda fiſco,tenet Ia
ſo.in d.l.j.ff.ſolu.matr.in 11.col.ſequēdo Nic.de Neap.
& Bal.eandem opinionem tenet Bald.in tract.do.in 9.
parte,in primo priuileg.ſub dubio tamen,quia dicit
quòd dictum Bald.in d.l.dotis.non videtur vſquequa-
que verum,cum concurrant duo priuilegiati,qui am-
bulant pari paſſu,vt dicit gloſſ.in d.l.dotis.& aliquan
do etiam fauor fiſci præfertur fauori dotis,vt habe-
tur in l.ſatis notum.C.in quib.cauſ.pig.taci.cōtraha.
Ego tamen omnino tenendam puto concluſionem Ni
co.de Neap.& Baldi,quòd in dubio mulier pro dote
ſit præferenda fiſco.per l.in ambiguis.ff.de iure dot.
¶Et nō obſtat quod vterque eorum ſit priuilegiatus,
quia videtur magis priuilegiata mulier pro dote d.l.
aſsiduis.& not.Socin.in d.l.j.& dixi ſuprà .Nec obſtat
d.l.ſatis notum.quia ibi eſt caſus ſpecialiſsimus fauo-
re primipili,vt ibi declarat Baldus.ideo non eſt trahē
dus in conſequentiam.l.ius ſingulare.ff.de legi.& iſta
eſt etiam communis opin.quia illam tenet Bald.Nico.
de Neap.Socin.Iaſ.& ſequaces.¶Sed pro declaratio-
ne prædictorum inquantum dictum fuit,quòd dubie- commu.
tas poteſt inſurgere ex eo,ꝙ ambo inſtrumenta,vide- opin.
licet fiſci & mulieris,ſint confecta eodem die, eſt ad-
uertendum,quòd etiam quādo duo inſtrumenta ſunt
confecta eodem die,tamen ex aliquibus poteſt cōſta-
re de prioritate:& primò ex ordine naturæ,quia ſcili-
cet in vno eſſet habitus,& in alio priuatio: ſecundò,
quando vnum eſſet publicum,& aliud priuatum, iu-
xta l.ſcripturas.C.qui potior.in pigno.habean.tertiò,
quando in vno eſſet hora,vt pulchre per Soc.de omni
bus iſtis in l.j.ff.ſolu.matri.quartò,quando dicta duo
inſtrumenta confecta eodem die, eſſent confecta ab
eodem notario. nam tunc ex ordine ſcripturæ & pro-
tocolli, prius ſcriptum, cenſetur prius & anterius in
tempore,argum.l.ſi quis ex argentariis.§.ſi initium.ff.
de eden.& l.quoties.ff.de vſufruct.ita tenet Bal.no.in
110 9.parte.in 2.priuileg.†Et iſta concluſio comprobatur
ex eo quod voluit Angel.in authen.de hæred.& Falci.
§.etenim.vbi voluit,quòd ſi in eodem inſtrumēto bo-
na ſunt obligata primò Titio,deinde Seio:quòd hypo
theca Seij cenſenda eſt poſterior propter ordinē ſcri-
pturæ.quia vt inquit Bal.in l.aduerſus.C.de fur.prior
eſt tempore,qui prior eſt in ordine ſcripturę.& faciūt
notata per Felin.circa ordinem ſcripturæ in c.cùm di
lecta.6.colum.de reſcrip.per Iaſ.in l.2.§. prius.colum.
3.ff.de vulga.& pupilla.per Soci.in conſi.9.proſequen-
do ordinem 5.col.j.volu.
111 ¶†Decimotertiò quæritur,an iſtud priuilegiū de quo
dictum eſt in proxima præcedenti quæſtione, videli-
cet quòd mulier pro dote,in caſu dubio præferri de-
beat,non ſolùm priuatis,ſed etiam fiſco,detur ſoli mu
lieri? an vero tranſeat ad quemcunque etiam extra-
neum,ad quem tranſit actio dotis?& Bartol.in d.l.j.ff.
ſolu.matr.tenet,quòd tale priuilegium non ſolùm de-
tur mulieri,ſed etiam quòd tranſeat ad quemcunque
extraneum,ad quem tranſit actio dotis: & quòd non
ſolùm competat ex parte mulieris, ſed etiam ex parte
viri.Et ratio eſt ſecundum eum, quia huiuſmodi pri-
uilegium datur ipſi doti,non autem ipſi mulieri, per
d.l.in ambiguis.ff.de dot.ideo debet tranſire ad quem
cunq; tranſit ipſa dos.ita firmat Bald.in d.l.j.in 2.col.
in princ.ſuper 2.glo.¶Sed Socin.ibi in 3.col.in 3.nota-
bili dicit,ꝙ licet iſta opino Bart.ab omnibus approbe-
tur,tamen ſemper ſibi dubia viſa fuit. & contra Barto
lum adducit quatuor argumenta, ſed vltimo loco re-
linquit cogitandum.Iaſ.autem in d.l.j.in 3.col.in verſ.
3.adde inquantum Bartolus dicit,quòd licet omnes te-
neant cum Bart.tamen quòd diſputando poteſt teneri
contrarium,& ibi adducit quatuor argumenta cōtra
opin.Barto.ſubdens tamen,quòd ad omnia argumen-
ta facta contra Barto.poteſt reſponderi,quòd licet pri
uilegium prælationis,quod habet mulier de iure ſpe-
ciali,per l.aſsiduis.non tranſeat ad extraneos (vt ſupra
dictum eſt) illud eſt, quia dictum priuilegium eſt ni-

mis exorbitans à iure communi, ſcilicet ꝗ mulier in
dote poſterior in tempore, ex tacita hypotheca præfe
ratur aliis creditoribus, quos certè ſcimus eſſe ante-
riores in tacita. & ideo non tranſit ad extraneos : ſed
iſtud priuilegiũ prælationis in caſu dubio, nõ eſt adeo
exorbitans. nam in veritate poſſet inſtrumẽtum dotis
eſſe anterius. Nimirũ ergo iſtud priuilegium tãquam
minus exorbitans, poteſt tranſire ad extraneos, & ita
reſidet Iaſ. iſtam opinionem Bartoli etiam tenet Bald.
not. in tractatu dotis, in 9. parte. in 2. priuileg. vbi etiã
reſpondet ad argumenta quę fiunt contra Bart. & eius
reſponſio eſt in effectu eadem cum reſponſione data
per Iaſo. ſuprà relata: & ideo concludo: non eſſe rece-
112 dendum ab opinione Bartoli, & communi. ¶ † Vltimò
Commũ. opin. dubitatur an priuilegia dotis, de quib⁹ ſuprà eſt facta
mentio, cõpetant ꝓ dote etiam ſoluto matrimonio,
& breuiter dicendũ eſt, ꝗ competãt etiam ſoluto ma
trimonio ante dotis reſtitutionem ſed reſtituta dote,
non. vt latè per Iaſ. poſt alios in rubric. ff. ſolut. matri.
in 2. & 3. col. vbi diffusè diſputat, an dos propriè dica-
tur ſoluto matrimonio. & habetur etiam per Soci. in
conſil. 177. viſa facti. in 3. col. j. volu. Et iſta pro nũc ſuf-
ficiant circa materiam tacitæ hypothecæ, introductę
in fauorẽ dotis: quædam alia dicẽtur infra in materia
proprietatis: & per hæc ſit expeditus quartus caſus, in
quo de iure introducta eſt tacita hypotheca.

113 ¶ † Quintus caſus in quo inducitur tacita hypotheca
eſt in fiſco ꝑ l. 2. & 3. C. de pri. fiſc. & ideo infertur ꝗ ſi
quis emat aliquam rem à fiſco, eſſent illius bona pro
precio tacitè obligata fiſco, per dict. l. 2. Intellige tu,
& declara, quando emptor eſſet maior: ſed ſi emptor
eſſet pupillus, eſſet obligata fiſco ſola res empta, non
autem illa bona pupilli pro precio dictæ emptionis.
iſte eſt text. in l. 2. in verſic. quod ſi à fiſco, iuncta gl. ibi
in verſic. emerit. ff. de reb. eo. & ita intelligit & decla-
rat Iaſ. in repe. l. ſi conſtante. in 2. quæſt. 3. partis princ.
in 11. chart. num. 67. verſi. 2. diligenter cõſidera. ¶ Item
dictam tacitam hypothecã habet fiſcus priuilegiatã:
quia licet alius priuatus habeat generalẽ vel ſpecialẽ
hypothecam anteriorem, tamen fiſcus ex ſpeciali pri-
uilegio præferatur anteriori creditori in bonis quæſi
tis per debitorem poſt obligationem cõtractam cum
fiſco, vt eſt text. & ibi not. Barto. in l. ſi is qui. ff. de iure
114 fiſci. ¶ Item intellige ꝓdicta in fiſco propriè ſumpto,
& propterea videbatur dicendum, ꝗ prædicta proce
derẽt ſolùm in republica Romanorum : quia ſola illa
dicitur habere fiſcum, nõ autem aliæ ciuitates: ita ha
betur in l. properandum, in principio. & ibi Baldus. C.
de iudiciis. & Bartolus in l. j. C. de bonis vacãtibus. li-
bro decimo. & in d. l. ſi is qui. circa medium. Tamen
idem etiam eſt dicẽdum in omnibus aliis ciuitatibus
& populis, nõ recognoſcentibus ſuperiorem, & etiam
in populis vel principibus recognoſcentibus ſuperio
rem: tamen ex priuilegio vel cõceſsione ſuperioris ha
bentibus merum & mixtũ imperiũ, & iura regalia &
fiſcalia: tũc enim tales ciuitates & populi habẽt fiſcũ,
vt not. Bart. in l. 2. in prin. ff. de iure fiſci. & in l. nõ tan-
tum. §. ait ſenatus. ff. de petition. hæred. & ibi ꝑ Alex.
& habetur per Bald. latè in l. j. ad finem. C. de hære. vel
115 action. vendi. ¶ † Et prędicta militant in contractibus
& aliis propriis iuribus fiſci: ſed dubitatur, quid dicẽ
dũ ſit de pœnis pecuniariis ex aliquo delicto fiſco ap
plicandis, an pro illis bona delinquentium ſint tacitè
obligata fiſco: & in hoc glo. & doctor. variauerunt, vt
habetur in l. aufertur. §. fiſcus. ff. de iure fiſc. & in l. j.
C. de pe. fiſ. debi. præfer. libr. 10. ¶ Tamen in iſta mate-
ria Guil. de Cun. latius poſt alios in l. reſcriptum. in
princ. ff. de pac. vt ibi refert Bal. diſtinguit, ꝗ quãdo ex
delicto ſequitur bonorum confiſcatio, fiſcus nullã ha
bet hypothecam, nec ante, nec poſt condemnatinem:
nam ante cõdemnationem fiſcus nullum habet ius in
bonis delinquentis. l. eius qui delatorẽ. ff. de iure fiſc.
poſt cõdemnationem autem & publicationem, fiſcus
eſt effectus dominus bonorum confiſcatorum, vt l. cõ
miſſa. ff. de publica. & propterea iam res ſua ſibi obli-
gata eſſe non poteſt. l. neque pignus. ff. de regu. iur. Sed
quando ex delicto non ſequitur cõfiſcatio bonorum,
ſed aliqua pœna pecuniaria, & tunc ſi ſumus ante con
demnationem, fiſcus nullam habet hypothecam: quia
nõdum dicitur creditor. l. ſi qua pœna. & l. aliud. §. in-
ter multa. ff. de verbor. ſignifi. Si autem ſumus poſt cõ
demnationem, & tunc quatenus eſt reſpectu aliorum
creditorum. & in eorum præiudiciũ, etiam fiſcus non
habet hypothecam. l. ꝗ placuit. ff. de iure fiſc. niſi fortè
eſſent creditores eiuſdem tituli, puta ex delicto : quia
tũc cæteris paribus fiſcus deberet præferri. Quatenus
autem eſt reſpectu delinquentis, vel aliorũ poſsiden-
tium ſine titulo, fiſcus dicitur habere tacitam hypo-
thecam ex die ſententiæ, quæ non porrigitur ad bona
ante ſententiã alienata, vt l. poſt contractum ff. de do-
na. & prædicta procedunt tam in pœnis, quæ imponũ
tur ex diſpoſitione iuris cõmunis, quàm ex diſpoſitio-
ne ſtatutorum: ita volunt Guid. & Bal. in d. l. reſcriptũ.
in prin. dicentes iſta eſſe bene tenenda menti. ¶ Iſtam
quæſtionem latè examinat Alexand. in d. l. reſcriptum.
in prin. in glo. in ver. hypothecas. & in effectu. licet & Cõmu. opin.
per alia verba, tamen idem concludit quod Guido &
Bal. dicit enim ꝗ communis opinio eſt, ꝗ ante inchoa
tum iudi. criminale, fiſcus nullã habeat hypothecã in
bonis delinquentis, & ſimiliter poſt iudiciũ inchoatũ
ante ſententiam: quia ante ſententiam nullum ius ha-
bet. l. ex iudiciorum. ff. de accuſatio. ſed poſt ſententiã
ſic: quaſi per illam quaſi contrahitur. l. 3. §. idẽ ſcribit.
ff. de pecu. & quod pro contractu, & pari ratione pro
quaſi cõtractu, fiſcus habet hypothecam. d. l. aufertur.
§. fiſcus. ff. de iure fiſci. & hanc opinionem dicit Alexã
der eſſe veriorem, quicquid in contrarium voluerint
ibi Ang. Fulg. & Paul. de Caſt. qui voluerunt talem hy
pothecam incipere à litis conteſtatione, per quã quaſi
contrahitur, vt not. gloſ. in l. 2. § fin. ff. de præto. ſtipula
116 tione. † quia ſecundum Alexan. iſta ratio non conclu-
dit. nã quaſi contractus qui inducitur per litis conte-
ſtationem, operatur ꝗ quis ſit adſtrictus inſtantiæ, nõ
pœnæ, in qua quis poſtea venit condẽnandus per ſen-
tentiam, vt declarat Bar. in d. §. idem ſcribit. Tenet e-
tiam Alex. ibi, ꝗ talis tacita hypotheca, competens fi-
ſco, non præiudicet aliis creditoribus ex alia cauſa,
quàm ex delicto prout tenet Gui. & Bal. ſed ꝗ talis hy-
potheca ſolùm operetur contra delinquentes, vel ter-
tios poſſeſſores poſsidentes ſine titulo & in cæteris.
Idem tenet quod Guid. & Baldus. ¶ Subdit tamen vnũ
Alexan. poſt Bald. ibi in lectura antiqua, quod reputat
valde notabile, videlicet, quòd quando fiſcus proſe-
queretur rem familiarem, puta quia ageret ex damno
dato in fundo fiſcali, quòd tunc incontinenti haberet
bona dicti damnũ dantis obligata: tunc enim non cen
ſetur propriè proſequi pœnam: aliàs, ſecundum eum,
melioris eſſet conditionis delinquens in damnũ fiſci,
quàm contrahens cum eo: quod non eſt dicendum, ſe-
cundum eum: & ita etiam ſequitur ibi Iaſon.

117 ¶ † Sed contingit dubitari, quãdo concurrit fiſcus &
priuatus, & nõ conſtat de prioritate iuriũ: ſed ſumus
in caſu dubio, quis debeat præferri in hac dubitatiõe.
Alex. in l. j. ff. ſol. mat. in j. col. procedit in cõfuſo in cau
ſa dotis, & alterius priuati cum fiſco, & multa diſputat
ſuꝑ intellectu l. nõ puto. ff. de iur. fiſ. tamẽ nihil deter-
minat. Sed quicquid ſit circa prælationẽ in caſu dubio
inter mulierem prætendentẽ cauſam dotis & fiſcũ, de
qua ſuprà diximus in 4. caſu in 12. q. nu. 108. vſq; ad 112.
quando concurrit ſimplex priuatus & fiſcus. Soc. in d.
l. j. in j. col. diſputando etiã de intellectu d. l. non puto.
firmat ꝗ fiſc⁹ præferri debeat priuato, etiã ꝗ priuatus
prætenderet cauſam oneroſam: & mouetur, quia ſicut
cauſa dotis in dubio præfertur priuato, vt tenetur cõ-
muniter



muniter in dicta l. prim. & dictum fuit ſuprà, ita debet
præferri cauſa fiſci. Nam etiam fiſcus habet multa pri-
uilegia, de quibus per Bald. in l. j. C. de hære. vel actiõ.
vendi. & fiſcus & dos ambulant pari paſſu, ſecundum
gloſſ. in l. 2. C. de priuileg. fiſci. & tacita hypotheca do
tis non præfertur tacitæ hypothecæ fiſci, vt habetur
in dicta l. ſecunda, & fiſcus in bonis quæſitis poſt ſuã
obligationem præfertur priuato habenti anteriorem
hypothecam, vt habetur in dicta l. ſi is qui. ff. de iure
fiſci. ſicut ergo in his præfertur, in quibus priuatus eſt
potior, ſimiliter debet præferri quando ſumus in du-
bio. ¶ Iaſon autem in dict. l. j. ff. ſolu. matrim. in 9. colũ.
dicit, quòd dict. l. non puto. procedit, quãdo fiſcus præ
tendit cauſam lucratiuam: puta, quia venit contra in-
dignum, vel petit pœnam ex cauſa delicti, tunc enim
priuatus præfertur fiſco. Sed quando fiſcus prætendit
cauſam iuris proprij, vel agit ex aliquo contractu, tũc
ſecundum eum, fauendum eſt potius fiſco, quam pri-
uato. allegat l. vnic. §. fina. & ibi Iacob. de Beluiſ. C. de
cadu. tollend. & non obſtat, quòd Alexand. in dict. l. j.
dicat, quòd iſte intellectus ſit diuinatiuus: quia reſpõ
det ipſe, quòd in hoc nulla eſt diuinatio, ſed eſt pro-
pria natura illius l. nõ puto. cõſiderato titulo, ſub quo
ſita eſt. argument. l. Imperator. ff. de in diem adiection.
& iſtum intellectum ad dict. l. non puto. dedit Rapha.
Cuma. & ibi eam refert & ſequitur Angel. de Aret. in
l. ſciendum. in princip. ff. de appellation. recipiend. &
inſtitut. quib. mod. teſtament. infir. §. fin. ad fin. & iſtud
corroborat Iaſon in dict. l. j. & dicit hanc eſſe veritatẽ
à nemine declaratam in hoc articulo. Bald. not. in tra-
ctatu dotis, in nona parte, in primo priuilegio, latè di
ſputat & refert opinionem tenẽtium pro vtraque par-
te, & tandem concludit, quòd quando contenditur in
ter fiſcum & priuatum, quod in dubio quando nõ con
ſtat de prioritate, præferatur fiſcus priuato. ſiue ſimus
in cauſa lucratiua, ſiue in cauſa oneroſa. & ad dictam
l. non puto. reſpondet, quòd illa procedat, quando eſt
aliqua dubietas ſuper aliquo articulo iuris tunc enim
fiſcus admittit, quòd interpretatio fiat contra ipſum,
maximè in pœnalibus: & ita ſecundum eum intellexit
ibi. gloſſ. in vltima opinione, quæ ſemper videtur con-
ſentanea, vt vult gloſſ. in l. qui filium. §. Sabinus. ff. ad
Cõm. opin. 118 Trebell. ¶ † Ego puto, quòd magis vera & communis
opin. ſit illa, quam firmat Iaſ. videlicet, quòd quando
ſumus in cauſa oneroſa, in dubio præferri debeat fi-
ſcus priuato: quando autem ſumus in cauſa lucratiua,
præferri debeat in dubio priuatus fiſco. hanc enim o-
pinionem tenet Iacob. de Belui. l. prima, in fin. C. de ca
du. tollen. & Rapha. Cuma. Ange. de Aret. & Iaſ. ſuprà
relati. & ſic, quòd dict. l. non puto. loquatur in cauſa lu
cratiua, alia autem iura quæ allegãtur in contrarium,
loquuntur in cauſa oneroſa. & quòd dicta opin. proce
dat, ſiue dubium verſetur in articulo iuris, ſiue in arti-
culo facti: quia cùm leges loquantur indiſtinctè, indi-
ſtinctè debent intelligi. l. de precio. ff. de public. Nec
poteſt reddi ratio concludens diuerſitatis inter articu
lum iuris, & inter articulum facti, & tanto magis pla-
cet iſta opin. quia per eam reducuntur opinio. Docto-
rum ad concordiam. Nam opinio Dyn. Barto. & ſequa
cium, in dicta l. non puto. qui tenent, quòd in dubio
priuatus præferatur fiſco, debet intelligi in cauſa lu-
cratiua: opinio autem illorum, qui tenent contra Dyn.
& ſequaces, quos refert Alexand. in dict. l. prima, vide-
licet, quòd fiſcus præferatur priuato, debet intelligi in
oneroſis, & ita tenendum eſt meo iudicio.

119 ¶ † Sextus caſus, in quo inducitur de iure tacita hypo
theca, eſt in adminiſtratoribus ciuitatum: quia ſcilicet
eorum bona pro dicta adminiſtratione ſunt tacitè hy
pothecata ciuitatibus, quarum geſta eſt adminiſtratio
quod eſt not. quia licet aliàs ciuitas, quæ non habet fi-
ſcũ, non habeat priuilegium tacitæ hypothecæ, vt l. ſi-
mile. & ibi gl. ff. ad Municipa. & no. glo. & Doct. in l. 2.
C. in quib. cauſ. pign. tacit. contraha. & Roma. in cõſi.
408. præſens conſultatio. & firmat Alex. poſt Iacob. de
Aret. l. j. §. ſi hæres. ad fin. ff. ad Trebell. tamen bona ad-
miniſtratorum bene ſunt obligata, (vt dixi) & ita fir-
mat ibi Alexand. poſt gloſſ. ibi in ver. ſequitur per tex.
in l. fi. C. quo quis ordi. conue. libro 11. quem ita debe-
re intelligi tradit Alexan. in d. §. ſi hæres.

120 ¶ † Septimus caſus, in quo inducta eſt tacita hypothe
ca, eſt in bonis prælati Eccleſiæ, pro mala adminiſtra-
tione bonorum Eccleſiæ, ſicut ſunt tacitè obligata bo
na tutoris pro mala adminiſtratione. l. pro officio. C.
de adminiſtratione tutorum. & dixi latè ſuprà in pri-
mo caſu, num. 6. iſta eſt gloſſ. not. in ca. ex literis. de pi-
gnor. quam ibi ſequitur Abbas, & illam pro ſingulari
allegat idem Abbas in c. Epiſcopus. de præbend.

121 ¶ † Et pro hoc etiam facit: quia prælatus in multis æ-
quiparatur tutori: vt per Abba. in ca. cùm deputati. de
iudic. & ibi latè Felin. in colum. penult. in verſi. quan-
do prælatus æquiparetur tutori. & iſto caſu Eccleſia
habet priuilegium tacitæ hypothecæ, ſed non in aliis.
quia Eccleſia æquiparatur ciuitati, & nõ fiſco: ſicut ci
uitas non habet tacitam hypothecam, ita nec Eccle-
ſia, niſi in caſu præmiſſo, vt per Bal. in l. fin. in 4. colum.
in ver. quęro hic, an ciuitas, C. de ſacroſanct. eccleſi. &
per Bald. poſt gloſſ. in l. 2. C. in quibus cauſis pig. tacitè
contraha. & per Cyn. & Bal in l. dotis. C. de iur. dot. &
per Alexã. in l. ſi filio. §. fin. in 3. colum. in verſicu. adde,
quòd iſtud dictum. ff. ſolut. matrimo. & per eundem in
conſilio 104. plura ſuper his. 6. volumi. ad finem.

122 ¶ † Et idem eſt etiam in camera Epiſcopali: quia ſ. illa
non habet priuilegium tacitæ hypothecę: vnde ſi quis
contrahat cum Epiſcopo, bona illius non ſunt tacitè
hypothecata Epiſcopo, nec Epiſcopatui : quia de hoc
nulla lege cauetur. ita tenet Bald. in rub. C. de priuile.
fiſc. in fin. & Alex. in d. conſi. 104. in fin.

123 ¶ † Octauus caſus, in quo inducta eſt tacita hypothe-
ca, eſt in bonis orphanotrophi, ſeu hoſpitalarij: vt ſci-
licet eorum bona ſint tacitè obligata pro mala admi-
niſtratione: quia ſcilicet etiam ipſi æquiparantur tuto
ribus, vt l. orphanotrophos. C. de epiſ. & cleri. & ita te
net Bald. in l. ſi quis presbyter. in prin. eod. titu.

124 ¶ † Nonus caſus, in quo inducitur tacita hypotheca,
eſt in bonis delinquentis, puta furis pro reſtitu. rerum
ablatarum: quia dicta bona etiam contra hæredes de-
linquentis vel quemcunque alium, poſſunt à damnifi-
cato vigore tacitæ hypothecæ peti, & hoc ſaltem ex
æquitate iuris canonici. ita tenet Bald. in l. furti. C. de
fur. argu. c. parochiano. de ſepul. & ibi plenius cõpro
bat Salic. dicens, bona delinquentis eſſe tacitè obliga-
ta pro male ablatis, & hoc pro liberatione animæ di-
cti delinquentis. per tex. in d. c. parochiano. & per l. ſan
cimus. C. de ſacroſan. eccl. vbi anima præfertur cũctis
rebus: & quia anima defũcti aliter ſtaret in captiuitate
cũ nõ remittatur peccatum, niſi reſtituatur ablatũ: vt
in regula, peccatum. lib. 6. ¶ Quę no. quia de iure ciui-
li non reperitur, quòd bona furis vel alteri⁹ delinquẽ-
tis, ſint tacitè obligata pro male ablatis: ſed contra fu-
rem vel eius hæredem, datur conditio furtiua, quæ eſt
rei perſequutoria. l. ſi pro fure. §. j. ff. de condition. furt.
& hoc, etiam ſi res furtiua non extaret: quia datur ad
ęſtimationem illius: vt l. in re furtiua. in prin. eod. titu.
text. gloſſ. & Ang. de Are. inſtit. de oblig. quę ex delict.
naſc. §. fin. Et licet Bar. in l. j. in 2. col. ff. de priuat. delict.
tenuerit, ꝗ actiones deſcendentes ex delicto, quę ſunt
pœnales ex parte rei delinquentis, & ex parte actoris
ſunt rei perſecutorię de iure canonico, dentur contra
hęredes delinquẽtis inſolidũ, licet de iure ciuili dẽtur
in tantũ, quãtũ peruenit ad hęredes per c. j. de rapt. &
quod ibi no. ꝑ doct. tamẽ Abb. in d. c. parochiano. refe
rẽdo dictã deciſionẽ Bar. in d. l. j. dicit, nõ eſſe faciendã
differẽtiã in hoc inter ius ciuile & canonicũ, & reſpõ
det ad iura allegata per Bar. ꝗ illa procedunt, quando

delinquentis in articulo mortis fuit contritus,& mã-
dauit res reſtitui per hæredes. tunc enim non dicitur
agi ex delicto,ſed ex quaſi contractu: & ideo tunc de-
tur actio contra hæredes inſolidum, etiã vltra facul-
tates hęreditarias:ſed in aliis caſibus,in quibus delin
quens non iniunxit iſtud onus hæredi ex pœnitentia
& contritione,tam de iure ciuili,quam canonico,hę-
res ex delicto defuncti conueniri non poteſt vltra vi-
res hæreditarias,ſed ſolum quatenus ad eum perue-
nit à defuncto,& hoc etiam ſi hæres non fecerit inuẽ-
tarium.& ita etiã tenet Abb.in c.in literis. de raptor.
& Ioan.Andr.in c.quanquam de vſur.lib.6. in Nouel.
& Freder.de Sen.in conſil.11.vt refert Abb.in d.c.in li
teris.& iſtam opinionẽ videtur tenere Alex.in Apoſt.
ad Bart.in d.l.j.& ipſam latè diſputando tenet Pet. de
Ancha.in conſil.411.incip.& prima facie.Ita etiam te
net Bald.in d.l.furti.& in l.j.in pe.colũ.C.ne ex delict.
commu. opin. defunct.&Flor.in l.inde Neratius.ff.ad l. Aquil.Et ſic
eſt communis concluſio,quòd hæres teneatur ex de-
licto defuncti ſolùm vſq; ad vires hæreditarias, & nõ
vltra,etiam nullo facto inuentario,& non tam de iu-
re ciuili,quam canonico,& quòd ꝓ dicta ſatisfactio-
ne omnia bona delinquentis ſunt tacitè hypotheca-
ta dãnificato,ſiue peruenerint ad hæredes delinquen
tis,ſiue ad alios tertios poſſeſſores, vt ſuprà eſt con-
cluſum.
125 ¶†Decimus caſus in quo tacita hypotheca de iure in
ducitur,eſt in collectis: quia ſcilicet fauore collecta-
rum,bona alibrata & accaraſtrata,pro illis ſunt taci-
tè obligata.iſta concluſio probatur per tex.& ibi glo.
in l.j.C.in quib cauſ.pign.ta.contraha.& ibi hoc not.
Bart.& Bald.firmant Iaco.de Aret.Cyn.Bart.Alexã.&
Iaſon in l.apud iulianum.§.hæres.ff.de legat. j. & So-
cin in conſil.243.2.col.in verſi.prętera videtur, quòd
bona.2.volum.faciunt not.in l.Imperatores.ff.de pu-
blic.text.& ibi nota.Bald.in l.fi.C.ſine cenſ.vel reli.&
niſi ſoluantur collectæ, poſſunt bona allibrata vendi,
vt eſt gloſſ.no.in ver.diſtrahatur.& ibi Bart.C.de ven
den.bon.fiſc.libr.10. & non ſolùm poſſunt vendi pro
collectis non ſolutis, ſed etiam pro pœnis impoſitis
contra non ſoluentes,vt not.Alexã.in apoſtil.ad Bart.
in l.creditor.in prin.ff.de act.empt.& ſi bona ex cau-
ſis prædictis ſolenniter vendita ſint,non audietur vl-
terius dominus volens offerre collectas, pro quibus
vendita ſunt, vt not.Bald.in l.j.in verſic. Item poſſunt
eius bona occupari,&c.C.ſi propt. pub. penſi. & licet
Bald.loquatur in tributo,tamen idem eſt in collectis:
quia rubri.ibi loquitur de publicis penſionibus: qua-
rum appellatione veniunt ſolutiones omnes,quæ fiũt
in publico annuatim,vt declarat ibi gloſ.& probatur
in l.2.&3.eod.titulo. Secus autem,ſi bona non eſſent
ſolenniter vendita: quia tunc dominus veniens, poſt
venditionem poteſt illa recuperare:vt l.j.ibi neque or
dine peracto.C.de fid.inſtru.lib.10.qui text.ſolet alle-
gari ad retractionem ſubhaſtationem,factarũ minus
ſolenniter in venditione rerum captarum pro execu-
tione rei iudicatæ.nam tunc dominus poteſt offerre
debitum,& reuocare venditionem, ſi non fuit in ea
ſeruatus ordo &c.
126 ¶†Vndecimus caſus eſt in decimis.nam ꝓ illis ſunt
tacitè obligata prædia, ex quibus ſolui debent deci-
mæ prædiales,ad ſimilitudinẽ eorum quæ dicta ſunt
ſuprà in collectis,vt not.Ioann.And.& Abb.in c. cùm
homines.de decimis.& idem tenet Frederic.de Sen.in
conſi.81.incipit,latius.& mouetur arg.d.l. Imperato-
res.ff.de publi.& idem tenet Abb.in c.paſtoralis. in j.
col.in verſic.ſed quæro,quid ſi venditur ipſe ager. de
decim.per eadem fundamenta,quæ fiunt in collectis,
127 ¶†Sed dubitatur, quid in canone debito pro bonis
emphyteuticis,an ſcilicet pro illo ſint tacitè obliga-
ta bona emphyteutica,pro quibus canõ debetur quo-
libet ann. & in hoc Bald. in authentic.ſi quas ruinas.
in 4.col.in verſi.ſed vltra omnes.C.de ſacroſan. eccle.
tenet,quòd ſic & mouetur per text. & auth. de alie. §.
ſcire.quem text. dicit eſſe tenendum menti ad hoc.
idem tenet Bald.in l.certi iuris.in 5.quæſt.C.locat.
¶Sed Bart.in l.fi.C.de iur.emphyt. tenet contrarium.
& iſtam opinionem Bart.contra Bald.tenent Anto.de
But.& Imol.in c.potuit.de locat.ſuper gl.3.& Ange.in
l.vniuerſas.C. ne rei domi. vel templ. & mouentur
quia licet de iure pro tributis ſoluendis ſit obligatus,
fundus tributarius per d.l.imperator.& l.j.2.&3.C.ſi-
ne cen.vel reli.tamẽ in canone debito pro emphyteu-
ſi,iſtud non reperitur,etiam ſi ſimus in emphyteuſi ec
cleſiaſtica.ita dicunt Angelus,Anton.de But.& Imol.
in dictis locis.& ita tenet Alexã.in l. quod dicimus.in
10.colum.in verſi.& ſic ex prædictis patet.ff.de verbo.
obliga.dicentes,ꝙ d.§.ſcire.in quo ſe fundat Bal. non
probat:quia ille textus non dicit,quòd pro canone bo
na ſint obligata.¶Aduerte tamen,quòd ſi res emphy-
teutæ eſſent inuectæ vel illatæ in prædium emphyteu
ticum.illæ bene eſſent tacitè obligatæ pro canone,iu-
xta l.item quia.ff.de pact.& l.certi iuris.C.locati.quia
talis contractus dicitur cõductio,vt inſtit.loc.§.adeo.
& ita poteſt ſaluari opinio Bald.in dicta authentica,ſi
quas ruinas.
128 ¶†Duodecimus caſus,in quo de iure inducitur taci-
ta hypotheca,eſt in terminis d.l.item quia.ff.de pact.
& d.l.certi iuris.C.loca.videlicet,quòd res inuectę &
illatæ in domum conductam,tacitè ſint obligatæ pro
penſione ſeu affictο domus locatæ.ad idem text.in l.3.
ff.quibus modis pignus taci.cõtraha.& in l.ſi non in-
ducta.C.eo.titu.& inuectæ ſeu inductæ dicuntur ma-
nu,illatæ autem dicuntur dorſo.ita exponit gloſ.in d.
l.ſi non inducta.in gl.j.& ibi Sali.Et iſta regula,quam
amplia & limita pluribus modis.¶Primò,vt illa proce
dat non ſolùm pro penſione,ſed etiam pro deteriora-
tione prædij locati:vt ſcilicet etiam pro deterioratio-
ne res inuectæ vel illatæ ſint tacitè obligatę,vt eſt tex.
in l.2.ff.in quib.cau.pig.tac.contraha.& no.Bar.in l.ſo
129 lutum.§.ſolutam.ad fi.ff.de pign.act.†vbi etiam plus
vult,videlicet,ꝙ res inuectæ ſeu illatæ in domum cõ-
ductam,poſſint retineri per locatorem pro alio debi-
to tanquam tacitè obligatæ:& pro hoc facit text.in l.
j.C.etiam ob chirograph.pecun.quem ad hoc allegat
Barto.in d.§.ſolutam.¶Sed iſtud vltimum quod dicit
Barto.ſcilicet quòd res inuectæ vel illatæ,poſſint reti
neri pro alio debito,reprehenditur per Iaſonem in d.
l.item quia.in princi.in 4.requiſito,dicentem,quòd d.
l.j.& 2.ff.quibus ex cauſ.pig.tac.contraha.per quas ſe
mouet Bartol.nihil faciunt:& quòd in contrarium fa.
cit l.fina.quæ incip.prætextu.C.commo.& ſe ita aliàs
tenuiſſe in l.ſi non ſortem.§.ſi centum.ff.de conditio.
indebiti.per ea quæ habentur per Bartol.& alios in l.
ſi filio fami.in princ.ff.ſolu.mat.Sed per hæc non puto
recedendum eſſe ab opinione Bar.quæ videtur de iure
verior.Nam Barto.fundat ſe in d.l.j.C.etiam ob chiro
grapha.pecu.quæ bene probat,quòd res obligata pro
vno debito,poteſt retineri pro alio,vt ibi per Barto.&
alios:& ſic licet d.l.j.& 2.ff.ex quib.cau.pign.taci.con-
traha.non probent opinio.Bart.tamen bene probatur
in d.l.j.cui non reſpondet Iaſ.& iſtam opinion.Bartol.
tenet Ange.de Are.inſti.de action.§.item Seruiana.in
2.col.in verſic.quæro,an inuecta & illata,per allegata
ibi per eum:& probatur etiam iſta opinio Bart.ex not.
per eum in dicta l.ſi non ſortem.§.ſi centum. vbi Bart.
in primo membro ſuæ diſtinctionis tenet, quòd res o-
bligata pro vno debito,poteſt retineri per creditorem
pro alio debito, & mouetur per eandem l.j. C. etiam
ob chirograph.pecu.in propoſito autem quoniam bo
na inuecta & illata ſunt tacitè obligata pro penſione
domus,merito dicendum eſt,quòd etiam pro alio de-
bito poſſint retineri per locatorem.¶Nõ obſtat dicta
l.prætextu:iunctis not.per Bart.in d.l.ſi filiofa.in prin.
quia



quia non faciunt ad propoſitum:ſed loquuntur quan-
do creditor volebat retinere rem, quæ non erat obli-
gata pro aliquo debito, (vt eſt res cõmodata) & ideo
130 regulariter retineri non poteſt d.l.prętextu,†quæ ta-
men l. fallit in cauſa dotis. Nam vbi alias non datur
retentio,debet dari fauore dotis,& ita procedit d.l. ſi
filiofamilias:vt ibi notat Bart .& pro clariori reſpon-
ſione ad l.prætextu.vide omnino Bartol. in d.le.ſi non
inducta.C.in quibus cauſis pignus taci.contraha.vbi
vult,quòd illa procedat,quando res peruenit ad cre-
ditorem eo animo, vt ei in illa nullum ius conſtitue-
retur: tunc enim retineri non poteſt pro alio debito:
fallit in dote.l.ſi filiofamil. Secus autem, ſi res perue-
niſſet ad creditorem eo animo, vt ibi ea ius aliquod ei
conſtitueretur: quia tunc poteſt retineri pro alio de-
bito,& hoc modo procedant not.in d.l.ſi nõ ſortem.
131 §.ſi certum,ſecundum Bartol.ibi. ¶†Inſuper aduerte
in hoc ad vnũ aliud,videlicet dum Iaſon in d. le.item
quia.in j.col.in verſicu.item aduerte .dicit talia inue-
cta & illata,cùm ſint generaliter & tacitè tãtum obli-
gata,non impediuntur alienari,ita quòd in dicta alie
natione tranſeat in acquirentem dictum onus tacitæ
hypothecæ: niſi priùs eſſent incluſa, id eſt, deſcripta
per manum notarij in pręſentia teſtium, per text. in l.
eſt differentia.ff.in quibus cauſis pign.taci.contraha.
& propterea ſecũdum eum talis tacita hypotheca an-
te incluſionem videtur inanis & eluſoria:ſubdit poſt-
ea,quòd in hoc Marti.Lauden.tenet contrarium, vi-
delicet quòd iſta tacita hypotheca impediat aliena-
tionẽ,ſicut conuentionalis expreſſa per le. ſi debitor.
C.de diſtract.pigno:& reſpondet ad d.le.eſt differen-
tia,quòd ibi eſt caſus ſpecialis fauore libertatis.¶Sed
Iaſon dicit,quòd immò dict.l.eſt differentia.loquitur
generaliter,licet exemplificet in libertate,vnde regu-
la non debet reſtringi per exemplum le.damni infecti
ſtipula.pertinet ff.de dam.infect.cõcludit tamen Iaſ.
ꝙ dicta ſolutio Martini,eſt tenenda de neceſſitate, vt
tollatur dicta difficultas,quę aliàs euitari non poteſt:
& pro hac allegat tex.in l.ſi gratuitam.§.fi.ff. in quib.
132 cauſ.pig.taci.contraha.†Sed certè iſta difficultas mo
ta per Iaſ.meo iudicio eſt leuiſſima. Nam clarum eſt,
quòd ſicut pro expreſſa hypotheca datur hypotheca-
ria contra tertiũ poſſeſſorem,vt l.ſi debitor.cum con-
cor.C.de diſtract.pignor. ita etiam datur pro tacita
hypotheca.argu.l.cum quid.ſi cert.pet.alias eſſet im-
manis,& de hoc text.ſecundum intellectum gloſſ. &
aliorum in l.j.C.de precar.& Salui.interdict.Nam il-
le textus intelligitur in locatore & conductore.Idem
expreſsè tenet Bar. in l.3.in repetition.C.de pignor.in
4.quæſt.princ.in verſi.ſed contra prædicta poſſet quis
inſtare locator,&c.vbi determinat, quòd quando res
conductoris,quę eſt tacitè hypothecata locatori,per-
uenit in tertium habentem cauſam à cõductore, non
poteſt locator contra dictum tertium poſſeſſorem e-
xercere ius executiuũ de ingrediendo propria autho
ritate: quia illud pactum executiuum, cenſetur limi-
tatum ad certum locum, videlicet donec res ſunt in
domo: ſed quando ſunt extra domum, penes tertium
habentem cauſam à dicto conductore,debet agi con-
tra eum hypothecaria,& allegat tex.in d.l.j.C.de Sal-
133 uian.interd. ¶†Præterea clarum eſt quòd pro rebus
coloni inuectis & illatis,competit locatori directum
Saluianum interdictum: vtile autem competit loca-
tori pro rebus inquilini,& etiam cuilibet alteri credi
tori,vt eſt caſus in d.l.j.& competit non ſolùm contra
cõductorem & debitorem, ſeu inquilinum & eorum
hæredes.vt d.l.j.& ibi Bal. ſed etiam competit contra
quemlibet extraneum poſſeſſorem, vt eſt text.in l. j.§.
j.ibi,vtilis actio aduerſus extraneos.ff.eod.titu. & ibi
not.Bart.& ſic eſt clara concluſio, quòd interdictum
Saluianum,ſeu Seruiana actio competit locatori pro
rebus inuectis & illatis,etiam contra extraneũ poſſeſ
ſorem,vt habetur in locis prædictis. In hoc tamen eſt
differentia,quia quando Saluianum interdictum vel
Seruiana actio datur pro rebus coloni, eſt directum,
& eſt propria Seruiana:ſed quãdo datur pro rebus in-
quilini vel alterius debitoris,eſt vtile interdictum, &
quaſi Seruiana,quæ idẽ eſt cum hypothecaria, vt de-
clarat Barto.in l.fina.ff.de Saluia.interd.& habetur in
§.item Seruiana.inſtitu. de action.& ideo cõcluditur,
quòd quando res inuectæ & illatæ, alienatur per co-
lonum vel inquilinum in tertium poſſeſſorem, com-
petit locatori Saluianum interdictum, vel Seruiana,
vel hypothecaria cõtra dictum tertium poſſeſſorem
134 †Et non obſtat d.l.eſt differentia:quia vera ſolutio il-
lius eſt,ꝙ ibi eſt caſus ſpecialis in libertate, vt proba-
tur per text.& gloſſ.in l.licet.ff.in quib.cau.pign.taci.
contraha.quæ eſt l.ſequens poſt d.l.ſi gratuitam.§.fin.
quam Iaſ.per errorem allegauit. nam debuit allegare
d.l.licet.quia in d.l.licet. dicitur, quòd tacita obliga-
tio ſerui non impedit, quin ſeruus manumitti poſſit:
& gloſſ.ibi dicit,quòd idem eſt in generali obligatio-
ne, vt ſcilicet per illam non impediatur manumiſſio
ſerui.ſecus autem eſt in ſpeciali obligatione ſerui, vt
dicit ibi in glo.& allegat text. in l.2.& in l.ab eo.C.de
ſeruo pigno.da. ma & ꝙ dictũ eſt de tacita hypothe-
ca ſerui,quòd illa non impediat manumiſſionem, in-
telligi debet,niſi ante manumiſſionem eſſet incluſus:
quia tunc propter talem incluſionem non poſſet ma-
numitti,vt eſt text.in d.l.eſt differentia,in qua deriſus
fuit Nerua iuriſconſultus: qui putauit, per feneſtram
ſeruum incluſum manumitti poſſe, vt etiam meminit
135 Bal.ibi,& in d.l.ab eo.¶†Amplia ſecundò dictã regu-
lam, vt procedat etiam ſi primus conductor locaret
ſecundo conductori,quia etiam bona inuecta & illata
per hunc ſecundum conductorem,eſſent tacitè hypo-
thecata pro penſione domus primo locatori: quod ex
duob⁹ eſt ſatis mirabile.Primò,quia res expreſsè obli-
gatæ per ſecundum conductorem primo conductori,
non ſunt ex illa conuentionali obligatione obligatæ
primo locatori, vt eſt text.& ibi Bartol.in l.ſi in l. §.ſi
colonus.ff.loca.niſi fortè primus locator acquiſiuiſ-
ſet à primo conductore etiam ipſe generalem obliga-
tionem expreſſam:nam tunc bene primus locator ha-
beret vtiliter hypothecatum nomen ſecundi condu-
ctoris,quòd directo eſt obligatum primo, iuxta l. no-
men.C.quæ res pig.oblig.poſ.& habetur per Bart.in l.
ſolutum.§.ſolutam.in 2.col.ff.de pignor.action.Et ta-
men bona ſecundi conductoris inuecta & illata, ſunt
tacitè hypothecata etiam primo locatori,vt per gloſſ.
136 & Barto.in d.§.ſolutam. ¶†Secundo mirabile etiam
videtur,quòd licet ſecundus conductor non ſit perſo
naliter obligatus primo locatori,& ſine ꝑſonali obli-
gatione nõ poſſit à principio induci hypotheca, vt l.
fideiuſſor obligari.in princip. & ibi Bart.ff.de fideiuſ.
tamen hoc non obſtãte,res inuectæ & illatæ per ſecũ-
dum conductorem, ſunt tacitè obligatæ primo loca-
tori pro obligatione primi conductoris. Et ratio eſt,
quia vnuſquiſq; poteſt obligare res ſuas pro debito al
terius,vt l.alienã.ff.de pignor.action.ita declarat glo.
& Bart.in d.§.ſolutam.Intellige tamẽ prædicta,pro ea
rata domus tantùm,quam conduxit ſecundus condu-
ctor à primo:non autem pro tota penſione, ſi totã do-
mum non conduxit,vt eſt text.in d.§.ſolutam. & dictã
concluſionem tenet etiam gloſſ.in d.l.ſi gratuitam. in
prin.dum intelligit illũ text.ibi quòd bona per ſecun-
dum conductorẽ inuecta & illata non ſunt tacitè obli
gata primo locatori,quando ſecundus cõductor gra-
tis habuit rem cõductam à primo conductore, vt etiã
expreſsè ibi dicit iuriſconſultus,& tenet Bart.in dict.
§.ſolutam.ad fi.Sed quando illã gratis non habuiſſet,
tunc tenet glo.ibi,quòd bona ſecundi cõductoris in-
uecta & illata, eſſent obligata primo locatori per d.§.
ſolutam.ita tenendum puto,quamuis Roma.in ſingu-

lari 85.10.char.col.4.inci.inuecta. teneat contrarium,
ſcilicet quòd bona ſecundi conductoris non ſint taci-
tè obligata primo locatori,dicẽs de hoc eſſe text.ſing.
in d.l.ſi in lege.§.ſi colonus.ff.loca.ſed ille text. ſecun-
dũm glo.& Bart.ibi intelligi debet de expreſſa conuẽ
tionali hypotheca,& non de tacita, vt ſ. dictum fuit.
137 ¶†Sed dubitatur, an ſecundus creditor qui gratis à
primo conductore domum recipit, & qui (vt dictum
eſt)non tenetur ad penſionem, an ſaltem ſi domum
deteriorauit, teneatur de dicta deterioratione: & an
eius bona inuecta & illata,ſint tacitè obligata pro di-
cta deterioratione primo locatori:& glo.in d.l. ſi gra-
tuitam. in princ. tenet quòd ſic.allegat.l. non ſolum.
eod.tit.Iaſ.autem in d.l. item quia in 2.limit. reprobat
dictam gloſſ.nam ſecũdum eum ineptum eſſet dice-
re in illo text.quod iuriſcõſultus decidiſſet,quòd bo-
na illius qui gratis inhabitat,eſſent tacitè hypotheca
tà pro penſione, cùm ipſe ad penſionem nõ teneatur.
ergò de neceſſitate debet ille text.intelligi de deteri-
oratione,quòd ſ.bona illius qui gratis conduxit à pri-
mo conductore,non ſint tacitè obligata pro dicta de-
138 terioratione. ¶†Mihi autem videtur,quòd illa gl.in-
debitè reprehẽdatur à Iaſone,quia nulli eſt dubium,
quòd ille qui deteriorat rem alterius etiam commo-
datam, tenetur deterioratione, vt habetur in l.3.§. in
hac.ff.commod. cum concordantijs allegatis ibi per
gl.& Bart.& licet ille ſecundus conductor,qui gratis
conduxit à primo,nõ teneatur actione perſonali pri-
mo locatori,neque pro penſione: quia ad illam non
tenetur vllo modo, neq; pro deterioratione per eum
facta in domo:quia inter primum locatorẽ & ipſum
ſecundum conductorem,nullus contractus interceſ-
ſit:tamen hoc non obſtante,volunt glo. & Bart. quòd
bona inuecta & illata per ſecundum conductorẽ, ſint
tacitè obligata primo locatori pro penſione debita ei
per primum conductorem: quaſi ſecundus cõductor
inferendo & inuehendo bona ſua in domum, cenſea-
tur illa tacitè obligare pro penſione debita ipſi loca-
tori per primum conductorem: & ſic, quòd ſecundus
conductor obligauerit bona ſua pro pẽſione alterius,
i.primi conductoris,iuxta d.l.alienam. ff. de pignor.
action.& ita declarant glo.& Bart.in d.§.ſolutam.vn-
de licet bona ſecundi cõductoris inuecta & illata, nõ
cenſeantur obligata primo locatori pro penſione,per
ipſum debita primo locatori, quia per eum non de-
beretur penſio,tamen cenſetur obligata pro penſione
debita per primum conductorem: & pari ratione vi-
debatur dicendum in ſecundo conductore,qui gratis
conduxit à primo, quòd ſcilicet pro penſione ſua bo-
na inuecta non cenſeantur obligata,ex quo gratis cõ-
duxit,tamen quòd cenſeantur obligata pro penſione
debita à primo conductore: & ſuper iſta ratione du-
bitandi,& pro eius deciſione,fundata eſt. d.l. ſi gra-
tuitam,videlicet,quòd ſecundus conductor, qui gra-
tis conduxit à primo,non cenſeatur obligare ſua bo-
na inuecta & illata, pro penſione primi conductoris:
& ratio decidendi fuit,quia iſto caſu quando ſecũdus
conduxit gratis à primo, nõ tenebatur ad penſionem
primo conductori,prout tenebatur quando non gra-
tis conduxit.vnde non militat illa ratio obligandi ſua
bona pro primo conductore,quæ militat quando ipſe
tenetur ad penſionem. Primò, quia quando tenetur
ad penſionem primo, cenſetur quaſi pro ſuo debito
obligare ſua bona:ſed quando non tenetur ad penſio-
nem,quia gratis conduxit,ceſſat præſumptio volun-
tatis,ꝙ voluerit obligare ſua bona pro debito pror-
ſus alieno.arg.l. cùm de indebito.de ꝓbationib. cum
vulgaribus:ſed reſpectu deteriorationis, ad quã ipſe
omnino tenetur,non primo locatori, ſed primo con-
ductori,à quo ipſe gratis conduxit per notat.in dict.l.
3.§.in hac ſubeſt illa ratio,ſcilicet quòd ex quo ipſe ꝓ
ea tenetur primo conductori,cenſeatur habuiſſe ani-
mum obligandi bona inuecta & illata primo locatori
pro dicta deterioratione,ad quã tenetur primus con-
ductor locatori ſuo,& ipſe ſecundus conductori pri-
mo, & ſuo locatori, & ſic cenſetur obligaſſe bona pri-
mo locatori pro dicta deterioratione, nõ tanquàm ꝓ
ſuo debito: quia ipſe non tenetur primo locatori,ſed
pro debito primi conductoris cauſato: tamen ex ſua
deterioratione.& ſic non poteſt dici inepta deciſio.d.
l.ſi gratuitam relata ad penſionem,& non ad deterio-
rationem.& gloſſ.habuit bonum ſenſum,& rectè lo-
quuta fuit:quæ nota, quia ſunt aliquantulum ſubti-
lia,&c.¶Tertiò amplia regulam, vt procedat non ſo-
lùm quando locatio facta fuit pro mercede debita in
pecunia numera.quę propriè dicitur locatio: ſed etiã
ſi eſſet facta pro mercede debita in certa ſpecie, & ſic
impropria locatione.ita tenet gloſſ.ordi. inſtitut. de
action.in §.item Seruiana. quàm etiam ſequitur Bald.
in l.j.ff.loc.in certis lecturis,& eius opin.dicit eſſe æ-
quiorẽ,& magis expreſſè tenet idẽ Bal.in d.l.certi iu-
ris.in 3.quæſt.poſt Cyn.ibi.& ita etiam tenet Sali.ibi-
dem & Iaſo.in d.l.itẽ quia in 3.limit.quicquid in con
trarium voluerit Specu.in titu. de loca. §. poſtquàm
ver.porro eſt quædam actio prætoria.& dictam opin.
tanquã veriorem & magis communẽ approbat Ange.
de Aret.in d.§.item Seruiana.in 3.col. in verſi.in gloſ.
in verſi.quis.& ita etiam tenet Romanus in ſingul.233.
chart.8.incip.tu ſcis,quòd inuecta. ¶Quartò amplia
dictam regulam, vt illa procedat etiam ſi locator pro
uidiſſet ſibi de ſpeciali hypotheca: quia per hoc non
videtur voluiſſe recedere à dicta hypotheca inducta
à lege de inuectis & illatis.ita tenet Bal.in d.l.certi iu
ris.circa finem,& ibi reſpondet ad illam regulam,quę
videbatur facere in contrarium, videlicet quòd per
prouiſionem hominis cenſetur quis velle recedere à
prouiſione legis,iuxta not.in l.fi.C.de pact. cõuentis.
Ita etiam tenet Ioannes Fabric.in dict.§. item Seruia-
na.in ſecunda columna. & hanc opinionem tanquam
veriorem amplectitur ibi Angelus de Aret.in ſecunda
columna in verſiculo,quid ſi locator prouidet.Iſtam
etiam videtur tenere Iaſon in dicta l.itẽ quia in 2.not.
& hanc puto tenendam,licet cõtrariam opini. tenue-
rit Cyn.in d.l.certi iuris.in 2.quæſt.& ibidem Salic.in
§.& Dy.in d.§.item Seruiana.& Alberi.de Roſa.in d.
item quia.qui omnes mouentur per d.l.fi. cui reſpon-
dent Bald.Aret.& Iaſ.in locis præallegatis: & eorum
reſponſiones veriſsimæ ſunt,maximè ex his q̃ per me
ſ.dicta ſunt in 5.quæſt.tacitæ hypothecæ dot.num.96.
¶Quintò amplia regulam,vt procedat etiam in inue-
ctis & illatis in horreo, vel area conducta iuncta do-
mui.tex.glo.& Bart.in l.3.ff.in quib.cau.pign.taci.cõ-
traha.& idem eſt dicendũ de inuectis & illatis in ſta-
bulum coniunctum domui, vt ſcilicet pro penſione
ſtabuli ſint tacitè obligata,vt eſt tex.in l.eo iure.§.ſta-
bula.eo.tit.quod procedit, etiam ſi ſtabulum eſſet in
comitatu,vt ibi declarat Bart.poſt Nico.de Matta. &
ratio eſt,quia ſtabulum,vel area quæ propriè dicitur
curtis ſeu curia,vel horreum iuncta domui,vel in do-
mo ſita,ſunt prædia vrbana,vt not.Veronen.in tracta.
de ſerui.vrba.in 11.c.in j.col.per iura, de quibus ibi ꝑ
139 eum. ¶†Sextò amplia regulam,vt procedat etiam in
rebus inuectis & illatis in porticu iũcta domui. Nam
licet appellatione domus,propriè nõ veniat porticus,
vt declarat Barto.in l.cætera.§.hoc ſenatus.ff.de lega.
j.cum quo tranſeunt ibi Alexan.Iaſ.&alij,tamen quia
locata domo,cenſetur etiam locata porticus: quia li-
cet porticus nõ ſit propriè domus per ſe, vt dicit Bar.
tamen eſt de domo,id eſt,accedit domui, & eſt pars
domus,vt declarat Barto.in d.§.hoc ſenatus. & etiam
dicitur ædificium,licet non ſit domus, vt ibi per Bart.
& vt ſit locus regulæ d.l.certi iuris. non requiritur de
neceſsitate, quòd res ſint illatæ in domũ, ſed ſatis eſt,
ꝙ ſint inuectæ in area, vel horreo, vel ſtabulo domui
coniun-



coniunctis, vt in præcedenti ampliatione dictum eſt:
vel etiam in aliquo alio ædificio, vt ex text.in l.prima.
ff. in quibus cau.pigno.taci.contraha. Cùm ergo por-
ticus ſit pars domus,& domui accedat,& ſit ædificium
merito inuecta & illata in ea, venire debent in taci-
ta hypotheca,de qua in d.l.certi iuris. quanuis non ſit
propriè domus: & ita puto tenendum, licet Bald.in d.
l. certi iuris.in 10.quæſt.in verſic.ſed pone,&c. relique
rit indeciſum hoc, & remiſerit ſe ad not. in dict.l.cæ-
140 tera. ¶†Septimò amplia regulam,vt procedat etiam
in rebus inuectis & illatis in naui conducta:quia etiam
illæ cenſentur tacitè obligatæ pro penſione nauis.nam
nauis æquiparatur prædio vrbano, non ruſtico. argu.
l.j.§.ſi quis de naui.ff.de vi & vi arma. ita tenet Bald.in
l.certi iuris.in 3.quæſt.in verſicul.quid ergo. ¶Ego ne
ſcio colligere,quomodo dict.§.ſi quis de naue probet:
tamen deciſionem puto veriſsimam,quia vt dixi,nauis
æquiparatur vrbano prædio,vt not.Veronen.in tracta.
vrba.in Rubrica 11,in prima colum. in verſic.quid de
naui.& inter magiſtrum nauis,& illum qui pro merce-
de conduxit nauem ad vehendum res ad aliquam lo-
cum,oritur actio ex locato & conducto, vt eſt text.in l.
& ita.in prin.& §.primo ff.de naut.caupo.ſtabu. & in l.
fin §.fin.ff.ad legem Rhodiam de iac. Vnde cum ſimus
in locatione & conductione prædij vrbani,habere de-
141 bet locum regula,de qua in d.l.certi iuris.†Et proba-
tur optimè per tex.in l.huius.ff. qui potio.in pign.hab.
vbi eſt tex.quòd pro mercede horrei, vel areæ, vel ve-
cturæ iumentorum,res inuectæ & illatæ ſunt tacitè o-
bligatæ etiam cum priuilegio prælationis aliorum cre
ditorũ,quaſi dicta merces debita ſit pro neceſſaria cõ-
ſeruatione dictarum rerum. ex quo Barto. ibi infert,
quòd priuilegium dictæ prælationis competit etiam
pro naulo domus conductæ,pro retentione ſeu conſer
uatione rerum: ſecus autem,ſi domus eſſet cõducta ad
habitandum.Pondero ergo in propoſito, quòd ibi eſt
text.quòd etiam pro vectura iumentorum,res inuectæ
& illatæ ſunt tacitè obligatæ: & quòd talis merces æ-
quiparatur ibi mercedi debitæ pro horreo vel area: &
merces nauis æquiparatur mercedi vehiculi: vt eſt
text.in d.§.ſi quis de naui:ergo pro mercede nauis, e-
tiam cum priuilegio prelationis per text.& ibi Bart. in
dict.l.huius.faciunt etiam not.per Iaſo. in l. plerique.
in ſexta ampliatione.ff.ne in ius vocan.vbi allegat Bal.
in d. l. certi iuris. ¶Sed in contrarium allegat Lud.
Romanus in l.j. §.domini appellatione. ff.ad Syllan.
quem dicit moueri per tex.optimum in d. §. ſi quis de
naui. ¶Tamẽ vt dixi,non videtur mihi, quòd ille tex.
probet contrarium:quia dicitur ibi,quòd ille qui deie
ctus eſt de naui,non habet interdictum de vi & vi ar-
ma.prout etiam non habet ille, qui de vehiculo deie-
ctus eſt.& ratio eſt,quia illud interdictum non datur,
niſi illis,qui deijciuntur de ſolo,vt d.l.j.§.hoc interdi-
ctum.cùm autem nauis & vehiculum non cohæreant
ſolo:nimirum ſi deiectis de eis non datur tale interdi-
ctum:ſed per hoc non tolletur, quin nauis non poſsit
locari & conduci ad ſimilitudinem prædij vrbani: &
ideo cocluditur,quòd tam pro vectura nauis,quàm ve
hiculi,res inuectæ & illatæ,ſunt tacite obligatæ etiam
cum priuilegio prælationis aliorũ creditorum: quod
nota,quia in locis maritimis poteſt de facili continge
re in facto:& etiam in terris Lombardię,vbi res vehun
tur cum plauſtris:quia in illis magiſter nauis & domi-
nus plauſtri,pro eorum vecturis habent tacitam hypo
thecam,& præferri debent alijs creditoribus etiam an
142 terioribus.¶†Octauo amplia regulam, vt procedat
in rebus ſemel inuectis & illatis:nam etiam quòd poſt
ea mutato propoſito amoueatur,tamen cùm ſemel in-
ciderunt in tacitam hypothecam, durare debet obli-
gatio.etiam poſt amotionem. ita tenet Baldus in dict.
l.certi iuris.in 6.quæſt. in verſ. quid ſi inquilinus. ar-
gumen.text.in l. vnde falſam.ff.de conſtituta pecunia.
Sed errauit in allegando,& voluit allegare l. vtrũm.§.
vnde falſam.eod. tit.quæ bene facit. & puto deciſionẽ
eſſe veram,quando res in domum conductam inuectæ
& illatæ ſunt eo propoſito, vt in ea ſint perpetuo durã-
te locatione. Nam ſi hoc propoſito non fuiſſent illatæ,
non incidiſſent in tacitam hypothecam: vt eſt textus
in l.debitor. ff. de pignor. & not. Bart.in l.ſi non indu-
cta,C.in quibus cauſis pignus taci.contraha. & dictam
opinionem Bald.ſequitur Angę.de Aret.in dict.§. item
Seruiana.in j.colum.in verſi.quæro,quid ſit inquilinus
vbi etiam no. reſpondet ad l.cùm tabernam. ff. de pi-
gnor.quę prima facie videbatur facere in contrarium.
143 †Et comprobatur iſta opinio:quia hypotheca ſemel
acquiſita in rebus, non tollitur per alium ſubſequentẽ
contractum factum ſine conſenſu creditoris,cui acqui
ſita eſt hypotheca, vt dict.l. ſi debitor. in principio. &
§.j,& l. voluntate.ff.quib.mod.pigno.vel hypoth.ſolu.
contractus enim à principio ſunt voluntarij, & ex poſt
facto neceſſarij.l.ſicut C.de actionib. & obligationib.
& licet prædicta loquantur in expreſſa hypotheca, ta-
men idem dicendum eſt in tacita.l. cùm quid.ff.ſi cer.
144 tum petatur. ¶†Limitatur modò dicta regula pluri-
bus modis,& primò,vt non habeat locum in molendi-
no,quia res illatæ & inuectæ in molendinum,non ſunt
tacite obligatæ pro pẽſione molendini, prout ſunt res
illatæ in prædium vrbanum,ſed ſolùm prout ſunt obli
gatæ in prædium ruſticum:quia molendinum eſt præ-
dium ruſticum potius,quàm vrbanum: iſta not.Bald.in
dict.l.certi iuris.in 4.quæſt.in verſic.quid in molendi-
no:licet nihil alleget:& ita refert & ſequitur Veronen.
in tractatu ſeruit. vrbanarum. in cap.11. in prima colu.
limitando tamen, vt ibi per eum, niſi molendinum eſ-
ſet iunctum domui,per notata in l.eo iure. §.ſtabula.ff.
in quibus cauſis pigno. tacit. contraha: vel niſi eſſet
molendinum,in quo etiam habitaretur, quia tunc non
eſſet prædium ruſticum, ſed vrbanum, per notata per
Veronen.in dict.cap.11. & tunc dicendum eſſet de eo,
prout de vrbano, & non prout de ruſtico: de quo dicã
in ſequenti limitatione.
145 ¶†Secundo limita regulam, vt procedat in prædijs
vrbanis:quia res illatæ in illis indiſtinctæ,cenſentur ta-
citè obligatæ,vt dictum eſt ſuprà in regula & amplia-
tionibus:ſed res inuectæ & illatæ in prædium ruſticũ,
non intelliguntur tacitè hypothecatę,niſi ita demum,
ſi dominus prædij ſciat dictas res fuiſſe illatas in dictũ
prædium:& ſic in prædio vrbano inducitur tacita hy-
potheca in rebus illatis abſque alia ſciẽtia domini præ
dij.in prædio verò ruſtico non inducitur tacita hypo-
theca abſque ſcientia domini prædij. ita tenet gloſſ.&
ſequuntur doctor. in dict.l.certi iuris. & inſtit. de act.
in §.item Seruiana:& ratio differentiæ inter prædium
vrbanum & ruſticũ eſt,ſecundùm doctor.in locis præ-
dictis:quia in vrbanis rebus intereſt noſtra, nè res no-
ſtræ pandantur,vt l.2,C.quando & quib quar. pars de-
be.lib.10. & ideo inducitur hypotheca in illis abſque
ſcientia domini domus:ſecus autem eſt in rebus ruſti-
cis,quia ruſtici inducunt plauſtra, ligna & ſimilia, &
ſancta ruſticitas omnia palàm habet.ita tenet gloſſ.in
dict.§.item Seruiana.cum qua communiter docto.trã-
146 ſeunt.†Inquantum tamen glo.in dict.§.item Seruiana
in verſic.coloni,dicit,quòd colonus dicitur in villa,in
quilinus autem in ciuitate:dicit Dyn.quòd glo.melius
dixiſſet,ſi dixiſſet colonum in agro,& inquilinũ in do-
mo:quia etiam in villa poteſt eſſe prædium vrbanum,
& econtra ruſticum poteſt eſſe in ciuitate.Nam prędiũ
vrbanum non diſtinguitur à ruſtico per locum,ſed per
qualitatem.vt.l.vrbana prædia. in princip. & l.vrbana
familia.ff.de verbo ſignif.Tamẽ Ange.de Aret.in dict.
§.item Seruiana.in j.col.in gl.in verſic.coloni. dicit ꝙ
glo.habuit ſanum intellectum:quia vt plurimum præ-
dia ruſtica ſunt in villa,vrbana autem in ciuitate,& le-
ges adaptãtur ad ea,quę frequentius accidunt.l.nã ad.

ca.ff.de legi.&ita tenet Iaſ.in dict.l.item quia.in quar-
ta colum.licet de Angel.mentionem non faciat.
147¶†Illud tamen quòd dictum fuit, quòd res illatæ in
prædium ruſticum, non ſunt tacitè obligatæ domino
prædij, niſi data eius ſcientia, declarari debet pro-
cedere præter quàm in fructibus qui ex fundo colligũ-
tur, quia illi ſunt ipſo iure obligati etiam ſine ſcientia,
per text.in l.in prædijs.ff.quib.mod. pig.taci.contraha.
ita limitat & declarat Iaſ.in dict.§. item quia.in 4. col.
Sed iudicio meo ille tex.non probat hoc.Nam text.ibi
ſimpliciter dicit, quòd fructus qui naſcuntur in præ-
dio locato, intelliguntur tacitè obligati domino fun-
di, etiam ſi de hoc non fuerit conuentum: probat ergo
go ille tex.ſolùm, quòd fructus ſunt tacitè obligati:nõ
autem probat, quòd non requiratur ſcientia domini
prædij, prout regulariter requiritur in prędijs ruſticis,
vt habetur per glo.& doctor.in dict.l.certi iuris.nec il-
le text.in d.l.in prædijs. eſt ſuperuacuus in ſua deciſio
ne: quia dubitabile erat, an fructus qui non erant illati
& inuecti in fundum, ſed ibi erant nati, tacite eſſent o-
bligati:ratione ergo iſtius dubitationis tollendæ, fuit
editus ille text. & ſic non eſt ſine virtute operandi:vt
declarat glo.in l. ſi ſeruus cõmunis.§. locaui.d. de fur.
in gloſ.in ver.conuenit.& quòd etiam in terminis dict.
l.in prædijs.requiratur ſcientia domini, tenet gloſſ.in
l.ſi non inducta.in gloſ.j.C.in quib.cauſ.pign. taci.cõ-
traha.Neſcio ergo videre vnde Iaſ.in dict.l.item quia.
extrahat ſuam limitationem, ſcilicet quòd in fructi-
bus natis in prædio, non requiratur ſcientia domini:
concludo ergo quòd idem ſit in fructibus, quod in a-
lijs rebus illatis in prædium ruſticum, videlicet quòd
148 ſcientia domini prædij requiratur. ¶†Item ſubdit i-
bi Iaſ.quod iſtud eſt intelligendum de fructibus natu-
ralibus, ſecus autem de induſtrialibus, quia illi nõ ſunt
tacite obligati pro pēſione prædij ruſtici:ita refert ſin-
gulariter tenere Bart.in l.aſsiduis.C. qui potio. in pig.
hab.in 2 colum.in verſic.quæro, an habeat locum iſta
tacita hypotheca.Sed errat Iaſon manifeſtè, quia Bart.
in d.l.aſsiduis.loquitur de fructibus perceptis per hæ-
redem mariti ex bonis olim mariti, & dicit quòd fru-
ctus naturales percepti per hæredem mariti ex bonis
olim mariti, ſunt tacitè obligati pro dote: ſed nõn in-
duſtriales, per text, in l.tertia.C.ex quibus.cau.pign.ta
cit.contraha.Nos autem non ſumus in hærede condu-
ctoris, ſed ſumus in ipſo conductore, in quo non eſt fa-
cienda dicta differentia inter fructus naturales & in-
duſtriales, prout fit in hærede:& ratio eſt, quia res &
bona hæredis, non veniunt in obligatione contracta
per defunctum, niſi ſint res quę immediatè deſcendant
ex bonis defuncti in ipſum hæredē, prout ſunt fructus
naturales:quia licet ex bonis defuncti percipiantur, ta
men percipiuntur immediatè ſine facto hæredis: ſed
fructus induſtriales, licet percipiantur ex bonis defun
cti, tamen percipiuntur mediante induſtria hæredis.
& ideo illis non ſunt obligati pro debito & obligatio-
ne defuncti, vt dicit Bart.in dict.l.aſsiduis. & habetur
in text.not.in l.Paulus.in princi.ff.de pign.Nam vt di-
cit ibi glo.in obligatione defuncti non veniunt bona
hæredis quæ nunquàm fuerunt defuncti: ſed fructus
percepti per debitorem obligatum cum hypotheca ex
preſſa vel tacita, ſiue ſint naturales, ſiue induſtriales, ve
niunt in obligatione & hypotheca:quia verum eſt di-
cere, vtroſque eſſe ipſius debitoris, vt ex text. in dict.l.
Paulus.§.j.qui loquitur in expreſſa hypotheca:& in ta-
cita hypotheca eſt tex.in l.3, Cod.in quib.cau.pig.taci.
contra.& latè ibi per Salic.de materia. ¶Vnde vera eſt
concluſio, quòd in d.l.in prędijs veniunt & cenſentur
tacitè obligati fructus percepti in fundo locato tam
naturales, quã induſtriales, domino ipſius fundi data
149 eius ſcientia. ¶†Intellige tamē prædicta donec dicti
fructus extant.nam ſi eſſent alienati, eorum precium
non veniret in tali obligatione: quia quando ſumus in
actione ſingulari, precium in hypothecaria non ſucce-
dit loco rei, vt ex tex.& ibi Bart.in l.j ff.de diſtract.pig.
& in l.qui à debitore.in princip.ff.quę in fraud.credit.
& in l.ſi rem & precium. ff.de petit. hære. & ſicut non,
venit in obligatione precium redactum ex fructibus
ita & fortius, non venit prędium, quod eſſet emptum
ex præcio dictorum fructuum, vt ex text. in d.l.3.C.in
quib.cau.pig.tac.contraha. & ita etiam tenet Iaſ.in d.
150 l.item quia.in 4.colum ad fin. ¶†Tertiò limita dictã
regulam, vt ſcilicet bona inuecta & illata in domo cõ-
ducta, ſint tacitè hypothecata pro penſiõe:ita demum
ſi probentur per locatorem fuiſſe inuecta & illata, &
ſic onus probandi incumbit ipſi locatori: aliàs autem
per eum nec retineri nec peti poſſunt, tanquam tacitè
obligata.text.& ibi Bart.Bal.& Salic.in l. ſi non ind.C.
in quib.cau.pig.tac, contraha.& adde, quòd etiam non
ſufficeret ſolùm probare inductionē & illationem, niſi
etiam probetur iſta qualitas, ſcilicet, quòd inducta&
illata fuerunt eo animo, vt in domo eſſent perpetuo,
donec duratura eſſet conductio.tex. eſt in dict.l.ſi prę-
dijs.§.j.ff.in quib.cau.pi.tac.contrahat. & ita tenet gl.
in d.l.ſi non inducta.& ibi Bart.Bald.& Salic. quod ta-
men vltimum probabitur ex qualitate rerum, vt habe-
tur in dictis iuribus, & optime colligitur ex text.in l.
debitor.ff.de pignor.& ſic erit arbitrarium iudicis, an
bona inducta in domum conductam, fuerunt inducta,
vt in ea eſſent durante locatione, puta ſi vnus lectus,
& alia ex quibus ſolent ornari cameræ, & inſtrumenta
151 ad conficiendum panem & ſimilia. ¶†Quartò limita
dictam regulam, vt nõ procedat in rebus famuli : quia
res famuli illatę per eum in domum domini, non ſunt
tacitè obligatæ domino pro ſeruitio famuli:quia famu
lus non dicitur conductor, ſed locator, & quia de hoc
non reperitur lege cautum.ita not.Bald. in dict.l. certi
iuris.in 4.quæſt. ¶Quintò limita regulam, vt non pro-
cedat in rebus de quibus in l.obligatione generali. cũ
tribus legibus ſeq.ff.de pig.quia ſicut illæ non veniunt
in expreſſa hypotheca ita non debent venire in tacita.
nam non debet plus operari tacitum, quàm expreſſum.
l.cùm quid.ff.ſi cert.pet.ita tenet Bald.in d.l.certi iuris.
in 6.quęſt. & faciunt no.per Bart.in l.j. C.quę res pign.
152 oblig.poſ. ¶†Sextò limita dictã regulam, vt non pro-
cedat in rebus alienis:quia illę inuectę & illatę, non ve
niunt in tacita hypotheca.Nam ſicut res alienę obliga
ri non poteſt expreſſè, vt latè per Bar.in l.j.§.j.ff.de pig.
ita nec tacitè.arg.dict.l. cùm quid.& ita tenet gloſſ.in
d.l.certi iuris.in hoc conclude, quòd in omnibus caſi-
bus in quibus res aliena poteſt expreſſè obligari, quos
notaui ſuprà in tertio membro ſecundę partis.num.5.
6.7.8.in omnibus illis poteſt etiam tacitè hypothecari
arg.dict.l.cùm quid ¶Sed dubitatur vtiliter, an eo ip-
ſo, quòd ille qui eſt dominus rei, quæ per conductorem
in domum conductam infertur, & ſcit & patitur illa
inferri in dictam domum, videatur conſentire in hoc,
adeo, quòd res illa cēſeatur ex hoc tacitè obligata pro
penſione domus.gloſſ.no.in d.l.certi iuris tenet, quòd
ſic.Sed Iacob.de Aret.Cyn.Bal.&Salic.ibi tenent con-
trarium:videlicet, quòd taciturnitas non noceat do-
mino rei ad inducendum in illa tacitam hypothecam,
niſi in hoc dolus domini interueniret, vt puta quia
pateretur quis obligari rem ſuam à debitore aſſerente
illam eſſe ipſius debitoris obligantis per l.ſi ſine.C.ad
Velleia.& l.2.C.ſi res pig.da.ſit.& iſtã opin.tenet etiam
Bald.in d.l.item quia.¶Sed primam opinio. gloſ.vide-
licet, quòd abſque dolo per ſolam ſcientiam & patien-
tiam domini inducatur tacita obligatio in re inuecta
& illata, tenet Bar.in d.l.quæ dotis.in vlti.colum.ff.ſol.
ma.& reſpondet ad alleg.per Cy.vt ibi per eum. & iſtã
opin.tenet etiam Iacob.Butr.in d.l.ſi ſine.& iſtam vide
tur tenere Alex.in d.l.item quia.in j.colu. Iſtam etiam
tenet Bartol in dict.l.j.§.j.ff.de pignor.& iſtam expreſ-
ſè tenet Alexand.in dict.l.certi iuris. in apoſtil.ad Bal.
& iſta



cõmu. opin.
153 & iſta videtur magis vera & communior.¶†Septimò,
limita dictam regulam in mercibus venalibus inue-
ctis & illatis:quia illæ non veniunt in tacita hypothe
ca:& ratio eſt, quia dicta tacita hypotheca reſtringitũ
ad bona inuecta & illata in domum conductam, & ſic
ad certum locum.d.l.certi iuris. cum concordantijs
ſuprà in regula allegatis, & merces venales non dicũ-
tur eſſe in illo loco, cùm ibi non ſint, vt perpetuo per-
manſuræ, vt l.venditor.ff.de pign.& ideò non veniunt
in dicta tacita obligatione.& ita tenet Alexand.in l.ſi
conſtante.in prin.in 3.quæſt.tertiæ partis principalis.
in verſicul.item inquantùm.Bart.hic in d. quæſt. tan-
git an mulier, &c.ff.ſolut.matrimo.iunctis not.per me
ſupra in ſecundo membro ſecundæ partis.num.14.
¶Octauò limita regulam, vt non procedat in inſtru-
mentis crediti illatis & inuectis per conductorem in
domum conductam, quia illa non comprehenduntur
in tacita hypotheca, & ratio eſt iam dicta in precedē-
ti limit.videlicet quia nõ videtur illata animo & pro-
poſito.vt ibi perpetuo ſint donec duratura eſt locatio,
ſed ſolùm donec exigentur credita in illis deſcripta,
merito nõ cēſentur tacitè hypothecata, vt dixi ſ.in 7.
limi. & ita tenet Pet.Cyn.& Salic.in d.l.certi iuris. in
4.q̃ſt.& refert & ſequitur Ang.de Are.in d.§. item Ser
154 uiana in 3.col.in verſ.quæro, inquilinus &c.¶†Nonò
& vltimo limitant aliqui regulam prædictã, vt illa nõ
pcedat in rebus minoris 25. ann.inuectis & illatis in
domum cõductam ſine authoritate tutoris vel cura-
toris, quia illæ non cõprehenduntur in tacita hypo-
theca inducta pro penſiõe domus.ita tenet Dyn. in d.
§.item Seruiana.&Bar.in d.l.item quia.& plenius in l.
ſi cõſtante.in princ.in 4.q̃ſt.tertiæ partis prin.ff.ſolut.
matr.& Fulg.& Salic.in d.l.itē quia.& Salic.in d.l.cer
ti iuris.in 3.quæſt.& Imol.& Cuma.in d.l. ſi cõſtante.
in prin.¶Tamē contrariã opinion. videlicet ꝙ in cõ-
ſequētiam actus permiſsi inducatur tacita hypotheca
legalis in rebus minoris, videtur tenere gloſſ. in l. fin.
C.de legit.tutor. & iſtam opin.tenent Bald. Ange. &
Paul.de Caſt.in d.l.item quia.& dicit ibi Pau.de Caſt.
ꝙ iſta opin.eſt æqua.idem tenet Bald.in l.vnic.§.& vt
plenius.C.de rei vxo.action.& in d.l.fi.C.de legi. tut.
vbi dicit iſtã eſſe communē opin. & illam etiam tenet
Cõmu. opin.
Ioã.Andr.in addi. Spec.in tit.de dona.int.vir.& vxor.
§.fi.verſ.quid ſi mulier.&Bald.Ang.Roma.& Alexã.in
d.l.ſi cõſtante.in princ.& videtur ſequi Iaſ.in d.l.item
quia.vbi recitat quatuor opiniõ.& magis videtur ad-
hærere huic.Iſtam etiam opin.magis latè tenet, com-
probat & dicit eſſe communem idē Iaſ.in d.l. ſi con-
ſtante.in 4.q̃ſt.tertiæ partis princ.vbi oĩa refert.& ita
tenendũ puto per fundamēta, de quibus ibi per Iaſo.
& ideo iſta limit.non eſt vera.& ſic habes regulam cũ
octo ampliationibus & totidem limitationibus, &c.
¶Tertiuſdecimus caſus, in quo inducitur tacita hy-
potheca, eſt in bonis vſurarij.& in bonis emptis ex v-
ſuris pro reſtitutione vſurarum, ſecundùm Bald. in l.
pen.C.de ſer.pig.da.ma.mouetur p text. in c.cùm tu.
de vſur.idem tenet Bald.in l.executorem.in j. col. in
verſi.vel dicit, ꝙ pro vſuris.C.de execu.rei iudi.alleg.
155 c.quanquã.de vſu.lib.6.†Sed aduerte, ꝙ in contrariũ
eſt communis opin.videlicet, ꝙ bona vſurariorũ non
ſint tacitè hypothecata pro reſtitutione vſurarum, ita
cõmu. opin.
tenet Ioã.And.in d.c.quanquã in Nouel.& Freder. de
Sen.in conſ.214.ſeu.221.& in conſ.61.licet nõ multum
clarè.& dictum c.cùm tu.non probat opinionē Bald.
quia dicit, quòd poſſeſsiones emptæ de pecunia fœ-
nebri, debent vendi, & preciũ ſolui illis, à quibus ex-
tortæ fuerunt vſuræ.Nam iſtud idem fieret, ſi poſſeſ-
ſiones emptæ fuiſſent de pecunia licitè acquiſita. eã-
dem opinionē tenet Ioan.de Ligna.in d. c. quãquam.
dicens ſe conſuluiſſe pro dicta opinione. idem tenet
Anto.de Butr.in cap.tua nos.de vſur.inducendo.text.
illum, vt ibi per eum. & idem tenet Laurent.de Ro-
dul.in tractat.de vſur.quæſt.76.& Panor.in d.ca. cùm
tu.ſuper gloſſ.fin.& Domin.de Sanct.Gemin in d. ca.
quanquàm, in princ.penul.col.& Amb.de Vignate. in
repe.c.ſalubriter.nu.231. vbi dicit hanc eſſe commu-
nem opinion.& ita eſt tenendum. & ſic iſte 13. caſus
Cõmu. opin.
156 nõ eſt verus.¶†Quartuſdecimus eſt in bonis vitrici,
quãdo mater tranſiuit ad ſecũdas nuptias, antequàm
filijs ſuis pupillis alium tutorem faciat ordinari, & ei
reddat rationem adminiſtratæ tutelæ, & reliqua reſti-
tuat.Nam tali caſu bona ſecundi mariti & ſic vitrici,
ſunt tacitè hypothecata pupillis pro reddenda admi-
niſtratione tutelæ & reſtitutione reliquorũ, vt eſt tex.
in l.2.C.quand.mul.tut.offi.fung.pot. & clarior text.
in l.ſi.mater.C.in quib.cauſ.pig.taci.contraha. & ibi
Bart.& Bald.& ita tenet Soci.in conſil.180.2.volu. di-
157 ligenter 2.col.in verſic.confirmatur hoc &c.¶†Quin
tuſdecimus caſus in quo de iure introducitur tacita
hypotheca, eſt in bonis teſtatoris, pro legatis ab eo fa
ctis, vt eſt text.in l.j.C.commu.de legã. & Inſti.de leg.
in §.noſtra.& iſta ſit regula, ad quam pone primò tres
ampliationes, & poſtea ſex limitationes. ¶Primò er-
go amplia regulam, vt procedat non ſolùm quando
pro legato datur actio, ſed etiam quando competeret
ſolùm officium iudicis:quia tunc datur ſaltem vtilis
hypothecaria.ita tenet Bart.in l.j.ad fin.ff.de lega.j.in
3.membro.quem ſequuntur ibi Ioan.de Imol.Are.Iaſ.
& Alex.non per iura alleg.per Bart.ſed ex alia ratione,
videlicet, quòd cùm fideiuſsio accedat etiam officio
iudicis, vt per glo.& Bar.in l.cùm quis pro eo.ff.de ſo-
lut.& per Bart.in l.Marcellus.in princ.ff.de fideiuſ.er-
go etiam ei accedit hypotheca, ea ratione, quia bonũ
eſt argu.de fideiuſsione ad hypothecam, vt eſt tex.no.
in l.ſi legati.in fi.ff.de pign.ita tenet Iaſ.in d.l.j.ad fin.
ff.de legat.j. Sed ſubdit Iaſon, ꝙ iſtud fundamentum
Imolæ & Alex.ſibi nõ placet:quia illud procedit in fi-
deiuſsione & hypotheca expreſſa, nos autē loquimur
in hypotheca generali tacitè inducta à lege, quæ non
probatur cõpetere pro legatis, pro quibus ſolùm com
petit officium iudicis.¶Tamen iſta dubitatio Iaſ. vi-
detur leuis: quia ſicut hypotheca expreſſa poteſt ac-
cedere officio iudicis, ita videtur dicendum in tacitã.
argu.l.cùm quid.ff.ſi cert.pet. & probatur per text. in
d.l.j.C.commu.de legat.in §.j.vbi Imperator dat hy-
pothecariam omnibus legatis, dummodo eorum na-
tura non repugnet.& ſubdit in verſi.cùm enim. quòd
ſicut teſtator in ſuo teſtamento poteſt cui vult hypo-
thecam rerum ſuarum dare, ita placet Imperatori, ta-
citam hypothecam ex diſpoſitione ſuæ legis cõcede-
re, & ſic in omnibus æquiparat tacitam hypothecam
inductam ex lege expreſſæ hypothecæ, quam teſtator
dat.Vnde non videtur facienda differentia inter ex-
preſſam hypothecam inductam à teſtatore, & tacitã
inductam à lege pro legatis, & per conſequens, ſicut
expreſſa poteſt accedere officio iudicis.ita & tacita.
¶Præterea Soci.in d.l.j.ad fi.de leg.j.ſubtiliter defen-
dit deciſionem Bar. & eius rationem ab impugnatio-
ne Imolæ & ſequacium, firmãdo, quòd vbi pro legatis
competit ſolùm officium iudicis, ibi etiam tacita hy-
potheca accedat, vt ibi ſimiliter per eum, & ſic tam
ex ratione Bart.defenſata per Socin. quàm ex ratione
Imol. & ſequacium, vera eſt concluſio, quòd vbi pro
legatis cõpetit ſolùm officium iudicis, ibi etiam ta-
cita hypotheca accedat. ¶Secundò amplia regulam,
vt procedat etiam ſi teſtator in teſtamento obligaue-
rit in ſpecie vnam rem pro legato, non obſtante l. fin.
C.de pac.conuen.vbi habetur, quòd ſi prouiſio homi
nis facit ceſſare prouiſionē legis, quia d.l.fina. loqui-
tur de remedio extraordinario à lege introducto in
defectum prouiſionis hominis, à quo bene cenſetur
receſſum per prouiſionem hominis:vt ibi habetur per
gloſ.& doct.ſed d.l.j.C.commu. de lega. introduxit
hypothecam tacitam, & ex ea hypothecariam actio-

nem pro legatis tanquam ordinarium remedium ad
vberiorem cautelam:& ideo illud non ceſſat per pro-
uiſionem teſtatoris.ita tenet Bald.in d.l.j.in 3.colũ. in
verſic.quæro,ſi teſtator. Et iſtam concluſionem tenet
etiam Rom.in ſuis ſingu.char.17.colũ.3.in princ. licet
de Bald.non faciat mentioné,ſed allegat alia de qui-
bus ibi per eum. ¶Tertiò amplia dictam regulam, vt
procedat non ſolùm in rebus teſtatoris ratione do-
minij,ſed etiam in rebus quæ teſtatoris non erant,ſed
ad hæredem peruenerunt per ipſum teſtatorem, vt d.
l.j.in fin.C.commu.de lega. Nec mirum, quia ſumus
in hypotheca legali, quæ etiam in rebus alienis con-
trahitur,vt l.ſatis notum.C.in quib.cauſ.pig.tac. cõ-
tra.ita tenet Bald.in l.cùm res.ad fi.C.ſi alie. res pign.
da.ſit.eandem opin.tenet Ange.in d.l.j.in lectur. Flo-
rétina. dicens,quòd agens hypothecaria pro legato,
non habet neceſſario probare, res ad quas agit,fuiſſe
in dominio teſtatoris:ſed ſatis eſt, quòd probet illam
rem perueniſſe à teſtatore,per text. ibi in verſic.in re-
bus quas à teſtatore conſequutus eſt,& ibi in fine, ſed
tantummodo earum rerum,quæ à teſtatore peruene-
runt,& illum refert ibi Iaſ.in vlti.colũ.in tertio nota.
ſed de Bald.non facit mentionem. & ita firmat Iaſon,
quamuis Dyn. iſtud ibi intelligat ſolùm quo ad hoc
vt legatarius conſequatur immiſsionem in poſſeſsio-
nem: non autem quo ad auocandum rem per hypo-
thecariã:nam tunc ſecundùm Dyn. eſſet neceſsè pro-
bare idem fuiſſe in dominio teſtatoris,cùm in re alie-
na non poſſet cadere pignus.l.fundus.ff.de annu. leg.
ſed ad hoc reſpondet Iaſ.poſt Ang.quòd immo tacita
hypotheca à lege inducta, poteſt induci etiam in re-
bus alienis per d.l.ſatis notũ. cum alijs notatis in tit.
158 ff.in quibus cauſis pignus taci.contraha. ¶ † Limita
modo dictam regulam: & primo , vt procedat ſolùm
in alijs rebus teſtatoris nõ legatis:non autem in re le-
gata,vt no.glo.in d.l.j.in verſic.in multis. & in d.§.no
ſtra. in ver.hypothecaria.inſtit.de lega.& dictas gloſ-
ſas ſequuntur Cynus & Barto.in d.l.j.in verſic. oppo-
no. res ſua nemini.& Bald.ibidem in verſicul.quæro,
nunquid ſi teſtator legauerit, & ibidem Iacob. Butri.
ſed ibidem Salice.in verſic.nunc quæro cum gloſſ. te-
net,quòd cùm verè dominium rei legatæ nõ ſit penes
legatariũ,etiam dicta res legata poteſt dici hypothe-
cata,vt ibi latè per eum.Ang.de Are.inſtitu.de lega.§.
j.in 3.colũ.in gl.in verſic.hypothecaria, tenet contra-
riũ,videlicet quòd hypothecaria competat ſolùm in
alijs rebus teſtatoris non legatis, non autem in re le-
gata,quia illud quod dicit Salic. procedit ſolùm ante
aditam hæreditatem:nam tunc nõ poteſt peti legatũ,
quia nondum eſt confirmatum.vt l. ſi nemo.ff. de te-
ſta. tutor. ſed poſtquam hæreditas eſt adita,cùm tunc
verè ſit acquiſitum dominiũ legatario,vt l. ſi tibi ho-
mo.§.cùm ſeruus.& ibi not.Bartol.ff.de leg.j.non po-
teſt res legata eſſe hypothecata.l.neque pignus. ff. de
regu.iur.ſed ſtatim ſubdit,quòd non eſſet malum di-
cere,quòd etiam poſt aditam hæreditatem res legata
ſit hypothecata:quia dominium,quod habet legata-
rius in re legata,eſt de iure ſpeciali,cùm trãſeat in eũ
ſine traditione:& ſic contra regulam iuris l.traditio-
nibus.C.de pact. & ideo videtur quòd tali caſu etiam
res propria poſsit eſſe hypothecata.argũ.l.in bello. §.
ſi quis ſeruũ.ff.de capti. ¶ Sed aduerte quòd iſta fuit
opinio Barto.in l.j.ad fin.ff.de lega.j. de quo Aret. nõ
facit mentionem:quæ opini.vt refert Iaſ.in d.l. j. vlti.
colũ.communiter reprobatur per modernos, & tene-
tur prima opinio ſuprà relata,ſcilicet quòd hypothe-
caria competat contra alias res teſtatoris,non autem,
ſuper re legata:& dicto.§.ſi quis ſeruum. per quem ſe
munit Bartol. parùm facit:quia loquitur in dominiũ
quod quis habet,ſed reuocabiliter: nam poteſt com-
pleri per præſcriptionem. & ſic per eam acquiri ir-
reuocabiliter : notatur enim ibi, quòd ille qui habet
dominium reuocabile , poteſt illud ſtabilire per præ-
ſcriptionem, ſed in legatario hoc nõ eſt ita,quia ei ab
adita hæreditate ſequuta agnitione legati, acquiritur
dominium irreuocabiliter.l. ſi quis ita hæreditatem.
& ibi gloſſ.ff.de conditio.inſtitu. ¶Subdit tamen Iaſ.
in d.l.j.in vlti.col.quòd pro opinione Bart. poteſt al-
legari bonus tex.in l.idémque.iuncta gl.& Bart.ff.qui
potior.in pigno.habe.vbi ſecundùm eum habetur, ꝙ
res empta ex pecunia pupilli efficitur pupilli de iure
ſpeciali:& tamé poteſt eſſe ei hypothecata:ſed ad hoc
etiam poteſt reſponderi , quòd non eſt verum ſimpli-
citer,quòd res empta ex pecunia pupilli, efficiatur pu
pilli,ſed hoc pendet ex electione pupilli:quia ſi pupil-
lus eligit velle dictam rem emptam per tutorem ex
pecunia ſua , eſt verum quòd facta electione illa res
efficitur de dominio pupilli : ſecus autem,ſi pupillus
eligat velle ſuam pecuniam,& non rem: quia tunc illa
non efficitur ſua, & iſto caſu erit ei hypothecata:non
autem in primo,quando eligit rem. ita intelligunt gl.
& Bart.in d.l.idémque & Bart.in l.j.& 2. ff.quando ex
fac.tu.& ita etiam not.Bal.in l.ſi tutor.C. de ſeruo pi-
gnor.da. ma.& ſic ille text.non obſtat communi opi-
nioni.¶†Secundò limita dictam regulam,vt nõ pro-
159 cedat in rebus hæredis:quia illæ non ſunt tacité obli-
gatæ pro legato,ſicut ſunt res teſtatoris, vt no.Bart. in
d.l.j.in fi.C.commu.de lega.& dicit Ange.de Aret.in-
ſti.de leg.§.j.in tertia col. quòd in teneris annis dum
eſſet doctor nouellus,& voluiſſet practicare cõtrariũ,
ſuccubuit. Sed ſi poſt ſex menſes à die mortis de-
functi & aditæ hæreditatis, hæres non ſolueret lega-
tum:tunc bene poſsit fieri immiſsio ad inſtãtiam le-
gatarij in bonis hæredis pro legato:& per talem im-
miſsionem conſtitueretur pignus prætorium: iſte eſt
text.in l.certa.C.vt in poſſeſsio.lega.& ibi Bald.& Sa-
lice.licet gl.in d.l.j.in fi.C.commu. de lega. aliter di-
cat & malé,ſecundùm Bartol.ibi & alios docto. & ita
160 etiam tenet Areti.in d.§.j.in 3.colũ. ¶†Tertiò limita
regulã,& declara ꝙ dicta hypotheca tacita, q̃ cõpetit
pro legato,habet diuerſam naturam ab alijs hypothe
cis quia ſcilicet aliæ hypothecæ competũt inſolidùm
contra quemlibet ex hæredibus:vt l.j.C. ſi vnus plu.
hæred.credi.vel de.item pro minima parte debiti to-
ta res remanet obligata,vt l.reſiduum. & l. quandiu.
C.de diſtract.pign.iſta autem hypotheca , quæ datur
pro legato , comméſuratur actioni perſonali,qua hę-
redes tenentur:& ſic iſta actio hypothecaria datur cõ
tra hæredes,ad quos peruenerũt res teſtatoris pro ra-
tis,pro quibus ſunt hæredes ad ſimilitudinem actiõis
perſonalis,vt eſt text.in d.l.j.in fin.& iſtud eſt ſpeciale
in legato.vt vult ibi Bart.in pen.oppoſ.& idem ſequi-
tur ibi Bal.in 3.col.in ver.item not.hic,quòd hypothe-
caria.& reddit rationé differentiæ quòd ſcilicet ideo
in alijs hypothecis non fit diuiſio , quia incipiunt in
perſona vnius promiſſoris,& in ſenſu coniuncto: hy-
potheca autem quæ datur pro legato , trãſmittitur in
ſenſu diuiſo.idem tenet Iaſ. in l.eum qui res.in fin. C.
de procur.idem in ſimili no.Barto.per d.l.j.in fi.in re-
petiti.l.ſi conſtante.in tertia quæſt.4. partis principa-
lis.ff.ſolut.matrim. ¶Quartò limita regulam , quan-
do aliæ res teſtatoris non ſunt legatæ alijs perſonis:
quia ſi alijs eſſent legatæ in illis,nõ competeret alteri
legatario hypotheca,ne quod vni datur, alteri dene-
getur:ita tenet glo.in d.l.j.in verſic. in multis. in ver-
ſic.hoc tamé.vnde ſi vni eſſet legata certa quãtitas, &
alteri eſſet legata certa ſpecies, puta fundus,ille fun-
dus non diceretur hypothecatus pro legato quanti-
tatis,ex quo alteri legatus eſt.ita vult d.glo.ibi.ita te-
net Iaſ.in dict.l.j.vltima colũ.pro quo allegat textum
optimum in l. ſi fideicommiſſarium.ff. vt in poſſeſ.
lega. & l.procurator.§. pen.ff. de tribu. Iſtud tamen
intelligi debet , quando legata non ſunt relicta vltra
vires hæreditarias:ſed vltra legata ſuperſunt etiã alia
bona



bona teſtatoris:ſed quando in bonis teſtatoris non ex-
tat,niſi ſpecies legata,tunc in illa ſpecie vterque lega
tarius,videlicet illius ſpeciei,& etiam quantitatis,pro
rata concurrere debet per tex.no.in l.querebatur.ff ad
l.Falcid.ita dicunt Ang.& Paul.de Caſt.in d.l.j. Quod
dictum Iaſ.in d.l j.dicit ſe nõ ponere pro cõſtanti.Sed
iſtam quæſtioné latè examinat Alex.in d.l.querebatur.
& refert quòd Bald.in l.ſi verò compoſita.ff.de teſtam.
mili.tenet contra opinionem Ang.ſed quod cum opi-
nione Ange.tenet Bald.in l.2.§.j.ff.de condi.indebit.&
dicit Alexan.quòd opinio Ange.probatur per d.l.quę-
rebatur.inducendo,vt ibi per eum:& hanc opinionem
161 dicit ibi Alexander eſſe æquiorem. ¶†Quintò,limi-
ta regulam quando teſtator in ſuo teſtaméto remittit
dictam tacitam hypothecam introductam pro lega-
tis.nam illam remittere poteſt,vt tenet gloſſa in l.2.ff.
vt in poſſeſſ.legat.argumen.illius l. & dictam gloſſam
approbat ibi Bart.& ita etiam tenet Bal.& Salicet.ibi,
& ſequũtur magis communiter doctores,excepto Pet.
& Cyn.in dicta l.2.quos reprehendit Bald.in l.j.in 6.
column.C.de his quæ pœnæ nomi.iſtam etiam opinio
nem tenet Bartol.in l.nemo poteſt.ff.de legatis j.& ibi
162 ſequitur Alexan.in 4.colum.¶†Sextò,limita regulam
in donatione cauſa mortis:quia licet illa ſoleat in mul
tis æquiparari legatis:vt l.2.& ibi per docto.ff.de lega.
j.tamen in hoc differt, ſcilicet quòd tacita hypotheca
inducta pro legato,non cenſetur inducta in donatio-
ne cauſa mortis:quia hoc non reperitur iure cautum:
vt habetur per Alexandrum & alios in dicta l.ſecũda.
& per Angel.de Are.inſti.de donat.in princ.in 2.col.
¶Sextuſdecimus caſus eſt in mutuante ad refectio-
nem nauis vel prò alimentis nautarum , quia tali caſu
inducitur tacita hypotheca in bonis magiſtri nauis,
pro reſtitutione talis pecuniæ,etiam cũ priuilegio præ
lationis aliorum priorum creditorum, vt eſt text.in l.
interdum.cum l.ſequen.ff.qui potior.in pig.hab.& ibi
hoc not.Bart.qui etiam iſtud extendit ad pecuniã mu-
tuatam pro refectione ædificij,vel pro quacũque alia
conſeruatione rerum,vt ibi per eum,& eſt text.gloſ.&
doctor.in l.j.ff.in quibus cau.pignus tacité contraha.
& ita etiam vult Alexan.in conſi.217.viſo quodam &c.
numer.2.7.volum.
163 ¶†Septimuſdecimus caſus eſt in pecunia pupillari,
mutuata ad rem emendam,quia res empta ex illa pe-
cunia,eſt tacitè hypothecata pupillo,etiam cum priui
legio prælationis,pro reſtitutione pecuniæ mutuatæ,
vt eſt textus,& ibi gloſſ.Bartol.& alij in d.l. idémque.
ff.qui potiores in pignor.habean.& iſtud eſt ſpeciale
in pupillo.Nam pecunia alterius mutuata expreſsè ad
merces,ſeu alias res emendas,nõ habet in dictis rebus
tacitam hypothecam,niſi de hoc per pactũ expreſſum
conuentum fuerit:ſed tãtummodo habet priuilegium
in perſonali actione,vt ſcilicet in dictis rebus præfera
tur aliis creditoribus,non priuilegiatis, prætendenti-
bus ſolam perſonalem,vt l.quod quis.& ibi gloſſ.ff.de
priuilegiis creditorum.ita tenet Bartolus in dicta l.in-
terdum.& Baldus in l.quanuis ex ea.C.de pignor.& in
l.licet.C.qui pot.in pignor.habe.& Salicet.in authent.
quo iure.num.2.quæſt.eadem,titul.in quibus locis re-
probatur gloſſ.in dicta authentic.quo iure.quæ voluit
cõtrarium,ſcilicet quòd res emptæ ex pecunia expreſ-
ſé mutuata ad illam emendam eſſent tacité hypothe-
catæ pro pecunia mutuata: & ita tenet Alexand.in l.ſi
cùm dotem.§.fi.in pen.col.in ver.poſtremo.Bart.ff.ſo-
luto matri.& quod dictum eſt de re empta ex pecunia
pupilli,quòd illa ſit hypothecata,intellige,quando res
empta fuit ex pecunia pupilli per alium,quàm per tu-
torem:tunc enim illa res nõ efficitur pupilli,ſed ſolùm
in ea acquiritur ei tacita hypotheca.ſed ſi res empta eſ
ſet per tutorem ex pecunia pupilli,tunc eſt in electio-
ne pupilli,an velit illam ré,tanquam ſuam:an verò ve-
lit ſibi reſtitui ſuam pecuniam,& illam rem pro reſti-
tutione pecuniæ eſſe ſibi obligatam tacitè, vt habetur
per Bald.in l.ſi tutor.C.de ſeruo.pignor.da.ma.poſt gl.
ibi,& per gloſſ.in l.2.ff.quando ex fac.tuto. & dixi ſu-
prà in 15.caſu,in prima limit.nu.155.
164 ¶†Octauuſdecimus caſus eſt in re empta ex pecunia
militis:quia illa res eſt tacitè hypothecata pro reſtitu-
tione pecuniæ militis ex ſpeciali priuilegio,ſicut dictũ
eſt in pupillo in proximo præcedenti caſu,ita not.glo.
in l.quanuis.C.de pign.& ibi Bar.& Salic.& latius Sa-
lic.in dicta l.licet.in prima & ſecunda oppoſitione.C.
qui potior.in pign.habe.
¶Nonuſdecimus caſus eſt in militia empta ex pecu
nia expreſsim mutuata ad illam emendam:quia illa mi
litia erit tacite hypothecata creditori mutuanti cum
priuilegio prælationis.& hoc ex ſpeciali fauore, vt eſt
text.& ibi nota.omnes in l.fin.& in authent.ibi poſita.
C.de pigno.& priuilegium prælationis in hoc conce-
ditur nõ ſolùm reſpectu aliorum creditorum: ſed etiã
reſpectu dotis.quia ſcilicet creditor, qui mutuauit ex-
preſsé ad emẽdam militiam,præfertur etiam vxori di-
cti emptoris militiæ,& filiis eiuſdem repetentibus do-
tem,vt eſt text.in d.l.fin.& in authen.ibi poſita.Intelli-
ge tamen tũ,quando dos eſſet poſterior credito prædi
cto.tunc enim ille creditor cum iſta ſua tacita hypo-
theca priuilegiata prefertur etiam doti:ſecus autem,ſi
mulier in dote eſſet anterior dicto credito , quia tunc
mulier præferretur cuicunque priuilegiato, etiã fiſco,
excepta ſola cauſa primipilari,vt ſatis notum.C.in qui
bus cau.pignus tacité contraha.ita not.Bald.Nouel.in
tractatu dotis in 9.parte.in 12.colũ.in verſ.13 limita.de
quo tamen dicam infrà in membro prioritatis.
¶Vigeſimus caſus eſt,quando debitor obligauit cre
ditori bona alterius,puta Sempronij, qui Sempronius
poſtea ſtetit fideiuſſor in d.debito pro ipſo debitore:
nam taliter fideiubendo videtur tacitè approbare ob-
ligationé antea factam de rebus ſuis:tex.eſt,& ibi not.
Bart.in l.Pomponius.§.j.ff.in quibus cauſ.pig.taci.con
traha.Secus autem eſſet,ſi Sempronius priùs fideiuſsi-
ſet pro dicto debitore,& poſtea debitor eius bona ob-
ligaſſet:quia per antecedentem fideiuſsionem non in-
ducitur tacita approbatio futurę obligationis ſuorum
bonorũ,vt eſt ibi tex.& tenet gl.Bart.& Bald.quod no.
nam licet propriè iſta non dicatur tacita hypotheca,
ſed potiùs tacita approbatio præcedẽtis obligationis,
quia tamen quaſi in idem tendit,ideo placuit ponere.
¶Vigeſimuſprimus caſus eſt,quãdo quis obligatur
ex cauſa tranſactionis ſuper veteri obligatione:nõ ta-
men animo nouandi primam,ſed ſimpliciter:quo caſu
non inducitur nouatio iuxta l.finalem.C.de nouatio-
nibus.vel ſi fiat expreſsè citra nouationem iurium an-
tiquorũ,prout hodie practici notarij faciunt.Nã ſi iſto
caſu tranſigens non ſeruat tranſactioné,poteſt contra
eum agi primæua actione.l.cùm proponas.C.de pac.&
l.ſiue apud acta.C.de tranſa.& pro illa veteri & prime
ua actione bona dicti trãſigentis qui nõ ſeruauit trãſ-
actioné,erunt tacitè hypothecata:tex.eſt not.ſecundũ
Bar.in l.fi.ff.in quibus cauſis pignus tacit.contraha.li-
cet gl.ibi voluerit aliud,videlicet ꝙ bona nõ eſſent ta
citè hypothecata:ſed quòd retineri poſſent,quaſi obli
gata:ſed glo.in hoc malè loquuta fuit ſecundùm Bart.
ibi,cũ immo verè ſint obligata,& ita etiã videtur velle
ibi Salic.quòd not.quia frequenter poteſt contingere.
¶Vigeſimuſſecũdus caſus eſt in terminis d.l.fi.quã-
do tranſactio fuit facta animo nouandi.ſed trãſigens,
per dolum tranſegit,vel per dolũ tranſactioné nõ ob-
ſeruat,iuxta no.in l.actione.C.de tranſact.tũc enim in
odiũ committentis dolum,bona illius cẽſentur tacitè
obligata.ita no.Bar.in d.l.fi.in quib.cau.pig.taci. cõtr.
quod etiã eſt méti tenédũ,quia poteſt in facto contin-
gere. ¶Vigeſimuſtertius caſus eſt , quandó aliqua res
ſpecialiter deſignatur pro præſtatione alimentorũ,vel
alterius annuæ præſtationis,tũc enim ille fund⁹ ſpeci-

aliter deſignatus,ad hoc onus cenſetur obligatus. ita not.Barto.in l.Lucius.ff.de alimentis & cibar.lega.per text.in l.2.eod.titul.quem ita intelligit poſt quendam doctorem Lombar.& ita etiam tenet Bartolus in l.fundus quem.ff.de annuis lega.vbi decidit,quòd ſi teſtator leget centum annua ſuper tali fundo,quod ex hoc cenſetur ille fundus expreſsè obligatus:quia ſecūdum eum,tantum eſt dicere,lego ſuper illo fundo,quātum obligo illum fundum: vt probatur ſecundum eum in rubrica,de rebus eorum qui ſub tutela vel cura ſunt, ſine decre.non alien.vel ſuppo.idem tenet Bartolus in l.codicil.§.inſtituto.ff.de lega.2.Et prædicta tanto fortius procederent,quāto talis annua præſtatio, deſignato certo fundo,eſſet ſoluenda in perpetuum: tūc enim indubitanter procederet cōcluſio ſuprà firmata:videlicet,quòd dictus fundus eſſet hypothecatus,& quilibet poſſeſſor,ad quem ille tranſiret,teneretur ad dictā præſtationem.l.hactenus.ff.de vſufructu.& not.Oſtié. in ſumma.titul.de loca.§.quæ actio.verſic.antepenultimo & vlti.& refert & ſequitur Guido Papæ in quæſtione 432.ad finem.& ita videtur tenere Ioannes Fab. inſtitut.de action.§.item Seruiana.in vltima columu. vbi latè proſequitur materiam & Cornelius in conſil. 296.primo volum.in litera g & h.& ibi declarat & firmat dictum Barto.in dicta l.codicil.§.inſtituto.¶Sed aduertendum eſt,quod Roman.in conſilio 388. in caſu propoſiti thematis,in primo argumen.tenet, quòd dicta concluſio ſit ſpecialis in cauſa alimentorum:vt ſcilicet ſpeciale ſit fauore alimentorum, quòd fundus expreſsè deſignatus,ad eorum præſtationem ſit hypothecatus:& hoc etiam extendit ad annuam penſionē, quam ſummus pontifex conſtituit clerico ſuper redditibus certæ eccleſiæ,vt ſcilicet illi redditus & bona,ex quibus percipiuntur,ſint obligata pro dicta annua pēſione.ſed Paulus de Caſtro in conſilio 53.quia exceptiones.in penultima columu.tenet,quòd res non ſit obligata pro annuis præſtationibus,ſeu penſionibus impoſitis in bonis eccleſię,& quòd ſit ſpeciale in alimentis, quòd res deſignata pro illorum præſtatione cenſeatur obligata.dicta l.ſecunda,& dicta l.Lucius.ff.de alimē. & cib.legat.& Felinus in cap.ad audientiam.el 2. in 5. colum.in verſic.quinta concluſio.de reſcript.recitatis opinion.Roma.& Paul.de Caſtro dicit,quòd fortè opinio Pauli eſt verior.Ego puto tenendum,quòd nulla ſit ſpecialitas in alimentis:quia certi ſunt caſus,in quibus inducitur tacita hypotheca,vt in titulo.ff. & C.in quibus cauſis pignus tacitè contraha.Inter quos cùm non reperitur caſus alimentorum,meritò ille non cenſetur habere de iure tacitam hypothecam,vt hoc argumento vtitur Bartolus poſt dictum doct. Lombard.in l.Lucius.facit tex.inſtitu.de action in §.actionum.vbi enumerantur actiones bonæ fidei, & aliæ quæ ibi non ſunt numeratæ,ſunt ſtricti iuris:& ſic alimenta non habent ius tacitæ hypothecæ,niſi quando ſunt legata in teſtamento:quia tunc habent tacitam hypothecā,prout habent alia legata iuxta l.communi.de lega.ita tenet Bartolus in dicta l.Lucius. & in l.Caius.ff.de annuis lega.Sed ratio prædictæ deciſionis eſt,quòd certa bona fuerunt ſpecialiter deſignata pro alimētis,ſeu aliis annuis præſtationibus:tūc enim illa ſpecialis deſignatio facit,quòd illa bona cenſeantur obligata pro dictis præſtationibus,vt firmat Bartolus in locis ſuprà allegatis,& maximè in d.l.fundus quem.ff.de annuis lega.& in d.l.codicillis.§.inſtituto.ff.de lega.2.& in d. l.Lucius.& iſta fuit etiam opinio glo.in d.l.Lucius.in gloſſ.in verſicu ex reditu.ita puto tenendum,cùm non inueniam deciſiones gloſſ.& Bartol.reprobari per aliquem.¶Vigeſimuſquartus caſus, ſecundum aliquos, eſt in legitima debita de iure naturæ deſcendentibus in bonis aſcendētium,iuxta l.Papinianus.§.quarto.ff. de inoffi.teſtam.& authen.nouiſsima.C.eod.tit.vt ſcilicet bona aſcendentium ſint tacitè hypothecata deſcendentibus pro dicta legitima eis debita:& iſtam opinionem tenet Baldus in conſilio 171.condēnatus fuit quidam,primo volumin.vbi æquiparat filios vxori, & Fulgo.in conſ.84.Bonacurtius in ſecunda colum.ad fi. & Aret.in conſi.156.diligenter viſis.in penul. colum.in principio.Eandem opinionem tenet Paul.de Montepico in repet.l.in quartam.ff.ad l.Fal.in colum.49 nu.117. vbi audacter dixit,quòd Alexan.qui ibi tenet contrarium,errauit in terminis:& ſecundū eum opinio probatur inconuincibili fundamento:nam lex fauet magis filiis in legitima,quàm aliis legatariis:quia ſtatim deducto ære alieno,detrahitur legitima,dicta l Papinianus.§.quarta.& filius dicitur creditor in ſua legitima:& creditores præferuntur legatariis.l.final.§.ſi verò.C.de iure deliberand.Cùm autem quilibet ſimplex legatarius habeat bona teſtatoris obligata,vt l.j C.cōmun.de lega.à fortiori videtur,quòd bona debeant eſſe obligata pro legitima, & dicit,quòd iſtud eſt ſuum fundamentum,& alij doctor.non probauerunt iſtam concluſionem:ſed immo iſtud fundamentum ante eū fuit Fulgo.in dicto conſilio 84. quòd fortaſsè potuit ipſe non vidiſſe.Tamen contrariam ſententiam,videlicet quòd filiis non detur hypothecaria pro legitima, tenet Alexand.in dicta l.in quartam.in ſeptima colum. in verſicu.confirmo prædicta.dicens non reperiri iure cautum,quòd filius habeat hypothecata bona inſolidum pro legitima.iuxta l.creditoris.ff.de diſtractio.pignō.Idem tenet Alexander in conſil.78.clariſsime doctor.3.volumin.in vltima colum.in verſic. Non obſtat id quod dicitur de legitima.vbi dicit, quòd bona non ſunt obligata pro legitima filij,ſed ſolùm pro ea filius habet condictionem ex lege contra hæredes,vt eſt caſus in §.cæterum.in authen.vt cùm de appella. cogno. & eſt communis opinio in d.l.in quartam.cum aliis allegatis ibi per Alexand.Idem tenet Alexand.in conſil. 117.viſo titulo q.6.vol.num.18.per allegata ibi per eum. & in conſi.154.duplicato per errorem.num.13.& 14.ſeptimo volum.Idē latè firmat inſignis doctor Domin. Bulgarinus Senen.in quodam ſuo conſilio viſo & diligenter conſiderato,quod eſt impreſſum poſt quandam ſuam diſputationem,quæ incipit, Sempronius condidit teſtamentū.quod conſiliū eſt ſubſcriptio ad quoddam conſilium domini Bartol.Socin. qui idem conſuluit per optima fundamēta,de quibus ibi.Iſtam etiam opinionem tenet Decius,noſtræ ætatis facilè primarius in conſilio 235.in caſus mag.&c.in vltima colum. & dicit eſſe veriorem:& reſpondet ad fundamenta tenentium partem contrariam.& primò,quòd Baldus in dicto conſilio 171.non dicit quòd pro legitima ſint hypothecata bona,& ſi diceret hoc,nō probat de iure:& ideo procedit fundamentum ſuprà factum per Alexā. ꝙ iure hoc cautum non reperitur,argumento l.illam. C.de collat.& quòd rationes Fulgo.ſunt parum efficaces.Nā dum arguit à legatariis ad filios, quòd ex quo legatarij habent hypothecam,filij non debent eſſe deterioris conditionis:dicit ipſe quòd argumentū procederet data paritate terminorum,quādo ſcilicet filij pro legitima haberent expreſſam voluntatē teſtatoris, prout habēt legatarij:ſed quia legitima debetur ex diſpoſitione legis,non militat argumentū de hypotheca conceſſa pro legato,iuxta l.j.C.commu.de lega.ad legitimā,quæ non habet expreſſam voluntatē teſtatoris, & ꝙ ex hac ratione magis faueatur legatis, quā legitimæ,tenet Salic.in l.ſcimus.§ repletionem.in fine.C.de inofficio.teſta.& ſequitur Alexand.in l.in ratione.la 2. in princ.in vlt.col.in ver.Item nō videtur bene dicere. ff.ad l.Falc.pro quo optimè facit,quia alimenta de iure multa habent priuilegia:vt per Bartol.in l.mella.in prin.ff.de ali.& cib.leg.& tamen alimēta nō habent tacitam hypothecam,niſi ſint relicta in teſtamento.quia tunc habet hypothecā ſicut cætera legata,vt per Bart. in l.Caius.ff.de ann.lega.& in l.Lucius.ff.de alimentis

Cōmu. opin.

& ci-



& cibar.lega.& late dictum fuit in præcedenti caſu. 23. & ita tenendum puto. ¶Quam tamen concluſionem limita,niſi ageretur pro ſupplemento legitimæ, habitò reſpectu ad id quod relictum fuit in teſtamento, filio non ſufficiente ad legitimam, iuxta terminos l. omnimodo.C. de inoffic.teſta. quia cum illo caſu pars legitima ſit relicta in teſtamento, illud etiam quod debet ſuppleri,cēſetur relictum,vt in notab. quæſt.tradit Bald.in l.hac edictali.colum.3.verſic. & primò quæro. C.de ſecund.nupt.quia tunc ſicut pro alijs relictis cōpetit tacita hypotheca.d.l.j.C.commun. de lega. ita & pro ſupplemento legitimæ hoc modo debito:& ita tenet Decius in dicto conſi.235. in fin.& bene. Concluſio ergo ſuprà firmata,quòd in legitima non ſint bona tacitè hypothecata,procedit quādo nullo modo legitima eſt relicta:ſed petitur ex diſpoſitione d.l. Papinianus.§.quarto.& dict.authen.nouiſsima.& ſic iſte 24.caſus non eſt verus. Non reperio alios caſus in iure expreſſos, in quibus detur tacita hypotheca, niſi duos alios,quos vide infrà in tertia parte principali, in primo membro,num.12.& 13.quos oblitus fui ponere hîc, ideo eos ſupple hîc,quanuis non ſit propriè tacita hypotheca in eis. Fateor tamen quòd per ſtatuta poſsit induci etiam in alijs caſibus, ſicut enim potuerunt leges ciuiles introducere hypothecam in caſibus prædictis,ita & ſtatuta municipalia poſſunt etiam in alijs caſibus introducere iuxta tex.in l.omnes populi.ff.de iuſtitia & iure.& quia ſicut pacto poteſt hypotheca induci,ita & ſtatuto:quia quod poteſt fieri per pactum arguendo affirmatiuè, poteſt etiam fieri per ſtatutum.l. non impoſsibile. & ibi Bartol. & doct. ff. de pactis.& gloſſ.in rubr.C.de decre.decu.lib.10.& ita firmat Bart. in l.final.C.de iure rei public. lib.10. & Soci. per plura alia:ita tenet in conſil.240. circa præſentem. 2.volum. prima colum.

165 ¶†Inſuper ad declarationem præſentis 4.membri huius ſecundæ partis,in quo tractatum eſt de tacita hypothe.eſt notandum, quòd in tacita hypotheca veniunt bona præſentia & futura,& etiam nomina debitorum tam præſentiā quàm futura:vt per Bald.in l.prima.pen. colum.ff.ſolu.matrimo.& in l.hac edictali,§ omnibus. poſt Cy.ibi.C.de ſecun.nup,& in l.vbi adhuc. ad finē. poſt Iac.de Ra.ibi & Cy.C.de iure dot.& ita etiā tenet & corroborat Salic.in l.final. C. quæ res pigno. oblig. poſſ.ſequendo in hoc opinionem primam gloſſ. ibi & reprobando opin.Ioann.gloſſatoris,& ita etiam tenet Roman.in ſingul.146.char.5.& iſta videtur verior & cōmunior opinio,de iure,quicquid in contrarium voluerit Bald.in l.3.§.de haere.l.actio.vbi voluit quòd in tacita hypotheca veniant præſentia tantùm: & in l.3.C.de priuil.fiſci.vbi dixit eſſe ſpeciale in fiſco, quòd in tacita hypotheca eius fauore veniant futura:quia(vt dixi) tenendum eſt,quòd in tacita hypotheca veniant bona & nomina debitorum tam præſentia quàm futura.

Comm. opin.

166 ¶†Sed dubitatur, quid dicendum ſit de pecunia, an ſcilicet illa veniat in tacita hypotheca. Et videtur dicendum quòd ſic, per text. & ibi Bart.in l. cùm taber. §.fin.ff.de pignoribus.vbi dicitur,quòd in generali obligatione bonorum venit pecunia: tamen Bald. in l. certi iuris.in 6.quæſt. C. loca:tenet, quòd neque merces,neque pecunia veniat in tacita hypotheca: quia talia non videtur ineſſe tacitę hypothecę propter celerem motum.l.debitor.ff.de pignor. cùm alijs allegatis per eum.Idem videtur tenere Alexander in dict.l.cùm tabernam.in apoſtil.ad Bar. & ratio rationis eſt, quia pecunia dicitur ſemper venalis, & parata alienationi. l.vxorem.§.legauerat.ff.de lega.3.& not.Bald.in l. final. ad fin. C. de compen.& ſequitur Alexand. in l.generali.§.vxori,ff.de vſufruct.de lega.& propterea non videtur eſſe in certo loco.

¶Tamen eſt aduertendum, quòd prædicta ſunt intelligenda in tacita hypotheca, de qua in dict.l. certi iuris.quæ eſt reſtricta ad certum locum, videlicet ad domum locatam.& in illa militat ratio aſsignata per Bal. in dict.l.certi iuris,in ſexta quæſtione.quòd pecunia & merces venales non videntur eſſe in domo locata cùm ſint venales,vt per Alexand.in locis præallegatis:ſed in alia tacita hypotheca extra terminos dictæ l.certi iuris.& ſic non reſtricta ad certum locum,vt patet in caſibus vigintitribus ſuprà enarratis: quia in illis ceſſat ratio reſtrictionis prædictæ, dicendum videtur, quòd pecunia comprǽhendatur ſicut comprǽhenditur in generali hypotheca expreſſa.dict.l.cùm tabernam. §.fi. arg.l.cùm quid.ff.ſi cer.pet.& facit, quia etiam in tacita veniunt nomina debitorum: vt dixi ſupra, & habetur per glo.& doct.in dict.l.3.C. de hæredita. action.& per Paul.de Caſtr.in conſil.395.notandum primò, & nō videtur ratio diuerſitatis inter pecuniam & nomina debitoris:& quia lex purificat tacitam & expreſſam,vt ſcilicet in vtraque veniant bona præſentia & futura.d. l.hac edictali.§.omnibus.Cùm ergo veniant omnia bona,ergo venit etiam pecunia: quia appellatione bonorum venit etiam pecunia.vt l.j. & ibi not.Bal. & Salic. C.de vſufructu.& propterea concludo, quòd licet in tacita hypotheca,de qua in dicta l.certi iuris. non veniat pecunia per rationes adductas per Bald. & Alexā. tamen in alijs tacitis hypothecis ſic.

167 ¶†Poſtremò in materia tacitæ hypothecæ notandum eſt,quòd ſtante ſtatuto, quòd inſtrumenta confeſsionata vel guarentigiata habeant executionem paratam tale ſtatutum militabat,etiam ſi petatur executio vigore inſtrumenti,ex quo reſultet tacita hypotheca: ita cōmuniter concluditur, vt habetur per Bart. Bald. & latius Imol.in l.j.ff.de his quæ in te.delen.& per Bal.in l. vnica.§.& vt plenius.C.de rei vxor.actionib. & in l.ad probationem.la prima.C.de probation.& ita tenet Alexand.in l.iuriſgentium.§.quòd ferè. vt in vlt.colum. ff.de pactis.Et licet loquatur in ſtipulatione præſumpta,idem eſt in tacita hypotheca, vt tenet bald.Nouel. in ſexta parte in ſeptimo priuilegio.in prima colum. Subdit tamen,quòd vidit eſſe conſultum, quòd dicta communis opinio procedat, quando agitur via executiua vigore tacitæ hypothecæ contra ipſum principalem nominatum in inſtrumento: & ita dicit eſſe de mente Bald.in l.pri.C.comm. de lega.Et iſtud idem eſt etiam,quando petitur executio inſtrumenti,in quo eſt expreſſa hypotheca:quia iſta datur ſolùm contra principalem debitorem & eius hæredem, non autem contra tertium poſſeſſorem, vt per Benedictum de Barzis de Aretio,in tractatu guarentigiæ, in colum. 32. verſic. deſcendam nunc ad 9. & ita tenent Bald. & Ang.in l.2. C.ſi aduerſus credi.Baldus in l.hac edictali.C.de ſecundis nuptijs.& in l.ſi pro te.C.de iure dot Bart.in repetitione l. tertia in quarta quæſtione.C.de pigno. Ang. Imol.Alexand. & alij.in l.pri.§. ſi hæres. ff. ad Trebel. Felin.in capit.cùm ſuper.in 6. colum. in verſic. & nota quòd tertius.de re iudic.Et hanc concluſionem, quòd ſcilicet executio conceſſa per ſtatutum,habeat etiam locum quo ad ad hypothecam tacitam virtualiter ſub intellectam in inſtrumento,firmat Alexan.in conſ.126. repetitus.num.ſeptimo & per totum in 6.volum.& per iſta ſum expeditus de hypothecis tacitis.

Comm. opin.

## Tertia pars pincipalis.

VENIO nunc ad tertiam partem principalem tractatus, in qua tractandū eſt de pignoribus. Et pro intelligentia primò præmittendum eſt, quòd quadruplex eſt pignus. Primum pignus eſt conuentionale,quod ex partiū cōuentione procedit, de quo eſt glo. magiſtra.& ibi clarius per Bar.in l.j.in princip.ff. de pi. act.Secundum eſt pignus legale,quod tacitè à lege conſtituitur.l.certi iuris.C.locat.& inſtit.de act.§.itē Ser-

uiana cum aliis caſibus notatis ſuprà in quarto membro ſecundæ partis. Tertium pignus, eſt pignus prætoriũ,quod conſtituitur quando nulla præcedente ſententia diffinitiua,proceditur contra eum in contumacia,& fit immiſsio ex primo decreto in bonis debitoris,iuxt.l.ſi vnus.ff.de bonis auth.iudi.poſsi. Quartum pignus eſt pignus iudiciale,quod conſtituitur, quando procedẽte ſentẽtia diffinitiua, pro eius executione fit immiſsio in bonis debitoris condemnati ex primo decreto,vt l.à diuo Pio.per totum.ff. de re iudic. licet etiam iſtum quandoque appellatur prætorium,vt l.prima, C.de præto.pign.ea ratione, quia vtrunque expeditur à iudice,& infrà ſuo loco dicetur,in quibus differat pignus prætoriũ & iudiciale. Sicut ergo iſta pars continet tria genera pignorum, omiſſo legali,de quo iam dictum eſt ſuprà in quarto membro ſecundæ partis:ita diuiditur iſta pars in tria membra.In primo mẽbro videbimus de pignoribus & hypothecis conuentionalib.quomodo ſcilicet & quibus verbis conſtituãtur,& per quos.In ſecundo tractabitur de prætorio pignore, & in quibus differat pignus conuentionale & prætorium.In 3.tangetur de pignore iudiciali.

## *SVMMARIVM.*

1 *Ius reale conſtituitur per pignus,& hoc eſt ſpeciale in pignore:& quare.*
2 *Pignus conuentionale poteſt inter abſentes conſtitui,& per literas.*
3 *Pignus conuentionale quibuſcunque verbis contrahi poteſt,& ſine ſcriptura.Item in quacunque obligatione poteſt contrahi.Item poteſt conſtitui pro toto tempore,& pro parte temporis.Item de nocte,& pro quacunque cauſa,&c.*
4 *Hypotheca conſtituitur per pactum initum inter debitorem & creditorem,quòd liceat creditori alienare rem debitoris.*
5 *Hypotheca conſtituitur per verbum, Mutuo.*
6 *Subſcribens contractum vel ſcripturam, in qua res ſua eſt obligata, dicitur pignus conſtituere, niſi ſubſcribat ſe tanquàm teſtem.*
7 *Pignorans ſuam poſſeſſionem,vtendo verbo,poſſeſſionem,intelligitur illa pleno iure pignorare.*
8 *Pignus vel hypotheca,an poſint accedere obligationi nulli & inefficaci.*
9 *Pignus vel hypotheca non conſtituuntur,niſi aliqua obligatione præcedente.*
10 *Hypotheca introducta à lege in bonis paternis pro administratione facta per patrem in bonis filij,dupliciter conſideratur.*
11 *Actio pignoratitia directa,quæ datur debitori, quando naſcatur.*
12 *Actio ſemel nata,non poteſt iterum naſci.*
13 *Filius familias,immò & ſeruus, pro negocio & cauſa peculiari ſi liberam habeant adminiſtrationem,poſſunt res peculiares pignori dari.*
14 *Hypotheca poteſt cedi ſine principali:& cuius ſit effectus talis ceſſio.*
15 *Hypotheca poteſt remitti pacto,debito principali non ſatisfacto.*
16 *Hypotheca poteſt legari per teſtatorem,*
17 *Retentio,an locum habeat, vbi ipſa hypotheca nulla eſt,vel ſaltem vitioſa.*
18 *Accedens pignori,an dicatur pignus.*
19 *Pignoratio vnius rei pro alia,an ſit valida.*
20 *Venditio vnius rei pro alia,an ſit valida.*
21 *Venditor vendens rem alteri obligatam,aſſerens illã eſſe liberam,& nemini obligatã, pœna falſi tenetur: diſſimulans autem,tenetur crimine ſtellionatus.*
22 *Pignora data locatori in contractu locationis,an per reconductionem cenſeantur repetita.*
23 *Contractus pignoris dicitur nominatus.*
24 *Hypotheca in inſtrumento non adiecta, an per notarium ex ſuo officio poſſit ſuppleri & apponi,*
25 *Clauſulæ in inſtrumentis & contractibus apponi ſolitæ,an ſemper ſubintelligantur.*
26 *Subſtantialia & naturalia contractus quæ dicãtur.*
27 *Pignoratio vel hypothecatio facta pro tanto debito, quòd nulla ſit ſpes luitionis, potius dicitur alienatio, quàm pignoratio.*
28 *Statuto dictante, quòd quilibet teneatur facere deſcribi res ſuas in æſtimo, an creditor teneatur res pignoratas deſcribi facere:& ſub qua forma.*
29 *Res pignorata qualiter dicatur à creditore poſſideri.*
30 *Fructus rei pignoratæ quo caſu cedant creditori.*
31 *Creditor turbatus in poſſeſſione rei pignoratæ, habet interdictum,vti poſſidetis.*
32 *Creditor habens caſtrum pignoratum,poteſt exercere iuriſdictionem.*
33 *Debitorem poſsidere rem pignoratã,quo ad effectum vſucapiendi,qualiter ſit intelligendum.*
34 *Creditor qualiter dicatur pignus poſſidere,& qualiter debitor.*
35 *Hypotheca conuentionalis per quas perſonas poſſit vel non poſſit conſtitui.*
36 *Pignus non conſtituitur mandato, niſi ſit ad hoc ſpeciale.*
37 *Obligatio conditionalis purificata conditione retrotrahitur,niſi obſtet defectus rei vel perſonæ.*
38 *Regula,quod ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur,pluribus cauſis limitatur.*
39 *Obligatio,pignoris,an poſſit alicui quæri per alterũ.*
40 *Rei vendicatio differt ab hypotheca.*
41 *Pater an vt adminiſtrator legitimus filij accipiendo pignus vel obligationem,acquirat vtilem hypothecariam filio.*
42 *Pupillus an poſſit rem pignori dare.*
43 *Mutuans alienam pecuniam ſuo proprio nomine,& pro ea accipiens pignus,non acquirit hypothecam domino pecuniæ,ſed ſibi mutuanti,*
44 *Adminiſtratores ciuitatis an poſſint obligare bona ciuitatis,quando pro ciuitate accipiunt aliquam pecuniam.*

## Tertiæ partis primum membrum.

CAPIENDO itaque primum membrum, in quo videndum eſt de pignore & hypotheca conuentionali Primò inueſtigandum eſt, quomodo & quibus verbis conſtituatur pignus vel hypotheca conuentionalis:deinde,per quas perſona conſtitui poſsit vel non.

1 ¶†Primo itaque notandum eſt,quòd licet alia iura realia non conſtituantur ſolo conſenſu, ſed requiratur traditio,vt l.traditionibus,C.de pact. & l.tertia §.primo,& l.ſi partem. in princ.ff.quemadmodum ſer.amit. tamen ſpeciale eſt in pignore, per quod etiam ius reale conſtituitur, vt l.pignoris.ff. de pignor.& l. pignor. C.eodem.vt nudo conſenſu conſtituatur. vt l.ſi tibi.§. de pignore.ff. de pact. & l.j.& ibi not.Bartol.ff. de pignor.action. ¶Et ratio eſt, ſecundum Bartol.in dict. l.j.quia conſtitutio pignoris eſt modici præiudicij, & ſimilis



ſimilis ratio eſt in l.final.C.quæ res pign.poſſ. Sed Bal. in dicta l.traditionibus.verſi.ſed hic quæro quare,&c. in 3.column.aſsignat aliam rationem,videlicet quia ſi conuentio hypothecæ non procederet ius reale: aliàs nihil operaretur,cùm ius perſonale inſit ex præambulo contractu cui hypotheca adiicitur: cùm ergo hypotheca non pariat perſonalem,meritò parit realẽ actionem.aliàs eſſet fruſtrà,ſed promiſsio facta in cõtractu circa dominium,non eſt fruſtrà:quia illa parit actionẽ perſonalem contra promittentem: ſed quo ad dominium,expectatur traditio,& iſtam etiam rationem tenet ibi Salic.& ſequitur Iaſ.Et ſic habes,quòd pignus conſtituitur ſolo conſenſu.

2 ¶†Item conſtituitur pignus conuentionale inter abſentes,vt l.creditor.§.final.ff.de pign.& ideo etiam per epiſtolam contrahi poteſt,& non vitiatur,licet non ſit in ea dies & conſul,vt l.cùm tabernam.§.idem quæſiit, & ibi Bartol.ff.de pigno.& Bald.in j.conſtitut.C.in §.
3 quibus.in 2.col.in verſi.vtrum pignus.†Item contrahitur quibuſcunque verbis,& ſine ſcriptura:vt eſt textus in l.contrahitur.ff.de pigno.& tex. & ibi Bald.in l.ſi in principio. C.quæ res pign.oblig.poſſ.ita quod ad eius conſtitutionem,impropria verba ſufficiant intantum, quòd verbum,dotis,quod de ſui natura importat tranſlationem dominij,vt inſtitut.de action.in §.ſic itaque, & verbum,conſigno & concedo, dummodo ſubiecta materia non repugnet, important conſtitutionem pignoris,vt per Socinum in conſi.93.circa primum. in 2. columna.primo volumi.Item conſtitui poteſt in quacũque obligatione,videlicet tam pura quàm in diem, vel ſub conditione,& ſiue procedat obligatio,ſiue ſequatur,& tam pro toto debito,quàm pro parte:& tam pro ſua obligatione,quàm aliena:& tam pro ciuili obligatione quàm pro naturali tantum,vt eſt textus pleniùs in l.res hypothecæ.ff.de pignor.Item poteſt conſtitui pro toto tempore,& pro parte temporis, vt l.itẽ liberatur.in princip.cum gloſſ.ibi.ff.quibus modis pignus vel hypothec.ſol.Et non ſolùm pro debito pecuniario,ſed etiam pro alia cauſa, puta ſi do pignus alicui,vt pro me fideiubeat.vt l.ſi rem alienam.§.fin.ff.de pignoratitia actione.¶Item poteſt conſtitui etiam de nocte,vt eſt gloſſ.in l.moræ.ff.de fer.ſicut & cæteri cõtractus,vt eſt text.& ibi per docto.in l.nõ minorem.C. de tranſactio.Item poteſt conſtitui in rebus alibi ſitis. & quo ad hypothecariam,ſortietur debitor forum in loco contractus,vt per Bal.in l.2.in fin.C.mand.

¶Item poteſt conſtitui pignus in teſtamento,vt notat Bar.in l.non eſt mirum.per illum tex.ff.de pign.action.

4 ¶†Item conſtituitur pignus ſeu hypotheca per pactũ initum inter creditorem & debitorem: & quòd liceat creditori alienare aliquam rem pro ſuo credito, nam ex hoc pacto intelligitur illa res obligata creditori. text.eſt.& ibi notat Bart.in l.3.§.fin.ff.qui potio.in pig. habe.& ſequitur Bald.in l.creditores.in fine primæ lectu.C.de pig.per d.§.fin.quem dicit non eſſe alibi. Similiter dicit Bal.per licentiam datam creditori de ingrediẽdo propria authoritate aliqua bona debitoris. Nam per talem licentiam cenſentur illa bona obligata ipſi creditori,etiam dato quòd illa non fuiſſent expreſsè obligata,ita dicit ibi Bald.per textum in dicta l.3.§.fin.& ita refert & ſequitur Alexand.in d.§.in apoſtil.ad Barto.
5 ¶†Item conſtituitur pignus vel hypotheca per iſta verba,videlicet,Mutua mihi decem ſuper iſto libro,vel ſuper iſta re:vt per Bartolum in l.codicillis.§.inſtito.ff.de leg.2.& faciunt no.per Bartolum in l. fundus quem.ff.de annu.lega.& per Bal.in l.j.C. commun.de legat.& per Corn.in conſi.296.2.colum.j.volu.
6 in litera g & h.¶†Item cõſtituitur pignus,ſi quis ſubſcribat contractum vel ſcripturam,in qua res ſua obligatur.Nam ex hoc videtur obligationi cõſentire.text. & ibi notat Bartolus in l.fideiuſſor.§.j.ff.de pigno.poſt gloſſ.ibi.¶Similiter ſi quis fideiubeat pro eo, qui rem ſuam priùs obligauerat.nam ex hoc cenſetur approbare obligationem prius de re ſua factam:ſecùs autem eſſet,ſi obligatio & hypotheca de re fideiuſſoris ſubſequeretur poſt fideiuſsionem.textus in l.ſi gratuitam, aliàs incipit,Pompo.ſcribit.§.fin.ff.in quibus cau.pig. vel hypotheca taci.contraha.Et ſic eſt ibi textus,quod quis fideiubendo cenſetur approbare & conſentire,de quo tamen dicendum eſt.vt habetur per gloſſam,Bal. & Salice.in l.exceptione.C.de euectionibus. Intellige tamen prædicta,niſi quis ſubſcriberet ſe tanquam teſtis:quia per talem ſubſcriptionem non cenſetur approbare obligationem & hypothecam de re ſua factã in ſcriptura.textus & ibi Bartolus poſt gloſſam in l.Caius.ff.de pigno.action.De qua tamen deciſione latè dicendum eſt,vt habetur per Barto.Alex.& alios in l.quę dotis.ff.ſoluto matrim.Iſtis præmiſsis,quæritur modò in materia de nonnullis quæſtionibus.

7 ¶†Et primò quæritur,ſi quis pignoret ſuam poſſeſsionem,vtendo hoc verbo,poſſeſsione,an intelligatur pignorare rem pleno iure,& ſic reſpectu poſſeſsionis & proprietatis?& dicendum eſt ꝙ ſic:vt eſt textus in l.j. & 2.C.ſi pign.pign.dat.ſit.& notat gloſſ.in dicta l.j. in verſicu.poſſeſsionem,quæ exponit,id eſt,plenam proprietatem,& ibidem hoc notat Bald.& facit, quia interdum poſſeſsio capitur pro proprietate,vt l.interdu. ff.de verborum ſignificatio.& ita refert & tranſit Alexander in l.ſi rem aliquam.in penulti.colum.in ver.ex-
8 tra glo.& Bar.ff.de acquir.poſſeſsio.¶†Secundò quæritur,an pignus vel hypotheca poſsit accedere obligationi nulli vel inefficaci.Et breuiter dicendũ eſt,quòd non,vt eſt gloſſ.no.cum qua tranſeunt ibi Barto.& alij in l.2.in gloſſ.fin.ff.de condictione ob turpem cauſam. & notat Iaſon in l.ex his.ff.de conditione indebiti.vbi ex hoc not.quòd paria ſunt,aliquid eſſe nullum de iure,vel inefficax. & multa ad hoc cumulat idem Iaſon in l.final.ff.de officio eius cui mandata eſt iuriſdictio. & idem Iaſon in l.ſi dari.ff.de verborum obligatione.
9 ¶†Et ratio iſtius deciſionis eſt,quia hypotheca vel pignus conſtitui non poteſt,niſi aliqua obligatione pręcedente,vt eſt textus,& ibi no.Barto.in l.contrahitur. ibi,propter aliquam obligationem.ff.de pignor. Paria autem ſunt,nullam obligationem præcedere, vel aliquam,ſed nullam vel inefficacem.arg.l.quoties.ff. qui ſatiſdare cogantur.& l.4.§.condemnatum.ff.de re iudicat.Et quòd ab initio hypotheca conſtitui non poſſit ſine principali obligatione,eſt textus.& ibi no.Bar. in l.fideiuſſor obligari.in princi.ff.de fideiuſſoribus.& tenet Alex.in conſil.134.animaduerſis.nume.20.6.volu.
10 †Nec habet obſtare prædictis tex.in l.cùm oportet.§. fina.C.de bonis quæ liber.vbi habetur quòd hypotheca introducta à lege in bonis paternis pro adminiſtratione facta per patrem in bonis filij,incipit à tempore inchoatæ adminiſtrationis,& ſic videtur incipere ante obligationem perſonalem,quia pater incipit obligari demum poſt malam adminiſtrationem:quia reſpondetur ad hoc,ſecundum Baldum & Salicetum poſt Petrũ ibi,quòd duplex eſt obligatio principalis, qua pater tenetur filio:vna ſcilicet generalis & primæua:qua pater obligatur ſtatim cùm incipit adminiſtrare: quia ex tunc obligatur res filij ſaluas facere,& bene res filij adminiſtrare,& ſine fraude,quanuis ad ſuam vtilitatem,& hanc non pręcedit hypotheca,ſed ſubſequitur. Altera eſt ſpecialis & ſecundaria,quæ incipit ex mala adminiſtratione,vt l.prima.§.eſt autem.& §.ſi apud. & l.ſi duo.ff.depoſiti.& iſtam in tẽpore antecedit hypotheca. & ſic verum eſt dicere,quòd omnino aliqua obligatio antecedat hypothecam,& hanc intelligendam refert & ſequitur Socinus in conſilio 41.4.volum.
11 col.5.in verſi.& facit ratio.¶†Et pro corroboratione prędictorum faciunt no.per Barto.in l.ſi rem alienam. §.omnis.ff.de pign.action.vbi quærit,quãdo naſcatur actio pignoratitia directa, quæ datur debitori.& con-

cludit, quòd naſcitur tempore ſolutionis debiti, ſed quod naſcitur ex contractu dudum ante celebrato, & ſic naſcetur hodie ex materia antiqua,& idem dicit in mutuo recõciliato ex conſumptione:vt l.nam & ſi fur. & l.ſi à furioſo.ff.ſi certum petatur.& in actione tutelæ:vt l.ſi tutor.in fin cùm l.ſequenti.ff.de tute.& ratio. diſt.& in actione ex ſtipulatu pro dote,vt l.ſi conſtante.§.j.ff.ſolu.mat.& plura alia adducit,vt ibi per eum. ¶Dum ergo dicitur,quòd obligatio hypothecaria nõ oritur ante principalem obligationem, ſuppleri debet, vel ante contractum celebratum, ex quo poſteà oritur ipſa principalis obligatio.& iſta videtur melior intelligentia,& magis ex mente iuris procedẽs, quàm illa Bal.& Salice.cùm non videatur iure probari, quòd generalis actio oriatur ab initio contractus: quia illa quæ oritur à principio,eſt actio competens ad implendum contractus.illa autem quæ cõpetit,ſequuta mala adminiſtratione,competit ad damna & intereſſe:& ſic ad diuerſum effectum,quàm cõpetat illa primæua. & ideo non videtur eadem actio,ſed diuerſa. † & fa-
12 cit,quia actio ſemel nata,non poteſt iterum naſci.l.ſi duo.§ fin.de arbit.& l.ſi ita quis ſtipuletur.& l.ſi,ſic ſtipulatus.ff.de verborum obliga.& no.Bart.in l.Pomponius.la ſecunda.in vltim.col.verſicul.ſed contra prædicta.ff.de negotiis geſt.Concluditur ergo quòd vera eſt deciſio,quòd hypotheca non poteſt conſtitui, niſi præcedat contractus validus & aptus ad obligationẽ producendam, & quòd quando obligatio principalis eſt nulla vel inefficax: illi non poteſt accedere hypotheca.Et ex hoc infertur,quòd ſicut obligatio filiifamilias in mutuo eſt inefficax,iuxta totum titu.ff.& C. ad Mace.& ſimiliter fideiuſsio ſeu interceſsio mulieris propter beneficiũ Velleiani,iuxta totũ titulũ ff.& C.ad Velleia.Ita & obligatio ſeu hypotheca accedens dictæ principali obligationi,eſt inualida, & ei obſtat exceptio, ꝑut obſtat principali obligationi,vt eſt text. in l.ſi alius.ff.quæ res pign.oblig.poſ.& ibi Bartol.Intellige tamen & declara prædicta notabiliter pluribus modis.Et primò,id quod dictum eſt in muliere, quòd ſicut ex beneficio Velleiani interceſsio per eam facta eſt nulla,ita & hypotheca ei accedens:quod non procedit,quando mulier eſſet in aliquo debitrix ipſius mariti.Nam non obſtante Velleiano,poſſet pro ea quantitate,pro qua eſt debitrix,obligare rem ſuam pignori pro marito,vt eſt textus.& ibi notat Bartol.in l.j.§.final.ff.de pignorib.Secundò intellige prædicta procedere etiam,quando non ipſa mulier,vel filiusfami.ſed alius pro eis cõſtitueret hypothecam vel pignus:nam etiam tunc non valet hypotheca,vt eſt text.& ibi not.
13 Bart.in l.2.ff.quæ res pign.oblig.non poſſ.†Tertiò declara id quod dictum eſt de filiofamil.procedere præterquam in caſu peculiari. Nam pro negotio & cauſa peculiari tam filiusfami.quàm ſeruus,ſi liberam habeat adminiſtrationem,poſſunt res peculiares pignori dare,vt eſt textus.ibi gloſſ.& Bartol.in l.ſi conuenerit.§.fina.cum l.ſequenti.ff.de pignorati.action.& hoc quando obligatio fit in vtilitatem peculij: ſecùs autẽ ſi pro aliis negotiis:quia tunc etiam quòd haberent liberam adminiſtrationem, & obligarent res peculiares,obligatio non valeret:vt eſt textus, & ibi declarat gloſſ.& approbat Barto.in l.j.§.j.quæ res pig.obli.non poſſ. Niſi fortè in conceſsione liberæ adminiſtrationis,fuiſſet eis permiſſa etiam facultas donandi: quia tunc indiſtinctè dictas res obligare poſſent, vt ſubdit
14 text.in dicto §.j.& declarat ibi gl.¶†Tertiò quæritur, an licet à principio hypotheca vel pignus non poſsit conſtitui ſine aliqua obligatione vel contractu præcedente:tamen an poſtquam eſt conſtituta,poſsit diuidi & ſeparari ab illa principali: & breuiter reſpondetur, quòd ſic,nam poteſt cedi hypotheca, vel pignus ſine principali,vt l.Iulianus.in principio.ff.de legat.tertio. & l.grege.§.cum pign.ff.de pign.& l.3.C.ſi pign.pign. dat.ſit.& not.Barto.in l.fideiuſſor obligari.in princip. ff.de fideiuſſo.cum concordan.ibi allegatis per Alexã. Cuius autem effectus ſit ceſsio hypothecæ ſine princi-
15 pali,vide ibi per Bart.¶†Et ex prædictis infertur,quòd hypotheca & pignus poteſt remitti pacto, licet debitum principale nõ ſit ſatisfactum,& ſic poteſt tolli hypotheca,remanente debito principali,vt l.ſi tibi.§.de pignore.ff.de pactis.cum ibi plene nota. per gloſſam, Bartol.Alexandrum & alios,& eſt ibi in hoc gloſſa ordinaria communiter approbata,quæ diſputat,an ſi remiſsio principalis debiti vitiatur,vitietur etiam remiſſio hypothecæ: & gloſſa diſtinguit, quòd aut vitiatur remiſsio principalis debiti ex cauſa quæ reſpicit etiam pignus,& tunc vitiatur etiam remiſsio pignoris: aut cauſa ex qua vitiatur remiſsio principalis debiti, non reſpicit remiſsionem pignoris:& tũc licet vitietur remiſsio principalis debiti,tamen non vitiatur remiſsio pignoris:& ita refert & approbat Socinus in dicto cõſilio 41.in præſenti conſultatione,in vltima column. in verſicul.primum eſt.quarto volumi. & iſto caſu habet locũ regula,quòd vtile per inutile non vitiatur.de qua in l.j.§.ſi ſtipulanti.ff.de verborum oblig.& per Bart.in l.grege.§.illud.ff.de fideiuſſo.quia obligatio hypothecaria recipit ſeparationem & diuiſionem à principali:
16 & ita tenet Soci.in dicto conſi.41.¶†Item ex prædictis infertur,quòd hypotheca poteſt legari per teſtatorem ſine principali actione vel credito,vt expreſsè no.Bartolus in dicta l.fideiuſſor obligari.in princi.& latè firmat Alexan.in l.ſi domus.§.ſi.in quinta limit.ff.de leg. j.reprobando ibi Paulum de Caſtro. & ibi hoc etiam firmat Iaſ.in quinta ampliatione,& Alex.in conſil.47.
17 viſis inſtrumentis in 3.volumi.¶†Quartò quæritur,an ſi obligatio hypothecaria nõ valet,ſaltem ſit locus retentioni:& videtur dicendum,quòd non,per tex.in l. cùm vitioſè.ff.de pignor.Tamen in hoc Bartol.in l.j.§. eodem tit.opponendo de dicta l.cùm vitioſè,ſoluit diſtinguendo quòd aut hypotheca non valuit,quia res non erat debitoris:& tunc ſi res efficiatur debitoris,vitium quod obſtabat,inuenitur purgatum,& datur retentio,& habet locum dicta l.j.§.j.Aut hypotheca non valuit ex alia cauſa vitioſa, quæ non fuit purgata: & tunc non datur retentio,& procedit d.l.cùm vitioſè.
18 ¶†Quintò quæritur,an illud quod accedit pignori, dicatur etiam pignus.& breuiter dicẽdum eſt,quòd ſic, per textum in l.ſi conuenerit.§.ſi nuda.& ibi Bart.ff.de pign.action.Et ideo dicitur,quòd alluuio quæ accedit rei pignoratæ,cedit etiam obligationi pignoris: vt eſt tex.in dicto §.ſi nuda.& tex.in l.ſi fundus.in princip.ff. de pigno.& ſimiliter omne aliud commodum & etiam incommodum, quod fortuitò accedit rei pignoratæ, pertinet ad debitorem,& ſequitur cõditionem pignoris:vt l.ſi inter.§.j.verſic.quicquid.ff.de pignor.& text. & ibi not.per Bart.& alios in l.Paulus.§.j.& §.ſequenti.eodem titulo.De qua tamen materia dicendum eſt, vt latè dictum fuit ſuprà in ſecundo membro ſecundæ partis.num.25.cum aliis ibi ſequentibus vſque ad ſextã ampliationẽ.¶Et ex hoc infertur,quod prædio pignorato, comprehenduntur in tali obligatione inſtrumenta,quæ in illud importata fuerunt,vt ibi perpetuò eſſent durante neceſsitate,vt eſt text.in l.debitor. & ibi in glo.& Barto.& alij.ff.de pigno.
19 ¶†Sextò quæritur,quid ſi in datione pignoris fuit data vna res pro alia, puta, quia cùm debitor daret æs, affirmauit illud eſſe aurum,an ſaltem in ære valeat pignus?& reſpondetur quòd hoc totum pendet à voluntate creditoris decepti:quia ſi ipſe vult quòd valeat in ære,valebit:ſi autem non vult, non valebit: textus eſt iuncta gloſſa notata in l.prima.ff.de pignoratitia actione.Et ex hoc infert Bartolus ibi ad finem,quòd contractus in quo creditor fuit deceptus, confertur in eius voluntatem fauore ipſius decepti, & in odium decipientis:ſimiliter in contractu cui dolus dedit cauſam.l.

ele-



eleganter.in principio.ff. de dolo. cum alijs allegatis ibi per Barto.Subditur tamen ibi in text.in fine, quòd qui dedit vnum pro alio decipiendo, tenebitur contraria pignoratitia, & etiam crimine ſtellionatus,per quod extra ordinem ponitur, vt ibi declarat gloſſ. & ad materiam adde no.per Alexand.poſt Bart. in l.ſi id
20 quod aurum.ff.de verbor.oblig. † Sed in venditione quando datur æs pro auro, non valet venditio. vt l. quid tamen.in fine. ff. de contrahenda emptione. & quæ ſit ratio differentiæ inter pignus & vẽditionem, ponitur per gloſſam in d.l.prima, cum qua tranſeunt, ibi doct.& quòd debitor, qui dedit pignori vnam rẽ pro alia,puniatur crimine ſtellionatus, eſt text. & ibi gloſſ.in l.3.§.j.in gloſſ.in verb.auerterit. ff. de crimi-
21 ne ſtelliona.¶†.Item adde quòd debitor vendens rem alteri obligatam,aſſerens illam eſſe liberam, & nemini obligatam,tenetur pœna falſi,vt eſt tex.& ibi gloſ. & Bart.in l.ſi à debitore.ff.de fal. Sed quando non exprimit illam eſſe liberam, ſed diſsimulat illam eſſe alteri obligatam, tenetur crimine ſtellionatus, vt eſt tex.in d.l.prima.§.primo.& ita declarat gloſſ. in d. l. ſi à debitore: ſed ſi dixit illam non eſſe alteri obligatam, & ſi contrariũ appareret, promiſit illam liberare,euitat pœnam falſi,vt declarat gloſſ.in dicta lege ſi à debitore. ¶ Adde etiam, quòd vnum pignus æquè idoneum, poteſt ſubrogari loco alterius exiſtentis apud creditorem vel Hebræum fœneratorẽ. gloſſ. eſt notat.in lege ſi Titio.ff.de pig.& tenet Franſciſcus de Cremo.nume.54.
22 ¶†Septimò quæritur,an pignora quæ data fuerunt in cõtractu locationis locatori, ſi ſit facta tacita reconductio,iuxta terminos.l.item quæritur.§.qui impleto. ff.loca.cenſeantur repetita in recõductione. & in hoc diſtinguendum eſt, quòd aut dicta pignora data fuerunt in principali locatione per cõductorem, aut per tertium pro ipſo conductore. Nam primo caſu cenſentur repetita:ſecundò non,niſi iſto ſecundo caſu interueniat conſenſus illius tertij:ita notat Bar. in dicto §.qui impleto.in prima colum. & ſequitur Bald. in l. C.loca.licet aliud ſit in pœna adiecta in principali locatione:quia illa indiſtinctè non cenſetur repetita in ipſa reconuentione tacita.& ratio eſt,quia pœna non eſt de natura cõtractus.ita vult Bald.& ſequitur Imol. in l.cùm pater.§.pater certa.ff.de leg.2.
23 ¶†Adde etiam in materia, quòd contractus pignoris dicitur contractus nominatus,vt not.Bald.in rubr.C. de rerum permu.in verſi.ſed quæritur.&c.
24 ¶†Octauò quæritur, quid ſi in inſtrumento non ſit adiecta hypotheca,an notarius poſsit illam ſupplere & apponere ex ſuo officio?& Bald. in l.j.in vlt.colũ.in verſ.ſed ponamus.ff.ſoluto matrimon.tenet quòd ſic: quia tacitum exprimendo, ius commune non lædit.l. qui mutuam.ff.mand.& quod tacitè ineſt,per modum fauoris habetur pro expreſſo.l.nõ rectè.C. de fideiuſſ. & quia notarius videtur rogatus ſecundùm naturam contract⁹,vt poſsit apponere omnia quæ ſunt de eius natura.l.finali.C.de fideiuſſ. Poſtea autem arguit in cõtrarium,quòd notarius non poſsit conficere inſtrumentum de eo, quod ipſe intelligit modo rationis, ſed de eo quod percipit ſenſu, ſcilicet vel viſu vel auditu:& ſicut teſtes qui dicerent hypothecam fuiſſe expreſſam, quæ non eſſet expreſſa, deponerent falſum, ita & notarius:tamẽ ipſe reſpõdet ad hoc, quòd aliud eſt in tabellione, quàm ſit in teſtibus: quia ad tabellionem recurritur ratione peritiæ, vnde videtur rogatus, quòd ſecundùm peritiam faciat inſtrumentũ, vt not.in l.j.C.de vſur.& ita tenet Bald. Idem tenet Barto. Veronenſis in l.quòd ſi nolit.§.qui aſsidua.in.3. col.ff.de ædil.edict.vbi inquit, quod hypotheca bonorum non poſita in contractu,habetur pro appoſita, ſi notarius erat conſuetus eam apponere in ſuis inſtrumentis:& facit l.& quæ no.§.quod dicitur ibi, nõ ad illam quæ inſeri quotidie ſolet cautionibus. ff. de pigno.& facit glo.not.in l.ſi fundus.§.j.in verſic. exigat.ff.de lege commiſsi.& optimus text.in l.ſi filia. in princi.ff.famil. erciſcun. faciunt nota.per Alexand.in l.ſi finita.in prin.in j.colum.ff.de dam.infect.vbi vult poſt Bald.in l.fina.C. de fideiuſſ. quòd notarius ſimpliciter rogatus,vt conficiat inſtrumentum, debet illud cõficere cum clauſulis conſuetis apponi. ad idem not.per Barto.& Alexand.in l.ſi prius.§.rectè placuit. ff.de aqua plu.arcend. & conferunt optimè nota. per Bart.Alexand.Soci.& Iaſ.in l.Gallus.§. idem credendum.ff.de liber.& poſth. Et facit,quia ſemper partes videntur tacitè conuenire de eo quod eſt conſuetum: vt eſt glo.not.& ſignanda in l.4. §. in commiſſoria. ff. de leg.commiſſ.& Bal.in l.j.in 2.q. C. pro ſocio.& in l. incendium.circa fin.C.ſi cer.peta.& in l.j.3.colum. C.
25 de fruct.& lib.expen. †Et cauſulæ conſuetæ apponi, ſubintelliguntur & habentur pro appoſitis, vt eſt tex. optimus cum glo.in l.fi.in fin.& ibi Bald.not.C.de fideiuſ.& in l.huiuſmodi.vbi nota.modern. ff. de leg.j. bonus text.in ca.cùm M.Ferrarienſis. de conſtitution. quem ibi nota.Barto.Ant.Imol.& alij, dicentes illum eſſe meliorem text. de corpore iuris, ad probandum quòd illud quod ſolet apponi in cõtractu, habetur ꝓ appoſito,etiam ſi non ſit ſcriptum: & pro concluſione videtur tenendum, quod ea quæ ſunt de natura contractus,poſſunt ſuppleri ſecũdùm conſuetudinem & ſtylum quando ſunt omiſſa. Ea autem quæ ſunt de ſubſtantia contractus, non ita.not.Alexand.in conſil.
26 28.viſo & præhabito.2.volum. †Subſtantialia autem contractus dicuntur,ſine quibus nõ poteſt eſſe actus, prout eſt in contractu emptionis & venditionis res & precium. Naturalia autem dicuntur illa,quæ tacitè intelliguntur de natura actus,vt declarat gloſſ.magiſtra.in l.pacta conuenta.in princi.ff.de contrahend. empt.& plenius Bald.in l.ad exaction.ad fin.C.de do. promiſ.& refert Iaſ.in l. cùm quid.in prima lectura. in prima colum.ff. ſi certum petatur. & habetur per Bald.in l.ex precio.in fine.C. eodem.& deciſionẽ Bal. in dicta lege j.ff.ſoluto matrimon.de hypotheca ſupplenda.tenet.Iaſ.in l.certi conditio.§. ſi nummos. in tertio.nota ff.ſi cert.peta.& Decius in l.ſemper in ſtipulationibus.in vlt.col.in verſic. & ex prædictis.ff. de regulis iuris,& quid in pœna, & quid in iuramento, an poſsit ſuppleri,vide per Iaſ.in d.§. ſi nummos. & ꝑ Decium in d.lege ſemper in ſtipulationibus. vbi etiã ipſe firmat diſtinctionem ſuprà factam inter ſubſtantialia & naturalia contractus. Item quid in conſtituto,vide Alex.in d.conſi.28.& Decium vbi ſuprà, qui videntur tenere quòd iſta clauſula ſuppleri non poſsit: tamen ego dubito de hoc,propter præcedentia ꝑ me allegata:ſed non examino, quia nõ eſt noſtra materia. idem de clauſula conſtituti,tenet Decius in conſi.247. vlti.colum.referens Alexandrum in d.conſi.28.
27 ¶†Nonò quæritur,an quando pignus vel hypotheca conſtituitur pro tanto precio vel debito,quòd veriſſimiliter non ſit ſpes luitionis:dicatur potius alienatio, quàm pignoratio?& breuiter reſpondetur.ꝙ in tali caſu non dicitur obligatio,ſed alienatio facta in creditorem:vt l.legata.§.fi.& ibi Bart.ff.de ſupel.lega.& l.qui habebat.in principio.ff.de legat.3.& faciunt notat.per Bart.in l.in quorum.ad fi.ff.de pignor.
28 ¶ †Et ex hoc inferuntur plura, & primò,quòd ſtante ſtatuto ꝙ quilibet teneatur facere deſcribi res ſuas in æſtimo,creditor tenebitur dictam rem ſibi pignoratã pro tanta quantitate,quòd nõ ſit ſpes luitionis deſcribere in ſuo æſtimo,& leuare de æſtimo debitoris. ita not.Angelus in l.cùm notiſsimi.in princip.C.de præſcriptione triginta annor.& latè ponit Alexand. in l. j.§.per ſeruum corporaliter. ff. de acquirend. poſſeſſ. mouetur per d.l.qui habebat.& per plura alia,de quibus ibi per eum,

29 ¶ †Secundò infertur,quòd licet alias debitor dicatur
poſſidere rem pignoratam, quo ad vſucapionem &
omnes effectus concernentes dominium, & fructuũ
acquiſitionem:& quo ad alios effectus præter prædi-
ctos cenſeatur poſſidere creditor:tamen quando res
pignorata eſt pro tanto debito, quòd veriſimiliter nõ
ſit ſpes luitionis:tunc quo ad omnes effectus & indi-
ſtinctè habetur perinde ac ſi dicta res eſſet ipſius cre-
ditoris:ità tenent Alexander & Iaſon poſt alios in d.l.
prima.§.per ſeruum corporaliter.& licet ibi Socinus
ſubtiliter aliqua in contrarium adducat, tamen dicit
Cõm. opin. quòd in iudicando non eſt recedendum à communi
opiniõe.¶Tertiò infertur,quòd licet aliàs teſtator ſu-
per uiuens, pignoret ſuo creditòri rem legatam alte-
ri,& per pignorationem nòn cenſeatur adimere lega-
tum,per l.qui poſt.C.de leg.& leg.ſi res obligata.ff.de
lega.j.tamen ſecus eſt,ſi teſtator pignorat dictam rem
pro tanta quantitate,quòd non ſit ſpes luitionis: nam
nunc diceretur adeptum legatum, perinde ac ſi plenè
& perfectè alienaſſet:ita firmat Alexã.in d.§.per ſeruũ
corporaliter.poſt Bart.in l. rem legatam. in finalibus
verbis.ff.de adimen.leg.
30 ¶ †Quartò infertur,quòd licet alias fructus percepti
per creditorem ex re pignorata, veniant imputandi
in ſortem,iuxta.l.j.& 2.C.de pign.action. tamen quan
do res fuit pignorata pro tanta quatitate,quòd nõ eſt
veriſimiliter ſpes luitiõis,creditor facit fructus ſuos,
& eos lucratur tanquam perceptos ex re propria: ita
nota.Alexand.in dicto §. per ſeruum corporaliter. &
ibi etiam Iaſon, qui etiam infert ad quædam alia, vt
ibi per eum. ¶Item adde prædictis,quòd illud quod
dictum eſt de re pignorata pro tanto debitò, quòd
ſit veriſimiliter ſpes luitionis cum illationibus præ-
dictis, procedit non ſolùm quando res pignorata eſt
tradita creditori, & ſic in proprio pignore: ſed etiam
in re ſimpliciter hypothecata abſque traditione. ita
firmat Alexander in dicta l. ſi res obligata. in princi-
pio ſecundæ colum. licet ibi Rapha.attentauerit cõ-
trarium.
31 ¶ †Inquantum autem dictum fuit ſupra,quòd debi-
tor cenſetur poſſidere rem pignoratam, quo ad effe-
ctus concernentes dominium,vel acquiſitionem fru-
ctuum: creditor vero dicitur poſſidere quo ad alios
effectus,vt habetur in dict.§.per ſeruum corporaliter.
ſuppleo & declaro aliquib⁹ modis:& primò,quod cre
ditor turbatus in poſſeſsione rei pignoratæ,habet in-
terdictum,vti poſſidetis:vt habetur per Alexandrum,
Iaſ.& alios in d.§.per ſeruum corporaliter.¶Secundò
declaro, quòd in tantum creditor dicitur poſſidere
pignus,quo ad alios effectus præter concernentes do
minium & fructuum acquiſitionem, quod debitor
etiam datò eo quod ſit dominus rei pignoratæ,poteſt
conducere,& præcario rogare illam rem à creditore,
vt eſt textus in l.cùm & ſortis.§.fina.ff. de pig.acti. &
ibi notat.Barto.quòd eſt mirabile ex eo, quod preca-
rium & conductio conſiſtit in re propria, contra tex-
tum.in l.neque pignus.ff.de regul.iur. & in l. qui rem
ſuam.ff.depoſit.ſed vt ſoluit glo.in dicto §.final. iſtud
eſt ratione poſſeſsionis, quæ apud creditorem eſt: vt
l.certè.§, final.cum l.ſequen.ff.de precar. & habetur
in l.ſi aliquam. ff. de acquirend. poſſeſsion. ad idem
32 textus in lege ſi pignus.ff.de pignorat.action.& in le-
ge qui pignoris. ff. de acquirend. poſſeſsion. †Et
per prædicta dicebat Roman.in ſingul.charta.16.co-
lumna tertia, incipiente,quæritur à me, an creditor
&c.quòd creditor in caſtro pignorato poteſt exerce-
re iuriſdictionem.allegans l.eleganter.§. final. ff. de
pignor. ¶Tertio declaro, quod debitor dicitur e-
tiam poſſidere pignus alio reſpectu: quia ſcilicet
per illud releuatur ab onere ſatiſdandi, iuxta legem
ſciendum.§. poſſeſſor.ff qui ſatiſda. cogan. & ibi per
Alexandum in fine. & hoc quando pignus conſiſtit
in re immobili:ſecus, ſi conſiſtat in re mobili. ita de-
33 clarat Iaſ.in dict.§.per ſeruum corporaliter.¶ †Quar-
tò declaro, quòd illud quod dictum eſt, quòd debi-
tor dicatur poſſidere quo ad effectum vſucapiendi,
debet intelligi reſpectu vſucapionis dominij: ſecus
autem eſt,reſpectu vſucapionis ſeu præſcriptionis a-
ctionis hypothecariæ:quia iſto reſpectu dicitur poſſi
dere etiam creditor.l.de acceſsionibus.§.j.ff. de diuer
ſis & temp.præſcrip.ita tenet Iaſ.in dict.§. per ſeruum
corporaliter.
34 ¶ †Quintò declaro,quòd poſſeſsio debitoris in pi gno
re,quo ad effectus prædictos, dicitur ficta poſſeſsio:
quia ſcilicet creditor poſſidet ciuiliter & naturaliter
ipſum pignus ſibi traditum, ad vtilitatem tamen de-
bitoris:& ideo effectus vſucapionis & præſcriptionis
prædictæ qui explicãtur ad cõmodum debitoris,can-
ſantur à ficta poſſeſsione;quia fingitur debitor poſſi-
dere mediante perſona creditoris, qui verè poſſidet,
ſed ad vtilitatem tamen debitoris, quo ad prædictos
effectus.l.qui pign.ff.de acquiren.poſſeſſ. & ita Iaſ. in
d.§.per ſeruum corporaliter in fine.quæ not.
35 ¶ †Vidẽdum modo reſtat in hoc primo membro, per
quas perſonas poſsit vel non poſsit conſtitui pignus,
ſeu hypotheca conuentionalis. Primò dicendum eſt,
quod pignus vel hypotheca non ſolùm per dominum
rei, ſed etiam per procuratorem vel negociorum ge-
ſtorem conſtitui poteſt.Et ſi procurator habuerit ido
neum mandatum,valebit pignoratio, abſque alia ra-
tificatione domini: ſi autem mandatum non fuerit
idoneum, vel fuerit ſimplex negociorum geſtor, qui
pignorauit, tunc pro validitate dictæ pignorationis
requiritur ratificatio domini, vt de prædictis eſt tex-
tus in lege ſi inter.in principio.& ibi notat Barto.ff.de
36 pign. †Vt autem mandatum dicatur idoneum ſeu va-
lidum ad pignorandum, requiritur quòd ſit ſpeciale
ad pignorandum,vt l.ſolutum.§.final.ff.de pign. acti.
non tamen requiritur quòd ſit indiuiduum ad pigno
randum talem rem tali: ſed ſufficit, quòd ſit in ſpecie
ad pignorandum res,iuxta nota.per Bartol. in lege fi-
liusfam.colum.fi.ff.de donatione.& latè per Alexand.
in conſilio 189,viſo ſtatuto.numero 7.7.volumine. vbi
pulchrè de hoc. Item dicetur mandatum ſufficiens,ſi
conceſſã eſt adminiſtratio vniuerſorum bonorum. vt
l.vel vniuerſorum.ff.de pign.actione.vel datum man-
datum generale cum libera,vt l.procurator cui libe-
ra.ff.de procurato.& tenet gloſſ.in dict. l. vel vniuer-
ſorum.& gloſſ.in l.j.& ibi Bart.C. ſi aliena res pignor.
dat.ſit. Item dicetur ſufficiens mandatum, etiam ſi
eſſet generale ſine libera,quando dominus ſolitus eſ-
ſet talia facere,videlicet pecunias mutuas ſub pigno-
ribus accipere,vt eſt textus & glo.in d.l.vel vniuerſo-
rum.& gloſſ.in d.l.j.& ibi Bartol. Et inſuper quando
non haberet idoneum mandatum, & non appareret
de ratificatione domini: ſi tamen pecunia mutuata ꝑ
creditorem procuratori non ideo, vel negociorum
geſtori eſſet verſa in vtilitatem domini, & creditor
poſſideret de facto rem pignoratam, poſſet creditor
excipere contra debitorem repetentem pignus, & vti
retentione, donec ſibi reſtituatur ſua pecunia verſa in
vtilitatem debitoris.textus eſt in dicta.l.j.C. ſi alien.
res.pign.dat.ſit.& ibi not.Barto.Baldus & Salicetus,&
etiam vltra retentionem quando creditor non poſ-
ſideret pignus:& pecunia per eũ mutuata, eſſet verſa
in vtilitatem debitoris, daretur ei contra debitorem
pro reſtitutione ſuæ pecuniæ actio vtilis negociorum
geſtorum,vt tenet gloſſ.in dict.l.j.in gloſſ.2.in fine. &
ibi ſequitur Salicetus. ¶Sed dubitatur in prædictis,
quid ſi procurator non habens mandatum, obliga-
uit rem domini, quo caſu obligatio eſt nulla.leg.rem
alienam.ff.de pigno.action.an ſi poſtea ſequatur rati-
ficatio domini, quæ validat dictam obligationem, vt
dicta l.ſi inter.in princip.tali caſu dicta obligatio va-
lide-



lidetur retro vſque à principio, ita quòd qui habet
dictam obligationem, veniat præferendus alijs hy-
pothecis factis per dominum poſt dictam obligatio-
nem procuratoris, & ante ratificationem. & breui-
ter dicendum eſt, quòd reſpectu domini ratificantis,
dicta obligatio validatur retro,ſed reſpectu tertij,cui
ratum habens medio tempore obligaſſet,non valida-
tur retro, nec talis ratificatio illi tertio præiudicat.
ità probatur in lege prima & 2.ff.de pign.action.& in
l.potior.§.j.ff.qui potio.in pigno.habe. Et iſtam con-
cluſionem tenet Bartolus poſt Guliel. in l. rem alie-
nam. ff.de pignor.action. vbi vult, quòd ratificatio
facta per dominum de obligatione facta de re ſua per
extraneum, præiudicet ipſi ratificanti, retrotraha-
tur ad principium in præiudicium ipſius ratifican-
tis: ſed non in præiudicium illius, cui dominus obli-
gauit dictam rem antequam ratificet:nam, ſecundum
eum,illi actui medio ratificatio nihil præiudicat per
iura quæ ibi allegat:& ita etiam clarius firmat ibi Sa-
lic.Item tenet Bart.in l.ſi indebitum.§.fi.ff. rem ratam
haberi.& in l.fundus.§.j.ff.de pignor.& Salic.in l.pe-
nulti.C.ſi alien.res pignor.dat. ſit.expreſsè conſuluit
Soc.in con.126.in cauſa ſecundi decreti,4.vol.vbi po-
nitur & dicitur caſus, quòd duo obligauerant bo-
na patris pro dote filiæ ſine mandatò patris: deinde
pater dicta bona obligauerat alteri,& poſtea ratifica-
uit obligationem factam pro dicta dote. dicitur ibi,
quòd obligatio facta per patrẽ alteri, debet eſſe prior
& potior: quia ratificatio patris non poteſt trahi re-
tro in præiudicium iuris quæſiti illi tertio, cui pater
obligauit illa bona antequàm ratificaſſet obligationẽ
37 factam pro dote filiæ. †Et pro dicta concluſione facit
id quod nota.Bartol.in l.quoties,ad finem. ff.de noua.
vbi dicit, quòd obligatio conditionalis, purificata
conditione,retrotrahitur,niſi obſtet defectus rei vel
perſonæ:& ita ſecundùm eum limitatur dict.l.potior.
38 §.j.†Facit etiam quia illa regula quòd ratihabitio re-
trotrahatur & mandato comparetur, de qua in l.fina.
C.ad Macedo.& in regula, ratihabitionem, libro ſe-
xto, recipit plures limitationes, & inter alias limita-
tur in propoſito, quòd non trahatur retro, quando
aufertur ius quæſitum illi tertio, contra quem fit ra-
tificatio,vt not.gloſſ.in dicta rub.ratihabitionem.dũ
allegat.c.ex parte decani.de reſcrip. & ſequitur Alex.
in conſilio 528.Viſo & diligenter conſiderato.in 6.co-
lumn.quinto volumine,vbi ponit quinque notabiles
limitationes ad dictam reg.ratihabitionem.& iſta eſt
prima.Facit etiam quarta limitatione quam ibi ponit
Alexand.videlicet quòd ratihabitio tunc trahitur re-
tro,quando res eſt integra,& in eo ſtatu in quo erat à
principio, quando ille actus fuit geſtus, qui ratifica-
tur per l.ſi vxor.§.ſi quis vxorẽ.& ibi hoc not.Dyn. &
Bart.ff.de adul.cũ alijs ibi allegatis per Alex. ſed tẽpo
re ratificationis factæ per dominũ de re obligata antè
per alium,non eſt in eo ſtatu,in quo erat tempore di-
ctæ factæ obligationis, quia medio tempore fuit alte
ri obligata per dominum,merito itaq; ratificatio non
poteſt trahi retro.
39 ¶ †Quæritur inſuper, an obligatio pignoris poſsit
mihi quæri per alterum:& reſpondetur quòd nõ,quia
ſicut vnus per alterũ obligari non poteſt,ita per libe-
ram perſonam obligatio alteri acquiri non poteſt,ſed
tunc ipſa libera perſona quæ pro alio contraxit, con-
uenietur:vt eſt textus in l.ſolutum.§.per liberam.ff.de
pignor.action. ¶Sed dubitatur, quid in procura-
tore, an ſcilicet per procuratorem acquiratur im-
mediate obligatio pignoris domino: & reſponde-
tur quòd licet dominium & poſſeſsio quæratur domi
no per procuratorem immediatè ſine ceſsione, ta-
men ipſa obligatio & hypotheca non quæritur domi
no per procuratorem ſine ceſsione,vt eſt textus,& ibi
declarat Bartolus in dicto §.per liberam. quod nota,
quia licet actio hypothecaria ſit actio realis, vt l. pi-
gnoris. C.de pignor.& per hoc videatur, quòd ſicut
rei vendicatio quæritur per procuratorem domino
ſine ceſsione:ita & iſta quæri debeat per leg. j. C.per
quas perſonas.& ibi gloſſ.Guliel. Raynu. Cyn. Bald.
40 & Salic. †tamen ſecus eſt,& ratio differentiæ eſt,quia
rei vendicatio per ſe ſubſiſtit principaliter: ſed hypo-
thecaria,licet ſit realis: tamen eſt acceſſoria ad actio-
nem perſonalem, & ideo de ea iudicatur, vt de per-
ſonali, quæ non acquiritur domino per procurato-
rem ſine ceſsione: quia magis inhæret oſsibus con-
trahentis,quàm ius reale:ita declarat Bartol.in dict.§.
per liberam,& latè habetur per Alexand.in l. poſſeſ-
ſion.§.& ſi poſſeſsio.ff.de acquiren. poſſeſsio.& adde
Paul.de Caſtr. in l.j.in vltimo not.C.per quas perſo-
nas nob.acquiritur. ¶Quæritur etiam, an licet quis
non poſsit obligare rem ſuam,ſaltem poſsit conſenti-
re alteri obliganti? & de hoc eſt gloſſ.magiſtral. in l.
ſi fundus.§ j.ff.de pignor.& ibi Bartol. examinat, an
qui non poteſt per ſe facere,poſsit alteri facienti cõ-
ſentire.& diſtinguit,quòd qui non poteſt per ſe face-
re propter imbecillitatem conſilij & intellectus, vt
minor & mulier, non poteſt etiam alteri facienti cõ-
ſentire,vt eſt textus in dict.l.ſi fundus.§.j.& in exem-
plis reprobatis ibi in gloſſ. ſed qui non poteſt per ſe
facere propter defectum ſui iuris, quia ius plenum
non habet in re,vt fructuarius,bene poteſt facienti &
obliganti conſentire:ita dicit ibi Barto.quem vide cũ
allegatis ibi per Alexand.
41 ¶ †Vlterius quæritur, an pater vt legitimus admini-
ſtrator filij accipiendo pignus vel obligationem, ac-
quirat vtilem hypothecariã filio? & reſpõdetur ꝙ ſic,
vt eſt gloſſ.not.in l.ſi legati.in verſi.neque filius. ff. de
pignor.& ibi not.Bart.& illam glo.Alex.ibi in apoſtil.
ad Bart.dicit ſingulariter notandam ad hoc videlicet
quòd hodie in aduentitijs ex contractu patris quæri-
tur actio filio, de quo tamen dicendum eſt, vt habe-
tur per Alexandrum poſt alios in l.quod dicitur.ff.de
verborum obligation. ad idem gloſſ.in l. de re. ff. de
42 tranſaction. ¶ †Inſuper quæritur,an pupillus poſsit
rem pignori dare: & reſpondetur breuiter, quòd pu-
pillus ſine tutoris authoritate & decreto iudicis,non
poteſt res immobiles pignori vel hypothecę dare: vt
eſt textus,iuncta gloſſ.in lege j.in principio. ff. quæ
res pigno.obligari non poſſ.in l.j.ff. de rebus eorum.
ſimiliter econuerſo, ſi pupillus recipiat pignus ſine
tutoris authoritate non obligatur directa pignorati-
tia,vt eſt textus,& ibi gloſſ.& Bartolus in l.pupillo.ff.
de pignor. action. ¶ Sed dubitatur, quid ſi minor
vendat ſine decreto: quo caſu de iure Pandectarum
alienatio facta de immobilibus,erat nulla, vt l. ſi pu-
pillorum.de re eorum,de iure authenticarum &. Co-
dicis,idem eſt in rebus mobilibus, exceptis fructi-
bus,vt l.lex quæ tutores.C. de adminiſtration. tuto.
in quibus locis habetur, quòd alienatio de rebus mi-
norum facta per tutorem vel curatorem ſine decreto
iudicis,eſt nulla:vt etiam habetur in l.tertia C.ſi alie.
res pignor.dat.ſit.& gloſſa in l.tutor.in princip.ff. de
pignor.action. An ſi in dicto contractu alienationis
tutor pro euictione dederit pignori bona ſua pro-
pria, valeat pignoratio, non obſtante quòd aliena-
tio reſpectu minoris ſit nulla:& videbatur dicendum,
quòd non: quia ſi non tenet principalis contractus,
ſcilicet alienatio, non videbatur etiam tenere hy-
potheca quæ eſt acceſſoria. argument. l. non dubi-
um.cum ibi not. C.de legi. tamen hoc non obſtan-
te, contrarium.eſt verius, videlicet quòd licet alie-
natio reſpectu minoris ſit nulla, tamen pignoratio &
hypotheca reſpectu tutoris & curatoris eſt valida.
text.eſt.not.in l.& ſi is.C.de præd.mi.& ratio eſt.quia
pignoratio facta eſt de bonis tutoris vel curatoris:&
in aliquo non præiudicat minori vel pupillo, vt fir-

mat gloſſ.in dict.l. & ſi is. in tertia ſolut.quæ commu-
niter approbatur,vt habetur per Alexand. in conſi. 66.
ad finem.Viſo themate & dubitatione.4.volum.
43 †Adde etiam prædictis,quòd mutuans alienam pe-
cuniam ſuo proprio nomine, & pro ea accipiens pi-
gnus,non acquirit hypothecam domino pecuniæ, ſed
ſibi mutuanti,textus eſt & ibi Bartol. & doctores. in l.
44 ſi frater.C.de pignor. ¶†Poſtremò quæritur, quid de
adminiſtratoribus publicis alicuius ciuitatis,an ſcili-
cet ipſi poſsint obligare bona ciuitatis, quando acci-
piunt pro ciuitate aliquam pecuniam? & breuiter reſ-
pondetur,quod ſic:vt eſt tex.in l.ſi is qui bona.in prin-
cip.ff.de pign.& ibi not.Bart.Intellige tu & declara tri
bus modis. & primò in adminiſtratore ciuitatis, quę
habet liberam adminiſtrationem: ſecus autem vt ſit in
alio procuratore,niſi conſuetudo aliter ſe habeat,vt l.
ſolutam.§.fin.cum l.ſeq.ff.de pignor.action, & idem di
xi ſuprà in procuratore.numer.36.& ratio eſt,quia obli
gatio bonorum dicitur alienatio largo modo.vt l.ſi C.
de reb.alic.non alien. & alienatio non poteſt fieri, niſi
per habentem ſpeciale mandatum vel ſaltem generale
cum libera.l.procurator cui libera. & l. procurator tu-
torum.ff.de procu. ¶Secundò intellige de illis officia
libus,quibus cõmittitur adminiſtratio reipublicæ, vt
in prioribus vel antianis, vel ſimilibus: alij vero qui-
bus ſola executio iuriſdictionis committitur, vt pote-
ſtas,Capitaneus,& ſimiles, non poſſunt obligare bona
ciuitatis,vt declarat Bart.in l.principalibus. ff. ſi cert.
petat. ¶Tertiò declara,quando pecunia accepta mu-
tuo,conuerſa fuit in vtilitatem ciuitatis, vt declarat
gloſſ.& Bart.in d. l.ſi is qui bona, in princip. Quando
autem pecunia non eſſet verſa in vtilitatem ciuitatis,
quòd tũc teneatur ipſe R.adminiſtrator:ſed qua actio-
ne teneatur, & qualiter probetur quod pecunia verſa
ſit in vtilitatem reipublicæ, & quid in alijs contracti-
bus,quàm mutui,latè explicatur tota iſta materia per
Bart.Alex.& Iaſ.in l.ciuitas .ff. ſi cert.petat. & ibidem
habetur, quid ſit in alijs adminiſtratoribus priuatis,
puta in tutore vel curatore,vel in prælato Eccleſiæ: &
not.gloſſ.in d.l.ſi is qui bona.in princip.

*SVMMARIVM.*

1 *Pignus prætorium quod dicatur.*
2 *Immiſſus in poſſeſſionem ex primo decreto, an poſ-*
*ſit compellere illum, contra quem eſt facta immiſſio,*
*exire à poſſeſſione.*
3 *Iuſſus,ſeu primum decretum de immittendo, quanto*
*tempore expiret.*
4 *Detentio ſeu cuſtodia poſſeſſionis, quæ acquiritur per*
*immiſſionem ex primo decreto,an animo retineatur.*
5 *Pignus prætorium cuius ſit effectus.*
6 *Immiſſus in poſſeſſionem ex primo decreto,an efficia-*
*tur poſſeſſor.*
7 *Immiſſio in perſonalẽ actionem,in quo differat ab im-*
*miſſione in realem.*
8 *Immiſſus in actione hypothecaria ante annũ efficitur*
*poſſeſſor reuocabiliter: poſt annum verò, irreuoca-*
*biliter.*
9 *Immiſſus in poſſeſſionem ex ſecundo decreto,an ſtatim*
*efficiatur poſſeſſor.*
10 *Creditore vno in poſſeſſionem immiſſo cæteri cenſen-*
*tur immiſſi, limitatur & ampliatur multis caſibus,*
11 *Immiſſio facta de vno creditore ex ſecundo decreto,nõ*
*prodeſt alijs creditoribus.*
12 *Statutum, quòd immiſſus in poſſeſſionem ex primo*
*decreto,lucretur fructus vſque in quinque pro cente-*
*nario,non tollit quin poſſit petere etiã vltra quinque,*
*quando eius intereſſe eſſet maius vel ratione lucri ceſ-*
*ſantis,vel damni immergentis.*
13 *Tenutarius, an poſſit impetrare brachium militare*
*pro quinque,pro centenario ſibi debitis in fructibus*
*ex forma ſtatuti Florentini.*
14 *Si ius de futuro competat iure actionis,actor poteſt*
*illud petere,& ad illud agere.*
15 *Pronunciatio & executio per nuncium facienda*
*in cauſa creditoris, non requirit citationem poſſeſ-*
*ſoris.*
16 *Poſſeſſor non dicitur,qui incontinenti expelli po-*
*teſt.*
17 *Mulieri poſt mortem mariti debentur alimenta de*
*bonis dotalibus,& ſi hæredes fuerint in mora conſtitu*
*ti,tenentur ad vſuras & intereſſe.*
18 *Tenutarius cui debentur quinque pro centenario, an*
*illa debeantur ſi ex bonis in tenutam exceptis,fructus*
*percepti non fuerint.*
19 *Fructus rei non traditæ,an ratione moræ irregularis*
*debeantur.*
20 *Data tenuta creditori in aliqua re ſibi hypothecata,*
*in qua danda fuit inordinate proceſſum, ex quo te-*
*nuta veniebat annullãda,an poſſit illa res prius obli-*
*gata retineri.*
21 *Poſſidens audiendus eſt de ſuo iure in iudicio poſ-*
*ſeſſorio, vbi ex iuſta cauſa ad eum peruenit poſ-*
*ſeſſio.*
22 *Regula,quòd ſpoliatus venit reſtituendus,non proce-*
*cedit pro ſpoliato per iudicem,vel authoritate iudi-*
*cis iudicialiter procedentis.*
23 *Sententia nulla poteſt per iudicem appellationis con*
*firmari.*
24 *Immiſſio & decretum,an poſſit in nominibus debi-*
*torum,& actionibus interponi.*
25 *Creditor cadens à pignore prætorio,an poſſit illud re*
*cuperare per hypothecariam, quemadmodum poteſt*
*pignus conuentionale.*
26 *Excuſſio requiritur in hypothecaria, intentata ex pi-*
*gnore conuentionali:ſecus, quando agitur ex pignore*
*prætorio ad pignus,à quo immiſſus cecidit.*
27 *Pignus prætorium, an poſſit in eadem re concurrere*
*cum conuentionali.*
28 *Dominium quare non ſit multiplicabile.*
29 *Pignus conuentionale & prætorium in quibus con-*
*ueniant & in quibus differant.*
30 *Pignus conuentionale ſolo conſenſu conſtituitur: præ-*
*torium vero requirit actualem immiſſionem.*
31 *Creditor malè ſe habens in pignore conuentionali, te-*
*netur debitori pignoratitia:in pignore autem præto-*
*rio,actione in factum.*
32 *Creditor in pignore conuentionali habet naturalem*
*& ciuilem poſſeſſionem:in prætorio nullam.*
33 *Creditor habet in cõuentionali pignore interdictum*
*vti poſſidetis,in prætorio ſecus.*
34 *Creditor in pignore conuentionali aliter non tenetur,*
*quàm in prætorio.*
35 *Debito extincto,qualiter agat debitor pro pignore cõ*
*uentionali:& qualiter pro prætorio.*
36 *Pignus prætorium creditori addictum, præſumitur*
*pro toto debito datum:ſecus in conuentionali.*
37 *Pignus quodlibet à creditore acceptum, præſumitur*
*idoneum:nec ex tunc poteſt creditor facere capi debi-*
*torem fugientem tanquam ſuſpectum.*
38 *Pignus prætorium conſtitui poteſt in bonis mino-*
*rum vniformiter, conuentionale autem non,niſi de-*
*creto iudicis.*





39 *Pignus conuentionale & prætorium diuerſimodè re-*
*cuperantur.*
40 *Creditor non poteſt in conuentionali pignore agere*
*contra tertios poſſeſſores dicti pignoris,niſi prius fa-*
*cta excuſsione principalis debitoris:ſecus in pignore*
*prætorio.*

## Secundum membrum Tertiæ partis.

SEQVITVR modo ſecundũ membrum
huius tertiæ partis principalis,in quo tra-
ctabimꝰ de prætorio pignore,& in eo pri-
mo videbimus plures quæſtiones in eius
materia:ſecundò ponemus differẽtias in-
1 ter pignus conuentionale. ¶†Primò igitur quæritur
quod dicatur pignus prætorium.& breuiter reſponde
tur,quòd pignus prætorium dicitur illud,quod datur
per iudicem in contumaciam rei ex primo decreto,ſe-
quuta tamen immiſsione,vt eſt text.& ibi not. Bartol.
in l.non eſt mirum.ff.de pignor.action.Adde quòd ta-
lis immiſsio aliquando dicitur antiphona,hoc eſt præ
paratio quædam,vt deueniatur ad ſecundum decre-
tum,vt eſt text.& ibi gloſſ.& Bartolus in l.ſi is qui bo-
na.§.ſi antiphona.ff.de pignorib. Dum autem dictum
fuit,ſequuta immiſsione,declara tu,& intellige, quan
do immittendus poteſt ingredi:tunc enim requiritur
immiſsio ad hoc,vt conſtituatur pignus prætorium.
dicta l.non eſt mirum.ſed ſi non poſſet ingredi ex iu-
ſto impedimento,tunc etiam ſine immiſsione ex ſolo
adſpectu quæreretur pignus prætorium,vt eſt textus
& ibi not. Barto.in l.cùm vnus.§.fin.ff.de bonis autho
ri.iud.poſsid.& in l.j.in principio,in vltima columna
in verſicu.ſed quid ſi executor.ff.de acquirend.poſſeſſ.
quem ibi ſequitur Alexan.Idem tenet Bart.in l.ſi finita,
§.illud quæritur.ff.de damn.infecto,& iſtud procedit,
etiam ſi immittendus impediretur ingredi per poten-
tiam aduerſarij,vt eſt text.in capitu.contingit.de do-
lo & contuma.& notat Iaſon in dict.l.j.in principio,in
vltima column.ff.de acquiren.poſſeſſ.in verſicu.quæ-
rit Bartol.vtrum adſpectus.Et propterea iſto caſu ſtan
te ſtatuto,quòd tenutarius lucretur fructus ad ratio-
nem quinque pro centenario,putarẽ quòd iſte qui fuit
impeditus in ingrediendo,debeat lucrari,cùm habea
tur pro immiſſo:& pro hoc pulcher textus in l.ſecun-
da.ff.de ann.leg.vbi impeditus colere fundum in prin
cipio anni,poteſt petere fructus totius anni:& ibi ha-
betur per Bart.de quo dicam aliqua infrà. Dicta au-
tem immiſſio debet fieri per executorem vel nuncium
à iudice deputatum, non autem propria authoritate,
niſi obtenta licentia à iudice de ingrediendo propria
authoritate.nam aliàs amitteret ius ſuum:vt l.miles.§.
qui iudi.ff.de re iudica.& notat Bartol.in dicta l.ſi fi-
nita.§.Iulianus.in tertia column.in verſicul.ſecundo.
quæro.Et talis immiſsio in reali olim & hodie fiebat,
& ſic in re ipſa de qua agitur & quæ petitur:ſed in per
ſonali actione eſt hodie immutatum,quia fit hodie im
miſsio pro menſura debiti declarati,vt in authenti.ei
qui.C.de bon.authori.iudi.poſſ.& ibi per Barto.Bald,
& Salicetum.& per Bar.in dict.§.Iulianus.in tertia co
2 lumn.in verſic.pone quòd ipſemet. ¶†Secundò quæ
ritur,an immiſſus in poſſeſsionem ex primo decreto,
poſsit compellere illum,contra quem eſt facta immiſ-
ſio,exire & diſcedere de poſſeſsione: & dicendum eſt
quòd non,niſi iudex aliter ex aliqua cauſa decerneret:
puta ne partes venirent ad arma.vt eſt text.& ibi not.
Bart.in dict.l.ſi finita.§.ſi quis autem:ſed nihilominus
creditor qui immiſſus eſt,habet curam rei in qua eſt fa
cta immiſsio,& locat & percipit fructus & vendit: &
notat Bartolus in lege in venditione.§.primo per illũ
text.ff.de bon.authoritat.iudic.poſſ.& hoc, ſi immiſ-
ſio eſt facta in re immobili:ſed ſi immiſsio eſſet facta
in re mobili,ita debet aſsignari creditori & non de-
bet vllo modo remanere apud debitorem:vt l.is cui.§.
qui legatorum.in verſic.in cæteris.ff.vt in poſſ.lega.&
hoc niſi appareret creditorem eſſe perſonam ſuſpe-
ctam:quia tunc non deberent relinqui res mobiles a-
pud creditorem immiſſum,ſed deberent apud alium
ſequeſtrari:vt l.ſi fideiuſſor.in fine.ff.qui ſatiſda.cogã.
ita firmant Bartolus & alij in dicta l.ſi finita.§.ſi quis
autem.& not.Bald.in dicta authentic.ei qui.in 16.col.
in verſic.quæro,vtrum miſſus in poſſeſsionem rei mo-
bilis.C.de bon.autho.iud.poſſ.& idem firmat ibi Sali-
cetus in 8.quæſtio.& fuit prius deciſio Dyn.vt ipſi re-
ferunt:& ita etiam tenet Alexan.in conſ.205.viſa dicta
3 facti.in fin.7.volum. ¶†Tertiò quæritur,quanto tem-
pore expiret iuſſus de immittendo,ſeu primum decre
tum:& breuiter reſpondetur,quòd ſi creditor eſt præ-
ſens,& habet facultatem apprehendendi tenutam,ſi
fuit negligens per biennium,expirat primum decre-
tum:ſi autem fuit abſens,expirat per quadriennium:
vt l.fina.in princ.C.de bon.autho.iudi.poſſ.& not.clá
re Bart.& poſt eum Ange.in d.l.ſi finita.§.ſi quis metu.
eandem opin.tenet Bart.in l.prætor ait.in fin.ff.de bo-
nis autho.iudic.poſſ.& ibi Alexan.dicit iſtam eſſe cõ-
munem opinionem,licet Imol.in d.§.ſi quis metu:co-
natus fuerit diſcrepare à communi per d.l.fin.& pro-
pterea dixit,quòd prædicta procedunt quando quis
fuit negligens in vtendo beneficio ingrediendi poſ-
ſeſsionem competenti ex perſona alterius creditoris
immiſsi,vt propriè loquitur text.in l.final.qui in hoc
eſt ſingularis.ſed vbi quis vult vti beneficio ingrediẽ-
di ex primo decreto ei conceſſo,& ſic ex propria perſo
na,dicit Imo.quòd tale ius non perditur per lapſum
dicti temporis:ſed quòd immo perpetuo durat per d.
§.ſi quis metu.& per dict.l.prætor.§.fina.& iſtam opi-
nion.Imolæ ſimpliciter refert Alexan.in conſi.205.vi-
ſa dicta &c.7.volumi.Sed per hoc non puto receden-
dum ab opinione Bartol.quæ,vt dixi,eſt communis.&
cum Bartol.tenent Angel.Bal.& Salic.in d.l.fina.& An
gel.in l.clam poſsidere.§.j.in 2.colum.ff.de acquiren.
poſſ.vbi dicit ita eo aduocante fuiſſe obtentum in ci-
uitate Florentiæ,quòd ſcilicet per quadriennium ex-
piret ius primi decreti,& allegat etiam not.per Barto.
in l.j.in fine principij,ff.de acquirend.poſſeſſ.& ita te-
neas,quanuis Ludou.Bolognius latè inſiſtendo in re-
petitione.dict.§.Iulian.nume.60,teneat contrariũ per
aliqua fundamenta,quibus de facili poſſet reſponde-
ri.ſed non curo,cùm communis opin.ſit cum Bartol.
4 ¶†Quartò quęritur,an iſta detẽtatio ſeu cuſtodia,quę
acquiritur per immiſsionẽ ex primo decreto,retinea-
tur animo ſicut ciuilis poſſeſsio:& breuiter reſponde
tur,quòd licet immiſſus nõ inſiſtat corporaliter in re,
ſi tamen habeat claues,vel dimiſerit alios homines ad
cuſtodiam rei,quòd dicta detentatio retinetur animo
vt eſt optimus text.in dict.l.ſi finita.§.penul.& no.Bar
tol.in l.j.in princip.ad fin.ff.de acquiren.poſſeſſ.& ibi
latè comprobat Alexan.in vltim.column.Subdens ibi
in fine,quòd talis detentatio retinetur animo ſpatio
decem annorum,dummodo quis non amiſerit cuſto-
diam rei:ſed ſi per decem annos ſteterit,quòd ad di-
ctam rem non acceſſerit corporaliter,tunc perdet eã:
quia ſicut decennio per obliuionem perditur poſſeſ-
ſio ciuilis,vt l.furtum.§.fundi.& ibi not.ff.de vſucap.
& not.gloſſ.in l.licet.C.de acquiren.poſſeſſ.ita & per
ditur detentatio.vt l.ſi de eo.§.ſi forte.ff.de acquiren.
6 poſſeſſ.ita tenet Alex.in d.l.j.in fi.princip. ¶†Et ex iſta
immiſsione & pignore prætorio cauſatur vnus effe-
ctus vtilis in practica,quia vbi aliàs creditor habens
perſonalem tantum,non poteſt agere contra tertium
poſſeſſorem,niſi reuocatoria,quæ requirit fraudẽ eſſe
commiſſam in alienatione rei tam ex parte debitoris
alienãtis,quam eius in quem eſt facta alienatio,iuxta
not.inſtit.de action.in §.item ſi quis in fraudem.tamẽ

ſi talis creditor acquirat pignus prætorium ex immiſ-
ſione, poterit vigore dicti pignoris agere contra ter-
tium poſſeſſorem abſque probatione alicuius fraudis,
vt l.ſi cùm venditor.in princip.ff.de euicti. Nam ſicut
in pignore conuentionali datur creditori hypotheca-
ria, ita & in pignore prætorio, licet à principio ante
immiſsionem non competierit, vt dicta l.non eſt mi-
rum.& ibi Bartolus.& Paulus de Caſtr.ff.de pignorib.
action.& notat Angel.de Aret.in dict.§.item ſi quis in
fraudem.column.ſecund. & iſtud Florentiæ, ſæpenu-
meró vſurpatur in practica. Nam creditores qui habét
ius exequibile, ſine hypotheca, puta vigore ſententiæ
vel ſcripturæ priuatæ, in qua non ſit hypotheca, faciūt
vigore dicti iuris ſe immitti in tenutam, tāquam in bo
nis debitoris, & poſtea vigore ſtatuti faciunt fieri præ
cepta in gombrantibus de diſgombrando. Nam ſi poſ
ſeſſores non releuant ſe à præceptis per modos tradi-
tos à ſtatuto, tenutarius indubitanter obtinet confir-
mationem tenutæ: ſi autem releuauit ſe à dictis pręce-
p tis, poteſt tenutarius petere, vt fiat tranſitus vigore
ſtatuti ad petitorium, & in petitorio poterit tenuta-
rius obtinere contra dictos poſſeſſores, qui forte non
habebunt ius anterius in re.& hoc, vigore dicti pigno
ris prætorij, iuxta l.ſecund.C.de præt.pignor. Nam ſi-
ne dicto pignore prætorio non potuiſſet creditor di-
ſcutere de prioritate iurium contra tertium poſſeſſo-
rem, qui ſe releuaſſet à præceptis, cùm non habuiſſent
niſi ſolam perſonalem, quæ nō ſequitur fundum & ter
tium poſſeſſorem, iuxta not.in l.prima.§.ſi hæres.ff.ad
Trebellianum.ſed bene potuiſſet obtinere tenutarius
cum ſola perſonali, quando poſſeſſor non releuaſſet ſe
à præceptis: quia tunc non habetur pro poſſeſſore, ſed
pro ingombrante rem debitoris.& perinde tunc ha-
betur, ac ſi eſſet penes debitorem, & non apud terti-
um poſſeſſorem: nam aliud eſt poſsidere, & aliud eſ-
ſe in poſſeſsione: & qui ingombrat, non dicitur poſ-
ſidere, ſed eſſe in poſſeſsione, & eam occupare: vt l.ſi
quis ante.ff.de acquirend.poſſeſſ.& habetur per Cor.
in conſil.137.licet multorum.in 3.volu.litera c.quę no.
in practica, &c.

6 ¶ †Quintò quæritur, an immiſſus in poſſeſsionem ex
primo decreto, efficiatur poſſeſſor? & primò videbi-
mus de immiſſo in actione perſonali, & in hoc poni-
te regulam ampliationis & fallentias. Regula ergo eſt,
quò immiſſus in poſſeſsionem ex primo decreto in a-
ctione perſonali, ſiue immiſsio fiat vt reus tædio affe-
ctus compareat ad reſpondendum, an poſsideat: ſiue
ex cauſa damni infecti, ſiue immiſsio fiat ventris no-
mine, vt mulier prægnans in bonis mariti, talis immiſ-
ſio non facit immiſſos poſſeſſores, ſed cuſtodes & de-
tentores rerum, vt eſt text.& ibi per docto.in l.tertia.
§.fin.ff.de acquiren.poſſeſſ.& tali caſu reus, contra quē
eſt facta immiſsio, poteſt comparere, & reuocare im-
miſsionem, dummodo reficiat expenſas, & caueat de
iudicio ſiſti, iuxta authen.ei qui.C.de bonis autho.iu-
di.poſſ. ¶ Amplia regulam, vt procedat etiam ſi immiſ-
ſio ex primo decreto eſſet facta pro executione ſenten
tiæ, & rei iudicatæ: quia etiam iſto caſu immiſſus non
efficitur poſſeſſor, ſed detentator, & ſic habet locum
regula etiam in hoc caſu.ita tenent Imol.Raph.& Ale
xan.in l.à diuo Pio.§.ſi ſuper rebus.ff.de re iudica.vbi
Alexan.in ſexta column.late diſputando ita firmat: &
idem tenet ibi Iaſ.& iſta opinio videtur verior & cō-
munior per allegata ibi per Alexan.& eſt opinio gloſ.
ibi ante eos, licet contrariam opinionem teneant Bar-
tolus, Paulus de Caſtr.& Aretin.in dict.l.tertia.§.fina.
ff.de acquirend.poſſeſſ. ¶ Secundò amplia etiam ſi fie-
ret immiſsio vigore inſtrumenti habentis executionē
ex forma ſtatuti, puta inſtrumenti guarētigiati vel cō-
feſsionati, quia in tali inſtrumento idem dicēdum eſt,
quod dictum eſt in re iudicata, vt habetur per Barto-
lum in l.ſi & iure.ff.qui pot.in pigno.haben. & ita fir-
mat Alexander in dicto §.ſi ſuper rebus.in ſeptima co-
lumn. Intellige tu & declara, niſi in inſtrumento eſſet
hypotheca, & fieret immiſsio vigore hypothecæ vel
contra ipſum debitorem principalem, vel contra ter-
tium poſſeſſorem: quia tunc eſſet dicendum, quod di-
cetur infra in immiſsione, quæ fit in hypothecaria, vt
late habetur per Alexandrum in l.tertia.§.fin.in quar
ta & quinta column.ff.de acquiren.poſſeſſ. ¶ Fallit au-
tem dicta regula pluribus modis, & primo quando iu
dex vellet ex aliqua iuſta cauſa conſtituere, immiſſum
ex primo decreto, poſſeſſorem: quia ex cauſa hoc po-
teſt facere, & repellere antiquum poſſeſſorem, contra
quem eſt facta immiſsio de fundo.gloſſ.ſingular.in l.
tertia.§.duas in verſicul.decedatur.ff.de damno infec.
notat Baldus in dicta authentic.& qui.in quinta colū.
C.de bonis autho.iudi. poſſ.& in l.conſentaneum.C.
quomodo & quando iud.& ſequitur Alexand.in l.ter-
tia.§.fina.de acquirenda poſſeſſ.in quarta colum. ¶ Se-
cundo fallit, quando in loco extaret ſtatutum quòd im
miſſus ex primo decreto, lucretur fructus, prout eſt
Florentiæ. nam tunc immiſſus etiam in actione perſo-
nali, efficeretur poſſeſſor: quia commodum fructum
ſpectat ad poſſeſſorem: vt l.tertia.§.ex contrario.& ibi
not.ff.de acquirend. poſſeſſ.& l.Fulcinius.§.final.ff.ex
quibus cauſ.in poſſeſſ.ea.& ideo delato lucro fructuū
in neceſſarium antecedens, talis dicitur effectus poſ-
ſeſſor: ita tenet Baldus in dicta l.conſentaneum.& ſe-
quitur Alexand.in dicta l.tertia.§.fina.in quarta colū.
& idem Alexand, in l.ſi finita.§.Iulianus.column.25.in
verſicu.item inquantum hic gloſſ.tangit, an miſſus ex
primo decreto, lucretur fructus, &c.ff.de damno infe-
cto. ¶ Tertiò fallit, quando abſque tali ſtatuto vel con-
ſuetudine iudex motus ex nimia contumacia rei, de-
cerneret, quòd immiſſus deberet lucrari fructus: nam
tunc ſimiliter immiſſus efficeretur poſſeſſor: ita tenet
Baldus in dicta l.conſentaneum.& ſequitur Alexand.
in dicta l.tertia.§.fina.& in dict.l.ſi finita.§. Iulianus.
quanuis in hoc, ſcilicet in iudice, Salicetus in authen.
ei qui.C.de bonis autho.iudic.poſsid, 2. columna te-
neat contrarium per aliqua fundamenta, quibus re-
ſpondet Alexander in dicto §.Iulianus. ¶ Quarto fallit
in cauſa notabili, videlicet in l.poſtquam.§. Impera-
tor.ff.vt lega.no.cau.in verſicul.transferat.& ibi nota
tur per Bartolum & habetur per Cynum in l.cùm pro-
ponas.in decimaquarta quæſtion.C.de bon. author.
iudic.poſſ. Nam eſt ibi caſus: quòd fideicommiſſarius
petiit ſibi præſtari cautionem ab hærede, iuxta illum
titulum ff.vt lega.no.cau e.aut ſi non caueretur, ſe im-
mitti in poſſeſsionem & lata fuit ſententia contra hæ
redem, vt caueret: à qua hæres appellauit. decidit ibi
iuriſconſultus, quòd fideicommiſſarius pendente ap-
pellatione debet immitti in poſſeſsionem: & quòd fi-
deicommiſſarius immiſſus, erit poſſeſſor: & ſic eſt ibi
caſus notabi.quòd pendente appellatione, fit innoua-
tio contra titulum nil innoue.appella.pend.ff.& quòd
immiſſus ex primo decreto.efficitur poſſeſſor.pro quo
etiam facit text.in l.quiſquis.C.quo app.non recip. Et
ita tenet Alexand.in dict.l.tertia.§.fina. in 4.column.
vbi etiam Iaſ.tranſit cum Alexan.in d.l.3.§.fina.in 4.co
lumn.vbi etiam Iaſ.tranſit cum Alexan.in prædictis li
mita. ¶ Inſuper aduerte in prædictis, quòd magnus eſt
effectus, an immiſſus ſit poſſeſſor vel non: quia ſi non
poſsidet, non debet expelli antiquus poſſeſſor: ſed v-
terque debet ſtare in re, quia immiſſus quando nō poſ
ſidet, eſt cuſtos & detenrator, vnde non debet expelle-
re antiquum poſſeſſorem, vt l.ſi finita.§.ſi quis ante. &
ibi not.ff.de damno infect, & late per canoni.in capit.
contingit.de dol.& contuma. & hoc etiam eſt verum,
& procedit, ſi immiſſus eſſet in ſolam poſſeſsionē: quia
per hoc non efficitur poſſeſſor: & non poteſt expellere
antiquum poſſeſſorem, ſecundum Baldum in l.conſen
taneū.in pen.col.in 6.opp.C.quomodo & quādo.iud.
&



& per conſequens cùm non ſit poſſeſſor taliter immiſ-
ſus, non habet interdictum vti poſsidetis, quod compe
tit poſſeſſori, qui in ſua poſſeſsiōe turbatur: vt l.ſi duo.
§.creditores.ff.vti poſsidetis.ſed ſi efficitur poſſeſſor,
poteſt expellere antiquum poſſeſſorem: & habet inter-
dictum vti poſsidetis: ita notat Alexand.in dicta l.3.§.
fin.in 4.col.& Iaſ.in 2. ¶ Sextò, quid in immiſſo in reali
actione: & breuiter omiſſa diſputatione, quia materia
eſt trita, communis opinio legiſtarum eſt, quòd immiſ
ſus ante annum, poſsideat reuocabiliter, poſt annū ve-
rò irreuocabiliter.ita concludunt Alexand.& Iaſ.in d.
l.3.§.fina.poſt alios ibi: licet canoniſtæ, vt ibi referunt
Alexand.& Iaſ.communiter teneant, quòd immiſſus in
reali ante annum, ſit detentor, & non poſſeſſor.tenen-
dum eſt ergo cum communi opiniōe legiſtarum, quia
per Alexandrum & alios in dicto §.fina.optime reſpō-
detur ad fundamenta canoniſtarum: & talis immiſſus
poſt annum.à die immiſsionis lucratur fructus, vt latè
per Alexandrum in l.ſi finita.§.Iulianus.columna 26.in
ver.in actione reali.ff.de damno infecto.

7 ¶ †Sed dubitatur quæ ſit ratio differentiæ inter im-
miſſum in perſonali, & in reali: & docto.dicunt, ratio-
nem differentiæ eſſe, quia immiſſus in perſonali, nul-
lum prætendit ius in bonis, ſed ſolùm habet perſonam
debitoris obligatam, vt inſtitu.de action.§.1.ideo im-
miſſus in perſonali, nec ante annum, nec poſt efficitur
poſſeſſor: ſed in reali agens, dicitur habere ius in re, pu
ta dominium vel quaſi: non mirum ergo, ſi immiſſus in
poſſeſſionem, illius rei efficitur poſſeſſor: ita tenet Spe
culator in titulo de primo & ſecūdo decreto.§.iam de
effectu.verſicul.quæ eſt ratio.& Cuman.& Iaſ.in dicta
8 l.3.§.fin.in 5.colum.verſi.ſecunda concluſio eſt. ¶ †Am-
plia hanc concluſionem, quod etiam immiſſus in hy-
pothecaria actione ante annum, efficitur poſſeſſor re-
uocabiliter: poſt annum verò irreuocabiliter, prout di
ctum eſt in reali: nimirum quia etiā hypothecaria eſt
actio realis.l.pignoris.ff.de pigno.& l.pignoris.C.eo.
titulo.& licet opinio ſit dubia, tamen Alexan.in dicta
Cōmu. opin.
l.3.§.fin.& dicit iſtam eſſe magis communem: intellige
tamen & declara, quòd immiſſus in hypothecaria, dif-
fert ab immiſſo in reali mera in hoc: quia licet immiſ-
ſus in reali, poſt annum lucretur fructus, vt per Alexā.
in d.l.ſi finita.§.Iulianus.in colum.26.& dixi ſuprà ta-
men immiſſus in hypothecaria, etiam poſt annum nō
lucratur fructus: & ratio eſt, quia intentio agentis non
eſt niſi auocare poſſeſsionem.l.ſi cùm vēditor.in prin-
cipio.ff.de euiction.ita tenet Alexander in dicto §.Iu-
lianus.colum.27.verſicul.iuxta hoc quæritur, &c. ¶ Se-
cundò amplia regulam ſeu concluſionem ſuprà poſi-
tam in actione reali, vt procedat etiam in actione mi-
xta, prout eſt actio petitionis hæreditatis, quę eſt actio
mixta, vt l.hæreditatis.C.de petitione hæreditat. quia
etiam in illa immiſſus, inquantum datur ad rem, iudi-
catur de ea prout de actione reali, vt ſcilicet ſicut im-
miſſus in reali ante annum poſsidet reuocabiliter, &
poſt annum irreuocabiliter: ita & immiſſus in actione
mixta, quādo datur ad rem (vt dixi) ſed ſi actio mixta
detur ad perſonales præſtationes, tunc de ea iudica-
tur: prout de mera perſonali.l.item Labeo.§.familiæ.
ff.famil.erciſcundæ.& quando datur ad rem, ſicut im-
miſſus in reali, lucratur fructus poſt annum, ita & lu-
cratur immiſſus in actione mixta. ita tenet Alexander
in dicta l.ſi finita.§.Iulianus.colum.27.verſic.quid im-
miſſo in actione mixta. ¶ Limitatur autem iſta conclu
ſio de actione reali cum duabus ampliationibus, vt ſu-
prà datis duobus modis. Primò, quando immiſsio eſ-
ſet facta poſt litem conteſtatam: quia tunc etiam antę
annum immiſſus efficitur poſſeſſor irreuocabilis: & ſic
ille contra quem facta eſt immiſsio ratione proprieta-
tis, ita demum audietur volēs reuocare immiſsionem
infra annum, præſtando ſatiſdationem & reficiēdo ex-
penſas, iuxta dictam authēticam, ei qui.ſin autem im-
miſsio eſſet facta ante litem conteſtatam, ſecus, vt pro-
batur & notatur in dicta l.conſentaneum.C.quomo-
do & quando iudex. Secundò limitatur dicta conclu-
ſio, vt non procedat etiam ſi dicta immiſsio eſſet facta
poſt litem quaſi conteſtatam, vt habetur in l.ſecunda.
C.vbi in rem actio.in fine.vnde infertur quòd quando
intentatur realis actio contra detinētem vel poſsiden-
tem nomine alterius, & detinens ſeu poſsidens com-
pareat in iudicio, & nominet dominum, pro quo dicit
ſe detinere vel poſsidere, datur ei dilatio, vt denuntiet
domino, vt dominus veniat ad cauſam inſtructam: &
tunc ſi dominus non comparet, in eius contumacia fit
immiſsio in poſſeſsionem, & immiſſus efficitur poſſeſ
ſor irreuocabilis, etiam ante annum, adeo, quòd ſi no-
minatus vult reficere expenſas, & præſtare ſatiſdatio-
nem de iudicato ſiſti, iuxta dictam authēticam, ei qui.
non audietur: ſed oportet quòd dominus agat ordina-
riè per viam principalis petitionis ſuper proprietate,
oſtendendo ſe eſſe dominum, vt dicta l.ſecunda, in fin.
C.vbi in rem action.ita notab.tenet Alexander in iſtis
duabus limitationibus in dicta l.tertia.§.fina.in tertia
columna.ff.de acquirenda poſſeſsione.& ſic etiam ha-
bes iſtam concluſionem ſeu regulā de immiſsione fa-
cta in reali, ampliatam & limitatam pluribus modis.
9 ¶ †Septimò quæritur, an immiſſus in poſſeſſionem ex
ſecundo decreto, ſtatim efficiatur poſſeſſor.& reſpon-
detur quòd ſic, & intantum, quòd ſi ille, cōtra quem eſt
facta immiſsio, eſt dominus, etiam immiſſus efficitur
dominus: ſi autem non erat dominus immiſſus, incipit
præſcribere: vt per Bartolum in dicta l.ſi finita.§. Iulia
lianus.in prima colum.& in hoc Baldus in l.in poſſeſ-
ſione.C.de bonis authoritate iudicis poſſidend.voluit
quòd immiſſus ex ſecundo decreto, præſcribat etiam
directum dominium, licet aliàs per præſcriptionē non
acquiratur niſi vtile: vt per gloſſam in l.ſecunda.& ibi
Bartolus.ff.de vſucapion.ponderando ad hoc Bal.tex-
tum in dicta l. [illegible] a.§.ſi de vectigalibus.in verſiculo,
dominium acquiri, quòd appellatione dominij ſimpli
citer facta, veniat directum.l.prima.§.qui in perpetuū.
ff.ſi ager vectiga.vel emphyteu.peta. Tamen in hoc cō
tra Baldum eſt tenendum, quòd non præſcribatur niſi
vtile dominium: & de hoc eſt textus iuncta gloſſ, in d.
l.Iulianus.in verſicu.dominium.vbi gloſſ.exponit, ſci-
licet vtile: & ratio eſt, quia in materia præſcriptionum
longi temporis, dominium intelligitur de vtili, vt per
glo.& docto.in authent.niſi tricennale.C.de bon.ma-
ter.& in d.l.2.ff.de vſucap. Verba autem debent intelli
gi ſecundum ſubiectam materiam.l.ſi vno.in prin.ff.lo
cati.& ita tenet Iaſ.in d.l.3.§.fin.in nono notab.& ante
eum tenuit Alexand.in l.traditionibus.C.de pact.vbi
etiam ſequitur Iaſ.ponentes etiam ibi aliquas alias li-
mitationes, in quibus acquiritur directum dominium,
quas omitto, quia ſunt extra materiam noſtram.
10 ¶ †Octauò quæritur, an vno creditore immiſſo ex pri-
mo decreto, alij immiſſi videātur: & in hoc pone regu-
lam, ampliationes & reſtrictiones. Regula eſt ergo, ꝙ
vno immiſſo, cæteri immiſſi videntur: vt l.cùm vnus.in
prin.& ibi gl.plena, & Bar.ff.de bon.autho.iudic.poſſ.
¶ Amplia primò regulā, quòd talis immiſſio ſicut pro-
deſt immiſſo, ita prodeſt alijs non immiſſis, vt in ſimul
omnes cōcurrant, & pariter ad pretium rei pro eorum
ratis vocentur, non aliter conſiderato ordine immiſſio
nis, vt habetur in dicta l.cùm vnus.& in dicta l.ſi fini-
ta.§.ſi plures.& per Bart.& Salice.in l.2.C.qui potiores
in pigno.habe. ¶ Secundò amplia, vt dicta regula pro-
cedat non ſolùm in immiſſione quæ fit ex contumacia,
& ſic in pignore prætorio iuxta totum titu.C.de præ-
tor.pig.ſed etiam in immiſsione quæ fit vigore ſenten
tiæ, & ſic in pigno.iudiciali iuxta totum tit.C.ſi in cau
ſa iudic.pig.cap.ſit.ita tenet glo.in l.ſi & iure.ff.qui po
tior.in pig.habe.& in l.fin.C.de bon.author.iudi.poſ.
& idem tenet Dy.in regula, qui prior.li.6. Contrarium

autem opinionem tenet Bartolus in dicta l.cùm vnus. videlicet quòd immiſsio facta in pignore iudiciali,nõ proſit aliis creditoribus,& quòd prior immiſſus ſit potior aliis.& cum Barto.tranſit Ange.in dicta l.ſi finita. §.ſi plures.& in l.à diuo Pio.§.ſi pignora.ff.de re iudic. & Bald.in l.3.C.qui potior.in pigno.habe.¶Sed contra Barto.tenet Baldus & Salic.in dicta l.final.C.de bonis author.iudic.poſ.concludentes,quòd vno immiſſo vigore ſententię vel rei iudicatæ,vel inſtrumẽti guarentigiati,vel alteri⁹ iure exequibilis,talis immiſsio proſit etiam aliis habentibus ius exequibile, prout habet immiſſus:& quòd omnes debẽt eſſe æquales, nec inter eos debet attendi prioritas:& reſpondet latè argumẽtis Bartoli,vt ibi per eos.eandem opinionẽ contra Bartolum firmat Imol.in l.ſi finita.§.ſi plures. vt ibi refert Alexander,qui dicit quòd opinio Bart.non videtur bene probari de iure,& ſic videtur tenenda in hoc opinio gloſſæ,Dyn.& ſequacium contra Bart. quòd vnius immiſsio vigore iuris exequibilis,& ſic in pignore iudiciali,proſit etiam aliis,prout prodeſt immiſsio facta vigore contumaciæ,& ſic in pignore prætorio. Intellige tamen,vt infrà ſubdetur,niſi immiſſus vigore iuris exequibilis,puta inſtrumenti guarentigiati,prętenderet etiam hypothecam: quia tunc illius immiſsio non prodeſſet aliis,vt per Baldum in dicta authẽt.ei qui.C. de bonis autho iudic.poſ.& dicetur infrà in reſtrictionibus.Reſtringitur autem & declaratur ſupradicta regula plurib⁹ modis:& primò,ꝙ dicta regula procedat in actione perſonali,non autẽ in actione reali,quia immiſsio vnius in actione reali,non prodeſt aliis.& ratio eſt,quia ille qui immittitur in actione reali, immittitur tanquam dominus:& dominus nõ eſt creditor,nec etiam poſſeſſor contra quem fit immiſsio,eſt debitor: vt l.vnic.C.de alien.iudi.mutan.cauſ.fact.& ita tenent Bald.& Salic.in dicta l.fin.C.de bonis autho.iudi. poſ. ¶Secundò reſtringe,vt dicta regula nõ habeat locum etiã in immiſsione facta in actione hypothecaria:quia in ea immiſsio vnius non prodeſt aliis non prætendentibus hypothecam.ita tenet Bal.in dicta authẽ.ei qui. in j.col.C.de bon.author.iudic.poſ.& ſequitur Salice. in dicta l.final.in princ.in vlti.col.in verſi.ſi eſt immiſſus in hypothecaria per rationes adductas per Bal. ¶Tertiò reſtringe regulam,quòd licet illa regula olim de iure Digeſtorum eſſet neceſſaria,quia de illo iure in actione perſonali fiebat immiſsio in omnibus bonis, vt dicta l.cùm vnus.in prin.tamen hodie de iure codicis ſecundum quod fit immiſsio pro menſura debiti, vt d.authen.ei qui.& in corpore vnde ſumitur, non eſt neceſse quòd vnius immiſsio proſit aliis, niſi quando in bonis debitoris non erat,niſi illa res in qua fuit facta immiſsio. Nam ſi vltra illam eſſent alia bona, alij creditores poterũt obtinere immiſsionem in illis: obmiſſa in illa re in qua creditor immiſſus pro mẽſura ſui crediti:ita declarat gl.& Bart.in d.l.cùm vnus.& Bart. in l.ſi & vir.ff.qui pot,in pig.habe.¶Quartò reſtringe regulam,ꝙ ita demum alij creditores poſsint vti immiſsione illius qui eſt immiſſus,& ex ea iuuari, ſi veniant infra biennium,& expenſas pro rata reficiãt creditori immiſſo,& citato debitore,faciãt fidem de eorum credito,tunc enim poterũt ingredi ſicut primus. vt eſt tex.in dicta l.fi.& not.gl.& Bart.in d.l.cùm vnus. in princi.¶Quintò reſtringitur dicta regula, vt ita demum procedat,quando creditores ſunt creditores eiuſdem titu.puta quia omnes ſunt creditores ex contractu.vel omnes ex legato,vel omnes ex cauſa damni infecti:tunc enim vnius immiſsio prodeſt aliis: ſecus autem,ſi eſſent creditores diuerſorum titulorũ.ita tenet gloſſ.in l.cùm vnus.¶Sextò reſtringitur regula, vt procedat ita demum,ſi dicti creditores omnes prætendant cauſam oneroſam:ſecus autem,ſi aliquam prætẽderent cauſam lucratiuam vel quaſi:quia tunc illis qui prætendunt cauſam lucratiuam,vel quaſi,non prodeſſet immiſsio facta de illo,qui prætenderet cauſam oneroſam:ita tenet gloſſ.in dicta l cùm vnus.per textum in l.is cui.§.ſi plures.ff.vt in poſſ.legat.& ita debet intelligi text.in dicta l.ſi finita.§.ſi plures.& hanc opini. tenet Dyn.in regula,qui prior.libro 6.Bartolus autem in dicta l.ſi de iure.ff.qui potio.in pign.hab.dicit quòd iſta diſtinctio inter cauſam oneroſam & lucratiuã,ſemper ſibi diſplicuit:quia l.cùm vnus.loquitur generaliter & indiſtinctẽ,quòd vno creditore immiſſo,alij cenſentur immiſsi.idem etiam tenet Bartol.in d.l.is cui.§. ſi plures.dicens ſe nõ habere legem quæ probet iſtam

10 differentiam in cauſam oneroſam & lucratiuam.¶†Et ideo Bart.in hoc ponit aliam diſtinctionem in d l.ſi & iure.& in d.§.ſi plures.& in l.cùm vnus.videlicet quòd aut omnes creditores prætendunt ius obligationis & vno omiſſo,cæteri intelliguntur immiſsi.per l.cùm vnus. Aut omnes prætendunt iudicis officium,& tunc vno immiſſo,alij non cenſentur immiſsi.& habet locũ text.in d. l.is cui.§.ſi plures.& iſto caſu oportet quòd etiã cæteri petant ſe immitti,& facta immiſsione,prætor tuebitur omnes,vt in dictis legibus.Aut vnus prętendit ius obligationis,& alter iudicis officiũ:& tunc vno immiſſo,alij non intelliguntur immiſsi:vt l.ſecunda.C.qui potior.in pign.habe.Et ex his infert Barto.ꝙ ſi ſunt plures,prætendentes plures ſententias diuerſas, vel habentes diuerſa inſtrumenta guarentigiata, quæ ex diſpoſitione ſtatutorum habent paratam executionem,ſicut ſententiæ,quòd vno immiſſo pro executione ſententiæ vel inſtrumenti,cæteri non cenſentur immiſsi,niſi & ipſi impetrẽt immiſſionem:& hoc,quia in hoc debet impetrari officium iudicis,quòd ſe nõ exhibet,niſi ſit petitum,vt l.quarta.§.hoc autem iudicium. ff.de damno infecto.Ita diſtinguit & tenet Bartol.Sed Baldus & Salicet.in dicta l.fin.C.de bonis autho.iudi. poſ.in 2.colum.reprobant diſtinctionem Barto.validis rationibus meo iudicio,& tenent opinionem gl.Dyn. & ſequacium.& vt ibi dicit Salicetus,iſta opinio cõtra Barto.eſt communis,videlicet quòd aliud ſit in creditoribus ex cauſa oneroſa,vt d.l.cùm vnus. & aliud ex cauſa lucratiua,vt d.l.is cui.§.ſi plures.vbi textus facit differentiam inter creditores & legatarios.& ſimiliter ex cauſa quaſi lucratiua,& ex cauſa noxali vel damni infecti,vt dicta l.ſi finita.§.ſi plures.iſtæ enim cauſæ cẽſentur quaſi lucratiuæ,vt l.apud Celſum.§.authoris autem.ff.de dol.exception.& ratio differentiæ ſecũdum eos eſt,quia fauorabiliores ſunt qui tractant de damno,quàm illi qui tractant de lucro,vt l.final.C.de condi.& l.final.C.de iure deliberand.& licet eam opinionem Barto. teneant Ange.& Paul.de Caſt.in d.l.ſi finita.§.ſi plures,& Ang.in d.l.fi.C.de bon.autho.iud.poſ. tamen opin.glo.& Dyn.& ſequacium tenet Imol.in d. l.ſi finita.§.ſi plures.& reſpondet argumentis Bartol.& opin.glo.& Dyn.contra Bart.dicit Alex.poſt Imo.in d. §.ſi plures.eſſe de iure veriorem,& ſecundum Sal.in d. l.fin.eſt etiam communis,& ideo tenenda.¶Et ex prædictis infertur,quòd quando plures creditores prętendunt pignus prætorium ex diuerſis titulis,tunc nõ habet locum regula dictæ l.cùm vnus.ſed qui prior eſt in ordine ex tempore immiſſionis,potior eſt in iure, per text.in d.l.2.C.qui pot.in pig.hab.& ibi Bart.& Salice. Similiter quando aliqui creditores prætendũt pignus prætorium,aliqui verò pignus conuentionale, non habet in eis locum d.regula d.l.cùm vnus.ſed in eis habet locum regula ca.qui prior.de regul.iur.lib.6.vt l.ſi poſtquam.ff.vt in poſ.lega.ita tenent Barto.& Sal.poſt Cyn.in dicta l.2.Item infertur,quòd inter plures creditores prætendentes ſolum pignus conuentionale,non habẽt locum dicta regula l.cùm vnus.ſed præferri debet ſecundum prioritatem in tempore per d.regulam, qui prior.& ita tenent Bartolus & Salicet.& alij in d.l. 2.& Barto.in dicta l.cùm vnus.& in aliis locis ſuprà al-

11 le.¶†Vltimo reſtringitur dicta regula,vt procedat in primo



primo decreto,non autem in ſecundo: quia immiſsio facta de vno creditore ex ſecundo decreto,nõ prodeſt. aliis creditoribus.ita tenet gloſſa in dicta l. cùm vnus in prin.alleg.tex.in l.Fulcinius.§.illud.in fi.ff.ex quib. cauſ.in poſſ.ea.refert & ſequitur Salic.in d.l.fi.in prin.

12 in vltim.quæſt.C.de bo.auth.iudic.poſ.¶†Nonò quæritur,an ſtãte dicto ſtatuto, de quo ſuprà eſt facta mentio,videlicet,quòd tenutarius lucretur fructus vſque in quinque pro centenario,prout eſt Florentiæ. vel in alia quantitate,ſi ſit aliquis creditor immiſſus in tenutam,cui de iure pro ſuo intereſſe debeantur vltra quinque pro centenario:puta maritus in dote,iuxta no.per Alex.& alios in l.inſulam.§.vſuras.ff.ſol.mat.vel vigore conuentionis,puta, quia vxor ſoluto matrimonio, pro reſtitutione ſuarum dotium habuit certum fundum cum pacto,quòd ex eo lucretur fructus,quod pactum etiam de iure canonico valet,vt latè per Lauren. de Ridul.in tracta.de vſur.in quæſt.65.vel ſit talis creditor,qui ratione damni emergentis,vel lucri ceſſantis,prætendat maius intereſſe,quàm ſint quinque pro centenario.iuxta not.per doctores.& maximè Iaſ.in l. 3.§.fin.ff.de eo,quod cert.loc.An in huiuſmodi caſibus creditor poſsit lucrari ex dictis fructibus vltra dicta quinque taxata à ſtatuto,etiam illud plus,quod ſibi de iure debetur?Et in hoc Paul.de Caſtr.in conſi.386.viſis & ponderatis.in vltim.colum.determinat, quòd tales creditores poſsint lucrari ex dictis fructibus etiam vltra quinque à ſtatuto ordinata:quia ſtatutum prouidit generaliter omnibus creditoribus,etiam illis qui nullum lucrum de iure prætendere poterunt. illis autem qui aliquid lucraturi erant,de iure dedit ſuum beneficium vſque in quinque pro centenario.cùm ergo prouiſio ſtatutaria veniat in augmentum,non debet operari diminutionem.l.legata inutiliter.ff.de legat.j. Ita reſidet ibi Panorm.¶Et ex hac deciſione credo,ꝙ Florentiæ in pronuntiandis tenutis inoleuerit practica, quòd pronuntientur pto damnis,expenſis & intereſſe, ſecundum formam ſtatutorum, & vltra, addendo dictum verbum,& vltra,ad obtinendum etiam tenutam pro illo pluri,quod deberetur creditori de iure vltra quinque taxata à ſtatuto, & puto deciſionem de iure procedere:quia in inſtrumentis indiſtinctè opponitur promiſsio refectionis damnorum, expenſarum & intereſſe,patiẽdorum in lite & extra litem.Et propterea etiam pro dicto intereſſe lucri ceſſantis, & dãni emergentis,quod de iure deberetur,poteſt pronuntiari tenuta,& procedi executiuè in bonis debitoris,ſicut proceditur pro ipſa ſorte principali. quæ not.in practica.

13 ¶†Sed in prædictis vidi vtiliter dubitari, pone poſt pronuntiatam & confirmatam tenutam, ſtetit tenutarius per aliquos annos,ꝙ fructus tenutę non percepit, ſed interim percepti fuerunt per ipſum debitorem vel alium,contra quem confirmata eſt tenuta, & euenit, quòd poſtea creditor recipit ſortem principalem, reſeruato ſibi iure ſuæ tenutæ ſuper quinque pro centenario,modò creditor inſtat ſibi concedi executionem per viam brachij militaris,in dicta re in tenutam acceptam,iuxta l.qui reſtituere.ff.de rei vendicatio.Dubitatur,an hoc obtinere debeat:& prima facie videretur dicendum,quòd non:quia iſtud lucrum quinque pro centenario,datur à ſtatuto poſt cõfirmationẽ tenutæ, & ſic pro lucro futuro poſt ſequutam tenutam,meritò non videtur,quòd illud fuerit comprehenſum,nec potuiſſe comprehendi in ſententia pronuntiationis ſeu confirmationis tenutæ.Nam videmus,quòd in ſententia bene poſſunt comprehendi expẽſæ factæ & faciendæ vſque ad ipſam ſentẽtiam,ſed illæ quæ futuræ ſunt poſt ſententiam,non poſſunt comprehendi in ea,vt videtur textus in cap.auditis.de procura.& ibi per Abb. & alios.& notat Angelus in l.vbi autem.§.penult.ff.de verb.oblig.Cùm autem iſtud lucrum quinque pro centenario,in ſententia pronuntiationis tenutæ non fuerit comprehenſum,non videtur, quòd ad illum executiuè per viam brachij militaris agi poſsit.

¶Tamen hoc non obſtante,contrariam ſentẽtiam puto veriorem.Nam(vt dixi ſuprà)in proxima quæſtione non eſt dubium,quòd pronuntiatio tenutæ fuit facta pro ſorte principali,damnis,expenſis & intereſſe ſecũdum formam ſtatutorum,& vltra,non poteſt ergo negari,ꝙ dictum lucrum quinque pro centenario ordinatum à ſtatuto,non cõprehendatur per verba expreſſa dictæ pronuntiationis tenutæ.¶Sed difficultas ſolùm reſidet,an dictum lucrum,ex quo venit debendum de futuro poſt tenutam pronuntiatam de iure potuerit peti & comprehẽdi in ipſa pronuntiatione tenutæ.

14 Et in hoc etiam puto dicendum ꝙ ſic:†Quia quando ius de futuro debetur iure actionis, tunc actor poteſt ad illud agere,& petere illud, & ſuper illo poteſt ferri ſententia:ſecus autem, ſi illud ius veniret ſolo officio iudicis mercenario,vt latè diſputando firmat per multa Ale.in d.l.vbi autem.§.pen.ff.de verbor.obligation. Cõm. opin. dicens hanc eſſe communem opinio.cùm autem iſtud lucrum quinque pro centenario detur ex diſpoſitione ſtatutaria,clarum eſt,quòd pro illo conſequendo competit actio vel condictio ex dicto ſtatuto,iuxta latè notata per Bart.& alios in l.j.ff.de condi.ex lege. merito, licet veniat de futuro poſt pronuntiationem tenutæ, poteſt peti & deduci in tenuta.¶Et non obſtat d.c.auditis.& deciſio Ange.in d.§.pe.quia vt ibi declarat Alex.prædicta procedunt in expẽſis,quæ ſolo officio iudicis mercenario veniũt, ſecus autem eſt in iure de futuro,quod debetur iure actionis,vt eſt in caſu noſtro, & iſtud tanto clarius procederet, quando eſſemus in executione inſtrumenti,in quo damna,expenſæ & intereſſe eſſent promiſſa per ſtipulationem: quia tunc illa quinque ordinata à ſtatuto pro damnis & intereſſe deberentur etiam actione ex ſtipulatu.& diſpoſitio ſtatuti adæquaretur ad ipſum contractum quaſi ſuper illo declaratiuè procedendo,vt docet Bart.in d.l.j.ff. de condi.ex lege in materia conditionis & actionis ex ſtatuto,& ita ſemper tenui & tenendum puto,quanuis aliqui alij tenuerint cõtrarium,meo iudicio debilibus

15 fundamentis. ¶†Inſuper in iſta materia iſtius lucri quinque pro centenario debito ex forma ſtatuti poteſt dubitari,an illa quinque debeantur à die pronuntiationis tenutę & immiſsionis,an verò à die cõfirmationis?pro cuius deciſione quæſtionis primò eſt aduertendum.quòd Florentiæ ex forma ſtatuti ſit pronuntiatio tenutæ & immiſsio in bonis debitoris,nulla citatione præcedente,& hoc etiam ſi bona poſsideantur per tertium, & non per debitorem. & iſtud etiam eſt ex diſpoſitione iuris,vt tenet Petrus & Cyn.in auth.ſi omnes.C.ſi vt ſe ab hæredit.abſti.& refert & ſequitur Paul.de Caſt.in l.fin.in 3.col.in verſi.in gl.quæ incipit, ſigillorum.C.de edict.diui Adria.tollen.vbi dicunt,ꝙ in pronuntiatione & in executione facienda per nuntium,non eſt neceſſaria citatio poſſeſſoris:quia nõ agitur de ipſius præiudicio. nam per hoc non expellitur de ſua poſſeſsione,quouſque fuerit auditus, ſed poſtquã pronuntiata eſt tenuta,& facta immiſsio per nuntium,ſi miſſus vult ꝙ poſſeſſor expellatur,debet ille citari,& ſi non comparet,expelletur,& fieri debet ei præceptum,quòd dimittat poſſeſsionem liberam & expeditam:ſi autem comparet,& non allegat aliquã iuſtam cauſam ſuæ poſſeſsionis,ſed duntaxat dicit ſe poſsidere:tunc diſcutiendum eſt de ſua poſſeſsione, iuxta ea quæ traduntur per Paul.de Caſtr.in d.l.fin.in 3.colum. & Florentiæ ſtatutum ponit modos, quibus poſſeſſor poteſt iuſtificare ſuã poſſeſsionem,& releuare ſe à pręceptis.¶Deueniẽdo itaque ad deciſionem dubitationis noſtrę,diſtinguendũ puto,ꝙ aut immiſsio in tenutã,eſt facta in bonis poſſeſsis per ipſum debitorẽ vel eius hæredẽ,& tũc dictũ lucrũ quinque pro cẽtenario debebitur à die immiſsiõis in tenutã:& ratio eſt, quia

tunc tenuta non indiget alia confirmatione, ſed ſequu
ta immiſsione, cauſatum eſt pignus prætorium. iuxta
l. nón eſt mirum. & ibi not. Bart. ff. de pign. action. nam
neque debitor neque hæres poteſt contradicere, iuxta
not. per glo. & Doct. in l. cùm res. C. ſi alie. res pig. d. a. ſit.
& not. per Bartol. in l. rem alienam. in ſecunda colum.
verſic, quæro circa iſtam partem. ff. de pignor. vbi habe
tur, quòd quando agitur contra debitorem hypotheca
ria, ſufficit probare ipſum poſsidere cum allegatione
dominij, quia ille non poteſt referre quæſtionem domi
nij: & idem etiam dicendum eſt, quando immiſsio in te
nutá, eſſet facta de bonis exiſtentibus apud ipſum cre-
ditorem, quæ immiſsio fit per decretum iudicis, in quo
permittitur ipſi creditori poſsidere ex primo decreto,
vt habetur per Bart. in l. ſi finita. §. Iulianus. ff. de damn.
infect. in 5. colum. tunc enim immediate ſequutus fuit
16 effectus tenutæ. ¶ †Aut immiſsio eſt facta in bonis poſ
ſeſsis per alium tertium poſſeſſorem, & tunc aut ille nõ
releuat ſe à præceptis de diſgombrando ei factis per a-
liquem ex modis traditis & ſtatuto; de quo præcepto
meminit Bart. in l. ſicut. §. ſuperuacuum. in 2. col. ff. qui.
mo. pig. vel hyp. ſol. & dicta quinque debebuntur à die
immiſsionis: quia talis nõ dicitur poſſeſſor, ſed ingom-
brator & occupator, qui incontinenti expelli poteſt.
l. j. §. hoc interdicto. & ibi per Bartol. ff. vti poſſ. & per
Alexã. in l. idé eſt. §. cùm igitur. ff. de vi & vi. arm. & po-
tius dicẽdum eſt, iſtum talé fuiſſe in poſſeſsione, quàm
poſſediſſe, inter quæ eſt differentia, vt l. ſi quis ante. ff.
de acqui. poſ. & habetur per Cor. in conſ. 137. licet mul-
tas. in litera c. 3. volum. & ideò talis poſſeſſor non eſt in
conſideratione, ſed eſt perinde acſi bona fuiſſent im-
mediatè apud ipſum debitorem: aut ille tertius poſſeſ-
ſor iuſtificat ſuam poſſeſsionem, & releuat ſe à percé-
ptis, & tunc quia adhuc eſt diſputandum ſuper validi-
tate dictæ tenutæ, & diſcutiendum ſuper prioritate &
poſterioritate iuriũ, nõ cenſetur tenuta data, donec fue
rit confirmata, cùm agatur ex ſententia confirmante, &
non ex confirmata: vt per Bart. in l. eos qui. C. de appel.
ideo tunc non debebitur lucrum, niſi ſubſequuta con-
firmatione, & à die confirmationis: quia tunc verè dici
tur tenutarius, & non ante. nam ſtante contradictione,
actus tenutæ non erat perfectus, & propterea confirma
tio ſubſequens eſt illa, quæ perficit tenutam & primũ
decretum, iuxta not. per Iaſ. in l. moræ. in materia con-
firmationis. in 7. colum. in 2. fallentia. ff. de iur. om. iu. v-
bi concludit, quòd quando actus eſt imperfectus, qui
17 confirmat, licitur de nouo dare. ¶ †Iſtud autem vlti-
mum puto fallere in dote, quę repetitur ab vxore ab
hęredibus mariti, ſoluto matrimonio: quia ex quo mu-
lier agendo pro dote, cõſtituerit hæredes mariti in mo
ra, debentur ſibi alimenta & intereſſe à die morę, cùm
dicatur eſſe in damno emergenti, quando non haberet
vnde aliunde ſe aleret, vel aliter damnum pateretur.
Cómu. opin. cõmunis enim eſt concluſio, quòd quando mulier poſt
mortem mariti non habet vndè aliunde ſe alat, prout
magis frequenter contingit, quid tunc ſi mulier inſtet
pro dote, dicatur pati damnum propter moram hære-
dum, & ſibi debentur alimenta & vſuræ pro dote non
ſoluta in bonis mariti, vt latè habetur per Rom. Imol.
Ale. & alios in l. diuortio. in prin. in 6. & 7. co. ff. ſo. ma.
& cùm talis mora & damnum inceperit à die pronun-
ciatæ tenutę, dicendum puto, quòd dicta quinque in
dote debeantur à dicto die, quę conſideratio non mili-
tat in alijs creditoribus, quę omnia bene not. in practi-
ca, quia ſemper vidi ita obſeruari.
18 ¶ †Vlterius vidi etiam dubitari circa dicta, quinque
pro centenario debita, tenutario ex fructibus, ex diſpo
ſitione ſtatuti, an ſcilicet illa debeantur, ſi ex bonis in
tenutam acceptis fructus percepti non fuerint. Et pri-
ma facie videbatur dicendum, quòd non, propter il-
lud verbum, ex fructibus, quod videtur poſitum taxa-
tiuè, & non demonſtratiuè. iuxta not. in l. Lucius. ff. de
alimen. & cib. lega. & l. quidam teſtamento. in princ. ff.
de lega. j. ¶ Tamen hoc non obſtante, puto aliter dicen
dum: videlicet, quod ſufficiat, bona in quibus eſt facta
immiſsio, eſſe de ſui natura fructuoſa, ad hoc, vt dicta
quinque pro centenario debeantur etiám, quòd ex di-
cta re fructus percepti non fuerint culpa vel negligen
tia debitoris, vel alterius poſſeſſoris, qui forté bona nõ
coluit, nec colere fecit: vel etiam ſi fructus eſſent per-
19 cepti, ſed per aliũ. ¶ †Et probatur iſta cõcluſio per not.
per Alex. & Soc. in l. de diuiſióne. ff. ſol. matri. dum exa-
minant, an ratione moræ irregularis debeantur fru-
ctus rei non traditę: & diſtinguunt inter rem fructuo-
ſam, & rem de ſui natura ſterilem: nam primo caſu ſi
ſunt percepti fructus vel percipi potuerunt, ſed ex cul
pa vel negligentia non fuerunt percepti, tunc deben-
tur fructus qui percipi potuerũt, per text. in l. Iulianus.
§. ex vendito. in verſi. facultatem. ff. de action emp. & in
l. venditor domus. & in l. ſi eá res. eod. tit. In quibus iu-
ribus probatur, quòd ſi poteſt imputari venditori, qua
re fructus nõ percepit, tenetur etiam de percipiendis.
& ideó dicũt, quòd malè fuit conſultum per quoſdã,
quòd venditor domus qui fuit in mora irregulari, non
teneatur ad penſionem; ſi ipſe non habitauit, nec alij
locauit: quia ſecundùm eos ſatis eſt, quod potuit habi-
tare vel alteri locare. Secundò verò caſu, quãdo res eſt
de ſui natura ſterilis, nõ debetur fructus, ſeu vſurę cor
reſpectiuè ad fructus: ſed ſolùm debentur propter per-
fidiam & inobſeruantiam, vt per Soci. in d. l. de diuiſio-
ne. & pro hac opinione videtur caſus in l. Iulianus. la j.
in fin. princip. ff. de vſur. vbi in petitione nudę proprie
tatis veniunt fructus & vſurę correſpectiuè prout po-
teſt illa res producere. & ibi no. Ange, & Salic. ¶ Vnde
concluditur, quòd illa diſpoſitio quę vult, quòd quis lu
cretur fructus ex re, intelligitur, etiam ſi ex re fructus
percepti nõn ſint, dummodò res ſit fructuoſa, & perci-
pi potuerint: & ſic ſtatutum, quòd tenutarius lucretur
quinque pro centenario ex fructibus, verificatur & pro
cedit, dummodò res ſit fructuóſa, & ex ea fructus perci
pi poſsint: ſecus autem, ſi res eſſet ſterilis & infructuo-
ſa. Si tamé fructus percepti ſunt ex dicta re, ſiue per de
bitorem, ſiue per tenutarium ſiue per alium, & non a-
ſcenderent ad quinque pro cẽtenario, tunc tenutarius
non poſſet petere ſuppleri dicta quinque vltra dictos
fructus: quia bene in hoc ſtatutum loquitur taxatiuè
dicendo, ex fructibus. & hoc modo procedunt dicta l.
Lucius ff. de alimentis & cibarijs legatis. & dicta. l. qui
dam teſtamento. in princip. ff. de lega. j. videlicet quate
nus fructus aſcendunt, & non vltra. Sed in hoc poſſet
dubitari, quid ſi negetur, fructus perceptos per debi-
torem, vel alium tertium poſſeſſorem, eſſe tot, quot ſuf
ficiant ad dicta quinque, quis habeat hoc probare: &
breuiter puto, onus probandi hoc incũbere ei qui per
cepit dictos fructus: quia talis negatio eſt fundamentũ
intentionis negantis. agens autem, fundat ſe in quali-
tate rei fructuoſę, iuxta not. per Bart. & doct. in l. in illa
ſtipulatione, ſi Calendis. ff. de verb. oblig.
20 ¶ †Decimo dubitatur, quid ſi data eſt tenuta alicui cre
ditori in aliqua re ſibi hypothecata, tamen in ea danda
fuit proceſſum inordinate, & minus ſolenniter, adeo ꝙ
tenuta eſt nulla, vel venit annullãda, an ſaltem dicta res
per prius obligata, poſsit retineri per creditorem. & reſ
pondetur breuiter, ꝙ Bal. in l. fundus qui Lucij Titij, le
ctura antiqua ff. de reſcin. ven. tenet, ꝙ ſic. per tex. & gl.
ibi & veré, d. gl. hoc vult intelligi per illũ tex. ꝙ ibi vẽ-
d. tio facta fuit minus ſolẽniter, tamẽ quia res erat obli
gata ob vectigal reipu. ꝙ illã vendidit, ideó datur exce-
ptio & retẽtio emptori, donec ei ſit reſtitutũ ſolutũ per
eũ reipub. ad vtilitaté debitoris: & ita etiã videtur pro
bari per tex. in l. empt. in prin. ff. de rei ven. qué allegat
d. gl. Et illud dictum Bal. allegat pro ſingulari Bertachi
nus in ſuo trac. de epiſcopo. in primo lib. pen. col. & ita
etiã dicit tenere Verõné. in ſingul. 85. & dicit eſſe perpe
tuò te-



tuò tenendum menti. Ad idem text. in l. ſi non ſortem
§. ſi centum. ibi, ager autem retinebitur donec debita
pecunia ſoluatur. iuncta gloſſ. ibi. ff. de condict. indeb.
& iunctis not. per Paul. de Caſt. in l. petenti. in fin. ff. de
pigno. action. vbi dicit, rem datam inſolutum, vel ali-
ter nu liter peruentam ad creditorem, poſſe retineri
pro debito. & ita dicit eſſe intelligendum id, quod ha-
betur in d. §. ſi centum. Et pro iſta deciſione facit opti-
mè dictum Specul. in titu. de contu. §. ſequitur videre.
col. 3. verſ. ſed pone, conueni te. quod refert & ſequitur
Barto. in l. 3. §. fi. in fin. ff. de acquir. poſ. vbi concluditur
quòd ſi creditor in hypothecaria fuit immiſſus ex pri-
mo decreto, quo caſu efficitur poſſeſſor ante annum.
ſed reuocabiliter, vt habetur in d. l. 3. §. fin. & dixi ſuprà
in hoc 2. membro. in 6. quæſt. nu. 21. ſi infra annum de-
bitor velit reuocare immiſsionem. iuxta authé. ei qui.
C. de bon. autho. iudi. poſ. non debet audiri, ſi inconti-
nenti creditor eſt paratus docere de ſua hypotheca, &
pro ſuo credito & hypotheca poteſt rem retinere &
hanc opinionem tenet Alex. in dicta l. 3. §. final. & dicit
eam procedere, dummodo creditor offerat incontiné
21 ti ſe probaturum de ſuo credito & hypotheca. †Et mo
uetur, quia etiam in iudiciis poſſeſſoriis, vbi poſſeſsio
peruenit ad poſſeſſorem ex iuſta cauſa, ſi offerat ſe in-
continenti probaturum de ſuo iure, auditur poſsidés.
l. fi. cum ſua gl. ff. quorum bonor. Et non obſtat quòd in
poſſeſſorio recuperãdæ debet prius reſtitui poſſeſsio,
antequam audiatur poſsidés ſuper ſuo iure: vt l. ſi quis
Cómu. opin. à ſe fundum. C. vnde vi. quia illud eſt verum, quando
agens recuperandæ fuit deſtitutus poſſeſsione, & illa
peruenit ad reum conuentum ſine culpa agentis: ita
dicit ibi Alexand. qui dicit iſtam opin. teneri, commu-
niter per doctor. concordat idem Alexand. in conſil. 5.
in cauſa & lite. 2. volum. in fin. & ita etiam tranſit Iaſ. in
22 dicto §. fin. in fin. ¶ †Facit etiam, quia licet aliàs ſpolia-
tus ante omnia ſit reſtituendus, d. l. ſi quis à ſe fundum,
tamen illa regula non habet locum in ſpoliatione fa-
cta per iudicé, vel authoritate iudicis iudicialiter pro
cedentis, quia tunc ante reſtitutionem debet adhiberi
cauſæ cognitio ſuper exceptis: vt not. gloſ. in cap. præ-
ſentium. 7. quæſtio. 1. & eſt ratio, quia pro iudice præſu
mitur. c. in præſentia. de renuntia. & not. Archid. in ca.
quorundam. 73. diſt. in. & Abb. & Feli. in c. dilectus. el j.
in j. colum. de reſcrip. & in c. ſi conſtiterit. de accu. De-
cius in cõſi. 125. in cauſa ſpoliationis: ſecus autem eſſet,
ſi iudex extraiudicialiter vti priuatus, proceſsiſſet ad
dictum ſpolium. c. conquirente. de reſtitut. ſpoliat. vbi
Abb. & tradit Oſti. in ſumma de reſti. ſpol. in §. quando
facienda. in princ. Et ſecundum prædicta puto intelli-
genda ea quæ vult Bald. in l. j. in princip. C. de Carbon.
edic. dum vult, quòd quando agitur contra violentum
poſſeſſorem, ſpoliatus ante omnia debet reſtitui. quem
refert Socin. in l. iuſtè poſsides. in 4. col. in ver. ſecũda
concluſio. ff. de acquirend. poſſeſ. dum infert, quòd ſe-
cundum decretum non ritè interpoſitum, eſt nullum,
& quòd immiſſus per illud, dicitur violẽtus poſſeſſor,
& quòd per conſequens, talis tenuta non poteſt con-
firmari authoritate iudicis, quando ſpoliatus inſtat vt
ſibi ante omnia reſtituatur poſſeſsio ꝑ allegata ibi per
eum. Quia puto eius dicta procedere, quando ſpolium
fuit factum per iudicem procedentem vt priuatum: ſe
cus autem, ſi proceſsiſſet iudicialiter, licet minus ſo-
lẽniter per allegata ſupra. & probatur per iura quæ al-
legat Socinus, videlicet per l. meminerint. C. vnde vi.
& per l. finalem. C. ſi per vim vel alio modo. per quę iu-
ra infert Soci. quòd obtinens ſecundum decretum mi-
nus ritè vel ſolenniter, dicitur violentus poſſeſſor. &
ita dicit Socin. velle Bart. in d. l. iuſtè. & ideo debes ad-
uertere, quòd iſtud debet intelligi, quando iudex mi-
nus ritè interpoſuit ſuum decretum: & poſtea dedit li
centiam ipſi parti, vt ingrederetur: nam tunc iſte in-
greſſus, & iſta ſpoliatio dicitur facta non iudicialiter,
ſed priuatè: quia ipſa pars quæ eſt priuata perſona, illã
fecit, & ꝓpterea iſte qui hoc modo fuit ingreſſus, di-
citur violentus poſſeſſor, & incidit in pœnam d. l. me-
minerint. C. vnde vi. ita expreſsé vult Barto. in d. l. iuſtè
poſsidet. & magis expreſsè hoc vult Bart. in d. l. memi-
nerint. in vlti. col. in ver. hoc præmiſſo, &c. vbi claré di
cit. quòd ſi vigore ſententiæ nõ rectè latæ, pars ſua au-
thoritate ingreditur, dicitur violentus poſſeſſor, & in-
cidit in pœnam dictę l. meminerint. ſecus, ſi vigore ſen
tentiæ non ritè latæ, mittatur in poſſeſsionem per exe-
cutorem: quia tunc non habet locum dicta conſtitu-
tio. & modò intelligis, quando dicatur iudex ſpoliare
aliquem procedendo vt iudex, & quando dicatur ſpo-
liare, procedendo vt priuatus. Nam ſi procedat ſenten
tia, ſeu decretum iudicis, minus ritè & ſolenniter la-
tum, & iudex vigore dicti decreti faciat agentem im-
mitti in poſſeſsionem per executorem, ſeu nũtium pu-
blicum, tunc dicitur ſpoliare poſſeſſorem procedendo
vt iudex, ſi autem det licentiam ipſi parti, vt propria
authoritate ingrediatur poſſeſsionem, tũc dicitur ſpo
liare vt priuatus. ita in effectu vult Bart. in d. l. iuſtè. &
in d. l. meminerint. & ibi etiam Salic. in l. 2. col. in verſi.
3. opin. &c. & hoc modo (vt dixi) ſunt intelligenda not.
per Soc. in d. l. iuſtè. in ver. 2. concluſio: videlicet quan
do decretum erat nullum, & pars vigore dicti decreti
vel propria authoritate, vel etiã de licentia iudicis in-
greſſus fuit poſſeſsionem. tunc enim dicetur violentus
poſſeſſor, cùm ſpoliatio facta fuerit per perſonam pri-
uatam: ſecus, ſi fuiſſet ingreſſus introducente eum nũ-
tio vel executore publico, quia tunc non eſſet violen-
tus poſſeſſor, & iſto vltimo caſu non habet locũ dicta
l. ſi quis à ſe fundum. ſed licet agatur recuperandę, de-
bet adhiberi cauſæ cognitio ſuper exceptionibus rei
conuenti, & ſic procedunt no. per Feli in d. c. dilectus.
23 el j. de reſcript. ¶ †Et pro confirmatione prædictorum
faciunt not. per Alexand. poſt Angel. & alios in l. ſi fini
ta. in princi. ff. de damn. infect. vbi vult quòd poteſt pe-
ti. vt tenuta quæ data fuit minus ritè, confirmetur per
iudicem. & in ſimili adducit quòd ſententia nulla po-
teſt per iudicem appellationis confirmari, vt per Bart.
in l. j. in fin. verſicu. quæro, quid ſi datur libellus ſuper
nullitate. C. quãdo prouo. non eſt neceſ. & tradit idem
Alexand. in conſi. 81. in cauſa & lite. colum. fina. 7. volu.
vbi concludit, quòd tenuta, quæ eſt nulla, confirmari
poteſt per iudicem appellationis, vel nullitatis, ſi con-
ſtat ſibi quòd de nouo danda eſſet. & ſic quòd ille cui
data eſt, foueat iuſtitiam. & allegat Barto. in locis prę-
allegatis. & concordat Ang. de Are. in §. quadrupli. in-
ſtit. de act. & Paul. de Caſtr. in conſi. 89. in cauſa captu-
tæ. in fine. vbi concludit, quòd ſi captura fuit nulla ex
defectu citationis: ſi tamen conſtat de debito, quia ca-
ptus confitetur, vel alio modo apparet, non debet ca-
ptus relaxari: ſed debet captura confirmari, per l. fin. §.
fina. ff. quod met. cauſa. Et iſtud latè firmat Bertachi. in
d. tract. de Epiſcopo. in primo lib. pen. colum. ſequitur
Iaſ. in l. ſi pacto quo pœnã. in 3. col. C. de pact. quæ not.
quia in practica frequẽter poſſunt contingere. & fortè
24 non inuenies plenius examinata & declarata. ¶ Vnde
cimò dubitatur, an immiſsio & decretum poſsit inter-
poni in nominibus debitorum & actionibus: & textus
eſt not. quòd ſic. in l. j. C. de præto. pig. & ibi gloſ. docet
quòd talis immiſsio debet fieri hoc modo, videlicet ꝙ
debet citari debitor, in cuius nomen facienda eſt im-
miſsio: & ſi confiteatur debitum coram iudice, iudex
iubebit id eſſe pignori creditori, & talis iuſſus habet
vim quaſi immiſsionis: & ex hac quaſi in miſsione da-
bitur creditori vtilis hypothecaria: vt l. à diuo Pio. §.
ſic quoque. & §. ſed vtrum. & § ſed quid dicemus. ff. de
re iudi. & illam gl. vt nobilé ſequitur Sali. in d. l. j. & de
materia vide latiſsimè per Alex. poſt Bart. & alios in d.
§. ſic quoque. ad cuius dicta ſatis ſit remiſsio.
25 ¶ †Duodecimò quæritur, an ſicut creditor qui cadit à

poſſeſsione pignoris conuentionalis, poteſt recuperare pignus per hypothecaria, ita etiam ſit in pignore prætorio?& breuiter text.eſt no.in l.fi.C.de præto.pig. quod idem eſt in vtroque pignore.& ita not.ibi Bal.& Salic.& idem tenet Bar.in l.ſi quis miſſum.§.j.in fin.ff. de damno infe.¶†In quo vnum eſt notandum.quòd licet aliàs in hypothecaria intentata ex pignore conuentionali requiratur excuſsio,tamen quãdo agitur ex pignore prætorio ad pignus à quo immiſſus cecidit,iuxta text.in dicta l.fin.nõ requiritur excuſsio,vt l.ſi poſtquam.ff.vt in poſ.leg.Nam eodem imperio quo miſſus fuit in poſſeſsionem,debet in ea cõſeruari.l.ſi quis miſſum.ff.ne vis fiat ei.& l.2.§.erit.ff.de iureiurando.& ita tenet Bal.in l.j.in fin.primæ col.in verſi.ſed ego quæro, &c.C.de reuo.his quæ in frau.credi.& dicam infrà in 2.parte huius ſecundi membri.in vlt.differ.num.66.

27 ¶†Decimotertiò quæritur,an cum pignore conuẽtionali poſſet concurrere pignus prætorium in eadem re? Et breuiter reſpondetur quòd ſic,prout eſt textus in l. fundus quem.ff.de ann.legat.& ſentit glo.in l.cùm debitoris.C.de iudi.& ibi tenent Iaco.de Aret.Cy.Fran. Tigri.Salic.Alex.& Iaſ.& propterea habẽs pignus cõuentionale,poteſt etiam petere à iudice ſe immitti in poſſeſsionem ex primo decreto,per quod conſtituitur pignus prætorium.iuxta l.non eſt mirum.ff. de pignoratitia
28 actione.¶†Et ex prædictis inferunt in d.l.cùm debitoris.Bald.& Paul.de Caſtr.Alexan,& Iaſ. ꝙ licet dominium non ſit multiplicabile,quia eſt ius plenum, vt l.3.§.ex plurimis.ff.de acquirẽda poſſeſsione. tamen hypotheca bene poteſt multiplicari,vt ibi:quia eſt ius ſemiplenum:& vtilitas iſtius accumulationis pignoris prætorij eſt,ſecundum præfatos doctores,quia in venditione pignoris conuentionalis requiritur maior ſolennitas,de qua in l.final.C.de iure domi.impe. quàm requiratur in pignore prætorio.Item quia pignus conuentionale nõ adaptatur ad ſecundũ decretum,prout facit pignus prætorium, quod eſt primum decretum. iuxta glo.magiſtralẽ.in l.ſi finita.§.ſi plures.ff.de damno infecto.

SEQVITVR modò ſecunda pars iſtius ſecundi membri,in qua videndum eſt, in quibus conueniat pignus conuentionale cum pignore prætorio:& deinde, in quibus adinuicem differant.

29 ¶†Primò igitur conueniunt,quia in vtroque & pro vtroque cõpetit actio hypothecaria,vt l.j.& 2.C.de prętoto.pign.Secundò conueniunt reſpectu pignoratitiæ directæ:quia ſicut debito ſatisfacto cõpetit debitori directa pignoratitia ad repetendum pignus conuentionale,vt in toto titu.ff.& C.de pig.act.ita & in pignore prætorio,ſoluto debito,cõpetit debitori vtilis pignoratitia ad repetendum pignus prætorium,vt l.ſi is cui. §.quæri poteſt.ff.vt in poſ.leg.& no.Bar.in l.j.ff.de pig. act.& vt ſubdit ibi Bar.idem eſt dicendum in pignoratitia contraria,quę competit creditori per d.l.is cui.§. quæri poteſt.& idem no.Bar.in l.ſi pecuniam.ff.de pig. act.vbi dicit eſſe tex.pro hoc,& quæ ſit ratio,ꝙ pignoratitia quæ datur debitori pro pignore prætorio,ſit vtilis & non directa.declarat Salic.in l.quæ pignoris.C. de pig.act.videlicet,quòd ideo iſto caſu datur vtilis & non directa:quia non procedit ex conuentione partiũ, neque ex traditione, quod eſt neceſſe vt detur directa pignoratitia,vt inſti.quib.modis re contrahi.oblig.§. itẽ is.& §.fi.¶Venio nunc ad differentias inter pignus conuentionale & pignus prætorium, & reperio inter illa decem differentias.†Prima itaque differẽtia eſt in
30 modo conſtituendi, quia pignus conuentionale ſolo conſenſu conſtituitur,vt l.j.ff.de pig.act.prętoriũ verò pignus requirit actualem immiſsionẽ,vt l.non eſt mirum.eod.tit.& hoc præterquam quando præſtatur impedimentum in immiſsione:quia tunc pignus prætorium cauſatur ſolo adſpectu.tex.& ibi no.Bar.in l.cùm vnus.§.fi.de bo.autho.iudic.poſ.& habetur per Bar.& Alex.in l.j.in prin.in vlt.col.ff.de acqui.poſ.& etiam ſi tale impedimentũ eſſet cauſatum per potentiã aduerſarij.tex.& ibi not.in c.contingit.de do.& contuma.& nõ.Iaſ.in d.l.in prin.vlt.col.& hanc primam differentiam ponit gloſſ.& ſequitur Bartol.in l.j.ff.de pignor.
31 action.¶†Secunda differentia eſt ſecundum gloſ.in d. l.j.quia ſi in pignore conuentionali malè verſetur creditor,tenetur debitori pignoratitia:ſed in pignore prętorio tenetur actione in factum.vt l.prætor.ff.de bon. autho.iudi.poſ.In hoc tamen Bart.in l.j.ſupplet, quòd licet in pignore prætorio ſit debitori prodita actio in factum ex illo edicto, de quo in dicta l.prætor.in prin. debitor tamen habeat etiam vtilem pignoratitiam, vt ſuprà dictũ eſt,per dictam l.ſi is cui.§. quæri poteſt.ff.
32 vt in poſſeſ.legat. ¶†Tertia differentia eſt,ſecundum gl.in dicta l.j.quòd creditor in conuentionali pignore habet naturalem & ciuilem poſſeſsionem,iuxta tamen notata per Alexand.in l.j.§.per ſeruum corporaliter.ff. de acquirend.poſſeſ.In prætorio autem nullam habet poſſeſsionem,vt l.tertia.§.creditores.ff.vti poſsi.& ibi hoc latè firmat glo.in verſicu.non poſſe.& iſtam etiam differentiam approbat Bar.in dicta l.j.dicens, quòd in conuentionali pignore facta traditione,tranſit poſſeſſio.vt l.ſerui nomine.ff.de vſucapio.ſecus autem eſt in prætorio,vt not.in l.3.in fin.ff.de acquiren.poſſeſ.& ſic
33 Barto.tenet idem quod tenet gloſſ.¶†Et ex hoc infert Bart.aliam,& ſic quartam differentiam,videlicet quòd in conuentionali creditor habet interdictum poſſeſſorium vtile,ſcilicet vti poſsidetis.in prætorio autem ſecus.& ratio eſt,quia tale interdictum datur poſſeſſori tantùm, & creditor in pignore conuentionali poſsidet:ſecus autem in prætorio,vt dictũ eſt in præcedenti differentia.& de hoc eſt textus in l.duo.ff. de bonis authorita.iudic. poſsid.& in l.3.§.creditores.ff.vti poſſid.& hanc etiam differentiam ponit gloſſ.in dicta l.j.
34 ff.de pigno.action.vltimò loco.¶†Quinta differentia eſt,quia in conuentionali creditor tenetur de dolo lata culpa & leui.In prætorio autem tenetur ſolũ de dolo & lata culpa,vt l.prætor §.eſt præterea.ff.de bon.authorita.iudic.poſsid.ita tenet gl.in d.l.j.& ex hoc Bar. in l.ſi finita.§.ſi quis damni.ff.de damno infecto.infert quòd ille qui habet pignus conuentionale,tenetur indiſtinctè reficere:aliàs de omiſſo poteſt cõueniri à debitore:ſed ille qui habet pignus prætorium, non tenetur ad reficiendum,niſi omiſsio refectionis caderet in dolum vel latam culpam, vt dicta l.prætor.§.his verbis.& §. præterea.ff.de bon.author.iudic.poſſ.& quòd creditor in contractu pignoris cõuentionalis, obligetur de dolo lata culpa & leui,eſt tex.in §.creditor quoque.inſtitut.quibus modis re contrahi.obligat.& in l. ſicut.& ibi gl.& Bald.C.de pign.& in l.cùm venderet. §.fi.& ibi not.gl.ff.de pign.act.& habetur per Decium in l.cõtractus.nu.27.ff.de regu.iur.& adde hic quæ dicam infrà in quinto membro 5. partis principalis,in 5. ampliatione:vbi tractatur de fructibus pignorũ:& iſtã
35 differentiam omiſit Bart.in d.l.j.ff.de pign.act.¶†Sexta differentia eſt,ſecundum gloſſam in dicta l.j. quòd in pignore conuentionali ſi debitor dat damnũ in pignore,creditor agit contra eum contraria pignoratitia.l.ſeruum.ff.de pig.ſed in prætorio pignore dicit gl. per ver.fortè,ſecus eſſe.& ſic gl.dubitatiuè ponit hanc differentiam,ſed doct.in hoc contrarium tenent:quia extincto debito,datur vtilis pignoratitia debitori ad recuperandum pignus prætorium,vt d.l.is cui.§.quęri poteſt.ff.vt in poſſeſ.legat.ergo econuerſo etiam creditori dari debet pignoratitia actio pro damno illato à debitore in pignore prætorio, cùm agatur ad exemplum pignoris conuentionalis,vt d.§.quæri poteſt. & licet(vt ſupra dictum fuit)in 2.differentia.in prætorio pignore competat actio in factum,tamen per hoc non excluditur vtilis pignoratitia,de qua in d.§.quæri poteſt.& ita tenent Bart.& Salice.in dict.l.j. & ſic iſta ſexta differentia non eſt vera.



36 ¶†Septima differentia eſt ſecundum gloſſ. in dict.l.j. quòdd pignus prætorium creditori addictum, pro toto debito datum præſumitur,vt l.à diuo Pio. §. ſi pignora. ff.de re iudi.in pignore autem conuentionali eſt ſecus: quia etiam quòd creditor pro ſuo credito recipiat pignus minus idoneum,tamen in reſiduo ſibi non præiudicat,vt eſt tex.in l.creditor.la.2.ff.ſi cer. peta.& ibi not. gloſ.Bart.Alexand.& Iaſ.cum concordantiijs ibi allegatis,quanuis vt dicit ibi gloſſ. iſtud Veneti non ſeruant: ſed in dicta ciuitate creditores recipientes pignora minus idonea,ſibi præiudicant:& idem dicit gloſ. in l.prima.C.de pignoribus & gloſſ.in l.ſi pro mutua.C.ſi certũ.peta.vbi Angel. infert, quòd illud quod dicit gloſſa. in Venetis,eſt etiam dicendum in fœneratoribus, vſurarijs,& Iudæis,ſed Alexand.& Iaſon in dict.l. credito. iſtud quod dicit Angel. intelligunt procedere, quandò in loco extaret talis conſuetudo,& probaretur: alias circunſcripta conſuetudine, dicunt dict. l.creditor. indiſtinctè procedere.& iſtam differentiam inter pignus cõuentionale & prætorium,tenent Alexand.& Iaſ.in dict. l.ſi pignora.& Iaſ.poſt alios in dict.l. creditor. Illud tamen quod dictum eſt in pignore, intellige tu duobus concurrentibus, videlicet quòd datio in ſolutum,fiat ſimpliciter,& quòd creditor non contradicat: tunc enim verum eſt,quòd datio in ſolutum, cẽſetur facta pro toto debito:etiam quòd pignus minus valeret:ſecus autem,ſi datio in ſolutum,fieret pro certa æſtimatione, facta de re in pignus accepta.nam tunc non præiudicaret creditori in reſiduo,& ſimiliter ſecus eſſet,ſi creditor cõtradiceret dationi in ſolutum, ei per iudicem ſimpliciter factæ:quia eo inuito,non poteſt iudex adijcere ei pignus in ſolutum vltra iuſtam æſtimationem,etiam quòd factis publicis ſubhaſtationibus emptor non reperiretur.Iſta videtur eſſe magis & vera communis concluſio, quàm videtur ſentire glo.in d.§.pignora.in ver.contentus.& illam tenent Raph.Cum.Imol.Alexand.& Iaſ.ibi, qui dicit illam eſſe tutiorem & æquiorem, licet Bar.ibi teneat contrarium, videlicet quòd iudex dando ſimpliciter pignus prætorium creditori in ſolutum,cenſeatur dare pro toto debito,etiam ſi creditor contradiceret, & idem videtur velle glo.in l.ordo.C.de execu.rei iudi.Tamen præcedens opinio videtur verior & æquior. & illa in practica ſeruatur, & illã etiam tenet Salic. in d.l.j.ff.
37 de pig.¶†Adde tamen in prædictis, quòd in dubio pignus conuentionale datum creditori, præſumitur idoneum.ita not.gl.in l.2.in ver.redigere.C.de pig.& per d. gl.Bal.in l. creditor.infert quòd cum pignus in dubio præſumatur idoneum, creditor qui dictum pignus accepit,non poterit facere capi debitorem, tanquã ſuſpectum de fuga. & ita referunt & ſequuntur Alexand. &
38 Iaſ.dict.l. creditor. ¶†Octaua differentia additur per Bart.in d.l.j.vltra gloſ. ibi, videlicet quòd in bonis minorum, vniformiter conſtituitur pignus prætorium, ſicut in bonis maiorum,vt l.apud Iulianum:§.primo.ff.ex quib.cauſis in poſ.ea.& l.ſi minor.ff.de bon.author. iud. poſsi.In conuentionali autem eſt ſecus:quia bona immobilia minorum,non poſſunt obligari ſine decreto iudidicis,vt l.j.in fin.& l.ſeq.& ſequen.ff.de rebus eorum.

39 ¶†Nona differentia additur etiam per Bart. vltra glo. in d.l.j.videlicet quòd pignus conuentionale non poteſt recuperari per debitorem,niſi prius ſoluto debito, vt l. ſi rem.§.omnis.ff.de pign.actio.ſed prætorium recuperatur ſtatim cùm debitor comparet,obſeruatis tamen his, de quibus in authentic.ei qui iurat.C. de bon.auth.iud. poſ.¶Decima differentia ponitur etiam per Bar.vltra gl. in d.l.j.videlicet,quia in cõuẽtionali pignore, qui prior eſt in tempore,potior eſt in iure: vt l.creditor. in prin.ff. qui potior.in pigno.habean.Sed in prætorio eſt ſecus,in quo tamen remittit ſe ad not. in l. cùm vnus.ff.de bon. auth.iudi.po.& in l.ſi & iure,ff.qui potio.in pigno.hab. & dictum fuit ſuprà in hoc ſecundo membro in octaua quęſt.num.10.vſque ad 9.quęſt.vbi vide. ¶Sed licet poſuerint 10.differentias.tamen quia 6. differentia ſuprà relata,non eſt vera, & ſic non remanent niſi nouem: vnde ego addo 10.differentiam,proùt præmiſi.

40 ¶†Decima differentia eſt,quòd in pignore conuentionali non poteſt creditor agere contra tertios poſſeſſores dicti pignoris, niſi prius facta excuſsione principalis debitoris, vt in auth.ſi debitor.C.de pigno. Sed in prætorio pignore eſt ſecus:quia etiam non excuſſo principali debitore,poteſt creditor agere actione in factum aduerſus extraneos poſſeſſores, ad quorum manus peruenit res,in quam creditor immiſſus fuit ex primo decreto:ita ſingu.tenet Bald.in l. j.in 2.colum.C.de his quæ in fraud.credi.quia ſecundum eum eodẽ imperio quo creditor immiſſus fuit,eodem tueri debet.l.ſi quis miſſum. ff.ne vis fiat ei.& ita refert Alex. in apoſtil. ad Bart. in d.l. j.ff.de pig.act.& refert & ſequitur Iaſon in dict.l.creditor qui non idoneum.ff.ſi cert.peta. & in d.l.à diuo Pio. §. ſi pignora. in primo nota. dicens quòd dicta deciſio Bal.eſt ſingularis.& dixi ſuprà in hoc ſecundo membro, in 12.queſt.num.51. ¶Cætera autem pertinentia ad materiam primi & ſecundi decreti non proſequor aliter, tũ quia ordinariè ponuntùr per Bart. Alex.& alios in l.ſi finita.§.Iulianus.ff.de dam. infect.& in l.à diuo Pio. ff.de re iudi.& Feli.& alios in c.conſultationibus. de offi.delega.Tum etiam quia non pertinent in totum ad materiam pignorum:quæ reſpicit ſolùm bona poſt immiſsionem factam,iuxta l.non eſt mirum.ff.de pig.actio.

*SVMMARIVM.*

1 *Pignus iudiciale quod dicatur, & qualiter conſtituatur.*
2 *Pignus iudiciale an & in quo differat à prætorio.*
3 *Executio facta vigore ſententiæ per primum decretum non reuocatur per ſatiſdationem de iudicio ſiſti, ſicut reuocatur primum decretum in contumaciam interpoſitum, ſed requiritur ſolutio debiti.*
4 *Executio facta vigore inſtrumenti habentis vim ſententiæ, non reuocatur niſi debito ſoluto.*

## Tertium membrum tertiæ partis.

SEQVITVR modò tertium membrũ huius tertiæ partis,in quo tractandum eſt aliquid de pignore iudiciali.

1 ¶Primò ergo quæritur,quomodo conſtituatur pignus iudiciale. & reſpondetur, quòd tam pignus iudiciale,quàm prætorium, conſtituitur per immiſsionem in poſſeſsionem ex decreto iudicis:vt eſt text.in l.2.C.qui pot.in pig.hab. & ibi not.glo. Sed propriè prætoriũ pignus dicitur,quando nulla prędecedente ſententia iudex immittit creditorem in poſſeſſionem ex primo decreto iudiciale verò,cùm ex ſentẽtia præcedente vel re iudicata iudex agentem ex primo decreto immittit.ita declarat glo.in d.l.2.&glo.in l.2.C.de præto.pig.licet gl.in vtroque loco dicat,largo modo vtrunque poſſe dici iudiciale,cùm vtrunque ipſorum de-
2 tur à iudice.†¶Sed quòd in aliquibus differant, apparet ex diuerſitate titulorum,videlicet,C.de præto.pigno.& C.ſi in cauſa iudi.pig.cap.ſit.ſi enim non differrent, non eſſent poſita in diuerſis titulis iuxta l.Imperator. ff.de in diem adiec. ¶Et quòd pignus iudiciale, & prætorium differant,tenet Alex.in l.à diuo Pio.§.in venditione.pe. col.in ver.quærit.Bar.pone ꝙ fuit facta executio, &c.ff.
3 de re iud. ¶†Et ego inuenio inter dictum pignus prætorium,& iudiciale,vnam notabilem differentiam: videlicet quòd in pignore prætorio quando eſt facta immiſsio ex primo decreto,non procedente re iudicata,debitor infra annũ in reali,& in perſonali infra 30. annos, poteſt recuperare tenutam,reficiendo expenſas, & cauẽdo de iudicio ſiſti,iuxta auth.ei qui iurat.C.de bo.auth. iud.poſ. & c.j.de do.& contu.lib.6. declarando tamen

iuxta not.per Bart.in d.l.ſi finita.§. Iulianus in 4.colum.
in verſic.procedo vlterius. & addita ibi per Alexan.in
19.colum.in verſic.item adde,inquantum Bar.hic tangit
infra quantum tempus. Sed in pignore iudiciali, videli-
cet quãdo eſt facta immiſsio pro executione ſentẽtię,eſt
ſecus:quia in eo nõ auditur reus volens recuperare poſ-
ſeſsionem,licet auferat expenſas & ſatiſdationem prædi
ctam.ita not. Bart. in l. properandum. §. ſinautem reus.
C.de iudi.& mouetur per text. in l.ſi pecuniæ.§. fin.ff.vt
in poſ.leg.quem tex.idem Bar. in l. conſentaneum.pen.
colum.C.quomodo & quando iud. in terminis proprijs
dicit non eſſe alibi.& ita etiam tenent Bal.& Salic.in d.
§.ſinautem reus.ſed oportet ſi debitor contra quem eſt
facta immiſsio in pignore iudiciali,vult recuperare pi-
gnus,vt ſoluat illud in quo eſt cõdamnatus. & ita etiam
tenet Alex.in d.§.ſi autem reus.in j. colum. in verſic.in
ea.ibi,perpetuo auditur. & ibidem Iaſ. in vlti colum.in
verſic. item inquantum concludit Bartol. quod ſi facta
eſt immiſsio,&c.
4 ¶†Et idem videtur dicendum in inſtrumento guaren-
tigiato vel publico habente vim ſententię ex forma ſta-
tuti: quia facta immiſsione eorum vigore ex primo de-
creto,non erit locus reuocationi tenutæ per ſolutionem
expenſarum & cautionem de iudicio ſiſti:ſed erit opus
ſoluere debitum,pro quo eſt facta immiſsio. ita videtur
tenere dominus Benedictus de Barzis, in tractatu guarẽ
tigiæ,in char.232.4.colum.cum ſeq.& latius in char.233.
in 18.quæſt.Et facit quod not.Bart.in d.l.cùm vnus. in fi.
princ.ff.de bon.author.iu. poſ. dum æquiparat pignus,
quod capitur vigore inſtrumenti guarentigiati pignori,
quod capitur ex cauſa rei iudi.& faciunt not. per Alexã.
in d.l.à diuo Pio.in §.ſi ſuper rebus.in 6.colum. dum exa
minat,an miſſus in poſſeſsionẽ ex cauſa iudicati,efficia-
tur poſſeſſor.& licet ibi firmet opinionem gloſſ. contra
Barto.quòd talis immiſſus non fiat poſſeſſor, & bene, vt
notaui ſuprà in ſecundo membro huius tertiæ partis,
in 5.quæſt.num.12.tamen ſubdit, quòd ſi opinio Bartol.
eſſet vera, quòd immiſſus ex cauſa iudicati efficeretur
poſſeſſor,idem quod dicitur de immiſſo vigore rei iudi-
catæ, deberet etiam dici de immiſſo vigore inſtrumen-
ti habentis executionem paratam ex forma ſtatuti. Et i-
ta etiam tenet Bart,in l.ſi & iure.in fi.ff. qui pot. in pign.
habet & Bald.in dict.l.conſentaneum. in 4.colum. quos
refert Alexan.in d.§.ſi ſuper rebus. & ſic procedit æqui-
paratio de immiſsione facta ex cauſa rei iudicatæ ad im
miſsionem factam vigore inſtrumenti, quod ex forma
ſtatuti habet vim ſententiæ. & ita puto tenendum,&c.
Et per hæc eſt expedita tertia pars principalis.

## Quarta pars principalis.

CAPIO nunc quartam partem principalem
tractactus noſtri, in qua examinatur mate-
ria diuerſorum pactorum, quæ in pignori-
bus frequenter apponi ſolent.Et primò po-
nemus pactum legis commiſſoriæ, ſecun-
dò pactum occupandi pignus propria authoritate, ter-
tiò ſubdemus quædam alia pacta.

### *SVMMARIVM.*

1 *Pactum legis commiſſoriæ in contractu emptionis & venditionis,dicitur illud, quod concipitur per verba directa.*
2 *Pactum legis cõmiſſariæ, eſt in pignoribus improbatũ.*
3 *Pactum legis commiſſoriæ in pignoribus conſtitutũ, an firmetur iuramento.*
4 *Pactum firmari iuramento,& iuramentum metu periurij eſſe ſeruandum,differunt.*
5 *Conſuetudo an validet pactum legis commiſſoriæ in pignoribus conſtitutum.*
6 *Pactum legis commiſſoriæ in pignore adiectum, non à principio tempore contractus,ſed pòſt ex interuallo adiectum,eſt validum.*
7 *Priuilegiũ dotis non extenditur vltra ſuos limites, nec augmentum, quòd in omni caſu dos ſit priuilegiata,eſt validum.*
8 *Pacta in pignoribus conſtituta,an ſint ſemper & de iure valida,niſi reperiantur prohibita.*
9 *Pactum,de ingrediendo & occupando propria authoritate pignus valet, excuſatque creditorem occupantẽ à pœna vi bonorum raptorum.*
10 *Ingredi in poſſeſsionem, & eſſe in poſſeſsione, & poſſidere,differunt.*
11 *Pactum initum cum creditore de ingrediẽdo,excuſat à pœna ingreſſus:ſed non excuſat, ſi perſeueret vel retineat,niſi hoc expreſſum ſit in pacto.*
12 *Pactum de ingrediendo, &c. poteſt fieri etiã in vltimis voluntatibus,& in alijs contractibus, quàm pignoris.*
13 *Pactũ de ingrediendo,excuſat à vitio clãdeſtinitatis.*
14 *Pactum de ingrediendo,&c. poteſt executioni mãdari,etiam ſi debitor verbo contradicat.*
15 *Pactum de ingrediendo &c.non poteſt exequi,niſi mora debitoris præcedente,vel ſuſpicione de fuga.*
16 *Debitor ſuſpectus de fuga, poteſt capi,etiam pendente conditione.*
17 *Executio pacti de ingrediendo, &c. poteſt exerceri etiam contra hæredẽ debitoris,etiam ſi hæres eſſet pupillus vel minor.*
18 *Pactum de ingrediendo,&c.an poſſit fieri cum tutore vel pupillo.*
19 *Pactum de ingrediendo,&c.an poſſit fieri cũ Eccleſia.*
20 *Pactum de ingrediendo,an poſſit exerceri contra ſingularem ſucceſſorem:vel quando in pacto fuit appoſitum conſtitutum vel precarium.*
*Item an tranſmittatur ad hæredem creditoris.*
21 *Pactum de ingrediendo,&c.cedit in aliũ. Item poteſt exerceri contra debitorem ſine iudice,contra tertium poſſeſſorem non.*
22 *Pactum de ingrediendo,&c.an poſſit exerceri ante liquidationem debiti.*
23 *Iudicis licentia ſine citatione partis impetrata à creditore,qui tamen pactum de ingrediendo fecerat,an quid operetur.*
24 *Pactum de ingrediendo poteſt dupliciter ad iudicem deduci.*
25 *Pactum de ingrediendo delatum ad iudicem,an poſſit propria authoritate exerceri.*
26 *Proteſtatio ſeruat ius proteſtanti.*
27 *Pactum de ingrediendo an operatur,niſi creditor exprimat vim pacti.*
28 *Actus diuerſo modo intelligibilis,per quem veniat interpretandus.*
29 *Actus quantumcunque perfectus,nihilominus recipit formam declaratoriam.*
30 *Pactum inter creditorem & debitorem,quòd debitorẽ non liceat luere pignus ante annum,valet:quòd autem in perpetuum non liceat,nullo modo validũ eſt,ne quidem in vim alienationis.& num.31.*
32 *Pactum,quòd debitor non poſſit luere pignus infra 30. annos,non valet.*
33 *Pactum,quòd res vendita ſit ſpecialiter & prius obligata vni creditori ipſius emptoris,an poſſit adijci in præiudicium anteriorum creditorum ipſius emptoris.*
34 *Venditor an poſſit in venditiõe rei ſuæ apponere pactũ ſpecialis hypothecæ in præiudiciũ aliquorũ creditorũ.*
35 *Venditor non habet ius pignoris in re vendita & tradita emptori.*





36 *Res empta ex pecunia vnius creditoris,eſt nihilominus obligata priori creditori emptoris; præfertúrque ſecundo creditori,ex cuius pecunia res eſt empta.*
37 *Adminiſtratores rerum alienarũ,an poſsint in actu contrahendi præiudicare principalibus.*
38 *Diſpoſitio in vltimis voluntatibus,ſemper reputatur conditionalis.*
39 *Traditio rei in contractu emptionis & venditionis id operatur,quòd licet contractus nondum ſit abſolutus, trãſeat nihilominus dominiũ rei traditæ in emptorẽ.*
40 *Regula,quòd ea quæ incontinenti fiunt,cẽſeantur ineſſe,dicitur quædã fictio,nec in multis caſibus locum habet.*
40 *Debitorem non poſſe præiudicare creditori hypothecario in acquirendis,qualiter procedat.*
42 *Factũ in eadẽ ratione,& factũ in diuerſa, differunt.*

## Quarta pars principalis.

DEueniendo igitur ad pactum legis com-
miſſoriæ, pro intelligentia eſt præmitten-
dum, quod pactum legis commiſſoriæ in
pignoribus, fit ad ſimilitudinem pacti le-
gis commiſſoriæ, quod ſolet fieri in con-
1 tractu emptionis & venditionis. †In contractu autem
emptionis & venditionis, pactum legis commiſſoriæ
dicitur illud, quod concipitur per verba directa, puta
niſi precium ſolutum ſit infra tale tempus,res ſit inem-
pta,quo caſu dominium retransfertur ipſo iure in ven-
ditorem,vt leg.j. & per totum. ff. de lege commiſſaria.
Sed ſi pactum concipiatur per verba inflexa & obliqua,
quæ non important re translationem dominij ipſo iu-
re in venditorem, ſed requiritur retraditio vel reſtitu-
tio rei,& ſic factum hominis,tunc non dicitur pactum
legis commiſſoriæ,ſed dicitur pactum ſimile pacto le-
gis commiſſoriæ,vt eſt text.& ibi declarat glo. in l.j. in
glo.in verſic.pertineret.C.de pact.int.empt.& vendi.&
text.& gl.in l.qui ea lege.eod.tit. ¶Similiter dicendum
eſt & in pignoribus,quòd quando pactum in eis conci-
pitur per verba directa,importantia translationem do-
minij, ipſo iure ſit pactum legis commiſſoriæ: puta,
niſi debitor ſoluerit intra tempus conuentum, res pi-
gnorata ſit creditoris,vel ſit ei vendita, vel in ſolutum
data pro ſuo credito, vel ſit ei creditori ius faciendi
alia quæ vult: vel ſimile pactum conceptum per ver-
ba directa importantia translationem dominij in cre-
ditorem ipſo iure. Sed ſi pactum concipiatur per ver-
ba obliqua vel inflexa,puto quòd ſi debitor non ſolue-
rit in termino, res detur in ſolutum creditori: vel ſi i-
pſe debitor promiſit dare in ſolutum, tunc non eſt pa-
ctum legis commiſſoriæ,ſed eſt ſibi ſimile. iſte eſt text.
in l.j. C.de pact.pign.& ibi declarat glo.Barto. & Salic.
Et quando non ſumus in pacto legis commiſſoriæ in
pignore, tunc ſi illud pactum eſt efficax, ſaltem ad re-
tinendum,quod quando ſit, infrà declarabitur, elapſo
termino, debitor non admittetur vlterius ad offeren-
dum vel ſoluendum creditori pro liberatione pigno-
ris.l.vt Titius.ff.de pig.act. Si autem ſumus in pacto,
ſimili pacto legis commiſſoriæ, tunc illud pactum eſt
inutile,& nihil plus operatur,quã eſſet de iure, & prout
ſine dicto pacto creditor poterat vendere pignus: vel
petere ſibi in ſolutum dari, ita & ſeruabitur cum dicto
pacto,vt eſt text.in dict.l.j.& ibi gl.j.& fi.C.de pact.pig.
vnde ſtante dicto pacto ſimili pacto legis commiſſoriæ,
etiam ſi lapſum tempus præfixum ad ſoluendum ſit,
cum illo pacto,quòd elapſo termino creditor poſsit pe
tere in ſolutum, vel per ſimilia verba inflexa, non pro-
pterea debitor erit excluſus à iure offerendi & ſoluẽdi
& liberandi pignus, dummodò offerat & ſoluat ante
factam venditionem, vel dationem in ſolutum: vt eſt
tex.& ibi declarat Bald.in l.3.C.de pig.act. & colligitur
ex no.per glo.in d.l.j.quæ nota,ne æquiuoces:quia aliàs
vidi Doctorem non mediocris doctrinæ in hoc errare.
¶Iſtis præſuppoſitis deueniendo ad materiam dicti pa-
cti legis commiſſoriæ in pignoribus,pro faciliori intel
2 ligentia ponã regulam, ampliationes & fallẽtias ¶†Re-
gula ergo ſit,quòd pactum legis commiſſoriæ in pigno-
ribus eſt improbatum,vt l.j.& fi.C.de pact.pig.licet ſe-
cus ſit in contractu emptionis & venditionis,vt leg.j.&
per totum.ff.de lege commiſſo.& leg. commiſſoriæ. C.
de pact.in temp.& ven.& ratio differentiæ aſsignatur,
quia communiter vẽditio ſolet fieri pro iuſto pretio, &
licet aliquando aliud contingat, tamen iſtud raro eſt,
& iura adaptantur ad ea quæ frequenter contingunt.
leg.nam ad ea.ff.de legib.vnde etiam ſi detur,quòd tale
pactum valeat in contractu emptionis & venditio.non
reſultat aliqua deceptio, ſed econuerſò pignus magis
frequenter ſolet pignorari pro multo minori quanti-
tate, quàm valeat, & ideo ſi tale pactum in eis valeret,
debitores multùm deciperentur. Secunda etiam ratio
aſsignatur, quia tale pactum videtur quodammodò
fouere vſuram cùm tendat ad effectum, vt creditor ali-
quid vltra ſortem conſequatur, & quia vſuræ ſunt pro-
hibitæ,ideo non valet,c. quia in omnibus. de vſur. &
iſtæ duæ rationes differentiæ inter pignus,& contractũ
emptionis & venditionis,aſsignantur per Abb.poſt Io.
And.in c.ſignificante.de pig.vbi Abb.num.7. ¶Firmata
ergo regula,quod pactum legis commiſſorię in pignoribus
non valeat,amplia dictã regulam quinque modis.¶Pri-
mò amplia,vt regula procedat non ſolũ quando pignus
datur creditori pro mutuo recepto, ſed etiam ſi detur
pro alio debito,quã mutuo,vt probatur in l.fi.C.de pact.
pig.quæ generaliter loquitur in quocunq; creditore, &
cùm generaliter loquatur, generaliter debet intelligi.
leg.j.§.generaliter.ff de lega.præſt.Idem probatur in d.
c.ſignificante.de pigno.vbi tex.generaliter loquitur,&
generaliter reprobat pactum l. cõmiſſoriæ in pignorib.
Ad idem text.in l.2.C.de pact.pignor.ſecundum ſecun-
dam lecturam Bart.ibi,quam etiam alij ſequuntur, vbi
pignus fuit datum pro alio debito,quã mutuo, & adie-
ctum fuit pactum legis cõmiſſoriæ:& dicitur, quod ita de-
mum valeat,quo ad excipiendum vel retinendum, ſi ſit
adiectum ex interuallo: ſecus, ſi ab initio contractus.
& ita firmat Alex.in conſ.178.viſo proceſſu.7. volu.nu.1.
¶Secundò amplia,etiam ſi tale pactum apponeretur in
fauorem mulieris creditricis pro reſtitutione dotis ſuę:
vt videtur ad literam eſſe tex.in l.quamuis.alias incipit,
Callipodius.ff.de ſolut.vbi dicitur, quod non obſtante tali
pacto,maritus poteſt offerre dotem vxori. Sed in veri-
tate ibi non fuit pactum l.commiſſoriæ.ſed fuit pactum
ſimile pacto.leg.commiſſoriæ.quia non fuit factum per
verba directa importantia ipſo iure translationem do-
minij,ſed fuit factũ per verba obliqua:quia ibi dicit text.
quod maritus promiſit vxori,ſolut.matr.dare ei in ſolutum
prædia pro dote,que erant obligata,& ſic per ver.obli-
qua,& nõ directa,vt dictũ fuit ſupra in premiſsis.nu.1.nimi-
rũ ergo ſi in illo tex.dicitur,quod ſatis eſt,ſi maritus offerat
dotis quantitatẽ:quia illud pactũ fuit inutile, vt per text.
& gloſſ.in l.j.C.de pact.pig.& dictum fuit ſuprà,& ideo
per illud non fuit debitori ablata facultas ſoluendi &
offerendi.quod not.licet Barto.ibi ad hoc non aduerte
rit,ſed idem intelligit eſſe in tali pacto, quod eſt in ve-
3 ro pacto leg.commiſſoriæ. ¶†Tertiò amplia etiam ſi in
tali pacto interuenerit iuramentum: quia per tale iu-
ramentum non confirmatur pactum, licet metu periu-
rij tale pactum ſit obſeruandum, vt firmat Bartol.in l.ſi
quis pro eo.in verſic.4,dixi.ff.de fideiuſ.& vt ſubdit ibi
4 Bart.iſta duo,ſcil.†pactum firmari iuramento,vel iura-
mentum metu periurij eſſe obſeruandum, differunt, &
ſunt magni effectus propter aliqua que ipſe ibi ſubiun-
git.Et ita etiam tenet Abb.in d.c.ſignificante.in 3.nota.
de pig.& Abb.in c.cùm contingat.in 7.col.in verſic.ve-
nio ad ſecundam.in fi.de iureiu.& Cor.in conſ.133. viſo

5 copioſ.litera g.j.volum. ¶ †Quartò amplia,etiam ſi tale
pactum leg.commiſſoriæ in pignoribus approbaretur
per conſuetudinē,quia dicta conſuetudine nō obſtāte,
omninò pactum non valeret.vt per Bald.in l.conſuetu-
dinis.in 3.col.in verſi.tertio dicunt.C.quæ ſit lóg. con.
¶Quintò amplia, etiam ſi dictum pactum concipere-
tur hoc modo: videlicet,ꝙ elapſo termino non liceat
ſoluere vel offerre pro luendo pignore, & omne ſimile
pactum:quia omninò non valet,vt tenet glo.in d.l.fina.
C.de pact.pig.& ibi per doct.& latè per Alex.in le.item
quia.§.fi.ff.de pact.qui poſt Bar. in l.qui Romæ. in prin.
& Paul.de Caſt.ff.de ver.oblig.concludit,ꝙ aut tale pa
ctum fuit adiectum ad tollendum damnum creditoris
& fraudem debitoris,& valet:aut eſt factum in vtilita-
tem creditoris & læſionem debitoris, & non valet per
latè allegata ibi per Alexand. cum quo ibi ſimpliciter
tranſit Iaſ.& fuit diſtinctio Bartol.in dict.l.qui Romæ.
6 in princ. ¶ †Fallit autem d.regula quinque modis. Et
primò fallit,quando pactum.le.commiſſoriæ in pigno-
re, non fuit adiectum à principio tempore contractus,
ſed poſt ex interuallo,vt eſt text.in d.l. quamuis. ſecun-
dùm vnam lect.& ibi tradit Bartol.in 2.oppo.text.& ibi
Bar.in d.l.Titius.ff.de pig.act. & rationem differentiæ
inter pactum adiectum à principio,vel poſtea ex inter-
uallo aſsignat Bartol.in dict.l.quamuis.& in d.l. Titius
& eſt, quia debitor qui eget pecunia, faceret creditori
omne pactū,quod ipſe vellet ab initio,donec habeat pe
cuniam,ideo reprobatur.continet enim in ſe quandam
aſperitatem & violentiam,vt d.l.fin.C.de pact.pig.quæ
ratio ceſſat, quando iam habita pecunia ex interuallo
debitor dictum pactum apponit.& ita etiam tenet Cor.
in d.conſil.133.in litera g.primo vol. Et iſta fallentia eſt
etiam ſanè intelligenda,vt ſcilicet procedat,ꝙ pactum
ex interuallo poſtea factum,valeat quo ad retētionem
& exceptionem quærendā ipſi creditori, pignore apud
eum exiſtente: non autem quo ad actionem ad peten-
dum dictam rem in ſolutum exiſtentem apud debito-
rem.ita tenet Barto.in dicta leg.quamuis in j.& 2.oppo.
& Abb.in dicto c.ſignificante.nu.6.& Alexand.in conſi.
178.viſo proceſſu cauſæ.in j.colum.num.j.7.volum.& e-
tiā in conſ.ſeq.vbi plenè de materia.¶Secūdò fallit di-
cta regula,quando pactum fuit conceptū,quod pignus
eſſet venditum creditori vel datum in ſolutum pro iu-
ſto precio,tunc enim pactum valeret.Regula ergo pro-
cedit, quando pactum initum fuit, quòd pignus eſſet
venditum vel datum in ſolutum creditori pro debito,
vt eſt text.in l.ſi fundus.in fin.ff.de pignor.& ibi Bart.&
idem no.Bart.in d.l.quamuis in 3.opp. dicens quòd iſto
caſu iuſtum precium æſtimabitur per bonum virum, īd
eſt,iudicem,vt leg.fin.circa fin.C.de iure.do.Impe.
¶Tertio fallit dicta regula, quando pactum eſſet ini-
tum,quòd pignus eſſet venditum creditori ſimpliciter,
non exprimendo nec pro debito, nec pro iuſto precio.
nam etiam tunc intelligetur pro iuſto precio, etiam ſi
non ſit dictum,& valebit pactum.ita not.Barto.in d. l.ſi
fundus.in fi.& Bartol.in d.l. quamuis.in ſua diſtinctio-
ne.& Abb.in dict.c.ſignificante. ſecus autem ſi dictum
eſſet quòd pignus eſſet datum in ſolutum:quia tunc in-
telligeretur pro debito, & non valeret ſecundum Bart.
in dict.leg.quamuis.& faciūt not.in l.à diuo Pio.§.ſi pi-
7 gnora.ff.de re iudica. ¶ †Quartò fallit regula prædi-
cta,quando pactum non fuit factum cum creditore ab
ipſo debitore: ſed factum fuit per debitorem cum fi-
deiuſſore vel alio extraneo à creditore. tunc enim pa-
ctum valet,vt eſt text. in l.fina. in princip. & ibi Bartol.
ff.de contrahen.emption.& ſequuntur Bald. & Salicet.
ibi.& etiam Abb.in dicto.ca.ſignificante.num.6. decla-
rando,vt per Alexand.in conſilio 178.7. volum. numero
8 7.vbi vide. ¶ †Quintò fallit regula prædicta ſecundum
aliquos fauore dotis: puta, ſi mulier vel ſocer promi-
ſit dotem marito in pecunia, & dedit fundum in pi-
gnus cum pacto,quod ſi infra certum tempus pecunia
non ſoluatur, fundus ille ſit in dotem datus. iſto enim
caſu videtur,ꝙ tale pactum valeat fauore dotis. ita not.
vult Bald.in c.j.de feu.da.in vim leg.commiſ.allegando
id quod habetur in leg.ita conſtante.ff.de iure dotium.
& in d.l.quamuis.Et iſtud nō obſtat his,quæ dicta ſunt
ſuprà in ſecunda ampliatione: quia illa procedunt,
quando agitur de fauore mulieris creditricis pro do-
te. tunc enim improbatur dictum pactum legis com-
miſſoriæ,& habet locū d.leg.quamuis.Sed quando agi-
tur de dote danda marito,& ſic agitur de fauore dotis
principaliter, & mulieris in conſequentiam,dicendum
videtur ꝙ pactum valeat:& hoc modo poteſt ſaluari di-
ctum Bald.in dict.ca.j.ſecundum Bald.Nouel.in tracta-
tu dotis,in 6.parte principali.in priuileg.53.& ibi etiam
reddit rationem diuerſitatis inter contractum dotis &
alios contractus,videlicet quod illa ratio per quam im-
probatur pactum leg. commiſſoriæ in pignoribus, ſci-
licet quia debitor pro habenda pecunia faceret omne
pactum,ceſſat in promiſsione dotis: quia promittens
non indiget pecunia, ſed dilatione, in qua dilatione
concedenda mariti communiter ſolent eſſe faciles: &
quia frequentius ſolet contingere, quòd ipſi viri ma-
gis ſolent allici ad pacta proficua mulieri, quàm ſibi,
vt dicebat Cyn.poſt Pet.in l.contractibus, poſt princi.
C.de non numera.pecu. & etiam quia tale pactum non
tendit ad merum lucrum mariti creditoris, prout con-
tingit in alijs creditoribus, cum tale pactum in dote,
cedat etiam in fauorem mulieris. & quando vertitur
intereſſe alterius, quàm creditoris: tunc reſpectu alte-
rius non eſt improbatum tale pactum, d.l.fina.in prin.
ff.de contrahen.emp.ita in effectu firmat Bald.notat. in
dicto loco.dicens ſe ita cōſuluiſſe apud Lucam, licet in
illa quæſtione,in qua conſuluit, pactum illud in dote
eſſet adiectum ex interuallo, quo caſu pactum valet ad
retinendum d.leg.Titius.ff.de pign.action.¶Tamen in
hoc articulo quamuis ſit magna authoritas præfacti ex
cellentiſsimi Docto. puto in contrarium eſſe veriorem
opinionem,videlicet quòd etiam in dote pactum legis
commiſſoriæ indiſtinctè tam ex parte mulieris, cui dos
venit reſtituenda, quàm ex parte mariti, cui dos venit
danda,non valeat.nam licet d.leg.quamuis.loquatur in
dote reddenda vxori,tamen idem dicendum eſt in do-
te danda marito: quia non minora priuilegia conce-
duntur mulieri in dote recuperanda, quàm concedan-
tur marito in dote recipienda,vt leg.vnic.§.& vt pleni-
us.C.de rei vxo.action.& in l.aſsiduis. C.qui potio. in
pig.habe.& habetur in leg.j.ff.ſol.mat.& probatur etiā,
quia pro nulla cauſa etiā pia permittitur vſura. capitu.
ſuper eod.de vſuris. Vnde etiam in dote danda marito
debet cenſeri improbatum pactum legis commiſſoriæ,
quod etiam ad effugiendam vſurariam prauitatem fuit
reprobatum.vt no.cano.& maximè Abb.in d. ca. ſigni-
ficante.& licet maritus lucretur fructus rei pignoratæ
pro dote,iuxta c.ſalubriter.de vſuris. tamen illud intel-
ligitur de vſuris reducibilibus ad intereſſe conſidera-
bile,vt tenet Ioan.de Ana.in dict.c.ſalubriter.¶Et non
obſt.d.l.fina.ff.de contrahen.empt.quia ibi illud pactū
fuit adiectum in fauorem fideiuſſoris, & non tendebat
aliquo modo in fauorem creditoris: ſecus autem eſt
in marito, quia maritus eſt creditor dotis, & pro do-
te recepit pignus: & ſic negari non poteſt, quod pactū
non ſit adiectum fauore creditoris principalis,& Bald.
in d.cap.j.non firmat,quòd in dote valeat pactum legis
commiſſoriæ,ſed remittit ſe ad d.l.quamuis,quę probat
contrarium: & immò qui indiget pecunia pro dote
danda marito, ita veriſimiliter induceretur ad adijci-
endum omne pactum in pignore, quod datur pro pro-
miſsione dotis: ſicut ille qui indiget pecunia mutuata
à creditore.vtroque enim caſu ſubeſt neceſsitas, & ra-
tionis identitas: & immò magis frequenter contingit,
quòd mariti in dotibus habendis volunt habere vti-
liora pacta, quàm dare: difficilius enim reperiuntur
mariti



mariti,quàm vxores,vt experiuntur & bene ſciunt,quia
habent filias nubiles.¶Non obſtat, quòd ſaltem ſpecia-
li priuilegio dotis ita debet dici.iuxta nota.in leg. j. ff.
ſolu. matri.quia illa argumentatio,Multa conceſſa ſunt
in priuilegio dotis contra regulas iuris communis:er-
go etiam iſtud debet concedi,non valet, quia vt inquit
Bartol.in l.ſi inſulam.in 4. oppo.ff.de verb.obliga.iſtud
eſt multiplicare inconueniens,& facit le.ius ſingulare.
& le.quod verò contra,ff.de legi.& recurrere ad ſpeci-
alitates,eſt refugium miſerorum,vt dicit gloſ. in leg.fi-
lium quem habentem.C.familia.erciſ.& quia iſtud pa-
ctum tendit ad vſurariam prauitatem,& per conſequēs
tractatur de periculo animæ, ideò in dubio debet fieri
interpretatio,vt euitetur periculum animæ,vt dixit gl.
nota.in ca.vnico. de ſcruti.facit text.in ca. iuuenis.de
ſponſalib. Et per iſta & plura alia copioſius relata, ita
conſuluit Alexan. in conſil.178.viſo proceſſu.7.volumi.
nu.9.cum ſequentibus.& ſubdit,quòd cum iſta ſit com-
munis opinio,non eſt ab ea recedendum:& ita puto te-
Comm. opin. nendum,licet articulus ſit valde diſputabilis: & ſic iſta
non erit fallentia, ſed erit ampliatio ad regulam, vide-
licet,quod etiam in dote danda pactum legis commiſ-
ſariæ ſit improbatum. Cætera autem ad materiam hu-
ius pacti l.commiſſoriæ, vide per Guido. Papæ in ſuis
deciſionibus.quæſt.6.vbi plura ponit, & per Veronen.
in ſuis cautelis,char.28.in cauſa incipiēte,pactum pig-
gnoris.& per eundem Guido.in tractatu de vſur. num.
24.& 25.
Secundò tractandum eſt de pacto, quod frequenter
iniri ſolet inter creditorem & debitorem, videlicet ꝙ
non ſoluto debito, creditor poſsit pignus propria au-
8 thoritate occupare. ¶ †Et primò præmittendum eſt,
quòd tale pactum de iure, videlicet per regulam gene-
ralem,quòd omnia pacta in pignoribus de iure valent,
niſi reperiantur prohibita,vt eſt text.& ibi not.in l.fi.§.
j.C.de iure domi.impe.& de hoc eſt tex.in leg. 3. C. de
pignor.ſecundùm lectu.Bart.ibi:& cum materia ſit val-
de diffuſa,vt clarius & breuius explicetur,ponam illam
per concluſiones, & erunt quindecim concluſiones.
9 ¶ †Prima igitur ſit concluſio, quòd pactum de ingre-
diendo & occupando propria authoritate pignus, ex-
cuſat creditorem occupantem à pœna,vi bonorum ra-
ptorum,videlicet l.ſi quis in tantā. C.vnde vi.& à pœ-
na edicti diui Marci,de qua in l.extat.quòd met.cau. &
à pœna legis Iuliæ de vi.& optimè declarat gloſſ. in le.
pignoris.C.de pignor.action.in glo.in ver.præſidalem.
& ibi per Salic.& per Barto.& Salic.in d.l.3.in j. colum.
Si tamen talis creditor poſt ingreſſum & occupatio-
nem, intenderet perſiſtere in poſſeſsione & poſsidere
tunc incurreret dictas pœnas: quia iſtud non deuenit
in pactum, vt ſcilicet poſsit propria authoritate poſ-
10 ſidere, ſed ſolùm, quòd poſsit ingredi & occupare. †&
aliud eſt,ingredi poſſeſsionem: & aliud, eſſe in poſſeſ-
ſione & poſsidere:vt l.3.§.fina.ff.de acquir.poſſeſ.& leg.
qui legatorum.ff.ex quib.cau.in poſ.ea.& leg.2.in prin.
ff.pro hære. & aliud conſequitur qui intrat poſſeſsio-
nem, & aliud qui poſsidet & poſſeſsionem acquirit:vt
leg.is cui.in princi.& §.ſi legatorum. ff. vt in poſſ.lega.
11 ¶ †Vnde ad hoc, vt creditor excuſetur etiam à poſſeſ-
ſione,neceſse eſt in pacto addere, quòd licitum ſit cre-
ditori,non ſolùm ingredi poſſeſsionem, ſed etiam poſ-
ſidere & poſſeſsionem acquirere, & retinere propria
authoritate,prout notarij frequenter in inſtrumentis
ſolent facere, dicentes, Quam poſſeſsionem intrandi,
accipiendi,& retinendi ſua authoritate,&c. & ita fir-
mat Bartol.in d.l.3.in 2.col.C.de pign.& idem Salic. ibi
in prin.qui licet ad d.l.3.non teneat intellectum Barto.
tamen bene firmat,quòd de iure pactum poſsit concipi
modo prædicto, & quòd valeat. ¶Secunda concluſio
eſt,quod etiam in tali pacto poteſt adijci, quòd credi-
tor poſsit dicta pignora vendere,vel ea ſibi empta habe
re pro iuſto precio:nam etiam tale pactū de iure valet,
vt tenet Barto. in d.l.3.in 2.col.in ver.iuxta prædicta. &
ibidem ſequitur Sal.in 7.queſt.& iſto caſu practica erit.
vt iuſtum precium æſtimetur per iudicem, iuxta nota.
in leg.continuus.§.cùm ita.ff. de verb.oblig. & ibidem
nota.Bar.& in tali æſtimatione citari debet pars, ſi velit
aliquid opponere, & adhibita ſummaria cauſæ cogni-
tione,ſine alio libello: ſi pars citata nihil reuelans op-
ponat, iudex faciet per partes eligi duos bonos æſti-
matores, vel ipſe iudex eos eliget, & eos faciet iurare
de æſtimatione legaliter facienda: & facta per eos re-
latione æſtimationis,iudex ſecundum dictam æſtima-
tionem, relatam per dictos æſtimatores,faciet ſuā de-
clarationem:ita tenet Bart.in d.l.3.col.fin. verſicu.iuxta
12 præmiſſa.& ſequitur ibi Salic.in 15.quæſtio. ¶ †Tertia
concluſio eſt,quòd tale pactum, ſeu licentia poteſt etiā
adijci tam in vltima voluntate & in alijs contractibus,
quā in pignore,vt etiam no.Bal.in d.l.3.col.2.in 2.princ.
13 queſt.& ibi ſequit Salic.in 3.queſt.¶Quarta cōcluſio eſt,
ꝙ tale pactum non ſolùm excuſat à pœna violentiæ, vt
dictum eſt in prima concluſione, ſed etiam excuſat à vi-
tio clandeſtinitatis:& per cōſequens, tale pactū reſpe-
ctu ſolius ingreſſus in poſſeſsionem,poteſt exerceri per
creditorem etiam ignorante debitore. ita tenet Bartol.
in d.l.3.in 3.colum.in verſi.ſed an à vitio clandeſtinita-
14 tis.& ſequitur ibi Salic.in 2.queſt. ¶ †Quinta concluſio
eſt,ꝙ tale pactum poteſt per creditorem exequi,etiam ſi
debitor verbo contradicat & reſiſtat:niſi tamē cōtradi
ceret ex iuſta cauſa,puta quia iam ſoluiſſet debitum:ſe-
cus autem,ſi reſiſteret de facto: quia tunc creditor non
poſſet armis ingredi, quia iſtud poſſet eſſe cauſa maio-
ris rixæ & tumultus:quod de iure non licet, nec permit
titur, etiam ſi de hoc eſſet initum expreſſum pactum:
videlicet ꝙ creditor poſsit ingredi, inuito debitore &
reſiſtente de facto:nam tale pactum non valeret,l. con-
uenire.ff.de pactis dot.& ita tenet Bartol.in d. l.3. in le-
ctura non in repeti.in j.co.Iſtud tamen limitatur vtili-
ter,niſi in inſtrumento eſſet adiectum conſtitutum,per
quod vtraq; poſſeſsio tam naturalis quā ciuilis,trāsfer-
tur in creditorem.l.quod meo.in prin. ff. de acqui. poſ.
vel ſaltem precarium, per quod in creditorem tranſ-
fertur ciuilis, & naturalis remanet penes debitorem,
vt not.in d.l.quod meo. Nam iſtis caſibus debitor re-
ſiſtendo de facto,dicitur ſpoliare creditorem ſua poſ-
ſeſsione: & ideo licet creditori incontinenti per vim
ingredi,quia dicetur creditor magis ſe defendere, quā
debitorem oppugnare.ita no.Bartol.in d.l.3.in 4.quæſt.
prin.& ibi ſequitur Salic.in queſt.j.Addit tamen Salic.
ꝙ etiam quando debitor reſiſteret de facto, & non eſſet
conſtitutum,poſſet creditor de facto ingredi, dummo-
do violentia creditoris non habeat aliquod delictum
admixtum:puta,ſi creditor coadunatis hominibus vel-
let per vim ingredi,vbi talis coadunatio non eſſet per-
miſſa: vel vbi interueniret ſanguinis effuſio, quæ eſt
prohibita.Alias, ceſſante delicto, dicit Salicet. quod
creditor poteſt per vim ingredi, etiam debitore de fa-
15 cto reſiſtente. ¶ †Et prædicta intelliguntur ſemper in
mora debitoris præcedente,vel ſaltē iuſta cauſa ſuſpi-
cionis de fuga,iuxta text.in l.quæſitum.& ibi gl.& Bar.
ff.de pigno.ita declarat Bartol.in d.l.3.in 3. quæſt. in fin.
Sed Sali.ibi in 12.quæſt.tenet,quod indiſtinctè ante mo
ram tale pactum exerceri non poſsit: quia eſt condi-
tionale,& ꝙ d.l.quæſitum,procedit in hypotheca, quæ
iam eſt in eſſe deducta:ſed ego non video rationem dif
ferentiæ inter iſtud pactum & hypothecam. nam ra-
tione contractus vtrunque dicitur in eſſe deductum:&
etiam hypotheca, pendente termino vel conditione,
intentari non poteſt.vt.l.ſoluitur.§.ſi paciſcatur.ff.qui-
bus mod.pig.vel hypoth.ſoluit.& leg.cum ſoluendę.ff.
de diſtract.pignor.& tamen ex cauſa ſuſpicionis poteſt
exerceri pendente conditione.d.l.quæſitum.ergo idem
dicendum eſt in pacto. ¶ Et facit quia debitor ſuſpe-
ctus poteſt capi, etiam pendente conditione, vt habe-

tur per Bald.in leg.j.C.de condict.ex lege ſaltem vt ca-
ueat.leg.in omnibus.& ibi Bart.ff.de iudi.& talis etiam
captura poteſt fieri propria authoritate creditoris, vt
l.4.§.ſi debitorem.& ibi Bartol.ff. de his quæ in fraud.
credi.& habetur per Alexan.in l.2.in 2.col.ff. de iuriſdi.
17 omn.iud.& ideò remanet vera deciſio Bartol. ¶†Sexta
concluſio eſt, quòd executio talis pacti, poteſt exerceri
cõtra heredem debitoris:& iſtud nõ habet dubiũ, quã-
do hæres eſt eiuſdem conditionis, cuius erat debitor:
puta quia eſt maior, prout erat debitor: ſed difficultas
eſt quando hæres eſt pupillus vel minor: & in hoc Bart.
in d.l.3.in 5.col.in verſic. quid in ſucceſſore vniuerſali:
remittit ſe ad not.per Cyn.in authentic. quas actiones
in 5.quæſt.C.de ſacroſanct.eccle.& ex not. ibi per Cyn.
& Bart.in vlti.quæſt.& per Iaſ.in antepe.col.colligitur,
quòd priuilegium hæredis ſuccedentis debitori, non
extinguit nec impedit tale ius pacti executiui. & ita e-
tiam tenet Bart.in leg.ſi quis curialis.C.de epiſc.& cle.
& ſequitur Salic.in d.l.3.in 5.& 7.quæſt. & mouetur per
tex.& glo.in l.pupillus.§.ſed & ſi creditor.ff.de authen.
tut.quod dicit eſſe tenendum cordi: ad idem optimus
18 text. in leg.j.C.quando decreto opus non eſt. ¶† Sed
maius dubium eſt, an tale pactum poſsit à principio
fieri cum tutore, vel cum pupillo authoritate tutoris:
& in hoc Barto.in d.l.3.in j.quæſt.diſtinguit, ꝙ aut cre-
ditor vult vti iſto pacto pro executione iuris realis, id
eſt ipſius pignoris:& tunc ſi pignoris conſtituto valuit,
valebit etiam pactum, vt leg.ſi pupillus.§.j. ff. de rebus
eorum, aut conſtituto pignoris non valuit, & tunc non
valet etiam pactum, vt leg.curator.& l.penult.C.ſi alie.
res pign.da.ſit.& l.cùm principalis.ff.de regul.iur. Aut
creditor vult vti pacto ad executionem iuris perſona-
lis, quod reſpicit ipſum ingreſſum: & tunc ſi pactum
fuit initum, quod liceat ingredi tantùm, valet: quia
conditio perſonæ pupilli non eſt impedimento, vt leg.
apud Iulianum.in principio.& §. ſequitur. ff. ex quib.
cauſ.in poſſeſ.ea. aut pactum fuit initum, quòd liceat
ingredi, & poſſeſsionem adipiſci,& tunc reſpectu re-
rum quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, & ſic quæ poſ-
ſunt per tutorem alienari, validum eſt vt l.lex quæ tuto-
res.C.de adminiſt.tut.ſed quantum ad alias res non va-
let ſine decreto, vt leg.pupillus.ff.de acquir.re. dom. &
leg.magis puto.§.j.ff.de reb.eor.¶Sed in hoc vlt.mem-
bro diſtinctionis, Imol.in l.2.§.ſi à pupillo. ff. pro empt.
tenet contrarium per gloſſ.in d.§.ſi à pupillo.in ſecun-
da ſolut.quæ vult quòd licet pupillus non poſsit alie-
nare res mobiles vel immobiles, quæ ſeruando ſeruari
poſſunt ſine decreto iudicis.dict.leg. magis puto. §. ne
poſsim. tamen bene poſsit alienare poſſeſsionem ta-
lium rerum ſine aliquo decreto:& ita etiam firmat Ale-
xand.in leg.poſſeſsionem.ff.de acquirend. poſſeſsio. in
fin. Vnde verior videtur opinio, quòd pactum de in-
grediendo poſſeſsionem & retinendo initum cum tu-
tore vel pupillo eius authoritate, ſine alio decreto va-
leat, quamuis ipſa conſtitutio pignoris non valeat, cùm
pactum reſpiciat ſolam poſſeſsionem & ius perſonale,
quæ nõ eſt prohibita alienari etiam per pupillum cum
authoritate tutoris, vt latè per Alex.in d.leg. poſſeſsio-
nem. ¶† Similiter dubitari poteſt, an tale pactum va-
19 leat in rebus eccleſiæ:& Bart. in d.l.3.in d.j.quæſt.tenet,
quòd ſi præceſsit valida conuentio, tale pactum valeat,
præterquam in rebus conſecratis:& ita refert tenere
Oſt. in c. verùm.de foro comp. & ita etiam tenet ibi
Abb.in 6.colum.in verſi.ſed circa hoc quæro: loquendo
in acquirendis eccleſiæ, & non in acquiſitis: nam in ac-
quirendis valet conuentio, non in acquiſitis. declaran-
do tamen hanc deciſionem duobus modis: Primò, vt
talem apprehenſionem debeat præcedere declaratio
iudicis: ſecundò, vt non detur reſiſtentia de facto, vt
ibi latè per Abba.Sed primam declarationem non pu-
to veram, ſtantibus verbis pacti ſine licentia & requi-
ſitione alicuius iudicis. ſecundam declarationem in-
telligendam puto, vt declaratum fuit ſupra in 5.conclu-
20 ſione.¶† Septima concluſio eſt, quòd quando tale pa-
ctum eſt adiectum ad executionem iuris realis, id eſt,
pignoris: tunc illud poteſt exerceri etiam contra ſingu-
larem ſucceſſorem habentem cauſam à debitore, ſi ta-
men debitum erat liquidum in ipſo inſtrumento. iſtam
opinionem tenet gloſſ.& Barto. in d.l.3.in 4. colum.in
verſicu.item dubitatur, quid de ſingulari ſucceſſore: &
idem tenent ibi Petr.Cyn.Rayn.& Bald.& Speculat. in
titu.de pigno.§.j.verſic.item quid ſi debitor. fundantes
ſe per leg.ſi Titius.ff.de ſeruis expor. Eſt bene verum,
ꝙ ibi Barto.& alij dicunt, ꝙ dictum pactum adiectum
in pignore eſt iuris realis executiuum.Bald. dicit quòd
eſt iuris realis conſequutiuum. Et iſta opinio videtur Cõmu.
communior, & ſaltem in iudicando & conſulendo te- opin.
nenda: quamuis contrariam opinio.teneat Mar.anti-
quus gloſator, Iacob.de Belui. & Iacob.Butr. vt refert
Barto.in d.l.3.& Salicet. qui dicit quòd ius iſtius pacti
capiendi rem hypothecatam propria authoritate, non
eſt executiuum vel conſequutiuum iuris realis, ſed ſo-
lùm cauſat ius perſonale, & per conſequens non de-
bet tranſire cõtra ſingularem ſucceſſorem: & iſtam diſ-
putationem latè proſequitur Corneli. in conſil. 218.vi-
detur in hac conſultatione.2.volumi.& concluſiuè di-
cit hanc opinionem Mart.& ſequacium eſſe veriorem,
ſed in via deciſiua non eſſe recedendum ab opinione
Bartol.& Bald.& ſequacium .Remanet ergo concluſio,
quòd pactum tale adiectum, pro executione iuris re-
alis in pignore, tranſit contra ſingularem ſucceſſorem
habentem cauſam à debitore. Et ſic iſta concluſio pri-
mò reſtringitur, vt non procedat contra ſingularem
ſucceſſorem non habentem cauſam à debitore, vt pro-
batur in l.ſæpè.in fine. ff. de re iud. licet ibi gloſſ.velit
contrarium & male, ſecundum Bartol.in d. leg.3. ¶Se-
cundò reſtringitur, vt non habeat locum niſi quando
debitum eſt liquidum ex ipſo inſtrumento, & ſic in eſ-
ſe deductum: vt leg.ſi ſuperatus. §.j.ff.de pignorib. & te
net gloſſ.in in dict.3. quam in hoc approbat ibi Bartol.
¶Tertiò reſtringitur, quando pactum fuiſſet appoſi-
tum ad executionem obligationis perſonalis, videli-
cet pro actione perſonali & ſuper pignore: quia tunc
non poteſt exerceri contra ſingularem ſucceſſorem, ni-
ſi prius reſciſſa alienatione facta in fraudem, vt inſtitu.
de action.§.item ſi quis in fraudem.ita notat. Bartol.in
dict.leg.3.in 5.colum.in verſicul.hoc præmiſſo, venio ad
quæſt. ¶Octaua concluſio eſt, quòd quando debitor
non ſolum fecit pactum in pignore de ingrediendo
propria authoritate, ſed etiam conſtituit ſe poſsidere
pro creditore per ſimplex conſtitutum vel precarium,
tunc ſi debitor dictam rem alienauit in tertium, pote-
rit creditor vigore dictæ clauſulæ exercere dictum pa-
ctum pro executione iuris realis contra dictum ſingu-
larem ſucceſſorem, etiam per vim data reſiſtentia de fa-
cto, quia magis eſt defenſio quàm occupatio, vt lege
cùm fundum.& ibi notat.ff.de vi &, vi arma. Ita tenet
Bart.in d.l.3.in 6.col.in verſi.ſed pone quòd debitor &c.
& faciunt ea quæ dixi ſupra in 5.concluſio.nume. 14. &
idem firmat Salic.in d.l.3.in 8.quæſtio .per fundamen-
ta facta per Bartolum. ¶Nona concluſio eſt, quòd ta-
le pactum de ingrediendo propria authoritate & eius
facultas tranſmittitur etiam ad hæredem creditoris.i-
ta notat Alexand.poſt Angel.in l.ſi ita ſtipuler. poſt gl.
ibi.ff.de verborum obligation. & ita etiam tenet Bal-
dus in capitulo primo.§.ſi quis verò.de pac.iur.firm. &
reddit rationem, quia iſtud pactum non eſt priuilegia-
tum, ſed ius commune, per no.in leg. qui ratiario. ff.
21 de pignoratitia actione. ¶ † Decima concluſio eſt,
quòd ſicut tranſit in vniuerſalem ſucceſſorem credi-
toris, vt dictum eſt in præcedenti concluſione, ita &
poteſt tranſire in ſingularem ſucceſſorem per ceſsio-
nem, quia ſcilicet cedi poteſt alteri: ita tenent Barto-
lus, Angelus, Imola, Romanus in leg.prima.§.fina. cum
l.ſeq.



l.ſequen.ff.de noui operis nuntiat.cum aliis ibi additis
per Alexandrum.¶Vndecima cõcluſio eſt, quòd tale pa-
ctum poteſt exerceri per creditorem contra debitorem
ſine iudice, quia contra eum omnia ſunt liquida, ſed cõ-
tra tertium poſſeſſorem, nõ eſt ita liquidum: quia poteſt
eſſe dubium, an habeat cauſam à debitore, vel non, ergo
iſtud debet priùs ſummariè liquidari coram iudice, iux
ta l.à diuo Pio.§.ſi ſuper rebus.ff.de re iudicata. & tunc
poterit etiam contra tertium poſſeſſorem ingredi pro-
pria authoritate, & idem eſſet, ſi manifeſtum eſſet quòd
poſſeſſor haberet cauſam à debitore: quia abſque alia li-
quidatione poſſet ingredi propria authoritate, per l.em-
ptor.ff.de action.empti.ita tenet Bartolus in dicta l.ter-
tia.in quarta quæſtione.in verſicu.Aduerte tamen, quòd
contra ipſum debitorem &c.Et cum opinione Barto.te-
nent Imol.& Antonius de Butr.in ca.quia.de iudic.Sed
Salic.in dicta l.3.in 11.quæſt.dicit ſibi non placere verba
Bartoli, & reſpondendo motiuis eius tenet, quòd talis li
quidatio non requiratur. Sed opinionem Bartoli & ſe-
quacium tenet Socinus in conſilio 82.ſuper quæſtioni-
bus.in tertio volum.in penult.colum.in ver.5.concluſio.
vbi dicit, quòd licet quando in inſtrumento nõ eſt con-
ſtitutum, neque precarium, non ſit licitum vti pacto exe
cutiuo contra tertium poſſeſſorem non citatum, vt vo-
lunt Bartolus, Imol.& Antonius de But.in locis ſuprà al
legatis: tamen quando in inſtrumento eſt conſtitutum
vel precarium, tunc pactum executiuum poteſt exerceri
etiam contra ſingularem ſucceſſorem non citatum, &
negotio nõ liquidato: quia ex quo creditor ciuiliter poſ-
ſidet, poteſt ingredi & inſiſtere in ſua poſſeſsione, & tur-
bare naturaliter poſſeſsioné: iuxta notata in l.clàm poſsi
dere.§.qui ad nundinas.ff.de acquirenda poſſeſsione. &
quia ingreſſus tali caſu, dicitur potiùs defenſio, quàm
occupatio.dicta l.cùm fundum.cum ibi notatis.ff. de vi
& vi armata.Remanet ergo vera concluſio Bartol.quòd
contra tertium poſſeſſorem non poteſt exerceri pactum
executiuum, niſi priùs liquidato, quòd ipſe habeat cau-
ſam à debitore, vel niſi hoc eſſet manifeſtum, vel niſi in
inſtrumento eſſet conſtitutum vel precarium. & ita de
conſtituto & precario firmatum fuit ſuprà in octaua cõ
cluſione, numero 20.Et idem eſſet, ſi creditor cum dicto
pacto conueniſſet etiam, quòd non liceret debitori rem
pignoratam alienare.tunc enim venditio facta non vale
ret, vt l.creditor.§.final.ff.de diſtraction.pignor.& con-
tra emptorem tranſiret dictum ius executiuum. ita not.
Bartol.in dicta l.3.in quarta quæſtio.in verſ.ſed an poſsit
exhiberi remedium &c.
22 ¶†Duodecima concluſio eſt, quòd ſi debitum, pro quo
eſt datum pignus & initum pactum de ingrediendo, nõ
eſt liquidum in ipſo inſtrumento, nec etiam liquidatur,
aut in notorium deducitur per exercitium dicti pacti,
tunc non poteſt dictum pactum exerceri, niſi priùs fa-
cta liquidatione parte citata, & dato libello: ita tenet
Bartolus in dicta l.tertia.in tertia quæſtion.& iſtud pro-
cedit, niſi in pacto eſſet dictum, quòd liceat creditori in
gredi poſſeſsionem, & retinere pro quantitate promiſ-
ſa, vel alia probanda ante liquidationem ſeu declaratio-
nem: ita firmat Bartolus in dicta tertia quæſtion.& idem
tenet Socinus in d.conſil.82.in quarta concluſione: qui
tamen loquitur in pacto, in quo dictum fuit, quòd cre-
ditor poſsit ingredi abſque alicuius iudicis licentia vel
requiſitione, & abſque requiſitiõe debitoris: quia ſi per
verba pacti licet ingredi & poſsidere antequam iudex
adeatur vel requiratur, & ante citationem partis, ſequi-
tur ſecundum eum, quòd etiam hoc licere debet ante li-
quidationem, ex quo in liquidatione debet iudex adi-
ri, & pars citari. Cùm ergo concedatur antecedens, ſci-
licet quòd ſine requiſitione iudicis poſsit ingredi, vide-
tur etiam concedi ſubſequens, ſcilicet quòd ſine liqui-
datione poſsit ingredi.l.ſecunda.ff.de iuriſdict.omnium
iud.& l.ad rem mobilem.& l.ad legatum.ff.de procura.
& quòd talia pacta valeant, firmat Barto.in dicta 3.q.per
l.fin.§.fin.C.de iure dotium impe.& ſequitur ibi Salice.
23 in 11.q.& tenet Socin.in dicto conſi.82. ¶†Tertiadecima
concluſio eſt, quòd licet vigore pacti creditor poſsit in-
gredi & adipiſci poſſeſsionem propria authoritate, ſi ta
men ex vrbanitate adiuit iudicem ſuper hoc, tunc ſi iu-
dex ſine citatione partis concedit licentiam, talis licen-
tia nihil operabitur, ſed perinde erit, ac ſi pars propria
authoritate fuiſſet ingreſſa: quia in quacunque interlo-
cutoria præiudiciali requiritur citatio.leg.de vnoquo-
que.ff.de re iudicata.ita firmat Bartolus in dicta l.tertia.
in quinta quæſtio.princip.relatis priùs opinionibus an-
tiquorum: ad hoc ergo, vt licentia iudicis aliquid opere
tur, requiritur citatio partis.Sed eſt dubium, an etiam
tunc requiratur libellus ſuper dicta licentia impetran-
da: in hoc Bartol.ibi in dicta quinta quæſtion.dicit, ꝙ
ſi de dicta conuentione conſtat per inſtrumẽtum publi-
cum, poteſt procedi ſummariè, & non requiritur libel-
lus, prout proceditur in executiuis.l.à diuo Pio. §.ſi ſu-
per rebus.ff.de re iudic.& l.mino.25.annis.cui fideicom
miſſum.ff.de minoribus.& probatur ſecundum Bartolũ:
quia ius exequendi, quod competit ex conuentione par-
tium æquiparatur iuri, quod competit authoritate iudi
cis, vt l.penultima.C.de pign.action & l.dotis.C.ſoluto
matrimonio.Si autem de dicta conuentione conſtat ſo-
lùm per teſtes, tunc dicit Bartolus, quòd debet dari libel
lus & lis conteſtari: quia aliter teſtes examinari nõ poſ-
ſunt.capitul. quoniam frequenter.vt lite conteſta. cum
24 aliis allegatis per Bartolum.†& cum Bartol.trãſit etiam
Salicetus in dict.l.tertia, in quæſtione decimatertia: de-
clarando tamen, & ſupplendo dict.Barto.quòd iudex po
teſt adiri ſuper dicto pacto duplici modo.Vno modo, pe
tendo ſe immitti & induci in poſſeſsioné.Secundo mo-
do, petendo ſibi dari familiam, & aſſociari, vt poſsit in-
gredi propria authoritate ad euitandum rixam: & ſi pri-
mo modo petatur, tunc requiritur qualiſqualis petitio
redacta in ſcriptis, quæ iudici concludat ad imploratio-
nem eius officij & tunc procedat opinio Bartoli. Si au-
tem petatur ſecundo modo, tunc ſecundum Salic.nulla
petitio neque ſcriptura requiritur: quæ nota, vt ſcias prà
cticare ſi quando occurrerit.
25 ¶†Sed dubitatur in prædictis, quid ſi creditor pote-
rat ingredi propria authoritate, & tamen adit iudicem,
& citat partem, & petit licentiam ingrediendi, & dat
qualemqualem petitionem, an poſtea poterit recedere à
iudicio, & ingredi propria authoritate: & in hoc Baldus
in l.ſecunda.in decima quæſtion.C.de ſeruitut.& aqua.
tenet, quòd non: ne ſcilicet iudicium inchoatum ſit ludi
brio inchoatum, & ſit in poteſtate creditoris, illud euer
tere: quia poſtea quàm iudex eſt aditus, debet expectari.
& hoc firmat etiam per alia, de quibus ibi per eum. Idẽ
tenet Baldus in l.æde.in penultima colum.C.locat.& in
l.prima.in prima columna.C.de executione rei iudicat.
& Ange.in repetition.l.nemo carcerem.poſt medium.in
verſicul.Item, an poſsit capi &c.C.de exacto.tribu.libro
decimo.& facit illud vulgare, ſcilicet, Viam quam elegi
ſti, ea tibi placeat.leg.ſi mulier.§. finali ff quod metus
cauſa. Intellige tamen prædicta, niſi in petitione &
aditione coram iudice facta fuerit proteſtatio & re-
ſeruatio propriæ facultatis de ingrediendo propria au-
thoritate poſſeſsionem: quia dictum iudicium tali ca-
ſu videtur pendere cum iſta qualitate iuris reſeruati
26 & proteſtati, † & quia proteſtatio ſeruat ius proteſtan-
ti, leg.ſi fideiuſſor.§.finali, ff. qui ſatiſdare cogantur. &
facit quod in ſimili dicitur in capitul.ſolicitudinem.de
appellationibus.vbi dato quòd qui appellauit à iudice,
ſi redeat ad eum, videatur renuntiare appellationi: vt in
cap.gratum.de officio delegati.cum ſimilibus.tamen ſi
redeat ad iudicem cùm proteſtatione, quòd non inten-
dit renuntiare appellationi ab eo interpoſitæ, ipſa
proteſtatio iuuabit eum, & poterit appellans vtrun-
que facere, vt in dicto capitulo ſolicitudinem, vbi eſt
caſus de hoc. Et ita latè diſputando & reſpondendo

omnibus,quæ in contrarium allegari poſſunt,firmat A-
lexãder in conſilio 130.in cauſa Strazarolorum.in penul-
tima & vltima colum.vſque ad finem 4.volum.& in con
ſil.ſequent.in vlt.colu.Idem tenet Iaſ.in l.2.charta.68.in
3.column.in verſicul.nunquid autem pendente iudic.C.
de iure emphyteu.Sis ergo cautus,quando velles adire
iudicem,vt vtaris dicta proteſtatione & reſeruatione.
¶Quartadecima concluſio eſt,quòd quãdo creditor vi-
gore dicti pacti ingreditur poſſeſsionem, etiamſi ingre-
diatur præcedente & obtenta prius licentia à iudice,ta-
men non per hoc dicetur habere pignus prætorium, ſed
habebit ſolùm pignus conuentionale: quia tali caſu iu-
dex non intẽdit dare pignus de nouo,ſed potiùs datum
confirmare,& implere ſeu exequi.Nam ex quo prior hy-
potheca eſt valida,non poteſt dici noua datio,prout di-
citur in tutore inutiliter dato in teſtamento, & poſtea
confirmato per iudicem.quo caſu dicitur datiuus,& nõ
teſtamentarius:vt l.neque.& ibi per Dynum. C.de con-
firmation.tuto.Ita firmat Bartolus in dicta l.tertia.in fi-
ne.& Salic.ibi in q.14.
27 ¶†Quintadecima & vltima concluſio in hac materia
eſt,quòd ad hoc vt creditor ingrediens vigore dicti pa-
cti,poſsit iuuari ex dicto pacto,debet conſtare quòd fue
rit ingreſſus vtendo expreſsè dicta conuentione & licẽ-
tia,ſibi data à debitore,& quòd vigore dictæ licentiæ ac
ceperit poſſeſsionem:ita tenet Socinus in conſilio 131.in
præſenti conſultatione.in tertia colum.in verſicul.præ-
terea eum non in plus. primo volumi.Mouetur argum.
not.in l.prima.ff.de condit.ex lege,& iſtud videtur pro-
cedere,etiamſi poſtea pars diceret ſe ingreſſam vigore
dicti pacti,& hoc habuiſſe in animo tempore ingreſſus,
quia voluntas in mente retenta nihil operatur.l.ſi repe-
tendi.C.de condi.ob cauſam.
¶Ego autem dubito de hac deciſione Socini,quia actus
qui poteſt geri duobus modis,& vno modo geſtus,facit
gerentem incidere in pœnam:alio modo, non interpre-
tari debet geſtus eo modo,vt non faciat incidere in pœ
nam l.apud Labeonem.§.ſi communem.ff.de iniuriis.l.ſi
quis ſeruum.in fine.ff.de ſeruo corrupto. & Bartol. poſt
gloſſam in l.non ſolum.§.ſed vt probari.in prima col.ad
finem.ff.de noui operis nuntia.& ratio eſt,quia præſum-
ptio eſt,quòd nemo velit relinquere,vt ibi per Bartolum
& Iaſonem.& in actu qui poteſt fieri ſine delicto,nõ de-
bet includi delictum.Bald.in l.j.in quinta oppoſit.ad fin.
C.de condiction.ob cauſam. per l.meritò.ff. pro ſocio.
28 †Item quando actus poteſt diuerſo modo intelligi, de-
bet declarari ab eo qui illum actum fecit,quo animo fe-
cerit.Bartolus in l.pro hærede.in principio.ff.de acqui-
renda hæreditate.& ratio eſt,quia in his quæ conſiſtunt
in animo,ſtatur declarationi eius qui geſsit actum, vt
inſtitut. de actionib.§.aliæ.in gloſſa magna.idem tenet
Bartolus in l.gerit.in tertia colum.in ver.venio ad quar
29 tum.ff.de acquirenda hæred.†& actus etiam perfectus,
ſemper & quandocunque recipit formam declaratoriã,
vt inquit Bald.in l.precibus.in 3.colum.in verſi.2.quæro.
C.de impuber.& aliis ſubſtit.per l.hæredes palam.§.ſed
ſi notam.ff.de teſt.quia qui declarat,nihil de nouo dici-
tur facere:vt latè per Felinum in cap.ſuper quęſtionum.
in princ.ff.de officio delegat.& latiùs in cap.qualiter &
quando.el.j.col.14.de accuſ.& per Alexand. in conſil.52.
circa hanc 5.col.4.volu.Ex quibus videtur, quòd credi-
tor etiã poſt ingreſſum poſsit declarare ſe fuiſſe ingreſ-
ſum vigore dicti pacti,etiamſi dicatur quòd tempore in
greſſus iſtud non declarauerit.Quinimo etiam ſine de-
claratione videtur dicẽdum.quòd præſumptio ſit, quòd
creditor videatur ingreſſus vigore dicti pacti,per textũ.
& ibi notatur in l.quædam.ff.de rei vendication. vbi eſt
textus,quòd ſi præcedat titulus,& poſtea ſequatur poſ-
ſeſsio,in dubio talis præſumitur poſsidere ex titulo prę-
cedenti:& ita etiam notat Bartolus in l.ſecunda.C.de ac
quirenda poſſeſsione.Conſulerem ergo, vt ante factum
creditor non ponat ſe in iſta difficultate.ſed quãdo vult
ingredi,declaret coram teſtibus & notario rogato ſe
intendere ingredi, & poſsidere vigore dicti pacti:ſed
poſt factum tenere etiam, quòd dictus ingreſſus poſ-
ſit ſuſtineri & declarari factus in virtute dicti pacti.
Et per ea ſit expedita præſens materia pacti executi-
ui de ingrediendo & poſsidendo propria authoritate,
potius per modum ſummarij quàm tractatus. Nolui
enim ſingula proſequi, nec etiam prorſum omittere,
ne tractatus argui poſsit de imperfectione: in reliquis
autem recurrendum erit ad Bartolum,Salicet.& alios
in dicta l.tertia.
30 †Tertiò quæritur in materia, an valeat conuentio ini-
ta inter creditorem & debitorem, videlicet quòd debi-
tor qui dedit creditori fundum in pignus pro decem
cum pacto, quòd fructus ſint creditoris pro vſuris, &
debitori nunquam liceat luere. Gloſſ.mouet iſtam quæ
ſtionem in l.qui Romæ.in principio.in gloſſ.in verſicul.
obtulerit.ff.de verborum obligationibus. & diſtinguit,
quòd ſi factum fuit pactum, quòd debitori non liceat
luere intra annum, quòd pactum valet:ſecùs,ſi conuen-
tum fuit quòd in perpetuum non liceat debitori lue-
re:quia iſtud pactum magis continet alienationẽ,quàm
obligationem.Bartolus ibi.in primo membro, quando
ſcilicet fuit factum pactum, vt non poſsit lui ante an-
num,poſt Dynum diſtinguit,quòd aut tempus anni fuit
adiectum cauſa debitoris, & tunc ſolutio poterit fieri
ante tempus:aut gratia creditoris tantùm,vel credito-
ris & debitoris ſimul, & tunc ante tempus ſolui non
poterit,aut dubitatur,cuius gratia fuerit tempus adie-
ctum, & præſumitur gratia debitoris: & iſtam diſtinctio
nem dicit Bartolus procedere, quando non apponitur
vſura:ſed ſi apponatur vſura, dicit Bartolus, quòd aut
tempus apponitur curſui vſurarum tantùm, non autem
ad ſolutionem ſortis:& tunc poteſt ſolui ante tempus.l.
acceptam.C.de vſuris.aut apponitur ad ſolutionem ſor-
tis & curſum vſurarum:vt ſi mutuo centum libras vſque
ad annum ad 10.den.pro libra in menſe, & tempus ap-
ponitur per verbum infra, vel ante,vel ſimile,tunc po-
teſt ſolui ante tempus. ſi autem apponitur tempus per
verbum ad,non poteſt ſolui ante.ita diſtinguit Bartol.&
cum Barto.tranſeunt communiter doct.ibi.
¶In ſecundo autem membro, videlicet quando fuit fa
ctum pactum, quòd in perpetuum debitor non poſsit
luere,vt dixi ſuprà.gloſſa tenet,quòd non valeat pactum:
quia eſt magis alienatio, quàm obligatio. & licet Ale-
xander,Imola,& alij doctores in iſta ratione gloſſ.variè
loquantur, tamen vera intentio gloſſæ fuit, quòd ideo
non valet tale pactum ſuper pignore:quia per illud de-
uenit ad alienationem rei pignori datæ abſque ſpe lui-
tionis,quod eſt contra naturam & ſubſtantiam pigno-
ris,quia per pignus non fit alienatio,vt l. pignus. ff.de
pignoribus.Item eſt etiam cõtra naturam pignoris:quia
cùm per tale pactum ſequatur alienatio, & dominium
tranſeat in creditorem,non poteſt modò in ea conſiſte-
re pignus.l.neque pignus.ff.de regulis iuris. & l.ex ſex-
tante.§.Latinus.& ibi Bartolus.ff.de exception.rei iudi-
catæ.Eſt ergo concluſio gloſſæ,quòd tale pactum in vim
pignoris non valeat,intelligendo vt ſuprà. & cum hac
concluſione tranſeunt Bartolus,Alexander,& communi
ter doctores in dicta l.qui Romæ.in prin.concordat etiã
Iaſ.ibi,addens quòd etiam iſtud pactum non valet:quia
videtur pactum legis commiſſoriæ,vel ſimile pacto legis
commiſſoriæ,quod in pignoribus improbatur, vt l.j.&
fin.C.de pact.pignò.& per latè in hoc adducta per Iaſo.
nem.39.cum tribus ſequentibus.
31 ¶†Sed dubium eſt,an ſi tale pactum nõ valeat in vim
pignoris,vt ſuprà eſt concluſum,an ſaltem valeat in vim
alienationis & venditionis:& in hoc Raphael Cum.ibi
tenet,quod opinio gloſſæ quæ eſt,quòd tale pactum in-
diſtinctè non valeat,poteſt procedere,quando in pactis
fuiſſet dictum,quòd debitori nunquam liceat luere in-
uito creditore, ſed ſolùm eo volente, nam per iſta verba
clarè



clarè datur intelligi,quòd partes voluerunt inire con-
tractum pignoris,& non venditionis,ex quo voluerunt,
quòd creditor volens poſsit reſtituere pignus,& cogere
quòd debitor luat & reſtituat pecuniam: quod non po-
teſt ſtare cum venditione.& hoc modo dicit Rapha.poſ
ſe ſaluari opin,gloſſ.quòd pactum non valeat.Sed ſtan-
do in ſimplici pacto,quòd debitor nunquam poſsit lue-
re ſine dicta ſubauditione:& ſic in meris terminis gloſſ.
dicit Raphael,quòd gloſſa non eſt vera,ſed quòd tale pa
ctum valebit in vim venditionis,licet non in vim pigno
ris.& iſtam opinionem contra gloſſam,tenet etiam ibi
Paulus de Caſtro,& eam conatur ſubtiliter corrobora-
re Socinus ibidem:dicit enim quòd licet contractus pi-
gnoris non poſsit virtute dicti pacti in aliam ſpeciẽ con
tractus tranſire,& ſic in venditionem:quia verborum ſi-
gnificatio repugnat:tamen quòd per tale pactum contra
ſubſtantiam contractus adiectum,partes videntur vo-
luiſſe aliam ſpeciem contractus inire.argument. l.inſu-
lam.ff.de præſcript.verb.per quem textum ita declarat
Imol.in l.vbi ita donatur.ff.de donatio.cauſa mortis.&
eſt textus in c.illo vos.de pigno.ſecundum intellectum
Antonij de Butr.& aliorum:& iſtud dicit Socinus ſenſiſ-
ſe etiam Cuman.
¶Tamen opin.& deciſionem gloſſæ,videlicet, quòd
pactum initum ſuper pignore, quòd debitor nunquam
poſsit luere,etiam abſque ſubauditione Cuma.qui ſub-
audit,creditore inuito,ſed eo volente ſic,indiſtinctè nõ
valeat,nec in vim pignoris, nec in vim venditionis, te-
net ibi Bartolus,Aretinus,Alexãder,Iaſon,& alij:& mo-
uentur,quia tale pactum eſt contra ſubſtantiam pigno-
ris:& propria verborum ſignificatio non patitur, quòd
talis contractus poſsit tranſire in ſpeciem venditionis,
argument.l.cum precario.ff. de precario.& eorum quæ
notantur per Bartolum in dicta l.vbi ita donatur.ff. de
donation.cauſa mortis. & non habet obſtare motiuum
Socin.quia illud poteſt eſſe verum, quando verba con-
tractus non repugnarent:tunc enim pactum appoſitum
contra ſubſtantiam contractus,facit quòd partes videã-
tur velle facere aliam ſpeciem contractus,quando ſcili-
cet verba ex propria ſignificatione nõ repugnant: ſecùs
autem, ſi diuerſitas verborum repugnat.iſte eſt textus.
& ibi declarat Bartolus in dicta l.vbi ita donatur. dicit
enim ibi textus & Bartolus,quòd pactum appoſitum in
contractu precarij,quòd non liceat reuocare, eſt contra
ſubſtantiam precarij:quia precarium poteſt reuocari ad
voluntatem concedentis,& non poteſt tranſire in dona-
tionem,quia nomen precarij,eſt penitus ſeparatum à no
mine donationis:ſed quòd donatio cauſa mortis,valeat
in vim donationis inter viuos, propter aliquod pactum
contra ſubſtantiam donationis cauſa mortis,verborum
ſignificatio non repugnat: ſed vbi non exprimitur ali-
quod nomen contractus.ſed ſimpliciter conceditur hoc
modo, videlicet, concedo tibi talem rem hoc pacto,
quòd non liceat reuocare: tunc quia non eſt expreſſum
nomen precarij,vel alterius contractus, intelligi debet
de illo contractu,qui ex verbis meliùs colligi poteſt: ita
dicit Bartolus in dicta l.vbi ita donatur.In propoſito igi
tur noſtro verba pignoris adiecta in quæſtion.gloſſ.non
poſſunt adaptari ad venditionem,ſed repugnant omni-
no:meritò non poteſt dici,quòd partes voluerint vende
re,prout dicit Socin.
¶Non obſtat quòd pactum, quòd non liceat vnquam
debitori luere pignus, non ſit contra ſubſtantiam con-
tractus,ſed contra naturam: quo caſu non vitiatur, per
notata per gloſſam & doctores in l.pacta conuenta.ff.de
contrahenda emptione.vt dicebat Socinus.Quia immo
contra ſubſtantiam contractus dicitur eſſe,quando in-
ter contrahentes intendebatur fieri vnus contractus. &
pactum facit,quòd inducatur alius cõtractus diuerſus,
in quo partes non conſentiunt,vt notat Baldus in leg.ad
exactionem.in fine.C.de po.promiſſ.& ſicut pactum ad-
iectum in precario,quòd non liceat illud reuocare, di-
citur contra ſubſtantiam contractus precarij, vt inquit
Bartolus in dicta l.vbi ita donatur. ita & pactum adie-
ctum in pignore.quòd nunquã debitori liceat luere,eſt
contra ſubſtantiam pignoris,vt in titulo.C.de luition.
pignor.& probatur,quia quando pignorata eſt res pro
tanta quantitate, quòd veriſimiliter non ſit ſpes luitio-
nis,non dicitur pignorata.ſed alienata:vt per Bartolum
& Alexandrum in l.qui habebat.in principio.ff.de lega-
tis tertio.& per conſequens, non puto recedendum ab
opinione gloſſæ,Bartol.Alexand. & ſequacium; quæ eſt
communis & vera.
32 ¶†Et adde prędictis,quòd ſicut non valet pactum,quòd
debitori non liceat luere pignus in perpetuum,ita etiam
non valet,quòd non poſsit luere infra triginta annos:
quia talis etiam cenſetur perpetua prohibitio luitionis,
& per conſequens alienatio, vt notat gloſſa finalis in l.
final.C.de pactis pignor.& ibi ſequuntur Baldus & Sali
cetus.& referunt Alexand.& Iaſ.poſt alios in dicta l.qui
Romæ.in principio.Item adde, quòd tempus præfixum
ad luendum,non currit quando propter impedimẽtum
guerrę,vel aliud,luitio fieri non potuit,vt per Romanũ.
435.in præſenti conſultatione,&c.
33 ¶†Quartò quæritur,an in re quæ venditur,poſsit appo
ni pactum,quòd illa res ſit ſpecialiter hypothecata pro
aliquo debito ipſius emptoris, puta pro dote vxoris il-
lius:& tale pactum faciat,quòd dicta mulier pro dote,li
cet poſterior in tempore,aliis creditoribus dicti empto
ris debeat illis pręferri in d.re empt.ſpecialiter ei hypo-
thecata: quæ quæſtio frequenter contingit in ciuitate
Florentiæ,& facit dubium,quia ex quo anteriores credi
tores habent generalem hypothecam in bonis empto-
ris,in qua veniunt etiam bona futura iuxta l.finalem.C.
quæ res pignor. obliga.poſſunt. non videtur quòd ille
emptor potuerit eis præiudicare:quia licet debitor poſ
ſit præiudicare creditoribus chirographariis in acqui-
rendo,l. qui autem. in principio. & §.primo.ff. quæ in
fraudem creditorum.tamen ſecus eſt in creditoribus ha
bẽtibus hypothecam,vt inter creditorem chirographa
rium & hypothecarium diſtinguit Petrus de Anchara.
in conſilio 101.ex prędicto themate.ad finem.per multa,
de quibus ibi per eum:& maximè per textum. vbi dicit
eſſe caſum de hoc in l.in fraudem.in princ.in §.idémque
iuris.ff.de iure fiſci.vbi debitor,in cuius bonis fiſcus ha
bet tacitam hypothecam,non poteſt in præiudicium fi-
ſci repudiare ius ſibi delatum:& hoc propter tacitã hy-
pothecam,quam habet fiſcus in eius bonis. Et non ob-
ſtat ſi dicatur,quòd illud ſit in dicto textu propter priui
legium fiſci, & non propter dictam tacitam hypothe-
cam, quia reſpondet ipſe, quòd hoc non eſt verum,
cùm fiſcus in dubio præſumatur velle vti iure priuati:vt
l.prima.& l.cogi.& ibi per doctores.C.de petitione hæ-
reditatis.& quia in creditis exigendis magis ſunt priui-
legiati priuati creditores,quàm fiſcus.l.quod placuit.ff.
de iure fiſci.vnde ſi dicta repudiatio nocet aliis priuatis
creditoribus,d.l.quòd autem.fortiùs debet nocere fiſco;
cùm autem in dicta l.in fraudem.in principio.& in dict.
§.idémque iuris.aliud dicatur:oportet de neceſsitate di
cere,quòd illud operatur ibi tacita hypotheca.ita ibi te
net Petrus de Ancharano,qui etiã ad hoc mouetur plu-
ribus aliis rationibus,vt ibi videri poteſt: & iſtud idem
refert & ſequitur inſignis doctor,dominus Frãciſcus Pe
pius Florentinus inter conſil.Socin.4.volum. conſil.76.
quia per dominum.
34 ¶†Tamen præmiſsis non obſtantibus, contrarium de
iure verius eſſe arbitror,videlicet quòd venditor in ven
ditione rei ſuæ poſsit in venditione apponere dictum pa
ctum ſpecialis hypothecæ in fauorem alicuius ſpecialis
creditoris dicti emptoris etiam poſterioris tempore,in
præiudicium anteriorum creditorum: quia regulariter
dominus in traditione rei ſuæ poteſt quaſcunque condi
tiones & pacta apponere.l.in traditionibus.ff.de pactis.
& l.legem.C.eo.tit.vnde dicit Bald.in l.nulla.C.de iure
do.

dot.quòd in venditione rei ſuæ,quicquid non inuenitur
prohibitum,cenſetur permiſſum:& ita tenet Socinus in
conſil.118.primo adſpectu.ſecundo volum.duplicato per
errorem in conſi.72.4.vol.& ita etiam probatur ex text.
in l.qui abſenti.§.j.ff.de acquiren.poſſeſ.iunctis not. per
gloſſ.& doctores ibi.iſtud tamen ſané intelligẽdum eſt,
videlicet ſi tale pactum adiiciatur ab initio contractus
ante traditionem,vel ſaltem in ipſa traditione:ſecus au-
tem,ſi adiiciatur poſt traditionem rei:quia tunc nõ poſ-
ſet præiudicare anterioribus creditoribus emptoris,
quibus immediatè per ipſam traditionem & dominij
tranſlationem,factum in emptorem eſſet acquiſitum ius
hypothecæ:ita tenet Baldus in l.final.C.commo. & in l.
35 eam cui.C.de action.& obligation.†vbi illud quod di-
citur in l.Iulianus.§.offerri.ff.de action.empti.videlicet
quòd venditor in re vendita dicitur habere ius quaſi pi
gnoris,propter quod poteſt retinere rem venditam pro
ſuo pretio conſequendo,dicit habere locum ante tradi-
tionem rei venditæ factam emptori:ſed ſi iam deuẽtum
eſſet ad traditionem,tunc niſi ab initio contractus ven-
ditor pepigiſſet,vt res vendita pro pretio remaneret ſibi
hypothecata,non poterit dici quòd remanſerit hypo-
thecata, & venditor in ea non poterit amodò præferri
aliis creditoribus emptoris,etiam ſolam perſonalem o-
bligationem habentibus:& mouetur Baldus per textum
in l.prima.§.fin.cum gloſſ.ff.de rebus eorum.& ipſum re
fert & ſequitur Alexand.in l.ſi cùm dotem.§.fin.ad finé.
ff.ſoluto matrimon.

¶Sed inſurgit in prædictis vna difficultas,videlicet
quid ſi tale pactum non fuit adiectum ab initio contra-
ctus,nec etiam in ipſa traditione rei : ſed poſt rei tradi-
tionem in eodem contractu antequam contractus eſſet
abſolutus , an tunc tale pactum operetur eundem effe-
ctum in fauorem ſpecialis hypothecæ adiectæ, pro ſe-
cundo creditore in præiudicium aliorum anteriorũ cre-
ditorum emptoris:& videbatur dicendum,quòd ſic,per
illam regulam quæ eſt,quòd ea quæ incontinenti fiunt,
videntur ineſſe,ſiue in principio,ſiue in fine contra-
ctus fiant.l.lecta.verſicul.dicebam.ff. ſi certum petatur.
& quia ante contractum abſolutum non videtur ex eo
ius perfectè quæſitum.l.cõtractus.C.de fide inſtrumen-
torum.& ita videtur velle gloſſ.notab.in l.bonæ fidei.in
verſicul.incontinenti. C.de pactis . quæ vult quòd illud
dicatur fieri incontinenti,quod fit in ingreſſu vel egreſ-
ſu contractus antequam paciſcentes ad alia diuertant.&
dictam gloſſam ſequuntur ibi Oldradus,Baldus, Angel.
& Bartolus in dicta l.contractus.& Baldus in l.petẽs.C.
de pactis.in decimaquinta column. & comprobat Ale-
xand.in dicta l.in bonę fidei.ad finem.ſubdens ibi,quòd
in dubio partes non præſumuntur habuiſſe contractum
pro abſoluto , ſi nondũ diuerterunt ad extraneos actus
per allegata ibi per eum:& propterea in terminis noſtrę
quæſtionis videtur dicendum, quòd ſufficiat apponere
dictum pactum in quacunque parte contractus,ſiue an-
te traditionem,ſiue poſt , dummodo hoc fiat antequam
partes deueniant ad extraneos actus, & ſic ante contra-
ctum abſolutum.Nihilominus contrarium de iure pu-
to verius,videlicet quòd requiratur, quòd tale pactum
ſit appoſitum in initio contractus,vel ſaltem in ipſa tra-
ditione rei:& iſtud iudicio meo probatur per textum in
dicta l.prima.§.final.cum l.ſequent.ff. de rebus eorum.
vbi eſt textus , quòd ſi minor emit rem pacto adiecto à
venditore,vt res vendita remaneat ſibi obligata, donec
ei pretium ſoluatur à minore emente,non valet tale pa-
ctum & conſtitutio pignoris in fauoré venditoris:quia
vbi dominium rei venditæ cœpit eſſe quæſitum mino-
ri ementi,quod fit mediante ipſa traditione,vt declarat
gloſſa,non potuit amplius dicta res per minorem obli-
gari ipſi venditori ſine decreto:& tamen,vt ſubditur ibi
in l.ſecunda. videbatur dicendum contrarium : ex quo
enim pignus incontinenti fuerat adiectum in dicto cõ-
tractu,videbatur quòd dominium eſſet quæſitum ma-
iori cum dicta obligatione pignoris, & quòd venditor
quaſi ab initio inhæſerit pignori:ita dicit ibi textus.li-
cet( vt ibi ſubditur ) aliud eſſet ſi pupillus emiſſet à fiſ
ſco cum dicto pacto & obligatione: tũc enim fauore fi-
ſci valeret obligatio:quod tamen intelligit ibi gloſ.non
ratione pacti & expreſſæ obligationis,ſed ratione taci-
tæ hypothecæ introductæ à iure fauore fiſci,vt l.ſecun-
da.C.in quibus cauſis pignus tacit. contrahatur. & ſic
probatur ibi,quòd pactum hypothecæ & pignoris ad-
iectum per venditorem in re vendita in eodem contra-
ctu poſt traditionem non cauſat pignus,quando vendi-
tio facta fuit inter priuatos:ſecùs autem,ſi tale pactum
fuiſſet adiectum ante traditionem rei venditæ : & ita e-
tiam illum textum intelligit ibi Baldus,videlicet, quòd
ad hoc , vt pactum ſuper hypotheca rei venditæ adie-
ctum per venditorem valeat : requiritur , quòd nul-
lo momento temporis res vendita fuerit liberè in do-
minio pupilli emptoris,ſed quòd ad eum tranſierit cum
dicta affectione:vnde ſi tranſlatio dominij præceſsit pa-
ctum de hypotheca , non valet pactum : & ex hoc dicit
Baldus eſſe ibi caſum in quo valet contractus, & tamen
non valet pactum in eo appoſitum.

36 ¶†Ad idem optimus textus in l.licet.C. qui potiores in
in pignor.habean.vbi habetur,quòd res empta ex pecu
nia vnius creditoris , eſt nihilominus obligata priori
creditori emptoris,& ille pręfertur ſecundo creditori,
ex cuius pecunia res empta fuit:niſi ſtatim in emptione
dictæ rei conuentum fuerit:quòd illa res eſſet ſpeciali-
ter obligata ſecundo creditori,ex cuius pecunia empta
fuit.Ita eſt ibi textus.ex quo apparet,quòd ad hoc,vt res
empta per debitorem meum poſsit mihi obligari in prę
iudicium alterius creditoris:debet talis ſpecialis hypo
37 theca apponi ſtatim in ipſa emptione:& facit etiam tex-
tus in l.quamuis.C.de pignor.†Et ita videntur intelli-
genda notata per Paulum de Caſtro & alios in l.contra
iuris.§.primũ.ff.de pactis.vbi volunt,quòd adminiſtra-
tores,vt ſunt tutores,procuratores,& alij poſſunt in a-
ctu contrahendi præiudicare eorum principalibus, ap-
ponendo in contractu pacta reſolutiua ipſius contra-
ctus:videlicet quòd iſtud ſit verum , quando talia pacta
apponuntur in initio contractus , vel in traditione rei:
ſecus autem, ſi apponantur poſtea. Et per hoc in ſpe-
cie decidit ibi Paulus de Caſtro , quòd tutor emens
pro pupillo , poteſt tempore quo emit, apponere pa-
ctum de reuendendo quandocunque venditor reſti-
tuet pretium, & quòd tale pactum valebit , & ita re-
fert ibi Iaſon. Nam etiam iſtud intelligi debet,quan-
do tale pactum in initio contractus , vel ſaltem ante
traditionem rei venditæ appoſitum fuit : ſecus autem,
ſi appoſitum fuerit poſt traditionem rei, per textum
in dicta leg. prima. §. final.cum leg.ſequenti. ff. de re-
bus eorum.

¶Et pro prædictorum confirmatione optimè faciunt
no.per glo.& doctores in l.ſecunda.ff.de in diem adie-
ction.& in l.obligationum ferè.§.conditio.ff.de action.
& obliga.vbi ad cognoſcendum,an contractus ſit purus
& ſoluẽdus ſub conditione, an verò conditionalis , at-
tendi debet,an conditio adiiciatur ab initio ſubſtantiæ
contractus,quia tunc erit conditionalis:an vero condi-
tio adiiciatur ex pòſt reſolutioni ipſius contractus:quia
erit purus , ſed reſoluendus ſub conditione adiecta,
38 †licet in vltimis voluntatibus ſit aliud : quia ſiue ab
initio adiiciatur conditio , ſiue conditio apponatur
reſolutioni actus , ſemper diſpoſitio reputatur condi-
tionalis:vt vult gloſſa in dicta l.ſecunda.& eſt tex.& ibi
Bartolus, Socinus, & alij in l.quibus diebus.§.quidam
Titio.ff.de conditionibus & demonſtrationibus.& ra-
tio differentiæ inter contractus & vltimas volũtates aſ-
ſignatur ibi per Socinũ.†Et non obſtat illa regula,quòd
ea quæ incõtinenti fiunt,cenſeantur ineſſe.dicta l.lecta.
verſicul.dicebam,quia dicta regula non videtur proce-
dere reſpectu traditionis & tranſlationis dominij:ea ra-
tione,



tione, quia facta traditione in contractu emptionis &
venditionis , etiam dato quòd nondum contractus ſit
abſolutus,tranſit dominium rei venditæ in emptorem:
ita tenet Bulga.gloſſator:mutata priori opinione in l.cõ-
tractus. in gloſ.in verſic.vel id.C.de fide inſtrumento.&
ibi ſequuntur Bartolus Bald. & Salicet. & communiter
alij : & ratio eſt quia licet contractus non ſit perfectus,
tamen ſufficit quòd adſit conſenſus, qui eſt cauſa imme
diata tranſlationis dominij, vt declarant ibi Bald. & Sa-
licetus.vnde cùm dominium ſit tranſlatum,etiamſi con-
tractum nondum ſit abſolutũ , non poſſunt pacta incon-
tinenti adiecta , afficere dominium iam tranſlatum in
emptorem,cum iam ſit ei quæſitum ius : ſecus autem eſt
in aliis contractibus,in quibus non agitur de tranſlatio
nę dominij : quia in illis non dicitur ius perfectè quæ-
ſitum alteri contrahenti ante abſolutum ipſum con-
tractum:ſed dominio quæſito emptori ius hypothecæ
competens creditoribus emptoris:fuit etiam quæſitum
in dicta re empta per eorum debitorem immediatè,
quod dominium in ipſum debitorem fuit tranſlatum:
& ideò amplius ei præiudicari nõ poteſt per aliquod pa
ctum.l.id quod noſtrum.ff.de regulis iuris.
40 ¶†Corroboratur etiam hoc,quia dicta regula,quòd ea
quæ incontinenti fiunt,cenſentur ineſſe,de qua in d.l.le
cta . verſic. dicebam . procedit per quandam fictionem,
vt declarat Bartol. in l.ſi quis pro emptore in tertia co-
lumna ff. de vſucapio. & not. Iaſ.in dict. l.lecta.in dict.
verſic.dicebam:& ad eſſe fictionis tranſlatiuè de tempo-
re ad tempus , & de loco ad locum, requiritur habilitas
extremorum : aliàs effectus fictionis non procedit , vt
latè per Bartol.in dict.l.ſi is qui pro emptore . in materia
extremorum,vnde cum ~~tempore~~ pacti adiecti poſt tra-
ditionem,iam dominium non ſit apud venditorem , ſed
tranſlatum ſit in emptorem,deficit extremum , ad quod
videtur ipſum dominium,in quo reſidet hypotheca , &
per conſequens ceſſat regula prædicta fundata in fictio-
ne . Aduerte tamen , quòd dictum pactum adiectum e-
tiam poſt traditionem valet, quod ad ſolum præiudi-
cium emptoris : ſed non quo ad præiudicium credito-
rum,vt dictum eſt:& quòd valeat quo ad præiudicium
ipſius emptoris , probatur argum.not.Bartol.in l.aliena.
in princip.ff.de pigno.action.& in l.ſi indebitum.§.fina.
ff.rem ratio.habet.& eorum quæ habentur per Socin.in
con.126.in cauſa ſecundi decreti , in quarto volum.vbi
habetur,quòd ſi procurator non habens idoneum man-
datum,obligauit rem domini vni , & poſtea eam domi-
nus obligauit alteri , & demùm dominus ratificauit o-
bligationem factam per procuratorem,quòd ratificatio
domini valet in præiudicium ipſius domini : ſed quo ad
præiudicium creditoris , cui dominus ante ratificatio-
nem obligauit , ratificatio non trahitur retrò:quia ante
ratificationem ius erat quæſitum ipſi creditori , cui do-
minus obligauit:ita & in propoſito pactum adiectum
poſt traditionem factam emptori valet,quo ad præiudi-
cium ipſius emptoris:licet non præiudicet creditoribus
ipſius , quibus ius fuerat quæſitum per ipſam traditio-
nem , & dominij tranſlationem . Præterea ſecundo mo-
do poteſt reſponderi ad regulam prædictam dict. l. le-
cta.verſic.dicebam.quòd dicta regula non habet locum
quando contractus principaliter fit pro vno,& pactum
apponitur pro alio : tunc enim tale pactum non infor-
mat actionem ex dicto contractu : ita tenet gloſſa ma-
gna ante medium.in l.petens.C.de pact. & ibi Bartolus
in ſecunda columna in fine. & prima quæſtione.& late
firmat Iaſon in dict.verſiculo dicebam , in antepen.co-
lum.in prima limitatione. vndè cum contractus vendi-
tionis fiat cum emptore , pactum autem , quòd illa res
vendita,ſit hypothecata pro credito alterius, fiat pro a-
lio,ceſſat, dict.regula , quòd pacta cenſeantur ineſſe ad
informandum contractum ſuper quo apponuntur.Ter-
tiò reſpondetur ad dictam regulam , quòd illa non ha-
bet locum in actibus momentaneis : ita notat . Bald.in
capit.dilectus.in prima columna ad fin. de fide inſtrum.
per text. in l. Thais. §. intra. ff. de fideicom. lib. & re-
fert Iaſon in dict. l.lecta in decima column . vnde cùm
traditio & tranſlatio dominij ſit actus momentaneus,
quia momento expeditur , non habet locum in ea di-
cta regula.
41 ¶†Non obſtat quòd debitor non poſsit præiudicare
creditori hypothecario in acquirendis , iuxta not. per
Pet.de Anchar.in dict con.161. quia illud poſſet proce-
dere,quando acquiſitio tota penderet ex voluntate ip-
ſius debitoris acquirentis,putà in aditione hæreditatis
vel huiuſmodi actibus dependentibus ex voluntate ac-
quirentis tantùm : & ita loquitur dict. l. in fraudem. in
princip.& §.idémque iuris.ſed in actu & contractu de-
pendente etiam ex voluntate alterius , vt in emptione &
vẽditione,ceſſant dicta iura : quia dominus rei venden-
do in traditione poteſt apponere quaſcunque conditio-
nes & pacta quæ vult,regulariter loquendo.dict.l.in tra
ditionibus. Vlterius ad dict.regulam dict l. lecta.ver-
ſicu. dicebam. datur alia reſponſio ,videlicet quòd di-
cta regula procedat,quando actus fit ab habentibus po
teſtatem de nouo inchoandi actum : tunc enim verum
eſt,quòd ea quę fiunt incontinenti , cenſentur actui in-
eſſe. ſecus eſt , quando actus fit ab illo, qui non poſsit
actum de nouo facere,ita colligitur ex not. per Imol.in
l.iudex poſtquam.ff.de re iud.quæ refert Alexad.in con-
ſil.90.fere omnis.pen.column.verſic præterea gloſ. pri-
mo volum.In quibus locis inferunt ex hoc , quod iudex
poſt verbum,condemno,in ſententia prolatum ſimplici
ter,non poteſt ſuam ſententiam corrigere, etiam ſi corre
ctio fieret,antequam iudex diuertat ad extraneos actus,
quia iudex poſt condamnationem vel abſolutionem, nõ
poteſt aliquid de nouo facere per allegata in locis præ-
dictis,vnde ſi aliquid vult addere dicto verbo, condem-
no , vel abſoluo,debet illud addere in eodem orationis
42 contextu : †quia eſt magna differentia , an aliquid fiat
in eadem oratione , an in diuerſa,vt patet ex not.in l. ſi
quidem.C.de excep.& in l.exceptionem. C.de proba.&
ex nota. per gloſſam in l. item Labeo. §.primo. ff.famil.
erciſc.& not per Bart.& Angel,in dict.l.iudex poſtquàm
procedunt quando adiectio fit in eadem oratione,ita te
net Alexand.in dict.con.90.in penultima columna poſt
Imol. in dict. l. iudex poſtquam. In caſu autem noſtro
poſt dominij tranſlationem in emptorem , & ex contra-
henti ius hypothecæ acquiſitum anterioribus credito-
ribus emptoris,ipſe venditor non poſſet de nouo actum
facere ſuper dicta re in præiudicium dictorum credito-
rum.argu.l.id quod noſtrum.ff.de re iudic.& per conſe-
quens ceſſat dicta regula. dict.l.lect, ver. dicebam. & d.
l.contractus.C.de fid.inſtr.& remanet firma concluſio,
quòd tale pactum ad hoc vt pręiudicet anterioribus cre
ditoribus emptoris debet apponi in initio contractus,
vel ſaltem in ipſa traditione rei venditæ , quæ not.quia
quæſtio eſt contingibilis.

¶Vltimò dubitatur in iſta materia pactorum , quid
ſi creditor fecit pactum cum debitore, vt res ſibi obliga
ta,non poſſit alienari per ipſum debitorem , an ſi ſequa-
tur alienatio facta per debitorem , valeat in præiudi-
cium creditoris? Et dicendum eſt, quòd non, per text.
in l.ſi creditor.§. fina.ff. de diſtrib.pignor . & ibi notat.
Barto.ſecundum Piſanam.intelligendo tamen, quòd di-
cta res ſit ſpecialiter obligata creditori , vt latius dixi ſu
pra in 2.parte, in ſexta differentia. Et prædicta procedũt
quando debitor contra dictum pactũ de non alienando
dictam rem venderet inuito , vel inſcio creditore.ſed ſi
debitor pro ſuo intereſſe inſtaret,vt vel creditor vende-
ret,vel permitteret quòd ipſe debitor poſsit vendere , &
præſtaret cautionem, iuxta l.quamuis. in princi.ff de pi-
gnor.action. & l.ſicut §.illud verſi.tutius , ff.quib.mod.
pigno.vel hypo.ſolu.per quàm Bart.ibi in fin.dicit deter
minari.d.l.quamuis.putarem quòd debitor iſtud deberet
impetrare : quia dictum pactum operatur,quòd debitor

non poſsit vendere inſcio vel inuito creditore: ſed non tollit facultatem debitori impetrandi quòd creditor vendat, vel ſaltem ſibi permittat vendere præſtita cautione. de qua ſuprà. & faciunt ad hoc no. per Bar. in l. creditoris. ff. de diſt. pign. Aliâs eſſet valde indecens, quòd res pignorata quæ fortè valet vltra duplum quàm ſit debitum, non poſsit vendi ad beneficium debitoris: vt dicit text. in dict. l. quanuis. quæ non debet cenſeri correcta per dict. l. ſi creditor. §. ſi argu. l. præcipimus. C. de appe. cum vulga. Super quo tamen cogita, quia doct. non tangunt. Et per hæc eſt expedita quarta pars iſtius tractatus.

## Quinta pars principalis.

SEQVITVR modò quinta pars principalis huius tractatus: in qua veniunt examinandi effectus, qui producuntur & reſultant ex hypothecis & pignoribus. Et diuiditur iſta pars in quinque membra. In primo membro videbimus de pluribus effectibus in genere, & hypothecis & pignoribus reſultantibus. In ſecundo, de pluribus effectibus ex prioritate & poſterioritate reſultantibus. In tertio, de iure offerendi quod competit in pignoribus & hypothecis, & de eius effectibus. In quarto, de iure retinendi res ex cauſa pignoris & hypothecæ: & de expenſis melioramentorum. In quinto videbimus de fructibus pignorum.

### *SVMMARIVM.*

1 *Promittens dare fideiuſſores, an dando pignus, inuito creditore, liberetur.*
2 *Creditor non poteſt inuitus adſtringi ad pignorum cuſtodiam.*
3 *Sufficientia debitoris quodammodo liberat eum à ſatiſdatione.*
4 *Satiſdare coactus, an dando pignora vel fideiuſſores liberetur.*
5 *Debitor alternatiue promittens vel ſoluere, vel dare pignora, an dans pignus, liberetur.*
6 *Regula, quòd in alternatiuis electio ſit debitoris: procedit, quando alternatiua cadit inter duo, quorum vtrunque eſt in obligatione & ſolutione.*
7 *In alternatiua exigendi electio eſt agentis.*
8 *Datio pignoris quid operetur, & ad quid fiat.*
9 *Obligatus ad nudam cautionem, an liberetur promittendo ſub hypotheca ſuorum bonorum.*
10 *Res hypothecata pro ſorte, an cenſeatur hypothecata etiam pro vſuris.*
11 *Hypotheca tacita introducta à iure pro legatis, an competat etiam pro vſuris legatorum.*
12 *Hypotheca tacita reſpectu vſurarum conditionaliter debitarum, cuius temporis reſpectu ſit attendenda.*
13 *Fictio cuius ſit naturæ, & an ſemper habeat iuris effectum.*
14 *Hypothecata tacita vel expreſſa conditionalis, licet cõſtituatur ab initio actus, tamen ex ea non oritur actio, niſi purificata conditione.*
15 *Conditio quo caſu retrotrahatur, & quo caſu non.*
16 *Specialitates plures circa idem à iure inductæ, poſſunt concurrere.*
17 *Hypotheca tacita à principio pro dote introducta, non extenditur ad augmentum dotis, & quare.*
18 *Hypotheca tacita non eſt deterioris conditionis, quàm expreſſa.*
19 *Hypotheca tacita quæ datur pro legatis, conſtituitur tempore mortis teſtatoris ſub conditione legati: & ex ea non oritur actio, niſi purificata conditione.*
20 *Hypotheca tacita quæ competit pro legatis conditionalibus, non trahitur retro purificata conditione ſicut in contractibus.*
21 *Tex. l. qui balneum. §. i. ver. ſed ſi hæres, ff. qui potio. in pig. hab. de quo pignore ſit intelligendus.*
22 *Tacita hypotheca competens pro legato conditionali & vſuris, non trahitur retro purificata conditione in præiudicium emptoris vel creditoris, qui ab hærede acquiſiuit ius in bonis teſtatoris, pendente conditione.*
23 *Pignus non poteſt conſtitui, neque dari adiecto ſolutioni.*
24 *Emens rem alteri hypothecatam, an teneatur ſoluere precium venditori, priuſquam res vendita ſit libera.*
25 *Conditio ſuſpenſiua impedit obligationem,*
26 *Creditor non dicitur is, qui ſub conditione creditor eſt.*
27 *Dubius euentus alicuius conditionis, quando ſit in conſideratione.*
28 *Vendens alteri rem hypothecatam ſub conditione, non tenetur de dolo.*
29 *Viro ad inopiam vergente, licet mulieri agere ad conſignationem dotis.*
30 *Actio pro dote, regulariter non competit conſtante matrimonio.*
31 *Mulieri agenti ad bona mariti hypothecata, an poſſit per creditores offerri dos in pecunia, & peti relaxatio bonorum cum ceſſione iurium dotalium.*
32 *Mulieri in cauſa dotis agenti fauendum eſt.*
33 *Mulier an in caſu inopiæ mariti, poſſit illius bona omnia occupare.*
34 *Mulier an conſtante matrimonio poſſit impedire hypothecam bonorum ſui mariti.*
35 *Mulier poteſt in cauſa dotis bona mariti fiſco publicata vendicare.*
36 *Retentio dotis, quo caſu competat hæredibus contra vxorem defuncti.*
37 *Redditio rationis, quæ fienda eſt pro adminiſtratione tutelæ, non poteſt ſeparari, ſed in ſimul tota reuideri.*
38 *Mulier an poſſit actionem ſibi pro date competentem, ratione inopiæ emergentis alteri cedere.*
39 *Actio ſubſidiaria non habet locum in materia hypothecaria.*
40 *Mulier poteſt agere vtili rei vendicatione ad rem emptam ex pecunia dotali: & ad rem æſtimatam in dotem, ſi maritus non ſit ſoluendo.*
41 *Hypotheca conuentionalis adiecta pro principali obligatione, non ſe extendit ad pœnam in contractu appoſitam reſpectu priuilegij.*
42 *Lex 2. C. de reſcin. vend. an locum habeat in contractu pignoris.*
43 *Re empta minus iuſto precio, & alteri quàm emptori hypothecata, an teneatur emptor reſtituere eam: & an liberetur iuſtum precium ſupplendo.*
44 *Venditione facta cum pacto de reuendendo infra certum tempus, ſi fiat reuenditio, hypothecæ factæ ſuper illa re per emptorem cenſentur reſolutæ.*
45 *Donatione reſoluta defectu inſinuationis, &c. videtur etiam reſoluta hypotheca cauſata penes donatarium.*
46 *Diſpoſitio l. quoties. C. de rei vendic. an locum habeat in pignore.*

47 Pœna



47 *Pœna falſi, qua tenetur vendens rem duobus nõ habet locum in pignorãte rem duobus.*
48 *Pretium an hypotheca ſuccedat loco rei.*
49 *Actio & paſſio non ſtant in eodem ſubiecto.*
50 *Hypothecaria non extinguitur cum perſonali, ſi perſonalis de rigore tollatur.*
51 *Hypothecaria ſua conditione durat, quouſque ſit ſolutum & ſatisfactum creditori.*
52 *Hypotheca non confunditur ſucceſſione.*
53 *Hypotheca an cõfundatur per aditionem hæreditatis debitoris per creditorem hypothecarium factam,*
54 *Succeſſio quandoque eſt loco ſolutionis, & quãdoque non.*
55 *Acquiſitio dominij rei hypothecatæ, an cõfundat hypothecam.*
56 *Hæres debitoris ſui ſi antequam adeat, cedat hypothecam ſuam, vtilis quæ competit ceſſionario, non cõfunditur per ſequentẽ aditionem, directa autẽ ſic.*

## Primum membrum quintæ partis.

CAPIENDO itaque primum mẽbrum, quod concernit plures effectus generales reſultantes ex hypothecis & pignoribus,
1 †Primò quæritur, an ſi quis promiſit dare fideiuſſores, liberetur dando pignore inuito creditore: & gloſſ. in l. prætoriæ. ff. de pretor. ſtipulato. & ibi Barto. tenet quòd ſic. Idem tenent Cynus & Baldus in l. j. C. de procura. & gloſſ. in authen. de exhib. reis. §. ſuſcepto. gloſſ. Bart. & magis communiter doct. in l. j. ff. qui ſatiſdare cog. & facit ratio, quia melius eſt incumbere pignori, quàm in perſonam agere: & ſic, quàm habere fideiuſſores. l. plus cautionis. ff. de reg. iur. Quod tamen tu tempera. & intellige eſſe verum, quãdo quis ſimpliciter teneretur ſatisdare: tunc enim, vt dictum eſt, ille poſſet pignora vel fideiuſſores dare: ſed ſi quis expreſſe promiſiſſet dare fideiuſſores, non poſſet inuito creditore dare pignora: quia aliud pro alio inuito creditore ſolui non poteſt, etiam ſi melior conditio offeratur, vt in §. præterea. inſtit. de actio. & l. fin. ff. de vſu & habi. text. iuncta gloſſ. in authenti. offeratur. C. de lit. conteſt. not. Iaco. But. & Salic. in l. j. C. de procura. Sequuntur Alex. & Iaſ. in d. l. j. ff. qui ſatiſdare cogã.
2 ¶†Et pro hoc Iaſ. ibi adducit aliam rationem. nam ſecundum eum labor eſt in cuſtodiendo pignora, & periculum: quibus creditor inuitus adſtringi non debet. allegat tex. nota. in leg. quemadmodum. §. pe. ff. ad leg. Aquil. Quem tex. dicit eſſe notandum contra Hebræos fœneratores, qui reſtituunt pignora, puta veſtes corroſas à tineis vel muribus, quòd tenentur ſoluere damnum & intereſſe, & faciunt nota. per Bald. in l. quæ fortuitis. 6. col. C. de pign. action. vbi dicit quod fœnerator qui pignoratas res minus diligenter excuſſit à tineis, eſt in leui culpa, & per conſequens tenetur per l. ſi vt certo. §. nunc videndum. ff. commo.
3 ¶†Item adde prædictis, quod quis tenetur ſatiſdare. liberetur à ſatiſdatione prædicta, ſi ſit valde diues & idoneus, vt not. Bart. in l. quicunque. la. ſec. C. de fund. patri. lib. 11. & tradunt Alexand. & Modern. in d. l. j. ff. qui ſatiſ. cogã. Sed qui tenetur dare pignora, non liberatur, etiam quod ſit valde idoneus: quia plus cautionis eſt in re, quam in perſona: ita tenet Decius in regula, plus cautionis, per illum tex. ff. de reg. iuris.
4 ¶†Secundo dubitatur, an qui tenetur ſatisfacere, liberetur dando pignora vel fideiuſſores. & Gulielmus, Bart. Alex. Iaſ. & alij in d. l. j. ff. qui ſatiſ. cog. tenẽt quod ſic: ſecus autem eſſe dicunt, ſi quis teneretur ſoluere: quia tunc requireretur pecuniaria ſolutio, & non ſufficeret dare pignora vel fideiuſſores. l. 4. §. ait prætor. ff. de re iudi. l. item liberatur. §. j. ff. quib. mod. pign. vel hypothe. ſolu. & late habetur per Soci. in con. 93. circa primum 1. & 2. col. 1. vol. vbi etiam dicit, quod iſta verba vulgari ſermone, *faire il donere*, idẽ important quod ſatisfacere. Et quod dictum eſt de verbo, ſoluere: eſt etiam dicendum de verbo, reſtituere, & dare, vt latè firmat Soc. in conſil. 90. 4. col. verſi. item promiſit. 4. vol. & ex prædictis infert Bal. in capitu. cùm aliquibus. de re iudic. per illum text. quòd condemnatus ad ſoluendum, non intelligitur ſoluere, licet pignora offerat, & ideo ſi aliquis eſſet condemnatus pro maleficio in centum, & ſi infra menſem non ſoluerit, pœna duplicetur: non ſufficeret dicto condemnato offerre pignora in commune, & facit ad prædicta, quod not. Bartol. in l. ſtatu liberos. §. ſi quis acceperit. ff. de ſtatu libe. quod ſtante ſtatuto, quod qui non poteſt ſoluere condemnationem pecuniariam de mille, capite puniatur: non ſufficit, ſi velit dare fideiuſſores, & idem tenet Bart. in l. j. ff. de cuſto. & exhib. reo. Et ita refert & ſequitur Iaſ. in d. l. j. qui ſatiſd. cog. Aduerte tamen in predictis ad vnum, videlicet quòd ille qui tenetur ſatisfacere ex diſpoſitiõe hominis, tenetur ſoluere: alias non liberatur, & ideo iſto caſu non ſufficeret dare pignora vel fideiuſſores. l. promiſſor. & authent. ſi quando. C. de conſti. pe. & tenent Guliel. Bald. & doct. in d. l. j. ff. qui ſatisdare cogan. & eſt text. & ibi Bartol. in l. fin. ff. ſi cert. pet. refert & ſequitur Soci. in dicto. conſil. 90. viſis quibuſdam. 4. colum. verſic. tert. conclu. 4. vol.
5 ¶Tertio dubitatur, quid ſi debitor promiſit alternatiue, vel ſoluere, vel dare pignora, an ſi velit præſtare pignora, ſufficiat: & Bartolus. poſt Guliel. de Cug. in l. quamuis: in princip. ff. de pignor. action. ſingulariter determinat, quod non ſufficiat, quia in iſta alternatiua eſt electio creditoris, & opin. Bar. ſequuntur ibi Alberic. Fulgoſi. & Paul. de Caſtr. & Alexand. in dicta l. j. ff. qui ſatiſdare cogan. Et iſta eſt communis opinio, contra quam Iaſon ibi. & in l. 4. §. ſi ex conuentione. ff. de re iudica. dicit ſe valde dubitare: quia ſecundum eum, dictum pactum de præſtando pignora alternatiue, non dicitur appoſitum fauore creditoris; ſed potius fauore debitoris; & ideo videtur dicendum, ſecundum Iaſ. quod deciſio Bartoli & aliorum, quæ eſt quod ideo electio ſit creditoris, quia tale pactum adiectum ſit fauore creditoris, non ſubſiſtat, vt ibi late per eum. Tamen non obſtante dicta difficultate mota per Iaſon. videtur omnino veriſsima concluſio Bart. & doctor. quia eſt aduertendum, quod iſta promiſsio alternatiua, videlicet vel ſoluere 10. in Paſchate, vel dare pignora, non cadit inter duo quæ principaliter compræhendantur in obligatione: nam promiſsio de ſoluendo 10. ſola eſt in obligatione principali, promiſsio autem pignoris, facta eſt ad cautelam, & acceſſorie ad dictam principalem obligationem. ità declarat Salic. in l. non dubium. in ſeptima column. in verſicul. vlterius hanc legem induco. C. de legibus.

Cõm. opin.

6 †Et colligitur optime ex not. per Barto. in d. l. quamuis. dum expreſse dicit, quòd tunc procedit regula, quòd in alternatiuis ſit electio debitoris, quando alternatiua cadit inter duo, quorum vtrumque eſt in obligatione & ſolutione, ſed in articulo propoſito vnũ eſt in obligatione, aliud verò ponitur ad cautelam creditoris. ita dicit ibi Bartol.
7 ¶†Probatur etiam hoc ex nota. per Bald. in l. final. in tertia. column. in verſi. quæro in iſto verſicul. C. de petit. hæred. vbi dicit, quod in alternatiua exigendi eſt electio agentis, licet in alternatiua ſolutionis, ſit electio debitoris, per iura quæ ibi alleg. & iſtud dictum allegat & ſequitur Felin. in c. inter cæteras. ſecunda column. & 2. fallen. de reſcrip. vbi etiam approbat dictam deciſionem Bar. Cùm ergo in caſu Bart. non ſit in ſolutione, niſi quantitas promiſſa,
8 ¶†datio autem pignoris fit pro ſecuritate, & ad facilitandam executionem, & abſque eo quòd det robur contractui, vel obligationi, vt lege, qui autem.

§.j.de conſtit.pecu.& not.Salic.in l. ea lege. in 13. oppoſi.C.de conditi.ob cau.& refert & ſequitur Iaſ.in l. ſi ita quis.§.ea lege.8. col.verſic. adde etiam quòd Salic.ff. de verbor. obliga.ſequitur quod non poteſt cadere electio debitoris, qui tunc eligit quando alternatiua cadit inter duo, quæ ſunt in obligatione & ſolutione, vt dicit Bartol.in dicta l.quamuis.Et non obſtat quòd pignus poſsit vendi,& inde haberi pecunia vt dicit Iaſon. quia totum iſtud reſpicit modum exigendi, & creditor pro ſua ſolutione poteſt eligere executionem quam vult:vt per Bart.in l.conſentaneum. in vlti.colum.C.quomodo & quando iud.ſed per hoc non eſt dicendum,quod datio pignorum ſit in ſolutione,vel in modo ſoluendi : ſed ſolum in modo cauendi ipſi creditori, vt ſcilicet inde poſsit conſequi ſolutionem, & ſic non obſtat difficultas mota per Iaſo.& vera eſt deciſio Bartol.quam doct. communiter ſequuntur. Inquantum tamen dictum fuit ſupra proxime, quod datio pignoris introducta eſt ad facilitandam executionem,non autem quod ex ea magis roboretur contractus.dicta.l.qui autem. §.j.ff. de conſtit.pecun. cum aliis ſupra allegatis.Intellige & declara quod nihilominus debitum, pro quo ſunt data pignora, eſt grauius quàm illud, pro quo non ſunt data pignora, ita quòd ſi vnus eſt debitor in vna quantitate cum hypotheca vel pignoribus:in alia autem ſine hypotheca ſoluendo ſimpliciter,& non exprimendo pro quo debito ſoluat, cenſetur ſoluere pro illo debito in quo eſt hypotheca: vt eſt text. in leg.cum ex pluribus, la prima.ff.de ſolut.& nota.Bartol.in lege cum ex pluribus, la ſecund.eodem.titulo.& refert & ſequitur Socin.in conſi.293.præſens conſultatio.j.col.verſ.primum probatur.2.volum.

9 ¶†Quarto dubitatur, an ille qui tenetur ad nudam cautionem,teneatur ſaltem promittere ſub hypotheca ſuorum bonorum?& Bartol. & Ang.in l.prætoriæ.l.vltim.ff.de prætor.ſtip.& Bar.in l.ſi prius. in tertia.queſt.ff.de no.ope.nunc.& in l.j.ff. qui ſatiſd. cogã.tenent quod ſic:quia iſtud promittere eſt facile. per l.ſi filio.in fine. ff.vt in poſſ.leg.& ita etiam tenent Imol.& Paul. de Caſtro.in le.diuortio.§. interdum.ff. ſolu.matrimo.Sed contrariam opinionem,ſ.quòd immo non teneatur promittere cum hypotheca, tenet Imol.in d.l.prætoriæ.& in d.l. ſi prius.& iſtam ſecundam opinio.tanquam veriorem tenet Alexan. ibi in d. 3.quæſt.& in leg.diuortio.§.interdum.in 2.col.in vtroque loco reſpondet ad d.l. ſi filio. in qua Bartol.& ſequaces ſe fundant.¶Tamen primam opin.Barto.tenet Roman.in d.l.ſi prius.& illam ſequitur Alexãder ſibi contrarius in l.j.ff.qui ſatiſda.cog.& illam late defendit & comprobat Iaſon.in dicta l.ſi prius.in penu.col. per multa quæ ibi allegat: & idem tenet Iaſon. in d.l. pen.col.& iſtam opinionem dicit Bartol.in d.l.prætoriæ. ſeruari de communi conſuetudine, & propterea illa omnino eſt tenenda, videlicet quòd qui tenetur ad nudam cautionem vel promiſsionem faciendam alicui, teneatur promittere cũ hypotheca bonorum.

10 ¶†Quintò quæritur, an res hypothecata pro ſorte, ſit etiam hypothecata pro vſuris. Et diſtinguendum eſt, quod aut obligatio & hypotheca fuit facta pro ſorte, ſpecificè exprimendo certam quantitatem, puta pro centum: & tunc dicta obligatio non continet vſuras: vt l.fideiuſſores magiſtratuũ. in prin.& §.j.ff. de fideiuſſor.& glo.in l.quæro.in prin.ff.loca. & habetur per Bartol.in l.centum Capuæ.ff.de eo quod certo loco.& habetur per Alex. in l.ſi cum dotem.§. ſinautem in ſæuiſsimo.ad fin.ff.ſolu.matrim.& dixi ſuprà in 4.membro 2.partis. nu.48. & 49.declarando: vt ibi. Aut obligatio & hypotheca fuit ſimpliciter facta ſine reſtrictione ad certam quantitatem: puta pro obligatione, ſeu promiſsione: quia tibi teneor in tali inſtrumento vel chirographo,obligo & hypotheco tibi omnia bona mea: talis enim hypotheca dicitur ſimpliciter facta,etiam dato quòd in promiſsione & inſtrumẽto ſit expreſſa certa quantitas,dũmodo in hypotheca quantitas illa non exprimatur,ſed relatio habeatur ſimpliciter ad obligationem,de qua in inſtrumento, ita colligitur ex notatis in dict. l.fideiuſſores magiſtratuum. in prin.& §.j.& in l.quæro.in prin.ff.loca.& tunc ſubdiſtinguit,quia aut vſuræ ſunt naturaliter tantum debitæ,& tunc pro eis nõ tenetur hypothecaria,niſi ſpecialiter ſit dictum.ita tenet Bartolus in l.ſolutum.§. ſi in ſortem.ff.de pign.act.per tex.ibi in verſi.ſiue autem. & per text.in l.per retentionem.C.de vſur. Aut vſuræ debentur naturaliter & ciuiliter,& tũc pignus ſeu hypotheca ſimpliciter acceptum( vt dictum eſt) tenetur etiam pro vſuris,ſicut dicimus in fideiuſſore,vt dict.l. centum Capuę.ita dicit Bartolus in dicta l.ſolutum.§. ſi in ſortem:Aut vſuræ debentur ſolo officio iudicis.& in hoc etiam Bartol.in dicto §.ſi in ſortem.tenet idem eſſe quod in fideiuſſore,& idem Barto.in l.fina.penul. colum. in verſic pro declaratione præſentis materiæ. ff.de eo quod certo lo.In fideiuſſore autem concludit quòd aut mora ex qua veniunt vſuræ officio iudicis, præceſsit obligationem fideiuſſoris:quia ſcilicet tempore fideiuſsionis iam vſuræ debeantur, & tunc ſine dubio fideiuſſor ſimpliciter acceptus, ad illas tenebitur,vt d.l.quæro.in princi.ſecundum lecturã Azo.Aut mora non præceſsit fideiuſsionem.ſed ſequuta eſt, & tunc Barto.ſequendo opinionem Ioannis tenet etiam, quòd ad illas fideiuſſor teneatur:& ratio eſt ſecũdum eum,quia licet tales vſuræ veniãt officio iudicis propter moram:tamen veniunt ſecundum naturam actionis bonæ fidei.d.l.quæro.in princ.& l.ſi poſtea.ff. rem pub.ſal.fo.& iſtam opinionem dicit eſſe veram & cõmunem Iaſ.in dicta l.centum Capuæ.in penul.colũ.in verſic.quinta fuit ſolutio Ioan.vbi latè & clarè explicat:& quod dictum eſt in fideiuſſore, dicendum eſt etiam in pignore ſecundum Bartolum,vbi ſupra.¶Adde etiam prædictis,ꝙ ſi ſecundus creditor ſoluat priori creditori ſortem & vſuras,ꝙ etiam habebit obligatum pignus pro dictis vſuris:non tamen pro vſuris vſurarum,vt eſt text.& ibi glo.& Bart.in l.ſi prior.§.j.ff. qui potio.in pig.hab.

11 ¶†Sexto quæritur,an tacita hypotheca introducta à iure pro legatis,iuxta l.primam.C.commun.de legat. competat etiam pro vſuris legatorum? & quid etiam in aliis tacitis hypothecis? & dicendum eſt, quòd ſi bona tacite hypothecata reperiũtur penes hæredem, vel alium debitorem tempore quo vſuræ deberi incipiunt, quòd bona erunt obligata etiam pro vſuris, Ita tenet Bart.poſt Iaco.de Aretio.in l.ſi cùm dotem.§. ſinautem in ſæuiſsimo.ff.ſoluto matrimon.& mouetur Bartolus per l.Lucius.ff.qui potior.in pigno.habean. quæ licet loquatur in expreſſa hypotheca,tamen illam Barto.extendit etiam ad tacitam hypothecam,& cum opinion.Bartol.tenet Alexand.in dict. §.ſinautem in ſæuiſsimo,concludendo,quòd ſicut pro dote bona mariti ſunt tacitè obligata:ita & pro alimentis, ſeu vſuris pro dote debitoris.¶Sed dubitatur, an iſta tacita hypotheca reſpectu vſurarum,quæ conditionaliter debẽtur,videlicet ſi ſors ſoluta non ſit, attendatur habito reſpectu ad diem purificatæ conditionis,qua vſuræ deberi incipiunt:an autem trahatur retro ad initium,videlicet in legatis ad diem mortis teſtatoris,in contractibus vero ad diem contractus. Et in hoc Paulus de Caſtro in conſil.octauo ad primum reſpondet.in fin. ſub dubio,tenet,quòd pro alimentis dotis bona mariti ſunt hypothecata ſoluto matrimo. vſque ab initio, ſcilicet tempore dotis conſtitutæ:allegat.no.in d.l.j.ff. qui po.in pig.habe.& ſic vult allegare not.ibi per glo. dum allegat d.l.Lucius.Ad idem optimè facit textus in l.cũ oportet.§.ſed cùm tacitas.C de bo.quæ libe.vbi, bona patris ſunt tacitè obligata filiis ab initio receptę adminiſtrationis bonorum maternorum pro mala ad-



adminiſtratione poſtea facta per patrem, & dicit ibi Baldus quod inſpicitur initium vnde aliquid euenire poteſt.¶Sed contrariam opinionem tenet Socinus in conſilio 41.in præſenti conſultatione quarto volum.in quarta columñ.in verſicu.ſed contrarium puto verius. Et mouetur principaliter,quia permiſsio reſtitutionis dotis cõfeſſatæ,dicitur conditionalis,videlicet ſi dos numerabitur,vt l.fina.C.de non numera.pecun.& habetur in l.cùm quis.C.de iure & fact.igno.& tamen in dote non introducitur tacita hypotheca,niſi ſequuta numeratione.l.aſsiduis.C.qui po.in pign.hab.licet in hypotheca expreſſa in dote,bene attendatur tempus contractus,vt habetur in l.prima ff.qui po.in pign.habean.Si igitur in tacita hypotheca dotis iſtud eſt,quæ eſt fauorabilis,vt l.prima ff.ſolut.matrimo.fortius dicendum eſt in legato conditionali.quòd ſcilicet in eo non introducatur tacita hypotheca,donec non ſit purificata conditio,& effectualiter debeatur.& pro hoc etiam adducit l.ſi conſtante.C.de donatio.ante nupt. vbi in augmento dotis tacita hypotheca oritur tempore facti augmenti,& non retrotrahitur ad diem dotis promiſſæ vel datæ.Et reſpondet ad dict.l.cùm oportet.§.ſed cùm tacitas.poſt Salic.in dicta l.ſi conſtante. quòd ideo attenditur tempus inchoatæ adminiſtrationis,quia illo tempore bona ad patrem peruenerũt. & corroboratur,quia ſi attenderemus initium,prout dicit Paulus de Caſtr.in dicto conſil.8.plura ſpecialia circa idem concurrerent,contra text.& ibi not.in l.j. C.de do.promiſsio.& in l.cùm poſt.§.gener.ff.de iure dot.Primum quòd tacita hypotheca induceretur ſuper vſuris pendente conditione,& ſic ante ortam obligationem,per ea quæ habentur in l.potior.§.primo ff. qui pot.in pign. habean.Secundum,quod alia tacita hypotheca quæ de iure non eſt inducta,induceretur contra titu.ff.in quibus cauſis pignus taci.contraha. Tertium,quòd pro vſuris à quibus debitor poteſt ſua voluntate ſe excuſare ſoluendo ſortem,obligatio retrotrahatur ad diem initi contractus cõtra not.in l.j. qui pot.in pignor.habe.Et ideo concludit Soci.quòd tacita hypotheca conditionalis oriatur tempore exiſtentis cõditionis,& non trahatur retro ad initium cõtractus facti.Et ex hoc infert ipſe,quòd ſi hære ſobligat creditori bona teſtatoris,pendente conditione legati,& poſtea eueniat conditio legati,quòd potior erit in dictis bonis creditor,quàm legatarius.& mouetur,quia reſultaret triplex ſpecialis,ſi aliud diceretur contra regulas iuris.nam primo conditio traheretur retro in legatis contra not.per gloſſ.& docto.in dict.l. ſi filius.in princip.ff.de verborum obligat.ſecundo,ꝙ cùm eſſet in poteſtate hæredis,non incidere in obligatione vſurarum de iure,conditio retrotrahi non deberet,iuxta l.j.ff.qui po.in pigno.habean.tertiò,quòd tacita hypotheca quæ de iure non inuenitur inducta,tali caſu induceretur in vſuris,cõtra titu.ff.& C.in quibus cau.pign.taci.contraha.¶Ego autem in iſto ſubtili articulo puto pro veritate eſſe aduertendum, quòd aut nos loquimur in cõtractibus,aut in legatis.Primo caſu,quando ſumus in contractibus, cenſeo tacitam hypothecam de iure inductam,ſecundum diuerſos caſus ſuprà notatos in ſecunda parte,quarto membro,ſiue ſumus in actu vel contractu conditionali,ſiue puro,fuiſſe conſtitutam miniſterio iuris ab initio ipſius actus ſeu contractus:quia tacita hypotheca, quæ inducitur,miniſterio iuris inducitur:quia ius fingit dictam hypothecam fuiſſe ab ipſis contrahentibus adiectam in actu,etiam quòd de hoc nihil dictum fuerit.iſta concluſio probatur in l.vni.§.vt plenius.C.de rei vxo.action.ibi hypothecæ ineſſe dotibus intelliguntur:& ibi ſimili modo intelligi factam ſtipulationem & hypothecam ex vtraque parte,quaſi fuerit ſcripta. Idem etiam probatur in lege tertia,C.in quibus cauſ.pign.tacit.contraha,ibi tacita,pactione ineſſe:& idem apparet in toto tit.ff.& C. in quibus cauſ. pign. tacit.contrah. lex enim in omnibus tacitis hypothecis fingit pactionem & conuentionem partium contrahentium,quamuis expreſſa & ſcripta non fuerit,& eſt perinde,ac ſi in veritate illa hypotheca fuiſſet cõ-

23 ſtituta per conuentionem partium. †Nam de natura fictionis eſt, quòd illud quod in facto non eſt verum, fingatur eſſe verum: & illud quod fingitur, habet iuris effectum, perinde ac ſi in veritate eſſet, vt declarat Bartol.in lege ſi is qui pro emptore. ff.de vſucap.in j. quæſt.circa diffinitionem fictionis.vnde ſicut expreſſa hypotheca conſtituitur per partes ab initio contractus, ſiue contractus ſit purus, ſiue conditionalis,ita

14 & in tacita à iure introducta.†Sed in cõtractu conditionali quamuis conſtituatur ab initio, tamen conſtituitur ſub conditione: & non oritur niſi demum purificata conditione.l.cedere diem.ff.de verbo.ſigni.& ſicut obligatio perſonalis & conditionalis ab initio conuentione partium conſtituitur, & in contractum deducitur, & tamen non oritur actio, niſi purificata conditione.d.l.cedere diem. ita & realis & hypothecaria ab initio ſub conditione conſtituta,non oritur, niſi adueniente conditione, vt eſt text. expreſſus in l. grege.§.fin.ff.de pign.& ſic eſt concluſio, quòd ſicut expreſſa hypotheca tam pura quàm conditionalis, conſtituitur ab initio conuentione expreſſa: ita & tacita miniſterio & fictione iuris, & purè & ſub conditione conſtituitur:ſed tam expreſſa, quàm tacita conditionalis, non oritur niſi purificata conditione: Ex quibus infertur, quòd ſicut hypotheca expreſſa, purificata conditione caſuali, & quæ non conſiſtit in poteſtate debitoris, trahitur retro ad diem contractus, vt l.j.& l.qui balneum.in prin.& §.j. & l.poti.in pign. & §.j.ff.qui po.in pign.hab. ita & in tacita dicendum eſt.arg.l.cùm quid.ff.ſi certum pet.& probatur etiam ex not.per Barto.& communiter doctor.in l.aſsiduis. C.qui pot.in pig.hab.vbi habetur,quòd tacita hypotheca in dote, trahitur retro ad diem poſſeſsionis: quia ſcilicet maritus,cui fuit promiſſa dos, & poſtea data cenſetur, obligatus ad reſtitutionem dotis à die promiſsionis, & ab illo die conſtituta fuiſſe cenſetur tacita hypotheca. Quamuis enim promiſsio de reſtituendo dotem, ad quam maritus per tacitam ſtipulationem obligatur,ſit cõditionalis,videlicet ſi dos promiſſa ſibi ſoluatur.iuxta l.final.C. de non numeranda pecu.& eodem modo conſtitutio hypothecæ tacitæ, iuxta d.l.vni.§.& vt plenius.tamen ſubſequuta poſtea donatione dotis,& ſic purificata conditione,ſub qua maritus tacitè erat obligatus, & illius bona tacitè hypothecata,illa conditio trahitur retro ad diem promiſsionis dotis factæ marito, quo die tacitè maritus fuit conditionaliter obligatus ad reſtitutionem dotis, & eius bona tacitè fuerunt ſub conditione obligata.& ita eſt communis & magis vera opin.docto.vt dictum fuit ſuprà in 4.membro ſecundæ partis.num. 87.& iſtam eſſe communem opinionem teſtatur idem Socin.in conſi.269.pro inueſtigatione.in 3.& 4.colum. in verſic.4.& vlt.2.volu. Et ideo non eſt verum illud, quod dicit Socin.in d.conſil.41.4.volu.in 4.colum.in verſicu.2.principalis reſponſio.vbi vult. quòd licet in expreſſa hypotheca attendatur tempus obligationis tamen in tacita attenditur tempus datæ dotis: quia licet iſtam opinionem teneant aliqui,quos ipſe ibi alleg.tamen in contrarium eſt opin.Bart.& communis, vt dictum eſt ſuprà proxi. Et ſicut tam expreſſa quàm tacita hypotheca bonorum ſub conditione conſtituta,trahitur retro ad diem contractæ obligationis pro ſorte principali,ita & trahi debet pro vſuris dictę ſortis per l.Lucius.ff.qui po.in pig.hab. quia hypotheca ſimpliciter conſtituta, cenſetur etiam conſtituta pro vſuris,vt l.ſolutum.§.ſi in ſortem.ff.de pign. action.& ibi firmat Barto.vt dixi ſuprà in hoc primo membro,

Commu. opin.

in quint.quæſt.nu.13.& ideo ſicut trahitur retro pro ſor
te principali,ita debet trahi pro vſuris:quia vſuræ ſunt
acceſſoriæ ad ſortem,& priuilegium principalis obli-
gationis.trahitur etiam ad acceſſorium per regulam,
acceſſorium.cùm materia de regulis iur.libr.ſexto. &
iſta propriè eſt intentio dict.l.Lucius.vt eſt de mente
Bart.dum ſummat,quòd qui potior eſt in ſorte,potior
eſt in vſuris:& ibi expreſſe hoc vult glo.& ſequitur e-
tiam Salicet.ſi ergo hoc dicimus in ſorte,quæ eſt debi
ta ſub conditione,fortius dicendũ eſt in ſorte,quæ eſt
debita purè:quia licet vſuræ debeantur ſub conditio-
ne,videlicet ſi ſors non ſoluatur:tamen quòd omnino
purificata conditione propter ſortem non ſolutam,cõ
ditio trahatur retro ad diem promiſsionis ſortis ex di
15 cta ratione acceſſorij per dict.l.Lucius.¶†Et iſtam o-
pinionem de vſuris,quòd in eis conditio trahatur re-
tro ad promiſsionem ſortis ratione dict.regul.acceſſo
rium,per dict.l.Lucius.tenent etiam ibi Baldus.& An-
ge.& tenent Barto.Bald.Salice.& Ange.in l.j.ff.qui po.
in pign.habeã.poſt gloſſ.ibi quæ d.l.j.limitat in vſuris
per d.l.Lucius.& ſequitur Angel.in dict.l.ſi filius.ff.de
verbo.obliga.& hanc opinionem in tacita hypotheca
tenet Bart.in dict.l.ſi cùm dotem.§.ſin autem in ſæuiſsi
mo.ff.ſolu.mat.poſt Iaco.de Aret.ibi,vbi volunt,quòd
ſicut bona mariti ſunt tacitè obligata pro dote , ita e-
tiam pro alimentis,& hoc per dict.l.Lucius.idem vult
Bald.in d.l.vni.§.ſed vt plenius allegando d.l.j.idem te
nent Raph.& Cuma.& Alexan.in d.§.ſin autem in ſæ-
uiſsimo & Paul.de Caſt.in conſi.8.ad primum reſpon-
detur in fin.quod allegat Alexan.in d.§.ſin autem in ſę
uiſsimo.Et non obſtant allegata per Socinũ & primo,
quod ipſe dicit de tacita hypotheca dotis,quòd in ea
attendatur tempus numerationis dotis,& non promiſ
ſionis,iuxta no.in l.aſsiduis:quia,vt dixi ſuprà , in hoc
opinio contraria eſt magis vera & communis , & etiã
atteſtatur ipſe Soci.in d.conſi.269.2.vol.

¶Non obſtat quòd ex quo eſt in poteſtate debito-
ris,quòd vſuræ non debeantur,ſi ſolueret ſortem,quòd
non debeat conditio trahi retro,iuxta l.j.& l.qui bal-
neum.in princ.& §.j.ff.qui pot.in pign.habe.quia iſta
deciſio habet locum in ſorte , & in principali debito:
quia in eo contrahendo debet inſpici,an ſit in poteſta
te debitoris,facere quòd non contrahatur:ſed eo con
tracto,non ſpectatur in vſuris,an fuerit in poteſtate de
bitoris in illas incidere,vel non,ſed in illis omninò cõ
ditio hypothecæ retrotrahitur ad diem obligationis
ſortis.ita firmat glo.in d.l.j.in glo.in verſicu.compelli
tur.in fin.per d.l.Lucius.& facit regula prædicta,ac-
ceſſorium.& faciunt.no.per Bald.in l.& ſi is.C.de prę-
di.mi.& in l.ſi tibi.§.de pignore.C.de pact.

16 ¶†Non obſtat quòd plures ſpecialitates videantur
circa idem concurrere contra l.j.C.de do.promiſsio.
quia reſpondetur quòd quando plures ſpecialitates
circa idem ſunt inductæ à iure communi,poſſunt con
currere,& admittuntur.Ita tenet Baldus in l.prima ad
fin.C.quando licet.ab empt.diſce.per text.in l.ſi ita fa
cta.ff.de iniuſt rupto & irri.teſtament.& refert & ſe-
quitur Iaſ.in l.quoniam in prioribus.ad fin.in verſicu.
teneo iſtud vltimum.C.de inoffic.teſtamento.ſed iſtę
ſpecialitates,videlicet quòd purificata conditione ca-
ſuali,hypotheca retrahatur , & quòd hypotheca pro
vſuris competat,ſicut competit pro ſorte,& quòd re-
ſpectu vſurarum quæ acceſſoriè debentur , ad ſortem
non attendatur,an ſit in poteſtate debitoris , eas non
iri debitas,ſunt omnes inductæ à iure communi,vt ha
betur in locis præallegatis.Præterea plures ſpecialita
tes admittuntur circa idem,quando vna venit in con-
ſequentia alterius:ita tenet Barto.in dict.l.ſi is qui pro
in penultim.column.per text.Inſtit.quibus modis ius
patr.po.ſolu.§.ſi ab hoſtibus.& per alia quæ alleg.ſed
ſpecialitates quæ inducuntur in vſuris,veniunt in cõ-
ſequentiam alterius,videlicet,illarum.&c.quæ indu-
ctæ ſunt circa ſortem,merito tolerantur.& cum Barto.
tranſit etiam Iaſo,in dict.l.ſi is qui pro emptore.colũ.
17 fina.¶†Non obſtat dict.l.ſi conſtante.C.de donat.an-
te nupt.quia hypotheca tacita,quæ à principio fuit in
troducta pro dote,non ſe extendit ad augmentum do-
tis:& ratio eſt,quia tempore datæ dotis non erat in cõ
ſideratione augmentum poſtea factum,ſicut ſunt ali-
menta dotis,quæ acceſſoriè veniunt ad ipſam dotem:
vt expreſsè notat Paulus de Caſtro.in dicto conſilio 8,
ad primum reſpondetur,&c.in principi.& in fine.vbi
vult quòd alia eſt hypotheca tacita,quæ oritur pro do
te data,& alia quæ oritur poſtea pro augmento dotis
facto ex interuallo poſt dotem:quia prima oritur tem
pore dotis datæ,& ſecunda tempore augmenti facti.
& prima habet hypothecata bona,quæ maritus habe-
bat tempore dotis:ſecunda autem habet hypotheca-
ta bona,quæ maritus habebat tempore augmenti fa-
cti.& ſic diuerſa eſt ratio in augmento dotis,quam ſit
in alimentis.& augmentum non venit per modum ac
ceſſorij:ſed æquè principaliter ad dotem,ſicut veniũt
alimenta.vt colligitur ex not.per Bartolum in l.final.
C.per quas perſonas no.acqui.& per Dy.in dicta reg.
acceſſorium.Eſt ergo concluſio,quòd ſicut hypothe-
ca conditionalis expreſſa in contractibus trahitur re-
tro ad initium contractus,ita & tacita.
18 ¶†Et probatur vltra prædicta,quia tacita hypotheca
non eſt deterioris conditionis,quàm ſit expreſſa . ſed
quo ad proprietatem,à pari procedunt,vt notat Dyn.
in regula,qui prior.de regulis iuris.libr.6.& Bartolus
in l.is qui.ff.de iure fiſci. & eſt caſus in l.vnica.C.rem
alien.geren.& in quarto libr.C.& latè per alia firmat
Paulus de Caſt.in conſi.394.quanquam multa copioſè
in penul.col.in ver.circa ſecundum quæſitum.
19 ¶†In ſecundo autem caſu,quando ſcilicet ſumus in
legatis:tunc etiam puto,quòd etiam legatum ſit con-
ditionale , tamen tacita hypotheca ſit conſtituta pro
illo tempore mortis teſtatoris miniſterio iuris.& iſta
etiam concluſio probatur per text.in l.j.§.cum enim.
C.commun.de lega,vbi dicit text.quòd ſicut teſtator
in ſuo teſtamento poteſt hypothecam rerum ſuarum
dare cui voluerit.ita non ab re eſt , tacitam hypothe-
cam induci à lege,nullo verbo præcedente,& ſic taci-
ta hypotheca pro legatis,inducitur à lege ad inſtar ex
preſſæ,quam teſtator poteſt in ſuo teſtamento dare.ſi-
cut ergo expreſſa poteſt conſtitui per teſtatorem etiã
pro legato conditionali à tempore ſuæ mortis , ita &
dicendum in tacita à lege introducta:quia lex fingit il
lam fuiſſe conſtitutam à teſtatore,prout etiam dixi-
mus ſupra in tacita , quæ inducitur à lege in contra-
ctibus & actibus inter viuos,arguendo à natura fictio
nis.iuxta notata per Bartol.in dicta l.ſi is qui pro em-
ptore,in j.quæſtion. Sed licet (vt dictum eſt) tam in
legato puro,quàm cõditionali,conſtituta ſit hypothe
ca tacita à principio tempore mortis teſtatoris, prout
etiam in contractibus conditionalibus : tamen actio
ex dicta hypotheca non oritur,neque datur,niſi demũ
purificata conditione legati.iuxta l.cedere diem.ff.de
verborum ſignificatio.& hoc modo procedit id quod
dicit Bald.in dicta l.j.in 3.colum.in verſi.quæro,nun-
quid ante diem certum.cum aliis allegatis per Socin.
in dicto conſil.41.in 7.col.videlicet quòd licet ſit con
ſtituta hypotheca in legato conditionali per legem vſ
que in tempus mortis teſtatoris,tamen quòd actio hy
pothecaria non oritur,niſi demum purificata condi-
tione legati.ſtant enim iſta ſimul,quòd hypotheca cõ
ditionalis ſit conſtituta tam in legatis conditionali-
bus,quàm in aliis actibus inter viuos. & tamen quòd
ex ea actio non oriatur,niſi purificata & exiſtente cõ-
ditione,ſub qua conſtituta fuit,vt eſt textus in d.l.grę
ge.§.fina.ff.de pignoribus.qui loquitur in expreſſa: &
in tacita eadem eſt ratio,ergo idem debet eſſe ius.l.il-
lud.ff.ad legem Aquiliam.& facit in argu.l.cùm quid
ff.ſi



ff.ſi certum peta.cum aliis ſuprà in primo caſu contra
ctuum allegatis. ¶Et ſic puto tenendum,quòd etiam
in legato conditionali,tacita hypotheca ſit conſtitu-
ta ſub eadem conditione ab ipſa lege vſque in tempus
mortis teſtatoris:ſed quòd actio ex ea non oriatur,ni-
ſi purificata & exiſtente conditione:& ſicut ante pu-
rificatam conditionem dicta actio non oritur pro le-
gato principali,ita dicendum eſt,quòd non oriatur e-
tiam pro vſuris dicti legati,per dictam regulam acceſ
20 ſorium.libr.6.& eſt clarũ.¶†Sed difficultas eſt,an pu-
rificata conditione legati & hypothecæ tacitæ pro eo
à lege inductæ,dicta conditio retrotrahatur ad tem-
pus mortis,quo inducta fuit,an vero in ea attendatur
tempus exiſtentis conditionis:& in hoc putarem dicẽ
dum,quòd non trahatur retro:quia licet in contracti-
bus regulariter conditio caſualis vel mixta , quæ non
dependet à poteſtate debitoris,trahatur retro ad ini-
tium contractæ obligationis:& illud attendatur,& nõ
tempus exiſtentis conditionis,vt latè habetur per Bar
tol.& alios in dict.l.ſi filius.in princip.ff.de verborum
obligationib.& in dict.l.j.& l.qui balneum.in princip.
& §.j.& in d.l.potior.in princip.& §.qui potior.in pi-
gno.habean.¶Tamen in legatis eſt ſecus:nam in illis
non trahitur retro conditio,ſed attenditur tempus exi
ſtentis conditionis,vt l.mater.§.eandem.ff.de excepti.
rei iudica.& l.j.§.ſerui appellatione.ff.ad Syllan.& ha
betur per gloſſ.& alios in dict.l.ſi filius.in princip.&
per Barto.latè in d.l.ſi is qui pro emptore.in quint.quę
ſtio.princip.in fictione translatiua.& ibi etiam per Ia
ſon.& eſt text.in l.quæ legata.ff.de regul.iur.& textus
iuncta gloſſ.in l.ſi legati.ff.de pigno.Cùm ergo diuer-
ſa ſit natura,& ratio inter legata & actus inter viuos,
non mirum ſi diuerſitas effectus debeat reſultare,vide
licet quòd in hypotheca tacita vel expreſſa,cõtractuũ
purificata conditione, inſpiciatur tempus contractæ
obligationis,vt ſuprà in primo caſu cõcluſum fuit . in
legatis vero inſpiciatur tempus exiſtentis conditio-
nis,& tacita hypotheca non trahatur retro,ex quo re-
pugnat natura ipſius legati.Quæ autem ſit ratio diuer
ſitatis in hoc inter contractus & legata,doctores val-
de laborant in ea aſsignanda in dicta l.filiusfamilias,
in princip.& in d.l.ſi is qui pro emptore.& aſsignan-
tur quinque rationes differentiæ,vt in dictis locis vi-
deri poteſt.¶Concluditur ergo,quod in legatis con-
ditionalibus purificata conditione,attendi debet taci
ta hypotheca ſecundum tempus exiſtentis conditio
nis,& non ſecundum tempus mortis:& ſic non trahi
21 tur retro,prout retrotrahitur in contractibus.† Et nõ
obſtat text.in d.l.qui balneum.§.primo verſicul.ſed ſi
hæres.vbi legatarius,cui hæres dedit pignus pro lega
to conditionali,præfertur in dicto pignore,purificata
conditione legati,alteri creditori,cui hæres idem pi-
gnus poſt pignorationem legatarij obligauit:quia il-
le textus loquitur in pignore conuentionali,& per mo
dum contractus dato per hęredem de re ſua legatario:
& ſic,licet pignus ſit datum pro legato,tamen ſumus
in pignore contractus,& in obligatione quæ oritur
ex contractu pignoris.nimirum ergo ſi purificata con
ditione legati,quæ adiecta fuit in contractu pignoris,
illa conditio trahitur retro,& facit legatarium præ-
ferri in dicto pignore,quia non agitur de trahendo re
tro conditionem legati,ſed de trahendo retro condi-
tionem pignoris conuentionalis,quæ ſecundum regu
las iuris retrotrahitur,iuxta not.in d.l.ſi filius.in prin-
cip.cum aliis ſupra allegatis:& ita ad dictum textum
reſpondet Iaſ.in d.l.ſi filius .& in d.l.ſi is qui pro em-
22 ptore.licet non ita clare.¶†Et ex prædictis infertur,
quòd purificata conditione legati,ex tunc bona teſta-
toris erunt tacitè obligata prò legato,& etiam pro v-
ſuris,dummodo tunc dicta bona reperiatur penes hæ
redem.Nam ſi fuiſſent alienata vel alteri hypothecata,
pendente conditione legati,præferri deberet emptor
vel creditor,cui hæres obligaſſet pendente conditio-
ne legati,cùm ipſe reperiatur prior in tempore,quàm
legatarius,ex quo in legato attenditur tempus purifi
catæ conditionis : & conditio non trahitur retro ad
tempus mortis teſtatoris,vt ſuprà eſt probatum.
¶Et non obſtat dicta l.Lucius.ff.qui potior.in pigno.
habeã.quia illa loquitur in contractibus,in quibus cõ
ditio retrotrahitur, vt dictum eſt.& ideo vſuræ quæ
acceſſerunt ad ſortem,etiam poſt pignus alteri obliga
tum,purificata earum conditione,trahuntur retro : &
perinde eſt,ac ſi à principio obligationis ſortis purè
promiſſæ fuiſſent,vt in ſimili dicit textus in dicta legę
potior.§.primo ad finem.Nos autem ſumus in legatis,
in quibus conditio non retrotrahitur: ſed conſidera-
tur ſecundum tempus purificatæ conditionis:& conſi
derato illo tempore,inuenitur dictus emptor vel cre-
ditor,cui hæres obligauit vel vendidit,pendente con-
ditione legati,prior & anterior in tempore dicto lega
tario:& ideo ei præferri debet in hypotheca,tam in ra
tione legati conditionalis,quàm vſurarum illius,per
reg.qui prior.libro ſexto.Et idem putarem dicendum
quando legatum fuiſſet purum.Nam reſpectu vſura-
rum decurrendarum propter legatum non ſolutum,&
ſic conditionaliter debitarũ,videlicet ſi legatum ſolũ
non eſſet,non putarem earum conditionem vel hypo
thecam purificatam elapſo termino ad ſoluendum le-
gatum trahi retro ad tempus mortis,obſtante eadem
regulá,quòd in legatis conditio non trahitur retro,di
cta lege ſi legatis.& dicta lege ſi filius.Nam licet acceſ
ſoriè veniant ad legatum,& ideo videbatur dicendũ,
illas retrotrahi,prout habetur in dicta lege Lucius.ta
men iſtud acceſſorium operatur ſolum,quòd non at-
tendatur amplius,an ſit in poteſtate debitoris illas nõ
iri debitas,vt habetur in dicta lege Lucius.per gloſſ.&
in l.prima eodem titulo.Non autem operatur quòd re
trotrahatur contra naturam legatorum:vnde ille qui
ante purificatam conditionem vſurarum legati acqui
ſiuit obligationem in bonis teſtatoris,præferri debe-
ret dicto legatario,non quidem reſpectu ipſius legati,
quod fuit purum.& pro eo orta fuit actio hypotheca-
ria ante obligationem factam creditori:ſed reſpectu
vſurarum debitarum ſub conditione,& poſt obliga-
tionem decurſarum per rationem prædictam. & ſic e-
rit caſus,in quo acceſſorium nõ ſequetur naturam ſui
principalis,& hoc propter diuerſitatem rationis,iux-
ta textum:& ibi not.in l.& ſi is.C.de prædiis mi.quia
legatum eſt purum , & debetur à morte teſtatoris:&
tunc oritur hypotheca pro eo in aliis bonis teſtatoris.
vſuræ autem debentur conditionaliter propter mo-
ram commiſſam,vel committendam in ſoluendo lega
tum.& pro illis non poteſt competere,neç oriri hypo-
theca,niſi commiſſa mora.& ſic purificata conditio-
ne ſub qua debentur .& tunc pro illis oritur hypothe
ca,quæ retrotrahi non poteſt per iura ſuprà allegata,
quæ omnia nota,quia per ea reſoluuntur & reddun-
tur clara multa,quæ fuerunt poſita per Socinum in di
cto conſilio decimoſecund.ſatis obſcurè & inuolutè,
coniungendo contractus cum legatis.& idem in am-
bobus firmando:Quæ tamen meo iudicio ſunt ſeparã
da & diſtinguenda,vt ſuprà.
23 ¶†Septimò notandum eſt pro alio effectu,inſurgente
ex pignoribus,quòd quando aliquis promittit ſoluere
Sempronio,aut Titio,quòd cenſetur promiſiſſe ſolue-
re Titio,vt adiecto ſolutioni,& non obligationi neq;
actioni , vt lege eum qui ita.§.qui ſibi.& ibi not ff.de
verborum obligationibus.Et quamuis tali adiecto re-
ctè ſolui poſsit,vt dicto §.qui ſibi.& lege vero procu-
ratori.& lege quòd ſi ſtipulatus,in fin.ff.de ſolution.
tamen talis adiectus non habet actionem , nec petere
poteſt.dicta lege quòd ſi ſtipulatus.in principio.& fa-
cit lex cui rectè.ff.de nouation.Et ex hoc etiam infer-
tur,quòd tali adiecto ſolutioni non poteſt conſtitui

nec dari pignus per debitorem:& ſi datum fuerit, re-
peti poteſt:vt eſt textus in l.is qui.ff.de pignoribus.&
24 ibi not.Bartol.Baldus & Salice.¶†Octauo inſurgit a-
lius conſiderabilis effectus ex hypotheca. Nam ſi ali-
quis emat rem alteri hypothecatam,talis emptor etiã
quòd dicta res ſibi tradita ſit,non tenetur ſoluere pre-
cium venditori,niſi prius res liberetur à dicta obliga-
tione,ad quod etiam dictus emptor principaliter age
re poteſt,ſcilicet vt res liberetur,vt eſt text.& ibi not.
per gloſſ.Barto.Bald.& Salicet.in l.ex prædiis.C.de e-
uictionib.Similiter dictus emptor poteſt agere quan-
ti intereſt ſua,dictam rem venditam ſibi nõ fuiſſe,nec
eſſe alteri obligatam:& ſic ad quantum res minus va-
let propter dictam obligationem:ita not.Angelus in
l.prima.§.ſi hæres.ff.ad Trebellianum.per illum textũ
& ibi refert & ſequitur Alexand. & eſt text.in l.ſi rem
meam.& ibi Bartol.ff.de ſolution. Et illud quod dici-
tur in venditione,dicendum eſt etiam in ceſsione iu-
rium:quia ceſsio iurium ex precio,inſtar habet vendi
tionis,vt per totum titulum,ff.de hære.vel acti. vend.
& facit text.in l.ſi plus.§.fin.ff.de hæred.vel action.vẽ
di.& facit text.in l.ſi plus.§.fina.ff.de euiction.& habe
tur per Paulum de Caſt.in conſilio nono viſo puncto,
&c.¶Sed difficultas magna eſt,an prædicta procedant
ſolum,quando obligatio & hypotheca eſt pura:an ve-
ro etiam quando obligatio & hypotheca eſſet condi-
tionalis:puta pro reſtitutione dotis,vel alia obligatio
ne conditionali.Et quòd prædicta procedant etiam in
obligatione conditionali,puta pro dote iuxta nota.in
l.ſi conſtante.§.primo.ff.ſoluto matrimonio.& in lege
in rebus.§.omnes.C.de iure dotium.videtur velle Ale
xander in dicta l.prima.§.ſi hæres.dum dicit,quod per
deciſionem Angel.qui vult quòd emptor poſsit agere
quanti ſua intereſt,rem ſibi venditam non eſſe obliga-
tam,poteſt decidi illud,quod indeciſum reliquit Bal-
dus in dict.l.ex prædiis.& ſic videtur velle Alexander,
quòd etiam in hypotheca conditionali emptor poſsit
agere,conſiderato illo dubio euentu obligationis cõ-
ditionalis.ſubdit tamen Alexander, quòd de hoc ni-
hil ponit pro conſtanti:quia articulus magnam exige-
ret diſputationem.Baldus autem in dict.l.ex prædiis.
vltima colum.ſentit contrarium,videlicet quòd in o-
bligatione dotali & ſic conditionali(vt dictum eſt)a-
gi non poſsit,vt liberetur.¶Sed idem Alexander in cõ
ſilio 67.fortificatur tertio volumi.tenet expreſsè,quòd
dictum Angeli in dicto §.ſi hæres. procedat etiam in
re obligata ſub conditione,& quod vigore dictæ obli
gationis conditionalis,emptor agere poſsit contra vẽ
ditorem ad intereſſe,quanti minus dicta res vendita
fuiſſet habito reſpectu ad dubium euentum dictæ o-
bligationis conditionalis.& fundat ſe in text.in dicto
§.ſi hæres.& in lege ſi ſeruus.in principio.ff.de condi-
ctione furtiua.in quibus æſtimatur & attenditur du-
bius euentus conditionis. & dictum conſilium 67.eſt
particula alterius conſilij Alexandri videlicet conſi-
lij 63.diligenter inſpectis ſexto volumin.¶Tamẽ idem
Alexander in dict.l.ex prędiis.C.de euictionibus.in a-
poſtil.ad Baldũ,videlicet in prima apoſtill.tenet quòd
dicta l.intelligatur de obligatione pura,non autem de
conditionali:& ſic quòd in conditionali obligatione
non poſsit agere emptor,vt res liberetur:vel excipere,
vt non teneatur ſoluere precium donec res liberetur à
dicta obligatione conditionali,ſed in obligatione pu
ra ſic.& iſtud etiam tenet Alexander in conſilio ſexa-
geſimoquinto,omiſsis argumentis,quinto volumi.vbi
ſequitur opinionem Bald.in dict.l.ex prædiis.in fin.ſci
licet quòd quando obligatio eſt cõditionalis,emptor
nondum moleſtatus pro ea, non poſsit agere contra
venditorem.
25 ¶†Et mouetur,quia textus in dict.l.ex prædiis.loqui-
tur quando prædia erant obligata:ſed pendente con-
ditione ſuſpenſiua,res non dicitur obligata,vt volunt
Barto.& alij in l.facere.ff.ſolu.matrim.iuncta l.cedere
26 diem.ff.de verborum ſignificatione. ¶†Et ad hoc etiã
ponderat text.in d.l.ex prædiis.in verſi.creditore.nam
ille qui ſub conditione creditor eſt,non dicitur pro-
priè creditor,vt per Bartolum & alios in l.prima.in vl
tima colum.ff.ſi certum petatur.per l.debitor.ff.de ver
borum ſignificatiõe.Et iſtam etiam opinionem tenuit
Alexand.in d.l.ex prædiis.in apoſtill.ad Baldum,in pri
27 ma apoſtill.¶†Et iſta ſecunda opinio iudicio meo eſt
verior per fundamenta Alexandr.Et non obſtat d.l.ſi
ſeruus.in principio.quia non eſt ſemper verum, quòd
fiat æſtimatio dubii euentus conditionis, immò ali-
quando æſtimatio & exactio differtur in tempus exi-
ſtentis conditionis,vt in l.in lege Aquilia ſi deletum.
ff.ad legem Aquiliam.Et de hoc articulo poſuit vnam
diſtinctionem Bartol.in l.tertia §.condemnatio.ff.de
tabu.exhiben.& ibi habetur per Alexandrum.poſt Bar
tolum,& per Bartolum & Imolam in l.ſi finita.§.final.
ff.de damno infecto.& inter alia ſit iſta concluſio ad
propoſitum noſtrum,quòd quando quis tenetur ex do
lo,tunc fit æſtimatio ante euentum conditionis,& cõ-
demnatio & exactio repræſentatur ante conditionem
ſed quando quis tenetur ex culpa,tunc condemnatio
differtur in euentum conditionis,per textum in dicta
l.in lege Aquilia ſi deletum.& ita etiam notat Barto-
lus in dicto §.condemnatio.Sed quando venditor ven
dit rem alteri hypothecatam ſub conditione,etiam
quòd de dicta hypotheca non certiorauerit empto-
rem,non videtur ex hoc teneri de dolo:ſed ſi tenetur,
de culpa tenetur,iuxta not.in lege ſi quis cùm aliter.ff.
de verborum obligat.& nulli dubium eſt,quòd vendi
tor ex hoc non tenetur de dolo,cùm ſufficiat ſibi actio
ex vendito,vt lege ſi quis affirmauerit.in princip.ff.de
dolo.& lege Iulianus.§.ſi venditor.cum §.ſequent.ff.
de action.empt.non enim ex hoc emptor ſi ſciuiſſet
hanc obligationem,non fuiſſet non empturus,ſed mi
nus emiſſet:vt declarat gloſſ.in dicta lege ſi quis affir-
mauerit. Cùm ergo non teneatur vẽditor de dolo,ſed
actione ex vendito,vt in dict.ll.& in l.j.§.j.ff.de actio.
emption.ſequitur,quòd condemnatio non poteſt fieri
de præſenti,ſed quòd differri debet in euentum condi
tionis,iuxta not.in dicta l.tertia,§.condemnatio.& in
dicta l.in lege Aquilia. ¶Interim autem ſolum in-
ſtari poſſet pro parte emptoris,& venditor ſibi caueat
de conſeruando eum indemnem à dicta conditionali
obligatione,vt per Baldum & Sali.in l.ſecunda in ver
ſiculo modo quæro de eo C.de ſentent. quæ ſin.cert.
28 quantita.& habetur in l.j.ff.qui ſatiſda.cogan.†Et ta-
lis cautio poteſt fieri cum hypotheca bonorum abſ-
que fideiuſſore:quia non refert, an fideiuſſoribus an
hypotheca bonorum caueatur,vt l.prima,§.an pigno-
ribus.ff.de collatione bonorum.Et latè per Alexandrũ
in dicto conſilio ſexageſimoquinto,in fin.quinto volu
min.¶Et ſic illud,quod dixit Angelus in dict.l.prima
§.ſi hæres.debet intelligi in obligatione pura,non con
ditionali.Et ſimiliter illud,quod vult Baldus in l.ter-
tia C.de euiction.dum dicit,quòd quando emptor eſt
pauper,& non poteſt ſoluere precium,poteſt excipere
contra venditorem, quòd non tradidit rem liberam,
quia eſt obligata pro dote vxoris & aliis creditoribus.
¶Puto enim intelligendum,quòd emptor poſsit exci-
pere,vt non teneatur ad precij ſolutionem, donec res
liberetur à dicta obligatione:ſi tamen dicta liberatio
præſtari non poſsit,quia ille cui res eſſet obligata,nol
let conſentire vt liberaretur,ſatis eſſet facere empto-
rem ſecurum, quòd damnum ex dicta obligatione
paſſurus non ſit vel per fideiuſſorem,vel per obliga-
tionem bonorum, vt firmat Alexander in dict.conſil.
65.ad fin.& ſic quando obligatio eſt conditionalis,non
poteſt præcisè venditor cogi ad liberandum, nec etiã
quanto minoris emptor empturus fuiſſet,ſed ſatis eſt,
quòd emptor reddatur ſecurus à venditore aduerſus
dam



damnum futurum ex dicta obligatione etiam per ſim-
plicem hypothecam bonorum. ſed quando obligatio
eſſet pura,tunc bene poſſet agi quanto minoris, & ita
etiam puto intelligenda notata per Bald.in l.quoniam
liberum.C.de compen.& per Alexand.in conſilio 140.
viſo ſummario.in prima & ſecunda colum.7.volumin.
¶Nec obſtat tex.in dicta l.j.§.ſi hæres.quia nõ apparet
ibi,quòd res illa retinenda per hæredem pro ſua Tre-
bellianica,eſſet obligata ſub conditione, vt vult Ale-
xan.in dicto conſil.67.ſed ſimpliciter ibi dicitur,quòd
ille fund9 erat pignori datus.Debet ergo intelligi pro
debito puro,& non conditionali.nec mirũ igitur ſi fit
æſtimatio dubij euentus,id eſt,euictionis faciendę per
hypothecariam,vt dicitur ibi in textu. Non obſtat e-
tiam textus in l.ſi ſeruus.in principio.ff.de conditione
furti.in quo etiam ſe fundat Alexand.in dicto conſilio
67.quia licet ille text. loquatur in ſeruo fugitiuo lega-
to ſub conditione,tamen ideo agitur de præſenti con-
tra furem ad æſtimationem ſerui: quia vt declarat ibi
Bartolus,illud eſt,quia agitur de dolo contra furem,&
ideo non differtur condemnatio in euentum conditio
nis legati.ſed agitur de præſenti propter dolum. Et ſic
puto tenendum, quòd pro re vendita obligata alteri
ſub conditione,non poſsit agi de præſenti,quanto mi-
noris fuiſſet empturus,& facere æſtimationẽ dicti du-
bij euentus,ſed quòd illud differri debeat in euentum
dictæ conditionis.Interim autem caueri debeat de in-
demnitate & de defendendo.Et ſi in inſtrumento ven
ditionis cum hypotheca bonorum eſſet promiſſa refe
ctio damnorũ & intereſſe,ſatis eſſet abſque noua cau-
tione præſtanda, aliàs orirentur ſuper venditionibus
quotidie infinitæ lites:quia vix poteſt reperiri vendi-
tor,qui in aliquo contractu non obligauerit ſua bona:
& nimis durum eſſet,quòd ex hoc vẽditor deberet im
pediri in actione ſui pretij,vel cogi diminuere de pre-
tio propter dubium euentum dictæ obligationis con-
ditionalis.Quæ nota,quia non inuenies alibi examina
ta. ¶Sed quando immineret euictio in limine còntra
ctus,iuxta l.ſi poſt perfectam.C.de euictionibus.aliud
eſſet dicendum circa exactionem pretij,quia niſi ven-
ditor præſtet fideiuſſorem de euictione, & non ſolùm
pro lite mota,ſed etiam generaliter pro omni euictio-
ne,non tenebitur emptor ſoluere pretium,vt l.final.ff.
de reſcindenda venditione.Et cùm materia illa nõ per
tineat ad terminos noſtros,ideo quo ad illam, remitto
te ad notata per Angelum de Aretio.inſtitut.de ſuſpe-
ctis tutoribus.§.fina.vbi copiosè loquitur circa termi
nos dictæ l.ſi poſt perfectam.& per Romanum in con-
ſilio octauo,tertio dubio.& per Fabianum in tractatu
de emptione & venditione in ſexta parte principali,in
duodecimo membro.
29 ¶†Nonò alius effectus conſiderari poteſt: quia ſicut
viro vergente ad inopiam, permiſſum eſt vxori agere
ad conſignationem ſuæ dotis,iuxta no.in l.ſi cõſtante.
in prin.ff.ſolut.matr.& in l.vbi adhuc.C.de iur.dot.ita
etiam eſt permiſſum eidem,per viam exceptionis com
parere in iudicio moto per creditores mariti contra il
lius bona,excipiendo de dote ſua anteriori,& impedi
re executionem, allegando & probando vergentiam
viri ad inopiam,non obſtante, quòd mulier per prius
non egerit contra maritum ſuper inopia,& fecerit diſ
cuſsionem bonorum illius,iuxta authenti.hoc ſi debi-
tor.C.de pigno.Ita firmat Bald.Nouel.in tracta.dotis.
in 7.parte,in priuilegio 18.in fi.& latius in priuileg.24.
licet(vt ipſe refert) aliqui aduocati tenuerint contra-
rium,quorum fundamentis ipſe reſpõdet, & maximè,
quòd ſicut alij creditores poſſunt in iudicio executiuo
comparere,& impedire executionem abſque eo, quod
prius egerint & diſcuſſerint de bonis debitoris, iuxta
notata in l.à diuo pio.§.ſi ſuper rebus.ff.de re iudica-
ta.ita & debet poſſe facere vxor,& quòd dicta authẽt.
ſi hoc debitor.habet locum quando agitur contra ter-
tium poſſeſſorem,non autem quando per modum ex-
ceptionis creditor comparet ad impediendum execu-
tionem,& ita refert tenere Ioannes de Imol.in dicta l.
à diuo Pio.§.ſed illud.& quòd ſicut vxor per viã actio
nis poteſt agere pro inopia viri,dicta l.ſi conſtante. in
princi.ita debet poſſe facere per modum exceptionis,
quia cui damus actionem, fortius damus exceptionẽ.
l.inuitum.§.cui damus.ff.de regulis iuris.
¶Fatetur tamen,quòd iudex in tali comparitione vxo
ris,per viam exceptionis debet præmittere cauſæ co-
gnitionem,ſuper allegata inopia,& ſuper ea interlocu
toriè pronuntiare.& demum vxorem admittere in ſua
exceptione. Et hoc modo procedat illud quod vult
Paul.de Caſt.in l.2.in prin.ff.ſolu.mat.qui allegabatur
in contrarium per aduocatos aduerſæ partis,videlicet
in 2.nota.¶Subdit etiam eſſe aduertendum, quòd iſto
caſu nõ ſeruabitur forma tradita in dict.§.ſed illud.vt
ſcilicet procedatur ad venditionem bonorum mariti,
& de pretio ſatisfiat prius anteriori creditori, & ſuc-
ceſsiuè aliis:quia quando vxor comparet in cauſa in-
opiæ,poteſt vxor obtinere,ſe velle incumbere pigno-
ri,vt inde alatur cum viro & familia,iuxta d.l. vbi ad-
huc.vt infrà immediatè dicetur. Et iſtam opinionem
tenet etiam idem Bald.Nouel.in eadem 7.parte,in pe-
nulti.& vltimo priuilegio.iſtam etiam partem videtur
tenere Bartol.in l.ſi conſtante.in principio,in 8.quæſt.
tertiæ partis principalis,vbi firmat, quòd vxor in caſu
inopiæ poſsit ſibi conſulere per viam retentionis,tam
contra ipſum maritum,quàm contra extraneos agen-
tes hypothecaria.allegat ca.per tuas.de donatio.inter
virum & vxorem.Sed iſta diſputatio ceſſat in ciuitate
Florentiæ,in qua extat ſtatutum, quòd mulier in caſu
inopiæ poſsit agere ad bona mariti,& etiam ea defen-
dere contra quoſcunque creditores, obtenta tamen
30 prius licentia à concilio. ¶†Sed extra caſum inopiæ
non video,quòd mulier conſtante matrimonio, poſsit
agendo vel excipiendo bona mariti defendere contra
creditores illius.quia conſtante matrimonio,nõ com-
petit regulariter actio pro dote:vt l.ſecunda.ff.ſol.ma-
trimonio.& l.ſi conſtante.§.j.& ibi per Alexan.eodem
titulo. & dictum ſtatutum Florentinum, quòd mulier
poſsit defendere bona mariti contra creditores obli-
gatos ad dotem,vel ad augmentum dotis,vel donatio
nem, putò debere intelligi,vel in caſu inopię, vt dixi,
vel ad hoc,vt ei caueatur in caſu reſtitutionis dotis de
reſtituendis bonis hypothecatis.iuxta textum in l.gre
ge.§.final.ff.de pignor.vel tertiò contra illos credito-
res,qui tenentur vxori pure ad ſoluendum dotem, vel
augmentum dotis,vel donationẽ ex promiſsione præ-
ambula,vt tunc quaſi per modum cuiuſdam compen-
ſationis poſsit mulier defendere bona mariti:plus ta-
men placet ſecunda intelligentia. ¶Sed extra iſtos ca-
ſus non video,quòd vxor habeat conſtante matrimo-
nio ius defendendi bona mariti,cùm nondum habeat
actionem aliquam,iuxta l.cedere diẽ.ff.de verborum
ſignificatione.& in l.ſi conſtante.§.j.ff.ſoluto matrimo
31 nio.vbi per Alexandrum.¶†Sed dubitatur,an mulieri
agenti vel excipienti in caſu inopiæ mariti ad bona il-
lius ſibi hypothecata pro dote,poſſit ei per creditores
offerri dos in pecunia,& peti relaxatio bonorum cum
ceſſione iurium dotalium,iuxta l.creditor.§.ſi pignus.
ff.qui pot.in pig.habean.& l.j. C.ſi anti.credi.Et in hoc
articulo maxima eſt cõtrarietas inter Doct.Nam quòd
ſit locus tali obligationi,tenent Bal.Ange.Imol.Rom.
Paul.de Caſt.& Alex.in d.l.ſi cõſtante.in prin.& dicit
ibi Alex.in 6.quæſt.tertiæ partis poſitæ ibi per Bart.ꝙ
iſta opin.videtur de iure verior,& ꝙ ex rationib9 Bal.
patet reſponſio ad rationem Cyn.in qua videtur funda
ta opin.contraria.Cõtrariam autẽ opinionem,videli-
cet,quòd non ſit locus tali obligationi,tenet Ioã.And.
in additio.Spec.in tit.de donatio.inter virũ & vxo.§.ſi
ſuper.verſi.ſed cùm mulier.& Iac.de Aret.& Dyn. in l.

cùm tibi.C.qui potiores in pignor.habeant.& ibidem
Petr.Bartol.Salice.& Raph.Fulgo.eandem opinionem
tenet Bartol.in d.l.ſi conſtante.in 7.quæſt.tertiæ partis
principalis.iſtam etiam ſecundam opinion.tenét Bal.
& Angelus ſibi contrarij in l.j.ff.ſoluto matr.& Bal.in
d.l.vbi adhuc.& hanc firmat Corn.præceptor meus in
conſi.85.videtur primò.in litera d.4.volumi.¶Et iſtam
opinion.latiſsimè diſputãdo,& arguendo ad vtrãque
partem,& omnia referendo approbat Socin.in conſil.
111.viſa cognitione.in 3.volu.vbi refert etiam alios te-
nentes hanc partem,& vltimò dicit,quòd iudex qui re
cederet ab hac opinione,poſſet de temeritate reprehẽ
32 di.¶†Et maximè cùm in ambiguis,in cauſa dotis ſit iu
dicandum in fauorem ipſius,vt l.in ambiguis.ff.de iu-
re dotium.etiam ſi pauciores doctores pro ea eſſent:vt
in cap.fin.vbi ita firmat Abb.de re iudica,Eandem opi
nionem vltra allegata per Soci.tenet etiam Veronenſ.
in ſuis caut.char.17.colum.j.& ſequent.maximè quan-
do in inſtrumẽto dotis dictum fuit,quòd mulier in ca
ſu reſtitutionis dotis poſsit petere dotem in pecunia,
vel in bonis ad eius electionem,vt ibi per eum.Et ego
ſemper ſecundum iſtam opinionem vidi iudicari,& ita
33 puto tenendũ.¶†Intellige tamen ſanè prædicta,quòd
mulier in iſto caſu inopiæ,non poſsit occupare omnia
bona mariti,ſicut poſſunt alij creditores hypotheca-
rij,iuxta l.creditoris.ff.de diſtraction.pignor.& l.quã-
diu.C.eodem titulo.ſed tenebitur de multis bonis eli-
gere vnum prædium,vel vnum petere fortè de meliori
bus vſque ad concurrentem æſtimationem ſuæ dotis.
argument.dict.l.creditoris.& ibi notatur per Bartolũ.
Aliàs,ſi ſecus diceretur,eſſet in poteſtate mulieris,quã
do videret virum labi facultatibus,illudere alios cre-
ditores,dicendo ſe velle omnia bona pro ſua dote reti
nere,quod eſſet captioſum,& ideo non eſt tolerãdum,
iuxta l.in fundo.ff.de rei vendicatione.& quia eſſet a-
perire viam fraudibus.& ita tenet Baldus Nou.in tra-
ctatu dotis.in ſeptima parte.in priuilegio quadrageſi-
moſeptimo.& ita ante eum tenet Bartolus in dicta l.ſi
cõſtante.in quarta quæſtione principali.in tertia quæ
ſtione.& ita refert tenere Cynum in dicta l.vnica.ad-
huc in decimaquarta quæſtione.& iſtam opinionem
tenet ibi Alexander,videlicet in tertia queſtione,quar
ta quæſtione principali.& alij communiter, excepto
Romano,vt refert ibi Alexand.
34 ¶†Item illud,quod dictum eſt,quòd vxor conſtãte ma
trimonio non poteſt defendere bona mariti vltra ca-
ſum inopiæ.Intellige præterquam in bonis dotalibus,
quæ eſſent fundus dotalis,nam iſta bona mulier poteſt
indiſtinctè defendere,etiam conſtante matrimonio,cõ
tra quoſcũque.etiam ſi fieret executio in dictis bonis
pro debito communi mariti & vxoris:quia talis execu
tio eſſet quædã alienatio,quæ in fundo dotali eſt pro-
hibita per l.Iuliam de fundo dota.Ita notat gl.in l.ſed
ſi alia.ff.de bon.dam.& ſequitur Bal.in l.ob maritorũ.
C.ne vxor pro marito.& ita latiſsimè firmat Bal. Nou.
in tractatu dotis.in ſeptima parte.in priuileg.17.
35 ¶†Similiter idem dicendum eſt,ſi bona mariti eſſent
fiſco publicata:quia tali caſu vxor incontinenti bona
dotalia vẽdicaret à fiſco,non obſtante,quòd hodie ma
trimonium non ſoluatur ex aliqua condemnatione fa
cta de viro,vt in authent.ſed hodie.C.de donation. an
te nuptias.Ita vult gloſſ.in dicta l.ſed ſi alia.& videtur
tex.in l.ſi quis poſt hac.C.eodem titul.& facit tex.in l.
ſi marito publico.ff.ſolu.matrimo.& late habetur per
Bal.Nou.in dicto tractatu, in d.7.parte,priuile.17.& il-
lud quod dicitur de bonis viri in caſu inopiæ,debet e-
tiam dici de aliis correis obligatis vnà cũ viro,vt per
Romanum in cõſi.392.circa primum,vlti. colum.ſuper
3.dubio.vbi ſuper ſtatuto Florentino decidit, in caſu
inopiæ poſſe etiam agi cõtra bona illorum, qui vnà cũ
viro ſunt obligati pro dote.
36 ¶†Decimò,circa effectum hypothecæ, quæ competit
vxori pro reſtitutione ſuæ dotis ſol.mat.dubitatur,an
ſi vxor agat executiuè contra hæredes mariti ex publi
co inſtrumento,quod ex forma ſtatuti habet executio
nem paratam,& ipſa vxor fortè geſsit tutelam filiorũ,
& inuẽtarium confecit,& obligauit ſe in forma ad red
ditionem adminiſtrationis tutelæ & reſtitutionem re-
liquorum cum obligatione bonorum in forma ex pu-
blico iſtrumento.An tali caſu filiis & hæredibus præ-
dictis competat retẽtio dotis prædictæ,donec eiſdem
fuerit reddita ratio adminiſtrationis prædictæ.Et bre-
uiter reſpondetur,quòd in hoc articulo ſubtiliter mo-
re ſuo conſuluit Socinus in conſilio 180.diligenter pũ-
cti.2.volumin.vbi concludit,quòd talis rẽtẽtio dictis
filiis & hæredibus de iure competat.

¶Et tota difficultas iſtius articuli conſiſtit in pul-
cherrimo text.in l.vni.§.taceat.C.de rei vxo.actio.qui
prohibet retentionem in dote.& ideo non videbatur
poſſe retineri dotem per filios.Sed ad illum tex.reſpõ-
det Socin.ꝙ ille non habeat locum vbi dos repetitur
obligata & legitimè hypothecata per mulierẽ, prout
eſt quando mater aſſumpſit tutelam filiorum: pro qua
tacitè veniunt obligata eius bona,vt l.pro ſocio.C.de
admini.tut.fortius ſi per ipſam matrem fuerũt expreſ-
sè hypothecata. ¶Secundò reſpondet Socin.quòd ex
quo mulier in aſſumptione tutelæ renuntiat omnibus
ll.& iuris auxilio iuxta no.in authent.matri & auię.C.
quando mul.tut.offi.fungi pot.& ex hoc perſonaliter
capi licet,aliàs non poſſet:vt l.vni.C.de offi.om.iudic.
vt per Barto.in l.ſi quis ſub conditione.ff.de teſta.tute.
& Bart.& Salice.in dicta authen.matri & auiæ,fortius
dicendum eſt,quòd ex hoc poſsit dos retineri.authen.
multò magis.C.de ſacro.eccleſ.¶Tamen iſtis non ob-
ſtantibus,iſta deciſio mihi ſemper viſa eſt dubia: quia
non videtur bene reſponſum ad d.§.taceat. in quo re-
tentio dotis, generaliter & indiſtinctè prohibetur, vt
eſt text.in dicta l.vni.ſed nec retentio,in fine ibi, vt ſit
omnium retentionum expeditus tractatus ex ſtipula-
tu,actio meritò ſecundum ſui naturam nullam recipit
retentionem.Cum ergo generaliter ſit prohibita retẽ-
tio,generaliter debet intelligi.l.prima.§.generaliter.
ff.de leg.præſtan.c.ſi Romanorum.19.diſt.& vbi lex nõ
diſtinguit,nec nos diſtinguere debemus.l.de pretio.ff.
de Publicianis.vnde non debet reſtringi prohibitio ad
caſum,in quo dos eſſet obligata,vt facit Soci.& maxi-
mè cùm imperator in dict.§.taceat.põderet,quòd vbi
competit alia actio,retentio dotis dari nõ debeat:ideo
cùm in tutela competat actio tutelæ,nõ debet recurri
ad retentionem prohibitam.pro hoc etiam facit text.
in authen.ad hæc.C.quando mu.tut.offi.fung.pot.vbi
mater non prohibetur à tutela ob creditum, quod eſt
inter eã & filios,ſed dicit,quòd debitum in ſua natura
permaneat:cùm ergo debitum dotis ex natura non pa
tiatur retentionẽ,d.§.taceat.non debet mutari eius na
tura propter tutelã aſſumptam,& tacitã vel expreſſam
37 hypothecam ex ea reſultantem.¶†Præterea promiſsio
redditionis rationis cum reſtitutione reliquorũ, quæ
fit in tutela,non poteſt ſeparari,nec aliqua certa quan
titas,quæ fortè in inuentario eſſet appoſita,poteſt per
ſe peti,ſed in ſimul tota ratio reuideri debet,cùm poſ-
ſit contingere,quòd tutor plus oſtendat in redditione
rationis ſe impendiſſe in rem pupilli,quàm ipſe habu-
rit.l.j.§.præterea ſi tutelæ.ff.de contrario iudic.tutel.
ita per plura eleganter concludit Alexander in conſi
lio 192.viſis narratis.6.volumine.¶Ex quo etiam infer-
tur,quòd cùm debitum dictæ tutelæ non ſit liquidum,
ſed incertum.donec tutelæ ratio integra non ſit reui-
ſa,quòd pro eo non debet dari retentio,quæ eſt quæ-
dam compenſatio,vt habetur per Bartolũ & alios in l.
diuortio.§.ob donationes.ff.ſoluto matrim.& de de-
bito liquido ad non liquidum, non admittitur com-
penſatio,vt per Bartolũ in l.aufertur.§.qui compenſa-
tionem.ff.de iure fiſci.& latè per Alexan.in conſili. 94.
clariſsi.



clariſsimè domine.4.vol. ¶Et hoc tanto fortius pro-
cederet, quanto inſtrumentum dotis tanquam gua-
rentigiatum vel confeſsionatum ex forma ſtatutorũ,
haberet executionem paratam,reiecta omni exceptio
ne, excepta ſolutione:tunc enim non deberet retar-
dari executio dicti inſtrumenti dotalis, per retentio-
nem bonorum obligatorum pro redditione tutelæ,
prout in propoſito ſunt iura dotalia, cùm nõ ſit liqui-
dum id,quod pro tutela prætenditur deberi, vt dictũ
eſt.& probatur ex not.per Alexand.in d.conſil.94.vbi
plenè.concluditur ergo,quod dicta deciſio Soci.non
ſit de iure tenenda,& ita plures iudicaui, & iudicari
38 vidi contra illam,&c. ¶† Vndecimò quæritur circa
effectus hypothecæ, an mulier quæ conſtante matri-
monio poteſt agere in caſu inopiæ pro dote cõſtituen
da in loco tuto,iuxta no.in l.ſi conſtante.in princi. ff.
ſol.mat.& in l.vbi adhuc.C. de iure dot. ſicut ipſa per
ſe poteſt agere,ita poſsit actionem ſibi competentem
alteri cedere, & maximè hypothecariam contra ma-
ritum & alios extraneos poſſeſſores:& Bal.in authen.
quod locum.in 9.quæſt. C.de colla.tenet,quòd ſic,per
illum text.idem ſequitur ibi Roma.ad fi. & Corneus.
¶Contrariam autem opinionem tenet idem Bald.ſibi
contrarius in l.j.in pen.col.C.de priuil.do.mouetur,
quia iſtud eſt merum priuilegium mulieris:ideo alte-
ri cedi non poteſt.& cum Bald.tranſit ibi Salice.idem
tenet Bal.not.in tract.dotis,in vlti.parte,col.36.& ſeq.
limitando tamen, vt ibi per eum. idem etiam tenet
Franc.de Cur.in conſil.56.ſumma totius quæſt.ampli-
ando etiam ſi in tali ceſsione interueniret iuramentũ
per allegata ibi per eum. ¶Iſtam etiam quæſtionem
latè examinat Iaſo.in d.l.ſi conſtante.in vlti.col. & fir
mat hanc ſecundam partem, reſpondendo omnibus
39 argumentis cõtrariis,vt ibi per eum. ¶†Duodecimò
alius effectus cõſiderari poteſt in hypotheca: quia do
nec quis habet hypothecam in re pro aliquo ſuo cre-
dito,dicitur eſſe tutus in dicto credito:& ideo nõ po-
teſt dici,quòd tali caſu competat ei actio ſubſidiaria
ad dictam rem. ¶Et propter hoc Bal.& Salicet.in l.ſi
vt proponis.C.de rei vendi.repræhẽdunt Bart.ibi,qui
voluit,quòd pupillus habeat hypothecatam rem em-
ptam ab extraneo de ſua pecunia:& non poſsit illam
vendicare niſi in ſubſidium,quando ſcilicet,qui emit,
ſoluendo non eſſet:nam inquantùm Barto.vult, quòd
iſto caſu pupillus poſsit vendicare in ſubſidium rem
emptam ab extraneo ex pupillari pecunia,ipſi repre-
hendunt Bartol.& reſpondent ad l.filiæ.ff.de ſolut. in
qua ſe fundat Bart.quòd illa non loquitur de rei ven-
dicatione danda in ſubſidiũ ad bona,ſed de vtili actio
ne perſonali contra argentarios qui bona pupilli ven
diderunt,& precium ſoluerunt matri ſcienter quæ nõ
erat ſoluendo.Item quia non poteſt cadere actio ſub-
ſidiaria in re empta ab extraneo de pecunia pupilli:
nam cùm illa res ſit hypothecata dicto pupillo ꝓ ſua
pecunia,ad quemcunque illa res trãſeat,pupillus erit
tutus in ea,& ideo ſecundum eos ceſſat actio ſubſidia
ria. ¶Et ex hoc infert Socin.ſubtiliter more ſuo, in
conſilio 224.eleganter.2.volumi.quòd licet res empta
ex pecũia dotali, ſit hypothecata vxori,& in ſubſidiũ
poſsit vendicari,vt l.ex pecunia.& ibi nota.Bartol. &
Bald.C.de iure dotium. Tamen quòd ex quo illa res
eſt hypothecata,non poteſt dari caſus,ꝙ in ſubſidium
ad eam detur vtilis rei vendicatio,iuxta dicta per Bal.
& Salicetus in dicta l.ſi vt proponis. & ſimiliter idem
infert dicendum eſſe in terminis l.in rebus.C. de iure
dotium,vbi vtilis rei vendicatio in ſubſidium datur
vxori in bonis æſtimatis datis in dotem. Nam ſtante
hypotheca ſecundũ eum,non poteſt cadere actio ſub
ſidiaria¶Ego de hoc dicto ſemper dubitaui, & dubi-
40 to:†Quia inquantum dicitur, quòd vxor poteſt vtili
rei vẽdicatione agere ad rem emptam ex pecunia do-
tali,& ad rem æſtimatam in dotem datã,iuxta dictam
l.ex pecunia.& l.in rebus.C.de iure dotium.& hoc in
ſubſidium tantum, intelligi debet, quando maritus
non eſt ſoluendo per l.vxor marito.ff.de donati. inter
vir & vxo.ita tenet gloſſ in dicta l.in rebus.in gloſſ.in
ver.æſtimate.in fine.cum qua ibi trãſeunt Bal.& alij:
& iſtud non eſſe ſoluẽdo,intelligitur reſpectu omniũ
creditorum,vt declarat gloſſ.j.in dicta l.vxor marito.
vnde non videtur eſſe in conſideratione, quòd vxor
poſsit ſibi ſatisfacere de ſua pecunia vel dote,in dicta
re empta vel æſtimata:& per conſequens, ꝙ tanquam
ſecura non poſsit in ſubſidium agere vtili rei vendica
tione,cùm habeat aliam actionem,ſcilicet hypothe-
cariam,vt vult Socin.in dicto conſil.224.in princ.alle-
gando ad hoc dictam l.vxor marito.vbi ſecundũ eum
niſi daretur vtilis rei vẽdi.mulier eſſet deſtituta omni
remedio:quia ille textus non dicit hoc.Sed ibi diſputa
tur,an vxor(marito non exiſtente ſoluendo)poſsit re-
uocare donationem factam marito reſpectu pecuniæ
donatæ tantum,an autem reſpectu rei emptæ ex illa
pecunia.& tandem deciditur ibi,quòd marito non e-
xiſtente ſoluendo omnibus creditoribus, vxor poſsit
vtiliter vendicare dictam rem emptam contra mari-
tum:& ſic quanuis mulier poſſet ibi vſque ad quanti-
tatem pecuniæ agere,cõtra maritum ſuper re empta:
tamen cùm maritus non ſit ſoluendo,conceditur vti-
lis actio in rem ad totam rem. ¶Et iſtam opinionem
ſentit expreſsè Baldus in dicta l.in rebus.in quinto no
tabili.vbi dicit,quòd iſtud remedium rei vendicatio-
nis ad rem æſtimatam,datur in ſubſidium, ſi excuſsis
aliis facultatibus viri,reliquæ facultates nõ ſufficiũt:
excuſsio igitur non eſt facienda de re æſtimata in do-
tem data,an illa ſit ſufficiẽs pro dote,i.pro æſtimatio-
ne rei dotalis,ſed eſt facienda de aliis facultatibus:&
quando aliæ facultates non ſufficiunt pro debitis,di-
citur maritus non ſoluendo,& in ſubſidium datur vti
lis rei vendicatio ad rem æſtimatam:ſed ſi aliæ facul-
tates ſufficiunt,non poteſt agi ad rem æſtimatam da-
tam in dotem,niſi hypothecaria.ita debet intelligi di
cta l.in rebus.ſecundum Bal.& alios ibi:iſtud idem te
net etiam Bal.Nou.in tracta.dotis in 8.parte.7. priuile
gio:vbi dicit,quòd eſt magni effect⁹,quòd dicta actio
vtilis competat mulieri ex eo,quia ſi eſſent creditores
anteriores habentes expreſſam,qui prȩferri deberent
etiam in rebus poſtea quæſitis:& ſic etiam vxori in re
æſtimata in dote data,in qua habet tacitam tantũ iux-
ta no.in l.ſi.C.qui po.in pign.habe.& dixi ſupra in 4.
membro ſecũdæ partis.nu.102.modò ratione vtilis do
minij tranſlati in dictam mulierem.iuxta d.l.in rebus.
præferri deberet quibuſcũque creditoribus.Illud au-
tem quod voluit Bal.& Salic.in d.l.ſi vt proponis.non
obſtat:quia in illo caſu ſola res empta ex pecunia pu-
pilli ꝑ extraneũ,erat hypothecata tacitè pupillo pro
ſua pecunia,vnde ſtante hypothecaria,ſatis erat con-
ſultũ pupillo abſque rei vendicatione,ſed in caſu no-
ſtro ꝓ dote vxoris ſunt tacitè hypothecata omnia bo
na mariti.l.vni.§.& vt plenius.C.de rei vxor.act.vnde
exiſtente marito non ſoluendo,& non exiſtente niſi i-
ſta re æſtimata,neceſſe eſt vxori in ſubſidium illa ven-
dicare,ex quo in aliis non poteſt ſe præualere, & ſola
hypothecaria non eſt æquè ſufficiens ad ſecuritatem
vxoris,ſicut eſt illa vtilis actio in rem:quia habens do
minium,præfertur creditori,d.l.in reb⁹.cùm perinde
ſit,ac ſi res aliena fuiſſet obligata,quod nulliter fit.l.rẽ
alienam.ff.de pig.act.¶Præterea etiam opinio Bartol.
in d.l.ſi vt proponis.quòd etiam pupillus in ſubſidiũ
habeat vtilem in rem emptam ex pecunia ſua,videtur
tenenda.quia illam tenet gloſſ.in dicta l.filiæ,in gl.in
verſicul.ſciebant.& illam tenuit etiam Iacobus de A-
retio,in l.2.C.quando ex facto tutorum.& ibi Bart. &
Bartol.in dicta l.filiæ.& ibi etiam Pau.de Caſt.& licet
tex.in d.l.filiæ.in quo ſe fundat Iacob.de Aret.& Bar-
tol.non loquatur in re empta& in actione in rem, ſed

in actione competenti ad pretium rerum pupillæ ven-
ditarum per extraneum,quarum pretium venditor ſol
uerat matri pupillæ:vt ſcilicet matre non obſtante ſol-
uendo,in ſubſidium detur actio contra venditoré ipſi
pupillæ:tamen eadem eſt ratio in vtroque caſu,videli-
cet tam in re vendita,quàm empta:quia ſicut in re ven
dita nomine venditoris,& non pupilli,in ſubſidiũ da-
tur actio ad pretium,quod fuit ſolutum matri:ita & in
re empta,quaſi cõtrariorum eadem ſit diſciplina.l.pri-
ma.ff.de his qui ſunt ſui vel alieni iuri .& probatur ex
notatis in l.mater.C.de rei vendicatione.vbi ſublata
rei vẽdicatione,datur in ſubſidium actio negotiorum
geſtorum ad pretium rei meæ venditæ per alium no-
mine ſuo.& non eſt maior ratio,quòd actio perſonalis
alicui detur in ſubſidium,nulla interueniente ſtipula-
tione vel contractu,quàm quòd datur vtilis rei vendi-
catio ad rem emptam ex pecunia mea:vnde idem vide
tur dicendum in vtroque caſu.Nõ obſtat quòd ex quo
res empta ex pecunia pupilli,eſt ei hypothecata , non
poſsit eſſe in ea dominus.l.neque pignus.ff.de regu.iu
ris.quia illud procedit per cõtrarium,videlicet, quòd
res ſua non poteſt eſſe hypothecata,ſed non procedit,
quòd res mihi hypothecata non poſsit effici mea per
acquiſitionem dominij,iuxta nota.in l.j.ff.de pigno.&
in l.debitor.ff.ad Trebel.vnde non inconuenit ,quòd
res empta ex pecunia pupilli,prius ſit ei hypothecata
pro rehabenda pecunia,& poſtea effecto non ſoluen-
dò emptore.quòd in ſubſidium acquiratur pupillo do
minium in eadem re,& non obſtat,quòd videatur ceſ-
ſare actio ſubſidiaria,ex quo per hypothecam pupil-
lus eſt ſecurus:quia poſitis anterioribus & potioribus
creditoribus,iam pupillus nõ erit ſecurus,niſi ei in ſo
lidum detur vtilis rei vendicatio.¶Et ideo puto tenen
dam opinionem gloſſæ.Iacob.de Aret.& Bartol. tan-
quam magis æquam,& iuri conſonam , & maiori au-
thoritate fundatam: videlicet,quòd in ſubſidium pu-
pillus poſsit vtiliter vendicare rem emptam per extra-
neum ex ſua pecunia.& ſimiliter puto tenẽdum, quòd
etiam in terminis d.l.in rebus.vxor habeat actionem
vtilem ad rem datam in dotem æſtimatione vera , quæ
faciat emptionem in ſubſidium,id eſt,marito non exi-
ſtente ſoluendo omnibus creditoribus.etiam quòd di
cta res ſufficiat pro ipſa æſtimatione , pro qua in do-
tem data fuit:quia illud,actionem dari in ſubſidium,
debet intelligi,quando maritus non eſt ſoluendo in a-
liis facultatibus,etiam quòd extet res æſtimata vel em
pta ex pecunia dotali vel donata,iuxta textum in dict.
l.vxor marito.ff.de dona.inter virum & vxorem.& no.
per Bal.in d.l.in rebus.in 5.no.ſuper quibus tamen co-
41 gito:quia non inuenio examinata. ¶†Tertiodecimo
alius effectus eſt hypothecæ conuentionalis,ꝙ ſcilicet
hypotheca adiecta pro principali obligatione , non ſe
extendit ad pœnam in contractu appoſitam reſpectu
priuilegij:videlicet quòd ſi hypotheca eſt priuilegia-
ta pro ſorte,puta quia eſt dos,iuxta l.aſsiduis. C. qui
potiores in pign.habe.tale priuilegium nõ extenditur
ad exactioné pœnæ in cõtractu appoſitæ,ita not.Paul.
de Caſtr.in l.ideo.per illum textum.ff.de cõpenſ.quod
no.quia eſt bona limitatio ad totum titu.ff.de priuile.
credi.& refert Ant.Corſetus in apoſtil.ad Abba.in ca.
ex literis.de pigno.& facit gloſſ.& quod ibi notat Bar.
in l.j.C.etiam ob chiro.pecu.vbi habetur, quòd licet
pignus datum pro vno debito,poſsit retineri pro alio
tamen non poteſt retineri pro vſuris debitis pro pecu
nia mutuata,odio vſurarum:& per hoc dixit notabili-
ter.Baldus in l.pignoribus.C.de vſur.quòd pignus o-
bligatum pro ſorte tantum,nõ poteſt retineri pro pœ
na odio pœnarum:& iſtud etiam refert & ſequitur Ro
manus in ſuis ſingulari.in char.3.incipien.tu habes ꝙ
42 pignus &c. ¶†Quartodecimò, dubitari poteſt,an in
contractu pignoris habeat locum l.2.C.de reſcinden.
vendition.& breuiter reſpondetur quòd non:quia ſci-
licet ſi vna res æſtimationis mille,detur in pignus pro
ducentis,non cadit læſio vltra dimidiam iuſti pretij,
prout requiritur in dict.l.2.& maximè,quia dominium
remanet apud ipſum debitorem pignorantem : & fru-
ctus veniunt computandi ad vtilitatem ipſius debito-
ris pignorantis.vt l.ſecunda.§.fin.C.de pigno.actio.&
l.ex prædio.C.de vſur.& ita tenet Corne.in conſil.288.
viſo & diligenter.3.volumin.in literæ a.idem etiam te
net Romanus in ſuis ſing.chart.16.3.col.incipit.Ego le
gi tibi anno.vbi vult,ꝙ in pignore ſubrogato loco al-
terius,vel in alia cautione,non habet locum remediũ
dict.2.allegat l.ſi rem alienam.§. ſatisfactum.in verſic.
deceptus.ff.de pignoratitia action.& poteſt eſſe ratio,
quia deceptio circa pignus eſt modici præiudicij,cùm
creditori ſit ſalua actio perſonalis pro toto ſuo credi-
to.l.creditor qui non idoneum.ff.ſi certum pet. vt etiã
43 innuit Roma.in d.ſing.¶†Sed dubitatur circa dictam
l.2.C.de reſcind.an ſi emptor emat res infra dimidiam
iuſti pretij.quo caſu,cõtra eum datur remedium dict.
l.2.& emptor illam dedit pignori vel hypothecæ alte-
ri,an ſi poſtea venditor agat contra dictum emptorem
remedio d.l.2.& emptor eligat reſtituere dictam rem
emptam potius.quàm ſupplere pretium iuſtum vendi-
tori,cenſeatur reſoluta ipſa hypotheca vel pignus cõ-
ſtitutum per emptorem in dicta re.& Bartol.in l.ſi res.
ff.quibus modis pignus vel hypothec.ſol.tenet ꝙ non
ſit reſoluta:quia fuit in poteſtate emptoris,qui rem o-
bligauit,non reſtituere dictam rem venditori,ſed ſup-
plere iuſtum pretium,iuxta dictã l 2.& quando ius de-
bitoris hypothecantis reſoluitur ex cauſa anteceden-
ti voluntaria,tunc nõ reſoluitur pignus,vt ibi latè per
Bar.Idem tenet Barto.in l.2.§.ſed & Marcellus.ff. de in
diem adiect.& in l.in diem.ff.de aqua pluuia arcen.&
cum Bart.concordat Ioan.Andr.in addition. Specu.in
rubri.de oblig.& ſolu.in 2.& 3.col.in duabus quæſtio-
nibus.¶Sed Bald.in d.l.2.in 9.col.in ver.iuxta hoc quę-
ritur:pone quòd pignoraſti.tenet contra Bartol.quan-
do res vendita reſtituta fuit mediãte iudicio, & ex ne-
ceſsitate iudicij.tunc enim vult,quòd reſoluto iure de
bitoris pignorantis,reſoluatur ius acceptoris per l.lex
vectigalis.ff.de pignor.ſed ſi res eſſet reddita ſpontè ſi-
ne iudic.tunc Baldus putat,quòd opinio Barto.proce-
dat:& ita dicit Bald.fuiſſe diſputatum Bononię.& fun-
dat ſe Bal.in dicta l.lex vectigali.Emphyteuta non ſol-
uendo canonem , ſi ab eo auocetur res emphyteutica
per directum dominium ob caducitatem,debitor prę-
iudicat ſibi & creditori,cui illã rem obligauit,& tamẽ
erat in ſua poteſtate ſoluere canonem,& euitare cadu-
citatem:& ideo per illum textum Bald.dicit non debe-
re eſſe conſideratione voluntas eius:à quo res auoca-
tur,ſed an ius auocãtis afficiat rem:& hoc ſufficiat ad
reſoluendum:& maximè,quia non debet factum illius
à quo res auocatur,præiudicare auocanti:& ſic facere
quòd res remaneat hypothecata,argum.l.ſi ſuperatus.
ff.de pign.& l.ſi partem.in fi.ff.quemadmo.ſerui.amit.
& l.potior.ff.qui potior.in pigno.habean.¶Nec obſtat
ſecundũ eum d.l.ſi res.in fin.quia illa loquitur,quando
ex ſola voluntate debitoris pendebat reſolutio pigno-
ris.Nec obſtat d.l.ſi debitor.in principio.& eſt ſimilis
text.in l.bouem.§.pignus.ff.de ædilitio edict.quia illæ
habent locum,quando debitor qui vult pignus reſol-
uere,eſt actor in iudicio reſolutiuo.ſed in terminis d.
l.2.emptor à quo res ei vendita auocatur,eſt reus,quia
conuenitur à venditore:vnde potius inuitus dicitur rẽ
reſtituere,quàm volens,cum iudicium reddatur in in-
uitum,vt l.inter ſtipulantem.ff.de verbo.oblig.& cum
Bald.trãſit Salicetus in dicta l.2.in 11.& 15.quæſtione.&
facit,quia non eſt verum ſimpliciter,ꝙ emptor in ter-
minis dictæ l.2.voluntariè reſtituat rem,cùm non poſ-
ſit ſoluere pretium : quia ad alterum eorum omnino
compellitur, & ſic ceſſat fundamentum Bartoli, quòd
volũtariè reſtituat rẽ:quia volũtariè fieri dicitur,quòd
nulla



nulla coactione fit,ſecundùm Bal.in tractatu ſchiſma-
tis in 5.col.per l.ſi quis maior.C.de trãſac.¶Item quia
poteſt eſſe quòd ille emptor non habeat pecuniam pa
ratam ad ſupplendum iuſtum precium venditori : &
ideo cogitur rem reſtituere, & probatur optimè in d.
l.lex vectigali. vbi licet debitor potuerit ſoluere ca-
nonem,& euitare caducitatem,tamen quia reſtitutio
rei nõ fit ex mera voluntate,ſed ex neceſsitate iudicia
ria:ideo reſoluitur pignus,vt ibi habetur:& iſtam opi
nionem tenet etiam Paulus de Caſtr.in dict. l.2.& illã
dicit eſſe veriorem Alexand.in d.l.ſi res.in apoſtill.ad
44 Bartol.& in dict.l.2.in apoſt.ad Bald. ¶† Et ex prædi-
ctis etiam ſequitur clara deciſio, quòd ſi vẽditio facta
fuit cum pacto de reuẽdẽdo infrà certũ tempus,quòd
ſi poſtea fiat reuenditio , obligationes & hypothecæ
factæ ſuper illa re per ipſum emptorem , reſoluuntur
facta reuenditione,quia dicta reuenditio fit ex neceſ-
ſitate præcedentis contractus & pacti: ita no.Barto.in
d.l.4.§.ſed & Marcellus.ff.de in diem adiect. & in d.l.
ſi res.ff.quib.mod.pig.vel hypo.ſol.& habetur in locis
ſuprà allegatis:& ita etiam dicendum eſt in omnibus
aliis caſibus, in quibus contractus reſoluuntur ex ne-
ceſsitate præcedẽtis obligationis.¶Et propterea alias
in facto dicebam,ſtante ſtatuto Florẽtino, quòd ſi res
vendita fuerit irrequiſito conſorte, quod emptor co-
gatur reuendere conſorti:quòd ſequuta reuenditione
prędicta,quę ex neceſsitate dicti ſtatuti fit,reſoluitur
omnis hypotheca contracta apud ipſum emptorem:
& propterea ſtatuens illo caſu non arctauit dictũ em-
ptorem ad cauẽdum de euictione,prout facit in caſu
antecedenti . ſed ſolùm ad cedendum iura , quæ pro
ſuo facto & dato ipſe emptor acquiſiuit : quia ſcilicet
ſtatuens conſiderauit,quòd reſoluta dicta emptione,
reſoluitur etiam omnis obligatio cõtracta per eum
in dicta re per ſupradicta fundamenta:& ideo non eſt
opus alia cautiõe:ſed ſufficit ceſsio iurium prędicto-
rum: quod not.quia aliàs dubitaui,& nõ videbam ra-
tionem differentiæ inter primum caſum dicti ſtatuti
& ſecundum , poſtea autem comperi veritatem eſſe,
45 vt ſuprà. ¶†Infertur etiam ex prædictis,quòd ſoluta
donatione ex defectu inſinuationis , non factæ iuxta
formam iuris communis,videlicet l.ſancimus.C. de
dona.vel ſtatuti hoc requirentis, videtur etiam reſo-
luta obligatio, ſeu hypotheca interim cauſata penes
donatarium ſuper dicta re donata:ita tenet Bald.in d.
l.2.C.de reſcin.vendi.in 13.quæſt.in ver.dicit etiã ibi-
dem Barto.& mouetur,quia res donata non erat dona
tarij ante factam inſinuationem iure perpetuò & irre
uocabili,ſed erat reuocationi ſubiecta : & ideo finito
iure donatarij,quod non erat perpetuũ, finitur ius il-
lius qui accepit ius hypothecæ à donatario ſuper ea.
l.ſi domus.§.ſi fundus.ff.de lega.j.& l. vxor patrui. C.
de leg.j.& dicit Bal.iſta verba eſſe valde menti tenen-
da.& iſta verba Bald.refert Salice.in d.l.ſi res.ſed non
terminat,immò relinquit ſuper hoc cogitandum.
¶Barto.vero ibi tenet contrarium ex eo,quia inſinua-
tio omiſſa fuit voluntariè per ipſum donatarium:niſi
etiam creditori imputari poſſet,quare inſinuationem
etiam ipſe non feciſſet,cũ & ipſe potuiſſet facere:quia
ſua intererat vt hypotheca ſua non reſolueretur.
¶Alexand.autem in d.l.ſi res.in apoſtil.ad Barto.dicit,
quod opinio Baldi,iudicio ſuo,eſt verior,per id quod
not.Barto.in d.l.in diem.ff.de aqua plu. arcen.vbi di-
cit,quòd quando ius conſtitutum ſuper re aliqua, re-
ſoluitur facto debitoris vel creditoris,non directè or
dinato ad hoc,tũc reſoluitur obligatio interim ſuper
dicta re conſtituta,per d.l.lex vectigali.vbi propter nõ
ſolutionem canonis,res reuerſa fuit ad authorem:ſed
tamen quia voluntas non ſoluentis , non fuit ad hoc
directè ordinata,quia qui non ſoluit , non habuit vo-
luntatem ad hoc directè ordinatam,vt res reuertere-
tur propter non ſolutionem:& ideo reſoluitur omnis
hypotheca in dicta re conſtituta,vt ibi per Bartol. &
cum iſta theorica Bart.in hoc tranſeunt ibi alij.ita er-
go in propoſito,licet propter non factam inſinuatio-
nem donatio reuocetur & reſoluatur,tamen voluntas
eius qui non inſinuauit,non fuit ad hoc directè ordi-
nata,vt donatio reſolueretur : & propterea debet re-
ſolui omnis hypotheca,interim contracta.& ita puto
tenendum:& not.hanc theoricam Bartol.in d.l. diem,
quia per illam poſſunt decidi omnes ſimiles aliæ quę-
ſtiones,ſemper conſiderando,an fiat reſolutio ex facto
directè ordinato ad reſolutionem:an vero ex facto ad
id non directè ordinato,ideo illam tene menti,&c.
46 ¶†Decimoquintò in materia, quæritur an diſpoſitio
l.quoties.C.de rei vend.quæ eſt,quòd quando aliena-
tur eadem res duobus , ille præferatur, cui primò res
reperitur tradita,habeat locum in pignore:& dicen-
dum eſt,quòd non,quia in pignore conſtituitur ius ex
ſolo titulo abſque traditione,vt l.j.ff.de pignor.actio.
& ideo ſi eadem res fuit diuerſo tempore hypotheca-
ta duobus, præfertur cui prius fuit hypothecata,non
autem ille,cui prius fuit tradita,vt in regula,qui pri-
or.libro 6.& in l.potior.& in l.qui balneum.ff.qui po-
tior.in pignor.habe.& melior.text.in l.ſi prior.§. fina.
eodem titu.Et ita limitando dict.l. quoties, quòd non
habeat locum in pignore,tenent Cyn.Iac.Fab.Bal.Sa-
lic.Paul.de Caſt.& Iaſ.in d.l.quoties.in 3.limit.
47 ¶†Et ideo pœna falſi,qua tenetur vendens rem duo-
bus,iuxta l.qui duobus.ff.de falſis.nõ habet locum in
pignorante rem duobus,vt per Bartolũ in l.ſi quis pi-
gnore.§.j.ff.de pigno.actione.vbi aſsignat rationẽ dif
ferentiæ,& habetur per Alexan.in d.l.qui duobus. Et
prædicta vera ſunt,quãdo obligatio & hypotheca cõ
ſtituitur ab vno domino rei debitore duobus credito
ribus diuerſis temporibus,( vt dictum eſt ) ſed ſi duo
nón domini,ſed habentes Publicianam,obligent ean
dem rem duobus diuerſis temporibus:tunc ſi lis ſit in-
ter dictos creditores , melior erit conditio poſsiden-
tis:ſed fragant contra extraneum poſſeſſorem,præfer-
ri debet cui primo res tradita fuit.text.& ibi gloſ.in l.
ſi non dominus.ff.qui potiores in pignor.habe.& not.
glo.in l.ſiue autem.§.ſi duobus.ff.de Publicia.in verſ.
quòd ſi à diuerſis.& iſto vltimo caſu poſſet habere lo-
cum d.l.quoties.ſi autem vnus non dominus obliget
rem duobus diuerſis temporibus , idem eſt quòd di-
ctum eſt in domino obligante,videlicet ꝙ prior præ-
ferri debet,vt eſt tex.in d.l.non dominus.in primo re-
ſponſo.& ibi declarat Salicetus.
48 ¶†Decimoſexto quæritur,an in hypotheca pretium
ſuccedat loco rei:& pro intelligentia eſt ſciendum, ꝙ
nón eſt dubium ꝙ in vniuerſalibus actionibus & iudi
ciis pretium ſuccedit loco rei,vt l.ſi rem & pretium.&
ibi per doct.ff.de peti.hæred.& l.Imperator.in fi.cum
l.ſequen.ff.de lega.j.¶In iudiciis autem particulari-
bus eſt diſtinguendum,quia aut ſumus in actione ſeu
iudicio reali,puta in rei vendicatione,& tũc pretium
ſuccedit loco rei in ſubſidiũ re præſcripta vel perẽpta
contra habentem cauſam lucratiuam,& non aliter,vt
habetur per gloſſ.Bart.& alios in l.mater.C.de rei ven
dica.& habetur per doct.in l.ſi cum ſeruum.ff.ſi certũ
peta.¶Aut ſumus in perſonalibus,& pretium non ſuc
cedit loco rei,niſi quando agitur ex cõtractu ratione
doli:ita tenet Bart.in l.qui à debitore.ff. qui in fraudẽ
credito.¶Aut ſumus in hypothecaria,& tunc idẽ con
cluditur,quod concluditur in actione reali, videlicet
quòd in ſubſidium re præſcripta vel perempta poſsit
agi ad pretium dictæ rei contra prætẽdentem cauſam
lucratiuam,nón autem contra prætendentem cauſam
oneroſam:ita tenent Bar.& alij poſt glo.in l.j.ff.de di-
ſtract.pign.& propterea infert ibi Bart.ad quæſtioné,
quã dicit habuiſſe in facto,videlicet ꝙ mulier quę de-
derat dõté marito pauperi,qui in morte reliquit quaſ-
dã pecudes,quas frater mariti vẽdidit:nã dicit ꝙ mu-

lier poterit factis excuſsiõibus de bonis mariti,& oui
bus mortuis vel præſcriptis,in ſubſidium agere con-
tra fratrem mariti ad precium dictarum pecudum, &
ita dicit fuiſſe obſeruatum.¶Sed in dote, prout loqui
tur Barto.puto indiſtinctè,quòd precium ſuccedat lo
co dotis,cùm ſit iudicium vniuerſale,vt latius dixi ſu-
prà in 4.memb.ſecundæ partis,in 4.caſu.in.7.amplia-
tione.nu.56.vbi vide.¶In alia autem hypotheca extra
caſum dotis,tenenda eſt cõcluſio Bar.ſuprà relata, vi-
delicet,quòd in hypothecaria re præſcripta vel per-
empta,in ſubſidium contra habentem cauſam lucrati
uam in precio, precium ſuccedat loco rei , & eandem
concluſionem tenet not.Barto.in d.l.qui à debitore.&
in fin.§.ſi præfatam.C.de iur.deli.& Ang.in d.l.ſi rem
& precium. & Iaſon.poſt alios in d.l.ſi eum ſeruum.in
vlti.colū.vnde ſi ſecundus vel alius poſterior creditor
vendidiſſet rem hypothecatam,& precium percepiſ-
ſet, & res vendita eſſet præſcripta vel perempta , non
poſſet primus creditor, qui habet in dicta re ante-
riorem hypothecam,agere ad precium contra ſecun-
dùm creditorem:quia ille inuenitur habere illud pre
cium ex cauſa onerosa,cùm ſit creditor,& non ex cau
ſa lucratiua, niſi fortè vltra ſatisfactionẽ ſui crediti,
aliquid ſupereſſet ex precio:quia ad illud reſiduũ be-
ne agere poſſet dictus primus creditor : ita declarant
Bart.& Salic.in d.l.j.Sed ad integrum precium nõ po-
teſt agi niſi contra eum qui vendidit rem hypotheca
tã,& inuenitur habere illud ex cauſa lucratiua, & ita
vltra prædicta declarat Alexand.in conſil.108.viſo pro
49 ceſſu.pe.& vlt.col.5.volu.&c.¶ †Poſtremò inter alios
effectus reſultantes ex hypotheca , eſt optimè aduer-
tendum,quòd licet alias actio perſonalis,qua tenetur
defunctus hæredi ſuo,per aditionem hæreditatis cõ-
fundatur,vt l.debitori.C.de pact.vnde ſi creditor ſuc
cedat in hęreditate ſui debitoris,pro ea parte pro qua
ſuccedit & non vltra,actio perſonalis confunditur,&
ratio eſt,quia actio & paſsio non poſſunt ſtare in eodẽ
ſubiecto, vt eſt text.& ibi no.Bal.in l.ſi vxor tua,C.de
bo.auth.iudi.poſ. Tamẽ licet in actione perſonali ita
ſit,in hypothecaria eſt ſecus:quia licet creditor ſucce
dat debitori,hypotheca non cõfunditur.ita nota.Bal.
in d.l.ſi vxor tua.mouetur per l.Vranius.ff.de fideiuſſ.
& per l.ex ſextante.§.Latinus. ff.de excepti.rei iudic.
50 ¶ †Et iſtud dictum Bald.refert Alex.in d.l.debitori.in
3.limit.quam ibi ponit,ſed dicit,quòd illud non pro-
batur in legib.alleg.per Bal.ſed quòd melius probatur
in l.debitor.in princ.ff.ad Trebel.Nam ibi ſecundùm
Bart.eſt text.ꝙ.vbi actio perſonalis tollitur de rigore,
i.per cõfuſionem reſultantem ex ſucceſsione,non tol-
litur hypothecaria,& ſecundũ Imol.ibi ille text.alibi
non reperitur.¶Bene etiam facit ſecundùm Alexan.in
d.l.debitori.text.in l.cùm quis.§.fi.iuncta prima ratio
ne ibi reddita per gloſſ.ff.de ſolut.vbi eſt caſus ſingul.
ſecundùm Bart.ibi,quòd licet debitor ſuccedẽdo ſuo
fideiuſſori extinguat obligationem fideiuſſoriam ita,
quòd amodo creditor præſtitus fiat fideiuſſor,nõ po-
terit agere ex fideiuſsione contra illum debitorem
hæredem fideiuſſoris,tamen obligatio pignoris & hy
pothecæ facta per fideiuſſorem creditori non extin-
guitur,ſed permanet etiam poſtquàm debitor ſucceſ-
51 ſit fideiuſſori. †& ratio eſt,ſecundùm gl.in d.l.cũ quis.
§.fi.in gl.in verſi.obliga.quia hypothecaria habet ſuas
conditiones,vt duret donec debitum ſit ſolutum ; vel
aliter ſatisfactum,vt l.grege.§.etiam.ff.de pign.& iſtã
rationẽ approbat ibi Bart. dicens etiam pro ea facere
d.l.debitor.& l.ex ſextante.§.Latinus.ff.de exc. rei iu-
di.quę ratio ceſſat in obligatione perſonali & fideiuſ-
52 ſoris, vt ibi per Bart.& pulchrè per Paul.de Caſt.¶ †Et
non obſtat prædictis, ſi dicatur,licet hypotheca non
confundatur per ſucceſsionem: quia in ea ceſſat illud
inconueniens , quòd actio & paſsio cadant in eodem
ſubiecto,prout cadit in actione perſonali , vt optimè
declarat Paul.de Caſtr.in d.l.cùm quis.§.fin.tamen ex
alio videtur, quòd hypotheca etiam tollatur:quia cre
ditor ſuccedendo debitori efficitur hæres,vt per con
ſequens dominus rerum & bonorum defuncti,& ha-
betur per Barto.& alios in rub.ff.de acqui.hęredi.& l.
cùm hęredes,in prin.& ibi per Docto.ff.de acqui.poſ.
cùm ergo ſit dominus rerum ſibi olim hypothecata-
rum,ideo in illis ceſſare videtur hypotheca, vt l. neq;
pignus.ff.de regul.iur.& l.ſextante.§ Latinus. ¶Quia
in hoc eſt aduertendum,quòd d.regu.l.neque pignus.
& d.§.Latinus.limitatur,& non habet locum,quando
dominium non fuit acquiſitũ irreuocabiliter,ſed cre-
ditor effectus fuit dominus dictarum rerum ſibi hy-
pothecatarum reuocabiliter : quia ſcilicet ab eo illud
auocari poterat.tũc enim per tale dominium non ex-
tinguitur hypotheca.Ita declarat gl.pleniſsimè in d.
§.Latinus.in ver.conſtituto.& hoc modo procedit d.
l.debitor.in princ.Ibi enim creditor inſtitutus hæres
à debitore, fuerat grauatus de reſtituẽdo hæreditatẽ
per fideicõmiſſum,& propterea dominium ei acqui-
ſitum,non erat irreuocabile,ſed veniebat reuocandũ
per reſtitutionem fideicommiſsi ex Sena. Treb.ita de
clarat Bart.in d.l.debitor.in princ.vnde illa deciſio de
qua ſuprà,ſ.quòd per ſucceſsionẽ factã à creditore in
hæreditate debitoris,non cõfundatur hypotheca , nõ
procedit indiſtinctè,ſed ita demum ,ſi dominium re-
rum hypothecatarum acquiſitum per hæredem , erat
reuocabile apud ipſum hæredem,tunc enim non con-
funditur hypotheca,ſecus autem ſi fuiſſet irreuocabi
le:quia tunc etiã hypotheca confundetur.& hoc mo-
do procedit d.l.neque pignus.& d.§.Latinus.& ita te-
neas.¶Et per prædicta cõtingit vtiliter dubitari, quid
ſi creditor hæres debitoris non eſt grauatus per fidei-
commiſſ.vt loquitur dicta l.debitor.ſed aliàs res hæ-
reditaria ſibi hypothecata,inuenitur hypothecata e-
tiam alteri creditori poſteriori,qui agit contra ipſum
heredem hypothecaria,& per eã dicta res venit auo-
canda ab ipſo hærede,& ſic dominium acquiſitum hę
redi,non eſt apud eum irreuocabile,ſed eſt reuocabi-
le,an etiam iſto caſu dicendum erit per eandem ratio
nem,quòd actio hypothecaria quæ competit hæredi,
non ſit confuſa per aditionem hæreditatis , & domi-
nium reuocabiliter acquiſitum.& in hoc Cyn.in l.j.in
3.oppoſition.C.ſi anti.credi.poſt gloſſ.tenet,quòd iſto
caſu non ſit confuſa hypotheca,& ita referũt & tenẽt
Raph.Cuman.& Pau.de Caſt.in dicta l. debitor.¶Sed
Alexand.ibi in duobus locis,videlicet in 5.col.in ver-
ſicu.ſed nunc mihi occurrit.& in col.fi.in verſic.extra
gloſ.dicit,quòd illud dictum Cyn.non eſt apud ſe ex-
peditum,licet magna ſit eius authoritas,& contra il-
lud ponderat,quòd immo iſto caſu dominium dica-
tur perueniſſe ad hæredem irreuocabiliter,cùm non
ſit rogatus alteri reſtituere,& non obſtat,quòd per ſe-
cundum creditorẽ poſsit ab eo auocari:quia hoc pro-
cedere non poteſt,niſi culpa ipſius hæredis , qui non
ſoluit ſecundo creditori vt tenetur. Vnde cùm ex fa-
cto ſuo cauſetur,quòd dicta res non remanet irreuo-
cabiliter apud eum,perinde eſt, ac ſi irreuocabiliter
remaneret:vt l.iure ciuili.ff.de conditio.& demonſt.&
in l.in executione.§.fin.ff.de verb.oblig.& facit regu.
damnum quod quis.ff de regul.iuris.Et non obſtat l.j.
cum ibi nota.C.ſi anti.creditor.quia creditor primus,
ad quem ibi dominium peruenit, non erat hæres de-
bitoris,& propterea ad eum non ſpectabat onus ſol-
uendi ſecundo creditori:& ideo hypotheca primi cre
ditoris non fuit extincta per acquiſitionem dominij,
ex quo res auocari poterat per ſecundum à primo. &
ſic Alex.ibi tenet contra Cyn.& ſequaces,quòd diſpo
ſitio d.l.debitor. non habeat locum in creditore ſuc-
cedente debitori,à quo res auocari poteſt per ſecun-
dum creditorem:quia non obſtante iſta auocatione,
hypotheca creditoris hæredis erit extincta propter
dominium



dominium acquiſitum . ¶Ego de iſta deciſione Alex.
ſemper fui dubius,tamen pro faciliori reſolutione hu
ius difficultatis ponam aliquos caſus ad euitandum
53 æquiuocationem.¶ †Primus ergo caſus eſt,quòd indu
bitanter tenẽdum eſt, quòd per aditionem hæredita-
tis debitoris,factam per creditorem hypothecarium,
non confunditur hypotheca ex illa ratione, ex qua cõ
funditur actio perſonalis,quæ eſt,quòd actio & paſſio
non poſſunt eſſe in eodem ſubiecto , & ſic quòd idem
ſit creditor & debitor,de quo per tex.& Baldum in l.ſi
vxor tua.C.de bon.autho.iud.poſſ.Nam iſta ratio non
militat,immo ceſſat in ipſa actione hypothecaria,quæ
eſt realis,& datur ad rem:& ſic non concurrit in eodẽ
ſubiecto,ideſt in perſona hæredis,vt pulchre declarat
Pau.de Caſtr.in dict.l.cũ quis.§.fin.ff.de ſolu.& in hoc
caſu non contradicit Alex.in d.l.debitor.immo in d.l.
debitor.C.de pact.firmat iſtam deciſionem,vt ſuprà re
tuli.¶Secundus caſus eſt,quòd ſi creditor efficitur hæ
res debitoris,& acquirat dominium rerum hæredita-
riarum,iuxta l.cùm hæredes in princip.ff.de acquiren.
poſſeſ.tunc ſi dominium eſt ei acquiſitum irreuocabi-
liter:quia ab eo aliquo modo ex facto defuncti,vel al-
terius ſine culpa ſua,auocari non poteſt , tunc extin-
guitur hypotheca in illis rebus,quarum dominiũ ac-
quiſiuit irreuocabiliter:quia ex quo eſt dominus irre-
uocabilis illarum,non poſſunt illæ amplius ei eſſe hy-
pothecatæ.d.l.neque pignus.ff.de regu.iur.& dict.l.ex
ſextante.§.Latinus.& iſte etiam caſus non habet diffi-
cultatem,quia in eo Alexand.& alij concordant.
¶Tertius caſus eſt,quando creditor fuit hæres debito
ris,ſed res ei hypothecata,non eſt in hæreditate debi-
toris,ſed eſt apud alium tertium,& tunc cùm dicta res
non fuerit in hæreditate debitoris, non fuit in eã cre-
ditori & hæredi acquiſitum dominium , iuxta dictam
l.cùm hæredes.in princip.& ideo iſto caſu non eſt ex-
tincta hypothecaria ratione dominij,cùm illud nõ ſit
acquiſitum hæredi in dicta re , vt dictum eſt , & hæres
poterit agere cõtra dictum tertium poſſeſſorem actiõ-
ne hypothecaria,caſu quo ex aditione non ſit inducta
ficta ſolutio,de quo infrà paulopòſt dicetur.¶Et ſi ille
tertius poſſeſſor non habet cauſam à defuncto , cuius
ipſe creditor eſt hæres,obtinebit hæres contra illum:
ſed ſi ille tertius poſſeſſor haberet cauſam à defuncto,
tunc hæres repelletur ab eo duplici exceptione.Prima
quia hæres tenetur habere ratum factum defuncti , &
non poteſt venire contra illud.l.cùm à matre.C.de rei
vendica.¶Secũda,quia obſtabit exceptio,quem de e-
uictione tenet actio,eundem agentem repellit except.
l.vendicantem.ff.de euictio.& de iſto etiam caſu non
loquitur Alexan.nec de eo dubitat.
¶Quartus caſus eſt,quando creditor adiuit hæredita-
tem debitoris,& res hypothecata eſt in hæreditate,&
ſic dominium eſt acquiſitum ipſi creditori in re hypo
thecata.per dict.l.cùm hæredes.ſed alius habet hypo-
thecam in dicta re,non à defuncto,ſed ab alio,quæ eſt
poſterior hypotheca hæredis , poſito pro poſsibili,ꝙ
iſte caſus poſsit dari,puta ſi defunctus non eſſet domi
nus,& tamen hypothecaſſet:quia haberet Publicianã,
& alius etiam non dominus habens Publicianam ſe-
cundo loco obligauit huic qui habet hypothecam po
ſteriorem,iuxta not.in l.ſi non dominus , ſecundo re-
ſponſo.ff.qui po.in pig.hab.& iſte ſecundus ageret cõ
tra hæredem hypothecaria . Nam ſi hypotheca hære-
dis eſſet extincta ratione dominij vel quaſi,iſte ſecun-
dus poſſet obtinere:certè iſto caſu non eſt dicendum,
quòd hypotheca hæredis ſit extincta: quia ab eo dicta
res poteſt auocari,& ideo ſumus in terminis dict.l.de-
bitor.& dict.§.Latinus.Et non obſtat d.l.neq; pignus:
quia dominium vel quaſi,poteſt ab eo auocari,& hoc
caſu non habet locum ratio Alexan.in dicta l.debitor.
quòd imputari poſsit hæredi,ſi nõ ſoluit per regulam
l.damnum quod quis.& alia allegata per Alexã . Quia
hæres hoc caſu non tenetur ſoluere illo ſecundo credi
tori:quia non eſt creditor defuncti,ſed alterius extra-
nei,cui hæres non tenetur ſoluere , & iſte etiam caſus
extra dubitationem & difficultatem Alexand. ¶Quin
tus caſus eſt,quando creditor primus eſt hæres defun
cti,& in hæreditate eſt res hypothecata hæredi,& do-
minium illius eſt acquiſitum hæredi.iuxta dict.l.cùm
hæres in princ.& alius ſecundus creditor defuncti,ha
bens ſecundo loco hypothecatam dictam rem,agit cõ
tra hæredem hypothecaria,& vult auocare rem ab hę
rede,in quo caſu hæres incipit,ſe habere hypothecam
anteriorem in dicta re .Secundus verò creditor repli-
cat,quòd hypotheca hæredis eſt extincta propter ac-
quiſitionem dominij:hæres verò duplicat , quòd ſua
hypotheca non eſt extincta per acquiſitionem domi-
nij,ex quo illa res ab eo auocari poteſt per ſecundum
debitorem,iuxta dict.l.debitor.& dict.§.Latinus.& in
hoc quinto caſu cadit difficultas Alexand. & Cyn.&
ſequacium. ¶Sed etiam iſte caſus eſt extra dictas dif
ficultates,iudicio meo:quia eſto millies ſine præiudi-
cio,quòd hypotheca hæredis non ſit extincta , tamen
cùm ipſe ſit hæres defuncti , non poteſt obtinere cum
ſua hypotheca anteriori contra ſecundum creditorẽ
defuncti:quia ſi hæres excipiat contra ſecundum cre-
ditorem de ſua anteriori hypotheca,ſecundus credi-
tor poteſt replicare contra eum,quòd ipſe non poteſt
obtinere cum ſua hypotheca,ſed quòd tenetur tanquã
hæres defuncti ſoluere ipſi ſecundo creditori,vt lege
pacto.C.de pactis.& lege fina. C.de hæreditat.vel act.
vend.& ibi notatur,& ſimiliter,quòd ex quo hæres de-
bet habere ratam hypothecam factam ipſi creditori
per defunctum.dict.l.cùm à matre.& quòd etiam tene
tur de euictione,dicta lege vendicantem. & ſic hæres
omnino repelletur.& ideo non eſt opus intrare illam
diſputationem Alexandri & Doctorum,an hypotheca
iſto caſu ſit extincta:quia etiam quòd non ſit extincta,
omnino in ea hæres obtinere nõpoterit,ſed repelletur
ab ipſo ſecundo creditore per antedictas replicatio-
nes. ¶Si tamen volumus videre veritatem , an iſto
caſu hypotheca hæredis ſit extincta,vel non , etiam ꝙ
in dicta diſputatione non ſit vtilitas,(vt dixi)putarem
quòd opinio Cyn.& ſequacium poſsit defendi ab im-
pugnatione Alexand . ¶†Quia aduertendum eſt
54 quòd per aditionem hæreditatis aliquando induci-
tur confuſio,aliquando vero ſucceſsio eſt loco ſolu-
tionis:vt eſt textus.& ibi Bartol.& Paulus de Caſtro
in lege Stichum.§.additio.ff.de ſolutio.& in hypothe
cariam(vt dixi)non cadit confuſio,prout cadit in per
ſonali,in qua actio & paſsio non poſſunt cadere in eo-
dem ſubiecto,vt per Baldum in dicta lege ſi vxor tua.
C.de bon.authori.iudic.poſsiden.& per Paul.de Ca-
ſtro in dicta lege cùm quis.§.fina.ff.de ſolutio.¶Mi-
nus etiam poteſt dici,quòd ſit ſublata per ſolutionem
cauſatam ab aditione:quia dicta ſolutio non habet ef
fectum,nec inducitur per aditionẽ,niſi ad hoc,ne hæ-
res ſit in damno:vt eſt textus.& ibi declarat Paulus de
Caſtro in dicto §.additio.vbi fingitur ſolutum debitũ
naturale tantum hæredi:quia illud alias retinere & cõ
ſequi non poſſet.tunc enim propter æquitatem fingi-
tur,quòd hæres ſibimet ſoluerit ad euitandum dam-
num vbi ergo ceſſat iſta ratio damni euitandi,ſucceſ-
ſio non habet vim ſolutionis,vt lege ſi ei.ff.de euictio.
& not.Bartolus in lege hæres à debitore.§.fina.ff.de fi
deiuſ.& in lege ſi debitori creditor.& in l.Vranius.eo
dem titu.& latius per Barto.in repetitione.l.ſi is qui
pro emptore.in antepenultima colum.in 6.quæſt.prin
cipa.ff.de vſuca.¶Cùm autem in caſu noſtro,ſi induce
retur per ſucceſsionem effectus ſolutionis,non ſolum
non effugeret,ſed incurreret damnum hæres,ideo nõ
eſt dicendum,quòd ſit ſublata hypotheca per ſucceſ-
ſionem in vim ſolutionis: concluditur ergo , ꝙ neque
per confuſionem,neque per ſolutionẽ reſultantem ex

ſu ccefsione,tollatur hypotheca. ¶In hac tamen ma-
teria eſt aduertendum,quòd ſolutio ficta,quæ induci-
tur per admonitionem factam à creditore,in bonis de
bitoris ſui cauſatur:quia fingitur,quòd hæreditas de-
bitoris antequam adita fuerit,ſoluerit ipſi creditori,
& quòd ex hoc tanto minus creditor in ea inuenerit,
vt l.ſi ei.§.j.ff.de euictio.& ibi gloſſ.vel fingitur,quòd
hæres ſibi ſoluerit,vt dicit text.in l.Stichum.§.ſi credi
tor.ff.de ſolutionibus.Cùm autem ſolutiõe eius quod
debetur,omnis tollatur obligatio.inſtit.quibus mod.
tolla.obligatio.in princip.tollatur etiam hypotheca,
vt l.item liberatur.§.primo.ff.quibus mod.pignus vel
hypothec.ſoluat.nimirum ſi quando aditio importat
ſolutionem,per eam etiam tollitur hypotheca:quia
idem operatur fictio in caſu ficto,quod veritas in ca-
ſu vero.l.ſi filiusfamilias.ff.ſi certum petat.& lege lex
Cornelia.ff.de vulgar.& pupilla.& l.bona.in fin.ff.de
capi.Vnde difficultas eſt in vendendo,quando aditio
dicatur importare effectum ſolutionis.& in hoc Bar-
tolus in d.l.ſi is qui pro emptore.in d.6.quæſtio.dicit,
ꝙ quando ex confuſione hæres patitur damnum, lex
vult,ꝙ,ne hæres patiatur damnum,inducatur ficta ſo
lutio ad effugiendumdamnum:ſed ſi ex effectu ſolùtio
nis hæres pateretur damnum vel lucraretur,tunc non
haberet vim ſolutionis:ſi autem nõ pateretur damnũ,
nec haberet lucrum,tunc reſpectu ſolutionis,quæ fi-
ctè cauſatur ex æquitate,dicit ipſe,quòd ſolutio non
cauſatur:ſed quia iſto caſu æquum eſt tolli obligatio-
nem eo modo,quo fuit introducta,ſcilicet conſenſu.l.
nihil tam naturale.ff.de regu.iur.ideo iſto caſu ad tol
lendam obligationem,quod eſt remotum à damno &
lucro hæredis,inducitur effectus ſolutionis ſecundũ
Bartol.in d.6.quæſt.cum quo tranſeunt alij.¶Sed diffi
cultas eſt,quando hæres dicatur tractare de damno:
& in hoc Paul.de Caſt.in d.l.Vranius.ff.de fideiuſ.per
text.ibi firmat quòd quando eſt vnus debitor,& vnus
creditor qui ſuccedit,non dicitur pati damnum ex in-
ductione ſolutionis:ſecus,quando eſſent plures cor-
rei debendi,& vni ſuccedit creditor: tunc enim ſi in-
duceretur ſolutio,hæres pateretur damnum reſpectu
alterius correi,qui etiam eſſet liberatus per dictam fi-
ctam ſolutionem:idem etiam tenet Paulus de Caſt.in
conſil.258.notandum eſt,&c.Idem etiam probatur in
dicta l.debitor.ff.ad Trebellia.& in l.ſi id quod mihi.
in princ.ff.de lib.lega.¶Concluditur ergo.quòd quã-
do ex actione reſultat ſola confuſio,tunc tollitur ſola
perſonalis,non autem hypothecaria:ſed quando ex a-
ditione cauſatur etiam ſolutio,tunc tollitur etiam hy
55 potheca. ¶†Sed dubium eſt,an ex eo quòd hæres ef-
fectus eſt dominus rei hypothecatæ inuentę in hære-
ditate ratione dominij,ſit extincta ipſa hypotheca iux
ta l.neque pignus.ff.de regulis iur.& licet in hoc vide
retur dicendum,quòd non extingueretur,ex quo do-
minium non fuit acquiſitum irreuocabiliter,cùm poſ
ſit auocari per ſecundum creditorem:& hoc per text.
in dicta l.debitor.& in d.§.Latinus & in l.j.C.ſi anti.
credi.tamen Alexan.tenet contrarium,ex quo auoca-
tio iſta cauſatur culpa hæredis qui non ſoluit ſecundo
creditori:& ideo damnum ſibi debet imputari, vt re-
gul.damnum quod quis.¶Tamen ad hoc poteſt reſpõ
deri,quòd regula ponitur generaliter, quòd quando
dominium rei obligatæ acquiritur reuocabiliter,non
extinguitur hypotheca,vt in dictis iuribus,& non di-
ſtinguitur,an reuocatio cauſetur culpa vel non culpa
creditoris,prout diſtinguit Alexan.ſed ſolum eſt in cõ
ſideratione an dominium ſit reuocabile,vel non.
¶Et ratio iſtius deciſionis & regulæ eſt, quia condi-
tio & natura hypothecæ eſt,vt non tollatur,niſi credi-
tori ſit ſolutum & ſatisfactum.vt not.gloſſ.penulti.in
dict.§.Latinus.& gl.in verſicu.obligatum.in d.l.cùm
quis.§.fina.& ibi Bart.& gl.& doct.in l.grege.§.etiam.
ff.de pign.& non dicitur ſolutum creditori per datio-
nem in ſolutum factam de re,& translationem domi-
nij,niſi tale dominium ſit ei acquiſitum irreuocabili-
ter,vt not.Bart.in l.elegãter.in principio,in prima op-
po.ff.de pigno.action.& text.& ibi Bar.in l.ſi rem meã
ff.de ſolution.& ideo quando res effecta eſt creditoris
reuocabiliter,datur ei retentio pro ſuo credito,& pro
hypotheca non extincta,vt not.Bar.in d.§.Latinus.&
in l.in bello.§.ſi quis ſeruum.ff.de capti.& Ang.in con
ſilio 108.viſo dicto puncto.ad fin.& Decius in d.l.regu
la,neque pignus.num.1.ff.de reg.iur. Quãdiu ergo res
poteſt auocari à creditore,non dicitur ei ſolutum: &
ideo non ex extincta hypotheca,quæ per effectualẽ ſo
lutionem extinguitur,vt per Bartolum &alios in dicta
l.grege.§.etiam.cum aliis ſuprà allegatis: & ſic non vi
detur eſſe in conſideratione,an iſta auocatio procedat
culpa creditoris,vel non.quòd etiã probari poteſt per
textum,& ibi not.per Bart.in l.Iulianus.§.offerri.ff.de
action.empt.vbi venditor rem venditam & nondum
traditam,& ſic in qua eſt dominus,poteſt retinere lo-
co quaſi pignoris,donec ei ſoluatur precium: & hoc,
quia illud dominium quod eſt apud venditorem,eſt re
uocabile per emptorem:& licet talis auocatio proce-
dat à facto venditoris,quia vendidit,tamẽ per hoc nõ
impeditur ius quaſi pignoris:ita declarat Iaſ.inſtit.de
rerum diui.§.venditæ.in ſecunda colum.in princi.Ec-
ce ergo,ꝙ quanuis auocatio dominij procedat facto
meo,tamen per hoc non extinguitur ius pignoris,mi-
hi competẽs in re,quæ à me facto meo auocari poteſt.
Ad idem in ſimili optimus text.in l.2.C.de præto.pig.
iuncta gl.ibi cum his quæ no.per docto.vbi hypothe-
caria quæ competit creditori ad recuperandum pign.
non aufertur ei,licet ſua culpa creditor cecidit ab il-
lius poſſeſsione.¶Et per prædicta reſponſum eſt argu-
mentis Alexan.& opin.Cyn.& ſequacium:tenet etiam
Socin.in dicta l.debitori.in tertia limi.vbi etiã reſpon
det ad dictum fundamentum contrarium, quod ſit in
dicta l.neque pignus.ſed nõ æque clare,& plene:vt ſu- Commu.
prà per me:& quãuis authoritas Alex.ſit ſuprema, ta- opin.
men cum opinio Cyn.ſit communis,& nullum contra
dictorem habeat,niſi Alex.& poſsit defenſari,vt ſuprà
56 non putarem eſſe recedendum ab illa. ¶†Sed in vnõ
contingit dubitari circa ſecundum caſum ſuprà rela-
tum,quando ſ.creditor ſuccedit debitori, & acquirit
dominium rei hypothecatæ irreuocabiliter,quo caſu
extinguitur hypotheca ſecundum omnes ſuprà rela-
tos:an ſi dictus hæres & creditor poſt delatam hæredi
tatem,ſed ante eam aditam obligauit omnia ſua bona
alicui ſuo creditori:quo caſu cenſentur etiam obliga-
ta iura & actiones,& ſic etiam hypotheca ſibi compe-
tens in bonis hæreditariis iuxta l.nomen.C. quæ res
pignor.obligari poſſunt.& l.grege.§.cùm pignori.ff.
de pign.& toto titulo.C.ſi pignus pignori datum ſit.
& actio quæ directo competit creditori & hæredi o-
bliganti,vtiliter competit dicto eius creditori,vt ha-
betur in dictis locis,An ſi dictus hæres adeat poſtea
hęreditatem dicti ſui debitoris,& acquirat dominium
dictarum rerum hæreditariarum irreuocabiliter:quia
ab aliquo alio auocari non poſſunt,& per conſequens
actio hypothecaria directo ei competens,ſit extincta
per dictam l.neq; pignus,ſit etiam extincta vtilis hy-
pothecaria,quæ ante hæreditatem aditam incepit,cõ-
pet ere creditori dicti hæredis.¶Et breuiter ad diffi-
cultatẽ Pau.de Caſtr.in conſi.395.notandum primò in
fin.tenet,quòd licet iſto caſu ſit confuſa directa per ac
quiſitionem dominij irreuocabilis,quę remanſit apud
primum creditorem & hæredem:tamen nõ erit confu
ſa vtilis acquiſita ſecũdo creditori, cui primus bona
ſua obligauit ante aditã hæreditatẽ:quia cũ directa &
vtilis ſint diuerſæ,nõ ſequitur,ꝙ ſublata directa, ſit e-
tiam ſublata vtilis,iuxta not.in l.hæreditatẽ.in gloſ.fi.
ff.de donation.iuncta l.quis ergo caſus.ff.de pecu.&
quod not.in l.non quocunque.§.qui Gaium.ff.de le-
gatis.



gatis.j.Adde tu quòd idem probatur in l.ſi h res,la.2.
& ibi per Bartol.ff. ad Trebellia. & in l.j. & ibi etiam
Bart.ff.de action. & obli.& latè per Salicet. in l.j,in.7,
quæſtion.C.eodem titulo.in quibus locis habetur, ꝙ
actio directa,eſt diuerſa ab actione vtili,& propterea
vna ſublata,altera poteſt remanere:ſecus autem,ſi di-
ctus hæres obligaret in caſu iſto omnia bona alteri
ſuo creditori poſt aditam hæreditatem:quia cùm iam
hypotheca eſſet extincta per acquiſitionẽ dominij,in
dicta obligatione, illa non fuiſſet comprehenſa tan-
quam extincta: quia nemo plus iuris in alium tranſ-
ferre poteſt,quam ipſe habeat. l.traditio.ff.de acqui-
rendo rerũ dominio.quæ omnia bene nota, quia ſunt
practicabilia:& non inuenies examinata per alios,&
per hæc ſit expeditũ ꝑtimum membrũ huius 5. partis.

## SVMMARIVM.

1 *Prior tẽpore in hypetheca,potior eſt in iure: & multis caſibus ampliatur hæc regula.*

2 *Prioritas hypothecæ in multis prodeſt, & multa operatur.*

*Prioritas hypothecæ non ſolùm prodeſt in agẽdo, ſed etiam in excipiendo & replicando.*

3 *Re empta per debitorem ex pecunia ſecundi creditoris, præferendus eſt in illa prior creditor in hypotheca generali.*

4 *Mutuum datũ ad domum reficiendã, nõ extinguit primã hypothecã primo creditori in illa cõpetentem.*

5 *Traditio rei hypothecæ alteri, hoc eſt, ſecundo creditori, non tollit hypothecam à primo,*

6 *Regula, qui prior eſt in tẽpore, potior eſt in iure, habet locum in pignore prætorio conceſſo pluribus creditoribus ex diuerſis titulis.*

7 *Creditor, quorum vnus prætendit pignus conuentionale, alter prætorium, præfertur prior tempore.*

8 *Venditio ſecunda per ſecundũ creditorem de re empta, ſed non ſoluta, facta, non tollit primam hypothecam cum primo venditore contractam.*

9 *Regula, qui prior eſt tẽpore, &c. procedit non tantũ pro ſorte principali, ſed etiã pro vſuris: & non ſolùm in expreſſa hypotheca, ſed etiam in tacita, Item tam in hypotheca conditionali, quàm pura.*

10 *Conditio retrotrahitur in contractibus, ſed non in legatis.*

11 *Prior in tempore priuatus præfertur fiſco in bonis quæſitis ante obligationem fiſci, ſed non poſtea.*

12 *Dotibus duabus cõſtitutis præfertur tempore prior.*

13 *Prior tempore præfertur poſteriori, etiam ſi ſit noua ta ſua obligatio cum repetitione pignorum.*

14 *Prior in tempore habens generalem hypothecã, præfertur poſteriori etiam habenti ſpecialem.*

15 *Poſterior creditor præfertur priori multis caſibus.*

16 *Mulier in cauſa dotis, licet ſit poſterior in hypotheca, præfertur priori creditori.*

17 *Pactũ, quòd res emẽda ex pecunia per me mutuata ad illã emendã, ſit mihi ſpecialiter obligata pro mea pecunia, facit me præferri omnibus creditoribus anterioribus etiam doti.*

18 *Fides de precio rei vẽditæ, transfert dominiũ rei vẽditæ in emptorem: ſi tamen venditor expreſsè conueniat, quòd res vẽdita ſit ſibi pro precio hypothecata: tunc eſt cæteris in illa præferendus. Secus, ſi non fecit tale pactum.*

19 *Res empta ex pecunia pupilli ꝓ rata ſuæ pecuniæ, eſt ei tacitè hypothecata cum priuilegio antelationis alijs creditoribus habentibus anteriorem generalem hypothecam in bonis eiuſdem debitoris.*

20 *Res empta ex pecunia militis, eſt ipſi tacitè hypothecata cũ beneficio antelationis cuiuſlibet alterius.*

21 *Militia empta ex pecunia expreſſim mutuata ad dictam militiam emendã, eſt ſpecialiter pro ipſa pecunia hypothecata cum priuilegio prælationis.*

22 *Dos poſterior in hypotheca tacita, præfertur anterioribus ſecundæ dotis exiſtentibus.*

23 *Dotis tacita hypotheca præfertur alteri anteriori tacitæ.*

24 *Hypotheca conditionalis competens pro legatis, nunquàm retrotrahitur.*

25 *Pluribus immiſsis ex primo decreto vigore rei iudicatæ vel iuris exequibilis, nullus eſt in iure præferendus.*

26 *Creditor poſterior præfertur anteriori ob ipſius prioris culpam & vitium.*

27 *Creditor poſterior pro debito principali præferẽdus eſt priori.*

28 *Expenſa funeris præfertur omni æri alieno.*

29 *Secundus creditor offerens ſolutionem pignoris, efficitur anterior.*

30 *Caſus quinque, in quibus poſterior efficitur anterior.*

31 *Res obligata duobus ab vno debitore, an cẽſeatur in ſolidum cuilibet obligata, an pro parte.*

32 *Contendẽtium pro re in ſolidum obligata, melior eſt conditio poſſidentis.*

33 *Lucrum & damnum inter ſocios, an ſemper debeat eſſe commune.*

34 *Iudicium familiæ erciſcundæ non datur inter plures cohæredes quo ad actiones perſonales & nomina debitorum.*

35 *Hypotheca quæ defuncto competebat, non diuiditur inter hæredes, ſed indiuiſa remanet: & vnicuique competit in ſolidum.*

36 *Hypotheca dicitur ius in re, ſeu ius reale.*

37 *Ius hæreditarium indiuiduum quo caſu veniat in iudicium familiæ erciſc.*

38 *Vno ex creditoribus habentibus hypothecã, immiſſo ex primo decreto, alij nòn cenſentur immiſſi.*

39 *Bonis generaliter duobus creditoribus hypothecatis diuerſis temporibus, an alter illorum ſit aliquo modo preferendus.*

40 *Fictio tranſlatiua de tẽpore ad tempus requirit duplex extremum, videlicet à quo, & ad quod.*

41 *Conditio caſualis non trahitur retrò, quando extremum à quo, tempore purificatæ conditionis non erat habile in eſſentia, ſiue ex parte rei, ſiue ex parte perſonæ.*

42 *Fiſcus præfertur anteriori creditori in bonis quæſitis per debitorem poſt contractum fiſci, præterquàm ſi anterior eſſet priuilegiatus vt pupillus.*

43 *Prioritatem vel poſterioritatem allegãti incumbit onus probandi.*

44 *Tempus exiſtens alicuius actionis fundamentum, preciſè eſt probandum.*

45 *Probatio prioritatis vel poſterioritatis qualiter ſit facienda.*

46 *Probans ſemper præfertur nihil probanti.*

47 *l. ſcripturas. C. qui potio. in pig. hab. qualiter intelligi poſſit.*

48 *Scriptura libri mercantilis differt ab apodiſſa.*

49 *Scriptura ſolennizata, inducit prioritatem & priuilegium prælationis.*

50 *inſtrumentum publicum domini præfertur ſcripturæ priuatæ procuratoris.*

51 *Primus creditor ſi habeat ſpecialem & generalem hypothecam, ſecundus autem ſpecialem, non poteſt primus deſcendere ad generalem, in qua cõprehenditur ſpecialis ſecundi creditoris, niſi in ſubſidium.*

## Secundum membrum quintæ partis.

SEQVITVR modo ſecundũ membrũ
iſtius quintæ partis, in quo tractatur de
effectibus prioritatis reſultãtibus ex ipſa
hypotheca: & in hoc mẽbro pone regu-
1 lam, ampliationes & fallentias. †Regula
ſit ergo, quòd qui prior eſt in tempore in hypotheca,
potior eſt in iure: vt in regula, qui prior. libr. 6. & in l.
quoties vtriuſque. ff. eodem titulo. & l. qui balneum.
in princ. & l. potio. in princ. ff. qui potio. in pignor. ha-
be. Ampliatur modo regula viginti modis.
2 ¶†Et primò amplia, etiam ſi vnus creditor prius con
traxit ſuum creditum ſine hypotheca, & alius poſtea
cũ hypoth. quia prioritas hypothecæ debet attẽdi, &
illa præfertur, vt eſt text. & ibi Barto. in l. creditor qui.
§. ſi primus. ff. qui potio. in pign. habe. ¶Secundò am-
plia, vt talis prioritas hypothecæ proſit nõ ſolùm a-
gendo, ſed excipiendo & replicando, vt eſt text. in d. l.
creditor in principio. ¶†Tertiò amplia, etiã ſi res eſſet
3 empta per debitorem ex pecunia ſecũdi creditoris: nã
etiã in illa prefertur prior creditor in hypotheca ge-
nerali, vt l. quod quis. ff. de priuileg. creditor. & in au-
thent. quo iure. C. qui potio. in pigno. habe. ¶Quar-
tò amplia, etiam ſi pecunia fuiſſet mutuata expreſsè
per poſteriorem creditorem debitori ad emendũ ta-
les res: quia etiam in illis emptis præfertur prior cre-
ditor habens generalem hypothecam: quia ſecundus
creditor qui mutuauit ad res emendas, ex hoc nõ ha-
bet hypothecam in dictis rebus: ſed habet ſolum pri-
uilegium in perſonali, quo mediante, præfertur aliis
creditoribus ſolam perſonalem habentibus. ita tenet
gloſſ. in l. quod qui. ff. de priuileg. credit. & Barto. in l.
interdum. ff. qui potio in pig. hab. & Bald. in l. quãuis
ex ea. C. de pign. & in l. licet. C. qui potio. in pig. hab.
& Salic in dicta authent. quo iure. eod. tit. in 2. quæſt.
vbi dicit, ita communiter teneri: & idem Salic. in d. l.
interdum. Et ita tenendum eſt, quamuis gloſſ. in dicta
auth. quo iure contrariũ teneat, ſcilicet quòd res em-
ptæ ex pecunia mutuata ad illas emendas, ſint tacitè
hypothecatæ mutuanti, & dict. gloſ. ſimpliciter refert
pro notabili Alexan. in l. ſi cùm dotem. §. fi. in vlt. col.
ff. ſolut. matrim. ¶Sed vt patet ex prædictis, illa gloſſ.
non eſt vera, & in contrarium eſt communis opinio.
Reſtringe tamen hoc, niſi mutuans ſuam pecuniam,
Cõmuni. opin. in contractu mutui recepiſſet hypothecam omnium
bonorum ab eo cui mutuauit: quia tunc res empta à
debitore, comprehenderetur in dicta generali obli-
gatione, & eſſet hypothecata mutuãti, vt l. fina. C. que
res pig. obliga. poſſ. ita not. Salic. in dicta l. interdum.
4 ff. qui potio. in pigno. hab. ¶†Quintò amplia, etiam ſi
pecunia eſſet mutuata ſpecialiter ad domum vel na-
uem faciendam: quia talis mutuans non habet hypo-
thecam in dicta domo, vel naui: & ideo ei præfertur
habens hypothecam. idem tenet gloſſ. Bart. & Salic. in
5 dicta l. interdum. ¶†Sextò amplia, etiam ſi ſecundo
creditori res hypothecata tradatur: quia adhuc in ea
præfertur prior in tempore, cui non fuit tradita, vt eſt
text. in l. ſi prior. §. final. ff. qui pot. in pign. habe. ¶Se-
ptimò amplia, etiam ſi ſecundus creditor cõuenit de
vendenda hypotheca, vel pignore, & prior non: quia
adhuc prior pſertur, vt d. l. ſi prior. §. fi. & ibi not. Bart.
¶Octauò amplia etiam in rebus quæſitis per debito-
rem poſt hypothecam primi & ſecũdi creditoris: quia
etiam in illis prior præfertur ſecundo, vt eſt text. in l.
fi. in princip. ff. qui pot. in pig. hab. & ibi not. Barto, &
Bald. in l. hac edictali. §. his: illud. vlti. co. verſicu. vt ſi
quis not. hunc text. ſingu. C. de ſecun. nup. & Bart. in l.
ſi is qui ff. de iure fiſc. in verſic. quæro, quid ſi duobus
priuatis &c. quòd tamen fallit in fiſco. nam ille præ-
fertur priuato habẽti generalem hypot. in bonis poſt
hypothecam quæſitis, ſpeciali priuilegio fiſci, vt eſt
6 text. in d. l. ſi is qui. & ibi Bart. ¶†Nono amplia, vt re-
gula habeat locum in pignore prætorio, conceſſo plu
ribus creditoribus ex diuerſis titulis: quia etiam inter
eos habet locum dicta regula, qui prior. per tex. in l. 2.
C. qui pot. in pign. hab. & ibi Bart. & Salic. & Barto. in
l. cum vnus. in verſicu. venio ad ſecundum. ff. de bon.
author. iudi. poſsid. Secus autem, ſi eſſent creditores
eiuſdem tituli. Nam tunc vno immiſſo, alij cenſeren-
tur immiſsi, & eſſent æquales. ita tenet Dyn. in d. re-
gula, qui prior. in vlti. colum. in verſicu. ſi omnes præ-
torium. & dixi ſupra in 4. parte ſecundi memb. nu. 32.
7 ¶†Decimò amplia, etiam ſi vnus prætenderet pignus
conuentionale, & alius prætorium: quia etiam inter
eos habet locum d. regu. qui prior. ita tenent Bart. Sa-
lic. & alij in dict. l. 2. & Bartol. in dicta l. cùm vnus. per
l. ſi poſtquam. ff. vt in poſſeſſ. leg. & dixi ſuprà in dict.
8 2. membro. nume. 33. ad fin. ¶†Vndecimo amplia, vt
regula procedat etiam in creditore ex ſcriptura pri-
uata, trino teſte ſignata: quia etiam ille præfertur po-
ſteriori creditori habenti hypothecam ex alio ſimili
vel publico inſtru. vt l. ſcriptura. C. qui potio. in pign.
habe. de quo tamẽ latius dicã infra in hoc. 2. membro,
9 quæſt. 8. ¶†Duodecimò amplia regulam, vt procedat
etiam quando vnus mercator vendit merces alij mer-
catori pro certo precio, de quo fidem habuit, & ſic
tranſtulit dominium in ementem, & emptor promi-
ſit ſoluere precium in certis nundinis: & poſtea auſu-
git, & merces venditæ adhuc extant, & concurrũt alij
creditores hypothecarij dicti emptoris, & mercator
qui vendidit merces. Nam in illis mercibus preferri
debent tanquàm priores & potiores dicti creditores,
ita tenent Bart. Bald. Ang. Alex. & communiter docto.
in l. ſi cùm dotem. §. fina. ſol. mat. quamuis Bald. in l. ſi
pro debito. C. de bon. autho. iud. poſſ. voluerit con-
trarium, & malè eum reprobat Alexand. in d. §. fin. in
pen. colũ. Sed Iaſ. in l. creditor. la. prima. ff. ſi cert. peta.
vlt. colum. verſi. nota tamen diligenter. dicit quod di-
ctum Baldi poteſt ſaluari vno caſu, quandò ſ. pecunia
fuiſſet expreſsè mutuata ad tales merces emẽdas: quia
tunc in illis præferretur mutuans aliis creditoribus
prioribus, per l. quòd quis. cum gloſſ. cõmuniter ap-
probata. ff. de priuileg. credit. & etiam plus vult. Iaſo.
quòd iſto caſu talis mutuans habebit tacitam hyp. in
dictis mercibus per glo, in d. auth. quo iure C. qui pot.
in pign. hab. ¶Sed hoc vltimum non eſt verum: quia
dicta gloſſ. communiter eſt reprobata, vt dixi ſuprà, in
hoc 2. membro in 4. ampliatione. nume. 5. illud autem
quod dicit Iaſ. quòd talis mutuans pferatur aliis cre-
ditoribus, intelligi debet de creditoribus ſolam per-
ſonalẽ habentibus, vt declarat Alex. in d. l. ſi cum do-
tem. §. fi. pen. colum. licet Iaſ. ſimpliciter referat. ¶Sed
tam Alexan. in d. §. fi. quàm Iaſ. in d. l. creditor. ineptè
limitant illam concluſionem ſupra firmatam, quòd
mercator in mercibus venditis poſtponatur aliis cre-
ditoribus emptoris, in caſu quando pecunia fuit mu-
tuata expreſsè ad merces emendas: quia limitatio eſt
penitus diuerſa à dicta concluſione, vt de ſe patet. Di-
cta tamẽ deciſio bene fallit, quando ille mercator qui
emit merces, prius præconceperat fugam: quia tunc
ex traditione non fuit in eum tranſlatum dominium:
& ideo venditor illarum deberet in illis præferri tan-
quàm dominus: ita not. Alexan. in d. l. ſi cum dotem. §.
fin. in vlt. colum. poſt Angel. & alios per allegata ibi p
eum. & idem tenet Veronen. in cau. char. 16. incip. vul
10 garis. j. col. ¶†Tertiodecimò amplia, vt regula pro-
cedat non ſolùm pro ſorte principali, ſed etiam pro
vſuris: quia etiam in illis præfertur prior in tempo-
re, vt



re vt eſt text. & ibi gloſſ. & Bartol. in l. Lucius. ff. qui
pot. in pig. hab. ¶Quartodecimò amplia, vt regula pro
cedat non ſolum in expreſſa hypotheca, ſed etiam in
tacita: quia etiam prior in illa, præfertur poſterior., vt
eſt text. in l. hac edictali. §. his illud. C. de ſecund. nup.
& ibi hoc notat Baldus in vlti. colum. & hoc etiam in
rebus poſt obligationem quæſitis, vt ibi per Baldum &
non ſolum præfertur alteri tacitę poſteriori, ſed etiam
præfertur expreſſæ poſteriori, etiam fiſco. vt l. ſecunda
reſpon. C. rem alie. geren. & not. Dyn. in dicta regula.
qui prior. in membro tacitæ. ¶Quintodecimo amplia,
vt regu. procedat non ſolum quando hypotheca appo
nitur à domino in re ſua, ſed etiam ſi apponatur à non
domino, in re in qua habet Publicianã: quia etiã iſto ca
ſu prior in tempore, potior eſt in iure. vt l. ſi non domi
nus. in j. reſpon. & ibi Bartol. ff. qui pot. in pign. hab.
¶Sextodecimò amplia, vt reg. procedat non ſolum in
hypotheca pura, ſed etiam in conditionali: quia ſi con
ditio ſit caſualis vel mixta, non dependens ex mera po
teſtate debitoris, tunc trahitur retro ad diem contra-
ctus, & creditor ex illa, præfertur poſteriori creditori
puro, vt eſt text. in l. qui balneum. §. primo. & in l. po-
tior. §. primo. ff. qui pot. in pig. hab. & proptereà in do
te quæ eſt promiſſa reſtitui ſub conditione, ſi matrimo
nium ſoluatur, & ante non oritur actio ad reſtitutio-
nem dotis, vt latè per Alexand. in l. ſi conſtante. §. j. ff.
ſolut. matrim. & per Bal. Nouel. in tractatu dotis. in 10.
parte principali. in 16. limita. & in actione tutelæ, qua
finita, & non ante, oritur actio contra tutorem, vt per
gloſſ. & Bartol. in l. ſi rem. §. omnis. ff. de pign. action. &
in toto titu. ff. de tut. & ra. diſtrahen. & in ſimilibus ca-
ſibus, hypotheca, quæ accedit obligationi conditiona
li, exiſtente conditione, trahitur retro ad diem contra
ctus: & perinde habetur, ac ſi illo tempore quo ſtipula
tio interpoſita fuit facta fuiſſet ſub hypotheca ſine cõ
ditione, vt dicit text. in d. l. potior. §. j. & ideo creditor
ex illa venit præferendus aliis hypothecis poſteà purè
contractis, non obſtante quòd contractæ fuerint ante
purificatam conditionem præcedentis obligationis:
ſecus autem eſt (vt dixi) in obligatione contracta ſub
conditione poteſtatiua, quia illa non trahitur retro, &
ideo non facit præferri creditorem, ſed attenditur tẽ-
pus exiſtentis conditionis, vt eſt text. & ibi glo. Barto.
Angel. & Salice. in l. j. ff. qui pot. in pign. habe. & dicta
l. qui balneum. in princip. & in dicta l. potio. in princi.
eodem titu. & in l. Titius. quæ eſt lex penul. & ibi Bar-
tol. & omnes. ff. quæ res pign. oblig. poſſ. & declarant
Ange. Alexan. & Iaſ. in l. ſi filius. in princ. ff. de verbor.
obliga. & habetur per Barto. in l. ſi is qui pro emptore.
in quinta quæſtione principal. ff. de vſucap. & ibi etiã
Iaſon in materia fictionis translatiuæ ¶Et ratio diffe-
rentiæ inter conditionem caſualem & poteſtatiuam
aſsignatur per Bart. in d. 5. quæſtione, quia in conditio
ne poteſtatiua non ſubeſt æquitas, immo deficit quòd
ipſa trahatur retro, ex quo fuit in poteſtate debitoris
eam non implere, & ſic non incidere in obligationem:
& pro hoc eſt bonus text. in capitu. ſi pro te. de reſcrip.
lib. 6. prout ibi declarat Ioan. Andr. in 4. glo. & in No-
uel. qui etiam aliter aſsignat rationem differentiæ, vi-
delicet quia cõditio caſualis pẽdet ex fortuna: & ideo
contractus dicitur ſolidior, cùm non pendeat à volun
tate ſeu poteſtate alicuius partis: ſecus eſt in conditio
ne poteſtatiua, quia illa pendet à volũtate partis: ideo
contractus non eſt ita ſolidus: & iſtud declarat ibi Io
an. de Ligna. dicens quòd quando diſpoſitio eſt ſub cõ
ditione caſuali, dicitur ius quæſitum licet conditiona
liter: & ideo adueniente conditione retrotrahitur, &
primus præfertur ſecundo poſteriori, iuxta dictam. l.
qui balneum. §. primo. ſed quando dependet à volunta
te debitoris, non dicitur initus contractus. d. l. qui po
tior. primo reſpon. ſed potius habitus tractatus de in-
eundo, & ideo non trahetur retro. dict. capit. ſi pro te.
& idem fuit de mente Pauli de Leazaris, prout ibi re-
fert Ioannes de Fantu. qui etiam clarius declarat hãc
rationem differentiæ: & ſequitur etiam Dominicus de
ſancto Geminiano & refert Socin. in conſilio 41. in prę
ſenti conſultatione, in prima column. quarto volumi,
Et corroborat per glo. no. in glo. ſuper verſi. executorẽ
in clemẽ. j. de conceſ. præben. quę melius declarat hũc
articulum, quam faciant legiſtæ, ſecundum Paulum de
Caſtr. in l. quidam cùm filium, in fin. ff. de verborũ o-
bliga. & refert Socin. in dict. conſi. 41. & an & quando
dicatur eſſe in poteſtate debitoris, cui fuit promiſſa
pecunia, illam non recipere. vide Barto. in l. Titius. ff.
quæ res pigno. oblig. poſſ.
10 ¶†Sed licet ita ſit in contractibus, tamen in legatis
eſt ſecus: quia in illis non trahitur retro conditio, ſed
attenditur tempus exiſtentis conditionis. l. ſi mater. §.
eandem. ff. de excep. rei iudi. & l. j. §. ſerui appel. ff. ad
Syllan. & ita not. Bart. Alexan. & alij in d. l. ſi filius, in
princip. ff, de verb. oblig. & latiſsimè Iaſ. in dict. l. ſi is
qui pro emptore, col. 66. in materia fictionis translati-
uæ: & in dictis locis aſsignantur etiam plures ratiões
differentiæ inter contractus conditionales. & legata:
quare in contractibus conditio retrotrahatur, & non
in legatis: & ex hoc infert Bald. Nou. in tractatu dotis
in 10. parte, in fin. quòd ſi hæres pendente conditione
legati, aliquid alienauerit ex bonis teſtatoris tacitè o-
bligatis dicto legato, iuxt. l. j. C. commu. de leg. & po-
ſtea purificetur conditio legati, quòd legatarius non
poterit ex hypotheca auocare ab emptore dictam rẽ
ei venditam: quia conditio in vltimis voluntatibus nõ
trahitur retro, vt habetur in dicta l. ſi filius. in princip.
& ita dicit conſuluiſſe in ciuitate Florentiæ, licet plu-
res aduocati tenerent contrarium: & ita etiam tenet
Socinus in dicto conſil. 41. quarto volumi. de quo arti-
culo latius dixi ſuprà in iſta quinta parte, in primo mẽ
bro, vbi vide. Sed ſi res legata, ſub conditione aliene-
tur per hæredem, pendente conditione, & poſtea puri
ficetur conditio, dicta alienatio fingitur retro nulla, &
eſt ac ſi nunquam fuiſſet alienata, vt eſt tex. in l. fina. §.
ſin autem ſub conditione. & ibi Bart. in penul. oppo. C.
commu. de leg. & tenet Iaſ. in dict. l. ſi is qui pro empto
11 re. colum. 167. ¶†Septimodecimò amplia regulam. vt
etiam procedat quando priuatus creditor eſſet ante-
rior in tempore, & fiſcus eſſet poſterior: quia etiã iſto
caſu præferri debet prior in tempore, fiſco: & Regi Im
perator, vt eſt text. & ibi not. Bald. poſt gloſ. in l. ſi fun-
dum. C. qui po. in pign. habe. & Bald. in l. tertia. C. de re
miſ. pign. & text. in l. fin. §. fin. & ibi Barto. ff. qui po. in
pigno. habe. ¶Intellige tamen (vt etiam dixi ſupra) in
bonis quæſitis ante hypothecam fiſci: ſecus autem in
quæſitis poſtea, quia in illis præfertur fiſcus, vt per Bar
tol. in dict. l. fin. in princ. & latius in l. is qui. ff. de iure
12 fiſci. ¶†Decimooctauò amplia, vt regula procedat
etiam in duabus dotibus reſtituendis ex eiuſdem bo-
nis: quia prior in tempore, potior eſt in iure: vt eſt tex.
in l. fina. in verſicul. exceptis. cum verſicul. ſequ. C. qui
13 po. in pign. habe. ¶†Decimononò amplia, vt regula
procedat etiam ſi prima obligatio nouetur cum repe-
titione primæ hypothecæ & pignoris, quia ſcilicet il-
le creditor præferri debebit aliis creditoribus præce-
dentibus nouationem, ſubſequentibus tamen poſt pri
mam obligationem nouatam, quia pignora repetita
in nouatione, cenſentur repetita cum priuilegio prio-
ritatis, vt eſt text. & ibi not. Barto. in l. tertia in princip.
14 ff. qui po. in pign. habe. ¶†Vigeſimò amplia regulã,
vt procedat etiam ſi prior creditor habet generalem
obligationem bonorum, & poſterior haberet ſpecia-
lem in vna re: quia etiam in illa re ſpecialiter obliga-
ta, ſecundo præfertur primus ratione generalis obli-
gationis, vt eſt textus in l. ſecunda. ff. qui po. in pignor.
habe. & text. & ibi Baldus & Salicet. in l. ſi generaliter.
Codic. eodem titulo. ¶Fallit modo dicta regula vi-

15 ginti modis.¶†Et primò fallit.quando pecunia eſſet
mutuata ad conſeruationem rei,puta ad nauem armã
dam,vel reficiendam:quia tunc poſterior creditor pręfertur
priori in dicta re vel naui,vt eſt textus in l.inter
dum.ff.qui pó.in pign.hab.& ibi Bartolus & iſtud pri-
uilegium prælationis,non ſolum militat reſpectu alte
rius creditoris habentis tacitam generalem anterio-
rem,ſed etiam militat reſpectu anterioris creditoris
habentis ſpecialem & expreſſam:quia iſte præfertur il
li ad inſtar illius,ex cuius pecunia empta fuit res cum
pacto expreſſo,vt illa eſſet obligata illi,qui pecuniam
mutuauit ad illam emẽdam,iuxta l.licet.C.qui potior.
in pign.hab.Ita tenet gloſſ.& fuit opin.Azo.in dicta l.
interdum.in gloſſ.prima.& ibi ſequitur Bart.& Salic.
niſi ille talis qui habet ſpecialem,eſſet etiam priuile-
giatus inter perſonales actiones,iuxta titul.ff.& C.de
priuile.credi.quia tunc ille qui mutuauit ad refectio-
nem nauis,non præferretur illi tali.ita tenet gloſ.in d.
l.interdum.& ibi ſequitur Salic.Et vltra prædicta am-
plia hanc fallẽtiam,vt procedat etiam in mutuo facto
pro alimentis nautarum,ſine quibus nauis ſalua ad lo
cum deſtinatum peruenire non poterat: vel in mutuo
facto pro cuſtodiendis rebus,vel pro ſoluendo naulo:
vel pẽſione vecturæ dictarum rerum obligatarũ prius
alteri:vel pro affictо ſoluto pro horreo,vel alia domo
in qua dictæ res obligatæ fuerunt conſeruatæ.In om-
nibus enim iſtis caſibus potentior eſt qui pro illis mu
tuauit prioribus creditoribus,vt eſt text.in l.huius.ff.
qui potio.in pigno.habe.& declarant Barto.& Salicet.
in dict.l.interdum.Item extenditur iſta fallentia ad re
fectionem cuiuſcunq; ædificij & aliarum rerum : quia
mutuans ad hoc,præfertur aliis creditoribus anterio-
ribus,vt not.Bartol.& Salice.in dict.l.interdum.&tex.
iuncta gloſſ.in l.creditor qui ob reſtitutionem.ff.ſi cer
tum petatur.¶Et iſta prima fallentia extenſa,vt ſuprà,
reſtringitur ſex modis: Primo modo, vt procedat ita
demum,ſi pecunia expreſsè mutuata fuit ad dictã cau-
ſam conſeruationis & refectionis.Nam ſi pecunia fuiſ
ſet ſimpliciter mutuata,nõ expreſſa cauſa,etiam quòd
poſteà eſſet expenſa in refectione,mutuans non habe-
ret priuilegium prælationis,text.eſt in l.procuratoris.
§.ſi duas.in verſicu.plane.ff.de tributor.¶Secundò re
ſtringitur,vt non procedat etiam ſi pecunia eſſet ex-
preſſe mutuata ad dictam refectionem, niſi cùm effe-
ctu eſſet expenſa pro tali refectione:alias enim cеſſaret
ratio dict.l.interdum. ¶Tertio reſtringe,vt procedat
reſpectu pecuniæ mutuatæ ad dictam refectionem, nõ
autem reſpectu pœnæ conuentionalis adiectæ in con
tractu mutui:quia quo ad pœnam,ceſſat tacita hypo-
theca,& etiam priuilegium prælationis,ita Paulus de
Caſtr.in l.ideo condemnatus,per illum tex.ff.de com-
pen.¶Quartò reſtringe dictam fal.vt procedat,quate-
nus dicta pecunia fuit neceſſaria pro dicta refectione.
ſecus autem in eo pluri,quod fuiſſet mutuatum vltra
neceſsitatem,vt eſt optimum argumẽ.in l.fi.in fin.prin
cipij.ff.de exercit.¶Quintò reſtringe dictam fallen.in
mutuo facto hæretico:quia etiam ſi ſit factum pro re-
fectione,& omnia concurrant,tamen mutuans nõ ha-
bet hoc priuilegium hypothecæ,vt in ſimili dicit tex-
tus in authen.Item priuile.C.de hæreti.& tenet Abb.
in c.quia gaudemus.de diuor.& iſtæ quinq; reſtrictio
nes ponuntur per Iaſo.in d.l.creditor.ff.ſi certum pet.
16 ¶†Sextò reſtringe tu,vt fallentia non procedat,quan
dò creditor qui mutuauit,in cauſa refectionis concur
reret cum vxore agente ad ſuas dotes vigore ſuæ taci
tæ hypothecæ priuilegiatæ,iuxta dict.l.aſsiduis.C.qui
po.in pign.habe.Nam vxor deberet præferri tali cre-
ditori habenti tacitam anteriorem & priuilegiatã, vt
ſuprà.Ita latè diſputando firmat Salicet.in dict.auth.
quo iure,C.qui pot.in pigno.habe.per optima funda-
menta,& reſpondet argumentis Cyni,qui tenuit con-
trarium:& idem tenet Salice.in d.l.interdum.Et licet
Bald.Noue.in tracta.dotis,in 10.parte,in 11.col.in 14.li
mita.ſicco pede tranſeundo ſenſerit contrarium,ſcili-
cet quòd iſto caſu prior in tempore,potior ſit in iure:
tamen placet opinio Salice.quia per eam euitatur cor
rectio dict.l.aſsiduis.per quam mulier in dotem cum
ſua tacita hypotheca præfertur anterioribus credito-
ribus tacitam tantum prætendentibus.& ideo eſt am-
plectẽda.l.pręcipimus.C.de appel.& quia in dubiis iu
dicandum eſt pro dote,l.in ambiguis.ff.de iure dot.&
iſtam opinionem etiam ſimpliciter refert & tenet Iaſ.
in dict.l.creditor.in verſi.quid autem ſi mutauit pecu-
niam.ff.ſi certum peta.& pro ea facit:quia(vt dixi)mu
tuans ad refectionem,non præfertur alij habenti taci
tam hypothecam priuilegiatam in perſonalibus,vt te
net gloſſ.Bartolus & Salicet.in dict.l.interdum.ſed ſic
eſt,quòd mulier in dote vltra tacitam hypothecam ha
bet etiam priuilegium prælationis in actionibus per
ſonalibus.vt l.vni.& ibi gloſſ.& doctor.C.de priuile.
do.merito dict.l.interdum.& in qua fundatur iſta pri-
ma fallen.non militat in dote:& hoc eſt clarum.
17 ¶†Secundò fallit dict.regula,quãdo mutuans ad rem
emendam,expreſſe conueniſſet cum debitore, vt res
emenda de dicta pecunia,eſſet ei pro pecunia mutua-
ta obligata ſpecialiter. Nam tunc mutuans in hypo-
theca dictę rei præferretur anterioribus creditoribus
habentibus priorem hypothecam generalẽ,vt eſt tex.
in l.licet.C.qui potio.in pign.habean.Sed eſt dubium
an iſte qui expreſſe conuenit,vt res emenda ex ſua pe-
cunia mutuata ad illam emẽdam eſſet ei obligata,iux-
ta dict.l.licet.præferri etiam debeat doti anteriori.Et
Barto.in dict.l.interdum tenet quòd non:& allegat gl.
in authent.de æqual.do.§.his conſequẽs.tamen in hoc
puto contrarium eſſe de iure verius : quia qui mutuat
cum pacto , vt res emenda ex pecunia mutuata,ſit ſibi
obligata,habet expreſſam hypothecam, & non tacitã,
ex qua oritur mediante conuentione & pacto, iuxta
notata in l.vnica.§.& vt plenius.C. de rei vxo.action.
Cùm ergo habeat expreſſam & ſpecialem in dicta re,
& præferatur omnibus creditoribus anterioribus ha
bentibus etiam expreſſam hypothecam , vt eſt text.in
dicta lege licet.debet fortius præferri doti habenti an
teriorem tacitam quia ſi præfertur habentibus expreſ
ſam anteriorem,qui præferuntur doti habẽti tacitam
poſteriorem,vt habetur in dicta lege aſsiduis.debet e-
tiam præferri doti per l.filium.cum ibi not.C.qui po.
in pigno.hab.& ita firmat Veronen.in ſuis cautelis.
chart.16.column.quarta incipien.vulgaris, &c.Et pro
corroboratione optimè faciunt notata per me ſuprà
in 4.parte principali,in 4.quæſt.vbi fuit concluſum,ꝙ
pactum factum inter ementem & vendentem,quò res
vendita ſtet prius hypothecata pro certo debito,præ-
iudicat etiam anterioribus creditoribus:& facit quòd
licet creditor, in cuius fauorem eſt appoſitum dictum
pactum,præferatur omnibus aliis anterioribus hypo-
thecis in dicta re : quia illa res tranſiuit in emptorem
affecta ex dicta obligatione per allegata in dicto loco
vbi vide, & ex hoc poteſt etiam dici, quòd creditor
qui mutuauit cum pacto,de quo in dict.l.licet.pręfer-
ri debeat non ſolùm doti anteriori habenti tacitam,
18 ſed etiam habenti expreſſam,cùm ſit eadem ratio.†Et
etiam facit pro prædictis id quod volunt Vber. de Bo-
bio & Alberi. in d. l. licet. videlicet, quòd ſit vendens
aliquam rem , & habens fidem de precio, quo caſu
transfertur dominium in emptorem , vt l. quidam. ff.
de in rem ver. & l. procuratoris. §. ſi dedi mercedem.
ff. de tribu. ſi tamen expreſſè conueniat quòd res ven-
dita ſit ſibi expreſſè hypothecata pro ſuo precio, tunc
ipſe venditor eſſet aliis potior in dicta re:ſecus autem
ſi non feciſſet dictum pactum,& hoc per d.l.licet.
¶Quinimmò volunt plus præfati doctores in d. l. li-
De iſta materia v. I. ... fol. 354. ... cet.
priuileg. creditore.



cet.videlicet ꝓ ſi(retentis terminis prædictis)emptor
tempore emptiõis obligauit pro pretio omnia ſua bo-
na venditori,quòd etiam iſto caſu vẽditor pro ſuo pre
tio eſſet præferendus aliis anterioribus creditoribus
in re vẽdita:& ſic voluit,quòd licet dicta l.licet.loqua
tur in re expreſsè obligata,tamen quòd idem ſit in ge-
nerali hypotheca.& ita refert Veronen.in dicta cau.
incipien.vulgaris.¶Tamen de hac vltima deciſione ſa
tis dubito,quia tex.in dicta l.licet.expreſsis verbis di-
cit,quòd ſtatim in ipſa emptione fuit prædium ſpecia
liter obligatum,& ſic loquitur in obligatione ſpecia-
li:ergo à verbis claris legis non debemus recedere : &
facit:quia generalis & ſpecialis hypotheca in multis
differunt,vt dixi ſuprà in ſecũda parte tractatus,in pri
mo membro,vbi poſui ſex differentias, inter generalẽ
& ſpecialem hypothecam , & hinc eſt(vt puto, ) quòd
Veronẽſis in dicto loco ſubit,quòd ad tollendũ omne
dubium,venditor debet in ſe retinere dominium rei
venditæ pro pretio ſibi ſoluendo:& quòd ita commu-
niter obſeruatur,& bene. Et ſimiliter ex parte empto-
ris qui vult ſoluere pretium,& dubitat , ne res empta
ſibi moleſtetur aut euincatur, & quòd bona vendito-
ris non ſint idonea,& ſint hypothecata aliis anteriori-
bus creditoribus,cautela erit,argument.dictæ l.licet.
quòd pecunia deponatur cum pacto,quòd cõuertatur
in emptionem aliorum bonorum immobilium, quæ
prius ſtent obligata pro defenſione rei venditæ.tale e-
nim pactum valet,vt per Alexandrum in l.ſi fideiuſſor:
§.ſi neceſſaria.ff.qui ſatiſdare cogãtur.& tunc illa bo-
na empta ex dicta pecunia, erunt ſpecialiter obligata
pro defenſione dictæ rei venditæ,& vigore dictæ ſpe-
cialis hypothecæ emptor pro defenſione,& qui actio-
ne rei emptæ erit præferendus quibuſcunque aliis cre
ditoribus,etiam anterioribus & habentibus generalẽ
hypothecam in bonis venditoris, per textum in dicta
l.licet.& per alia ſuprà notata:& ita frequenter practi-
catur Florentię in emptionibus & ceſsionibus iurium
19 & aliis contractibus,& bene,&c.¶†Tertiò fallit d.re-
gula in pupillo,ex cuius pecunia res empta fuit : quia
licet aliàs res empta ex pecunia vnius, non ſit ei obli-
gata,vt l.quanuis.C.de pigno.ſed ſit neceſſarium pa-
ctum expreſſum,vt dicta l.licet.C.qui pot.in pig.habe.
tamen in pupillo eſt ſecus:nam res empta ex eius pecu
nia,pro rata ſuæ pecuniæ eſt ei tacitè hypothecata,cũ
priuilegio antelationis aliis creditoribus habentibus
anteriorem generalem hypothecam in bonis eiuſdem
debitoris,vt eſt tex,in l.idẽmque.ff.qui potior.in pign.
hab.& ibi gloſſ.Bar.& alij,& hoc quando ille qui emit,
eſt extraneus:ſed ſi eſſet emptor tutor pupilli, tunc eſt
in electione pupilli, an velit dictam rem emptam eſſe
ſibi hypothecatam pro ſua pecunia ex qua empta fuit,
an verò velit vti rei vindicatione dictam rem vendica
re:vt habetur per gloſſ.Bartol.Bald.Salice.& alios in l.
ſi vt proponas.C.de rei vendica.per Baldum poſt gloſ.
in l.ſi tutor.C.de ſer.pign.dat.ma.& per glo.Barto.in l.
20 2.ff.quando ex fact.tuto.¶†Quartò fallit regula in re
empta ex pecunia militis,quia etiam illa eſt tacitè hy-
pothecata militi pro ſua pecunia cum eodem priuile-
gio antelationis,vt dictum eſt in pupillo,vt not.gloſſa
in l.quanuis ex ea.C.de pigno.& ibi Barto.& Salice.&
latius Salic.in dicta l.licet.in j.& 2.oppoſi.C.qui poti.
21 in pignor.habe. ¶†Quintò fallit in militia empta ex
pecunia expreſsim mutuata ad dictam militiã emen-
dam:quia etiam quòd non fuerit oppoſitum pactum,ꝙ
illa militia eſſet ſpecialiter obligata iuxta dictã l.licet.
tamen ſpeciale eſt,quòd dicta militia ſit obligata pro
dicta pecunia mutuata cum priuilegio prælationis: &
ſic quod creditor ille præferri debeat aliis creditori-
bus,& etiam præferatur vxori dicti debitoris, qui mi-
litiam emit,& eius filiis repetentibus dotem:textus eſt
& ibi notant omnes in l.final.& authentica ibi poſita.
C.de pign.& in authen.quo iure.ff.qui potior.in pign.
habean.¶Sed dubium eſt,an iſte creditor in dicta mi-
litia pręferatur doti poſteriori tantum,an etiam ante-
riori:& Bald.notat in tractatu dotis in 10. parte in 12.
column.in verſicu.13.limita.vult,quòd præferatur ſo-
lum doti poſteriori,non autem anteriori.quia quando
dos eſt anterior,præfertur cuicunque priuilegiato , &
etiam fiſco,niſi ex cauſa primipilari,vt l.ſatis notũ.C.
in quibus cauſis pignus tacitè contrahatur. & ſuade-
tur etiam ratione,quia dicta authenti.quo iure. poſita
eſt ad ampliationem d.l.aſsiduis.quæ vult , quòd mu-
lier in dote præferatur aliis creditoribus habentibus
tacitam hypothecam.Nam d.authentic.extendit diſ-
poſitionem dictæ l.aſsiduis.etiam ſi anteriores credito
res eſſent illi,ex quorum pecuniis res eſſent emptæ ſi-
ue refectæ, qui prætenderent perſonalem priuilegia-
tam,& poſtea excipit militiam emptã.in qua non vult
mulierem pro dote pręferri illi qui expreſsè mutuauit
ad emendam militiam.remouetur ergo in hoc priuile
gio dotis,de quo in dicta l.aſsiduis.non autem præbet
vlterius priuileg.creditor in dicta militia contra do-
tem:idem etiam probatur in dicta l.fin.& authenti.ibi
poſita:& ita etiam tenet gloſ.in authen.de æquali.do.
in §.his conſequens.in glo.in authent.de æqualita.do.
in §.his conſequens.in gloſſ.in ver.poſterior.quæ vult
quòd quando duo priuilegiati concurrunt in tempo-
re,potior ſit in iure,& ita tenendum puto.
22 ¶†Sextò fallit regula,quãdo concurrunt duæ dotes,
quarum prior pręferri debet d.l.aſsiduis.§.exceptis.&
dixi ſuprà in 18.ampliatione. Nam hoc fallit, quando
extarent aliquæ res ſecundæ dotis,quia in illis mulier
vel eius filij agentes pro dote,præferri debent agenti
bus pro anteriori dote,& ſic habẽtibus generalem hy-
pothecam anteriorem,vt eſt textus.& ibi no. doctores
23 in authent.fin. C.qui pot.in pig.hab.¶†Septimò fallit
generaliter im omnibus dotibus , quia mulier & eius
liberi agẽtes pro reſtitutione dotis in tacita hypothe-
ca eis competenti,pręferuntur aliis non priuilegiatis,
habentibus aliam tacitam anteriorem,vt eſt textus in
dicta l.aſsiduis.& pluries dictum fuit.
24 ¶†Octauò dicta regula fallit in hypotheca conditio-
nali competenti pro legatis iuxta l.j.C.commu.de leg.
quia ſcilicet non trahitur retro,vt ex ea legatarius præ
feratur habẽtibus hypothecam in rebus teſtatoris ac-
quiſitam poſt mortem teſtatoris ab hærede,per not.in
l.ſi filius.in princ.ff.de verb.obliga.& dixi ſuprà in hoc
ſecundo membro.numer.18.vbi vide.¶†Nonò fallit in
25 pluribus immiſsis ex primo decreto vigore rei iudi-
catæ,vel iuris exequibilis:quia omnes ſunt æquales,&
ſic non habet locum in eis regula,qui prior.nam prior
non præfertur,vt per Alexandrum poſt alios in l.ſi fini.
ta.§.ſi plures.ff.de damno infecto. & dixi latè ſuprà in
3.parte ſecundi membri.nu.27.
26 ¶†Decimò fallit regula,quando prior creditor poſsi-
det,& conuentus hypothecaria à poſteriori creditore
etiam iniuſtè agente,negat per mendacium illam rem
fuiſſe debitoris.nam hoc probato à poſteriori credito
re,punitur prior creditor in tranſlatione poſſeſsionis:
quia ſcilicet iudex abſque alia ſententia debet trãsfer
re poſſeſsionem,quæ eſt apud priorem creditorem ,in
ſecundum,& modò dictus primus creditor de reo ef-
ficietur actor:quia ſi vult conſequi ſuum creditum,co
gitur inchoare nouum iudicium,& proſequi & finire
in hypothecaria contra poſteriorem creditorem , in
quem fuit tranſlata poſſeſsio , & ſic habes caſum , in
quo reſpectu poſſeſsionis poſterior creditor hypothe-
carius efficitur anterior,& poſterior. iſte eſt textus in
authentica,item poſſeſſor.C. qui potiores in pignor.
habeantur. ¶Et iſtud procedit etiam ſi prior creditor
poſt ſuam negationem & probationẽ ſuper hoc factã
à poſteriore, vellet incontinenti docere de ſua priori
hypotheca,quia non debet audiri:ſed omnino poſſeſ-
ſio eſt transferenda in poſteriorem,vt ibi notat gloſſa.

& tenent Bart.Bald.Salic.& alij:qui in hoc iudi.poſſeſ-
ſorio nō admittitur excep.Dolo facis petēdo id quod
incōtinenti reſtituere teneris:iuxta l.j.in princ.ff.quo-
rum lega.ita firmat gloſſ.in dicta authent.item poſſeſ-
ſor.& ſequuntur docto.& talis tranſlatio poſſeſsionis
de priori creditore in poſteriorem,fit in eadem inſtan
tia per implorationem officij iudicis,& tranſlata poſ-
ſeſsione eſt finita inſtantia abſque alia ſententia,quod
eſt mirabile:& opus erit noua inſtantia,ſi prior credi-
tor vult agere hypothecaria contra ſecundum: ita no.
Barto.& Salicet.in dicta authen.item poſſeſſor.
27 ¶†Vndecimò fallit in caſu ſpeciali,videlicet pro de-
bito primipili.Nā fiſcus creditor ex eo præfertur cui-
cunque anteriori creditori,& etiam dos vxoris admi-
niſtratoris primipilatus,eſt obnoxia pro dicta admini
ſtratione,vt eſt textus in l.ſatis notum.C.in quib.cau-
ſis pignus tacitè contrahatur.ad idem text.in l.pen.C.
de primipilo.libro 12.antequam tamen deueniatur ad
dotem vxoris,debet fieri diſcuſsio de omnibus bonis
mariti,& demum in ſubſidium poteſt deueniri ad do-
tem,vt eſt textus in dicta l.ſatis notum.
¶Duodecimò fallit in accipientibus pignus a duobus
diuerſis non dominis & diuerſis temporibus:quia in-
ter accipientes melior eſt conditio poſsidentis,& non
attenditur qui prius acceperit,vt eſt tex.in l.ſi non do-
minus.ſecundo reſponſo.ff.qui potiores in pign.habe.
28 & ibi per Bart.& Salic.¶†Tertiodecimò fallit in expē
ſa funeris,quia illa præfertur omni æri alieno,vt l.fin.
§.in computatione.C.de iure deliberā.etiam illi quod
habet tacitam hypothecam,vt eſt textus in l.at ſi quis.
§.j.ff.de relig.& ſumpt.fune.& tex.in l.pen.eod.tit.qui
dicit quòd præcedit omne æs alienum.
¶Sed difficultas eſt,an talis expenſa præferatur etiam
debito quod habet expreſſam hypothecā anteriorem.
& glo.in d.l.pen.ſub dubio fortè tenet quòd non, arg.
eius quod dicitur in dote,in l.aſsiduis.C.qui potio.in
pign.haberi.vbi habetur,quòd tacita hypotheca do-
tis præfertur alteri tacitæ anteriori,ſed non expreſſæ.
Barto.autem in l.j.in 4.colum.verſi.4.oppon.ad ſecun-
dam partem,allegando d.l.pen.quę incipit,impenſa.ff.
ſoluto matrimo.tenet, ꝙ impenſa oneris,tanquam re-
ſpiciens publicam vtilitatem,de qua ibi,præfertur do
ti:& ita refert & reputat ſingulare,& ſequitur Angel.
de Aret.inſtitut.de lege Falcid.§.fin.in ſecundo not.&
pro iſta opinione facit text.in dicta l.pen.quæ dicit, ꝙ
impenſa funeris ſemper ex hæreditate deducitur,pon
derando verbum,ſemper:& poſtea ſubdit,quòd præce
cedit omne creditum,ponderādo verbum,omne,quod
nihil excludit.l.à procuratore.C.manda.cap.ſi Roma-
norum.19.diſtinctione.& ſicut præcedit tacitam hypo
thecam,dicta l.at ſi quis.§.j.ita videtur,quòd pręcedat
etiam expreſſam. argu.l.cùm quid.ff.ſi cert.peta.¶Ta-
men Bald.Nou.in tractatu dotis.in 10.parte,in 11.colū.
in 9.limitation.tenet,ꝙ mulier in dote vigore ſuæ ex-
preſſæ,& etiam tacitæ anterioris,præferri debeat debi
to funerario per allegata ibi per eum: & reſpondet ad
dictum verbum,ſemper,& omne,quòd per generalia
fauore dotis reſtringuntur,vt cauſam dotis non com-
prehendant,per textum in l.final.C.de iure dotium.&
Salicetus ibi,de quo plura dicemus infrà in prima par
te octauæ partis principalis,in nona fallentia. vbi vi-
de.ſed Bald.Nou.non facit mentionem de dicto Bart.
in dicta l.j.qui vult contrarium in dote.¶Et propterea
in iſta varietate puto dicendum,quòd creditum fune-
rarium præferatur doti reſpectu tacitæ hypothecæ,
non autem reſpectu expreſſæ:quia Bart.non aperit de
expreſſa vel tacita,ſed ſimpliciter dicit, quòd præfer-
tur doti:vnde debet intelligi de tacita, & non de ex-
preſſa:quia non reperitur in iure, quòd expenſa fune-
ris præferatur expreſſæ hypothecæ anteriori, ſed ſolū
tacitæ.dict.l.at ſi quis.§.primo. & in tacita eſt minor
ratio,quàm ſit in expreſſa:quia lex tibi ſuum, & nō tuū
denegat auxilium.dicta l.aſsiduis.& ratio Barto.de pu
blica vtilitate in tacita,præualet argumentis Bal. No-
uell.Vnde concludo,quòd expenſa funeris præferatur
tacitæ anteriori etiam dotis:ſed non expreſſæ etiam al
terius creditoris,quàm dotis.& in hoc videtur cōcor
dare glo.in dicta l.penul.& Barto.in dicta l.j.& alij qui
tranſeunt ibi cum Bartolo.Et quod dictum eſt de expē
ſa funeris,dicendum eſt etiam de expenſa infirmitatis,
quia æquiparantur:vt dicit Baldus in l.reſtituenda.C.
de petitione hæreditatis.& tenent Alexand. & Iaſ.in l.
fin.§.in computatione.C.de iure deliber.¶Quartode-
cimò fallit,quando primus creditor habet generalem
hypothecam & etiam ſpecialem in vna re:& ſecundus
creditor habet ſpecialem tantùm in alia re diuerſa à
ſpeciali primi creditoris:quia tali caſu primus credi-
tor non poteſt agere ad ſpecialem ſecundi creditoris
vigore ſuæ generalis,donec primo poteſt ſatisfieri de
ſua ſpeciali.& ſic iſto caſu ſecundus creditor inueni-
tur in ſua ſpeciali potior,quàm ſit primus vigore ſuæ
generalis anterioris:& hoc non de rigore iuris,ſed de
æquitate,vt eſt textus in l.ſecunda.C.de pig.& ibi per
docto.& ſic etiam iſto caſu fallit d.regula,qui prior.&
de hac materia dicam latiùs infrà in hoc mēbro, quæ-
29 ſtion.9.¶†Quintodecimò fallit regula, quando ſecun
dus offert ſoluere primo:quia tunc confirmat ſibi pi-
gnus:& dimiſſo priori,creditor ipſe efficitur anterior:
vt l.j.& ibi per doctores.C.qui pot.in pign.habe.& l.2.
C.de pignori.& l.potior.§.fin.ff.qui pot.in pign.habę.
30 ¶†Sextodecimò fallit regula,ſi res prius obligata pri-
mo creditori,obligetur ſecundo de voluntate primi:
quia tunc ſecundus erit potior primo,&ei pręferetur,
vt eſt textus in l.creditor.§.fin.ff.qui potiores in pign.
habeantur.& ibi Bart. ¶†Decimoſeptimò fallit,quan-
do ſunt tres creditores, videlicet primus,ſecundus &
tertius:nam ſi tertius offerat primo,ſuccedet in locum
illius,& modò erit prior ſecundo.& ei præferetur, vt
eſt textus in l.ſi prior.§.à Titio.& ibi not.Barto.& Sa-
licetus.ff.qui potiores in pign.habe. ¶Decimooctauo
fallit,quādo primus creditor eſt creditor ex chirogra
pho non ſubſcripto tribus teſtibus,& ſecundus eſt cre
ditor ex publico inſtrumento:quia iſto caſu ſecundus
præfertur primo,vt l.ſcripturas. & ibi per doct. C. qui
pot.in pign.hab.¶†Decimononò fallit regula,quando
obligantur fructus futuri ex aliquo prædio: quia ſi illi
fructus non percipiātur per debitorem,ſed per alium
ex noua obligatione,puta ex vēditione vel hypotheca:
in illis potior erit ille,qui eos bona fide percepit quàm
primus creditor,vt eſt textus in l.j.§.cùm prædium. &
ibi Barto.& Salic.ff.de pign.tex.& ibi Bart.in l.Paulus.
§.j.eod.titul.& in l.potior.§.ſi de futura.ff.qui potior.
in pig.habe.& dixi latè ſuprà in ſecunda parte ſecundi
membri.nu.27.vbi vide. ¶Vigeſimò fallit in fiſco,qui
licet ſit poſterior in tempore,tamē quo ad bona acqui
ſita per debitorem poſt obligationem primā & ſecun-
dam præfertur anteriori creditori cui fuerant genera-
liter obligata bona præſentia & futura,vt eſt tex.& ibi
glo.& Bart.in l.ſi is qui.ff.de iure fiſc.
¶Limita tamen hoc,niſi primus creditor eſſet priui-
legiatus,ſicut fiſcus:puta in pupillo pro debito tutelę:
quia tunc primus præfertur fiſco,etiam in bonis poſt-
eà quæſitis,vt eſt textus in l.fina.in princ.& ibi gloſſ.in
prima ſolutione,quam ſequuntur ibi Barto.& Salic.ff.
qui pot.in pign.hab.& ſic iſta regula eſt expedita cum
20.ampliationibus:& totidem fallentiis:quæ not.quia
31 nō inuenies per aliū ita ordinata,&c.¶†Secundò prin
cipaliter in materia prioritatis quærit,quid ſi vna res
reperitur obligata duobus ab vno debitore,an cēſea-
tur obligata cuilibet inſolidum,an pro parte?& in hoc
pono duas concluſiones.¶Prima concluſio eſt, quādo
res fuit obligata duob⁹ ſimul eodē inſtāti,ſi fuit dictū
& expreſſum,ꝙ eſſet obligata vel in ſolidū,vel pro par
te,& illud ſeruandū erit,vt eſt tex.in l.ſi fund⁹.§.ſi duo.
ff.de



ff.de pig.& ibi per Barto.& Salic.ponderando text.in
verſic.ſed ſi ſimul ſi autem nihil fuit expreſſum , & ſic
ſumus in dubio:& tunc ſi obligatio facta fuit eodem
inſtanti duobus ſimul vna conceptione verborum, di
cendo , obligo talem rem Titio & Sempronio : tunc
erit illa res pro dimidio obligata vtrique pro ſuo cre-
dito:vt eſt text.in d.§.ſi duo in fin. & ibi declarat glo.
& Barto.& hoc procedit,ſiue purè fiat obligatio vtri-
que,vt ibi ęſt tex.ſiue etiam fiat obligatio vtrique ſub
aliqua conditione:quia purificata conditione , ambo
creditores concurrent in dicta re.tex. eſt & ibi glo.&
Bar.in l.idémque.§.j.ff.qui po.in pig. habe. & facit e-
tiam tex.in l.ſi debitor.ff.de pign.& iſto caſu quilibet
ex dictis creditoribus aget hypothecaria ad dictam
rem tam inter ſeipſos; quàm cōtra alium extraneum,
pro parte dimidia dictæ rei,& non ad totam , vt d.l.ſi
debitor.¶Secunda concluſio eſt, quòd quādo eadem
res fuit ab vno obligata duobus eadem die,tamen di-
uerſis momentis:& tunc aut apparet cui primo & cui
ſecundo loco fuit obligata,aut hoc non apparet.
¶Primo caſu quando apparet cui primo,& cui ſecun-
do loco fuit obligata:& tūc ſi debitor notificauit pri-
mam obligationem ſecundo creditori,& hoc caſu vi-
detur obligaſſe ſecundo illud reſiduum , quod reſtat
ex dicta re vltra ſatisfactionem primi : & ſatisfacto
primo creditore , res remanebit in ſolidum obligata
ſecundo,vt l.& quæ nondum.§.ſi res.ff. de pig. & iſto
caſu euitabit debitor crimen ſtellionatus , vt ibi no-
tatur.aut debitor non certiorauit ſecundum de prio-
ri obligatione : & tunc licet res non tranſeat ſine dif-
ficultate,tamen communis opinio videtur eſſe, quòd
idem ſit iſto caſu , quod fuit dictum in præcedenti,
quando debitor certiorauit ſecundum creditorem,
videlicet quòd cenſetur obligaſſe ſecūdo illud, quod
reſtabit ſoluto primo creditore , ſed etiam iſto caſu
debitor tenebitur crimine ſtellionatus , & etiam re-
tinebitur ſecundo creditori in eo , quod ſibi deficiet
pro ſua ſatisfactione,vt l. ſi quis in pignore. §. planè.
ff.de ping.action. ¶Secundo caſu quando non appa-
ret,cui primo & cui ſecūdo loco res fuit obligata: ſed
conſtat,quòd diuerſis momentis & ſub diuerſis con-
ceptionibus verborum fuit duobus obligata:ſed non
poteſt conſtare cui prius & cui poſterius fuit obliga-
ta:& tunc illa res erit obligata cuilibet in ſolidum, &
quilibet poterit agere in ſolidum contra extraneum
poſſeſſorem:ſed inter ſeipſos melior erit conditio oc-
cupantis,vt l.ſi quis à multis.ff.de noxali. nam habita
poſſeſsione,gaudebit beneficio poſſeſsionis. per.l. ſi
debitor.ita declarant Bar.& Salic.in d.§.ſi duo.& ha-
betur per Dyn.& alios in regula,qui prior.& in regu
32 la,in pari.lib.6.quæ not. ¶† Tertiò , ex prædictis con-
tingit vtiliter dubitari de pulchra & cōtingibili quę-
ſtione, videlicet,mulier dotata deceſsit, relictis duo-
bus filiis & hæredibus, & alter eorū reperitur in poſ-
ſeſsione nonnullorum bonorum obligatorū pro re-
ſtitutione dotis maternę,vel quia immiſſus fuit in di-
ctis bonis ex decreto iudicis,vel aliter, non curo.Al-
ter vero petit ſe quoque admitti ad concurſum , ſeu
participationem dictorum bonorum pro ſua dimi-
dia,pro qua eſt hæres matris,& pro ſua hypothe. pro
medietate dotis maternæ: ille vero qui poſsidet , di-
cit & excipit ſe ratione ſuæ poſſeſsionis debere preter
ri,& eſſe potiorem in dictis bonis:& fundat ſe ꝑ text.
in d.l.ſi debitor.ff.de pign.vbi eſt text. quòd quando
vna res reperitur obligata duobus in ſolidum, quan-
do contendunt inter ſe,melior eſt conditio poſsidē-
tis:ad idem text.in l.j §.j.de Saluian.interd. ¶Nec eſt
dicendum,quòd caſus iſte diuerſificetur ex eo, quòd
in dictis iuribus bona à principio fuerint obligata
duobus in ſolidū: in caſu autem noſtro obligatio fa-
cta fuit vni tantum,i.matri:& poſtea deuenit in duo-
bus filiis & hæredibus:quia inter iſtos caſus non po-
teſt aſsignari diuerſa ratio , immo eſt eadem: nam li-
cet inter hæredes actio perſonalis ipſo iure pro por-
tionibus hæreditariis diuidatur ex diſpoſitione l. 12
tabularum , tamen obligatio hypothecaria remanet
inter eos indiuiſè,& vnicuique in ſolidum competit,
vt eſt text.in terminis in l.j.C.ſi vnus ex plurib.hæred.
credi.vel debit.Ad idem text.in l.quandiu.C. de diſt.
pign.text.cum gloſſ.& ibi Bal.in l.j.C.de hæred.actio.
& in leg.hæredes.§. idem obſeruatur in pignoribus.
ff.famil.erciſc.& ſic eadem ratio eſt , ſiue à principio
obligatio hypothecaria conſtituta fuit duobus in ſo
lidum, ſiue in duos hæredes in ſolidū à defuncto de-
uenerit.¶Et iſtam opinionem videtur tenere Socin.in
conſi.135.ſupraſcrip.&c. in fin.in prin.volu. & cōpro-
bat quia poſſeſſor habet ſimilem cauſam,nec tempore
vincitur,& eſt reus.ergo potior eſt eius cauſa per not.
in l.ſiue autem.§.ſi duobus.ff.de Publicia.
¶Iſtam eandem opinionem fuit ſequutus quidam ex-
cellens aduocatus Florentinus,cùm cauſa eſſet ei cō-
miſſa ad conſil.deciſiuum : & corroborauit eam per
tex.in l.fi.C.depoſi.vbi eſt caſus , quòd defunctus de-
poſuit certam quantitem pecuniæ , ſeu certam maſ-
ſam auri,& poſtea defunctus eſt , relictis duobus hæ-
redibus: quorum vnus accepit ſuam portionem à de-
poſitario, alter vero ſuperſedit exigere ſuam partem,
vel caſu fortuito fuit impeditus : poſtea autem depo-
ſitatius effectus fuit non ſoluendo. deciditur ibi , ꝙ
ille qui non exigit ſuam portionem , non poteſt agere
contra alium cohæredem , qui exigit ſuam ratam , vt
33 illam ſibi communicet. †& ibi gloſſ. & doctor. re-
ſpondent ad l.verū.§.ſi cùm tres. quæ videbatur velle
contrarium.& dicunt quòd eſt ſpeciale in ſociis,quia
quilibet ex ſociis tenetur inuigilare pro conſocio, ſi-
cut pro ſe proprio,& damnum & lucrum inter ſocios
debet eſſe commune.l.ſi vnus,§.j.ff.pro ſocio , & inſt.
pro ſocio.§.j.& quòd iſtud ſit ſpeciale in ſocietate,te-
nent gloſſ.& docto.in d.§.ſi cùm tres.in l. fina. C.pro
ſocio.& Bart,in l. pupillus.ff.quæ in fraud.cred. & ſic
probatur in dict.l.fin.C.depoſit.quòd licet vna fuerit
à principio actio in perſona defuncti, & poſtea fuerit
diuiſa inter hæredes,quòd tamen præoccupantis me-
lior eſt conditio:& ibi expreſsè hoc vult Bald.& cum
Bal.tranſeunt Salic.& Paul.de Caſt.& non debet dici,
quòd inter dictos cohæredes matris fuerit aliqua cō-
munio,cùm,mortua matre , inter eos actio fuerit di-
uiſa ipſo iure,vt dictum eſt ſuprà,& ſubdebat præfa-
tus docto.non obſtare l.item Labeo.in princ.ff.famil.
erciſc.quia dicebat ipſe eſſe aduertendum,quòd ſi il-
lud ꝙ obueniebat ad vnū ex hæredibus , erat corpus
hæreditarium,cohæres poterit illud pro rata ſua pete
re:ſed ſi illud quod peruenit ad vnum ex hæredibus,
non erat corpus hæreditarium,puta pecunia redacta
ex fructibus bonorum hæreditariorum, tunc coheres
non poterit aliquid ex rata ſoluta cohæredi repetere,
per textum in l.Lucius.ff.famil.erciſc. & quòd ita di-
ctas duas leges declarat Bartolus in l.pupillus.ff.quæ
in fraud.credito.& propterea concludebat præfatus
doct.quòd ille hęres qui inuenitur poſsidere bona hy
pothecata pro dicta dote,nō poterat in eis inquietari
ab alio cohærede , ſed quod ratione poſſeſsionis po-
tior debebat eſſe eius conditio.
¶Sed iſta deciſio mihi ſemper viſa fuit dubitabilis,
& ſemper inclinaui in contrariam partem , & illam
puto eſſe de iure veriorem & æquiorem: videlicet , ꝙ
d.l.ſi debitor. non habeat locum in duobus cohære-
dibus prætendentibus hypothecam in bonis pro do-
te materna:& ſic , quòd licet vnus poſsideat rem hy-
pothecariam, non tamen debet eſſe potior altero ra-
tione poſſeſsionis , ſed quòd alius etiam debeat ad-
34 mitti ad dicta bona pro ſua dimidia. ¶†Et primo
præſuppono eſſe verum, quod dicunt præfati docto-
res, videlicet Socin. & ille aduocatus Florentinus,
quòd

quòd ſcilicet actio perſonalis competit matri ad do-
tem, fuerit ipſo iure diuiſa inter filios & cohæredes
ex diſpoſitione l.12.tabularum, & quòd hypotheca &
pignus indiuiſum & in ſolidum apud vnumquenque
ex hæredibus remanſit, vt eſt text. in l. j. C. ſi vnus ex
plurib.hæred.credi & in l.j.C.de hæred.action. & ſic
reſpectu actiõis perſonalis indubitatum eſt, quòd il-
la non remanſit communis inter hæredes, ſed fuit di-
uiſa ipſo iure. ſed reſpectu actionis hypothecariæ illa
remanſit communis, & apud vnumquemq; in ſolidũ
tranſlata fuit, & ex hoc ſecundo infertur, quòd inter
plures cohæredes non datur iudic.fam.erciſ. quo ad
actiones perſonales & nomina debitorum, quia (vt
dictum eſt) illa ipſo iure diuiduntur inter eos, & ideo
non eſt opus illa diuiſione, vt l.2.§. fina.cum l. ſequen.
& ſeq.ff.famil.erciſc.& not.in l.ea quæ.C.eo.tit. & ita
35 not.glo.in l.cæteræ.in princ.ff.famil.erciſc.¶†Sed hy-
potheca quæ competit defuncto, inter hæredes non
diuiditur ipſo iure, (vt dictum eſt) ſed remanet indiui
ſa, & vnicuique ipſorum competit in ſolidum, vt pro-
batum eſt: & propterea illa inter eos venit diuidenda
per iudicium fam.erciſc. vbi res data pignori defun-
cto, inter eius hæredes venit in iudic.fam. erc. & ad-
iudicatur vni ex eis, redimenda tamẽ per debitorẽ. &
ille cui adiudicatur, eſt condemnandus alteri cohære
di pro parte crediti ad eum ſpectantis: ita eſt ibi text.
& licet illa l. loquatur in pignore, tamen idem eſt in
ſimplici hypotheca non tradita defuncto, videlicet
quòd etiam illa veniat in iud.fam.erciſcun.inter hæ-
redes. vt declarat Barto.in d.l.ſi pignori.in 2. colum.in
verſic circa partem.& ſequitur ibi Flor. & mouentur
arg.text.in l.& non tantum.ff.de petit.hæred. vbi etiã
res pignori data defuncto, venit in petitione hæred.
36 ¶†Et facit quia hypot.dicitur ius in re, ſeu ius reale,
vt l.eos.C.de pig.& in §. item Seruiana.inſtit.de acti-
on.& no. Alexand.in l ſi filio.§. fin. in 2. col. in verſic.
per hoc etiam dicebam. ff. ſolut. matrim. & ſimiliter
ipſa actio hypothecaria eſt in rem & realis, vt l.pigno
ris.ff.de pig.& l.pignoris.C.eod.tit.& vtrobique glo.
& doct.& ille qui habet actionem ad rem, dicitur rem
habere.l.qui actionem.ff.de reg. iur.& l. non videtur.
ff.de acquirend.poſſeſſ.& l.non videtur. ff. de in inte.
reſt.¶Et probatur etiam ex no.per Alexã. poſt alios in
l.ſi domus.§.ſi.ff.de leg.j.in j. colũ.vbi teſtator poteſt
legare hypothecã ſine actione principali, & valet le-
gatum tanquam de re ipſius teſtatoris. ¶Concludi-
tur ergo quòd hypoth.quæ remãſit in hæreditate de-
functi, venit diuidenda inter cohæredes per iud.fam.
erciſc.per d.l.ſi pignori.& per alia ſuprà alleg.& ideo
vnus hæres eam poſsidens, non poteſt ratione poſſeſ-
ſio.excludere ab ea alium cohæredem: ſed tenetur di-
uidere eam cum alio cohærede: & ſic conſtat quòd d.
l.ſi debitor.non procedit in duobus cohæredibus, in-
ter quos eſt locus iud.fam.erciſc.ſed habet locum in-
ter alios debit.principales, inter quos actio nõ eſt cõ-
munis, ſed vnicuique ſua actio competit in ſolidũ:iu-
xta d.l.ſi debitor.& l.ſi fundus.§.ſi duo.eod. titul. Nã
actio quę competit duobus hæredibus, eſt vna tan-
tum, competens cuilibet in ſolidum: vt d.l.j.C.ſi vnus.
ex plurib.hæred.cred.& debi. & propter iſtam com-
munionem datur inter eos iudic. diuiſorium famil.
erciſc.quòd nõ competit inter duos creditores prin-
cipales habentes duas actiones in ſolidum.¶†Præte-
37 rea & tertio moueor ad prædicta firmanda, quia quã-
do ad ius hæreditarium indiuiduum, competens, vni
cuique ex hæredibus in ſolidũ datur actio perſonalis,
tunc ſi illud exigatur per vnum ex hæredibus, illud
non venit in iudic.fami.erciſc.inter cohæredes: vt l.
hęredes.§.an ead.ff.fam.erciſc.& iſto caſu victoria v-
nius ex hęredibus, non prodeſt alteri, vt ibi habetur:
ſecus autem, ſi ad illud ius competat actio realis: quia
tunc victoria vnius prodeſt alteri, vt eſt text. in l.lo-
ci corpus.§ fundus.ff.ſi ſerui.vendi. Nam in dict.§. an
ea. eſt textus, ꝙ defunctus ſtipulatus erat ſeruitutem
viæ, itineris & actus, quæ eſt indiuiſibilis & ante con-
ſtitutam ſeruitutem deceſsit, relictis pluribus hære-
dibus: dicitur ibi, ꝙ dicta ſtipula. quæ eſt actio perſo-
nalis, tanquàm fundata ſuper iure indiuiſibili, nõ di-
uiditur inter hæredes per l.12.tabul. ſed ex ea cõpetit
omnibus hæredibus actio in ſolidum, & illa non ve-
nit in iudic.famil.erciſc.in d.authent.§.ſi fundus. di-
cta ſeruitus iam erat conſtituta, & ad eam agendum
erat per hæredes confeſſoria vel negatoria, quæ ſunt
actiones reales, vel in rem: & ideo dicitur ibi, ꝙ victo
ria obtẽta per vnum ex hæredibus, prodeſt alteri co-
hæredi ex natura actionis realis. in caſu autem d.§.an
ea victoria vnius, nõ ꝓdeſt alteri: quia agebatur actio
ne perſonali ex ſtipulatu ad conſtituendam ſeruitu-
tem, & eſt etiam text.in l.viæ itineris.ff.de ſerui. & ita
intelligit & declarat ibi Florian.in vlt.colũ.dum op-
ponit de d.l.loci corpus.§.ſi fundus. & ſoluit, ꝙ ille
text.in d.§.ſi fundus.loquitur in confeſſoria, quæ eſt
in rem: ideo victoria vnius prodeſt alteri. d. authent.
l.viæ itineris.loquitur in actiõe perſonali, in qua ſen-
tentia lata pro vno, non prodeſt aliis hæredibus, &
iſtam concluſionem, quòd in actione perſonali, victo-
ria vnius ex hęredibus nõ veniat cõmunicanda aliis,
ſed in actione reali ſic, firmat Bart.in l.2. §.ex his. in fi.
ff.de verb.oblig. ꝑ iura ſupra allegata.& ita etiam te-
nent ibi Alex. Iaſ. & alij ꝑ rationes, de quibus ibi per
eos. ¶Vnde adaptando ad terminos noſtros, cùm ſi-
mus in hypotheca & actione hypothecaria, quæ eſt
indiuiſibilis inter hęredes, & vnicuique competit in
ſolidum, dicta l.j. C.ſi vnus ex plurib.hęre. credi. vel
debi.Sequitur duplex concluſio: ¶Vna, quòd illa ve-
nit diuidenda inter ipſos hęredes iudic.famil.erciſc.
per d.l.ſi pignori. ¶Secunda, quòd cùm dicta actio
hypothecaria ſit realis, dicta l. pignoris. quòd victo-
ria obtenta ex ea per vnum ex hęredibus, prodeſt e-
tiam alteri, & venit communicãda cum altero: & iſtę
concluſiones meo iudicio ſunt clarę & indubitatę, &
per pręducta ceſſant fundamenta quę ſiunt in contra-
rium. ¶Non enim obſtat d.l.ſi debitor. quia vt pro-
batũ eſt, illa l. loquitur inter duos creditores princi-
pales, non autem habet locum inter duos cohære-
des, inter quos habet locum iudi.diuiſorium, & inter
quos victoria vnius prodeſt alteri: & ſic poſsidens nõ
poteſt dicere, ſe potiorem ex cauſa poſſeſsionis. Non
obſtat, ꝙ inter dictos cohęredes fuerit diuiſa actio ꝑ-
ſonalis ipſo iure, & nihil remanſerit commune inter
eos: quia fateor de actione perſonali, ſed nego ꝙ in-
ter eos nihil remanſerit commune, cùm immo re-
manſerit communis inter eos hypoth.& actio hypo-
thecaria, vt dicta l.ſi pignori. & d.l.j.Non obſtat text.
in l.fin.C. depoſit.quia ille tex.loquitur in actiõe de-
poſiti: & ſic perſonali, quæ erat ipſo iure diuiſa inter
eos d.l.j.& l.j.C.de hæred. action. & ideo pars illius
maſſę depoſitę, quæ conſiſtebat in pondere, exacta
per vnum ex hęredibus, non veniebat communican-
da cum alio cohærede, vt ibi declarant Bartol. Bald.
Salic.& alij qui ita intelligunt.d.l.fin. & ita etiam lo-
quitur tex.in l.Lucius.ff. famil.erciſc.qui loquitur in
pecunia redacta ex fructibus rerum hęreditariarum.
Nos autem loquimur in hypotheca rei, quę non con-
ſiſtit in pondere, numero vel menſura, & ſic in actio-
ne reali, quę habet inſtar corporis hęreditarij, & i-
deo debet alteri communicari, vt leg. item Labeo.in
princip.ff.famil.erciſc.& ibi per docto. & ita intelli-
git Bartol.in l.ſi pupillus.in.fin.ff. quę in fraud. cred.
ſupplendo tamen eius dicta per not. per ſe & alios in
d.l.fin.C.depoſi.& habetur per Bart.in d. l.2.§.ex his.
ff. ex his. ff. de verbor.obliga. ¶Concluditur ergo,
quòd vnus ex hęredibus matris poſsidens prędi-
ctum obligatum pro dote, tenetur illud reſpectu hy-
po-



pothecæ diuidere cum alio fratre: & ſi illud cõſequu-
tus fuit actione hypothecaria, debet illud communi-
care cum altero per allegata ſuprà, quæ nota, quia non
38 reperies alibi examinata, & caſus eſt contingibilis. †Et
maximè cùm aliàs extet deciſio Bald.in authentica, ei
qui iurat.in tertia columna.in verſiculo, quæro, plures
ſunt habentes.C.de bonis authoritate iudic.poſsiden.
quòd vno ex pluribus creditoribus habentibus hypo-
thecam, immiſſo ex primo decreto, alij non cenſentur
immiſsi, per rationes de quibus ibi per eum, quod eſt
notabile ad limita.text.& ibi not.per gloſſ.& Bartol.in
l.cùm vnus.in princip.ff.eodem titulo.vbi regulariter
decretum interpoſitum ad inſtantiam vnius credito-
ris, prodeſt aliis. Nam quicquid ſit in aliis creditori-
bus, tamen in cohæredibus habentibus hypothecã hæ
reditariam, victoria vnius prodeſt aliis, & venit cum
aliis communicanda. ¶Et ex prædictis etiam colligi-
tur ratio, quare in ſocietate illud quod vnus ſocius exi
git, venit aliis communicandum, vt l.ſi vnus.§.j.ff. pro
ſocio.& inſtitut.eodem titulo.§.j & habetur in text.&
ibi gloſſ.& doct.in l.verum.§.ſi cùm tres. eodem titul.
Nam vt dicit glo .in dicto §.ſi cùm tres ſocij ſunt cre-
ditores ex vno contractu, & habent quandam fraterni
tatem in ſe, & ſimiliter inter duos cohæredes: nam ha-
bent vnam tãtùm actionem hypothecariam, licet qui-
libet inſolidum.d.l.j.C.ſi vnus ex plurib.hæred.credi.
vel debit.& habent in ea communionem, quæ venit di
uidenda inter eos per iudic.famil.erciſcund.per d.l.ſi
pignori.ſicut ſocietas communis inter ſocios venit di
uidenda actione pro ſocio. Nimirum ergo ſicut inter
ſocios non eſt melior conditio poſsidentis, ita & inter
cohæredes: ſed inter alios creditores eſt ſecùs, quia in
eis ceſſant dictæ rationes: & ideo dicta l.ſi debitor.nõ
extenditur à duobus creditoribus ad duos cohæredes
in hypotheca, & ad duos ſocios in ſocietate: quia ceſ-
39 ſat ratio de qua in dicta l.ſi debitor. vt ſuprà deductum
eſt. ¶†Quartò quæritur, an ſi bona generaliter & ſic
tam præſentia quàm futura, iuxta l.fi.C.quæ res pigno.
obliga.poſſ.ſint hypothecata duobus creditoribus di-
uerſis temporibus, an prior in tempore, ſit potior ſe-
cundo etiam in bonis poſt ſuam obligationem quæſi-
tis per debitorem? An verò in poſtea quæſitis concur-
rant primus & ſecundus creditor? gloſſ.in l.ſi is qui.ff.
de iure fiſci.diſputat & videtur tenere, quòd ſimul con
currant.idem videtur tenere gloſſ.in l.idémque.§.fin.
ff.qui potiores in pign.hab.¶Sed contrarium tenet ibi
Bart.poſt alios antiquos, videlicet quòd creditor præ-
feratur etiam in bonis poſtea quæſitis.idem latius fir-
mat Bart.in l.lex.C.qui potio.in pigno.habe.& Bartol.
in d.l.ſi is qui.& vt ipſe refert in locis prædictis, ita an-
te eum tenuerunt Iaco.de Are.Cyn.& Oldrad.
¶Idem etiam tenet Bartolus in l.in rebus.in princi.C.
de iure dotium.dicens ibi eſſe quaſi caſum de hoc.ean
dem opinionem tenet Bal.in l.hac edictali.§.his illud.
Cómu. opin.
vlti.colum.in verſi.ibi, & ſi quis.C.de ſecũdis nuptiis.
dicens hanc eſſe communem opinionem & veritatem:
& ita tenendum cenſeo, quanuis Salice.in dicta l.licet
ſequutus fuerit opinionem gloſſ.ſcilicet quòd prior &
poſterior creditor concurrant in bonis poſt primã o-
bligationem quæſitis, & conatur reſpondere argumen
tis Bartol.& ſequacium, ſed (vt dixi) opinio Bartoli eſt
magis communis & vera, ac de facili poteſt reſponde-
ri argumentis Salicet.
¶Sed omiſsis aliis, ad vnum reſpondebo, in quo Salic.
facit maiorem vim. Dicit enim, ꝙ rei alienæ obligatio
non valet, niſi ſub iſta conditione, cũ ſua erit, vt l.ſi fun
dus.§.aliena.ff.de pign.ſed exiſtente conditione, ꝙ ſua
ſit, non poteſt fingi retrò ſua verè: quia à principio, ſe-
cundum veritatem, fuit alterius: neque etiã fictè, quia
eſſet fingere quòd res vnius eſſet alterius, quod eſt im-
poſsibile & contra iura. ¶Sed iſta verba Salic.meo iu-
dicio, licet ſint ſubtilia, tamen non obſtant communi
opinioni: & immo, quando fuit obligata res aliena ſub
illa cõditione, Si ſua erit, purificata conditione, quòd
ſua efficiatur, fingitur vſque à principio fuiſſe ſua.
40 ¶†Et nõ obſtat allegata impoſsibilitas, quia in fictiõe
tranſlatiua de tempore ad tempus, requiritur duplex
extremum, videlicet extremum à quo, & in hoc requi-
ritur habilitas in eſſentia: & extremum ad quod, & in
hoc ſufficit habilitas in potentia, licet non ſit in eſſen-
tia, vt declarat Bartolus, cum quo alij tranſeunt in di-
cta l.ſi is qui pro emptore.ff.de vſucapionibus.in ma-
teria fictionis tranſlatiuæ de tempore ad tempus, in
propoſito. Ergo licet tempore obligationis contractæ,
dominium rei obligatæ eſſet alterius, & nõ debitoris,
& propter hoc obligatio non poterit conſiſtere à prin
cipio tanquam in re aliena: & ſic extremum, ad quod
non eſſet habile in eſſentia: tamen dicta res bene potẽ-
tialiter poterat eſſe dicti debitoris: quia etiam à prin-
cipio poterat dominium transferri in debitorem, ſicut
etiam potuit transferri poſtea: & ideo acquiſitio domi
nij poſtea facta à debitore, fingitur retro & vſque à
principio contractæ obligationis: quia etiam a princi-
pio potuit fieri talis acquiſitio dominij, etiam dato, ꝙ
tunc in eſſentia fuerit alterius. Et non obſtat text. in l.
obſeruare.§.fina.ff.de officio proconſulis, & leg.quem
allegat pro ſuo fundamento Salicetus: quia in illo tex-
tu extremum ad quod, non fuit habile etiam in poten-
tia: eſt enim ibi textus, quòd proconſul antequam eſſet
ingreſſus prouinciam, delegauerat iuriſdictionem ſuo
legato, dicitur ibi, quòd talis delegatio nihil valuit:
quia proconſul antequam ingrediatur prouinciam,
nullam habet iuriſdictionem, nec in eſſentia, nec in po
tentia: & ideo licet poſt delegationem proconſul in-
grediatur in prouinciam, & duret in eadem volunta-
te, dicitur ibi, quòd legatus cenſetur habere iuriſdi-
ctionem, non exinde, ex quo delegata fuit, ſed ex quo
prouinciam proconſul ingreſſus eſt. Ratio eſt, vt dixi,
quia proconſul tempore factæ delegationis non ha-
bebat aliquam iuriſdictionem, nec erat potẽtialiter ha
bilis ad illam habendã, antequam eſſet ingreſſus pro-
uinciam: loquendo tamen de iuriſdictione contentio-
ſa, vt l.prima & ſecunda.ff.de officio proconſulis & le-
gati. Nam licet eſſet homo, tamen iſta potentia non
eſt in conſideratione: quia non eſt potentia propin-
qua ad iuriſdictionem. Nam potentia propinqua eſt
ipſa prouincia, in qua debet exerceri iuriſdictio: &
illa requiritur ad eſſe iuriſdictionis contentioſæ, de
qua loquitur textus in dicta l.obſeruare.§.final.& pro-
pterea cùm ibi (vt dixi) deficiat potentia in extremo
ad quod, quia tempore delegatæ iuriſdictionis pro-
conſul non poterat iuriſdictionem delegare, non po-
teſt voluntas proconſulis poſt ingreſſum prouinciæ,
trahi retro ad tempus demandatæ iuriſdictionis: in ca
ſu autem noſtro eſt ſecus, quia extremum ad quod tem
pore contractæ obligationis erat habile in potentia,
quia dominus potuit etiam illo tempore, transferre
dominium in debitorem, ſicut tranſtulit poſtea: & præ
dicta optimè declarantur per Iaſonem in repetitione
dictæ l.ſi is qui pro emptore.in tertia quæſtione princi
pali.Bartol.in quarta oppoſi.quam facit contra illam,
& eſt mihi ſignata num.22.
41 ¶†Et prædicta procedũt in extremò ad quod, ſed in ex
tremo à quo, aliud eſt dicẽdum. Nam ſi extremũ à quo,
non reperitur habile in eſſentia tempore exiſtentis cõ-
ditionis ad obligationem contrahendam, vel ex parte
rei, vel ex parte perſonę, tunc cõditio non trahitur ne-
que fingitur retrò ad tempus cõtractus: & ex parte rei
dicetur, ſi tempore exiſtentis conditionis res debita eſ
ſet perempta, ex parte autem perſonæ dicetur, quando
ante purificatam conditionem, perſona quæ promiſe-
rat ſub conditione, eſſet mortua. Tunc enim dicere-
tur, quòd extremum à quo, non eſſet habile in eſſentia,
& propterea conditio non poſſet retrotrahi: ita vult

Bartolus in l.quoties.in fin.ff.de nouation.dicens eſſe
perpetuò tenendum menti,ad limita.l.qui balneum.&
l.potior.ff.qui potiores in pignò.hab.& eſt pulchra &
plena apoſtil.Alex.in l.ſub conditione.ff.de ſolut.¶Et
probatur optimè iſta concluſio per text.in d.l.qui bal-
neum.§.j.& ibi declarat Barto.Nam ibi res aliena fuit
pignori data per debitorē primò Titio,ſecundò Gaio,
tertiò debitor illam emit,quartò debitor illam vendi-
dit Sempronio,& de pretio ſatisfecit Titio primò cre
ditori: deciditur ibi, quòd Gaius ſecundus creditor,
non poterit illam rem auocare ab emptore, quia illa
nunquam ei fuit obligata:& ratio illius textus ſecun-
dum gloſſam & Bartol.ibi eſt:quia illa res fuit obliga-
ta ſecūdo creditori ſub conditione, videlicet ſi primo
creditori obligata eſſe deſierit. Vnde cùm tempore exi
ſtentis conditionis,videlicet ſatisfactionis factæ pri-
mo creditori,per quam deſiit illi eſſe obligata res, non
inueniatur illa res in bonis debitoris:quia ante fuit vē
dita Sempronio:& ſic deficiat extremum à quo in eſſen
tia non poteſt illa obligatio facta ſecundò creditori,
retrotrahi & confirmari,vt d.l.limit.Barto.in d.l.quo-
ties.ſequitur.& Alexand.in dicta l.qui balneum.§.j. &
ſic remanet firma iſta concluſio,ꝙ prior creditor præ-
ferri debet ſecundo,etiam in bonis quæſitis per debi-
42 torem poſt obligationem factam ſecundo.¶†Sed iſta
concluſio fallit in fiſco:quia ex priuilegio fiſci ſecun-
do loco creditor præfertur primo creditori in bonis
quæſitis per debitorem poſt obligationem cōtractam
cum fiſco.vt eſt tex.in l.ſi is qui.ff.de iure fiſc.in bonis
autem quæſitis ante contractam obligationem, cùm
præfertur primus creditor fiſco indiſtinctè, ſiue pri-
mus creditor habuerit generalem, ſiue ſpecialem hy-
pothecam,vt not.gloſſ.& Barto.in dicta l.ſi is qui.& i-
dem eſt etiam ſiue obligatio prima ſit expreſſa,ſiue ta-
cita:quia creditor ex ea præfertur fiſco in bonis quæſi-
tis ante obligationem contractam cum fiſco, vt l.j.C.
rem alien.gerend.& not.Bart.in d.l.ſi is qui.licet gloſſ.
in l.ſi pignus.ff.qui pot.in pign.hab. voluerit contra-
rium,& malè,ſecundum Bar.in d.l.ſi is qui.poſt Dynū,
in l.priuilegio.ff.de priuil.credi.& in reg.qui prior. li-
bro 6.& ita etiam vult Alex.in conſi.58.nu.4.6.volumi.
¶Adde tamen.quòd illud quod dictum eſt de fiſco, vt
præferatur primo creditori in bonis quæſitis poſt obli
gationem,cum fiſco contractam procedit,quādo pri-
mus creditor non habet aliud priuilegium,quàm prio
ritatem temporis,ſed ſi vltra prioritatem temporis cre
ditor haberet aliud priuilegium,puta quia eſſet credi-
tor ex cauſa tutelæ:tūc ratione duplicis priuilegij,ſci-
licet prioritatis temporis & tutelæ,priuatus præferre-
tur fiſco etiam in bonis quæſitis poſt obligationem fi-
ſci.textus eſt in l.fi.in prin,ff.qui pot.in pign.hab.& ita
illum text.intelligit ibi glo.in prima ſol.& ſequitur ibi
Bart.& gloſſ.& Bart.in d.l.ſi is qui.prima oppo.quæ fit
43 de d.l.fin.¶†Quintò quæritur iuxta prædicta quando
datur prælatio in bonis quæſitis ante vel poſt aliquam
ex dictis obligationibus, iuxta terminos d.l. ſi is qui.
quis debeat probare acquiſitionem eſſe factam ante o-
bligationem cum fiſco factam?& dicendum eſt, quòd
qui agit,ſiue dicat prioritatem, ſiue poſterioritatem,
habet eam probare:vnde ſi prior agit contra fiſcum ſe
cundum creditorem,debet probare acquiſitionem fa-
ctam prius,quàm fuiſſet contractum cum fiſco:argu-
men.l.quoties.C.de rei vendica.ſed ſi fiſcus ageret cō-
tra primum creditorem priuatum,deberet probare ac
quiſitionem bonorum factam poſt ſuam obligationē.
l.mater.C.de rei vendicatione.& faciunt not.in l.non
ſolùm.§.ſed vt probari.ff.de noui operis nuntia.& in l.
eum actum.& ibi gl.in fi.ff.de negotiis geſtis.& in cle.
fi.de reſcri.& ita firmat Bart.poſt Oldra.in d.l.ſi is qui.
ad fi.Adde not.per Bart.in l.j.C.de iure fiſci.libr.10.&
per Imol.& alios modernos in l.in illa.ff.de verborum
obligat.Sextò dubitatur, ſi debitor obligauit rem vni,
& eodem die eandem rem alteri vendidit, & nō appa-
ret de prioritate & poſterioritate dictæ obligatiōis &
venditionis,& poſſeſſor conuenitur per creditorē hy-
pothecaria:quis habeat probare,an creditor agēs prio
ritatem ſuæ obligationis,an poſſeſſor conuentus prio
ritatem ſuæ emptionis? & in hoc Bartolus in l.& quæ
nondum.§.j.ff.de pigno.dicit,quòd opus probandi in-
cumbit creditori agenti, aliàs (non probata per eum
prioritate) ſuccumbet,& vincet poſſeſſor.allegat l. de
rebus.C.de donat.ante nupt.¶Fallit tamen ſecundum
Barto.in fiſco:quia poſſeſſori conuento à fiſco,incum-
bet onus probandi rem fuiſſe ſibi prius obligatam ſeu
alienatam:& hoc fauore fiſci,aliàs poſſeſſor ſuccum-
bet.per text.in dicta l.j.C.de iure fiſc.Bald.autem in l.
matrem.C.de proba.tenet indiſtinctè,quòd onus pro-
bandi incumbat creditori,ſiue agat,ſiue conueniatur:
& ita refert tenere Iacob.de Are.& mouetur ratione:
quia quocunque tempore emptio facta ſit,emptor eſt
effectus dominus rei,& ideo abſque conſideratione tē
poris,habet ius ſuum fundatum:ſed creditor non po-
teſt habere hypothecam,niſi probet,quòd ante vendi-
tionem & traditionem alteri factam, ſibi res obligata
fuerit,quia rei alienæ non conſiſtit hypothec.vt l.rem
alienam.ff.de pignoratitia action.& ſic apparet, quòd
ipſe fundat ſe ex tempore:ergo illud habet probare.&
idem tenet Baldus in l.de rebus.C.de donatio.ante nu
ptias.& dictam opinionem Bald.& Iacob.de Are.in di
cta l.matrem.tenet etiam Salic.ibi,& Paul.de Caſtr.&
illa videtur meo iudicio melius fundata: quia negari
non poteſt,quòd creditor non fundet ſe in tēpore,non
autem emptor per rationem Bald. Vnde cùm fundet
44 ſe in tempore,onus probandi illud ei incumbit † per
illam regulam, quòd quando tempus eſt fundamētum
intentionis alicuius,illud debet præcisè probari,aliàs
probatio eſt inualida,per notata per Bartol.& alios in
d.l.non ſolùm.§.ſed vt probari.ff.de no.ope.nuntiat.&
per Bal.& Sal.in l.fi.C.ne ſer.ex ſuo fac.& per gloſ.not.
in c.venerabilibus.de ſenten.excommu.libr.6.¶Adde
tamē in hoc articulo probationis prioritatis pulchrā
apoſtil.Andreæ Barbat.ad Bald.in l.cùm res.C.ſi alieni.
res pigno.dat.ſit.vbi multa ſimilia adducit, multùm ta
45 men à remotis iure ſuo. ¶†Septimò dubitari poteſt,
quando iſta probatio prioritatis & poſterioritatis eſt
facienda,quomodo fieri debeat:& in hoc Bal.in dicta
l.de rebus.C.de donation.ante nuptias.dicit, quòd ſi
quilibet probat de ſua die, ex tali probatione colligi-
tur prioritas & poſterioritas:ſed ſi probetur de eadem
die,tunc erit melior conditio rei conuenti,niſi per a-
gentem probetur prioritas horæ vel temporis, quan-
doque tamen dicit ipſe, quòd ex ſerie ipſius ſcripturæ
poterit conſtare de prioritate & poſterioritate,puta ſi
manu eiuſdem notarij ſint ambo contractus celebrati:
nam primus in ordine ſcripturæ,dicetur prior & po-
tior in tempore.argument.l.ſi ſeruus communis.ff.de
ſtipulatione ſeruorum.ita dicit ibi Bal.pro quo etiam
optimè facit,quod vult Ang.in authen.de hæredib.&
Falci.§.cæterùm.vbi vult, quòd ſi in eodem inſtrumen
to ſunt obligata bona Titio,deinde Seio, quòd hypo-
theca Seij cenſenda erit poſterior propter ordinē ſcri-
pturæ:facit etiam quod inquit Baldus in l.aduerſus.C.
de furt.vbi dicit,quòd qui prior eſt in tempore, prior
eſt in ordine ſcripturæ.& dixi ſuprà in quarto membro
ſecundæ partis,vbi vide.
¶Et prædicta procedunt inter priuatas perſonas non
priuilegiatas:nā inter illas probatio prioritatis vel po
ſterioritatis debet fieri,vt ſuprà declaratū eſt:ſed quā-
do ex vna parte eſt perſona,ſeu cauſa priuilegiata: &
ex alia parte eſt perſona ſeu cauſa non priuilegiata, &
nō apparet de prioritate vel poſterioritate:tūc abſque
alia probatione prioritatis vel poſterioritatis, præſum
ptio prioritatis eſt ꝓ cauſa priuilegiata:vnde inſtrumē
tum dotis tanquā priuilegiatū,præſumeretur anterius





inſtrumēto mutui,vel alterius ſimilis contractus non
priuilegiati.l.in ambiguis.& ibi Barto.ff. de iure dot.
& not.Barto.in poſitione caſus in l.j.ff.ſol. mat. & ita
refert & ſequitur Soc.ibi in primo not.¶Niſi ſecun-
dùm eum appareret de horæ prioritate: quia ratione
vnius horæ,& etiam minoris temporis, vnum inſtru-
mentum dicitur prius altero,ſecundùm gloſ.in l. ſi ex
pluribus.ff.de ſolut.& Bald.in l.imperator. ff. de ſtatu
homi.& not.in c.2.de confeſſ.& in c.paſtoralis. de re-
ſcrip.& idem dicit Soci.ibi eſſe in cauſa libertatis fa-
uore illius,ſecūdùm Cyn.in l.in exercendis.C.de fide
inſtru.in 2.q.& ſimiliter in cauſa pia, vt dicit conſu-
luiſſe elegantem doct.d.Franc.de Albergo, de Aretio:
vt etiam refert & ſequitur Roma.in authen. ſimiliter.
C.ad l.Falc.in 13.priuilegio,in contractibus facti.
¶Idem etiam & 3.infert Soci. eſſe in fiſco,vt ibi latè
per eum.& idem ante eum tenuit,& poſuit Bald. not.
in tractatu dotis,9.parte in primo priuilegio, in fine:
& latè poſui ſuprà in 4.membro ſecundæ partis.
46 ¶†Sed dubitatur,an ſi creditor probat de die ſuæ o-
bligationis,poſſeſſor autem nihil probat de tempore
ſuæ emptionis vel acquiſitionis, quis obtinere debe-
at:& in hac difficultate Cyn.in d.leg.de rebus. C. de
dona.ante nup.dicit, quòd probans de die ſuæ obli-
gationis,vincit:quia licet talis probatio de neceſsita
te non concludat, quòd prius ipſe acceperit obliga-
tionem quàm alius:cùm poſsit eſſe, quòd ille qui non
probat de ſuo die,contraxerit antè:tamen ſatis eſt, ꝙ
ille qui probat de die, omnino certius probat, quàm
alius qui nihil probat: & ita etiam tenet Bald.in d.leg.
de rebus.& iſtud dictum refert Alexā.in l. & quæ nō-
dum.§.j.ff. de pign.in apoſtill. ad Bartol. & relinquit
ſuper eo cogitandum,per no.ibi per Bart.Illud tamen
ſequitur Soci.in d.l.j.in 3.limit.ff.ſolut. matrim.& ibi
corroborat per plura,ac etiam inducit ad nota. q. de
diuerſis collationibus & beneficijs factis à Papa & or
dinario eodem die,quòd ſi in collatione ordinarij eſ-
ſet appoſita hora,illa deberet præferri tanquam con-
tinens tempus magis certum,vt ibi latius per eum.
47 ¶†Octauò,quia ſuprà aliquid dictum fuit de le.ſcri-
pturas.C.qui po.in pign.hab.& quia materia eſt con-
tingibilis,dicenda ſunt aliqua circa intellectum d.le.
Et primò, quòd ad hoc, vt ille qui nititur ſcriptura
priuata, gaudeat priuilegio prioritatis cōtra alium,
qui habet inſtrumentum publicum poſterius: requi-
ritur,quòd illi tres teſtes qui ſe ſubſcripſerūt illi ſcri-
pturæ priuatæ, (quando illa negatur) debeant ſe re-
cognoſcere,& probari debet illa ſcriptura per eos:vel
ſaltem per comparationem literarum: ita firmat So-
cin.in conſi.274.in cauſa d.l.ſe.7.col.verſic. circa ter-
tium.2.volu.vbi etiam repræhendit Paul. de Caſtr. in
conſ.393.in cauſa ſer. Ludouici,qui tenuit ſolam ſub-
ſcriptionem ſufficere etiam quòd teſtes nihil depo-
nerent,puta quia eſſent mortui: & dicit Socin. quòd
Paul.in hoc nimis inaduertenter fuit loquutus:& ita
etiam dicit exprimere Bald.in d.l.ſcripturas,in princ.
in ſua diſtinctione. Secundò, ad hoc vt dicta ſcriptu-
ra habeat effectum prælationis,requiritur etiam ſub-
ſcriptio partium vltra ſubſcriptionem trium teſtium:
ita tenet.Socin.in d.conſi.274.ea.colum. ponderando
ad hoc d.leg.ſcripturas.ꝙ in principio quando agitur
contra debitorem, requiritur dicta ſubſcriptio par-
tium,& quamuis in verſic.ſinautem. vbi agitur con-
tra tertium,non repetatur de dicta ſubſcriptione par-
tium:ſed tantùm exprimatur de teſtium ſubſcriptio-
ne. ¶Tamen quia in illo text.dicitur eiſdem ſcriptu-
ris, apparet quòd imperator loquitur de eiſdem ſcri-
pturis,de quibus in principio loquutus fuit, per not.
per docto.in l.talis ſcriptura.ad fi.ff.de legat.j. & etiā
quia dictus verſicul.ſinautem. loquitur per modum
exceptionis factæ à legis principio,& exceptio debet
eſſe de contentis ſub regula leg.nam quod liquidæ.ff.
de penu lega.& ita ſecundùm eum voluerunt Nicol.
de Neap.& Bald.in ſpecu.in rub. de fid. inſtru.& Ioā.
And.in §.nūc videndum. in addi. magna.in verb.ſup-
plementum.& iſtud corroborabat Socin. in d.conſil.
pluribus alijs medijs,vt ibi per eum. ¶Tertiò requi-
ritur ad effectum prælationis antedictum, quòd illi
tres teſtes, qui ſe ſubſcripſerunt, ſint probatæ atque
integræ opiniōis:& iſta qualitas debet probari. & ita
firmat Socin.in d.cōſi.274.in antepenul.col. in verſic.
poſtremo dico. ¶Modo dubitatur circa dictā l.ſcri-
pturas, an ſtante ſtatuto, quòd ſcripturæ librorum
mercatorum vel artificum, ſumptæ vel exemplatæ dē
commiſsione iudicis, habeantur pro inſtrumēto pu-
blico, & habeant executionem paratam, prout in-
ſtrumenta guarentigiæ,& bona debitoris intelligan-
tur obligata & hypothecata, prout tale ſtatutum ex-
tat Florentiæ: an talis hypotheca inſurgens ex dictis
partibus ſumptis, ſi detur cōcurſus cum alio credito-
re habente inſtrumētum publicū ſui crediti,poſterius
tamen dictis partitis, præferatur creditor ex dicto li-
bro:& in hoc Socin.in conſi.240.circa præſentem, ſe-
cundo volum.firmat, quòd iſto caſu non militet diſ-
poſitio d.l.ſcripturas. ſed quòd creditor ex libro an-
teriori in tempore, præferri debeat poſteriori credi-
tori fundanti ſe in publico inſtrumento: & mouetur
ad hoc firmandum pluribus rationibus & argumen-
tis:& maximè,ꝙ ex verbis claris ſtatuti, dictæ partitæ
librorum aſſumant naturam publici inſtrumenti. &
ſicut in d.l.ſcripturas.diſponitur, quòd ſcriptura pri-
uata,trino teſte notata & ſolennizata, prout in d. leg.
requiritur,habet à dicta lege vim publici inſtrumen-
ti,& præfertur inſtrumēto publico poſteriori:ita de-
bet eſſe in ſcriptura, cui ſtatutum dat robur publici
inſtrumenti.l.omnes pupilli.ff.de iuſti.& iure. & fa-
ciunt no.in l.j.ff.de leg.j. ¶Addit etiam Soci.in eodē
loco,quòd dicta ſcriptura librorum, ſolennizata ſe-
cundùm formam ſtatuti, non ſolùm habet vigorem
contra debitorem principalem, ſed etiam contra ter-
tium:& ita dicit fuiſſe cōſultum per præſtantiſsimos
doct.optimi iudicij & conſcientiæ d.Ioan.Petrutium
de Peruſio in ſuo con. quod incip.conabor. & d. Be-
nedictum Capram,qui ſe illi conſi.ſubſcripſit, & re-
citat Socin.illorum fundamenta, & reſpondet obie-
ctionibus,quæ in hoc fiebant per partem aduerſam.
48 ¶†Et inter alias aſsignat rationem inter ſcripturam
libri,& aliam ſcripturam priuatam. Nam in ſcriptu-
ra priuata, puta in apodiſſa, poteſt de facili in tem-
pore committi fraus:quia licet hodie illata ſcribatur,
tamen poteſt in ea apponi dies temporis præteriti:ſed
in libris talis fraus non poteſt ita de facili committi,
cùm ſingulis diebus & continuare ſoleant in illis da-
ta & accepta deſcribi, ita quòd eſt quaſi impoſsibile,
in illis mutare veritatem temporis & dierum, quin
peritus in huiuſmodi ſcripturis iſtud non aduertat &
cognoſcat, & propterea ſtatuēs voluit dare iſtud pri-
uilegium libris & non alijs ſcripturis.& de hac ratio
ne etiam diuerſitatis habetur plenè per modernos in
l.admonendi. ff.de iureiur. dum loquuntur de ſcri-
49 ptura librorum priuatorum. ¶†Inſuper idem Socin.
in eodem conſil.240.addit,quòd talis ſcriptura libro-
rum, ſolennizata iuxta diſpoſitionem ſtatuti prædi-
cti,habet priuilegium prælationis in hypotheca vſq;
in diem quo ipſa ſcriptura confecta fuit, non autem
incipiet à die approbationis factæ de ea per iudicem:
& ita etiam dicit conſuluiſſe præfatum d.Ioā. Petru-
tium in dicto conſil. ea ratione: quia authenticatio
ſumptus facti de dicta ſcriptura, ſecundùm formam
dicti ſtatuti, refert ſe ad librum & illius ſcripturam:
ergo illius initium attendi debet, quia verba debent
intelligi ſecundùm tempus & actus cui adijciuntur.
l.in delictis.§. ſi extraneus.ff.de noxali. Et corrobo-
rat hoc multis alijs fundamentis, vt ibi per eum: &

demùm ſubdit, quòd iſta concluſio militat non ſolùm in libris proprijs, ſed etiam in libris communibus inter plures ſocios per rationes quas ibi adducit. ¶Vlterius eſt aduertendum, quòd Paul. de Caſtr. in conſil. 393. in cauſa ſer. Ludouiſci, extendit diſpoſitionem d. l. ſcripturas. quæ loquitur inter plures creditores, vt habeat etiam locum, quando contenditur inter vnum creditorem, fundantẽ ſe in ſcriptura priuata, non ſolẽnizata. iuxta d. l. ſcripturas. & inter emptorem rei hypothecatæ per prius dicto creditori, fundantem ſe in inſtrumento publico ſuæ emptionis: quia vtroque caſu viget eadem ratio, ſcilicet poſsibilitas fraudandi publicum inſtrumentum per appoſitionem diei & temporis anterioris in priuata ſcriptura, fortaſſe confecta poſt publicum inſtrumẽtum, ideo etiam debet militare diſpoſitio leg. à Titio. ff. de verb. obliga. & prout latius proſequitur Paul. de Caſtr. in d. conſil. Sed Socin in d. conſil. 240. in 2. colũ. in verſic. non obmitto dicit, quòd Salice. in d. leg. ſcripturas. tenet contrarium, & quòd aliàs etiam ſuper hoc vidit ſolenne conſil. eiuſdem, cui ſe ſubſcripſerunt multi ſolennes docto. Iſtud etiam dicit Socin. in conſil. 65. duplicato per errorem. 4. volu. in conſil. 198. Sed ego nõ inuenio Salic. hoc velle in d. l. ſcripturas. & eius conſil. non vidi. & propterea non puto eſſe recedendum ab opinione Paul. de Caſtr. quæ mihi vi-
50 detur æqua & rationabilis. ¶†Vltimò, circa diſpoſitionem d. leg. ſcripturas. eſt aduertendum, quòd Petr. de Anch. in con. 28. rationes inductæ &c. conſuluit, ꝙ ſi procurator vigore idonei mandati obligauit bona domini certæ perſonæ in priuata ſcriptura non ſolẽnizata, iuxta dict. le. ſcripturas & poſtea dominus obligauit alteri in publico inſtrumento, quòd ille cui dominus obligauit in publico inſtrumento, præfertur illi cui procurator obligauit in ſcriptura priuata, licet anteriori: non obſtante, quòd ille cui procurator obligauit, videretur etiam niti ex publico inſtrumento mandati, quaſi à primordio tituli poſterior firmetur euentus, iuxta l. j. C. de impo. lucrati. deſcri. lib. 10. & quòd in duabus diſpoſitiõibus ſucceſsiuis effectus ſumatur ab illa, quæ ſe refert ad aliam: non ab illa, ad quam habetur relatio. l. ſi ita ſcripſero. ff. de cõditio. & demonſtra. & l. aſſe toto. ff. de hær. inſti. & ad hoc mouetur pluribus rationibus, & præcipuè, quòd per dictum inſtrumentum mandati, præcedens non tollitur ſuſpicio fraudis, de qua in d. l. ſcripturas. nam ille procurator potuit longè poſt inſtrumentum obligationis factæ per dominum alteri ſcribere manu ꝓpria dictam ſcripturam, & ponere ad libitum in ea diem anteriorem inſtrumento domini, quibus fraudibus voluit prouidere d. l. ſcripturas. vt ibi latius per eum. ¶ Cuius dicta optimè conferunt ad corroborationem dictæ concluſionis Paul. de Caſtr. in conſilio 393. cum vterque fundet ſe in identitate rationis ad obuiandum fraudibus, & quòd vbi militat ratio fraudis, militet etiam diſpoſitio dictæ l. ſcripturas. & dicto conſilio Petri de Ancha. ſubſcripſerũt ſe Gaſpar de Caldarinis, & Franciſc. de Rampo, vt apparet in fine dicti conſilij, & etiam in conſil. 29. & ſic ſequẽti ego Franc. vbi Franciſc. de Rampo idem confirmat, ita quòd dicta concluſio ſecurè teneri poteſt, tot ſollemnibus doct. approbata, & validis fundamentis ro-
51 borata, vt latius in dictis conſilijs. ¶† Nonò & vltimò, in materia proprietatis eſt aduertendum, quòd licet quando eſt vnus tantum creditor, habens plura bona hypothecata, ipſe poſsit proſequi in bonis, in quibus vult, vt le. creditoris, ff. de diſtraction. pignorum: & ſi ſint plures creditores, quorum quilibet habet vnam tantùm hypothecam, qui prior eſt in tempore, potior ſit in iure, vt le. 2. quæ incipit, qui generaliter. in fin. ff. qui po. in pign. hab. Tamen quando primus creditor habet duas hypothecas, videlicet vnam generalem, & aliam ſpecialem: ſecundus autem habet vnam tantum, ſcilicet ſpecialem in aliquibus bonis: ſi hypothecæ primi creditoris ſunt puræ & ſimplices, poteſt primus creditor de rigore iuris vti, qua ipſe vult. ſed de æquitate non poteſt vti, niſi ſpeciali hypothec. ſi in ea poteſt ei ſatisfieri, vt eſt text. in le. 2. C. de pig. Sed ſi primus creditor habet ſpecialem hypothecam purè, & generalem ſub conditione ſubſidiaria, quatenus prima non ſufficiat: ſecundus creditor ſi ſpecialis ſufficiat primo: non ſolùm erit potior in ſua ſpeciali, ſed etiam erit ſolus, vt d. leg. qui generaliter. ſecundo reſpon. ff. qui po. in pign. hab. Sed ſi econuerſo primus habet vnam tantùm, ſecundus verò habet duas: primus erit potior in ſua ambabus illis ſecundi creditoris, iuxta regulam, qui prior. lib. 6. & hoc niſi hypot. ſecundi ſit priuilegiata, iuxta l. licet. C. qui potio. in pig. habe. & ita diſtinguunt Barto. Bald. & Salic. in d. l. 2. ¶Et pro ampliatione d. l. 2. notat. quòd illa habet locum, ſiue primò facta fuerit primo creditori ſpecialis hypot. & poſtea generalis: ſiue econuerſo, primo generalis, & poſtea ſpecialis: vtroque enim caſu eadem eſt ratio, & procedit dict. l. 2. ita firmat ibi Salic. in vlti. q. per optimas rationes, quanuis ibi Pet. voluerit contrarium, & malè ſecundum Salic. ¶Item dict. l. 2. procedit non ſolùm quando debitor poſsidet bona hypothecata: ſed etiam quando primus creditor, vel alia extranea perſona poſsideret dicta bona: quia eadem eſt ratio, ergo eadem debet eſſe iuris diſpoſitio, vt l illud. ff. ad l. Aquil. & ita firmant in d. l. 2. Iac. But. Cyn. Barto. Bald. & Salice. ¶ Sed dubitatur circa iſtam materiam, quid ſi primus creditor nõ habet generalem & ſpecialem hypothecam, vt loquitur d. le. 2. ſed magis habet generalem, quàm habeat ſecundus: vterque tamẽ habet generalem, ſed primus habet magis generalem, quàm ſecundus: an tali caſu habeat locum dicta l. 2. v t ſc. primus teneatur prius proſequi illam rem, quæ non comprehenditur in hypotheca ſecundi: & ſi illa eſt ſufficiens pro ſua ſatisfactione, nõ poſsit moleſtare alia bona comprehenſa in hypotheca ſecundi: & Cor. in conſil. 247. licet in præſenti. pen. col. j. volu. determinat, quòd iſto caſu non militet diſpoſitio d. l. 2. quia iſto caſu reperitur rigor ſcriptus, de quo in d. le. qui generaliter. in princ. & non reperitur æquitas ſcripta: quia caſus d. l. 2. eſt diuerſus ab iſto, & ideo debet præferri rigor. l. placuit. C. de iudic. & quia nõ eſt omnino eadem ratio: quando primus habet generalem tantùm: quæ eſt, quando habet ſpecialem & generalem Nam ſpecialis hypotheca affert aliquid plus iuris. arg. eius ꝙ habetur in regula gener. lib. 6. & quando quis habet generalem & ſpecialem hypothecam in eadem re, haber in illa duplex vinculum obligationis, & duo vincula magis ſtringunt, vt in authen. itaque. C. commu. de ſucceſſ. & ideo creditor tenetur magis eligere rẽ, in qua habet ſpecialem & generalẽ hypothecam, quã illa, in qua habet generalẽ ſolam. & iſta æquitas mouit Imperatorem in d. le. 2. Et facit, quia d. l. 2. eſt exorbitans, vt dicunt ibi doct. & eſt contra d. le. qui generaliter. vnde non eſt extendenda ad alium caſum. l. ꝙ verò contr. ff. de legi. & quòd d. l. 2. ſit exorbitans, tenet etiam Soci. in conſil. 198. primo adſpectu in fin. 2. vol. duplicato per errorem 75. 4. volumi. ¶ Et per hoc infert, quòd dict. l. 2. procedit ſolùm reſpectu ſecundi creditoris, quòd tunc ſ. primus creditor teneatur ſibi prius ſatisfacere in re ſpecialiter hypothecata: ſecus autem ſit quo ad tertium poſſeſſorem, qui non habet hypothecam aliquam in dictis rebus. quia quo ad eum, non requiritur excuſsio de ſpeciali hypotheca primi creditoris: ſed tunc erit locus d. leg. creditoris. ff. de diſtract. pign. & d. l. generaliter. in princi. de quo tamen vide quæ dicam infrà, in prima parte octauæ partis in materia excuſsionis, in 7. fallentia. ¶ Et pro com-

Nota qd. datur creditor habens hypothecam specialem et generalem, et alius habet specialem tantum, quod non habet recursum ad generalem nisi quando specialis hypotheca non sufficit.



complementum iſtius materiæ not. quòd quãdo agitur contra ſecũdum creditorem habentem ſpecialem hypothecam: & primus habet ſpecialem & generalem iuxta terminos d. l. 2. præſumptio eſt, quòd ſpecialis hypotheca, quam habet primus, ſit ſufficiens pro ſatiſfactione primi creditoris, niſi aliud probetur, vt tenet gloſſ. in d. l. 2. in verſic. redigere. quã ibi ſequitur Salic. in j. opinione. & per hæc remanet expeditum iſtud ſecundum membrum iſtius 5. partis.

## *SVMMARIVM.*

1 *Secundus creditor poteſt offerre primo creditori ſuum creditum, & liberare pignus à primo credito, & ſuã hypothecam confirmare.*
2 *Res hypothecata tranſit cum ſuo onere.*
3 *Secundus creditor, an poſſit offerre ementi à debitore, vt ſatisfaciat creditori primo.*
4 *Oblatio per ſecundum creditorem, nõ poteſt fieri emptori, qui emit à primo vendente iure creditoris.*
5 *Regula, quòd oblatio non poteſt fieri per ſecundum creditorem ementi à primo, ſeptem modis neceſſarijs reſtringitur.*
6 *Secundus creditor poteſt offerre primo creditori hypothecario, ſed non chirographario.*
7 *Res primo creditori ex ſecundo decreto adiudicata, nõ poteſt vltrà creditor ſecundus offerre.*
8 *Oblatio poteſt fieri primo creditori, etiã poſt rem adiudicatam in ſolutum per iudicem ex ſecundo decreto, iudiciario ordine: & hoc per ſecundũ creditorem, non per debitorem.*
9 *Statuto cauente, quòd quicunque habens ius in bonis venditis, vel in ſolutum adiudicatis, veniens infrà annum audiatur, an creditor conditionalis non veniens, excludatur.*
10 *Oblatio facta per ſecundum creditorem primo, cum depoſitione & conſignatione, liberat pignus.*
11 *Oblatio quæ fit à ſecundo creditore primo, fit de credito anteriori, nec requiritur offerre poſterius.*
12 *Creditor ex vna cauſa tantùm, an teneatur recipere particularem ſolutionem.*
13 *Creditor ſecundus offerens primo, ſuccedit in ius hypothecæ prioris creditoris, ſuccedítque in ius perſonalis actionis.*
14 *Oblatio poteſt fieri per ſecundum creditorem primo, non ſolùm quando ſecundus conuenitur à primo, ſed etiam quando ſecundus agit contra primum: quo caſu primus tenetur cedere ſecunda iura tenutæ.*
15 *Ceſſio quam cogitur facere creditor primus vel alius poſteriori creditori ſoluenti vel offerenti, quo iure petatur.*
16 *Hypothecaria quæ datur ſecundo creditori, in locum primi ſuccedenti, an ſit eadem quæ datur primo.*
17 *Oblatio an & quando poſſit fieri per primum creditorem ſecundo.*
18 *Primus creditor non poſſidens, an poſſit ſecundo offerre.*
19 *Primus creditor non poteſt cogi offerre ſecundo.*
20 *Oblatio facta per ſecundum creditorem primo poſſidenti, an præcludat viam primo offerendi ſecundo.*
21 *Poſſeſſio non tranſit de vno ad alium ſine animo poſſidentis.*
22 *Oblatio poteſt fieri per alium creditorem tertium ſecundo creditori, qui obtulit primo, & in ius ſuccedit.*
23 *Actione perſonali ceſſa, an cenſeatur etiam ceſſa hypothecaria cedenti competens.*
24 *Beneficio cedendarum actionum, an renunciari poſſit: ita quòd qui renunciauit, amplius non valeat excipere de ceſſione ſibi facienda, nec eam amplius petere.*
25 *In beneficio cedendarum actionum an requiratur ſpecialis & indiuidua renunciatio.*
26 *Creditor an poſſit cogi cedere iniuſto poſſeſſori.*
27 *Poſſeſſor conuentus hypothecaria, poteſt offerendo debitum petere ſibi cedi iura, ſi onus luendi rem poſſeſſam & hypothecatam, non incumbat ipſi poſſeſſori.*
28 *Ius offerendi competens tertio poſſeſſori, an locum habeat in poſſidente rem æſtimatam in dotem datam.*
29 *Exceptio cedendarum, an obſtet creditori, cui poſſeſſor offert, ſi creditor liberauit alia bona hypothecata.*
30 *Beneficium cedendarum fideiuſſori competens, vnde cauſetur.*
31 *Exceptio cedendarum, non obſtat mulieri agenti etiã contra correum vel fideiuſſorem obligatum ad reſtitutionem dotis.*
32 *Creditore agente hypothecaria contra tertium ſimplicem poſſeſſorem ex duobus creditis, quorum vnum anterius eſt altero, poſſeſſor non poteſt vnum offerre ſine altero.*
33 *Ius offerendi qualiter competat fideiuſſori debitoris.*
34 *Lex 2. C. de fideiuſſoribus. quibus caſibus procedat, & quibus non.*
35 *Vni ex duobus reis vel fideiuſſoribus ſoluenti creditori, tenetur creditor cedere iura & actiones, &c.*
36 *Creditor qui non poteſt cedere, an ſemper repellatur exceptione cedendarum.*
37 *Creditore vnum ex fideiuſſoribus liberante, an ipſi creditori obſtet exceptio cedendarum.*
38 *Oblatio poteſt fieri per habentem ſolum ius dominij in re.*
39 *Debitor, an poſſit à quolibet indifferenter etiam inuitus liberari.*
40 *Creditor recuſans debitum oblatum, an amittat ius petendi.*
41 *Creditor an teneatur recipere debitum ab extraneo à debitore oblatum.*
42 *Extraneus ſoluens, vel offerens creditori, an poſſit impetrare ceſſionem iurium contra debitorem.*
43 *Debitor offerens creditori, impedit venditionem pignoris & moram purgat.*
44 *Creditore cedente ius debitori, datur ipſi debitori retentio pignoris contra alterius vſucapionem.*
45 *Debitore ſoluente de pecunia aliena, an ille de cuius pecunia ſoluitur, ſuccedat in ius illius creditoris.*
46 *Debitor, an in ſoluendo vel offerendo creditori teneatur offerre creditum chirographarium.*
47 *Extenſio de ſtricta ſignificatione ad latam, procedit etiam in correctorijs, ſimiliter eadem ratio.*
48 *Pignus prætorium & iudiciale poteſt retineri pro debito chirographario.*
49 *Creditor habens duo pignora pro diuerſis debitis, vnum videlicet minus idoneum, aliud valde idoneum, an poſſit retinere illud valde idoneum pro vtroque debito.*
50 *Creditor chirographarius dicitur habere ius retinendi pignus, ſed non vendendi.*

51 *Caſibus quibus ius offerendi competit, an poſſit fieri oblatio, lata ſententia in hypothecaria.*

52 *Iuri offerendi, an poſſit præſcribi.*

53 *Temporalia ad agendum, perpetua ſunt ad excipiendum.*

# TERTIVM MEMBRVM
## Quintæ partis.

CAPIO modò tertium membrum iſtius quintæ partis, in quo tractatur de oblatione ſeu iure offerendi. & ſic de vno effectu reſultante ex pignore vel hypotheca, & diuiditur in tres partes: in prima parte tractabitur, quibus competat tale ius offerendi: in ſecunda, qualiter oblatio fieri debeat: in tertia, de effectibus reſultantibus ex oblatione.

IN prima itaque parte huius tertij membri, in qua venit diſcutiendum,
1 quibus competat ius offerendi: †Primò dicendum eſt, quòd tale ius offerendi cõpetit ſecũdo creditori: quia ſcilicet ſecundus creditor poteſt offerre primo creditori creditum, & liberare pignus à primo credito, & confirmare ſuam hypothecam, iuxta l.j. C. qui potio. in pigno. habet. & l. potior. §. final. ff. eodem titul. & iſta ſit regula. quòd ſcilicet ſecundus creditor poteſt offerre primo, quam amplia, & poſtea limita aliquibus modis.

¶Et primò amplia, quòd iſta regula, quòd ſecundus creditor poteſt offerre primo, procedit etiam ſi priori creditori à debitore res hypotheca in ſolutum data fuerit pro ſuo credito: quia adhuc ſecundus creditor poteſt offerre primo. Et idem, ſi dicto primo creditori per debitorem res vendita fuerit: nam vtroque caſu locus eſt oblationi, vt eſt text. not. in l. j. §. cùm autem. C. ſi ant. credit. di. & ibi per Salicet.

2 ¶†Nam ſicut ſi debitor dictam rem alteri extraneo alienaſſet, remaneret ſecundo creditori ſalua ſua hypotheca: quia res hypothecata tranſit cum ſuo onere. l. ſi debitor. C. de diſtrac. pigno. & c. ex literis de pigno. & 16. queſt. j. cap. ſi quis laicus. & l. ſi cõuenerit. §. ſi fundum. ff. de pignor. action. ita & quando vendit vel dat in ſolutum priori creditori, remanet ſalua ſua hypotheca ſecundo creditori, & poteſt offerre primo, prout hác æquiparationem facit tex. in dict. l. j. C. ſi anti. credi.

¶Nec in hoc habet obſtare, quòd creditum primi creditoris videtur ſublatum per ſatisfactionem, & propterea non videatur neceſſaria alia ſolutio, vel ſatisfactio de eo: quia ad hoc reſpondet gloſ. Iacob. de Are Cyn. & alij in dicta l. prima quòd immò non fuit ſublata actio & obligatio primi creditoris per dationem in ſolutum vel venditionem ei factam de dicta re, ex quo illa datio vel venditio fuit reuocabilis per ſecundum creditorem volentem offerre, per textum in l. ſi quis aliam. ff. de ſol. & facit text. & quod ibi not. per gloſ. & doctores in l. ex ſextante. §. Latinus. ff. de excep. rei iudic. cum concord. Secundo modo reſpondet gloſſa, quòd ſi aliter diceremus, ſua diligentia noceret primo creditori, quòd eſſe non debet: vt l. debitor. ff. de ſepara. & ſecundus creditor lucraretur cum iactura primi, quod eſſet iniquum. argumento. l. ſi me & Titium. ff. ſi cert. petat. & melius in l. itaque verſicul. licet vtique. ff. de dolo.

¶Secundò amplia, vt regula procedat etiam ſi ille primus creditor qui accipit in ſolutum, vel emit à debitore, poſteà vendat alij: quia talis emptor iſto caſu non erit ſecurus: ſed etiam ei à ſecundo creditore offerri poterit: quia primus creditor non vendit ei iure creditoris, ſed potius vigore ſuæ acceptionis in ſolutum, vel emptionis: & ſic tranſtulit in eum dominium affectum: ita tenet Salic. poſt Iacobum de Are. & Cyn. in dicta l. j. C. ſi ant. cred.

3 ¶†Tertio amplia regulam, vt procedat etiam ſi debitor vendidiſſet rem hypothecatam alteri, vel obligaſſet, vt de illa pecunia ſolueret primo creditori, & ita poſtea ſoluit: quia adhuc iſto caſu ſecundus creditor poterit offerre illi emptori, vel creditori, de cuius pecunia fuit ſolutum primo creditori: quod videtur mirabile, cùm extincta fuerit omnino obligatio primi creditoris per ſolutionem factam in quantitate conſiſtenti in genere, quæ de facili conſumitur: & tamen ſecundus creditor adhuc poteſt offerre & auocare rem ab emptore vel creditore, de cuius pecunia ſolutum fuit primo creditori, vt eſt caſus in l. cùm prior. ff. de diſtract. pignor.

¶ Sed in prædictis inſurgit pulchra difficultas, videlicet quo iure ille emptor vel creditor, de cuius pecunia fuit ſolutum primo creditori, poſſit obtinere, vt ſibi ſoluatur à ſecundo creditore: quia nec talis emptor nec creditor ſucceſſit in ius primi creditoris, niſi ſuper hoc factum fuerit pactum expreſſum, vlt. j. C. ſi anti. credi. & l. Ariſto. ff. que res pignori oblig. poſſ. & l. j. C. de his qui in prior. credit. loc. ſucced. Cùm ergo primum creditum ſit ſublatum ſolutione, & emptor vel creditor, de quorum pecunia fuit ſolutum primo, nõ ſucceſſerit in locum primi: videtur quòd ſecundus creditor ſit modo potior in pignore, abſque eo quòd teneatur offerre dicto emptori vel creditori precium ſolutum primo.

¶ Et iſtam difficultatẽ mouit gloſſa in d. l. cùm prior. ſed ſubdit, quòd dicto emptori vel creditori de æquitate danda eſt retentio pignoris, licet non habeant hypothecam. argu. text. in l. prim. in princip. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſol. & l. prima §. prim. ff. qui potior. in pigno. hab. Dicit tamen gloſſ. quòd iſtud ſibi non placet, & in effectu concludit ibi gloſſ. quòd niſi ſit factũ pactum, quòd ille emptor vel creditor, ex cuius pecunia ſolutum fuit primo, ſuccedat in locum illius, ſecundus creditor inuenietur potior eo, & agens ex ſua hypotheca ad dictam rem, non tenebitur offerre illud, quod erat debitum primo creditori, & quòd dicto emptori vel creditori, de cuius pecunia fuit ſolutum primo, non dabitur exceptio, neque retentio contra ſecundum creditorem. & cum dicta glo. tranſit ibi ſimpliciter Bartolus, & illam approbat expreſſè Salic.

¶Tamen eſt aduertendum, quòd licet dicta gloſſa dicat verum, quo ad actionem hypothecariam quia ſcilicet dictus emptor vel creditor, de quorum pecunia fuit ſolutum primo creditori, ſine pacto in illa non ſuccedunt, & ideò non poſſent agere conr tertium poſſeſſorem, tamen quo ad ius excipiendi & retinendi, malè loquitur gloſſ. quia ipſi poſſunt retinere rem, pro qua ſoluerunt pecuniam primo creditori contra ſecundum creditorem agentem, vt eſt textus & ibi gloſſ. in l. prim. in princip. ff. quibus modis pign. vel hypoth. ſolu. & ibi hoc firmant Bartol. & Salic. Et idem in emptore tenent Bartol. & Salic. in dicta l. qui à debitore. ff. qui pot. in pigno hab. vbi volunt, quòd licet emptor ſit effectus dominus rei emptæ, propter quod videbatur, quòd illa res non poſſet eſſe ei obligata. l. neque pignus. ff. de reg. iur. tamen ipſi determinant, quòd ex quo dicta res poteſt ab eo auocari per ſecundum creditorem, poteſt retineri loco pignoris per l. ex ſextante. §. Latinus. ff. de exceptione. rei iudic. & l. Iulianus. §. offerri. ff. de actionibus. empt. & l. tertia §. primo ff. qui potior. in pigno. hab. & l. j. C. ſi anti. credi.



¶Et ideo Paul. de Caſtr. in conſi. 370. viſis actis reprobat illam gloſſ. in d. l. cum prior. dicens, neſcire ſe, quo ſpiritu illa gloſſ. dixerit illud verbum vltimum, videlicet, quòd ſibi non placet, quòd detur exceptio. & firmat Paul. quod indubitanter, licet non detur actio, tamen detur retenſio & exceptio, & ita etiam tenet Corn. in conſil. 255. videtur in præſenti in litera j. 2. volum. ¶Et ita puto tenendum: quia Bart. inaduertenter & perfunctoriè tranſiuit cum d. gloſſ. & contrarium & melius poſtea tenuit. in dicta l. j. in princ. ff. quib. mod. pign. vel hypo. ſol. ¶†Limitatur
4 modo dicta regula, vt non procedat, quando primus creditor venderet bona hypothecata iure crediti extraneo emptori, prout de iure poteſt, iuxta text. inſtit. quibus alien. licet. §. j. & in l. l. ſi conuenerit. ff. de pignorat. action. quia tunc ſecundus creditor non poterit offerre illi emptori, ſed emptor erit ſecurus ab eo, vt eſt text in l. j. C. ſi anti. credi. quod eſt mirabile. Nam ſi ipſe creditor emeret, vel in ſolutum acciperet, adhuc ei ſecundus creditor poſſet offerre: vt dicta l. j. & ibi per Bald. & Salic. in ſecundo reſpon. & tamen ſi ipſe creditor vendat alteri, facit eum ſecurum à ſecundo creditore. ¶ Tamen in hoc aſsignatur ratio differentiæ ibi per Docto. videlicet quia quando creditor primus vendit iure creditoris, transfert in emptorem dominium non affectum: quia ipſe creditor tempore acceptæ hypothecæ habuit à debitore licẽtiam & ius alienandi. d. l. ſi conuenerit. & ideo vendendo fuit reſolutum omne ius ſecundi creditoris, & eſt ac ſi illa res nunquam ei obligata fuiſſet: quia licentia vendendi præceſsit obligationem ſecundi creditoris, & reſoluto iure datoris, ſcilicet debitoris, reſoluitur ius acceptoris, ſcilicet ſecundi creditoris. l. vbi. §. ſed & Marcellus. ff. de in diem adiectione. Sed quando dominus & idem debitor vendit, vel in ſolutum dat, transfert dominium in emptorem affectum ex hypotheca ſecundi creditoris, quæ per dictam venditionem non reſoluitur: quia debitori non erat data licentia à ſecundo creditore vendendi, prout data fuit à debitore primo creditori, & iſtam rationem differentiæ ſequuntur Iacob. de Are. Cyn. & Salicetus in dict. l. j. & comprobat Cor. in conſil. 245. 2. volumi. in litera lz. ¶Et ſic remanet concluſio in hac prima limitatione, quòd ius offerendi non competit ſecũdo creditori, ei qui emit à primo creditore vẽdente iure creditoris. per text. in d. l. j.

¶†Sed iſta prima limitatio reſtringitur ſeptem modis neceſſarijs. ¶Et primò reſtringitur, vt procedat quando primus creditor venderet extraneo emptori, & ita loquitur d. l. j. Secus autem, ſi primus creditor vẽderet fideiuſſori ſui debitoris: quia tunc ſecundus creditor poſſet dicto fideiuſſori ementi offerre, vt eſt text. in l. 2. ff. de diſtractione pignorũ. & ibi not. Bart. & in l. j. & ibi latè per doctores. C. de dolo. ¶Secundò reſtringitur, quando primus creditor venderet ſecundo creditori: quia dicto ſecundo creditori ementi poteſt offerri per alium creditorem & etiam per debitorem, vt eſt textus in l. cùm ſecundus. §. fina. cum lege ſequent. ff. de diſtraction. pignor. & ratio eſt, (vt ibi dicit Iuriſconſultus) quia ſecundus creditor qui emit à primo, non tam cauſa acquirendi dominij, quam ſeruandi ſui pignoris cauſa cẽſetur emiſſe. & iſta duas reſtrictiones ponit gloſſ. ſecunda in dicta lege prima. C. ſi anti. credit. ¶ Tertiò reſtringitur, quando venditio facta per primum creditorem iure creditoris extraneo, non eſſet facta rectè & legitimè, puta quia vendidit ante tempus, vel aliter non ſeruata forma iuris vel pacti: quia tunc tam debitor, quàm ſecundus creditor auditur volens reuocare dictam venditionem, vt eſt tex. in lege 2. C. ſi anti. credi. & hoc etiam ſi dicta vẽditio eſſet facta ſciente debitore: quia exceptio quę competebat contra creditorem vendentem tranſit in emptorem, vt l. in hoc iudicio. §. pen. ff. commu. diuid. & l. ſi à te. §. fina. ff. de excep. rei iudic. & ita tenet gloſ. prima in d. lege ſecũda, & nihilominus dictus emptor habet contra debitorem agentem ad reuocandam emptionem exceptionem doli, niſi ei offerat pecuniã, quam creditori ſoluit, vt l. emptor. in princip. ff. de rei vendi. ita nota. gloſſ. in dicta lege 2. in gloſſ. j. & ſequitur ibi Salic. ¶Quarto reſtringitur dicta limita. quando primus creditor venderet rem pignoratam vni ex fratribus debitoris, qui habebat dictam rem communem cum fratribus. Nam illi fratri emẽti poteſt offerri ab alijs fratribus: quia frater qui emit, videtur feciſſe iniuriam alijs fratribus emendo illam rem communem nomine proprio, volẽdo excludere alios fratres, & ideo poteſt ei offerri. text. eſt not. in l. fin. §. quatuor. ff. de leg. 2. & not. Alexan. in d. l. j. C. de dolo, quem caſum tene menti: quia eſt contingibilis.

¶Quintò reſtringitur dicta limitatio, quando primus creditor venderet rem hæredi debitoris: tunc enim non dicitur ꝓpriè emptio, ſed reluitio: & dictus hæres poterit conueniri ſuper dicta re hypothecaria ab alijs creditoribus. iſta eſt gloſſa no. in l. 2. in verſi. conueneris. C. de repu. hæred. quam Paul. de Caſtr. dicit eſſe perpetuo tenendam menti, & quòd de facili quilibet diceret oppoſitum, & ita etiam refert ibi Iaſon.

¶Sextò reſtringitur dicta regula, quando primus creditor in vẽditione apponeret pactum, quòd debitori liceat offerre emptori & rem recipere: quia vigore dicti pacti poterit debitor offerre & recuperare rem, non obſtante dicta venditione. tex. eſt in l. ſi cùm venderet. in princip. ff. de pigno. action. Poteſtq; tali caſu debitor cogere creditorem qui vendidit, pignoratitia directa ad cedendum actionem ex vendito contra dictum emptorem, vt ibi ſubdit textus. ¶ Ad idem tex. in l. ſi creditor. in princ. ff. de diſtraction. pignor. vbi ampliat hoc procedere non ſolum in pignore vẽdito, ſed etiam in hypotheca vendita. Et ibi Bartol. declarat prædicta procedere, quia ſi pactum fuit adiectum, quòd liceat recuperare pignus, ex hoc debitor non poterit agere contra emptorem, ſed agere debet contra creditorem, vt ſibi cedat actionem. ſi autem pactum fuit adiectum, vt ipſi debitori liceat recuperare, & tunc debitor poterit ex dicto pacto recuperare abſque alia ceſsione. ita declarat Bartol. in d. l. ſi creditor. in princ. Sed ſi primus creditor vendidit abſque alio pacto, tunc debitor recuperare non poſſet niſi ante venditionem venditor obtuliſſet, & alia feciſſet de quibus per Bartolum in l. fina. ff. diſtract. pign. ¶ Sed dubitatur, quæ actio competat debitori quando fuit appoſitum pactum per creditorẽ in venditione. Et dicendum eſt, quòd ſi pactum fuit reſolutiuum puta, quòd res eſſet inempta: vel liceret debitori accipere rem ſuam, dabitur rei vendicatio, ſed vbi verba pacti non eſſent reſolutiua, ſed inflexa, puta rem reſtituas vel reddas, & tunc dabitur actio in factum præſcriptis verbis. ita not. Salice. in l. ſi cùm venderet. in princip. ff. de pign. action. ¶Septimò reſtringitur dicta limitatio, niſi debitor eſſet pupillus vel minor 25. annis, vel abſens ex cauſa reipublicę, vel ex aliqua alia cauſa poſſet reſtitui in integrum aduerſus dictam venditionem factam per creditorem: quia in quacũque ex dictis cauſis debitor poterit offerre emptori, vt eſt text. in l. ſi creditor. §. j. ff. de diſtraction. pign. & firmat Salic. in d. l. 2. C. ſi anti. credi.

¶Et vbi dictum eſt, debitorem admitti ad offerendum, idem intelligas in ſecundo creditore: quia ius, quod competit debitori circa oblationem, competit etiam ſecundo creditori. vt in toto titul. C. ſi anti. credi. quinimmo fortius eſt ius oblationis, quod cõpetit ſecundo creditori, quam debitori: vt apparet in l. ſi prior. §. ſciendum. ff. qui potio. in pignor. habean.
6 & apparebit clarius ex infra dicendis. ¶†Secundò

principaliter limitatur regula, quòd ſecundus cre-
ditor poſsit offerre primo, vt habeat locum in credi-
tore hypothecario,non autem procedit in creditore
chirographario:quia ille non habet ius offerendi(ni-
ſi primo creditore volente) ad effectum impetrandi
ceſsionem,vt eſt text.in l.nulla.C.de ſolutio n.& ibi ꝑ
Bartol.& tex.gloſſ.& Salice.in ſummario.in l. cùm ti-
bi.C.qui potio.in pignor.habean.Niſi fortè talis cre-
ditor chirographarius poſsideret rem hypothecatã
primo creditori: quia ab eo conuentus,poſſet vt qui-
libet alius extraneus poſſeſſor offerre,iuxta l. Paulus.
§.j.ff.quib.mod.pign.vel hypothe.ſol.de quo infra là-
7 tius ſubdam.¶†Tertiò fallit regula ſupradicta(ſecun
dùm aliquos)poſt rem adiudicatam primo creditori
ex ſecundo decreto,iuxta not.in l.à diuo Pio. in §. ſi
poſt adictum.ff.de re iudica. ¶In quo tamen eſt ad-
uertendum,quia aut datio in ſolutum eſt facta prio-
ri creditori extraiudicialiter per debitoré. iuxta text.
in l.eleganter.in prin.ff.de pig.action.& tunc indubi-
tanter ſaluum erit ius offerendi ſecundo creditori,vt
eſt text.& ibi per doct.in l.j.C.ſi anti.credi.& dictum
eſt ſupra. Aut dicta adiudicatio eſt facta ꝑ iudicé ex
ſecundo decreto,iuxta tit.C.ſi in cauſ.iud.pig.cap. ſit
& maximè in l.fin.& tunc dicta adiudicatio reſpectu
ſecundi creditoris perindè eſt, ac ſi facta fuiſſet per
ipſum debitorem: quia factum iudicis reputatur fa-
ctum partis,vt d.l.j.& l.ſi ob cauſam. C. de euiction.
& ideo ſicut quando per debitorem res data eſt in ſo-
lutum primo creditori,ſecundus poteſt ei offerre, (vt
dictum eſt)ita & quando iudex loco partis adiudica-
uit,poteſt ſecundus creditor offerre primo, & ita ex-
8 preſsé vult Salic.in d.l.j.in vlt.quæſt. ¶†Reſpectu aũt
debitoris eſt maius dubium, an ſcilicet ipſe poſsit nõ
obſtante adiudicatione in ſolutum facta,per ſecundũ
decretum offerre ipſi creditori debitum,& reſoluere
adiudicationem: & hunc articulum latè diſputando
examinat Alexand.poſt Bart. & alios in l.ſi finita.§.Iu
lianus.in pen.& vlti.col.ff.de dam.infect. & tandem
relatis opinionibus aliorum concludit, quòd verior
& communior opinio eſt,quòd debitor (facta adiu-
dicatione ex ſecundo decreto)non audiatur, & idem
firmat Alexand. in l.debitoribus.in vlt.colum.ff.de re
iudic.& in con.11.viſo proceſſu.5.volum.¶Et iſta ſunt
vera in adiudicatione in ſolutũ facta à iudice per mo
dum iudicij:ſecus autem eſſet,ſi adiudicatio fieret vi
gore reſcripti impetrati à principe,iuxta l.fin.C.de iu
re dot.quia tunc debitor veniens infra biénium à die
conceſsi reſcripti,poſſet offerre debitum ipſi credito
ri.& reſoluere dictam adiudicationem.per text.in d.l.
fin.quæ ita intelligitur per doct.ibi,& per Alexand.in
d.§.Iulianus. in penult. & vlti.colum.
9 ¶†Prædicta autem ꝓcedunt in terminis iuris cõmu-
nis, ſecus autem vbi aliter per ſtatuta eſſet ordinatũ,
ꝓut eſt Florétię.vbi ſtatuto cauetur,quòd quicunque
habens ius in bonis venditis vel adiudicatis in ſolu-
tum, veniens infra annum audiatur, ſed elapſo anno
non audiatur:& hoc excepto debitore ſuper quo ſtat,
poteſt dubitari,an creditor conditionalis non veniés
infra annum,ſit excluſus.& Alexand. in conſilio 106.
viſis & opportunè.&c.5.volumi.per multa argumenta
de quibus ibi per eum,tenet quod non. ¶Et pro hac
concluſione faciunt,quę in ſimili habentur ꝑ Abbaté
in conſilio 22. videtur primò. vltim.colum.2.volumi.
Contrarium autem videtur tenere Iaſ.poſt Cumanũ.
in l.ſi ſtipulatus fuerim.§.cùm ſtipulamur. in ſecun-
da limitation.ff.de verbo.obligation.per argumenta
quæ ibi adducit,quæ aliter non refero:quia articulus
non eſt ꝓpriè in materia noſtra. ¶Puto tamen,quòd
termini in quibus loquitur Iaſon, ſint diuerſi à ter-
minis Alexandri,vt patet ex multis ponderatis ꝑ Iaſ.
q̃ nõ ſunt in ſtatut.Florentino,in quo cõſuluit Alexã.
in d.conſi.106.& ideo credo,ꝙ opinio vtriuſq; poſsit
10 ſaluari in ſuo caſu ex diuerſitate ſtatutorum. ¶†Inſu-
per quando ſecundus creditor offert primo,& ipſo re
cuſante recipere,cõſignat & deponit:cõſequitur pri-
mò, quòd dictam rem liberat ab hypotheca prioris
creditoris,& per conſequens ſuam hypothecam in ea
confirmat,vt l.j.& l.potior.C.qui po.in pig.hab. & l.
potior.§.fi.ff.eod. tit. Secundò conſequitur,ꝙ poteſt
primum creditorem etiam inuitum cogere ad ceden
dum iura ſua:ita tenet Bart.in l.Ariſt.in 2.q.ff.quæ res
pigno.oblig.poſſ.& Bald.in l.nulla.ad fin. C.de ſolut.
Tertiò conſequitur,ꝙ ſi primus creditor nollit cede-
re ſecundo,abſque ceſsione ſecundus ſuccedit in ius
primi creditoris, vt not.Bart.in d.l.j.C.qui po. in pig.
hab.& in d.l.Ariſto.in j.q̃ſt. ¶Et ſequela iſtarum vti-
litatum ampliatur aliquibus modis. ¶Et primò am-
plia,vt non ſolùm ſuccedat in ius primi creditoris ꝓ
ſorte quam ei obtulit,ſed etiam pro vſuris etiam in-
uito debitore,vt eſt tex.& ibi Barto.in.l.ſi prior.§.j.ff.
qui po.in pig.hab.& l.ſecundus.C.de pign. ¶Intelli-
ge tamen, ꝙ ſecundus ſuccedit in ius primi credito-
ris,vt alijs præferatur,quo ad creditũ primi, in quod
ſucceſsit:nõ auté quo ad creditũ ꝓprium ipſius ſecũ-
di:quia pro eo non præfertur alteri,qui eſt prior ſe,li-
cet ſit poſterior, niſi mediante pacto inito cum ſecũ-
do,vt eſt tex.in d.l.ſi prior.§. à Titio. ¶Secundo am-
plia, vt procedãt prædicta, etiam ſi primus nolit re-
cipere creditũ ſuũ ſibi oblatũ à ſecundo:nam nihilo-
minus ſecundus confirmat ſuam hypothecam: quia
actio hypothecaria q̃ cõpetebat primo,facta fuit inu-
tilis per dictam oblationem,cùm per eum ſtet, ꝙ non
recipiat,vt l.potior.§.fi.& ibi Barto.ff qui po.in pign.
hab.& l.j.C.eod.tit.¶Tertiò amplia,vt prædicta pro-
cedant non ſolùm ſi ſecũdus creditor offerat primo,
ſed etiam ſi conſentiat,& patiatur,ꝙ alius pignus ſibi
obligatũ vendatur,& ex precio ſatisfiat primo credi-
tori:nam etiam iſto caſu ſecundus creditor ſuccedet
in hypothecã primi. text.eſt.in d.l.ſi prior.§.ſi tertius.
11 ¶†Quartò amplia, vt prædicta procedant, etiam ſi
primus creditor eſſet creditor in duobus creditis,
quorum vnum eſſet anterius ſecũdo creditore, aliud
vero poſterius:quia ſi ſecundus creditor offerat pri-
ori creditũ,anterius ſuccedet in illud: nec tenebitur
ei offerre poſterius ſuo credito.text.eſt not.in l. quæ-
12 rebatur.ff.qui potio.in pign.habe. ¶†Et ſic licet aliàs
creditor non teneatur recipere particularem ſolutio
nem, quando eſt creditor ex vna cauſa: tamen ſecus
eſt,quãdo eſt creditor ex pluribus cauſis,vt nota. Bar.
in l.tutor.§. Lucius.ff.de vſur.fac.l.planè.ff. fam. er-
ciſc.& not.Barto.Alexand.& alij in l.quidam.ff.ſi cer-
tum peta.vbi ponuntur caſus, in quibus creditor te-
13 netur recipere particularem ſolutionem. ¶†Quintò
amplia,vt non ſolùm ſecundus creditor offerens ſuc-
cedat in ius hypothecę prioris creditoris,vt l.j.C.qui
po.in pig.hab.ſed etiã ſuccedit in ius perſonalis actio
nis,vt l.j.C.de his q̃ in priorum credit. loc.ſucced.fa-
cit.l.pupillus.ff.de rebus eorũ. & ita firmat Bart.in d.
l.Ariſto.in j.q.& allegat.l.j.§.nũc tractemus. ff. de tu-
te.& ra.diſt.& ſic ſecundus creditor poſt oblationem
factam primo, poterit intentare tam hypothecariam
quã ꝑſonalé cõtra debitoré & eius bona,vt eſt text.in
l.ſecũdus.iũcta glo.ibi,C.de pig.& idé tenet Salic. in
dict.l.Ariſto.in j.q.¶Sextò amplia,ꝙ talis ſucceſsio in
ius primi creditoris cõpetit ſecũdo virtute oblatiõis
etiam abſq; aliquo pacto.ita tenet glo.& Barto.in d.l.
Ariſt.in j.q.¶Septimò amplia,vt prędicta ꝓcedãt etiã
ſi prior creditor cui offertur per ſecundum, eſſet pri-
uilegiatus:puta,quia ſi ſit reſpublica: nam etiam iſto
caſu ſecundus creditor poteſt ei offerre, & in ius il-
lius ſuccedere,vt eſt text.in l.fin.C.de his qui in prio.
cred.loc.ſucced.¶Octauò amplia,vt ſecundus credi-
tor ſoluens vel offerens primò, non ſolùm ſuccedat
in ius hypothecæ & actiõis perſonalis primi,vt dictũ
eſt



eſt in 5.ampliatione,ſed etiam ſuccedit in locum primi
domini,vt eſt text.in l. creditor.quę eſt l.3.§.j.ff.qui po.
in pig.hab.& not.Bart.in d.l.Ariſto.in j.quæſt.
14 ¶†Nono amplia, vt prędicta procedant non ſolùm
quando ſecundus creditor conuentus eſt à primo, vt
ſcilicet ei poſsit offerre & impetrare ceſsionem, vt l.
mulier. ff. qui po.in pign.habe.ſed etiam, quando ſe-
cundus creditor agit contra primum, vt l.creditor. § ſi
primus. verſiculo vnde.& l.potior. §.fina.ff. qui po.in
pign. hab. & ita tenet Bal. poſt Vber. de Cremona in
rub.C.de priuil.do.in 4.colum.in ver.Item ſcias, quòd
prior inferens ex hoc, quòd ſecundus creditor agens
contra primum,qui tenutam accepit,& ei offerens po-
teſt eum cogere ad cedendum ſibi omnia iura.
15 ¶†Vlterius quæritur, quando creditor primus vel a-
lius cogitur cedere iura poſteriori creditori ſoluenti
vel offerenti: quo iure petatur talis ceſsio: & dicendũ
eſt,quòd quando inter petentem ceſsionem fieri, & eũ
à quo petitur, interceſsit aliquis contractus, vel quaſi,
ex quo poſsit creditor ſoluenti vel offerenti obligari,
tunc ceſsio petetur actione ex eo contractu, vel quaſi:
vt l.Stichum.§. ſi mandato.in fin. ff.de ſol. quando au-
tem nullus præceſsit contractus,vel quaſi,intentari de
bebit officium iudicis,vt l.ſi res obligata.in fin. ff.de le
ga.j.ita tenebat Cyn.poſt Dyn.in d. l.cùm alter. C. de
fideiuſ.& ibi ſimpliciter refert & ſequitur Salicet.
¶Sed Bartol.in l. Modeſtinus. ff. de ſolu. in ſecunda
quæſt. plenius diſtinguendo dicit, quòd quandoque
ceſsio petitur ante facta ſolutionem, quandoque poſt.
¶Primo caſu, ſi ceſsio petitur à creditore agente ad
ſuum creditum,& tunc ceſsio petitur ope exceptionis,
vt l.ſi fideiuſſores.§. fina.ff. de fideiuſſo.Si autem peti-
tur à creditore non agente, & tunc petetur officio iu-
dicis, vel conditione ex lege, vt l.fideiuſſoribus. ff de
fideiuſſo. ¶Secundo caſu, quando ceſsio petitur poſt
ſolutionem in caſibus, in quibus de iure peti poteſt:
quos ponit Bartol.in l.Modeſtinus.ff.de ſolu. & tunc ſi
præceſsit aliquis contractus,ex quo creditor obligetur
ſoluenti:& petetur actione ex illo contractu & dicta l.
Stichum.§.ſi mandato.ſed ſi nullus contractus præceſ-
ſit,tunc ſi illud quod ſoluitur creditori,conſiſtit in pe-
cunia,petetur ceſsio actione ex empto: quia ſoluendo
emere videtur dictas actiones, vt dicta l. Modeſtinus.
in fine.& l.cum his.ff.de fidei.& l. ſi dubitetur. in prin.
eodem tit.Si autem illud quod ſoluitur,conſiſtit in alia
ſpecie quàm pecunia: tunc non poteſt eſſe emptio, ſed
erit quidam contractus innominatus: & ideo iſto caſu
ceſsio petenda erit actione præſcrip. verbis, vt l.j.§.ſi
quis ſeruum.ff.depoſiti.
Poſſet etiam iſto caſu id quod ſolutum eſt, repeti per
conditionem ſine cauſa,cum ſit ſolutum ob certã cau-
ſam,quæ poſteà ſequuta non fuit,iuxta gloſſ. in dict. l.
cum his.& prædicta procedunt,quando ſunt plures o-
bligati principaliter, vel acceſſoriè: ſed quando vnus
eſt obligatus: & ille qui ſoluit, non eſt obligatus, ſed
ſoluit ex aliqua alia cauſa, tunc ei competit officium
iudicis ad petendum ceſsionem.l.ſi res obligata.in fin.
ff.de legat.j.Petuntur etiam ceſsiones aliquando vltra
caſus prædictos ex diuerſis cauſis, de quibus habetur
per Barto.in dict.l. Modeſtinus.vbi plene explicatur i-
ſta materia ceſsionis,& per Salice.in l.cùm alter.C.eo-
dem titul. & per Socin. in conſil. 200. 2. volum.& per
Corneum in conſ.51.2.volum. cum concordantijs, de
quibus in dictis locis.
16 ¶†Sed dubitatur,an actio hypothecaria,quæ datur
ſecundo creditori ſuccedendi in locum primi, ſit eadé
quæ datur primo:& gloſ.in d.l.Ariſto.ff. quæ res pign.
obl.poſ.& in d.l.j.C.de his qui in prior.credi.lo.ſucce.
dicit,quòd non eſt in eſſentia eadem: quia prima fuit
ſublata ſolutione:ſed quòd per omnia eſt ei ſimilis,qua
ſi quadam fictione iuris cenſeatur eadem.
Pro hoc etiam facit, quia ſecundum aliquos, obliga-
tio quæ tranſit de defuncto in hęredem,non eſt eadem
numero,ſed eadem ſpecie:quia actio ita inhæret oſsi-
bus illius, cui primò acquiritur, vt ab eo ſeparari non
poſsit.l.quis ergo caſus.ff.de pecul.ergo non poteſt di
ci eadem numero.Sed quia hæres & defunctus reputã
tur iuris fictione eadem perſona, vt in authent.de iu-
reiur.à mo.præſti.in princ. ideo iuris fictione dicitur
eadem actio in ſpecie.
¶Cyn.autem in d.l.j.C. de his qui in prior. cred.loc.
ſucce.dicit prædicta procedere in obligatione perſo-
nali quæ oſsibus adhæret,ſed in reali, prout eſt hypo-
thecaria,quæ nõ adhæret, perſonæ,dicit,quòd in veri-
tate & in eſſentia eadem tranſit in ſecundum credito-
rem:quia cùm ſecundus ſoluit, videtur magis ſoluere
animo transferendi ius alienum in ſe,quaſi ſit quędam
permutatio,quàm animo liberandi debitorem. arg.l.ſi
pupillorum.ff.de rebus eo. & ita dicit tenere Petr. &
Iaco.de Are.& ita ſequitur Salic.in d.l.j. ¶Bart. etiam
in d.l.Ariſt.in vlt.colum.in verſi.quæro ergo, nunquid
hypothecaria.tenet,quòd ſit eadem verè: dicit enim i-
bi,quòd interuenientibus illis quatuor,de quibus per
gl.in d.l.Ariſt.ille,cuius pecunia ſoluitur primo credi
tori,acquirit duplicem hypothecam: vnam ex perſona
propria vigore illius pacti, quòd res ſit ſibi obligata:
aliam ex perſona prioris creditoris, ſuccedendo in e-
ius locum vigore pacti initi de ſuccedendo: & quòd i-
ſta quæ acquiritur ex perſona primi creditoris, eſt vna
& eadem in perſona vtriuſque, vt declarat ibi Bart. &
ita tenendum eſt in hypothecaria, quæ eſt realis, & de
facili ſeparari poteſt à perſona. ¶In perſonali autem,
quę eſt inſeparabilis ab oſsibus,vt l.2.ff.pro ſocio. & d.
l.quis ergo caſus.dicendum eſt,quòd illa quæ acquiri-
tur alteri ex ceſsione vel ſucceſsione in ius alterius,lo-
quendo de ſingulari ſucceſſore iuxta terminos dict. l.
Ariſto.Alia eſt actio vtilis. quæ acquiritur ſuccedenti:
& alia directa,quæ cõpetit creditori primo: & ita not.
Bart.in d.l.Ariſto.ad fin.quod not.
17 ¶†Inſuper in iſta materia dubitatur,an ſicut ſecundus
creditor poteſt ſoluere & offerre primo, ita econuerſo
primus poſsit offerre ſecundo:& in hoc primò dicen-
dum eſt, quòd prior creditor non cõgitur inuitus of-
ferre ſecundo,vt eſt text.& ibi Bal.& Salic.in l.prior. C.
qui po.in pig.hab.Secundò dicendum eſt,quòd ſi prior
creditor poſsidet pignus, poteſt etiam ipſe offerre ſe-
cundo.Ita tenet glo.fin.in l.potior.§.fi.ff.qui po.in pig,
hab.Sicut poteſt quilibet extraneus poſſeſſor per l.mu-
lier.ff.qui po.in pign.habe.& l.Paulus.§.fi. ff. quib.mo.
pig.vel hypo.ſolu.Idem tenet glo.in l.j.C.qui po.in pi-
gno.habe.in glo.j.& dictas glo.approbat Bart. in locis
prędictis & etiã Sali.¶Et ꝑdicta clarè procedũt,quan-
do primꝰ creditor poſsidet: quia tunc poteſt offerre,ſi-
cut quilibet extraneus poſſeſſor per dicta iura,& ita lo
quũtur gl.& doc.pręallegati, & ita etiã tenet gl. in l.cũ
notiſſ.§.cod.in ver.debitũ paratus.C.de pręſcr.30. ann.
vbi Accurſius reprehendit Placentinum,& ſequitur
Ioannem.
18 ¶†Sed difficultas eſt,quid ſi primus creditor non poſ-
ſidet,an tunc poſsit offerre ſecundo: & Bal.in d.l.Paul.
§.fi.in lectura noua.videtur tenere,ꝙ non:quia tũc ſua
non intereſt.¶Sed Salic.in l.cùm notiſſ.in §.eodem fir-
mata opin.ꝓcedenti,quòd quãdo primus creditor poſ-
ſidet,poſsit offerre ſecundò.Poſteà ſubdit.ꝙ quãdo pri
mus creditor non poſsidet,ſed poſsidet ſecũdus,& pri
mus creditor non habens hypothecam, non poteſt of-
ferre ſecundo:quia iſto caſu nullam habet actionem,
cui cohæreat ius offerendi, iuxta l.nulla. C.de ſolutio.
& ita procedat opinio Placen.Sed ſi primus habeat hy
pothecã ſicut ſecundus,qua mediante primus agit con
tra ſecundum poſsidenté,pignus:&tũc ſi ſecũdus offert
primo,vt ſibi pignus cõfirmet, dubitari poteſt,an iſto
caſu primus creditor replicando poſsit offerre ſecũdo,
& obtin.pig.& in hoc reſpõdit Salic.poſt Iac.de Are.ꝙ

tunc primus creditor non eſt audiendus:quia cùm par ſit cauſa prioris & poſterioris creditoris in offerendo, in pari cauſa melior debet eſſe conditio poſſeſſoris,argumen.eorum quæ notantur in l.qua ratione.§.ſed nó vt in littore.ff.de acquirend.rerum domi. & quia in dubio iudicandum eſt pro reo.& ita reſidet Salicetus.

19 ¶ †Sed iterum dubitatur,quid ſi non poſsidet neque primus,neque ſecundus creditor,ſed poſsidet tertius poſſeſſor,contra quem agunt tam primus quàm ſecundus creditor:& ſecundus creditor,qui aliter nó poſſet obtinere,offert primo,vt ſibi confirmet pignus, iuxta dictam l.primam.C.qui potiores in pigno.habeantur. An iſto caſu primus poſsit offerre ſecundo,fortè deſiderans aliqua ratione obtinere in hypotheca rem obligatam?& licet iſte caſus obmittatur à gloſſa & doctoribus ſuprà allegatis,tamen putaré quòd iſto caſu primus creditor poſsit offerre ſecũdo:quia vt dixi ſuprà, licet primus creditor inuitus non cogatur offerre ſecundo,tamen volens poteſt,vt dicta l.prior.C.qui potiores in pigno.habean.& ꝙ iſto caſu,quando ſcilicet non poſsidet neque primus creditor, neque ſecundus, ſed poſsidet tertius extraneus:poſsit primus offerre ſecundo creditori:qui priùs ſoluerat alteri,eſt textus in terminis in l.tertia.§.j.ff.qui pot.in pign.habe.ibi,niſi fortè prior ei pecuniam offerat. ¶Et iſto caſu ceſſant rationes,quas adduxit Salicet.in d.§.eodem.in ſecundo creditore poſsidente cui primus non poteſt offerre,(vt dictum eſt)quia non poteſt dici,quòd ſit potior conditio poſsidétis,ſed tertius.Item ceſſat ratio,quòd in dubio fauendum ſit reo:quia iſto caſu ſecundus creditor nó eſt reus,ſed reus eſt ille tertius poſſeſſor,contra quem vterque agit,& propterea puto.quòd iſto caſu primus creditor poſsit offerre ſecundo.

¶Et nota omnes iſtos caſus,quia ſunt cõtingibiles, maximè Florentiæ,& per Doctores malè examinantur.

20 ¶ †Et ex prædictis aliàs in facto coram me dubitatum fuit,an ſi ſecundus creditor obtulit & depoſuit & obligauit debitum primo creditori poſsidenti: poſsit poſt prædicta primus creditor poſsidens offerre ſecundo,iuxta gloſſam in dicta l.prima.C.qui potio.in pign. habeantur.cum aliis ſuprà allegat.¶Et quòd non poſſit, arguebatur:quia facta oblatione, depoſitione & obſignatione,videtur reſolutũ ius pignoris primi creditoris,& confirmatum ius ſecundi ita,quòd amplius ab eo pignus auelli non poſsit:vt dicta l.j. & ibi Bald. & etiam videtur,quòd ſecundus creditor amodo ſucceſſerit in ius primi creditoris,& illud eſſe tranſlatum in ſecundum,iuxta notata in d.l.Ariſto.Ratio eſt: quia oblatio,depoſitio,& obſignatio habent vim ſolutionis.vt l.obſignatione.C.de ſolution.& l.accepta.C.de vſuris.& cum ſolutione tollatur actio & obligatio, vt inſtitut.quibus modis tol.obliga.in prin.non videtur, quòd primus creditor,cuius actio & obligatio eſt ſublata,poſsit offerre ſecundo.¶Tamen ego ſemper fui in contraria opinione, videlicet, quòd creditor primus etiam poſt oblationem, depoſitionem, & obſignationem adhuc poſsidens poſsit offerre ſecundo:quia primus creditor poſsidens reſpectu iuris offerendi,ęquiparatur extraneo poſſeſſori: & ſicut extraneus poſſeſſor etiam iniuſtus,& nullum habens titulum,poteſt offerre iuxta dictam l.Paulus.§.final.ff.quibus modis pignus vel hypotheca ſol.ita & poteſt primus creditor poſsidens:& iſtam æquiparationem facit gloſ.in dicta l.potior.§.fin.ff.qui po.in pig.hab.in d.l.j.C.eodem tit. & ſequuntur doctores.& ſic in iſto iure offerendi plus conſideratur poſſeſsio,quàm ius crediti:vt etiam habetur per gloſſ.& Salic.in d.l.cùm notiſsimi.§.eodé.& reſpectus poſſeſsionis in iſto iure offerendi præfertur hypothecæ & credito,vt ibi habetur: donec ergo primus creditor poſsidet,durare debet iſtud ius offerendi. ¶Et non obſtat, quòd per oblationem, depoſitionem & obſignationem ſit confirmatũ ius ſecundi creditoris,& quòd ſecundus ſucceſſerit in ius primi, ita quòd ab eo auelli non poteſt.dicta l.prima, & dicta l. Ariſto.Quia licet iſta ita ſint,tamen ſatis eſt quòd poſſeſsio adhuc eſt penes primum creditorem.nam poſſeſſio non perditur per obligationem factam à ſecundo, ſed adhuc remanet apud primum,& pro recuperanda poſſeſsione agendum eſt, vel pignoratitia directa.iuxta totum titulum.ff.& C.de pignor.actione.& l.creditor.C.de pignor.vel per hypothecariam,iuxta l.2.C.de

21 præto.pign. †Et poſſeſsio non tranſit de vno in alium, ſine animo poſsidentis, vt l.tertia.§.in admittenda.ff. de acquirenda poſſeſsion. & ideo ſine traditione non tranſit in alium.l.traditionibus.C.de pactis.& capitu. cum aliquibus.de re iudicata.& ſic licet alia iura crediti per oblationem ſint tranſlata ipſo iure in ſecundum creditorem,tamen hoc non poteſt dici de poſſeſſione:quia eadem poſſeſsio quæ eſt apud vnum,nó deambulat in alium,ſed ei acquiritur noua poſſeſsio,vt l. prima.§.per procuratorem. & ibi per Iaſonem poſt alios.ff.de acquirenda poſſeſſ. Quòd autem acquiratur noua poſſeſsio ſine traditione,fieri non poteſt, vt probatum eſt:& ſic primus creditor etiam tranſlatis iuribus crediti in ſecundum,remanet tamen poſſeſſor:ergo donec eſt poſſeſſor,poteſt offerre ſecundo, ſicut poteſt quilibet alius nudus poſſeſſor.d.l.paulus.§.fin.

¶Non obſtat etiam textus in l.ſi fundus.§.in vendicatione.ff.de pignori.in quo ſe fundat Bal.in d.l.Paulus. ponderãdo ordiné literæ, dum ibi dicitur quòd poſſeſſor conuentus hypothecaria, condemnari debet ad reſtituendum,niſi ſoluat vel reſtituat rem:& ſic videtur ibi textus quòd poſſeſſor debeat offerre & ſoluere ante ſententiam,& idem videtur quòd debeat offerre antequam ei offeratur.

¶Quia reſpondetur, quòd in illo tex.exigitur ſolutio ante ſententiam ad effectum,vt poſſeſſor poſsit abſolui ab obſeruatione iudicij:ita declarat ibi gl.in verſi. abſoluendus:ſed per hoc non negat ibi tex. quòd poſſeſſor non poſsit offerre etiam poſt ſententiam ad effectum impetrandi ceſsionem,iuxta d.l.mulier.& ita tenet Barto.in l.ſi ſtipulatus fuero 10.in mille.ad fin.ff.de ſol.& latius de hoc dicam infrà,in iſtamet parte iſtius

22 membri.¶ †Et non obſtat,quòd per oblationem fuerit confirmatum pignus ſecundo creditori,ita quòd ab eo amplius auelli non poteſt,vt per Bald.in dicta l.j.quia ille textus & dictum Bald.intelligitur reſpectu prioritatis hypothecæ.Nam ſecundus non poteſt in hypothecaria amplius conuinci à priore creditore, qui ipſe ſecundus obtulit,depoſuit & obſignauit:vt etiam conſtat ex illo titulo.C.qui potiores in pignor. habean. in quo eſt ſituata dicta l.j.quæ loquitur de prioritate iuriũ hypothecæ:& lex ſemper intelligi debet iuxta terminos tituli in quo ſituata eſt, vt l.Imperator.ff.de in diem adiection.non autem loquitur dicta l.j.vbi Bald. reſpectu iuris offerédi.Nam & ſecundus creditor licet offerendo primo confirmet ſuum pignus reſpectu prioritatis hypothecæ,dicta l.prima.tamen non confirmat reſpectu dominij,vel quaſi,vt dicit textus in l.cùm poſterior.ff.de diſtract.pignor.& hinc eſt quòd etiã poſt ſolutionem factam à ſecundo primo creditori, & pignora ab eo accepta,poteſt eidem alius creditor offerre,vt eſt textus in l.cùm ſecundus.§.fina.iuncta gloſſ. eod.titul.Si ergo alius creditor poteſt offerre, ergo & poſſeſſor:& ſic ſecundus creditor qui deſiit eſſe creditor,ſed non deſiit eſſe poſſeſſor.Et ita puto tenendum, licet non inueniam examinatum per doctor. ¶Vlterius dubitari poteſt in prædictis,quando creditor tenetur cedere,quas actiões teneatur cedere.& in hoc breuiter dic ſecundum Bar.in d.l.Modeſtinus.in 5.q.quaſi ad finem legis,ꝙ contra principalem & fideiuſſoré cedenda eſt actio perſonalis & hypothecaria,vt l.2. & l. cùm alter.C.de fideiuſ.& l.fideiuſſoribus.& l.cũ his.ff. eo.tit.Item cedédum eſt officium iudicis,quod etiam cedi



cedi poteſt,vt l.ſi minoris.ff.de admini.tut. & l.quòd ſi minor.§.fin.ff.de minorib.Item cedenda eſt etiam naturalis obligatio tantum,ſi illam ſolam habeat:quia etiam illa cedi poteſt,vt l. ſi eius.ff ad Trebellian.

23 ¶ †Sed dubitatur,an ceſſa perſonali actione,cenſeatur etiam ceſſa hypothecaria,quæ competit cedenti. & gl. in l.fin.pignori.in verſic.contra.ff.famil. er.ciſcun. & ibi Bart.tenet,quòd ſic.idem tenet Bart.in.l ſi hæres pecuniam.in princip.ff.ad Trebel.& ibi Paulus de Caſt. & iſtud procedit,ſiue dicta hypotheca veniat ex generali obligatione, ſiue ex ſpeciali, vt not.Bald.in l. ſi in ſolutum.cum l.ſequen.C.de action.& obligatio.Intellige tamen tu de hypotheca, quæ competebat cedenti tempore ceſsionis:ſecus autem in ea, quæ incipit cõpetere poſt ceſsionem:quia illa non videtur ceſſa cum perſonali.ita tenet Bald.in dict.l.ſi in ſolutum, per textum,quem dicit eſſe ſingularem in l.hæredem.ff. mandati.& idem colligitur ex notatis per Barto. in dict.l.ſi hæres pecuniam.vbi dicit eſſe ſpeciale,quòd in reſtitutione quæ fit ex ſenatuſconſulto Trebelliano, non veniunt actiones quæſitæ hæredi poſt mortem defuncti: & ſimiliter in venditiõe hæreditatis,in qua non compræhenduntur actiones quæſitæ hæredi ex ſua prouiſione,vt ibi per Bartol. Adde Alexandr.in l. fideiuſſor obligari.ff.de fideiuſſoribus poſt Bartol.ibi & in l. ſi verò.in principio.ff.ſoluto matrimonio.vbi etiam firmat quòd ceſſa actione contra principalem,cenſeatur ceſſa actione contra principalem,cenſeatur ceſſa contra fideiuſſorem,licet Barto us in hoc aliud velit in dicta l.ſi hæres pecuniam.

24 ¶ †Dubitatur etiam in prædictis, an poſſit renunciari beneficio cedendarum actionum, ita quod qui renũciauit,amplius non valeat excipere de ceſsione ſibi facienda, nec rem amplius petere:& breuiter reſpondetur,quòd huic beneficio tam competenti, quam competituro,per pactum renunciari poteſt: vt probatur in l.ſi fideiuſſor.§.primo ff.de fideiuſſor. & ita tenet gloſ. in l.niſi. ff. de pact.& firmat Bartol. in d. l. Modeſtinus. in j.quæſtion.& mouetur per regulam l.ſi quis in conſcribendo.C.de pact. ¶Idem tenet Cor. in conſil.51. licet in hac conſultatione, 2.volumine, in litera M,& Socin.in conſi.200.quoniam 2.volum. in penultima colum.in verſic.7.certum eſt.& ambo cõſuluerunt in eodem caſu:ſed meo iudicio, Socin.elegantius abſoluit

25 conſultaitonem. ¶ †Sed maior dubitatio eſt,an requiratur ſpecialis & indiuidua renunciatio huic beneficio cedendarum,an verò ſufficiat illa generalis renunciatio,quæ frequenter in contractibus ſolet apponi,videlicet:Renunciauit beneficio nouæ cõſtitutionis de fideiuſſoribus epiſtolæ diui Adriani, & beneficio de pluribus reis debendi,&c. & omni iuris & legum auxilio & fauori.Et in hoc Rom.in conſil.472.in eo quod quæritur circa finem.tenet, quòd requiratur ſpecialis renunciatio,& mouetur quatuor fundamentis, vt ibi per eum:contrarium etiam tenet Corn. in dict conſil. 51.2.volum. per rationes quas ibi adducit.idem tenet Socin.in dict.conſil.200.2.volumine,in penulti.colum. & latius hanc opinionem firmat & comprobat Decius in conſil.27.incipient.& pro virili. in ſecunda columna,in verſicul.ſed his non obſtantibus,vbi reſpõdet ad argum.Rom.

¶Et iſta opinio clarius procedit, ſi inſtrumento in quo eſt renunciatum,vt ſuprà, ſit appoſitum iuramentum per nota.per Bart.& alios in l.ſciendum. ff. de verborũ obligationibus.& ita etiam tenet Socin.in dict.conſil. 200.penult.colum.in dict.verſic.7.certum eſt &c.¶Secundò,principaliter ius offerendi creditori agenti hypothecaria competit extraneo poſſeſſori:vt dict.l. mulier.ff.qui potio.in pigno.hab.& dict.l.Paulus. §.final. ff.quib.modis.pigno.vel hypo.ſol.& iſtud procedit etiam ſi talis tertius poſſeſſor eſſet iniuſtus, vt eſt text. in dict. §. final.ibi, qualiſcunque poſſeſſor. & ita vult

26 gloſſ.Bartol.& alij in dict.l.mulier. ¶ †Sed eſt dubium an iſte tertius poſſeſſor offerens ſuum creditum creditori,poſsit ab eo impetrare ceſsionem iurium.& reſpõdetur,quòd quando poſſeſſor eſt iuſtus,eſt clarũ quòd ſic,vt ex tex.in d.l.mulier.vbi tex. expreſſè dicit, quòd ſi iuſtus poſſeſſor offerat creditori, compellendus eſt ipſe creditor ius nominis cedere. ¶Sed difficultas eſt, quid in iniuſto poſſeſſore,an etiã illi cogendus ſit creditor cedere.& in hoc Paul.de Caſtr.in l.ſi res obligata.ff.de legat.j.firmat, quòd creditor nó poſsit cogi ad cedendum poſſeſſori iniuſto offerenti:ita dicit colligi ex tex.in d.l.mulier à contrario ſenſu: quia ille tex. (vt dixi) loquitur in poſſeſſore iuſto, ergo à contrario ſenſu ſecus eſt in poſſeſſore iniuſto. ¶Et dicit Paul. quòd glo.ſubaudiens ibi dictionem,maximè, deſtruit illum tex.& ita dicit audiuiſſe à quodam ſuo domino ſuper illa lege,licet alij ſcribentes non tangant. Vult ergo Paul.de Caſtr.quòd iniuſtus poſſeſſor poſsit offerre creditori ad effectum liberandi ab hypotheca rem poſſeſſam,& illam retinendi, non autem ad effectũ impetrandi ceſsionem:&ita dicit debere intelligi.d.l.Paulus.§.fin.¶Sed glo.in d.l.mulier. & in d.l.Paulus.§.fin. tenet cõtrarium,videlicet quòd tam iniuſtus quàm iuſtus poſſeſſor offerens creditori, poſsit impetrare ceſſionem:& idem expreſſe tenet ibi Bart.¶Eandé opinio tenet Petr.de Bellapert.in d.l.ſi res obligata.vbi allegãdo d.l.Paulus.§.fin.videtur intelligere, quòd in terminis d. §.final.debeat fieri ceſsio.& ita tenet Alexand.in d.l.mulier.in apoſtill.ad Bart. Hanc etiam opinionem tenet Franciſ.de Albergo,in d.l.ſi res obligata: & iſtam opinionem ſequutus fuit excellens Doct.d. Antonius Stroza aduocatus Florentinus in quadam cauſa magnæ importantiæ,& vltra alia allegabat Bald. in l.conſentaneum.C.quomodo & quando iud.ibi expreſſè ita tenet Bald.ibi in quarta oppoſi.Idem videtur tenere etiam Salic.in d.l.mulier. Sed primam opinionem, & ſic illam quam tenet Paul.in d.l.ſi res obligata tenet Bald.poſt Richard.Malumb.& Cyn.quos ipſe refert in dict.l.mulier.in lectura antiqua,videlicet quòd creditor non teneatur cedere iniuſto poſſeſſori.argum.l.nulla.C.de ſolution.& l.creditor.§. ſi quando.ff. qui pot. in pigno.hab,ex quibus negari non poteſt, quòd articulus non ſit dubius,cùm hincinde ſint diuerſæ opiniones maximorum doctorum. Tamen meo iudicio verior videtur opinio gloſ.in dict. l. mulier. & Bartol. & ſequacium & fundamenta eorum magis ſtringunt: & vltra alia quæ per eos adducuntur, mihi videtur ꝙ text.in dict.l.Paulus.§.fin.probet opinionem ineuitabiliter conſiderando,quòd ſi ille tex.loqueretur de iure offerendi,& non de impetrando ceſsionem iuriũ,eſſet deciſio de caſu indubitabili contra text. in l.quod Labeo.ff.de Carbo.Nam de iure quilibet etiam nó poſſidens habet ius offerendi,& ſoluendi ad effectum extinguendi actionem & obligationem,&liberandi rem hypothecatam etiam inuito creditore. l. ſoluendo. ff. de neg.geſt.& habetur per Paul.de Caſt.in l.tale pactũ §.poſt diuiſionem per illum text.ff.de pact. & dicetur infrà in iſto membro.in 5.quæſt. num.39. vnde ad hoc, vt d.l.Paulus.§.fin.ſit poſita ſuper caſu dubio,debet intelligi,quòd oblatio fieri poſsit etiam ad impetrandũ ceſsionem: & ſic quòd per eam ſuppleatur text.dict.l. mulier.quæ loquitur in poſſeſſore iuſto, vt ſcilicet habeat locum etiam in poſſeſſore iniuſto.

¶Et non obſtat d.l.nulla. quam allegat Bald. quia illa loquitur in extraneo non poſsidente, & non habente aliquod ius in re:meritò igitur ius offerendi, ei competere nó poteſt, ſicut illud quod competit poſſeſſori, quod cohæret ipſi reo,prout hoc ponderatur per Salic. ... d aliũ effectũ, in l.cùm notiſsimi.§.eo.C.de præ- licet ... o.Vnde non procedit æquiparatio de d.l.nulla ſcrip ... quitur in extraneo nó poſsidéte ad l. Pa.§.fi.quæ ... in poſſeſſore,quia eſt diuerſa ratio:& ideò nó ... loquit

cedit.l.ſi.ff.de calumnia.cum ſimilibus.Alia autem quę
27 allegantur per Bal.non faciũt ad propoſitũ. ¶†Et iſta
opinio iudicio meo comprobatur per deciſionem no-
tabilem,quam ponit Bald.in dict.l. ſi res obligata, in.5.
no.ff.de lega.j.vbi dicit,quòd poſſeſſor conuentus hy-
pothecaria,offerendo debitum,poteſt petere ſibi cedi
iura , quando onus luendi rem poſſeſſam & hypothe-
cam,non incumbit ipſi poſſeſſori,ſed principali debi-
tori.& ad hoc Bald.ponderat tex.in dict.l.ſi res obliga-
ta.& dicit iſtam eſſe bonam regulam , & allegat pro ea
dict.l.mulier,& not.per Cyn.in l. iubemus.in fin.C.ad
Velleian.Et hanc deciſionem videtur ſequi Alexand.in
dict.l.ſi res obligata.ad .fin.vbicunque ergo onus luen-
di ſpectat ad alium quàm ad poſſeſſorem,videtur quòd
poſsit impetrari ceſsio à creditore inuito per poſſeſſo-
rem offerentem:& ſic ſiue ſit iuſtus, ſiue iniuſtus poſſeſ
28 ſor, &c. ¶†Secundò dubitatur circa ius offerendi.
quod competit tertio poſſeſſori,an illud habeat locum
in poſsidente rem æſtimatam in dotem datam , ad quã
agit mulier ſoluto matrimonio vtili rei vendicatione
in ſubſidium, iuxta terminos l.in rebus.C.de iure do.
vt ſcilicet dictus poſſeſſor poſsit offerre vxori dotem,
& retinere rem æſtimatam. Et Sozi.in conſil. 224.elegã
ter,verſic.quinimmò,2.volum.tenet,quòd ſic,mouetur
per dictum Bald.in authe.contra rogatus.C. ad Treb.
vbi Bald in terminis dict.authen.dicit quòd emptores
rerum fideicommiſſo ſubiectarum , conuenti à fidei-
commiſſario , poſſunt offerre æſtimationem rerum &
excludere agentem. ¶Ego autem ſatis dubito de hac
deciſione Socin.quia in terminis dict.l.in rebus.quan-
do ſcilicet factis excuſsionibus aliæ facultates mariti
non ſuppetunt,& ſic mulier poteſt agere ad rẽ æſtima-
tam in dotem datam : ipſa habet duplicem actionem,
videlicet hypothecariam & vtilem rei vendicationẽ,
& poteſt eligere,quam vult : vt eſt text.in l.in rebus.in
§.j.ad fin.ibi,ſiue in rem,ſiue hypothecariam.& decla-
rat Bald.ibi in fin.j.colum.in verſic.ibi , & hypotheca-
ria.dicens . quòd vtilis rei vendicatio datur mulieri
quaſi ad rem propriam , hypothecaria autem quaſi ad
rem obligatam.& quòd ſi eligit rei vendicationem, de
bet eſſe contenta re,quam petit : ſi autem eligit hypo-
thecariam,ſi res eſt melior , quàm æſtimatio poſſeſſio-
nis,poteſt reſiduam quantitatem petere,,& ideo in e-
lectione iſtarum actionum eſt bene aduertendum ſe-
cundum Bal.Cùm ergo electa vtili rei vẽdicatione mu
lier agat ad dominium rei,non video,quòd ei per poſ-
ſeſſorem ſeu alium creditorem poſſit offerri æſtimatio
rei,& ſic quantitas pro dote : quia oblatio quantitatis
tunc poteſt fieri,cùm agitur ad quantitatem . Illud e-
nim offerri debet ad quod agitur, non autem aliud di-
uerſum,ad quod non agitur . nam aliud pro alio ſolui
non poteſt inuito agẽte.l.2.§.j.ff. ſi cert.petat. & ſic mu
lieri agenti vtili rei vẽdicatione ad rem,non debet poſ
ſe offerri æſtimatio:vel quantitas ad quam non agitur.
Qui enim prætendit ad dominium permanẽs, in re eſt
potior quolibet alio creditore.l.ſi ventri.§.in bonis.ff.
de priui.credi.& not.Bal.in d.l.in rebus.in j.col.in ver.
ibi prærogatiuam . & in rei vendicatione quando res
extat ,non admittitur ſolutio æſtimationis rei , ſed prę
ciſe poſſeſſor cogitur rem reſtituere,vt l.officio.ff. de
rei vendic.iunct.l.item ſi verberatum.§.j.eod.titul.
¶Et non obſtat id,quod dicit Bald.in dict.auth. con-
tra rogatus:quia quando aliquis eſt grauatus reſtitue-
re illud,quod ex hæreditate ſupererit ſub conditione,
prout loquitur dict. authen. de iure ff.poterat graua-
tus irreuocabiliter,ſine dolo tamen,alienare totum,vt
l.ſed & ſi lege.§.quod autem.ff. de peti. hæredi. hodiè
autem ſecundum iura,vſque ad quartam.d.authen.cõ-
tra rogatus . & ſi vltra quartam alienet,debet ſuppleri
de ſubſtantia alienantis,&ſi facta excuſsione bonorum
alienantis,non reperitur ſoluendo, datur rei vendica-
tio & hypothecaria contra acceptores dictorum bo-
norum. ¶Cùm igitur de iure ff.poterat in totum alie-
nari,& illud per ius authẽticorum reſtringatur vſque
ad quartam,debet concedi acceptori dictorum bono-
rum,quòd poſſit offerre æſtimationem: vt per hoc mi-
nus corrigatur ius ff. quia ſi cogeretur acceptor ſub-
ſtantiam bonorum acceptorum vſque ad quartam re-
ſtituere,in duobus corrigeretur ius ff.Primò, quòd a-
lienatio quæ erat permiſſa,in totum reſtringeretur vſ-
que ad quartam.Secundò , quòd vſque ad quartam in
totum retractaretur venditio , ſed permittendo , quòd
pro dicta quarta poſsit ſolui æſtimatio, minus corrigi-
tur ius ff.& iſta poteſt eſſe ratio , quòd in d.authen.ac-
ceptor dictorum bonorum admittatur ad oblationem
æſtimationis dictorum bonorum,vt ſcilicet minor cor
rectio iuris inducatur.l. ſi ſerui veſtri. C. de noxa. & l
præcipimus.C.de appel. Iſtud autem non debet exten-
di ad terminos d.l.in rebus : vbi datur electio mulieri
agendi ad rem dotalem , tanquam ad rem ſuam,& vbi
etiam de iure ff.iſtud idem erat permiſſum vxori,vt ſci
licet in ſubſidium poſſet agere ad rem emptam per ma
ritum ex pecunia ſua,vt l.vxor mariti.ff. de donation.
int.vir.& vxo.ad cuius ſimilitudinẽ introducta fuit diſ
poſitio dict.l.in rebus:vt declarat gloſſ. ibi. in verſicul.
æſtimatæ.in fin.eo.Bal.in 5.no. & ſic nulla cadit corre-
ctio in dict.l.in rebus. ſicut cadit in dict. auth. contra
rogatus: vnde de vna ad aliam non eſt facienda illatio.
l.fin.ff.de calum.cum vulga. & propterea vt dixi,dubi-
to valde de dicta deciſione Socin. in d.conſil. 224.& nõ
puto eam procedere de iure:cogitabis tamen,quia non
29 inuenio tactum per Docto. ¶†Tertiò quæritur, quid
ſi creditor, qui tenetur cedere iura tertio poſſeſſori of-
ferenti,iuxta l.mulier. ff.qui pot.in pig.hab. antequam
ageret contra iſtum tertium poſſeſſorem, liberauit ali-
qua alia bona pro ſuo credito obligata,& non agit cõ-
tra tertium poſſeſſorem,qui offert ei vel ſoluit, & petit
ſibi cedi iura , & ipſe creditor eſt paratus cedere , ſed
poſſeſſor excipit contra eum de bonis liberatis, contra
quæ non poteſt cedere , an obſtet dicto creditori iſta
exceptio cedendarum,iuxta not.per Bar.in l.Stichum.
§.ſi creditor.ff.de ſolut. & plenius in l.ſi ſtipulatus.§. j.
de fideiuſ. ¶Et quicquid ſit in creditore, qui tenetur
cedere fideiuſſori,de quo dicemus infrà in quæſt.3.quã
do fideiuſſor offert creditori, & de quo loquitur Bart.
in dictis locis,in ſimplici poſſeſſore,de quo nunc loqui
mur,dicendum eſt aliud:videlicet,quòd cùm ipſe non
acceperit poſſeſsionem hac mente, vt iura ſibi cede-
rentur à creditore agente hypothecaria,prout fecit fi-
deiuſſor fideiubendo,ſed potius iſtud venit extra con-
ſiderationem intellectus, quòd licet creditor liberaue-
rit aliqua bona,ſibi per hoc non obſtet exceptio ceden
darum.ita tenet Bald.in l.iubemus. in fin. C. ad Velle-
ianum,& Salicetus in verſicul,quæro, mulier renuncia
uit. & ante eos tenuerunt Iacobus de Aretio , & Cy-
nus,vt ibi refert Baldus.& licet ipſi exemplificent & lo
quantur in muliere, quæ conſenſit marito alienãti cer-
ta bona hypothecata pro dote , & in illis renunciauit
iuri hypothecæ in fauorem emptoris.quòd ſcilicet di-
ctæ mulieri , poſteà agenti contra tertium poſſeſſo-
rem aliorum bonorum pro reſtitutione dotis,non ob-
ſtet exceptio cedendarum propter bona liberata,
ſed teneatur ſolùm cedere iura contra alia bona , ta-
men hoc non eſt ſpeciale in dote, ſed eſt propter ra-
tionem diuerſitatis, quæ eſt inter fideiuſſorem , & ter-
tium poſſeſſorem:quia ſcilicet fideiuſſor quando fide-
iuſsit , cenſetur fideiuſsiſſe habito reſpectu ad bona o-
mnia debitoris,tam obligata creditori,quàm non ſpe-
rans in eis poſſe conſeruari ſine damno, ſecus autem
eſt in tertio poſſeſſore , vt clare explicant Baldus & Sa-
licetus in dicta l.iubemus.
30 ¶†Et ibi ſubdit Salicetus, quòd benefic. cedendarum
quod competit ſimplici poſſeſſori, iuxta dictam l.mu-
lier.nõ cauſatur ex aliquo cõtractu præcedenti , prout
cauſatur



cauſatur inter creditorem & fideiuſſorem , ſed cauſa-
tur potiùs ex aliquanta benignitate legis,ponderando
verba d.l.mulier.in fine.ibi poſſe videri non iniuſtum
poſtulare. ¶Et iſtam differentiam inter tertium poſ-
ſeſſorem & fideiuſſorem notauit etiam Socin.in conſi.
206.in præſenti conſultatione,2.volu.in verſic.tertius
caſus.& refert & meliùs declarat Decius in conſi.104.
31 in pen.col.incip.conſideratis omnibus,&c. ¶†Quin-
immo plus voluit Socinus in conſilio 200.quoniam ex
forma 2.volumi.in j.col.in verſic.ſed iſtis non obſtan-
tibus,&c.videlicet,quòd non ſolùm contra tertiũ poſ
ſeſſorem,ſed etiam contra fideiuſſorem , vel correum
principaliter obligatum ad dotem,mulier quę libera-
uit aliqua bona,agendo non repellatur exceptione ce
dendarum,firmando quòd iſtud ſit ſpeciale in dote,ſi-
cut infinita alia.& hoc per textum in dicta l.iubemus.
in quo ſimpliciter diſponitur , quòd mulieres poſsint
renuntiare iuribus hypothecarum ſibi competẽtium,
& quòd talis renuntiatio ipſis mulieribus non habeat
nocere in aliis bonis,in quibus non renuntiauerũt,ne-
que reſpectu aliorum contractuum, neque reſpectu a-
liarum perſonarum.ſi enim diceremus mulieres quæ
renuntiauerunt in aliquibus bonis,repelli exceptione
cedendarum,per correum vel alium obligatum ad do
tem,diſpoſitio dictæ l.iubemus,eſſet fruſtratoria & lu-
dibrio poſita,& contra reg.cùm quid vna via.de regu.
iur.lib.6.¶Ne ergo eluſoria diſpoſitio reſultet, dicen-
dum videtur,quod indiſtinctè mulieribus non obſtet
exceptio cedendarum,propter liberationem , vel re-
nuntiationem per eas factam in certis bonis, ſiue di-
ctæ mulieres agant contra tertios poſſeſſores,ſiue etiã
contra correos obligatos:vt latè per Socinum in dicto
conſil.cuius deciſio mihi placet.per d.l.iubemus.pon-
deratam,vt ſuprà.¶Quartò dubitatur.an iſte tertius
poſſeſſor,qui vult offerre creditori pro re poſſeſſa,poſ-
ſit impetrare ceſsionem ab ipſo creditore taliter , vt
poſsit ea vti contra ipſum creditorem cedentem, & in
eius præiudicium.& iſtam quæſtionem latè examina-
uit Decius in dicto conſi.104.& concludit ibi per mul-
ta fundamenta,quòd poſſeſſor qui impetrauit ceſsio-
nem à creditore,poſsit ea vti contra cedentem,& licet
conſilium ſit admodum elegans,tamen ego neſciui vn
quam percipere,quomodo caſus poſsit adaptari in ter
tio poſſeſſore ſimplici, prout loqui videtur ipſe De-
32 cius,†quia quando creditor agit hypothecaria con-
tra tertium ſimplicem poſſeſſorem ex duobus creditis,
quorum vnum eſt anterius altero.poſſeſſor non poteſt
offerre vnum ſine altero,ſed tenetur offerre vtrunque:
quia in tertio poſſeſſore ſimplici non cadit conſidera-
tio magis ſolutionis prioris crediti,quàm poſterioris,
prout cadit in ſecundo creditore offerente, qui non te
netur offerre niſi creditum,quod eſt anterius ſuo:vt l.
quærebatur.ff.qui pot.in pig.hab.
¶Nam poſſeſſor ſimplex qui non habet aliquod ius in
dictis bonis,non prætendit intereſſe ratione ſui credi-
ti poſterioris,prout prætendit ſecundus creditor,& i-
deo ſi vult liberare rem à creditore agente , debet ſol-
uere vel offerre tam primũ,quàm ſecũdum creditũ, vt
probatur in l.creditor qui prior.§.j.ff.qui pot.in pign.
habe.vbi eſt text.ꝙ poſſeſſor tenetur ſoluere litis æſti-
mationem,ſi vult liberare rem tam primo quàm ſecũ-
do creditori,ergo idem eſſe debet in vno creditore ha
bente duo vel plura credita cum hypotheca , cùm ſit
eadẽ ratio,& idem eſt in debitore:quia ſi debitor velit
ſoluere vnum debitum,cùm habeat plura debita ex di
uerſis cauſis,creditor cogitur recipere,reſeruato iure
alterius crediti:& pro alio non ſoluto poteſt retinere
pignus creditor,vt eſt textus in l.fin.ff.quibus modis
pignus vel hypothec.ſol.& habetur etiam in l.vnic.C.
ob chirogra.pecu.in gloſſ.ſi.vbi poſſeſſor cogitur ſol-
uere omne debitum.& ibi ſequitur Salic.in 8.quæſtio.
& ita tenendum puto in ſimplici poſſeſſore & in de-
bitore,licet in ſecũdo creditore ſit diuerſa ratio per d.
l.quærebatur.quanuis Decius in d.conſi.104.in fin.vi-
deatur in ſimplici poſſeſſore etiam dicere , quòd non
teneatur ſoluere vel offerre,niſi debitum anterius , ſed
nihil allegat,& in ſimplici poſſeſſore(prout ipſe loqui
tur.)non credo eum bene loquutum.¶Et ideo iſto cã-
ſu nõ poteſt poſſeſſor vigore iuris ſibi ceſsi à creditore
agere in præiudicium alterius iuris hypothecarij cõ-
petentis ipſi creditori, niſi fortè daretur caſus , quòd
poſt ceſſionem factam poſſeſſori,poſſeſſio illa deueniſ
ſet ad creditorem,& in ea ab aliquo alio creditore ac-
quiſiuiſſet ius alterius hypothecæ,quod tamen neſcio
videre quomodo poſsit bene adaptari deductis in d.
conſi.vel niſi fortè Decius loquutus fuerit in poſſeſſo-
re & creditore inſimul habente ius poſterius:nam tũc
eſſemus in terminis dictę l.quærebatur.Ideo benè ad-
uerte ne erres : quia ſimplex poſſeſſor tenetur ſoluere
vtrunque creditum.& non anterius tãtum,vt vult De-
cius.¶Et an & quãdo ceſsionarius in aliis caſibus poſ-
ſit vti iure ceſſo contra cedentem, vide latè Socinum
in conſi.206.in præſenti conſultatione.2.volumi.vbi in
hac materia ponit ſeptem caſus,& aliqua etiam habẽ-
tur per Decium in d.conſi.104. ¶Tertiò principaliter
ius offerendi competit fideiuſſori debitoris , qui offe-
rendo vel ſoluendo creditori,poteſt obtinere ab eodẽ
ceſsionem iuris perſonalis & hypothecarij, vt eſt tex.
in l.2.C.de fideiuſ.& ibi per docto.Et pro intelligentia
iſtius materiæ,quæ eſt aliquantulùm difficilis.Amplia
primò,quòd dicta l.2.procedit, ſiue fideiuſſor conue-
niatur à creditore,ſiue ipſe agat contra debitorẽ.nam
ſi ſoluat vel offerat,vtroque caſu creditor tenetur ce-
dere iura contra debitorem,vel confideiuſſores & pi-
gnora.ita tenet Bartol.poſt Vbert.de Bobio.& Dyn.in
l.fideiuſſoribus.ff.de fideiuſ.referens tamen ſe ad not.
per Cyn.in d.l.2.Idem tenet Sàli.in d.l.2.in pen.quæſt.
poſt Dyn.& reſpondet ad argumenta contraria,& bè-
ne.¶Secundò amplia & declara d.l.2.quòd dictus fide
iuſſor non ſolùm tenetur ſoluare vel offerre debitum,
pro quo ipſe fideiuſsit,ſed etiam debitum anterius.vi
delicet,quòd creditor cum hypotheca eiuſdem pigno
ris acquiſiuit ante creditum,pro quo fideiuſſor poſtea
interceſsit.Aliàs enim niſi fideiuſſor ſoluat vel offerat
vtrunque dictum debitum,creditor nõ tenetur cede-
re,ſed poteſt retinere pignus,donec ſibi vtrunque ſol-
uatur.Ita declarant & intelligunt dictam l.2.ibi gloſſ.
Iac.de Are.Cyn.& Alberic.& Specu.in titu.de obli.&
ſolu.in §.j.colũ.fin.dum dicit,ꝙ d.l 2.loquitur quandò
pignora accepta fuerũt tempore fideiuſsionis & ante.
33 ¶Tertiò amplia,quòd d.l.2.procedat etiam ſi creditor
primò accepit fideiuſſorem pro ſuo credito, & poſtea
ex interuallo pro eodem credito accepit pignus.Nam
etiam iſto caſu ſi fideiuſſor ſoluat vel offerat credito-
ri ſuum creditum,creditor tenetur cedere dicto fide-
iuſſori etiam iura pignoris poſtea accepti.ita vult Sal.
in dicta l.2.in verſic.quæro ſucceſsiuè.& ita intelligit
ipſe ſecundum opin.glo.in d.l.2.in ver.obligatus.Nam
licet iſto caſu fideiuſſor non interceſſerit,habito reſpe
ctu ad pignus,quod nondum creditor acceperat,ſed
poſteà accepit,tamen ſatis eſt,quòd illud pignus inue-
niatur obligatum pro dicta cauſa, pro qua interceſsit
fideiuſſor,& ideo creditor iſto caſu tenetur cedere e-
tiam ius dicti pignoris & hypot.& iſte caſus meo iudi-
34 cio eſt clarus.¶†Limitatur autem d.l.2.duobus modis:
& primò,vt nõ ꝓcedat quãdo poſt primũ creditũ & pi
gnus & fideiuſsionem præſtitã,idem creditor ex inter
uallo contraxit aliud creditũ cũ ipſo debitore, & pro
eo idẽ pignus accepit:quia iſto caſu ſufficit,ꝙ fideiuſ-
ſor agens ſeu conuentus,offerat primum creditum, ꝓ
quo ipſe fideiuſsit ad impetrandũ ceſsionem:nec tene
tur offerre ſecũdum creditum,nec poteſt creditor iſto
caſu vigore ſecũdi crediti retinere pignꝰ:ita vult gl.in
d.l.2.in d.ver.obligatus.in prima opi.licet in ſecunda

teneat contrarium:ſed ex quo in 2.loquitur per verſic.
alij prima cenſetur opinio gloſſ.& non ſecunda, iuxta
gl.rubr.ff.ſi cert.peta.& in l.certi conditio.in prin.eo.
tit.& not.Iaſ.in l.ſi idem.§.fi.in 3.limit.ff.de iuriſ.omn.
iudic.& ita refert Cyn.dictam gl.tenere hanc opinio-
nem in d.l.2.qui etiam dicit ita tenere ibi Iaco.de Are.
Salicetus autem ibi tenet contrariũ,dicens,quòd cre-
ditor tenetur ſolũ cedere iura pignoris,quæ fideiuſſor
ſoluẽdo vel offerẽdo diſſoluit,non autem alia:&quòd
ſi creditor poſsidet pignus,non tenetur tradere illud
fideiuſſori,ne eum conſtituat potiorem alia ſua obliga
tione.¶Sed aduerte,quòd Salicetus duo vult.Primum
eſt,quòd creditor teneatur ſolùm cedere fideiuſſori
ius pignoris,pro quo ipſe fideiuſſor ſoluit vel offert,&
in hoc recte loquitur Salicetus,quia hoc expreſsè vult
dicta l.ſecunda. ex hoc tamen conſequetur fideiuſſor:
quia ſi dictum ius ſibi ceſſum erit anterius alia hypo-
theca creditoris, vel etiam aliorum creditorum, ipſe
cum eo poterit obtinere contra quoſcunque.¶Secun
dum autem quod vult Salicetus,eſt, quòd creditor nõ
tenetur cedere fideiuſſori ius pignoris accepti pro cre
dito, pro quo fideiuſſor interceſsit, & pro quo ſoluit,
vel obtulit ipſe fideiuſſor,niſi etiam fideiuſſor ſoluat,
vel offerat aliud poſterius creditum contractum cum
eadem hypotheca,poſt dictam fideiuſsionẽ:ſed in hoc
malè loquitur Salic. &(vt dixi ſuprà)glo.Iac.de Are.&
Cyn.tenent contrarium in d.l.2. ¶Et iſta opinio pro-
bari poteſt ratione,quia fideiuſſor tempore quo fide-
iuſsit,habuit reſpectum ad omnia bona debitoris hy-
pothecata ipſi creditori,& etiam ad alia pro ſua inde-
mnitate,vt declarat Bart.in l.ſi ſtipulatus.§.ſi ex duo-
bus.ff.de fideiuſſo.& habetur per Bartol.Bald. Salic.&
alios in l.iubemus.C.ad Velleian.¶Vnde non eſt frau
dãdus hac ſua ſpe,vt cogat redimere bona pro quibus
ſe obligauit,ab aliis rationibus poſtea contractis:quæ
ratio ceſſat in creditis contractis ante fideiuſsionem
præſtitam:quia tempore fideiuſsionis inuenit bona af
fecta ex dicta obligatione antecedenti,& ſic manifeſta
eſt ratio diuerſitatis inter creditum & pignus antece-
dens fideiuſsionem,& creditum & pignus ſubſequẽs.
¶Et iſtam opinionem ſequitur etiam Decius in dicto
conſi.14.licet non ita declaret,ſed ſimpliciter dicat, ꝙ
dicta l.ſecunda,quæ vult,quòd creditor poſsit retine-
re pignora pro alia obligatione & credito, procedit
quando illa alia hypotheca erat anterior fideiuſsione:
ſecùs autem,ſi erat poſterior.hanc tandem opinionem
tenet Socin.in d.conſi.206.in 6.&7.caſu,licet loquatur
aliquantulum obſcurè:& ita tenendum eſt.
¶Secundò limitatur d.l.2.vt non habeat locum pro de
bito chirographario antecedenti obligationem fide-
iuſſoriam:quia pro illo creditor non poteſt retinere pi
gnora contra fideiuſſorem ſoluentem:vel offerentem
debitum pro quo fideiuſsit:ita tenet glo.in dicta l.2.&
ibi ſequuntur Bal.& Salicet.¶Licet reſpectu debitoris
principalis ſoluentis vel offerentis,aliud ſit:quia ſ.cõ-
tra eũ creditor poteſt retinere pignora etiam pro cre-
dito chirographario per l.vni.C.etiam ob chirogra.pe
cu.& ratio eſt ſecundum Salicet.ibi,quia dicta l.vni.tã
quam ſpecialis loquens de debitore,non eſt extenden-
da ad extraneam perſonam,prout eſt fideiuſſor.
35 ¶†Adde inſuper in hac materia fideiuſſoris,quòd ſi v-
nus ex duobus reis vel fideiuſſoribus offert,vel ſoluit
creditori,quòd ei creditor tenetur cedere iura & actio
nes tam perſonales,quàm hypothecarias contra con-
fideiuſſores vel correum & principalem debitorem, vt
per Bartolum,Baldum.Salicetum & alios in dicta l.ſe-
cunda.C.de fideiuſſo.& in l.fideiuſſoribus.ff. eod.titu.
& l.j.& ibi not.C.de duob.reis.& not.Socin.in conſil.
200.quoniam.2.volum.in princi.in verſic.& certè.j.fa-
cie.Et iſta ceſsio eſt neceſſaria,quia niſi fideiuſſor qui
ſoluit creditori,impetret ab eo ceſsionem,non habe-
ret actionem contra alium confideiuſſorem,vt eſt tex.
in l.cùm alter.C.de fideiuſſo.& ibi not.gloſſ.Bartol. &
Salicetus.& hoc procedit tam in creditore priuilegia
to,prout eſt fiſcus,quàm à priuato,vt ibi text.licet ſe-
cus ſit in duobus contutoribus,quia ſi vnus ex eis ſol-
uit integrum debitum pupillo,habet vtilem actionem
contra alium contutorem pro ſua rata abſque alia ceſ-
ſione impetranda à pupillo:vt l.j.§.nunc tractemus.ff.
de tut.& ra.diſtra.& not.gloſ.& doct.in d.l.cùm alter.
& ibi aſsignatur ratio differentiæ inter duos confide-
iuſſores & duos contutores:& de hac materia latè ha-
betur per glo.Bar.Bal.Salic.Alexã.Iaſ.& alios in l.j.C.
36 de tranſact.¶†Sed dubitatur,quid ſi creditor qui tene
tur cedere fideiuſſori. an ſi ex aliqua cauſa cedere non
poſsit,obſtet creditori except.cedendarum? & in hoc
complectendo totam materiam,pone regulam & fal-
lentias.Regula eſt ergo,quòd ſi creditor non poteſt ce
dere,repellitur exceptione cedendarum,vt l.Stichum.
§.ſi creditor.el 2.ff.de ſol.& l.ſi pupillus alterum.ff.de
adminiſtra.tuto.& vtrobique per Barto. ¶Fallit modò
dicta regula.Et primò,quando talis ceſsio fieri nõ poſ
ſet ex natura obligationis, puta quia fideiuſſor quem
creditor liberauit, vel cum quo tranſegit, erat tutus
exceptione:fortè quia erat mulier quæ habet benefi-
cium Velleiani.vt l.quanuis.§.mulier.& §. Marcellus.
ff.ad Velleian.tunc enim liberatio,vel tranſactio facta
cum illo fideiuſſore,non præiudicat alteri confideiuſ-
ſori:quia etiam ſi non fuiſſet liberatus,& creditor ceſ
ſiſſet ius contra eum:talis ceſsio non profuiſſet, quia
fuiſſet ceſſa actio inanis, immo liberatio potiùs pro-
fuit:quia alter fideiuſſor in tanto minùs tenebitur, in
quanto creditor liberando eum,ab eo fuit conſequu-
tus:iſto ergo caſu non obſtabit creditori exceptio ce-
dendarum,quanuis facto ſuo cedere non poſsit, argu.
l.ſi procuratorem.§.ſi liber homo.ff.manda.¶Secundò
fallit regula,quando ceſsio fieri nõ poteſt facto ipſius
debitoris,puta quia debitor dederat duos fideiuſſo-
res: & iſte creditor ſoluit creditori partem pacto ini-
to,quòd per dictam ſolutionem eſſet liberatus vnus
tantùm ex fideiuſſoribus:tunc enim ſi creditor agat
contra alium fideiuſſorem non liberatum,licet ille pe
tat ſibi cedi contra alium fideiuſſorem liberatum, non
repelletur creditor exceptione cedendarum, quanuis
contra eum cedere non poſsit,quia fuit liberatus:nam
iſtud impedimentum in non valẽdo cedere, cauſatum
fuit ex facto debitoris,non autem creditoris.tex.eſt &
ibi gloſſ.& Bartol.in l.his.§.ſi duos.ff.de ſolu.¶Tertiò
fallit, quando vnus ex fideiuſſoribus fuiſſet liberatus
per creditorem de conſenſu alterius fideiuſſoris.Nam
licet tunc fieri non poſsit ceſsio contra liberatum ex
cauſa liberationis factæ per creditorem,tamen ex quo
alius fideiuſſor conſenſit,non obſtabit exceptio cedẽ-
darum:quia non tam factum creditoris, quàm conſen
ſus fideiuſſoris ei obeſt: ita tenet gloſſa magna in l.2.
C.de fideiuſſo.& in l.niſi.ff.de pactis. ¶Quartò fallit,
quando fideiuſſor qui petit ceſsionem renuntiaſſet be
neficio cedendarum:quia tunc etiam.quòd alius fide-
iuſſor eſſet liberatus per creditorem ſine conſenſu al-
terius fideiuſſoris,non obſtaret ei exceptio cedenda-
rum:quia ſtante renuntiatione,potuit creditor ſecurè
liberare fideiuſſorem,cùm talis renuntiatio valeat.l.ſi
quis in conſcribendo.C.de pactis.ita tenet gloſ.in di-
cta l.niſi.in fin.& ibi per docto.¶Quintò fallit,quando
duo fideiuſſores fideiuſſerunt diuerſis temporibus,
vnus ſcilicet primo,& alius ſecundo.Nam ſi creditor
liberet illum,qui interceſsit ſecundo loco,& agat cõ-
tra illum qui interceſsit primo loco: non obſtabit ex-
ceptio cedendarum,quia primus fideiuſſor non inter-
ceſsit contemplatione ſecundi:& ideo non poteſt pe-
tere,vt ſibi cedatur contra illum:ita tenet Martin.gloſ
ſator,quem ſequuntur Azo,Iacob.de Aret.Bartolus,&
alij in l.ſi ſtipulatus.§.fin.ff.de fideiuſ.Quod tamen in-
tellige & declara,niſi à principio quando primus fi-
deiuſſor



deiuſſor ſe obligauit,conuentum fuerit, quod ſecun-
dus fideiuſſor daretur, quia tunc ratione conuẽtionis
viderentur dati inſimul, & obſtaret exceptio ceden-
darum,ſicut quando vere dantur inſimul. ita declarat
Barto.in d.§.fi.per text.in l.Modeſtinus.ff. de ſolu.Sed
quando econuerſo creditor liberaſſet primum fide-
iuſſorem, & ageret contra ſecundum, bene obſtaret
exceptio cedẽdarum, quia ſecundus cenſetur ſe obli-
gaſſe contemplatione primi:ita colligitur ex notabili
diſtinctione Bartol.in d.l.ſi ſtipulatus.§.final. & quaſi
eandem diſtinctionem ponit etiam Salic.in dict.l.ſec.
37 C.de fideiuſſo.¶†Et prædicta procedunt, quando cre
ditor liberauit vnum ex fideiuſſoribus, & dubitatur,
an ei obſtet excep. cedendarum: eſt enim reſponden-
dum iuxta regulam & fallentias ſuprà ſcriptas: ſed ſi
creditor liberaſſet pignora aut hypothecas acceptas
à debitore, & poſtea agat contra fideiuſſores offeren-
tes,ſeu ſoluentes & petentes cedi,tũc indiſtinctè cre-
ditori obſtabit exceptio cedendarum: quia fideiuſſo-
res ſemper videntur intercedere contemplatione bo-
norum debitoris tam præſentium quàm futurorum
iuxta l.fi.C.quæ res pigno. oblig.poſ.nimirum ergo ſi
obſtat exceptio cedendarum, ita tenet Bart.in dicta l.
38 ſi ſtipulatus.§.fi.¶†Quartò principaliter ius offerẽdi
competit ratione dominij,quodquis habet in re,& ſic
etiam quod non poſsideat, nec ſit creditor hypothe-
carius.Nam ratione dominij poteſt luere rem obliga
tam alteri creditori,& illam liberare,vt eſt tex.not. in
l.ſi res obligata.ff.de leg.j.& not.Bart.Paul.de Caſt.&
Iaſon.& talis dominus & legatarius ſoluens vel offe-
rens creditori pro liberatione rei ſuæ ſibi legatæ, po-
teſt ab eo impetrare ceſſionem contra hæredem, qui
tenetur ad liberandum dictam rem,vt ibi eſt text. Et
hanc ceſſionem petere poteſt quatuor temporibus.
¶Primo,ante ſententiam latam in hypothecaria ad in
ſtantiam creditoris contra ipſum dominum poſſeſſo-
rem,& hoc eſt indubitatum. ¶Secundo,poſt ſenten-
tiam latam in hypothecaria,ante tamẽ reſtitutionem
rei hypothecatæ.¶Tertio,poſt ſententiam & reſtitu-
nẽ rei, & ſic poſtquam deſiit poſſidere: quod eſt bene
notandum,quia alias ceſſio peti non poteſt,niſi per ſe
cundum creditorem hypothecarium & poſſeſſorem,
vt dictum eſt ſuprà:& tamen hic petitur ceſſio ex cau-
ſa ſolius dominii. ita declarat Paul.de Caſtr. ibi poſt
Bartol. ¶Quartò, etiam tempore poteſt peti ceſſio in
terminis d.l.ſi res obligata. poſt ſententiam & reſtitu-
tionem rei hypothecatæ, & etiam ſolutionem debitæ
quantitatis factam creditori: & hoc eſt ſpeciale in
legatario rei obligatę, in terminis d.l. ſi res obligata:
ea ratione, quia legatarius non ſoluit animo liberan-
di heredem à debito principali,ſed ſolum animo luen
di rem legatam.Cum ergo adhuc poſt ſolutionem ſu-
perſit actio contra heredem,illa poteſt cedi per credi-
torem ipſi legatario ita tenet glo.in d.l.ſi res obligata
& cum ea tranſeunt ibi doctores.& plene declarat ibi
Iaſ.in vlti.column.in verſ.modo ex tota &c.¶†Quin-
39 to principaliter ius offerendi competit penitus extra-
neo,& nullum ius habenti in re: quilibet enim poteſt
ſoluere etiam pro debitore inuito, & ipſum liberare,
vt l.ſoluendo.ff. de neg.geſt. & l.ſolutionem.ff. de ſol.
& etiam talis ſolutio poteſt fieri creditori inuito, ita
quod per ſolam oblationem factam ab extraneo ipſi
creditori,impeditur creditor agere cõtra debitorem:
& ſic ſi debitor conuentus poteſt probare de oblatio-
ne facta creditori ab extraneo,poteſt ipſum repellere.
ita tenent Ang.Bulg.& Pau.de Caſt.in l.tale pactum.
§.poſt diuiſionem. per illum text.ff. de pactis. & dicit
Pau.de Caſt.quod iſtud eſt perpetuo tenendum mẽti,
& quod iſtud melius probatur in d.§.poſt diuiſionem
40 quam alibi.& ita refert & ſequitur ibi Iaſ.¶†Eſt bene
verum, quod licet creditor recuſauerit recipere pe-
cuniam oblatam, non propterea impeditur iterum
petere ſuum creditum:quia quando vnum eſt in obli-
gatione,etiam quòd creditor ſi ſemel in mora illud re
cipiendi,propter hoc non extinguitur obligatio, niſi
res eſſet amiſſa,vt habetur per Bartolum & alios in l.ſi
na.C.de cõdi.infer.cum concor.de quibus ibi per Ale
xand.& alios,& eſt caſus in l.ſed ſi poſtea.ff.de arbi.&
not.Roman.in ſuis ſingularibus,chart.32.incip.tu ſai.
vbi tamen hoc limitat in creditore reipublicæ.nam ſi
ille recuſat recipere debitum ſibi oblatum per rem pu
blicam,illud amittit.allegat l.nulli.& l.fortiſsimi.C.
de eroga.mili.anno.libr.12.¶Concluditur ergo,quòd
ſolutio facta ab extraneo creditori,liberationem debi
41 toris & rei hypothecatæ inducit. †Quod tamen re-
ſtringitur,quando oblatio vel ſolutio fieret ab extra-
neo feudatario,vel emphyteuta.Nam talis oblatio vel
ſolutio non prodeſt ſine mandato:quia vltra ſolutio-
nem vel obligationem canonis,requiritur etiam reco
gnitio directi dominij facta ab emphyteuta, vel feu-
datario.ita tenet Baldus poſt Petrum de Suza.in l.ac-
42 ceptant.in fin.C.de vſuris. ¶†Sed dubitatur,an iſto
caſu,quando ſcilicet extraneus ſoluit vel offert credi-
tori,poſsit ab eo impetrare ceſsionem iurium contra
debitorem,videlicet actionem tam perſonalem quam
hypothecariam: & regulariter dicendum eſt, quòd
iſto caſu creditor inuitus cogi non poſsit ad cedendũ
dicta iura dicto extraneo ſoluenti vel offerenti, vt eſt
text.in l.nulla.C.de ſolutio.& ibi per Bald.& no.Paul.
de Caſtr.in dicta l.ſi res obligata.ff.de lega.j.¶Et hoc
procedit etiam,quòd ſoluens vel offerens eſſet credi-
tor illius debitoris pro quo offert,ſine tamen hypothe
ca:quia etiam iſto caſu non poſſet compellere inuitũ
ad cedendum.ita ſentit Cynus in l.vnica.C.etiam ob
chirograph.pecu.& ibi Salic.in vltima quæſtione,per
dictam l.nulla.& alia ibi allegata per eũ:& ſic ille ex-
traneus qui ſoluit vel offert, liberat pignus quod ſibi
non proficit:ſed bene proficit ſecundo vel poſteriori
creditori,qui propter liberationem pignoris factam
per ſolutionem factã ab extraneo,incipit eſſe primus
in dicta hypotheca,vt l.2.in fin.ff.de pig.action.& ita
firmat Paul.de Caſt.in d.l.ſi res obligata.& bene. ¶Li
mitantur tamen prædicta,niſi ille extraneus ſoluendo
primo creditori,emerit ab eo ſuum nomẽ vel pignus,
tunc enim taliter ſoluendo ſuccederet in ius dicti pri
mi creditoris à quo emit,iuxta notata in l.j.C.ſi antiq.
credi.pignor.vendi.& not.Bartol.in l.Ariſto.in fine 2.
quæſtion.ff.quæ res pigno.obliga.poſſ.& etiam habet
actionem ex empto contra dictum primum creditorẽ
à quo emit,vt ſibi cedat iura ſua,vt eſt tex.glo.& Bald.
43 in d.l.nulla.¶†Sexto principaliter ius offerendi com
petit debitori,quia ſ.debitor poteſt offerre creditori
& offerendo impedit vẽditionem pignoris & moram
purgat.iuxta notata Bar.in l.pe.quæ incipit. creditor.
ff.de diſtraction.pignor.& ſi offerat,deponat & conſi-
gnet,liberatur à debito,vt l.obſignatione.C.de ſolut.
& not.Bartol.in dicta l.penulti.Sed tamen debitor of
ferens vel ſoluens creditori ſuo,non poteſt eum coge
re ad cedẽdum,nec in ius per talem ſolutionem ſucce
dit,vt per gloſſam & Bartol.in l.Ariſto.ff.quæ res pi-
gnori obligari poſſunt.& per gloſſam in l.j.C. de his
44 qui prio.credi.loc.ſucced.& ibi Salicet. ¶†Si tamen
creditor vellet,poſſet ei cedere ius ſuum,& ex iſta ceſ
ſione acquireret debitor ius retentionis: quia ſcilicet
vigore iuris hypothecarij ſibi ceſsi à creditore,poſſet
dictam rem retinere contra alium qui ageret vigore
vſucapionis vel alterius iuris,nõ procedentis ab ipſo
debitore,ſed ab alio poſteriore tamen:ita not.gloſſ.in
l.vſucapio.C.de pign.& not.Bar.in dicta l.Ariſto.in 3.
quæſtio.& clarius in l.j.§.cum predium.in verſicu.ſed
quæro quale remedium,&c.ff.de pig.& monetur:quia
licet ſit extinctum debitum principale, tamen ius re-
tentionis poteſt durare,vt l.debitor.ff.ad Trebel.& l.
ex ſextante.§.Latinus.ff.de except.rei iudi.& quia hy-

potheca poteſt cedi ſine principali, iux.not.per ſe in l.
fideiuſſor obligari.in princi.ff. de fideiuſſ. & predicta
procedunt, quando debitor ſoluit vel offert creditori
45 de ſua propria pecunia. ¶†Sed ſi debitor ſolueret vel
offerret de pecunia aliena,& tunc poteſt dubitari, an
ille de cuius pecunia ſoluitur vel offertur priori cre-
ditori, ſuccedat in aliquod ius illius prioris credito-
ris:& dicendum eſt,quòd ſi dicta pecunia fuit expreſ-
ſe mutuata debitori, ad hoc vt ſolueretur priori credi
tori,& etiam ei fuit ſoluta, & nullum aliud pactum in
teruenit,& tunc ille qui mutuauit,ſuccedit ſolũ in ius
perſonalis actionis, etiam ſi realis actio eſſet priuile-
giata,vt l.ſi ventri.§.fina.ff.de priui.credit.& ità tenet
Salice.in l.j.C.de his qui in prio.credi.loc. ſucced. in
tertio caſu.¶Si autem ille qui mutuauit pecuniam,vl-
tra id quod expreſſè mutuauerit,quod ſoluatur credi
tori,& quod poſtea ſoluta fuerit,conuenerit etiã cum
debitore,quod ipſe mutuans deberet ſuccedere in lo-
cum primi: & tunc vltra perſonalem actionem ſucce-
det etiam in ius hypothecę primi creditoris, vt nota.
gloſſ.in dicta l.prima.& ibi Salicet. & not.Bart. in d.l.
Ariſto.in tertia quęſt.& vt vult gloſſ.ibi.& ſequuntur
Bart.& Salic.iſtud pactum de ſuccedendo in locũ cre-
ditoris,ſufficit eſſe factũ cum ipſo debitore: quia hoc
pactum fit à lege ita permittente:& fingitur, primum
creditorem hoc velle,quando ſibi ſoluitur. ¶Si autẽ
vltra dicta tria,videlicet mutuum expreſſe factum pro
ſoluendo primo creditori,& pecuniam ei cum effectu
ſolutam & pactum factum de ſuccedendo in locum
primi creditoris interuenerit etiam pactum, quòd il-
la res eſſet hypothecata ei pro pecunia mutuata: tunc
vltra ſucceſsionem in ius perſonalis actionis & hypo
thecæ primi creditoris,acquiretur etiam mutuãti no-
ua hypotheca ex perſona propria:ita notat gloſ.in di-
ctà l.Ariſto.& ibi optimè declarat Barto.in dict.tertia
quæſt. ¶Et ſic iſto vltimo caſu mutuans habebit duas
hypothecas,vnam ex perſona primi creditoris, in cu-
ius ius ſucceſsit vigore pacti:alterã ex perſona ſua vi-
gore conuentionis & hypothecæ ſibi conceſſa à debi-
tore pro ſuo mutuo,vt, declarat ibi Bartolus,qui etiã
ibi ponit,ex quibus coniecturis probetur,quòd pecu-
nia mutuata debitori,ſit ſoluta primo creditori. vide
ibi in verſic.item quæro,quomodo hoc probatur &c.
¶Et ex prædictis,ſcilicet quòd ſecundus creditor qui
mutuauit,ſuccedat in hypothecam primi,& etiã quòd
habeat ſuam hypothecam,poteſt inſurgere vnus effe-
ctus,videlicet quòd ſi forte ex hypotheca ſua ipſe non
poſsit vendere pignus ex pacto ita inito cum debito-
re,tamen illud vendere poterit vigore hypothecæ pri
mi creditoris,in quam ſucceſsit,& in qua non fuit ini
tum pactum de non vendendo.iſte eſt text.in d.l. Ari-
ſto.& ibi declarat Bar.in tertia quæſtion.ex quo infert
ibi gl.fi.& Bart.in fin.quòd aliquando quis conſequi-
tur per extraneum,quod per ſe habere non poteſt, de-
clarando tamen hoc,vt ibi per Bartolum.
46 ¶†Sed dubitatur in prædictis,an ſcilicet quando de-
bitor offert vel ſoluit ſuo creditori, teneatur non ſolũ
offerre creditum hypothecarium,ſed etiam chirogra
pharium:& reſpondetur,quòd licet ſecũdus creditor
& tertius poſſeſſor non teneantur offerre, niſi debitũ
hypothecarium,tamẽ ipſe debitor tenetur offerre vel
ſoluere vtrunque:alias,eo non ſoluente etiam chiro-
grapharium,daretur credito retẽtio pignoris etiam
pro eo,vt eſt textus in l.j.C.etiam ob chirograph. pe-
cu. ¶Sit ergo regula in illo text.quòd niſi debitor ſol
uat vel offerat creditori vtrũque debitum,ſcilicet hy-
pothecarium & chirographarium, detur creditor re-
tentio pignoris.Et iſtam regulam complectendo totã
materiam,amplia primò nouem modis,& poſtea limi
ta quatuor modis.¶Et primò amplia,quòd licet dict.l.
prima loquatur in debito chirographario ex cauſa mu
tui:tamen quòd procedit & habet locum in quocunq;
alio debito ex qualibet cauſa: & de mutuo ibi expri-
mitur gratia exempli. argum.l.quę dubitationis.ff. de
regu.iur.ita tenet ibi gloſſ.in ver.mutuam.& ſequitur
Salic.in prima queſt.¶Secundo amplia,quod licet ille
tex. loquatur in pecunia chirographaria mutuata: ta-
men idem eſt in pecunia debita etiam ex alia cauſa:ita
tenet ibi glo.in d.ver.mutuam.& ſequitur ibi Salic.in
ſecunda queſt.¶Tertio amplia,quod licet ille tex. lo-
quatur in pecunia, tamen habet locum in quacunque
alia re:quia appellatione pecuniæ veniunt omnes alię
res.l. pecunię nomen.& l.pecunię verbum. & l.quart.
ff.de ver.ſig.& ita etiam tenet gl.in d.verſ.mutuam.&
ita tranſeunt ibi Cyn.& Bartol.¶Sed ibidem Salic. in
tertia quęſt.tenet contrarium,quia appellatione pecu
nię ſpecies improprie continetur, & ſic latè ſumpto
vocabulo,vt l.ſecund.in fine.C.de conſti.pec.& d.lex
vnica aliquid ſpecialitatis inducit contra ius commu
ne:ideo nõ videtur extendenda ad impropria. l.ius ſin
gulare.& l.quod vero contra.ff.de leg.& pręcipue, ne
duę ſpecialitates,vel improprietates inducantur,vt l.
47 j.C.de do.promi. ¶†Tamen per hoc non puto rece-
dendum ab opinione gloſſ.Cy.& Barto. quia etiam in
correctoriis,quando militat eadem ratio, fit extenſio
de ſtricta ſignificatione ad latam.glo.in cle.j.in ver.eli
gatur.de elect.& glo.in authen. vt hi qui obli.in prin.
ver.ad curationem quam ibi no.Ang. ¶Pręterea text.
in d.l.vni.non corrigit ius commune,ſed limitat:& ſic
nõ ſumus in correctoriis,ſed in exorbitantibus,in qui
bus licita eſt extenſio ex ſola identitate rationis: text.
in ca.dilecta.§.nos igitur. & ibi Abb.de confir.vti.vel
inutil.& idem Abb.in c.ad audientiam.primo non de
cleri.non reſi.& no.Bart.in l.ſi conſtante.in princ.in 9.
quęſt.primę partis princip.ff.ſol.mat.& habetur in l.ſi
viro.§.de viro.eo.titu.Vnde cum in aliis rebus militet
eadem ratio,quę militat in pecunia,& non poteſt red
di ratio diuerſitatis:ideo ille text. habet etiam locum
in aliis rebus: & per prędicta reprętendi etiam ſolet
idem Sal.in ſimilibus terminis.in l.ſingularia.ff.ſi cer.
peta.vbi Bar.& alij volũt,quòd diſpoſitio l. certi con-
dictio.§.ſi nũmos.eo.tit. quòd ſ.ex pecunia mea nume
rata alteri nomine meo,mihi abſenti & ignoranti quę
ratur actio,habeat etiam locum in aliis rebus mutabi
libus,& in hoc etiam ibi Sali.tenet contrarium,quod
ſ.habeat locum in ſola pecunia, & mouetur quaſi eiſ-
dẽ fundamentis,quibus mouetur in d.l.vnic.& tamen
in hoc etiam reprętenditur per Iaſ.in d.l.certi condi
ctio.§.ſi nummos.in ver.nunquid autem glo.per fun-
damenta,de quibus ibi. ¶Quartò amplia,quod licet
ille text.in d.l.vnic.loquatur in credito chirographa-
rio, tamen habet locum etiam in alio debito ſine chi-
rographo,pro quo non eſt data hypotheca:quia etiam
prò illo datur retentio creditori habẽti hypothecam
pro alio credito:ita tenet gloſſ.in rubr.C.ob chir.pec.
& in d.l.vni.in verb.ſimpliciter.& ibi Salice.in quarta
quęſt. ¶Quinto amplia,vt d. regula procedat etiam ſi
debitor vendidiſſet pignus alteri ſine conſenſu credi-
toris:quia ſi emptor agat contra creditorem poſſiden-
tem dictum pignus tenetur offerre vtrumque debitum,
alias repellitur à creditore: quia exceptio quę obſtat
debitori,obſtare etiam debet eius emptori & ſingula
ri ſucceſſori,iuxta nota.per Bart.in l.ſi tertius.§.ſi quis
prius.ff.de aqua plu.arcend.& iſtam opin. tenet gloſſ.
in l. vnica.in gl.fi.¶Salic.autem ibi in 6.quęſt.dicit,
quod Iac.de Are.vt refert ibi Cyn.tenebat contrariũ,
eoquia dicta exceptio quę datur creditori ad retinen-
dum rem pignoratam pro alio credito non hypothe-
cario,videtur eſſe in perſonam,& non in rem: quia da
tur ex eo, quod debitor agens eſt debitor etiam alte-
rius pecunię,cuius non eſt debitor emptor,& ideo nõ
videtur quod talis exceptio detur contra emptorem,
per l.exceptiones quę perſonę.ff. de excep. ¶Tamen
idem Salic. ſubdit, quòd ſibi videtur, quod d.l. vnic.
in 2.



in 2.& 3.reſpon.probet contrarium,& ita puto tenen-
dum,quia retentio quæ competit creditori in termi-
nis dict.l.vni cohærens rei, & ideo tranſit contra ſin-
gularem ſucceſſorem,vt eſt text.& ibi not.Baldus in l.
3.C.quod met.cauſa.& ibi Alex.in 2.not.& etiam quia
exce.doli.in qua eſt fundata diſpoſitio dict.l.vni.vt ibi
propter exceptionem doli mali ex parte eam opponen
tis,eſt in rem,vt eſt textus in l.2.§.j.ver.planè.ff.de ex-
cept.dol.ſed quando ipſe emptor poſsideret & conue-
niretur ab ipſo creditore,non cogeretur ipſe emptor
offerre niſi creditum hypothecarium,vt quilibet alius
extraneus poſſeſſor:ita tenet Salic.in d.6. quæſt.
48 ¶†Sextò amplia,vt dicta regula procedat etiam in pi
gnore prætorio vel iudiciali:quia etiam illud poterit
retineri pro alio credito chirographario, ſicut poteſt
retineri pignus conuentionale:ita tenet glo.fin. in d.l.
vni.& ſequitur Salicet.in nona quæſt.¶Et non obſtant
quædam quæ in contrarium allegantur ibi per Salic.
quia (vt dixi ſuprà) iſta retentio quæ competit credi-
tori,eſt fundata in exceptiõe doli quæ datur creditori
contra debitorem, repetentem pignus & nolentem,
ſoluere aliud debitum chirographarium: ſed non mi-
nori dolo notatur debitor repetẽs pignus prætorium
vel iudiciale,& nolens ſoluere debitum chirographa
rium, quàm repetens pignus conuentionale. & ideo
diſpoſitio d.l.vni.militare etiam debet in pignore pre
torio vel iudiciali.¶Septimo amplia,quod dicta regu
la militat non ſolum in pignore tradito creditori, ſed
etiam ſimplici hypotheca non tradita: quia ſ.creditor
poterit per hypothecariam auocare rem à debitore,
& poſtea illam retinere pro alio credito chirographa
rio.ita tenet glo.fi.in fin.in d.l.vni.& ſequitur ibi Sali-
cet.in 13.quæſtio. ¶Octauo amplia,quod dicta regula
procedat non ſolum in debito puro, ſed etiam in de-
bito conditionali. Nam quando debitor eſſet ſuſpe-
ctus de lapidatione, tunc etiam pro debito chirogra-
phario conditionali daretur retentio creditori.ita te-
net Salic.in d.l.vni.in 14.quæſt.poſt Iaco.de Are.Cyn.
& Iacob. de Rauen.ibi argu.l. quæſitum. in prin.ff.de
49 pigno.¶†Nono & vltimo amplia, vt dicta regula pro
cedat etiam quando creditor haberet pro vno credi-
to pignus valde idoneum, & pro alio credito pignus
minus idoneum: nam poterit retinere pignus magis
idoneum pro vtroque credito:ita tenet Salic.in dict.l.
vnic.in 16.quæſt.poſt Iac.de Aret.¶Nec obſtat ſecun-
dum Salic. quod recipiendo pignus minus idoneum,
videatur per ſuam prouiſionem receſsiſſe à prouiſio-
ne l.iuxta l.fi.C.de pact.conuen.quia quando diſpoſi-
tio d.l.fin.haberet locum in iſto caſu,illa non procede
ret, niſi in tanto in quanto ſibi prouidit:nam per mi-
nus idoneum pignus non tollitur exactio in reſiduo.
l.creditor qui non idoneum.ff.ſi cert.pet.& facit quia
pignus datur ad cautelam pro faciliori exactiõe:ideo
non debet interpretari in læſionem l. quod fauore.C.
de legib. ¶Fallit modo dicta regula,quando debitor
fuit condemnatus creditori non poſſidenti pignus ad
ſoluendum pecuniam. Nam ſi poſtea creditor agat
hypothecaria contra tertium poſſeſſorem, vt habẽdo
pignus poſsit illud retinere pro alio credito chirogra
phario, poterit debitor comparere & offerre pecuniã
in qua fuit condemnatus,& impedire iudicium hypo
thecarium: & iſte debitor non tenebitur offerre aliud
creditum chirographarium. Ita tenet gloſſ.in dicta l.
vni.in ver.perſequutionem. & ſequitur ibi Salic.in j.
col.in ver.ſed tunc dubitat gloſſ.¶Et ſecundum iſtam
fallen.intellige illud ꝙ dixi ſuprà in ſeptima.amplia-
tione,videlicet vt illud procedat quãdo creditor age-
ret hypothecaria contra tertium poſſeſſorẽ ante con-
demnationem debitoris de quantitate, & oblatione
vel ſolutione dictæ quantitatis: tunc enim bene per-
mittitur creditori per hypothecariam auocare pi-
gnus,& illud retinere contra debitorem pro alio cre-
dito chirographario:ſecus autem eſt poſt condemna-
tionem & ſolutionem vel oblationem.
¶Secundò fallit regula,quando dicta duo credita,ſci-
licet hypothecarium & chirographarium,non proce
dunt ab vna tantum perſona,ſed à diuerſis perſonis,pu
ta quia Sempronius erat creditor hypothecarius, &
Seius chirographarius & chirographarius videns ſe
non poſſe conſequi ſuum creditum, ſoluit creditum
ſuum hypothecario,& ab eo volente impetrauit ceſ-
ſionem.(nam inuitum cogere non poterat l.nulla.Co-
di.de ſolu.)¶Nam iſto caſu debitor non cogetur offer
re huic creditori ceſsionario,niſi ſolum creditum hy-
pothecarium ei ceſſum,non autem chirographarium:
quia dict.l.vni.loquitur, quando ambæ obligationes
trahunt originem ex perſona vnius tantum:nõ autem
quando deſcendunt ex perſona diuerſorum.argumen.
text.in l.fin.ff.quib.mod.pign.vel hypoth.ſol.& l.ſi is
qui Stichum.ff.de action.& oblig.¶Et cum dict.l.vni.
exorbitet à iure,ideo non eſt extendenda ad diuerſum
caſum,diuerſam rationem habentem.l.ius ſingulare.
& l.quod vero contra.ff.de leg.¶Item quia dicta.l.vni
fundatur ſuper æquitate,quaſi dolo faciat debitor nõ
ſoluere vtrunque debitum creditori, qui de vtroque
credidit & fidẽ habuit:quæ ratio ceſſet in caſu propo
ſito:cùm potius in eo ſit fraus & deceptio ex parte v-
triuſque creditoris,tam cedẽtis quàm ceſsionarij,qui
voluerunt in plus obligare debitorem, quàm eſſet de
iure:& ita tenet Sali.poſt Cyn.in dicta l.vni.in vltim.
quæſtio.¶Tertiò fallit regula dict.l.vnic.quando cre-
ditor cõceſsit debitori pignus precario:& modo vult
illud reuocare,& debitor offert ei pecuniam pro qua
dictum pignus eſt hypothecatum:non autẽ aliud cre-
ditum,pro quo,ſi pignus fuiſſet apud ipſum credito-
rem,potuiſſet retineri. Nam iſto caſu non tenetur of-
ferre debitor,niſi creditum hypothecarium.ita tenet
Salice.poſt Dyn.in dicta l.vni.in 15.quæſt.dicentes ita
de facto fuiſſe determinatum per l.ſi debitor.ff.de pre
50 cario,quæ ſatis bene proba. ¶†Quartò reſtringitur
dicta l.vnica,quòd licet creditor habeat ius retinen-
di pignus etiam pro credito chirographario, tamẽ nõ
habet ius illud vendendi pro dicto chirographario:i-
ta tenet glo.fin.in dicta l.unica.Cynus autem ſupplet
in hoc,quòd pignus vendi poterit pro credito hypo-
thecario:& ſi quid reſiduum erit,poterit illud compẽ
ſari cum credito chirographario.vt l.j.& 2.ff.de com-
pen.& ita etiam tenet Salic.in d.l.vnic.in 12.quæſtio-
51 ¶†Inſuper in prędictis dubitatur,an in caſibus in qui-
bus competit ius offerendi,qui ſupra notati ſunt,poſ-
ſit talis oblatio fieri lata ſententia in hypothecaria:&
in hoc Specu.in titu.de oblig.& ſol.§.j.verſi.quid ſi te
mihi.tenet ꝙ ſic.idem tenet Bald.poſt Raynu.& Cyn.
quos ipſe refert in l.Paulus.§.fin.in lectura antiqua.ff.
quibus mod.pign.vel hypo.ſol.& iſta concluſio in ſe-
cundo creditore & poſſeſſore probatur ex no.per Bar.
in l.ſtipulationes non diuiduntur.in 9.quæſt.in verſic.
ſed iuxta prædicta moueo r.ff.de verbo.oblig.vbi Bar.
cum quo alij tranſeunt,decidit, quòd quando vnũ eſt
in obligatione,& aliud eſt in ſolutione ex diſpoſitio-
ne legis: tunc illa facultas ſoluendi durat etiam poſt
latam ſententiam,donec fuerit talis condemnatus cõ-
uẽtus ſuper actione iudicati.allegat l.miles.§.decem.
ff.de re iudica.& l.item veniunt.§.cùm prædiximus.ff.
de petition.hæred.vnde cùm in propoſito in obliga-
tione actionis hypothecariæ ſit relaxatio rei hypothe
catæ iuxta l.ſi cùm venditor.in prin.ff.de euictio.& in
facultate conuenti ſit oblatio & ſolutio debiti ex diſ-
poſitione legis concedentis iſtud ſecundo creditori,
vt l.ſi fundus.§.in vendicatione.ff.de pigno.& poſſeſ-
ſori conuento iuxta d.l.mulier.ff.qui potio.in pignor.
habeantur.ſequitur quòd talis facultas durat etiã poſt
latam ſententiam, & ita per dictam rationem firmat
in hypothecaria, idem Bartolus in l.ſi quis ſtipulatus
L ij

fuerit 10.in mille.in fine.ff.de ſolu. dicẽs hoc eſſe perpetuo tenendum menti. ¶In debitore autem, quod ipſe poſsit offerre poſt ſententiam, eſt caſus & ibi no. Bart.in l.ſi fundus.§.ſi plures.ff.de pignor.& ita per ſupradicta tenet etiam Angel.de Are.inſtit.de action.§.item ſi quis in fraudem.colum.pe.in verſicu.in ea.glo.in fin.¶Et hanc opinionem tenet etiam Iaſon in dicta lege,ſi res obligata.in vltima.column.in verſic. modo ex tota, &c.ff.de legatis primo. & ratio iſtius deciſionis eſt,quia oblatio debiti facta poſt ſententiam, non impugnat ipſam ſententiam, immo eam comprobat: quia illa in effectu nihil aliud vult,niſi vt debitum ſoluatur creditori, vt per Bartolum & Alexandrum in l.ſi fundus.§.in vendicatione.ff.de pignor.& notat Bartol.in l.ſi cum venderet. in principio.ff. de euiction. & ſimiliter petitio ceſsionis vel exceptio cedẽdarum, competens offerenti, non impugnat ipſam ſentẽtiam, vt notat Iaſon.in dicta l.ſi res obligata. in dicto verſicul. modo ex tota &c. nimirum ergo ſi poteſt offerri poſt ſententiam,& impetrari ceſsio in caſibus in quibus impetrari poteſt. ¶ Quinimmo in terminis di.l.ſi res obligata poteſt fieri oblatio, & impetrari ceſsio etiam poſt executionem factam in hypothecaria & etiam ſolutionem, vt ibi nota. gloſſ. & plene declarat Iaſon.poſt alios in dicta vltim. colum.& notaui ſupra
52 in hoc 3.membro.numer. 1. ¶†Vltimò in hac materia iuris offerendi dubitari poteſt, vtrum huic iuri offerendi præſcribatur, & iſte articulus eſt dubius. Nam gloſſ.in l.cum notiſsimi.§.eodem iure.in verſicul.opponere.C.de præſcript.30.annor.loquens de oblatione quæ fit à debitore creditori, ponit duas opiniones: Prima eſt,quod tali iuri nõ pręſcribatur,quaſi ſit quędam facultas,prout eſt facultas eundi per viam publicam. Secunda autem opinio, quæ fuit Bulg. eſt, quod tali iuri præſcribatur ſpatio 30.annorum, ſicut præſcribitur aliis iuribus & actionibus: & quia eſt in poteſtate debitoris,facere quod oriatur actio pignoratitia directa,offerendo vel ſoluendo, merito iam poſſe videtur.l.qui poteſt facere.ff.de regul.iur.¶Dubitatur modo quæ ſit verior opinio,an prima, an ſecunda.Et primam opinionem, quod in debitore tali iuri non præſcribatur,tenent Vltramon. & Cy.in d.§.eodem,videlicet quod iuri offerendi quod competit debitori, nõ præſcribatur,cùm ſit quędam facultas:ſecus autem ſit in iure offerendi, quod competit ſecundo creditori contra primum: quia iſtud ius eſt fundatum in hypotheca,quæ ei competit, & ſic eſt ſequela actionis innatæ: ideo ſicut dicta actio hypothecaria tollitur ſpatio 30.annorum,ita & ius offerendi in ea fundatum. ¶Et iſtam opinionem ſequitur Bartol. in l.pigno. in princ. ff.de vſucap.&Bartol.in d.l.cùm notiſſimi.in fin.principij.Eandem opinionem tenent Ioan.Andr. & Anto. de Butr.in ca.quoniam frequenter,vt lit. non conteſt. Sed ſecundum opinionem gloſſ.in di.§.eod. videlicet quod iuri offerendi, quod competit etiam debitori præſcribatur 30.annor.ſicut præſcribitur iuri offerendi,quod competit ſecundo creditori,firmat Accur.ibi & glo.in d.l.pignori in princ.& gloſſ.ſi rem.§. omnis. ff.de pignor.act.& gloſſ.in l.j.§.j.in verſi.pro ſocio.C. de anna. excepti. & iſtam ſecundam opinionem tenet Barto. ſibi contrarius in l.j.ff.de condit.ex lege,in ſec. colum.in verſ.iuxta prædicta quæro in caſibus,&c. & Bald.in d.l.cum notiſsimi.in fine princip.diſtinguendo tamen vt ibi per eum. Idem tenent ibi Iacob.Butr. & Ang. & Florian.¶Eandem opinionem tenent Ang. Imol.& Paul.de Caſtr.in d.l.pignori. & idem Paul.in conſili.294.ergo Paul.& Angel.in conſili.55. ex facto. ¶Iſtam opinionem latè diſputando firmat Angel. de Are.inſtitu.de acti.§.actionum.col.25.in verſ.aduertas tamen &c. dicens iſtam eſſe communem opinionem: & ſic concluſio eſt, quod tam in debitore quam in ſecundo creditore,qui poſſunt offerre priori creditori, præſcribatur tali iuri offerendi ſpatio 30. annor.¶Et iſtam concluſionem intellige procedere, quãdo iſtud offerendi, venit deducendum per modum actionis: putà, quia primus creditor poſsidet rem hypothecatam, cui debitor vel ſecundus creditor poſſunt offerre:quia debent tunc offerre infrà 30.annos.alias elapſis 30.annis,ſunt excluſi à iure offerendi per prędicta, quę hoc modo procedunt:ſecus autem eſt,quando ius offerendi competeret debitori, vel ſecundo creditori per modum exceptionis:puta,quia ipſi poſsident, vel etiam alteri tertio poſſeſſori extraneo,qui poſſunt cõueniri hypothecaria à primo creditore, & tunc non poſſunt offerre, nam huic iuri offerendi per modum exceptionis,non prędcribitur ſpatio 30. annor.ſed etiã
53 competit eis poſt 30.annos. ¶†Quia quę ſunt temporalia ad agendum, ſunt perpetua ad excipiendum. l. purè.in fin.ff.de excep.& l.licet.cum glo.C.eod. titul. & latè per Feli.poſt Abb.in c.ſi autem.in ver.temporalia ad agendum.de reſcrip. & ita tenet Aret.in di.§. actionum.in pręallegato loco. ¶Item reſtringe prędictam concluſionẽ ſuprà firmatam, quod iuri offerendi,quod competit per modum actionis tam debitori, quam ſecundo creditori, prędcribatur ſpatio 30. ann. procedere, pręterquam quando in pignore eſſet adiectum pactum l.commiſſoriæ.quod eſt improbatũ in pignoribus.iuxta l.j.& 2.C.de pactis pigno.nã tunc odio creditoris non præſcribetur tali iuri offerendi. ita ſingulariter limitat Bald.in c.j.in titul.de feud.dat. in vicem legis commiſ.& refert & ſequitur Alexã.in d. l.cum notiſsimi.in fine prin.in apoſtil.ad Bart.& idem Alexã.in d.l.ſi pignori.in prin.ff.de vſucap.quod not. ¶Et an & quando iuri offerendi in aliis caſibus præſcribatur,vide Corne.in conſi.305.3.volum.& in conſ. 176.eod.volu.& late per Felin.in c.cùm acceſsiſſent.in 10.& 11.colũ.de conſti.& latius & plenius per modernos in tractatu præſcriptionum,in 4.parte quintæ partis principalis.char.40.2.col.& per prædicta eſt expedita prima pars iuris offerendi,videlicet,quibus competat tale ius.

## *SVMMARIVM.*

1 *Oblatio debet eſſe realis:nam verbalis nõ relaxat.*
2 *Verba non ſufficiunt,vbi opus eſt facto.*
3 *Verbalis oblatio procedit & operatur in rebus immobilibus.*
4 *Verbalis oblatio operatur quo ad retractandum vẽditionem pignoris factam per creditorem.*
5 *Debitũ intricatũ nõ eget oblatiõe,ſed interpellatiõe.*
6 *Promiſſum vel debitũ conditionale, non eſt ante cõditionis euentum offerendum.*
7 *Oblatio debitoris ſtat in arbitrio creditoris.*
8 *Oblatio verbalis prodeſt,ſi debitor teneatur ſoluere in alieno loco.*
9 *Oblatio valida præſupponit locũ cõgruũ & tẽpus.*
10 *Oblatio debet eſſe pura.*
11 *Conditio extrinſeca oblationi vel depoſitioni appoſita,red dit illam inefficacem.*
12 *Actus purus differt à conditionali.*
13 *Obſignatio,vel conſignatio,ſeu ſigillatio qualiter & quando fieri dicatur.*
14 *Signatio cuius ſit effectus.*
15 *Conſignatio in pecunia requiſita,an etiam requiratur in rebus mobilibus.*
26 *Obl atio debet eſſe ſpecialis:generalis enĩ nõ releuat.*
17 *Oblatio debiti debet eſſe totalis & integra : creditor enim non tenetur recipere partem debiti.*
18 *Solutio particularis maxima ĩcõmoda ſolet offerre.*
19 *Creditor quo caſu teneatur partem debiti ſibi oblatam recipere.*

20 *Solutio*



20 *Solutio particularis admittitur in pia cauſa & in libertate.*
21 *Lex ſi.ff.quibus modis pignus vel hypothec.ſol.duas recipit reſtrictiones.*
22 *Emphyteuta prædiorum & patrimonij Cæſaris,admittitur ad particularem ſolutionẽ:ſecus in emphyteuta priuati.*
23 *Creditor recip iens duos fideiuſſores pro vno debito, an vno abſente teneatur recipere particularem ſolutionem tangentem vnum fideiuſſorum.*
24 *Compenſatio particularis admittitur.*
25 *Solutio particularis poteſt fieri publico exactori ipſo volente.*
26 *Debitum legis diſpoſitione poteſt particulatim ſolui.*
27 *Oblatio debiti debet fieri præſenti.*
28 *Depoſitarius an poſſit reddere depoſitum deponenti.*
29 *Creditori contra depoſitarium ad petendum depoſitum competit actio vtilis depoſiti & in rem.*
30 *Debitor an liberetur vnica oblatione,vel ſi plures teneatur offerre.*

## Secunda pars tertij membri quintæ partis principalis.

SEQVITVR ſecunda pars tertij membri,videlicet,qualiter & quomodo oblatio ſit facienda. & in hac ſecunda parte,
1 †Primò pone vnam regulam, ꝙ verbalis oblatio non releuat,ſed debet eſſe realis. l.qui decem.ver.idem reſpondet.in fi.ff.de ſolu.& plene per Bar.in l.prętor.§.ſi quis paratus.ff.de no.operis nun.vbi Bar.dicit,ꝙ omnes leges quæ dicunt ꝙ debitor debet eſſe paratus ſoluere, debent intelligi quòd debitor debet ire cum denarijs in manu, alias non dicetur obtuliſſe,niſi in vno caſu qui eſt in l.pe.ff.de reſ. ven.quæ not.glo. in l.ſi reſiduum.C. de diſtrac. pig.de quo dicetur infra in 2.fallen.huius reg. ¶Eandem reg. firmat Bal.in tit.ſi de feu.fue.cõtro.inter cog.& agna. §.liber.& Bar.in l.acceptam.in verſi. venio ad quæſ.C. de vſur.& latè Matthæſyl.in ſuo no.134.inci.no.ꝙ vbi quis debet offerre &c.& latius Alex.in cõſ.130.in cauſa ſtrazarolorum.4. volu.in 3.col.in ver. Non obſtat ꝙ
2 dicatur &c. ¶†Et facit quia vbi opus eſt facto, verba non ſufficiunt,vt per gl.in c.paſtoralis.in gl.fin. de offic.ordi.& gl.in c.vt circa.in ver.præſtiro. de election. in 6.eandem regulam ponit Alexand. in l.ſi mora. in 3. column.ff.ſolu.matri. ¶Et hanc regulam amplia primò,vt procedat etiam ſi oblatio eſſet realis, puta quia offerens haberet pecuniam in marſupio: nam talis obligatio non valeret,niſi dicta pecunia extrahatur de marſupio,& numeretur coram teſtibus,& poſtea reponatur in marſupio:ita optimè declarat Barto.in l.cùm ſeruus.ff.de condi.& demonſt.Nam alias non conſtaret quid offerretur,cum poſsit dubitari quid ſit in marſupio:vt in ſimili dicit text.in l.j.§.ſic iſta.ff.depoſit.& firmat Bald.in dict.l.acceptam.in 2.not.ſuper verſi.conſignatam.& habetur per Angel.de Aret.inſtitu. quib. mod.tol.oblig.§.fina.& ita etiam refert & ſequitur Alexand.in dict.l.acceptam.in apoſtill.ad Barto.& idem Alexand.in l.ſi mora.in 3.colum.in ver.iuxta prædicta ad de.ff.ſol.matri.Ex quibus infert,quòd Imola & Paulus in locis de quibus ibi,videtur malè fuiſſe loquuti, dum indiſtinctè dixerunt oblationem factam in marſupio,valere,ſi creditor recuſauit recipere:quia potuit tantum pars debiti eſſe in marſupio,quo caſu creditor non tenebatur illam recipere.l.quidam æſtimauerunt. & ibi per doctor.ff.ſi certum peta.& ideo videtur licitè recuſaſſe. ¶Poteſt tamen ſecundum Alexand.ſuſtineri opinio Imolæ & Paul.de Caſtro. quando creditor recuſauit velle recipere ſolutionem aliquo modo,etiã quòd in marſupio eſſet totum creditum. ¶Iſta autem regula declarata & ampliata,vt ſuprà, recipit tres limitationes notabiles:quas ponit Alexand.in dict.l.ſi mora.quas ſuccinctè referam.
3 ¶†Primò igitur limitatur,vt non habeat locum in oblatione rei immobilis,quia in illa ſufficit verbalis oblatio.l.2.poſt princip.C.quando & qui.quar.pars debe.lib.10.& ibi Bartolus & text. in authentic. dos data.C.de donatio.ante nupt.& iſta prima limitatio declaratur ſecundum Bal.in d.l.acceptam.in prima oppo.vt procedat quando offerens rem immobilem,habebat illam ſolutioni paratam.alias ſecus,præallegata l.ibi per eũ:& ideo quando agitur de offerendo domum vel prædium,ſufficit verbalis oblatio,offerendo ſe in iudicio paratum ea tradere in loco in quo ſita ſunt:quia lex non arctat quem ad impoſsibile vel iniquum:vt l.prætor.in princip.& fina.ff.de edẽ. ita declarat Baldus in dict.l.j.oppoſitione.& idem eſt etiam,quando equus eſſet offerendus:vt no.idem in d. l.acceptam.in ſecund.oppoſ.& tenet.gloſſ.& Barto.in
4 dict.l.ſi mora. ¶†Secundò limitatur regula,quo ad effectum retractandi venditionem pignoris factam per creditorem,quia ad hoc ſufficit verbalis oblatio,vt l. penul.quæ incipit,ſi fundus qui Lucij.ff.de reſcin.vendi.ſecundum intellectum gloſſ.Barto.& aliorum communiter in l.penulti.quæ incipit,creditor.ff.de diſtraction.pigno.& in l.ſi reſiduum.C.eodem titu.& iſtum eſſe verum & communem intellectum,dicit Alexand. in dict.l.ſi mora.in 2.fallen.licet Baldus in d.l.acceptã. in prima oppoſi.poſt Oldr.ponat intellectũ diuerſum. ¶Tertiò limitatur regula,quando debitum quod venit offerendum,non eſt liquidum, ſed intricatum, vt in obligato reddere rationem alicuius adminiſtrationis.Nam tunc ſufficeret verbalis oblatio de incerto, & pars liquida deberet realiter offerri & deponi:& de incerto præſtari fideiuſſor:ita tenent Ange.& Imol.in dict.l.ſi mora.per l.ſtatuliber.rationem.& l.ſeruus hæredi.§.fina.ff.de ſtatulibe.Idem not.Angel.& ibi latè Alexã.in l.4.§.ait prætor.ff.de re iud. ¶Subdit tamen Alexand.vtroque loco,quòd illud quod dictum eſt de fideiuſsione,poſſet habere locum quando debitor eſſet inops aut ſuſpectus:alias ſi debitum non eſt liquidum,ſufficit verbalis oblatio tantum abſque exhibitione fideiuſſorũ:& ita dicit procedere iura allegata per
5 Ange.& Imol. ¶†Et iſtud etiam comprobatur authoritate Bart.in dict.l.penul.quæ incipit, creditor.ff.de diſtract.pig.dum vult,quòd quando debitum non eſt liquidum,ſatis eſt quòd debitor coram iudice interpellet creditorem,vt deputetur vnus mercator ad calculandum rationes & in ſolidum reducendum, & quòd alia oblatio non eſt neceſſaria:& ita intelligit d.l.ſi reſiduum.& ita etiam tenuit gloſſ.in l.obſignatione.C. de ſolution.& ibi per doctores & Alexand.in conſi.24. inſpecto proceſſu ad fin.4.volu.& Veronen.in ſuis cautelis.4.char.cau.pen.verſi.Nota quòd vbi debitum.& Iaſo.in l.j.in j.column.ff.qui ſatiſda.cogan.& Cornel. in conſilio 85.in litera f.4.volum. ¶Et iſta tertia limitatio declaranda eſt duobus modis iudicio meo. ¶Primo modo,vt procedat quando incertum erat quid & quantum ſolui deberet:ſecus autem, ſi certum erat in ſolutiõe, ſed erat dubium de iure,an deberet ſolui vel non:quia tunc offerens deponens & fideiubens, iuxta terminos iſtius tertiæ limitationis non releuaretur, ſed teneretur certum omnino ſoluere, cùm ius ſit certum.l.ornamentorum.ff.de auro & argento legato.& dubitans de iure,poteſt cõſulere peritiores.ita firmat Corn.in conſi.262.pro euidentia 4.volu.in fin.

¶Secundo modo poteſt declarari & reſtringi, vt iſta limitatio procedat quando agitur de euitãdo moram vel incurſum alicuius pœnæ,vel de impedimento executionem aduerſæ partis, vel de effugiendo aliquod aliud præiudicium.in iſtis enim terminis militat dicta limita.& ita loquuntur leges & doctores præalle-

gati.ſecus autem fit,quo ad actionem conſequendam,
quæ naſcitur ex implemento alicuius oneris vel con-
ditionis,iuxta tex.& ibi no.in l.iuriſgentium.in princ.
ff.de pact.¶Et ita colligitur ex not.ibi per Alexand.in
princ.& per Iaſ. in vltima col.in quatuor limitationi-
bus, quas ibi ponit, volens quod ad actionem conſe-
quendam ex contractu innominato, requiritur obla-
tio,& vltra oblationem depoſitio & cõſignatio, iuxta
text.in d.l.obſignatione. C.de ſol. quia oblatio,depo-
ſitio & conſignatio habent vim ſolutionis,vt leg.j.C.
qui potio.in pign.hab.& d.l.obſignatione: quod non
eſt in oblatione & depoſitione certæ partis & fideiuſ-
ſione, & probatur iſta concluſio in l.ſi à te. C.de pact.
6 inter empto.& vend.& ibi per Paul. de Caſtr. ¶†Et
idem putarem dicendum,quando aliquid eſſet dandũ
vel præſtandum alicui ſub conditione,ſi ſolueret æſti-
mationem, puta vnius equi, vel alterius rei: quia iſto
caſu non ſufficeret ad conſequendum illud, quod ſibi
dandum eſt ſub dicta conditione, deponere certum
quid,& offerre aliud incertum & fideiubere: ſed om-
nino illa conditio deberet prius impleri in forma
ſpecifica,iuxta l.que hæredi. in prin.& l.Mæuius.ff.de
cõdit. & demon. & tunc non ſufficeret adimplere per
æquipollẽs,per dicta iura: & ita videtur etiam proba-
ri per text.in d.l.ſtatu liber.rationem.§.j.vbi licet ſer-
uus iuſſus reddere rationem, conſequatur libertatem
ſibi relictam ſatiſdando:tamen ſecus eſt,ſi ſit iuſſus ſol
uere pecuniam. ad idem text.in d.l.ſeruus hæred.§.ſi.
circa medium ibi, nec ante iure placuit agi. ¶Sed quo
ad euitandum pœnam & alia præiudicia, difficultas
excuſat,vt l. 2.ff.ſi quis caut.& per Bart.& doct.in lege
quod te.ff.ſi cert.peta.quæ nota,quia non inuenio per
alium notata:& mihi videntur ſatis rationabilia,licet
non audeam in totum firmare. ¶Quarto limitatur re-
gula,quando illud quod affertur, vnico momento ex-
pediri non poteſt, vt in illo qui tenetur offerre proba-
tiones:nam non eſt neceſse, quòd teſtes ſecum ducat,
ſatis eſt quod offerat ſe probaturum. ita notat Oſtien.
Anton. de Butr. Abb. & Philippus in c. interpoſita.in
princ.de appel.cum aliis allegatis per Alexan. in d.l.ſi
7 mora.in quarta fall.¶†Quinto limitatur regu.ſecun-
dum Alex.in d.l.ſi mora.quando creditor cui ſolo ver-
bo offertur,diceret ſe nolle recipere ſolutionem: tunc
enim non requiritur realis oblatio.ita nota.Bald.in l.j.
in ſec.col.C.ne lit.ter.prouo.cum aliis concordantijs,
quas refert Alex.in di.l.ſi mora.in quinta. fall.& idem
tenet Alex.in l.qui Romæ. in prin.in j.col.ff.de verbo.
oblig.¶Sed iſtam quintam limit.reprobat Aret.in d.l.
qui Romæ.quibuſdam fundamentis, à quibus eam de
fendit ibi Socin.in 2.colum. ſed vltimo loco relinquit
ſuper ea cogitandum:quia(vt ipſe ſubdit)Cum.& alij
communiter eam ſequuntur.¶Ipſam tamen Iaſon. ibi
in 3.col.defendit & ſequitur.& idem Iaſ.in l.ſi ita quis
§.Seia cauit.in 6.colum.in verſiculo.poſtremo,vt nihil
omittatur,&c.ff.de verb. oblig.& ita puto tenendum.
8 ¶†Sexto limitatur regula, quando quis teneretur ſol-
uere in alio loco,puta Bononiæ. Nam ſi conueniatur
Florentiæ, & ſolo verbo offerat ſe ſoluturum Bono-
niæ,& ſic in loco deſtinato ſolutioni,tunc ſola verba-
lis oblatio ſufficeret.ita ſingulariter tenet Bald.in d.l.
acceptam.in prim.opp.refert & ſequitur Alex.in d.l.ſi
mora.in 6.fallen. per rationem de qua ibi. ¶Adde ta-
men quod Alex.in dicta l.ſi mora. limitat iſtas ſex fal-
lentias non procedere, quandò incontinenti poſt ta-
les oblationes creditor offerret ſe paratum recipere:
nam iſto caſu ſtatim debitore realiter non ſoluente,
talis oblatio verbalis euaneſcet.ſecundum Imol. in d.
l.ſi mora. & ita in effectu tenet Bartol. in d. l.pe. ff. de
diſtract.pigno.vbi tradit hanc cautelam, quam etiam
ſequitur ibi Salic.in fin.& vtroque loco tranſit Alexã.
& idem eſt ſi mittat vnum cum offerente, cui ſoluat
9 argum.l.j.§.mariti.& §.illud.ff.de lib.agno.¶†Secũdo
requiritur,quòd oblatio fiat congruo loco & tẽpore,
alias non releuat,vt eſt text.& ibi Bar.in l.ſi ſoluturus.
ff.de ſolu.& ideo dicit Bald.in d.l.acceptam.in 2.quæ-
ſtion.ꝙ oblatio facta de nocte,non dicitur facta loco
congruo.allegat l.more Romano.ff.de feriis.
¶Idem etiam tenet Salicetus ibi in 3.opposi. Addens
quòd ſi oblatio fiat ante tempus adiectum ſolutioni
fauore creditoris, dicetur facta tempore incongruo,
per l.item illa.in princip.& ibi glo.ff.de conſtit.pecu.
& per l.ſi ita relictum.§.Pegaſus. ff.de legat.2.& per l.
eum qui.alias Iabolenus.ff.de ann.legat. Idem etiam
eſt,ſi oblatio fieret tempore quo creditor ſequitur fu-
nus familiare.argum.l.2.ff.de in ius vocando.& ita te
net Salicet.in d.3.oppoſitione.Illud autem quod dixi,
quòd de nocte non poteſt fieri oblatio,limita,niſi nox
eſſet vltima pars temporis adiecti per debitorẽ ad ſol-
uendum:quia etiam vltimum momentum tẽporis præ
dicti,currit ad beneficium debitoris.l.qui hoc anno.
ff.de verborum obligation.& tali caſu poſſet fieri ob-
latio de nocte,vt tenet Salicet.poſt Guliel.de Cun.in
l.non minorem.ad fin. C.de tranſact.Intelligendo ta-
men,niſi creditor eſſet paratus prorogare dilationem
in diem craſtinum,vel eſſet periculum aperire oſtium
propter inimicitias,vel quia locus ille erat inſidioſus,
vt ibi declarat Salicetus.
¶Locus autem incõgruus exemplificari poteſt,ſi obla
tio fieret creditori peregrinanti,vel in loco non con-
uento,vel non deſtinato ſolutioni tacite vel expreſſe:
vt l.qui Romæ.& ibi glo.in ver.obtulerit.ff.de verbo.
obligatio.& not.Salicet.in d.l.acceptam. in 3.oppoſit.
¶Intellige tu prędicta,niſi debitor offerens incõgruo
loco vel tempore,offerret non ſolum ſortem principa
lem,ſed etiam omne intereſſe,quod prætendere poſſet
creditor ratione loci & temporis incongrui,quia tunc
creditor tenetur recipere dictam oblationẽ: ita tenet
Barto.in d.l.qui Romæ.in prin.dicens ita probari per
tex.ibi in ver.de tractã.& facit tex.in l.fideiuſſor.ff.de
doli except.& innuit gl.in d.l.qui Romæ.in ver.obtu-
lerit.& docto.ibi tranſeunt cum Barto.excepto Raph.
qui tenet contrarium:ſed Alexand.ibi in j.colũ.defen
dit opinionem Barto.ab impugnatione Raph.& aliter
etiam eam defendit ibi Iaſon in 4.& 5.col.ſequẽdo ſo-
lutionem & defenſionem, quam ibi ponit Paulus de
Caſtro & Beſſutius,vt ibi late per eum.¶Poſſet etiam
hic diſcuti,an pro iſta oblatione facienda debitor te-
neatur ire ad domum creditoris.Sed quia iſta materia
ordinarie ſcripta eſt per glo.& Bartolum & alios in d.
l.item illa.ff.de conſti.pecu.& per Sali.in dict.l.acce-
ptam.& parum eſſet addendum eorum dictis,& etiam
eſt materia remota à noſtra pignoris & hypothecæ:
ideo illam omitto,remittendo me ad notata in dictis
locis.& aliquid habetur per Alexand.in conſiſ.92.pri-
mo volum.4.columm.verſicu.& quod ita debeat intel-
ligi,&c.in conſi.41.quarto volum.viſis & optimè di-
10 ſcuſsis.ſecunda columm.&c. ¶†Tertiò requiritur,ꝙ
oblatio ſit pura,& non contineat conditionem extrin
ſecã,ſed extrinſecam ſic:puto quia emptor offerat pre-
cium venditori ſub conditione,ſi res vendita ſibi tra-
datur:ita tenet Baldus in dict. l.acceptam.in quar.quæ
ſtione,per iura quæ ibi allegat. ¶In hoc tamen eſt
aduertendum,quòd ſi in oblatione & depoſitione ap-
ponatur ipſa conditio intrinſecã,& ſic oblatio valeat,
& operetur plures effectus,de quibus infrà,tamen non
operatur,quòd emptor qui obtulit & depoſuit, inte-
rim liberatus ab obligatione precij:quia taliter depo-
nendo non depoſuit animo abdicandi à ſe dominium
illius precij:ſed depoſuit ad effectum,vt ſibi res trade
retur.ita not.Bartolus in l.ſi ſoluturus.ad fin.ff.de ſo-
lution.& ſequitur Baldus in dict.l.acceptam.in quarta
11 quæſt.¶†Sed quando in oblatione & depoſitione ap-
ponitur cõditio extrinſeca,tũc talis oblatio & depoſi-
tio nullũ effectũ operatur.Sed dicit incõgrua:puta ſi in
ob



oblatione requirã mihi ꝑ aduerſam partẽ aliquid fie-
ri,ad ꝙ de iure nõ cogitur:ita tenet Frãciſcus de Cur.
conſi.39.viſis & diligenter &c.in 3.col.in ver.Nec ob-
ſtat.mouetur argum.text.in dict.l.ſi ſoluturus. & in l.
mora.in princ.ff.de vſuris. & habetur per Alexand. in
conſil.26.viſo & diligenter.in vltima colum.in verſic.
12 5.quia in 6.volumi. ¶†Et facit ad prædicta,quia actus
purus dicitur diuerſus ab actu conditionali,vt proba
tur in l.j.§.ſi quis ſimpliciter.ff.de verbor. obligat. &
ideo dicit Alexand.in dict.l.j.§.ſi quis ſtipulanti. in 2.
colum.quòd qualitas diuerſa facit cenſeri rem omni-
no diuerſam per d.§.ſi quis ſimpliciter. intelligendo
tamen (vt etiam dixi ſuprà.) in conditione extrinſe-
ca à natura actus, ſecus autem eſt in conditione in-
trinſeca, ſeu inſerta ex natura actus ſecundùm Angel.
& Imol.in l.qui liberis.in princip.per illum text.ff.de
vulg.& pupil.& not.Alexand.in d.l.j. §. ſi quis ſimpli-
citer.j.colum.per quod ibi infert ad q. de eo qui ſim-
pliciter habet reſpondere poſitionibus,ita diſponen-
te ſtatuto.Nam ſi reſpondeat ſub conditione extrin-
ſeca,non dicetur reſpondere ſimpliciter:ſecus autem,
ſi in reſponſione inſereret conditionem intrinſecam,
quæ eſt de natura actus,vt ibi latè per eum. ¶Quar-
tò requiritur aliquando ad aliquos effectus, de qui-
bus infrà ſuo loco dicetur,quòd oblatio fiat cum de-
poſitione & obſignatione, ſeu conſignatiõe:vt eſt tex.
in l.obſignatione.C.de ſolu.vbi glo.pri.ſupplendo ad
text.in quo ſimpliciter dicitur de obſignatione: ſup-
plet gloſſ.depoſitione & oblatione facta præſentibus
teſtibus,iuxta d.l.acceptam.& ſic gloſſ.ibi non ſtat ex-
poſitiuè vel declaratiuè, ſcilicet quòd obſignatio di-
catur fieri per depoſitionem & oblationem, vt quidã
volebat aliàs intelligere:ſed ſtat ſuppletiuè, (vt dixi)
& probatur in d.l.acceptũ.quam glo. allegat in verb.
conſignatam.vbi tex. vult,quòd vltra oblationem fiat
conſignatio & depoſitio.& eſt tex.in l.2.C.eodem vbi
text.vult quòd non ſufficit deponere & obſignare pe-
cuniam,niſi precedat oblatio. Ad idem text.in l.ſi cre-
ditrici.eo.tit.vbi tex.ꝙ iſta tria requiruntur,videlicet
oblatio,obſignatio & depoſitio:ad idẽ text.in l. ſi à te.
C.de pact.inter emptor. & vendito.& in propriis ter-
minis pignoris & hypothecæ eſt text.in l.j.C. qui po-
tio.in pigno.habe.& quòd iſta tria requirantur ad ali
quos effectus operandum,tenet Barto.in d.l. acceptã.
13 in diſcurſu poſt gloſſ.ibi & Bald.& Salicet. ¶†Et obſi-
gnatio,ſeu cõſignatio,vel ſigillatio fieri dicitur, quan
do pecunia numerata prius clauditur in ſacculo, &
ſacculus ſigillo vel ſigno obſignatur,vt eſt tex.in l.fin.
ff.de lege commiſſa.& text.in l.j.§.ſi pecuniam in ſac-
culo.ff.depoſi.& in l.die ſpõſaliorum.§.fina. eod.titu.
¶Et ratio differentiæ inter oblationem & depoſi-
tum ſine obſignatione, & oblationem & depoſitum
cum obſignatione: eſt, quia quando pecunia offertur
& non ſignatur, ſed ad numerum deponitur, tranſ-
fertur poſſeſsio dominij,& periculum illius in depo-
ſitarium: quia tenetur ad tantundem in genere, & vi-
detur depoſita, vt certa quantitas, & data videtur li-
centia depoſitario vtendi illa: ſed quando deponitur
ſignata in ſacculo,non transfertur poſſeſsio,neque do
minium in depoſitarium, & eſt periculo deponentis:
& non eſt permiſſa licentia vtendi ipſi depoſitario:im
mo ſi vtatur,tenetur furti,ita colligitur ex not.per gl.
in dicta lege die ſponſaliorum.§.final.& not. declarat
14 Paul.de Caſtr.in l.ſi ſacculum.ff.depo. ¶†Et quod ſi-
gnatio ſit magni effectus,apparet: quia alibi habetur,
quòd ſignatio habetur pro traditione rei. Vnde ſi ali-
quis vendat lignum in nemore, & illud ſignet, cenſe-
tur illud traditum,vt l.quòd ſi neque.§.j.& ibi gloſſa.
ff.de per. & commo. rei vend. & etiam ſignando do-
lium venditum, cenſetur quis tradere, vt eſt textus in
l.j.§.ſi dolium.eodem titul.& in l.videamus. §. inqui-
linum.ff.loca.Et ideo dicebat Bald in authentic. dos
data.per illum text.C.de dona.ante nupt. quòd ex ſi
gnaculo cognoſcimus,cuius ſint res: ideo ballæ mer-
catorum præſumuntur illius mercatoris, cuius ſunt
ſignacula.& ita refert Iaſon.in l.ſi mora.in 4.colum.in
verſicu.in ff.ſolut.matrim. ¶Concluditur ergo indu-
bitanter,quòd aliquando in oblatione & depoſitione
requiritur obſignatio ſeu ſigillatio pecuniæ in ſaccu-
lo,ad producendum aliquos effectus de quibus infra
ſuo loco dicetur in 3.parte huius tertij membri.
15 ¶†Sed dubitatur in prædictis, an talis conſignatio
ſeu obſignatio, quæ in pecunia requiritur, vt proxi-
mè dictum eſt, requiratur etiam in aliis rebus mobi-
libus,vel ſe mouentibus:& Ang.in dict.l.ſi mora.tenet
quòd ſic, dicens quòd licet in iſtis rebus mobilibus
vel ſe mouentibus,vt puta in equo,nõ cadat vera ob-
ſignatio in ſacculo,prout fit de pecunia, vt not. gloſſ.
pri.in d.l.ſi mora.tamen bene cadit depoſitio, vt l. j.
§.quæ depoſitis.ff.de depoſi. Sed Roma. ibidem voluit,
quòd licet in iſtis rebus non cadat conſignatio in ſac-
culo,ad modum pecuniæ,tamen quòd debent ſaltem
aliquo ſigno ſignari & deponi, prout dicit probari in
ſimili per text.in l.ſtigmata.C.de fabricã.lib.11.& in l.
decernimus.C.de aquæ ductu.& in lege 2.C.de ſer.fu
gi.& in cap.ſi iudex.de ſenten.excom.libro.6. ¶Et pro
iſta opinione Roman.ponderat Alexand. in dicta l.ſi
mora.in 3.col.tex.in d.authen.dos data.C.de dona.an
te nuptias.in ver.ſigno impoſito.& cum eo tranſit, li-
mitando tamen illam quando eſſet tale animal, quod
ab aliis facile dignoſci poſſet:quia tunc rei demõſtra-
tæ ex ſe,fruſtra alia adiiceretur demonſtratio, per l.j.
in fine.ff.de dot.prælegata.pro quo etiam facit illud,
quod alias ſolet dici de Gallo preſſo,qui fuit hedellus
Azo.ſecundum gloſſam in l.hac conſultiſsima.in glo.
3.C.qui teſtamen.facere poſſ.quòd ex quo dictũ nomẽ
erat de ſe notiſsimum,nõ fuit neceſſaria ad illud alia
demonſtratio,vt ibi per doct.& per Bart.& alios in l.
j.ff.de libe.& poſth.& iſta not.quia,vt infra declarabi
tur in 3.parte huius tertij membri,ad aliquos effectus
neceſſaria eſt iſta oblatio cum obſignatione:& tamen
cauſidici moderni iſtud non obſeruant:ſed putant ꝙ
ad omnes effectus ſufficiat oblatio & depoſitio: quod
non eſt verum,vt patet ex prædictis.& infra dicendis.
16 ¶†Quintò requiritur,quòd oblatio ſit ſpecialis,& nõ
ſufficit generalis per iſta verba,offero me paratum fa
cere & adimplere omnia ad quæ de iure teneor,quan-
do debitũ eſt liquidum,vt colligitur ex not.per Barto.
in l.pen.quæ incipit,creditor.ad fin.ff.de diſtra.pign.
& firmat Imol.in l.prætor ait.§.ſi quis paratus.ff.de no
ui operis nuntia.& refert & ſequitur Alex.in apoſtill.
ad Barto.in dicta l.creditor.& ita expreſſe tenet Aret.
in conſi.142.ex facto proponitur.in vlti.col.in verſi.ad
vltimum dubium.
17 ¶†Et faciunt à ſimili ea quæ notan.per Alexan.Iaſon.
& alios in l.ita ſtipulatus.la grande.in j.& 2.colũ.ff.de
verborum obliga.dum colligunt ex ibi not. quòd ver-
ba generalia non inducunt obligationem,& vt vulgo
dicitur,non ſunt applicatoria, ſed ſeruiunt de vento,
cum concor.de quibus ibi per eos.¶Quæ tamen intel
ligenda putarem,quando oblatio fieret in genere:non
habita relatione ad aliquod inſtrumentum, vel actum
certum: ſed indeterminate dicendo, offero me para-
tum facere omnia ad quæ de iure teneor:quia quan-
do generalis & indefinita loquutio non poteſt refer-
ri niſi ad vnum, æquipollet orationi ſingulari:& ge-
neralis diſpoſitio,quæ non poteſt verificari niſi in v-
na ſpecie,reputatur ſpecialis,vt habetur per doctores
& maximè Iaſon. multa ſuo more cumulantem in l.
nominatim.ff.de lib. & poſſeſſ. vnde ſi aliquis offer-
ret ſe paratum facere omnia ad quæ tenetur vigore
talis inſtrumenti, puta mutui vel depoſiti, in quo eſt
obligatus ad centum: putarem quòd talis oblatio,
ſeu verbalis tantum,ſeu realis tantum, eſſet congrua,

ad operandum illos effectus,qui de iure reſultant ex
huiuſmodi oblationibus,de quibus dicetur infra in 3.
parte,cùm per relationem ad inſtrumentum repute-
tor ſpecialis.¶Et facit quòd expreſſum per verba ge-
neralia per relationem ad certam ſpeciem,dicitur ſpe
cialiter expreſſum,vt l.fin.C. quod cum eod.& habe-
tur per Barto.Alex.& Iaſ.in l.j.ff.de vulga.& pup.& in
l.prætor ait.in princ.ff.de no. oper.nunc. Non tamen
dico,quòd iſta oblatio poſsit operari in caſibus in qui
bus requiritur depoſitio & conſignatio:ſed ſolùm in
caſibus in quibus ſufficit ſola oblatio vel verbalis vel
realis,ſuper quo tamen cogitabis: quia non inuenio
17 per aliquem examinari. ¶†Sextò requiritur,ꝙ obla-
tio fiat de dolo debito.Nam niſi totum offeratur,cre-
ditor non cogitur recipere, vt eſt optimus text. in l.
tutor.§.Lucius.ff.de vſur.& text. & ibi not.in l. acce-
ptam.C.de vſur.text.& ibi.& docto.in l.qui Romæ.in
princ.ff.de verbo.oblig.& in l.ſi ita quis.§.Seia.cauit.
eod.titu.Sal.in l.ſemel mora.in 3.char.in j.colum. in 9.
concluſione negatiua.ff.ſol.mat.tex.& ibi gloſſ.& oẽs
l.quidam æſtimauerunt.ff.ſi cert.peta. & habetur per
Alexand.in conſilio 88.viſis in pen.col.num.18.6.volu.
18 ¶†Et ratio iſtius concluſionis eſt, quia particularis
ſolutio non minima incommoda ſolet afferre.l.planè.
ff.famil.erciſ.& iſtam concluſionem pro regula ponit
Iaſo.poſt alios in d.l.quidam æſtimauerunt,in 4.colũ.
& corroborat triplici fundamento,vt ibi per eum.po-
ſtea vero ampliat eam duobus modis.

¶Primò,vt procedat etiã ſi ſolutio eſſet facienda in
diuerſis debitis,ex eadem tamen cauſa, vt l.3.§.ſi red-
dita.ff.commod.glo.& ibi Barto.in l.eleganter.§. non
ſolùm.in fin.ff.de dolo. ¶Secundò amplia, vt proce-
dat etiam econuerſo,ſc.vt nec creditor poſsit agere
debitorem ad faciendum particularem ſolutionem
per allegata ibi per eum.quòd etiam ante eum tenuit
ibi Alex.in fin.in verſic.quærit etiam hîc Guil.de Cu.
quid econtra. ¶Tu vltra eos amplia tertio modo, vt
oblatio non ſolùm fieri debeat de toto debito princi-
cipali,ſed etiam de intereſſe,aliàs non prodeſt:& cre-
ditor non cogitur recipere ſine intereſſe,vt per Barto.
in l.ſed & ſi alia.ff.de conſti.pecu.& per Bald.in dict.l.
acceptam.in 6.oppoſ.& in 18.q. & per omnes in dict. l.
quidam æſtimauerũt. ¶Quartò amplia, vt regula pro
cedat.ſi vltra ſortem & intereſſe non offerantur etiam
expenſæ litis,& ipſa gabella ſoluta per creditorem,vt
expreſsè vult Salic.in l.2.C.ſi anti.credit.per text. in l.
emptor.in princ.ff.de rei vendit.& in l.fina.§. in com-
putatione.C.de iure delib. ¶Quintò amplia,vt regu-
la procedat etiam ſi offeratur res debita:ſed tamen de
teriorata, ſi vltrà rem non offeratur etiam æſtimatio
deteriorationis rei:aliàs enim creditor non cogitur re
cipere,licet ſpontè poſsit recipere,vt l.eleganter.§.nõ
ſolũ.ff.de dolo.& habetur per Bald.in l.2.C. de condi.
furt.¶Fallit autem dicta regula ſecundùm Iaſon.poſt
Alexan.in dicta l. quidam æſtimauerunt.vndecim mo
dis, ego autem addam aliam: & ſic erunt duodecim
19 fallẽtiæ.¶†Primò igitur fallit in caſu dictæ l.quidam
æſtimauerunt.videlicet quando reus confitetur par-
tem debiti,& illam offert,& aliam partem negat.nam
tunc oblatio valet & cogitur creditor illam accepta-
re,& ſuper alia parte negata litigare: & hoc, niſi cre-
ditor haberet probationes paratas in promptu ſuper
toto, puta per inſtrumentum, quia tunc oblatio non
releuaret in parte.ita tenet Roma.Alexand.& Iaſo. in
d.l.quidam æſtimauerũt.¶Et ratio eſt:quia ex hoc de-
tegitur,quod negatio partis fuit calumnioſa:& quan
do negatio poteſt ſtatim conuinci, nihil operatur gl.
20 3.l.poſt rem in princ.ff.de tranſact. ¶†Secundò fallit
regula prædicta in libertate.Tertio fallit in pia cauſa
quia in illis admittitur particularis ſolutio ſecũdùm
Alexand.& Iaſon.in dicta l.quidam ęſtimauerunt per
alleg.per eos.¶Quartò fallit,quàndo à principio fue-
runt debita ex diuerſis cauſis promiſſa vni creditori,
quia tunc ſi vnum tantum offeratur, cogitur creditor
illud recipere,vt eſt text.& ibi Bartol.in l.fina.ff.quib.
mod.pign.vel hyp.ſol.& no.Bart.Alex.& Iaſ.in dict. l.
quidam æſtimauerunt. non tamen intelligas, quod
creditor cogatur dimittere per hoc pignora: immo
poteſt illa retinere pro alio credito,vt not.in d.l.final
& l.vni.C.etiam ob chirogra.pecuniam : ſed intelli-
ge tantum reſpectu incommoditatis, quæ reſultat in
particulari ſolutione: quia iſto caſu ceſſat iſte reſpe-
21 ctus.¶†Et inſuper diſpoſitio d.l.fina. recipit duas re-
ſtrictiones: Prima eſt, quando à principio fuit vnum
debitum, quia fuit acquiſitum defuncto: poſtea au-
tem fuit diuiſum inter hæredes pro hæreditariis por-
tionibus,iuxta l.2.C.de hæred.action. Nam ſi illud in
diuiſione fuit aſsignatum vni ex hæredibus, iudica-
bitur per vnum,licet ipſo iure per l.12. tabularum fue
rit inter eos diuiſum: & licet durante dicta diuiſione,
poterit pro parte ſolui vni ex eis, tamen non poterit
modo ſolui pro parte, ſed debebit totum ſolui ei cui
fuit totum adiudicatum:ita ſingulariter tenet Barto.
in l.ſi pignori. circa medium.ff.fami.erciſc. per text.
ibi in verſicu.contra quoque ſecundum intellectum
Pet.& Barto.ibi & iſtud dicit Alexan.in d.l.quidã æſti
mauerunt eſſe diligenter notandum.¶Secundo modo
reſtringitur diſpoſitio dict.l.fina.vt procedat quando
ſunt plura debita principalia:ſecus autem, ſi vnum ſit
principale,& aliud acceſſorium,puta ſortis & vſura-
rum:quia tunc non poteſt ſolui vel offerri principale
ſine acceſſorio,inuito creditore:ita tenet Alberic⁹ de
Roſa.in dicta l.quidam æſtimauerunt.per text.in l.tu-
tor.§.Lucius.in verb.centum & vſuras.iunctis verbis
ſequentibus.ff.de vſuris.cum quo tranſit Salicet.in l.
j.C.de ſolu.& eos ſequitur Alexan.in.d.l.quidam æſti
mauerunt.in vlti.colum.& corroborat vt ibi.Et etiam
Iaſ.ibi,quicquid in contrarium voluerit ibi Paulus de
Caſtr.qui mouebatur per d.l.j.cui reſpondet Alexan.
quòd non obſtat: quia illa non loquitur de ſolutione
facta inuito creditore,prout ſunt termini noſtri, ſed
22 eo volente.¶†Quinto fallit ſecundum Alexan.Iaſo.
& alios in d.l.quidam æſtimauerunt.in caſu l.placuit.
in principio.C.de collati.fundi patri.libro 11.quę lex
ſecundum Alexandrum non loquitur in debitore tri-
butorum,vt gloſſ.ibi dicit.ſed in emphyteuta prædio
rum & patrimonij Cæſaris,cum quo princeps vtitur
hac humanitate, vt admittatur ad particularem ſolu
tionem,dummodo in tribus vicibus infra annum ſol-
uat totum,ſecus autem eſt in emphyteuta alterius pri
uati,quia ille tenetur ſoluere inſimul totum canonẽ,
& non poteſt eum diuidere,ſecundum Iaſonem ibi in
quarta limitatio.Item ſecus etiam eſt in collectis:quia
etiam in illis non admittitur particularis ſolutio, ſe-
cundum Bald.in dicta l.quidam æſtimauerunt.quẽ ſe-
quitur ibi Alex.¶Sexto fallit d.regula ſecundum Alex.
& alios in d.l.quidam.quando factum diuiduum fuit
ſub pœna deductũ in ſtipulatione prætoria:quia tunc
ſi pro parte non impletur,committitur quidem ſtipu-
latio pœnalis in ſolidum mero iure: ſed ſi pro parte
impleatur vel offeratur,tunc de æquitate obſtat exce-
ptio,& ſic iſte eſt vnus caſus in quo admittitur obla-
tio pro parte inuito creditore:& pro illa parte opera-
tur excuſationem à pœna:iſte eſt text.nota.ſecundum
vnum intellectum in l.ſi ſeruus.§.ſi plurium. ff.ſi quis
cauſ.& eſt ille caſus ſpecialis in prætoriis ſtipulationi
bus,quia in aliis ſi totum factum non adimpleatur, cõ
mittitur pœna in totum contra principalem promiſ-
ſorem cum effectu exactionis, licet pro parte tantum
fuerit contrauentum,per textum in l.quarta.§. Cato.
ff.de verbo.oblig.licet in hæredibus principalis pro-
miſſoris,quando ſumus in facto diuiduo,non cõmit-
tatur pœna contra omnes in ſolidum vno contrafa-
ciente,ſed in facto indiuiduo ſic,vt in dict.§.Cato.per
Bar.



Barto.& Alexand.& etiam in d.§.ſi plurium. per gloſ.
23 Alexand.& alios.¶†Septimò fallit dicta regula in eo
qui pro ſuo debito dedit duos fideiuſſores, qui effe-
ctualiter in ſolidum conueniri non poſſunt: ſed qui-
libet pro virili. Nam iſto caſu debitor admittetur ad
ſolutionem vel oblationem partis tangentis vni ex di
ctis fideiuſſoribus, volendo ſoluere nomine dicti fi-
deiuſſoris:ſecus autem, ſi vellet ſoluere nomine ſuo
proprio,& hoc poterit facere,inuito creditore, vt eſt
text.ſecundùm intellectum gloſſ. approbatum in l.in
his.§.ſi duos.ff.de ſolut. qui non eſt alibi ſecundùm
Bald.in l.pro hæreditariis.in j.col.C.de hæred.action.
& in d.l. acceptam in 7.oppoſit. & ita tenet Alexand.
& Iaſ.in d.l.quidam.vbi Iaſo.in 5.limit. aſsignat ratio
24 nem. ¶†Octauò fallit,ſecundùm Iaſo. ibi in com-
penſatione: quia admittitur particularis compenſa-
tio,licet ſecus ſit in ſolutione.l.etiam. & ibi not. Bart.
C.de compenſation.& de hoc vide rationem per Ia-
25 ſon.ibi.¶†Nonò fallit regula.ſecundùm Iaſo. vbi ſu-
prà,in exactore publico. cui poteſt fieri particularis
ſolutio ipſo volente: & præiudicabit rei publicæ in-
uitæ l.fin.& ibi Bart. C.de apoſtill.publi.lib.10.
¶Decimò,ſecundùm Iaſo.fallit,quando debitor pro-
miſit ſoluere in pluribus locis,vt leg.3.§.ſi quis ita el
prim . & ibi Barto.ff.de eo quod cert.loco.declaran-
do,vt ibi per Bart.quando certa loca expreſsè & limi-
tatè ſunt adiecta:ſecus, ſi omnia loca generaliter eſ-
ſent adiecta.vide ibi. ¶Vndecimò fallit ſecũdum Iaſ.
quando per impotentiam debitor non poſſet ſoluere
totum,per text.in c.Odoardus.& ibi Imol.& Abb.de
26 ſolut.¶†Duodecimò fallit vltra alios, quando illud
quod debetur,debetur ex diſpoſitione legis: quia tũc
admittetur ſolutio partim in vna re,& partim in alia:
& ſic in diuerſis corporibus:item partim in pecunia,
& partim in vna ſpecie:ita tenet Imol.in l. ſi inter. §.
officium.ff.de aqua pluuia.arcen. & ſequuntur Ale-
xand.& Iaſon in l.in executione.§.j.ff.de verbo.oblig.
& hoc modo procedit ſecundùm Iaſo.illud quod no-
ta.in l.2.§.& harum.eo.titu.dum ibi dicitur,quòd de-
bitor quantitatis liberatur à parte, ſoluendo partem,
& quòd poſtea poteſt dare pro reſiduo debiti tot de
rebus ſuis in ſolutum, iuxta authentic. hoc niſi debi-
tor.C.de ſolut.Nam ideo iſtud ibi toleratur,quia ſo-
lutio procedit ex diſpoſitione legis,& non volunta-
rio facto hominis.regula ergo procedit,quando ſolu-
tio eſt in obligatione ex diſpoſitione hominis,&c.
¶Septimò requiritur, quòd quando vltra oblationẽ
eſt neceſſaria obſignatio & depoſitio, quòd talis de-
poſitio fiat apud ædem ſacram: vel apud illum depo-
ſitarium, quem iudex competens elegerit, vt eſt text.
in d.l.acceptam.& hoc requiritur ad effectum, vt de-
bitor offerens reddatur ex toto ſecurus: nam ſi ele-
ctio fieret de alio nummulario vel alia perſona ido-
nea, per debitorem vel creditorem, non eſſet idem:
quia ſi creditor eligeret,pecunia eſſet apud eum pe-
riculo creditoris.ſi autem debitor eligeret depoſita-
rium, & tunc ſi creditor fuit in mora recipiendi pe-
cuniam ei oblatam, & ideo recuſante electus fuit à
debitore depoſitarius, periculum erit ipſius credito-
ris:ſed ſi debitor fuit in culpa in ipſa oblatione, quia
fortè non congruo loco vel tempore,vel appoſuit con
ditionem extrinſecam,vel non obtulit integrã quan-
titatem,vel aliter ipſa oblatio peccauit,& periculum
erit debitoris,ſi autem neuter fuit in culpa, & tunc ſi
debitor elegit depoſitarium ex ſe, & etiam iſto caſu
erit periculum debitoris: quia mala electio dicitur eſ
ſe in culpa eligentis,& ei imputatur. iſte eſt text.in l.
ſi ſoluturus.ff.de ſolut.& ibi declarat Paul.de Caſtro,
poſt Barto.ibi.¶Et hunc vltimum caſum: quando ſci.
neuter fuit in culpa,& debitor elegit intellige tu,niſi
eſſet electus talis depoſitarius,de quo omnes diligen-
tes veriſimiliter confidiſſent,quia tunc valeret depo-
ſitio,cùm nulla poſsit imputari culpa deponenti. ita
firmat Bart.in d.l.ſi ſoluturus,& ſequitur Bald.in dict.
l.acceptam.in 9.q. & ita puto tenendũ, quamuis Bart.
in d.l.acceptam.in fine.voluerit. quòd depoſitum fa-
ctum in alio loco,quã in loco ibi determinato, quan-
do eſt depoſitum iudiciale,non valeat,per text. in l.2.
C.de vſur.ſecundùm vnam lecturam,quia illa lectura
non videtur vera: ſed verà lectura illius text.eſt, quòd
depoſitio facta, non præcedente legitima oblatione,
non releuat:& ita intelligit ibi Salic.poſt gloſſ.fin.ibi
& ſemper vidi ita practicari,ſcili.quòd quando iudex
non vult eligere depoſitarium,ille qui offert eligit,&
valet depoſitum,etiam quòd non eligat ædem ſacrã.
¶Et prædicta intellige ſemper, dummodò perſona,
quæ elegitur in depoſitarium, ſit talis, quòd contra
eam ſit facilis exactio, vt not.Bald.& Salice.in d.l.ac-
ceptam.in prima columna.¶Adde etiam prædictis,ꝙ
iudex poteſt eligere ſeipſum in depoſitarium,vt nota.
Fulgo.in l.ſi fideiuſſor.§.fin.ff.qui ſatiſd.cogan.per il
lum text.& refert Alex.in d.l. acceptam. in princip. in
apoſtilla.ad Bal. ¶†Octauo requiritur, quòd obla-
27 tio fiat præſenti:aliàs, ſi ſit abſens, requiritur citatio,
vel proclama,quòd compareat ad recipiendum obla-
tionem,& videndum fieri depoſitum: vt per Bartolum
in l.ſi reus paratus.ff.de procurat.vbi ponit cautelam
qua debet vti debitor,quãdo nõ extat ſeu apparet per
ſona cui debet fieri ſolutio ad euitandum pœnam vel
moram,vt ibi per eum cum cõcordantiis allegatis ibi
per Alexandrum qui ſequitur Bar.& ratio eſt,quia ob-
latio debet fieri ei qui poteſt recipere,vt per Baldũ in
dicta l.acceptam.in 3.q.& faciunt not.per Bar.& alios
in l.de pupillo.§.ſi quis ipſi.in 16.q.ff.de no.ope. nunt.
¶Nono, quando cum oblatione requiritur obſigna-
tio & depoſitio ad hoc,vt ſortiatur ſuum effectum,re-
quiritur quòd depoſitum dimittatur apud ipſum de-
poſitarium.Nam ſi debitor qui obtulit, obſignauit &
depoſuit,antequam creditor illud aſſequatur,recipiat
à depoſitario depoſitum, fingitur nunquam facta de-
poſitio,& nihil profuit debitori:quòd eſt ſatis mirabi
le,quia per oblationem,conſignationem & depoſitio-
nem erat actio extincta,& debitor fuerat conſequu-
tus liberationem,vt l.obſignatione.C.de ſolution. &
actio ſemel extincta non reuiuiſcit.l.quæ res.§.arcam.
ff.de ſolu.& tamen iſto caſu eſt ſecus:& iſta concluſio
probatur per notata per gloſſam in dicta l.acceptam.
in gloſſ.penulti.& ibi firmat Barto.in verſi.item cõtra
hoc oppono.& ſequitur Bal.in prima colum.in verſic.
in text.ibi,receperit,dicens,quòd actus recuperatio-
nis depoſiti,tollit effectum depoſitiõis.& allegat l.ſed
reuocata.ff.de iure fiſci.& ita etiam tenet ibi Salicet.
28 in tertia quæſtione.¶†Ex quibus infertur,quòd depo
ſitarius poteſt reſtituere depoſitum deponenti: quod
tamẽ procedit re integra,id eſt,antequam creditor ha
beat illud ratum,& petat ſibi ſolui à depoſitario,vel ei
aut deponenti denuntiet,iuxta notata in l.3.C. de no-
uat.tunc enim non poſſet reſtitui deponenti,ita notat
Baldus in dicta l.acceptam.in j.colum.in dicto verſic.
in text.ibi,receperit.
29 ¶†Et creditori contra depoſitarium ad petendum de
poſitum datur actio vtilis depoſiti, & etiam vtilis in
rem,vt notat glo.in dicta l.acceptam.in verb.actione.
cum qua tranſit ibi Barto.in fin.& eam approbat Sali.
ibi in 2.quæſt.Et contra huiuſmodi depoſitarium ele-
ctum per iudicem,poteſt agi ſummatim ſine figura iu
dicij,& ſine libello executiuè officio iudicis.argumẽ.
textus in l. eum.ff.de in ius vocand.Ita tenet Baldus in
dicta l.acceptam.in prima columna.quem ſequitur i-
bi Salicetus in prima colum.in verſi.dicit tamen Bal-
dus.& addunt Bald.& Salicet.hoc eſſe verum,etiam ſi
depoſitarius eſſet clericus:quia contra talem depoſi-
tarium non agitur per modũ iudicij,ſed executiuè in
conſequentiam iudicij ſuſcepti contra debitorem: &

hoc per tex.in d.l.acceptam.in verſi.ſanctas ædes &c.
30 ¶ † Vltimò, circa iſtam ſecundam partem huius tertij
membri dubitatur, an ſufficiat vna tantum oblatio, an
vero plures requirantur: & breuiter dicendum eſt, ꝙ
vna tantum ſufficiat. ita tenent Bartol. Alexand. & alij
in l.de pupillo. §.ſi quis ipſi prætori. in j.colum. ff. de
no.ope.nunc. ita etiam tenet Bartol. in l.qui Romæ. §.
Seia.in fi.ff.de verbor.oblig.& ſequitur ibi Iaſon.poſt
alios in fin.& tenet Bald. in l. penultima.C.de condi.
infer. ¶ Fallit tamen hæc concluſio in l.4.ff. de pigno.
acti. de quo infrà ſuo loco latius dicetur. Itẽ fallit nõ-
nullis aliis modis, vt per Alexand. in d.§.ſi quis ipſi. in
2.colum. vbi vide, & per hæc eſt expedita iſta ſecunda
pars iſtius tertij mẽbri. ¶ Sequitur modo 4. pars iſtius
3.membri, in qua venit tractãdum de effectibus ipſius
oblationis.

*SVMMARIVM.*

1 *Oblatio verbalis quæ dicatur.*
2 *Oblatio realis q̃ fit extraiudicialiter, quid operetur.*
3 *Oblatio debiti etiam ſine conſignatione, liberat à pœna caducitatis.*
4 *Oblatio realis cauſat debitori actionẽ pignoratitiã contra creditorem ad repetendum pignus.*
5 *Venditio pignoris an per oblationem debiti reuocari poſſit.*
6 *Oblatio iudicialis quæ dicatur.*
7 *Oblatio iudicialis etiam abſque diſpoſitione & obſignatione facit euitari iudicium, ſi fiat ante litis conteſtationem.*
8 *Oblatio facta cum conſignatione & depoſitione, quid operetur.*
9 *Oblatio debiti quam creditor non vult acceptare, diuerſimodè operatur.*
10 *Oblatio ſola, an aliquam producat actionem.*
11 *Oblatio præſenti facta, importat promiſſionem.*

## Tertia pars tertii membri quintæ partis principalis.

CAPIENDO ita hanc tertiam partem
iſtius tertij membri, in qua ponendi ſunt
effectus reſultantes ex oblatione: ¶ Eſt ad
uertendum, quòd effectus reſultantes ex
oblatione, diuerſificantur ſicut ſunt diuerſæ ipſæ obla
tiones. Nam oblatio aliquando eſt verbalis tantum, a-
liquãdo autem realis. & iſta ſubdiſtinguitur: quia alia
eſt extraiudicialis, & alia iudicialis, & alia fit cum ob
ſignatione & depoſitione. ¶ De ſingulis ergo vidẽdum
eſt, & de effectibus ſingularum.
1 ¶ † Et primò, circa oblationem verbalem tantum, quę
eſt, quando quis nõ habens pecuniam, vel aliam rem,
quam prætendit offerre, in manibus: offert verbo tan-
tum ſe paratum ſoluere vel præſtare. de qua dictum
fuit ſuprà in 2.parte huius tertij membri. nu.1. cum ſe-
quentibus, & habetur in l.qui decem. §. idem reſpon-
ſum. in fin.ff.de ſolu.& per Alexand. in l.ſi mora.ff.ſol.
matr.& in hac dicendum eſt, quòd nulli alij reſultent
effectus, niſi illi qui notãtur in ſex limitationibus po-
ſitis per Alexan. in d.l.ſi mora. ad illam regulam, quòd
verbalis oblatio non ſufficiat, & ego poſui ſuprà in d.
2.parte huius tertij membri num.3. cum ſequentibus.
& inter alios effectus non tradas obliuioni effectum
poſitum in 2.fallen. videlicet quòd verbalis oblatio
operatur, ꝙ venditio pignoris poſtea facta per credi-
torem poſsit reſcindi, vt per gloſſ. in l. ſi reſiduum. C.
de diſtract.pig. per text. in l.pen.ff.de reſcind. vend. &
not.Bart.in d.l.acceptam.in j.q.& in l.prætor.§.ſi quis
paratus.ff.de no. oper.nunc.& in l.penul.quæ incipit,
creditor.ff.de diſtract.pig.& per Alexan.in d. l. ſi mo-
ra, vbi dicit, hunc eſſe cõmunem intellectum ad dict.
l.pe.ff.de reſcin.vendi. quamuis Bald. ſequendo Oldr.
in d.l.acceptam.in prima oppoſ. dederit alium intel-
2 lectum diuerſum ab intellectu Bartol. ¶ † Secundò,
circa oblationem realem, quæ fit extraiudicialiter:
quia ſcilicet ille qui vult offerre, habet pecuniam in
manibus, & illam offert numerando & oſtendendo
in bancho, prout docet Barto. in l. cùm ſeruus.ff. de
condi.& demonſt.& d.l.acceptam.& not. Alexand. in
d.l.ſi mora.in 3.col.in verſic. iuxta prædicta adde, &c.
¶ Aduertendum eſt, quòd, quando dicta oblatio eſt
facta extraiudicialiter abſque obſignatione & depoſi
tione: & etiam iſta oblatio poteſt producere plures ef
fectus: primus autem qui producitur, ſit, quòd quan-
do debitor fuit conſtitutus in mora ante litem conte-
ſtatam, illa mora per dictam oblationem purgatur: vt
eſt text. & ibi per docto. in l.ſi ſeruum Stichum. §. ſe-
quitur. ff.de verbor.oblig.& per conſequens, per eam
impeditur venditio pignoris: quia talis venditio fie-
ri non poteſt niſi prius debitor ſit in mora ſoluendi,
vt l.cùm ſoluendæ.ff.de diſtract.pig. ita declarat Bart.
in d.l.pen. quæ incipit, creditor.ff. de diſtract.pignor.
& ſequitur ibi Alex.& firmat Sali.in dicta l.acceptam.
in 9.oppo.& in 4.q.poſt Bald. ibi in 4.oppoſi. ¶ Et iſtud
habet locum, non ſolùm quando debitor offert, ſed e-
tiam quando ſecundus creditor offert primo: quia ſi-
militer impeditur venditio pignoris, vt eſt text.& ibi
Bald.in l.fin.C.ſi anti.credi.
¶ Sed ſi mora debitoris eſſet cauſata per litis conteſta
tionẽ, tunc oblatio extraiudicialis eam non purgaret:
ſed opus eſſet vel iudicialiter offerre, vel extraiudicia
liter offerre, & etiam conſignare & deponere: ita tenet
Bar.in l.ſed & ſi alia.ff.de conſti.pecu.& Barto.in l. in-
terdum. §.ſi. ad fin.ff.de verb.obliga.& in l.ſi inſulam.
in j.oppoſi. ſecundæ partis principalis.ff.de verb.obli.
vbi vult, quòd qui vult moram purgare poſt litem con
teſtatam, debet offerre rem in iudicio: quia ſicut mora
fuit iudicialiter commiſſa, ita debet iudicialiter pur-
gari, argumen. l.nihil tam naturale.ff.de regulis iur.&
hoc quando mora fuit commiſſa per litis conteſtatio-
nem, alias ſi fuiſſet commiſſa ante iudicium, ſufficeret
extraiudicialiter ante offerre: & cum Bartol. tenẽt Bal
dus & Angelus in locis ſupra allegatis.& Salicetus in
repet.l.ſemel mora.in 4.q.princ.ff.ſolu.matri.& in d.l.
ſed & ſi alia. Sed in hoc contra Bartolum tenent Imol.
& Roma.in d.l.ſi inſulam.& Raph.in d.l.interdum.§.
fina. volentes quòd oblatio indiſtinctè purget moram
vſque ad ſententiam, per d.l.ſi ſeruum.§.ſequitur. Ta-
men opinionem Bar. defendit & ſequitur Alex. in dict.
l. interdum. §.fin.& idem facit Iaſ. in dicta l.ſi inſulam.
ſuper j.oppo. Bartol. in ſecunda parte principali: & ita
videtur tenere Alex. in l.& ſi poſt tres. in vlti. colũ.ff.ſi
quis caut.& ita tenendum puto.
¶ Secundus effectus iſtius oblationis realis extraiudi
cialis eſt, quòd non ſolùm purgat moram debitoris, vt
dictum eſt: ſed etiam conſtituit ipſum creditorem, nõ
recipientem in mora, ſecundum verum intellectum l.
ſi per emptorem.ff.de actio.empt. licet gl. ibi aliter ex-
ponat: & de hoc eſt clarior text.in l.Celſus.§.fina.ff.de
arbi. dum dicit quòd etiam facit pœnam committi, &
tex. iuncta gloſſ. in l.illud.C.de peri.& commo.rei vẽ-
di.& optimè declarat Alexã. in d.l.ſi ſeruũ.§.ſequitur.
in j.col.in verſic. item nota quòd ſequens oblatio.ff.de
verborum obliga. ¶ Et ex tali mora in qua creditor cõ
ſtituitur, mediante tali oblatione, ſequitur alius effe-
ctus, videlicet quòd ſi debitor ex natura primi contra
ctus tenebatur de caſu fortuito: puta quia erat debi-
tor generis. vt l.incendium.C.ſi certum pet.& per con
ſequens tenebatur etiam de leuiſsima culpa, iuxta no.
in l.quod te.ff.ſi certum peta. per talem oblationem li-
berat ſe à tali caſu fortuito, & tenebitur ſolũ de dolo
& de omni culpa. ita tenet Bar.in l.qui decem.in prin.
ff.de



ff.de ſolut.& Barto.in d.l.acceptam.in 2.q. & licet ibi
Bald. voluerit, quòd iſto caſu debitor liberetur etiam
à leuiſsima culpa per iura, de quibus ibi per eum. ta-
men Alexand.in d.l.ſi mora.in 4.colũ. dicit, quòd ve-
rior eſt opinio Barto. videlicet quòd talis oblatio li-
beret ſolùm à caſu fortuito, & iſtam opin. tenet etiam
Imol.in l.qui x.in princ.& ibidem ſequitur Alexand.
& iſtam opinionem dicit eſſe communem Alexand.in
Cõm. opin. dict.l.ſi mora. reprobando ibi Bald. plus atttentantem,
videlicet quòd talis oblatio non ſolùm liberet à leuiſ-
ſima, ſed etiam à leui culpa. ¶ Si autem debitor ex na-
tura contractus tenebatur de dolo lata & leui culpa,
per huiuſmodi oblationem ex qua creditor fuit cõſti
tutus in mora, excuſabitur à leui, & tenebitur ſolùm
de dolo & lata culpa, vt probatur per tex.gloſ.& Alex.
poſt alios in d.l.ſi mora, in prin.& firmat Bar.in dict.l.
qui decem.in princ.& in d.l.accepta.in 2. q. ¶ Tertius
effectus iſtius oblationis eſt, ꝙ per eã impeditur mora
debitoris: quia (ea facta) ſi debitor non erat prius con
ſtitutus in mora, amplius non conſtituetur, vt l. illud.
ff.de pericu.& commo.rei vend.& habetur in d.l.ſi ſer
uum.§.ſequitur.ff.de verb.obligat.& not.Barto.in d.l.
acceptam.in 2.q.in ver. item prodeſt debitori ad impe
diendam moram, &c.
¶ Quartus effectus eſt, quod per eam impeditur cur-
ſus vſurarum, quando vſuræ nondum erant inchoatæ,
vt per text. gloſſ.& doctor. in l.ſi.pro te.& in l. ex præ-
diis.C.de vſur. ſed ſi curſus vſurarum eſſet inchoatus
ante factam oblationem, tunc per ſolam oblationem
non impeditur etiam ope exceptionis: ſed iſto caſu
vltra obligationem requireretur conſignatio & depo
ſitio.& hoc modo impediretur ipſo iure, vt d.l. acce-
ptam.& ibi no.Barto.in 2.quæſt.& d.l.ſi pro te.& l.tu-
tor pro pupillo.in fin.ff.de adminiſtratio.tuto.& l.pe-
nulti.cum gloſſ.ff.de nau. fœno.& ita firmant Areti.
Imol. Alex.& Iaſ.in l.qui Romæ.§.Seia.in penulti.col.
ſuper gloſſ.in verſi.iure. quæ per dictos doct. reproba-
tur.ff.de verbor.obliga. ¶ Quintus effectus eſt, quòd
per talem oblationem impeditur etiam commiſsio,
& incurſus pœnæ conuentionalis, ſicut impeditur
curſus vſurarum, vt eſt gloſſ. notabilis in lege penulti-
ma.ff.de nat.fœnor.& tex.& ibi gloſſ.plena.in l. Cel-
ſus.§.fin.in gloſſ.in ver.nõ committi.ff.de arbi.& not.
Bald.in l.acceptã.in 3.oppo.& ibi Alexã.in apoſtill.ad
Bald. qui firmat, quòd iſto caſu ſufficiat ſola oblatio
ſine conſignatione: & reſpondet ad text.in l.fina. ff. de
lege commiſſ. vbi interuenit obſignatio, quòd ibi fuit
facti accidentia. & iſtud innuit ibi Alexand. procede
re in pœna conuentionali: ſecùs autem ſecũdùm eum
eſt in pœna legali per text. in l.2.in fin.C. de iure em-
3 phyt. ¶ † Sed in hoc eſt aduertẽdum, ꝙ ad euitandum
pœnam caducitatis, ſufficit ſola oblatio ſine conſi-
gnatione & depoſitione, ſicut regulariter eſt in alia
pœna, vt dictum eſt per d.l.acceptam. d.l. ſi pro te. &
dict.l.Celſus. in fine.& d.l.penult. Sed ad conſequen-
dam plenariam liberationem à canone emphyteuti-
co, ſecus eſt: nam ad hunc effectum requiritur, quòd
emphyteuta illum offerat, conſignet, & deponat: ita
debet intelligi, tex.in d.l.2.in fin. ſecundùm Cyn. ibi.
& Bald in j.col.& Albe. poſt Iac.de Are.in 2.colum.&
Ang.in 4.& Salic.in vlti.col.in fi.& ſentit Specu.in ti-
Cõm. opin. tul.de loca.§.nunc aliqua.verſi.34.& ibi hoc expreſsè
firmat Ioan.And.& ita ſe habet communis opinio, &
tenẽdùm eſt ſecundùm Iaſ.in d.l.2.fol.175.3.colum. in
verſi.in ea.glo.nu.106. quamuis in puncto iuris, vt ipſe
ſubdit, verior videatur opinio contraria, videlicet
quòd etiam ad euitandum pœnam caducitatis requi
ratur oblatio, conſignatio, & depoſitio, ponderando
tex.in d.l.2. & aſsignando rationes de quibus ibi per
eum, &c.
¶ Capio nunc obligationem iudicialem ſine conſi-
gnatione & depoſitione: quæ primò producit omnes
effectus, quos producit oblatio extraiudicialis, quos
4 ſuper ea proximè retulimus. ¶ † Et vltra illos produ-
cit etiam alium effectum, quia per eam oritur actio
pignoratitia directa debitori ad repetendum pignus
contra creditorem, vt l.ſi rem alienam.§.fina.ff.de pi-
gnor.action. ¶ Amplia, hunc effectum habere locum
etiam ſi dicta oblatio iudicialis fieret poſt litem con-
teſtatam: vt not Barto.& Alex.in d.§.fin.& Bart. Ange.
Imol.& Alexand.in l.interdum.§.fin.ff.de verb.oblig.
in glo.ſuper verb.mora. licet ſecus ſit in oblatione ex-
traiudiciali facta poſt lit.conteſt. quia illa nõ ſufficit,
per l.ſed & ſi alia.ff.de conſtitu. pecu. & habetur per
Alexand.& alios in d.§.fin. ¶ Secundò amplia hunc ef
fectum, vt habeat locum etiam ſi factum eſſet pactum
inter debitorem & creditorem de vendendo pignore
elapſo termino præfixo ad ſoluendũ: quia adhuc non
obſtante tali pacto, facta oblatione iudiciali per de-
bitorem oritur pignoratitia. text.& ibi not.Bald. in l.
3.C.de pigno.action.& ratio eſt ſecundùm eum, quia
ſi oblatio talis impedit ipſum principale, id eſt, pign',
quia illud liberat: ergo impedit etiam acceſſorium,
quod eſt ipſa venditio pignoris. allegat legẽ. fundus
qui Lucij.ff.de reſcinden.venditio.& idem dicit Bal.
eſſe in licentia data à lege creditori de vendendo pi-
gnus per eandẽ legẽ. Et quòd oblatio iudicialis libe-
ret pignus ab obligatione hypothecaria, & pariat di-
rectam pignoratitiam debitori rd repetẽdum pignus.
5 firmat etiam Bartolus in l.ſi debitor.ff.de ſolut. ¶ † Re-
ſtringitur autem iſte effectus duobus modis. Primò,
quando talis oblatio fieret poſt venditum pignus,
quia tunc non reuocaretur per eam pignus iam vendi
tum, vt eſt textus in l.ſi prius. C.de diſtract.pign.& ibi
Baldus & alij. ¶ Secundò modo reſtringitur, vt dicta
oblatio iudicialis producat liberationem pignoris &
hypothecę, & pariat directam pignoratitiam, & ad
hunc effectum habeat vim cõſignationis & depoſitio
nis, vt per Bartolum in dicta l.ſi debitor.ff.de ſol. ſecus
autem ſit, quo ad totalem liberationẽ debitoris: quia
per hanc oblationem iudicialem non liberatur debi-
tor à principali obligatione, nec ad hunc effectum li-
berationis à debito principali, talis oblatio habet vim
conſignationis & depoſitionis, immo adhuc tali obla
tione non obſtante, creditor poteſt petere à debitore,
qui obtulit pecuniam ſibi debitam, vt l.acceptam.C.
de vſur. ita firmat Bar.in d.l.ſi debitor.& probatur i-
ſta opinio per text.in d.l.acceptam.& in l.obſignatio-
ne.C.de ſolut. vbi habetur, ꝙ ad conſequendam libe-
rationem à debito, non ſolum requiritur oblatio, ſed
etiam conſignatio & depoſitio.
¶ Et hoc modo ſunt intelligenda nota.per Bart.in d.l.
ſi rem alienam.§.fin.& in dicta l.interdum.§.final. vbi
Barto. vult, quòd oblatio iudicialis inducat liberatio-
nem, ſicut inducit oblatio, cõſignatio, & depoſitio ex-
tra iudicium facta: nam debet intelligi reſpectu libe-
rationis pignoris & hypothecæ ad effectum producẽ
di pigignoratitiam, non autem ad effectum inducen-
di totalem liberationẽ ab ipſo debito principali, pro-
ut melius declarat Barto.in d.l.ſi debitor. ¶ Et iſtã de-
clarationem Bar.in d.l.ſi debitor. ſequuntur Raph.Cu.
Alex.& Iaſ.in d.l.interdum.§.fin.& ita eſt tenendum,
quanuis Corn.in conſi.85.4.volu.in litera h, teneat in-
aduertenter contrarium, videlicet quòd vbi alias ex-
tra iudicium requiritur oblatio, conſignatio, & depo
ſitio: in iudicio ſufficiat ſola oblatio etiam verbalis ſe
cundum eum: allegando Bar. in dicta l.ſi rem.§.fina.&
quædam alia. ſed errat: quia (vt dixi) communiter tene
tur opi.Bar.in d.l.ſi debitor. quam etiam ſequitur Bal.
in d.l.acceptam.in 3.col.& tanto apertius errat Corn.
quia loquitur de verbali oblatione, & nõ de reali: pro
ut loquũtur doct. qui tractant de oblatione iudiciali:
nam verbalis ſola nõ operatur niſi effectus quos retu-
6 li ſupra circa iſtam oblationem verbalem, nu.1. ¶ † Et

ad declarationem iſtius oblationis iudicialis adde,
quòd oblatio dicitur iudicialis, ſi fiat in iudicio, vel
quòd fiat ante litē cōteſtatam vel poſt, dummodò fiat
coram ordinario iudice: ſecus, ſi fiat coram delegato
ita tenet Bald. in l. inuicem. C. de compen. & not. Ale-
xand. in l. ſi reus paratus. ff. de procu. poſt Bart. ibi & in
7 d. l. ſi rem. §. fi. ¶ †Inſurgit etiam ex obligatione iudici
ali alius effectus: quia obligatio facta in iudic. abſque
alia depoſitione & obſignatiōe facit euitari iudiciū, ſi
tamen fiat ante litem conteſt. ita tenent Bartol. Bald.
& alij in d. l. ſi reus paratus. ff. de procu. & no. inſtit. de
perpe. & temp. action. §. fina. & in l. ſi domus. §. in pe-
cunia. ff. de lega. j. Si autem talis oblatio fiat poſt litem
conteſt. purgat moram, & facit quòd debitor abſol-
uatur ab obſeruatione iudicij: dummodò tam quādo
ſit ante litem conteſt. quàm quando poſt, offeratur idē
quod petitur, ita delarat Barto. & ſequuntur Angel.
Imo. & Alexand. in d. l. interdùm. §. fina. reſpondendo
ad contrarium. l. ſi inſulam. ff. de verb. obliga. & habe-
tur in d. l. ſi reus paratus. & eſt text. in l. ſi fundus. §. in
vendicatione. ff. de pig. & ibi gl. in verſi. abſoluendus.
¶Amplia hunc effectum declaratum, vt ſuprà, duobus
modis. ¶Primo modo, quòd oblatio prædicta habeat
dictum effectum, etiam ſi ſit facta procuratori genera
li, qui non habet mandatum ad recipiendum iuxta l.
hoc iure. ff. de ſolut. nā etiā hoc caſu operatur effectū
prædictū: quia imputari debet actori qui nō miſit pro
curatorem idoneum ad exigēdum, vt habetur in dict.
l. ſi reus paratus.
¶Secundò modo amplia, vt procedat non ſolùm in de
bitore offerēte, vt dictū eſt, ſed etiam in tertio poſſeſ-
ſore conuento hypothecaria à creditore: quia ſi offe-
rat creditori in iudicio, euitat litis conteſtationem &
iudicium: per tex. in l. Paulus. §. fi. & ibi no. Bar. ff. quib.
8 mod. pig. vel hypoth. ſol. ¶†Vltimò ſequitur oblatio,
quæ ſolet fieri cum cōſignatione & depoſitione: & in
hoc primò dicendum eſt, quòd iſta oblatio producat
omnes effectus, quos producit oblatio realis, extraiu-
dicialis & iudicialis, de quibus dictū eſt ſuprà in vna-
quaque ipſarum. Et vltra dictos effectus producit etiā
effectū totalis & plenę liberationis, vt l. obſignatione.
C. de ſol. & not. Barto. in d. l. acceptam. in 4. q. & in d. l.
ſi debitor. ff. de ſolut. & vt habetur in dictis locis, iſta
oblatio habet vim veræ ſolutionis quo ad omnia, vt
etiam eſt text. in l. j. C. qui po. in pigno. hab. ¶Et iſtud
procedit etiam ſi pro parte fiat oblatio, conſignatio,
& depoſitio: & pro alia parte fiat compenſatio, quia
omnino reſultat effectus liberationis, vt eſt text. & ibi
gloſſ. & docto. in l. inuicem. C. de compen. ¶Et ex hoc
reſultat alius effectus iſtius oblationis, conſignatio-
nis, & depoſitionis: quia per eam poſterior creditor
talem oblationem faciens, ſuccedit in ius primi cre-
ditoris cui offert, vt l. j. C. qui po. in pig. hab. & ibi no.
omnes dicentes, quòd oblatio, conſignatio, & depo-
ſitio habent vim ſolutionis, & operantur quòd ſecun-
dus creditor ſuccedat in locum primi, & etiam con-
firmet ſibi pignus ſuum: ad idem text. in l. potior. §. fin.
ff. qui pot. in pigno. hab. & l. vlti. C. de is qui in prior.
cred. loc. ſucced. & not. gloſſ. in l. Ariſto. ff. quæ res pi-
gnor. oblig. poſſ. & ibi clarè Barto. in j. q. ¶Et ad hunc
effectum conſequendum requiritur, (vt dixi) quòd
non ſolùm fiat oblatio, ſed etiam quòd obſignetur &
deponatur pecunia quæ offertur, vt not. in locis præ-
dictis clarè, ita quòd ſi fiat oblatio & depoſitio, & nō
fiat obſignatio, non ſequetur effectus prædictus ſuc-
cedenti in ius primi creditoris: quia per oblationem
& depoſitionem ſine obſignatione transfertur domi-
nium & poſſeſſio in depoſitarium, & non eſt proprie
depoſitum, cùm depoſitarius poſſit conuertere pecu
niam iſto caſu in ſuos vſus, vt eſt text. in lege Lucius
Titius Sempronio. ff. depoſi. & ibi not. Paul. de Caſtr.
iuncta l. die ſponſaliorum. §. fin. eod. titu. Sed quando
depoſitum fit cum obſignatiooe, tūc non trāſit neque
poſſeſſio, neque dominium in depoſitarium, & non
poteſt depoſitarius contractare inuito deponente, &
ſi ſecus fecerit, non ſolùm tenetur depoſiti, ſed etiam
furti, vt eſt text. in l. ſi ſacculum. ff. depo. & ibi notat.
Paul. de Caſtr. ad idem text. inſti. de obli. quæ ex quaſi.
deli. naſ. §. futurum autem ſit. ¶Iſto ergo ſecundo ca-
ſu, in quo fuit facta obſignatio & depoſitio, æquū eſt,
quòd illa habeat vim ſolutionis, cùm depoſitum non
poſſit cōtractari neque cōuerti in aliquem vſum per
depoſitarium, ſed apud eum ſtare debet ad requiſitio-
nem creditoris. In primo autem caſu ceſſat ratio, cùm
dominium & poſſeſſio transferatur in depoſitarium,
& licentia vtendi depoſito ei cenſeatur data, & pro-
pter iſtam diuerſitatem rationis iura voluerunt, quòd
ad effectum totalis liberationis à debito, & ſucceſſio
nis in ius primi creditoris, vltra obligationem & de-
poſitionem requiratur etiam obſignatio, iuxta l. fina.
ff. de leg. commiſſ. & ita loquitur tex. in dict. l. obſigna-
tione, & in d. l. acceptam. & in d. l. j. C. qui pot. in pign.
& in aliis locis ſuprà allegatis: quæ iura nō requiſiuiſ-
ſent talem obſignationē, ſi ſatis fuiſſet offerre & depo
nere: ſed quia prædicta iura conſiderauerunt, ꝙ ſola
oblatio & depoſitio abſque obſignatione vel cōſigna-
tione, non habent effectum ſolutionis & liberationis,
vt ſupra dictum eſt, ideo requiſiuerunt etiam vt fieret
obſignatio: qua mediante, depoſitum, eſt verum depo-
ſitum. dict. l. Lucius. & d. l. ſi ſacculum. & ex eo reſultat
effectus ſolutionis & liberationis plenæ. d. l. obſigna-
tione, & per conſequens, ſublato iure primi credito-
ris, confirmatur ius ſecundi, iuxta dictam l. j. & etiam
ſecundus ſuccedit in ius primi, vt habetur per Bartol.
poſt glo. in dicta l. Ariſto. Quæ nota, quia cauſidici mo
derni frequēter faciunt oblationes & depoſitiones ſi-
ne conſignatione vel obſignatione, & putant ex hoc
cōfirmaſſe pignus ſecūdi creditoris, & obtinuiſſe ſuc-
ceſſionem in ius primi, quod tamen non eſt verū, niſi
etiam fiat obſignatio, vt dictum eſt.
9 ¶†Et quia (vt ſupra dictum eſt) oblatio ſecundum di-
uerſitatem caſuum, quando creditor non vult recipe-
re, operatur diuerſos effectus, vt eſt text. in d. l. j. C. qui
po. in pign. hab. ibi, obtuliſſet is quæ accipere noluiſ-
ſet: & in l. potio. §. fi. ff. eod. tit. ibi, nolente priore credi
tore pecuniam recipere. Nam ſi creditor vellet reci-
pere, reſolueretur oblatio, vt not. Bart. in l. creditor. in
fin. ff. de diſtract. pignor. poteſt probabiliter dubitari,
quando dicatur creditor nolle recipere: & quomodo
probandum ſit, quòd ille nolit recipere: & breuiter
dicendum eſt, quòd quando creditor expreſſe recuſat
recipere res, non habet difficultatem: ſed ſi nihil di-
cat, ſed taceat, ſumus in dubio. Tamen etiam iſto caſu
dicendum eſt, quòd cenſeatur ſe nolle recipere, & re-
cuſare: & ideo ſufficit quòd ipſe tacuerit ad hoc, vt di
catur recuſaſſe recipere, niſi aliud per eum probetur:
ita notat Barto. in l. prætor. §. ſi quis paratus. in fine. ff.
de noui operis nun. per text. & ibi glo. in d. l. prætor. §.
hoc autem interdictum. & ibi etiam no. Bar. in fi. quod
10 not. ¶†Inſurgit etiam alius effectus ex obligatione in
contractibus innominatis: quia licet ſola oblatio non
habeat vim implementi ad producendum actionē cō-
tra aduerſarium: quia non obſtante tali oblatione, ad-
huc eſt locus pœnitentiæ, & aduerſarius poteſt dice-
re, ſe nolle recipere, vt tenet gloſſa in l. iuriſgentium.
in princip. in verſi. facias. ff. de pact. tamen ſi vltra ob-
lationem interueniat etiā obſignatio & depoſitio an-
te pœnitentiam, tunc ceſſat pœnitentia, & talis obla-
tio, conſignatio, & depoſitio habet vim implemēti, &
producit actionem: ita Bald. poſt Iaco. But. in l. ex pla-
cito. in 18. q. C. de rerum permuta.
¶Et hoc non alia ratione, niſi quia oblatio cum conſi-
gnatione & depoſitione habet vim ſolutionis, d. l. obſi
gnatione. C. de ſolu. & ita tenet Alexan. in d. l. iuriſgē-
tium



tium in princ. in vlt. colum. & ibi etiam Iaſon.
11 ¶†Alius etiā effectus inſurgit ex oblatione: quia quā
do illa fit præſenti, importat promiſſionem, vt proba-
tur in l. pactum. circa prin. ibi dum tex. dicit, offeren-
tis ſolius promiſſum. ff. de pollici. & in l. de pollicita-
tionibus. ibi, munus quod ſponte obtulit. eodem tit.
facit l. quidam. ff. de conſtit. pecu. Non enim refert, an
dicatur, promitto, an alia æquipollentia verba profe-
rantur, ex quibus de intentione promittēdi appareat,
vt inſtit. de verbor. obligat. §. j. verſicu. ſed hæc ſolen-
nia. c. in his. &c. intelligentia. de verbo. ſignifi. & ita ꝑ
prædicta firmat Alexan. in conſ. 114. viſo proceſſu. in j.
12 colū. 6. volum. ¶†Vltimus effectus oblationis conſi-
derari poteſt, quòd ex ea inducitur tacita confeſſio
omnium contentorum in ſcriptura ipſius oblationis,
vt habetur in c. cùm olim. de cenſi. & in c. cùm venera
bilis. de excep. & firmat in terminis Soci. in conſil. 96.
conſiderata contingentia in fin. 4. volu. poſſem etiam
plures alios effectus oblationis recenſere: ſed eſſent à
materia pignorum & hypothecarum alieni. ideo eis
obmiſſis, acquieſcam ſupra ſcriptis: & ſic eſt expeditū
tertium membrum iſtius quintæ partis.

## *SVMMARIVM.*

1 *Res vna non poteſt pro alia retineri.*
2 *Res retēta pro vno debito, an ipſa liberata, poſſit pro*
*alio debito retineri.*
3 *Venditor poteſt retinere rem venditam pro precio nō*
*ſoluto.*
4 *Res peruenta ad creditorem occaſione debiti, an poſ-*
*ſit abſque illius obligatione retineri.*
5 *Fauore dotis competit mulieri retentio bonorum*
*mariti.*
6 *Redimenti pigus debitoris abſentis, competit reten-*
*tio illius pignoris pro precio debiti ſoluti.*
7 *Retentio an locum habeat in pacto nudo.*
8 *Retentio procedit pro melioramentis, vel expenſis*
*circa rem pigneratam factis.*
9 *Impendens in re aliena bona fide, quod remedium*
*habeat.*
10 *Condemnatus ad reſtitutionem rei, an poſſit excipe-*
*re de melioramentis, & eorum occaſione illam rem*
*retinere.*
11 *Melioramenta rerū pignoratarū, qualiter veniant*
*exigenda.*
12 *Bonæ fidei poſſeſſor lucratur fructus etiam ſine ti-*
*tulo.*
13 *Fructus percepti ab eo qui emit ignoranter rē dota-*
*lem à merito, non computatur cum melioramentis.*
14 *Fructus percepti ratione dominij etiam vtilis, non*
*computatur cum melioramentis: ſecus, ſi eſſent per-*
*cepti ratione poſſeſſionis tantum,*
15 *Fructus ex æquitate debiti, veniunt cum meliora-*
*mētis computandi: ſecus, ſi de rigore.*
16 *Satisfactio melioramentorum qualiter ſit debita.*
17 *Ratione melioramentorum factorum in vna re, non*
*poteſt alia retineri.*
18 *Melioramenta facta per debitorem in re, quam hy-*
*pothecauit creditori, cenſentur hypothecata ipſi cre*
*ditori, ſicut ipſa res in qua facta ſunt.*
19 *Emptor rei ſubiectæ reſtitutioni fideicommiſſariæ*
*euentum conditionis, non repetit melioramenta.*
20 *Bonæ fidei poſſeſſor lucratur fructus melioramen-*
*torum pro rata.*
21 *Melioramenta faciens in re, quā poſſidet, ſi conue-*
*niatur ſuper ea hypothecaria, poteſt offerre agenti*
*æſtimationem rei, detractis melioramentis.*
22 *Litis æſtimatio in cauſa hypothecaria qualiter of-*
*feratur.*
23 *Ius retentionis poſſeſſori ratione melioramentorū*
*cōpetens, tranſit in illius ſingularem ſucceſſorē abſ-*
*que alia ceſſione.*

## Quartum membrum quintæ partis.

SEQVITVR modo quartum mēbrum
iſtius, quintę partis, in quo tractabitur de
iure retinēdi res ex cauſa pignoris & hy-
pothecę, & de expēſis melioramentorū:
quia etiā cōcernunt effectus pignoris &
hypothecæ. & cōplectendo totam materiam, pono re
1 gulam cum vna ampliatione & decē fallenciis. †Re-
gula ergo ſit, ꝙ vna res pro alia retineri non poteſt, vt
eſt tex. & ibi per Docto. in l. fi. C. commo. & in l. ſi non
inducta. C. in quib. cauſ. pignus tacit. contraha. Am-
plia modo iſtā regulam, vt procedat non ſolum quādo
tractatur de retinenda vna re pro alia: ſed etiam quā-
do tractatur de retentione eiuſdem rei, quæ peruenit
ad aliquē cum vitio: quia etiam illa retineri non pote
rit: vnde ſi legatarius propria authoritate occupauit
rem legatam ante aditam hæreditatem, quo caſu cō-
tra eum datur interdictum, Quorum legatorum. non
poterit legatarius dictam rem retinere, ſed cogetur
illā relaxare hæredi, & poſtea ad illā agere, vt eſt text.
in l. j. §. rediguntur. & ibi per glo. & Bart. ff. quorū leg.
& ꝓbatur in c. fi. de ordi. cogna. & ita tenet Salice. in
d. l. fi. C. commo. in ſua diſtinctione. & Alex. poſt Bart.
in l. ſi non ſortem. §. ſi centum. ff. de condi. indeb.
2 ¶†Fallit autem dicta regula decem modis. & primò,
quando res quæ retinetur pro vno debito, fuerat ei-
dem obligata ꝓ alio debito, & nō pro eo pro quo re-
tinetur: quia tunc retineri poteſt, vt eſt text. in l. vni.
C. etiam ob chirog. pecu. & ibi per glo. Salic. & alios,
intelligendo tamē, vt latè dixi ſupra in hac 5. parte, in
3. membro. num. 46. vſque ad nu. 50 vbi latè explicaui
materiam d. l. vnic. & ita etiam tenet Salic. in d. l. fina.
C. commod. vbi dicit text. in d. l. vni. eſſe ad hoc mul-
tum ſingularem, & quòd ratio illius text. poteſt eſſe,
quia illa res fuit tradita creditori ob tutelam ipſius:
& licet ſpecificè tradita non fuerit pro iſto credito,
pro quo retinetur, ſed pro alia: tamen quia non fuit
viſum honeſtum legiſlatori, quòd debitor detractet
ſoluere etiam debitum antiquū, de quo non erat ple-
nè cautum, ideo permiſſa eſt retētio dictæ rei per ex-
3 ceptionem rei. vt eſt expreſſum in d. l. vni. ¶†Secun-
do fallit dicta regula, quando dicta res non eſſet verè
vel expreſsè obligata, ſed ſolùm quaſi obligata, vt res
vendita quæ ante traditionem factam emptori, eſt
quaſi obligata venditori pro precio: vndè ſi emptor
agat ad illam ex empto, vt ſibi tradatur, poterit ven-
ditor illam retinere, quaſi ſibi obligatam pro precio,
donec ſibi ſoluatur precium, vt eſt text. in l. hæredita-
tis. ff. de hæred. vel action. vendi. text. & ibi gloſſ. quæ
allegat cōcordātes in l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio.
empt. & ibi no. etiam Bart. ¶Et non obſtat, quòd hoc
modo res ſua videatur obligata ipſi venditori cōtra
l. neque pignus. ff. de reg. iur. quia reſpondet ibi Bart.
quòd dicta. l. neque pignus. procedit in re, quæ abſo-
lutè & ſimpliciter eſſet illius, qui prætendit pignus
in ea: quia tunc in ea obligatio cadere non poteſt: ſe-
cus autem eſt in re, quæ ſubiacet reſtitutioni, vel al-
teri eſt tradenda: nam tūc in ea poteſt cadere pignus
vel quaſi, l. ex ſextante. §. Latinus. ff. de excep. rei iu-
di. & vt dixi, diſpoſitio d. §. offerri. procedit ante fa-
ctam traditionem de re vendita vel emptori, vt ha-
betur per Alexand. in l. ſi cùm dotem. §. fin. in fin. ff. ſo-
lut. matri. & not. Salice. in d. l. fin. C. commo. in ſua di-

4 ſtinctinne. ¶†Tertio fallit dicta regula, etiam ſi res
non eſſet obligata, nec quaſi illi qui vult retinere: ſed
ꝑueniſſet ad eum occaſione & cauſa illius debiti cu-
ius prætextu eam vult retinere. Nam tunc permitti-
tur retentio.tex.eſt & ibi Bart.& alij in d.l.ſi non ſor-
tem.§.ſi centum.ff.de condi.indebi. & in l. eleganter.
§.qui reprobos.ff.de pign.action.& l.ſi cùm aurum.ff.
de ſolu.& ita etiam firmat Salice.in d.l.fin.¶Intellige
tamen & declara prædicta cum grano ſalis, vt ſcilicet
ꝓcedat quando dicta res, de cuius retentione agitur,
data fuit illi, qui vult retinere illam in ſolutum, vel in
pignus, licet nulliter pro illo debito tunc enim habet
locum retentio: & ita loquuntur iura proximè allega-
ta ſecus, ſi dicta res non per modum dationis in ſolu-
tum vel hypothecæ, ſed aliter, occaſione etiam dicti
debiti ad creditorem perueniſſet, quia tūc retineri nō
poſſet pro illo debito: ita ſolenniter declarat Paul. de
Caſtr. poſt Bart. in l.petenti.ff.de pignor.action.in fin.
quod perpetuo nota, & adde quæ in hoc dixi ſuprà in
3.parte, in 2.membro, quæſt.10.nu.43.
5 ¶†Quartò fallit dicta regula fauore dotis: quia ſ.ſi ma
ritus, vel eius hæredes agant contra mulierem ad ali-
quod debitum anterius dote ſuper aliqua re hypothe
cata marito & hæredibus ꝓ dicto debito: mulier po-
terit retinere dictā rē, donec ei de dote plene ſatisfiat:
& hoc ſiue dos conſiſtat in pecunia: ſiue in corpori-
bus. ita tenet Bartol. poſt Iacob. de Aretio. in l.ſi filio-
fam. in princip.ff.ſolut.matrim.& ita not. & ſequitur
Bald.Nou.in tractatu dotis in 8.parte, in j.priu.in fi.in
verſi.3.limit.& idem ibi dicit in compenſatione: quia
ſi agatur contra mulierem ad res eidem donatas à ma
rito, quæ eſſent in pecunia, vel ſi eſſent in ſpecie, eſ-
ſent conſumptæ, & ſic deberetur æſtimatio. Nam con
tra maritum vel hæredes repetentes ab vxore pecu-
niam donatam vel æſtimationem rerum donatarum
conſumptarum, poſſet mulier excipere & opponere
compenſationem de dote ſua ſibi debita ab hæredi-
bus mariti: & idem, ſi ageretur rerum amotarum ad
æſtimationem rerum contra vxorem: ita firmat Bald.
Nou. in d.j.priuileg. in 3 limitat. ꝑ text. & ibi not. per
Bart. in dict.l.ſi filiofamil. in princip. Nam iſta omnia
ſunt ſpecialia in dote, vt habetur in dictis locis.
¶Quintò fallit regula prædicta, quando res aliena eſ-
ſet obligata creditori ſciēter, quo caſu dominio poſt-
ea quæſito per obligantem, nō reconualeſcit obliga-
tio. nam iſto caſu datur creditori retentio dictæ rei o-
bligatæ pro ſuo credito, vt eſt text. & ibi glo. & Barto.
in l.j.§.j.ff.de pignor. Secus autem ſi obligatio fuiſſet
nulla ex alia cauſa: quia tunc non daretur retentio, vt
l.cùm vitioſè.ff.de pigno.& not.Barto.& Salic. in d.l.
6 j.§.j.¶†Sextò fallit regula, quando quis vt negoc.geſt.
liberauit ex ſua pecunia pignus debitoris abſentis.
Nam licet iſte non habeat hypothecariam contra de-
bitorem, niſi ſoluendo impetrauerit ceſsionem à cre-
ditore cui ſoluit, vel ab ea emerit nomen dicti debi-
toris: tamen ſi poſsideat pignus ſua pecunia liberatū,
habebit retentionem contra debitorem agentem, do-
nec ſibi reddatur pecunia pro eo ſoluta.text.eſt & ibi
glo.& Bart.in l.j.in princ.ff.quib. mod.pig. vel hypo.
ſolu.¶Septimò fallit regula, ſi procurator meus (ſine
tamen idoneo mandato) accepit à Sempronio pecu-
niam mutuo, & ei pignus tradidit. Nā ſi pecunia ver-
ſa fuit in vtilitatem meam, dabitur retentio Sempro-
nio illius pignoris, donec ei pecunia reddatur.tex.eſt
& ibi gloſſ.& alij in lege j.C ſi alien.res pignor.da.ſit.
7 ¶†Octauo fallit regula in pacto nudo, quia licet ex eo
de iure ciuili non detur actio, tamen datur retentio,
l.legem.C.de pact.& l.prima §.id quoque.ff. ad leg.
Falc.& not.gloſſ.Bart.& Salicet.in dict.lege j.§.j.ff.de
pigno. Nonò regula fallit, ſi creditor habens plura pi-
gnora, vnum vendat, & venditori promittat de eui-
ctione: quia poteſt retinere alia pignora, donec debi-
tor caueat eum indemnem conſeruare à dicta ꝓmiſ-
ſione euictionis.text.eſt not.iunct.glo.in verſic. reti-
nere.in l.ſi neceſſarias.§.j.ff.de pign.action.& ibi not.
8 Barto.Salicet.& Paul.de Caſt.¶†Decimo fallit regu-
la ex cauſa quæ ei cohæret, puta pro expenſis & melio
ramentis, in re factis, vel ob aliud debitum contractū
pro vtilitate dictæ rei: quia illi qui fecit dictas expen-
ſas, datur retentio rei, etiam quòd illa ei non ſit obli-
gata, vel quòd ex aliqua alia cauſa non detur illius re
tentio, vt l.in rebus.§.poſſunt, ff. commoda.& l. Pau-
lus.ff.de doli excep.& l.ſi in area.ff. de condict. inde-
bit.& l.qua ratione.§.literæ.ff.de acquirend.rer.do.&
ita tenet Barto.in d.l.ſi non ſortem.§.ſi centum.& Sa-
licet.in dict.l.fin.C.quomodo.& Bartolus & Salicetus
in dicta l.ſi non inducta.C.in quibus cauſ.pign. tacit.
contraha. & inducunt hoc ad quæſtionē de ſcriptore
qui meliorauit quinternum, quòd poſsit illum retine-
re pro expenſis dictorum melioramentorum, ſed non
quinternum exemplaris, vt per Barto.in dicto §.ſi cen
tum. ¶Reſtringitur tamen iſta decima fallen. vt non
procedat in dote, ſeu re dotali: quia illa non poteſt re-
tineri pro impenſis in ea factis, vt l. vni.§. ſed nec re-
tentio. verſ.ſed nec ob impenſas.C. de rei vxor.actio.
Intelligendo tamen iuxta latè not. per Alexā.in conſi.
162.viſis narratis.7.volumi. ¶Et quia in hac fallentia
fit mentio de expenſis & melioramentis, quæ mate-
ria eſt valde practicabilis, & malè explicata & decla-
rata per doctores, ideo hinc ſumpta occaſione, ponā
in ea duodecim notabiles concluſiones, ex quibus
(meo iudicio) quaſi omnia neceſſaria compræhendā-
9 tur.¶†Prima igitur erit concluſio, quòd impendens
in re aliena bona fide, quia ignorabat rem eſſe alienā,
ſed credebat eſſe ſuam, nullum habet remedium ad re
petendum expenſas, niſi ſolam retentionem rei in qua
impendit: & ideo ſi eſt in poſſeſsione, caueat ne eam
reſtituat, niſi prius ſibi ſolutis impenſis: quia ſi reſti-
tueret, nullum remedium haberet ad repetendum di-
ctas expenſas. text eſt in l.ſi in area, in fin. ibi, nullo a-
lio modo quàm per retentionem.ff.de condition. in-
debit.& ita ibi declarant Paul. de Caſtro & Iaſ. poſt
alios.& Barto.in l.qui exceptionem.§.pen. eodem tit.
& ibi etiam Iaſon pulchrè, iunctis etiam notatis per
Corneum in conſi.222.2.volumine in princ.& in conſ.
243.eodem volumine.in litera d. vbi firmat, quòd im-
penſæ voluntariè factæ à malæ fidei poſſeſſore, in re a-
liena repeti nequeunt, etiam quod per illas dominus
rei effectus ſit locupletior, cum iactura ipſius expen-
dentis. Nec etiam per viam retentionis ei conſulitur
per text in l.adeo.§.ex diuerſo.verſicu.& ſcit.ff.de ac-
quirend.rer.dom.& inſtitu.eodem titulo ex diuerſo.
diſtinguendo tamen, vt ibi per glo. Sed impendens in
rem quam credebat ſuam, licet non repetat per ali-
quam actionem. quia nullum negotium geſsit cum
domino rei, & non habuit animum obligandi eum. d.
l.ſi in area. tamen ſi impendens poſsideat rem, in qua
dictas expenſas fecit, poterit illam retinere, donec ei
reficiantur expenſæ per iura ſuprà alleg. & latius ha-
betur per Corn.in conſi.86.4.volumi.¶In alijs autem
caſibus quo remedio conſulatur illi, qui facit melio-
ramenta in re, habetur per Salic.in l.domum. colum.
pen.& fina.C.de rei vendi.vbi ponit longam & perfe
ctiſsimam diſtinctionem, & quādo decurrit in facto,
ſemper ad eum recurras, iunctis not.per Ang.de Are.
10 Inſti.de re diui.§.certè illud.¶†Secunda cōcluſio ſit,
quòd etiam ſi poſſeſſor qui fecit melioramenta, eſſet
condemnatus ad reſtitutionem rei, nulla facta men-
tione expenſarum & melioramentorum, tamen in
ipſa executione ſententiæ poterit excipere de dictis
melioramentis, & illa probare & rem retinere, donec
ei ſoluantur, vt habetur per Pau. de Caſtro.in conſil.
17.in cauſa quæ vertitur.in fin.& in conſilio 326. Viſo
puncto.& per Bart.& Alexand. in l.in fundo.in fin. ff.
de



de rei vendi.& per Iaſo.in d.l.ſi in area.cum aliis quos
ipſe alleg. ¶Et ratio iſtius concluſionis eſt, quia ex-
ceptio melioramentorum non impugnat ipſam ſen-
tentiam, ſed potius reſpicit executionem ſententiæ,
ideò hîc non militat diſpoſitio l.peremptorias.C.ſen.
reſcind.non poſ.vt ibi declarat Bald.in j.colum.& in
princi.ſecundæ, ꝓut etiam in ſimili videmus in exce-
ptione compēſationis, quæ poteſt opponi executioni
ſententiæ.vt l.etiam.C.de compenſa.& in exceptione
illa, ne quis in plus exigatur, quam facere poſsit, vt l.
ex diuerſo.§.ſi.ff.ſolut.matri.& l.Neſennius.ff.de re iu
dica.& in exceptione inuentarij & in exceptione col
lationis faciendæ, vt per Bald.in d.l. peremptorias. in
j.col.vbi etiam ſubdit, quòd ſi quis eſt condemnatus
in actione reali ad reſtitutionem rei, & in executione
opponat de hypotheca, quòd vigore hypothecæ po-
terit rem retinere: ita dicit ibi Bal.in 3.colum. per alle
gata ꝑ eū, & ita per prędicta tenet Corn.in conſi.147.
quia cauſa.in vlti.colum.2.volumi.
¶Tertia concluſio eſt, quòd ſi lata eſſet ſententia, in
qua poſſeſſor eſſet condemnatus ad reſtitutionem rei
ſub iſta conditione, videlicet, Solutis prius expenſis
melioramentorum, quòd ante liquidationem melio-
ramentorum non eſt procedendum ad executionem
dictæ ſententiæ, ſed executio ſuſpendi debet, donec
melioramenta liquidentur, & hoc etiā ſi actor vellet
pręſtare ſatiſdationem de illis reficiendis, poſtea quā
erunt liquidata. ita pulchrè determinat Pau.de Caſtr.
in conſi.326.viſo puncto.in 2.colū. in ſecundo dubio:
vbi reſpondet ad contraria, & allegat ad hoc text.in l.
ſtatuliber rationem.§.fin.ff.de ſtatuliber.dicendo eſ-
ſe differentiam, an conditio ſonet in facto, puta in red
dendo rationem, & tunc ſucurri poſsit per ſatiſdatio-
nem, & procedat dict.l.ſtatuliber. in princip. aut ſo-
net in dando, & procedat dict.§.fina.& fundat ſe etiā:
quia verba ſunt clara, & quod iſta exceptio, ꝙ prius
debeant ſolui melioramenta, prouenit ex tenore ſen-
tentiæ, iuxta nota.in l.4.§.condemnatum. ff. de re iu-
dicat. Vnde ſi in ſententia nō eſſent illa verba, Solutis
prius melioramētis, ſed eſſet ſolùm data retentio pro
melioramentis, fortè eſſet dicendum contrarium per
not.per Alexand.poſt alios.in l.4.§.ait pretor.ff. de re
iudica.& ꝑ Alexan.& Iaſ.in l.j.in prima colum.ff. qui
ſatiſd.cogant.videlicet, quòd ꝑſtita ſatiſdatione, poſ-
ſet fieri executio, ſed ex quo ex verbis ſententiæ de-
bet præcedere ſolutio, non poteſt impleri onus ſolu-
tionis annexum per dationē fideiuſſoris.dict.l. ſtatu-
liber rationem.§.fin.& bonus text.in l.ꝓmiſſor.§.cō-
ſtituto.ff.de cōſtitu.pecun.quem etiam allegat Paul.
in d.conſi. Et quia verba ſententiæ ſunt conditiona-
liter ꝓlata ꝑ ablatiuum abſolutum, iuxta l.ab emptio
ne.ff.de pact.cum vulgaribus. conditio debet imple-
ri in forma ſpecifica, ita quòd non ſufficit implere per
æquipollens.l.qui hæredi.in princ.& l.Mæuius. ff. de
condi.& demon.quæ not.ad intelligentiam notato-
rum.per Alex.poſt alios in d.l.4.§.ait prætor. & adde
quæ dixi ſuprà in membro præcedenti, videlicet in
membro 3.huius 5.partis, nume.6.
11 ¶†Quarta concluſio ſit, quòd ad hoc vt expenſæ me-
lioramentorū debeantur, non ſufficit tantum eſſe im-
penſum, niſi etiam res ſit tantum meliorata: vnde licet
impenſa fuerint centū in re, ſi tamen res non ſit melio
rata, niſi in quinquaginta, nō poterūt repeti, niſi quin-
quaginta. Item ſi ſint impenſa quinquaginta, & res ſit
meliorata in centum, non poterit repeti niſi quin-
quaginta. ¶Iſta ergo duo copulatiue requiruntur, vi
delicet, quòd ſit impenſum, & quòd res ſit meliorata,
vt dictum eſt. & ita de hoc eſt text. & ibi not. gloſſ. cū
qua alij tranſeunt in l.in fundo.ff.de rei vendi. Idem
not.Abb.in cap.j.de reſti.in integ.num.4.& in c.quòd
quibuſdam num.9.de fideiuſſ.& in cap.ad noſtram.3.
not.de reb.eccle.non alien. & refert & ſequitur Feli.
in cap. cum cauſa.penul.colum.verſicu.ſumptus.de re
iudi. ¶Vnde ſis cautus in capitulando & probando
dictas expenſas, vt concludas tam circa quantitatem
expenſæ, quàm circa meliorationem rei, deducendo
quòd in tantum eſt præcioſior propter expēſas, quàm
eſſet ante, alias non obtineres. ¶Et adde huic conclu-
ſioni, quòd, expenſæ factæ in deboſcando, vel arando
terras non ſunt reficiendæ: expenſæ autem factæ in
plantandis vitibus vel arboribus, ſi arbores ſint fru-
ctiferæ, vt vites & oliuæ, ſunt reficiendæ, vt latè exā-
minat Paul.de Caſtr.in dicto conſi.327. viſo puncto.
12 in tertio dubio, vbi vide omnino.¶†Quinta conclu-
ſio ſit, quòd bonæ fidei poſſeſſor lucratur fructus, e-
tiam ſi titulus ſit nullus. regulariter enim nō curatur
de titulo, quo ad acquiſitionem fructuum, dummo-
do adſit bona fides, vt declarat Bartol.in l. ſed ſi lege.
§.ſi ſine.ff.de petitione hæreditatis. ¶In bona autem
fide dicitur quis eſſe, quando putauit emptor rem ſi-
bi venditam, eſſe alienantis. & ſic ignorauit domini-
um rei ad alium pertinere, prout in dubio præſumi-
tur.l.bonæ fidei.ff.de verborum ſignification. & ibi
not.gloſſ.& facit d.l.ſed ſi lege, §.ſcire.& l.manifeſtiſ-
ſimi.verſicu.Domini cogitatione.Cod.de furtis. Sed
licet poſſeſſor bonę fidei (vt dictum eſt) faciat fructus
ſuos, tamen tenebitur eos computare cū expenſis me
lioramentorum, vt in c.ad noſtram.de reb.eccleſi.nō
alien.& in lege ſumptus.ff. de re vendi. & in lege in-
ſulā.§.fructus.ff.ſoluto.matrimonio. ¶Et iſtud pro-
cedit, quando bonæ fidei poſſeſſor percepiſſet fru-
ctus ex re aliena, quam tamen ipſe bona fide poſside-
bat, ſed ſi quis percepiſſet fructus ex re ſua, quæ ta-
men in emptore alteri veniebat reſtituenda, tunc ta-
les fructus non computabuntur cum melioramen-
tis, ſed ei integra melioramenta erunt reſtituenda. ita
firmant Bald.& Ang.in d.l.inſulam.§.fructus. & alle.
glo.quam ibi reputant ſingularem.in l. emptor. circa
princ.in glo.magn.ad fi.ff.de rei vend.& illam gloſſ.
pro ſingul.alleg.etiam Bald.& Imol.in l.domos. ff. de
legat.j.& ita etiam refert & ſequitur Alexā.in dicta.l.
in fundo.in Apoſtill.ad Barto.& in d.§.fructus. in fin.
13 ¶†Et per p̄dicta conſuluit Alexand.in conſi.154.conſi
deratis.in 6.volum. quod qui ignoranter emit à mari-
to rem dotalem, & in ea fecit melioramenta, quòd
ſi poſtea per vxorem vel eius hæredes cogatur reſti-
tuere rem, quòd fructus per eum percepti non com-
putabuntur cum ſumptibus melioramentorum. &
ratio eſt, ſecundùm eum, quia ſi dicta res nō fuiſſet a-
lienata per maritū, fructus illius fuiſſet mariti duran-
te matrimonio.l.pro oneribus.C. de iure dot. & ideo
æquitas dict.l.ſumptus.non dictat, quòd iſto caſu fru-
ctus debeant cedere lucro vxoris vel eius hæredum.
¶Et ex hoc infert Alexan.ꝙ d.l.in fundo.& d.l.ſum-
ptus. quæ volunt, quòd fructus ꝑcepti per bonæ fidei
poſſeſſorem, debeant computari cum expenſis me-
lioramentorum, procedunt ita demùm, ſi fructus
tempore quo percepti fuerunt, de iure ſpectabant ad
illum, qui nunc agit ad rem. Tunc enim ſicut ex æqui-
tate fructus propter bonam fidem conceduntur bo-
næ fidei poſſeſſori, ita & ex eadem æquitate debent in
expenſis melioramentorum imputari, vt latè per Ale-
xand.in dicto conſil.154.& per eundem in conſil. 162.
viſis narratis.7.volu.num.2. ¶Iſtam etiam concluſio-
nem ſequitur Felin.in capit.cum cauſa.penult.& vlti.
14 col.de re iudi. †Dicens etiam, quòd quando fructus
percipiuntur per bonæ fidei poſſeſſorem ſolùm reſ-
pectu poſſeſsionis, tunc habet locum diſpoſitio d.l.
in fundo.& d.l.ſumptus. quòd fructus computentur
cum expenſis melioramentorum: ſecus autem, ſi per-
cepti fuiſſent ratione dominij etiam vtilis, & ideo ſe-
cundum eum, emphyteuta reſtituens rem emphy-
teuticam melioratam, non computabit fructus per-
ceptos in melioramentis: & ſimiliter, ſi tempore quo

percepti fuerunt fructus,res erat percipientis,ſed debebat reſtitui alteri in euentum alicuius conditionis, fructus non computabuntur cũ expenſis melioramentorum.per Baldum Imol.Alexand.& latè Iaſ.in ſecun. no.in dict.l.domos.ff.de legatis primo.& par Felinum in dicto capitul.cùm cauſa.in penulti.& fin.columin.

15 ¶†Et facit ad prædicta illud,quod not.conſuluit Pau. de Caſtr.in conſil.decimoſeptimo,in cauſa quæ vertitur.penultima & vlti.colũ.vbi dicit, quòd diſpoſitio d.l.ſumptus.quòd ſcilicet fructus computentur cum ſumptibus,militat ſolum quando fructus debentur ex æquitate,prout loquitur dicta l.ſumptus,ſecus, ſi fructus debeantur de rigore iuris.& ideo decidit ibi,ꝙ ſi pater alienauit rem filij,in qua ratione patriæ poteſtatis habeat fructus,vt l.prim.C.de bon.ma.quòd ſi talis emptor meliorauit rem,& ex ea percepit fructus, & demum res repetatur à filio poſt mortem patris,nõ tenebitur emptor computare fructus cum ſumptibus melioramentorum, intelligendo tamen de fructibus perceptis,viuente patre,quia illos omninò pater lucraturus fuiſſet,& ideo etiam emptor qui in eius locum ſucceſsit,lucrari debet:& de hoc de rigore,non de æquitate:ſecus autem eſſet de fructibus perceptis poſt mortem patris.& cum iſta deciſione tranſit & eam approbat Corne.in conſilio 86.quart.volum.in litera i.

16 ¶†Sexta concluſio ſit,quòd ſatisfactio iſtorum melioramentorum non debetur ſecundum valorem & meliorationem,quæ facta fuit tempore factæ expenſæ & factorum melioramentorum,ſed ſecundum valorem & æſtimationem,quæ reperitur in re,tempore quo illa venit reſtituenda.& ideo ſi tempore expenſæ factæ, res fuiſſet meliorata in centum,ſed poſtea dicta res ex curſu temporis fuit attrita,vel aliter deteriorata,adeò quòd tempore reſtitutionis non reperitur meliorata, niſi in quinquaginta,debebit fieri ſatisfactio de expẽſis meliorationis in quinquaginta tantùm.textus eſt, & ibi Iacobus de Are.Bartolus Baldus Angelus Paul. de Caſtro Alexand.Iaſo.in tertio no.in dict. l.domos. in princip.ff.de legatis prim.quod tene menti:quia frequenter contingere poteſt.

17 ¶†Septima concluſio ſit,quòd ratione melioramentorum factorum in vna re,non poteſt alia retineri.Ita notat Paul.de Caſt.in d.conſil.322.viſo puncto.in princi. mouetur per text.in l.ſi non ſortem.§.fin.centum.ff.de condit.indebit.ad idem text.iuncta gloſſ.in verb.adducat.in l.planè.ff.de petitio.hæred.& ita tenet Iaſo.
18 poſt Alber.in l.ſi in area.ff.de condi.indeb. ¶†Octaua concluſio eſt,quòd melioramenta facta per debitorem in re,quam hypothecauit creditori,cenſentur hypothecata ipſi creditori,ſicut ipſa res in qua facta ſũt. text.eſt in l.ſi fundus.§.ſecundo.ff.de pign. Intellige (vt dixi)quando dicta melioramẽta facta fuiſſent per debitorem. ita loquitur dicto §.ſecundo.Secus autem ſi ea feciſſet tertius poſſeſſor.ad quẽ res peruenit poſt hypothecam in ea conſtitutam creditori:quia tunc talia melioramenta facta per dictum tertium poſſeſſorem,non erunt obligata cum re:vt l.fina.C.de prædi. & omni re.naui.lib.11.& ibi Bart.& ſequitur Paulus de Caſt.in dicta l.ſi conuenerit.§.ſi fundus.ff.de pignor. action.refert & ſequitur Iaſ.in l.ſi creditor.l.prima in fin.ff.ſi certum petat.

19 ¶†Nona cõcluſio ſit,quòd melioramẽta facta ab emptore rei ſubiectæ reſtitutioni fideicommiſſariæ in euentum alicuius conditionis in dicta re,ſi emptor eã emit ſcienter,non repetuntur,ſed emptor ea perdit propter malam fidem:vt eſt text.& ibi not.omnes.in l.fin. C.commu.de leg.& hoc,niſi melioramenta fuiſſent adeo neceſſaria,ꝙ illis non factis res periiſſet,tunc non obſtante mala fide,talia melioramenta refici debent. text.eſt ibi not.in l.domum.circa finem.C.de rei vend. & not.Iaſ.in d.§.fin.in ſecũdo not.¶Si autem emptor ignoranter emiſſet dictã rem,& ſic fuiſſet in bona fide tunc indiſtinctè recuperaret dicta melioramenta per modum excipiendi.iuxta text.in dict. §.fin.ita no.Paulus de Caſt.in conſil.10.clarum eſt.columin.fina.& habetur per eundem Paul.in dict.conſi.17.ſuprà alleg.

20 ¶†Decima concluſio eſt,quòd ſi ille qui fecit melioramenta in re,ſit bonę fidei poſſeſſor,indiſtinctè lucrabitur fructus reſpicientes ratam dictorum melioramẽtorum:puta,quia prędium quod prius ſine melioramẽtis fructuaſſet decẽ,ex cauſa melioramẽtorũ fructuat 15.lucrabitur enim ille,qui bona fide fecit melioramẽta quinque.ita tenet Paulus de Caſt.in conſilio 386.viſis & ponderatis.in prima columin.allegat tex.in l.cæterum.in fin.ff.de rei vendi.qui ſatis bene probat à cõtrario ſenſu:quia ille text.iuncta gloſſ.ibi loquitur in poſſeſſore malæ fidei,qui tenetur ad fructus perceptos & percipiendos,vt ibi vult gloſſ.¶Et licet talis poſſeſſor faciat impenſam in re,non tamen deſinit eſſe malę fidei poſſeſſor:& propter malam fidem,non ſolum tenetur de fructibus perceptis & melioramentis,ſed etiam priuatur impenſis voluntariis factis in dictis melioramentis præterquam in duobus caſibus: Primo, quando dominus habebat venalem rem melioratam: & propter impenſam male fidei poſſeſſoris,illa res pluris vendita fuit, vt eſt textus in lege niſi.ff.de rei vendi.reputantur enim tales expenſæ quaſi vtiles & neceſſariæ,non voluntariæ tantum. vt eſt text.in l. quòd ſi.ff. de impenſ. in re do.fac. Secundo, quando ante impenſam factam poſſeſſor malæ fidei denunciauit domino,vt rem repeteret, ſi putaret illam eſſe ſuam: & tamen ille non repetiit,& poſſeſſor fecit impẽſam, vt eſt text.in l.aut ſi ante.eodem titulo,iſtis enim duobus caſibus poſſeſſor malæ fidei repetet expenſas, intelligendo tamen iſtos duos caſus de expenſis voluntariis tantum. Nam in vtilibus & neceſſariis etiam in malæ fidei poſſeſſore,diſtinguendum eſt,vt latè per Bart. in lege in fundo.ff.de rei vendi.& per Angel. de Aret.inſti.de rerum diui.§.certè illud. vbi tota materia ponitur,quæ eſt diuerſa à tractatu noſtro: ſed in poſſeſſore bonæ fidei,qui nullo modo amittit ſua melioramenta,vt l.ſi neceſſarias.in princip. ff. de pigno. action.ſtante mora domini ſeu actoris, dicendum eſt ipſum debere lucrari fructus dictorum melioramentorum per ꝑdicta:& per text.not.in l.ſi.§.fin.ff.de fun. dota.vbi gloſſ.ponit tres intellectus,& ibi Bald. dicit omnes tres eſſe bonos: & ſecundum primum intellectum probatur in terminis, quòd ſi maritus in fundo dotali plantauit vineam,& ſic illam meliorauit: ſi ſoluto matrimonio, vxor ſit in mora reſtituendi marito expenſas melioramentorum, maritus pro portione melioramentorum lucrabitur fructus, & alios reſpicientes primæuam qualitatem fundi reſtituet vxori,& iſtam cõcluſionem ſemper vidi ſeruari in ciui
21 tate Florentiæ,& puto eſſe veram.¶†Vndecima concluſio eſt,quòd ſi ille qui fecit melioramẽta, poſsidet rem in qua fecit dicta melioramenta, & conuenitur ſuper illa hypothecaria ab aliquo creditore, qui habet dictam rem hypothecatã, quod tunc dictus poſſeſſor pro liberando dictã rem à dicta hypotheca,non cogitur ſoluere debitum dicto creditori, vt cogitur alius poſſeſſor,qui non fecit melioramenta in re,iuxta l.quandiù.C.de diſtract.pigno. Sed poteſt, ſi vult, retinere rem,& ſoluere creditori agẽti primam dictæ rei æſtimationem,videlicet valorem rei detractis melioramẽtis,ita ſingulariter vult Bart.in l.j.C.de prædi. & omni re.naui.lib.11.& ibi ſequitur Alex.& Io.de Platea poſt Ang.& refert Alex.in l.ſi fundus.§.j.ff.de pig. licet autem quòd dicta apoſtilla Alexan.debeat eſſe in §.in vẽdicatione.d.l.ſi fundus.qui eſt §.3.& Paulus de Caſt.in l.ſi conuenerit.§.ſi fundus.ff.de pign.action.& intellige æſtimationẽ rei,deductis melioramentis ſecundũ tẽpus præſens,iuxta no ꝑ doct.ſuprà allegatos in d.l.domos.ff.de lega.j.Et iſta concluſio eſt clara ſe-

cun



cundum terminos præmiſſos, videlicet quando poſſeſſor fecit melioramenta in re. ¶Sed difficultas inſurgit, an idem ſit in quolibet poſſeſſore, qui non fecit melioramenta, an ſcilicet ipſe poſsit etiã offerre creditori agenti æſtimationem rei, ſicut poteſt poſſeſſor qui fecit melioramenta. In hoc Socin. in conſil. 224. eleganter. in fi. 2. vol.ſubtiliter more ſuo dicit attentari poſſe, ꝙ idem ſit in quolibet poſſeſſore, qui nulla fecit melioramenta:& dicit quod iſtud eſt nouum dictum, & mouetur per tex. in l. communi diuidundo. §. inter eos. ff. commu. diuid. vbi eſt text. ꝙ debitori cõuento permittitur offerre debitũ creditori,& ſuum pignus luere,& idem dicit text.eſſe in tertio poſsidente pignus,ꝙ ſ.ipſe poſsit offerre litis æſtimationem,& liberare pignus:& talis litis æſtimatio ſecundum Socin.ibi debet eſſe preciũ ipſius rei pignoratæ,ad quam creditor agit,vt l.j.& ibi Bartol. & Imol. ff. pro empt. Ad idem tex. ſecundum Socin. in l. ſi creditor. & in l. ſicut.in fi.ff.quibus modis pign. vel hypo. ſolu. & iſta concluſio ſecũdum eum probatur in c. ex literis ad fi. de pign.ponderãdo formam ſentẽtiæ ibi poſitã in hypothecaria, vbi tertius poſſeſſor condemnatur mulieri ad reſtitutionẽ dotis eatenus,quatenus de bonis ſui fratris noſcitur poſsidere : quam formam dicit ibi Abb.eſſe mirabilem.Sed licet Socin.ſubtiliter moueatur: tamen non puto eius deciſionem de iure ſuſtineri poſſe. Nam primò non eſt verum ſimpliciter & abſolutè, ꝙ tertius poſſeſſor offerre poſsit litis æſtimationem:ſed diſtinguendũ puto,an debitor poſsideat, vel non, vt habetur in l.ſi fundus.§. in vendicatione.ff.de
22 pig. ¶†Secũdo etiã quãdo eſſemus in caſu,in quo litis æſtimatio poſſet ſolui per poſſeſſorẽ: tamen talis æſtimatio litis non eſt ſemper vniformis, quando agitur hypothecaria: quia ſi agitur cõtra debitorẽ litis,æſtimatio nõ eſt pluris, quàm ſit ipſum debitũ, vt eſt text. in l. ſi inter.§.fin. ff. de pign. quinimmò etiam ſi debitor conuentus hypothecaria, ex eo quia pignus non reſtituebat,creditori cõdemnatus fuerit pluris quàm ſit debitum & intereſſe, tamẽ de æquitate liberabitur debitor ſoluendo ſolum illud quod debet, vt eſt text. & ibi per Bartol. in d.l. ſi fundus.§.ſi pluris.ff.de pign. ¶Si autem agatur hypothecaria contra tertium poſſeſſorem, tunc ſi dolo deſiit poſsidere pignus, condemnabitur quãti actor in litem iurauerit:& ſic etiam vltra creditum: text.eſt in d.l.ſi fundus. in §. in vendicatione. ſed ſi poſſeſſor non habet facultatem rei reſtituendæ ex culpa,tunc litis æſtimatio fit contra poſſeſſorem etiam pluris quàm ſit debitum,ſi res plus valeat, vt eſt text.in d.l.ſi inter.§.fina.ff.de pign. Et ſic in plus fit æſtimatio litis contra poſſeſſorem, quàm contra debitorem in hypothecaria: & iſta æſtimatio litis in hypothecaria, fit habito reſpectu principaliter ad debitum, quod petitur: in rei autem vendicatione fit æſtimatio litis, habita conſideratione rei petitæ,& eſt perinde ac ſi poſſeſſor emeret rem,& ſolueret precium agenti rei vendicatione: vt l. j.& l. litis æſtimatio. ff. pro empto. & l. eius qui. cum l. ſequen. ff. de rei vendication. & ideo dicitur in dictis locis, quòd quando agitur rei vendicatione,litis æſtimatio eſt ſimilis emptioni : ſecus autem eſt in actione perſonali & hypothecaria ei deſeruienti:quia in ea non ſoluitur preciũ rei, ſed ſoluitur pro æſtimatione litis, id quod venit in actione perſonali, vt declarat Bartol. in d.l.j.ff.pro empto.in veritate in eo, quòd dicit. & ideo in actione perſonali & hypothecaria,litis æſtimatio nõ eſt ſimilis emptioni: & in ea non habet locum dicta l. litis æſtimatio, vt declarat Bald. in l.ſi creditor qui rem. ff.de pigno.action. in lectura antiqua,dicens,quòd d. lex limitat omnes leges quæ loquũtur de litis æſtimatione: quia quando agens non intendit auocare dominium, ſed nudam poſſeſsionem, prout eſt de natura hypothecariæ, tunc litis æſtimatio non inducit emptionem : & ita ſequitur ibi Paul. de Caſtr. refert Alex. in d.l.litis æſtimatio. pro ſingulari dicens idem tenere dom.Anto.in c.conſtitutus.de in integ.reſti.

¶Et ſic nõ eſt verum, ꝙ quando agitur hypothecaria, litis æſtimatio ſit preciũ rei petitæ, vt dicit Socin. ſed eſt tunc ipſum debitum ad quod agitur,& quod comprehenditur in actione perſonali,cui ipſa hypothecaria deſeruit:& ideo de ea iudicatur,prout de perſonali:vt declarat Bar.in l.ſolutum.§.per liberã.ff.de pign. action. vbi pulchrè. Non obſtat text. in d.l.communi diuidundo.§. inter eos quia fateor quod in caſibus de quibus in d.§.in vendicatione.poſſeſſor poteſt offerre creditori litis æſtimationem: & hoc dicit §. inter eos. ſed nego ꝙ litis æſtimatio quãdo agitur actione perſonali,vel hypothecaria ei deſeruiẽti,quo caſu idem iudicatur de hypothecaria, quod de perſonali, vt per Bart.in d.l.ſolutum.§.per liberam.ſit preciũ rei: immò iſto caſu eſt ipſum debitum, & plus etiam quando res valet plus, & agitur contra tertium poſſeſſorem, vt d. l.ſi inter §.fin. Nec d.l.ſi creditor.quæ eſt l.ij.& l. ſicut §.fin.ff.quibus modis pign.vel hypothec.ſol.quæ allegantur per Socin. probant contrarium : immò in illis dicitur,quod ſi creditor conſequutus fuit à poſſeſſore æſtimationem litis, ꝙ ſi debitor vẽdicet rem à poſſeſſore, non audietur, niſi ei debitum offerat : & ſic probatur ibi,quòd litis æſtimatio ſoluta per poſſeſſorem, fuit debitum,non precium rei.Non obſtat etiã tex.in d. c. ex literis : quia illa ſententia Papæ, quæ ibi condemnauit poſſeſſorẽ in hypothecaria ad ſolutionem debiti, quatenus de bonis debitoris poſsidet, ſimpliciter intellecta, de iure ſuſtineri non poteſt: ſed debet intelligi,habita relatione ad libellum creditoris,quia ſcilicet creditor ita petierat,vt etiam dictum text.intelligit Bart.in d.l.ſi fundus.§.in vendicatione.& Abbas in dict.capitu.ex literis.in vltimo not.Eſt enim in facultate creditoris,petere,ſi vult,poſſeſſorem ita condemnari.vt declarat Barto.& Abb.in dictis locis.Cũ autem ita fuerit petitum,ideo Papa in d.cap.ex literis. ſuam ſententiam adaptauit ad libellum,iuxta l.vt fundus.ff.communi diuid.& capit.licet de ſimoni.& ideo caſus ſpecialis dict.capit.ex literis.non eſt trahendus ad alios caſus,quando agitur hypothecaria,& petitur in forma ferri ſententia:quia tunc non poteſt poſſeſſor offerre ſolum precium rei pro æſtimatione litis:ſed debet offerre totum debitum,& etiam plus,ſi plus valeat res:d.l.ſi inter.§.fina.& hoc quando offert litis æſtimationem:ſed ſi offerret ſimpliciter debitum,vt poſſeſſor iuxta terminos l.mulier,ff.qui pot.in pig.habe. tunc admitteretur.¶Concluditur ergo,ꝙ licet tertius poſſeſſor,qui fecit melioramenta in re, poſsit offerre æſtimationem rei,detractis melioramentis:tamen hoc non eſt trahendum vllo modo ad alium ſimplicem poſſeſſorem,qui non fecit melioramenta:& ratio eſt:quia qui fecit melioramenta,nititur duplici vinculo,videlicet poſſeſsionis & melioramentorum,pro quibus datur retentio rei,quæ non daretur pro ſimplici poſſeſſione,& duo vincula magis ſtringunt.authent.itaque. C.commu.de ſucceſſ. Cùm ergo ſit diuerſa ratio in poſſeſſore,qui fecit melioramenta,non debet trahi in conſequentiam ſimplicis poſſeſſoris,in quo non eſt tãta ratio, argumen.l.fina.ff.de calumn.& l.naturale.§. nihil commune.ff.de acquirend.poſſeſſ.& ita puto in-
23 dubitanter tenendum contra Socin. ¶†Duodecima concluſio ſit,quòd ius retentionis,quod competit poſſeſſori ratione melioramentorum,tranſit etiam in ſingularem ſucceſſorem illius ſine alia ceſsione,vt eſt textus in l.hoc iudicium.§.impendia.verſicul.ſed ſi is qui à me emerit.ff.commu.diuid.& not.Alexand.in l.qui exceptionem.§.ſi pars.ff.de condi.indeb.vbi etiam allegat alia.¶Vltimo,in materia retentionis ſuprà expedita per regulam & fallentiam,adde vnum pro condimento totius materiæ, quòd dictæ fallentiæ reſtrin-

guntur,vt non habeant locum quando res de cuius re
tentione agitur,perueniſſet ad creditorem cum vitio
vel delicto:quia tunc omnino ceſſat omnis retentio,
vt in capitu.fina.de ord.cogna.& l.j.§.rediguntur.ff.
quorum lega.& ita not.Alexand.in d.l.ſi non ſortem.
§.ſi centum.& etiam Salic.in dict,l.fin.C.commodat.
& tetigi etiam ſuprà in princip.huius quarti membri.
num.1. ¶Plura alia poſſent addi in hac materia reten
tionis:ſed eſſent impertinentia ad tractatum noſtrũ,
& propterea his cõtentus ſum pro complemento hu
ius quarti membris.

*SVMMARIVM.*

*Fructus percepti per crepitorem ex pignore ,compu
tantur in ſortem.*
2 *Fructus percepti ex re pignorata,extenuãt ſortem.
ſimiliter & illius rei deterioratio.*
3 *Fructus rei pignoratæ qui ſuperſunt vltra ſatisfactio
nem ſortis,debent debitori reſtitui cum pignore.*
4 *Fructus percepti ex pignore prætorio,extenuant ſor-
tem.*
5 *Creditor immiſſus ex primo decreto,non tenetur cir
ca prætorium pignus de leui culpa,ſed bene de dolo
& lata culpa.*
6 *Creditor ingreſſus poſſeſsionem ex primo decreto,te-
netur curare de fructibus percipiendis.*
7 *Creditor inhabitans domum pignoratam , tenetur
hanc locationem in ſortem deducere,ac ſi alteri locaſ
ſet,& fructus percepiſſet.*
8 *Fructus ex columbariis percepti,anveniant in ſum-
ptibus melioramentorum computandi.*
9 *Columbaria an ſit locabilis.*
10 *Pactum,quòd creditor lucretur fructus pignoris pro
intereſſe ſeu vſuris,inualidum eſt:& tali pacto ini-
to,nihilominus tenetur illos fructus in ſortem compu
tare.*
11 *Compenſatio de ſpecie ad quantitatem,non admitti
tur.*
12 *Fructus alicuius rei quando dicantur conſumpti.*
13 *Creditor ſubiens notabilem laborem pro pignore,po
teſt in compenſam talis laboris fructus lucrari , nec
illos tenetur in ſortem computare.*
14 *Fructus rei pignoratæ,quibus caſibus non veniant
in conſortem computandi.*
15 *Iuramentum an obliget præcisè ad factum.*
16 *Fructus percepti per generum ex pignore ſibi dato à
ſocero pro dote,an ſint in ſortem computandi.*
17 *Vxor,ſoluto matrimonio,habens pignus pro dote re-
ſtituenda,an compenſabit fructus in dotem.*

## Quintum membrum quintæ partis.

AGGREDIOR nunc quintum mem
brum vltimum huius quintæ partis,in
quo venit tractanda materia fructuũ,
qui ex pignoribus percipiuntur:& pri
mò quæritur,an fructus qui percipiun
tur ex pignore per creditorẽ,cõputẽ-
tur in ſortem:& complectendo totam materiã pro cla
riori intelligentia, pone regulam & ſex ampliationes
1 ad regulam, & demum ſex limitationes. ¶†Regula er
go ſit,quòd fructus percepti per creditorem ex pigno
re,computantur in ſortem.vt l.ſi dominum.& ibi per
doct.C.de pign.& l.2.& fi.C.de pign.actio. ¶Amplia
primò iſtam regulam,vt habeat locum non ſolum in
fructibus perceptis,ſed etiam in his qui percipi potue
rũt nam & illi computari debent in ſortem, vt eſt tex,
in d.l.2.& latè habetur per Abba.in capitul.primo ſu-
per gloſſ.l.de vſur,Intellige tamen iſtud de fructibus
qui percipi potuerunt ab ipſo creditore,qui cauſam ha
buit à domino,ſ.debitore rei,nõ autem de his qui per
cipi potuerunt ab ipſo debitore,licet ſecus ſit in poſ-
ſeſſore,qui non habet cauſam à domino rei.nam ille te
netur de fructibus qui percipi potuerunt ab ipſo do-
mino,quod eſt notandum ſecundum Baldum in dicta
l.2.& iſtud dictum refert & ſequitur Alexan.in l.apud
Iulianum.§.fructus.ff.de leg.prim.& ibidem Iaſ.in j.li
mita.In alia autem materia,an fructus percipiendi cõ
ſiderari debeãt,habito reſpectu ad perſonam actoris,
an res,habetur latè per Alexand.& Iaſo.in dicto §.fru
2 ctus:vbi vide. ¶†Secundò amplia dictam regulam , vt
non ſolum ſors extenuari debeat propter fructus per-
ceptos & qui percipi potuerunt,vt dictum eſt , ſed e-
tiam extenuari debet,ſi res pignorata ,dolo vel cul-
pa creditoris deteriorata fuit:quia æſtimatio dictę de
teriorationis detrahi debet de dicta ſorte:textus eſt &
ibi gloſſ.& Salice.in dict.l.2.ſecundo reſponſo.& in l.
3 creditor.eodem titu. ¶†Tertiò amplia dictam regu-
lam,vt non ſolum fructus percepti & percipiendi cõ-
putari debeant in ſortem,ſed etiam ſi aliqui ſuperſint
vltra ſatisfactionem ſortis,illi debent reſtitui debito-
ri vna cum pignore:vt eſt textus in capit.cùm contra.
de pignorib.& not.Baldus & Salicet in dicta l.ſecũda.
¶Quartò amplia dictam regulam,vt procedat non ſo-
lum in ipſo creditore percipiente fructus,ſed etiam in
eius ſingulari ſucceſſore.ita tenet Baldus in dicta lege
prima.C.de pignor.action.vbi ex hoc dubitatiuè ta-
men infert,quòd pignoratitia ſit in rem ſcriptam , de
quo videbimus infrà in 7.parte principali,in qua tra-
ctabimus de actione pignoratitia.
4 ¶Quintò amplia regulam,vt illa procedat non ſolum
in pignore conuentionali,ſed etiam habeat locum in
pignore prætorio,vt ſcilicet etiam fructus percepti ex
pignore prætorio,extenuent ſortem,vt l.Titia.& ibi
not.Barto.ff.de ſolu.& in l.is cui.§.quæri.ff.vt in poſ-
ſeſſ.lega.text.gloſſ.& Barto.in l.ſi is qui.§.j.ff.de pign.
¶Sed difficultas eſt,an creditor immiſſus ex primo de
creto,& ſic habens pignus prætorium,vt l.non eſt mi-
rum.ff.de pigno.action.teneatur computare in ſortem
non ſolum fructus perceptos,ſed etiam percipiendos,
vt tenetur creditor habens pignus conuentionale.
¶Et in hoc Speculator in titulo de primo decreto.§.
iam de effectu.verſiculo miſſus ergo , &c.tenet quòd
creditor immiſſus in poſſeſsionem ex primo decreto,
tenetur ſolum de fructibus perceptis à ſe,vt l.prima §.
primo.& §.eſt præterea.ff.de bon.autho.iudic.poſsid.
& in hoc conſtituit differentiam inter pignus cõuen-
tionale & prætorium.
5 ¶†Sed pro veritate iſtius difficultatis eſt aduerten-
dum,quòd licet immiſſus ex primo decreto, non te-
neatur circa prætorium pignus de leui culpa,prout te
netur creditor conuentionalis in pignore hypotheca
rio:tamen tenetur de dolo & lata culpa , vt eſt textus.
& ibi gloſſ.quæ hanc differentiam ponit in dicta lege
prætor.§.eſt præterea,& habetur per Decium in lege
contractus.numero vigeſimoſeptimo.ff.de regulis iu-
ris.Vnde dum quæritur,an miſſus ex primo decreto,te
neatur etiam de fructibus percipiendis : eſt prius vi-
dendum,an dicti fructus non fuerint percepti ab eo
dolo vel lata culpa,an vero leui culpa tantum.Nam ſi
omiſit eos percipere dolo vel lata culpa , tenebitur e-
tiam de illis. ¶Si autem omiſit eos percipere leui cul
pa tantum non tenebitur de illis:& ad hoc ſcienter eſt
aduertendum,quòd licet iudex ex primo decreto iuſ-
ſerit creditorem immitti in poſſeſsionem,tamen ſi ip-
ſe creditor non vult in dictã poſſeſsionem ingredi,nõ
cogitur:ſed ſi vult,poteſt:& ſi ingreſſus fuerit,nõ cogi
tur manere in poſſeſsione,niſi per tantum tempus quo
ipſe vult,nec poteſt ei imputari,ſi poſtquam ingreſſus
eſt in poſſeſsionẽ,de ea diſceſſerit : cùm voluntariũ &
ſuum



ſuum potius negotium gerat creditor,quàm alienum:
vt de his eſt textus in dicta l.prætor.§.in eum.ff.de bo-
6 nis auth.iudic.poſsi. ¶†Ex quibus infertur,quòd cre-
ditor ingreſſus poſſeſsionem ex primo decreto,donec
ſtat in poſſeſsione,tenetur rem locare & fructus perci
pere,& de illis curam habere, ( intelligendo tamen de
illa re,quæ locari poteſt) eſt tamen in arbitrio credito
ris pro quanto tempore locet:iſte eſt textus in l.in ven
ditione.§.j.ff.de bonis authoritate iudi.poſſ.& ibi gl.
in ver.ex culpa.& not.Bart.Vult enim ibi gloſſ.quòd ſi
creditor immiſſus poteſt locare,& non locat,nec fru-
ctus percipit,dicitur eſſe in dolo.allegat l.dolus.ff.mã
dat.& dict.l.prætor.§.in eum . & conſequenter ſubdit
gl.ibi,quòd propter dolum in non locando & nõ per-
cipiendo fructus cùm poſſet,tenetur immiſſus dictos
fructus,quos percipere potuit & nõ percepit,in ſuum
creditum computare,vel illos debitori reddere : alle-
gat d.l.prætor.in princ.& cum dicta gloſ.tranſeunt ibi
7 Bartol. & alij. ¶†Et propterea ſi creditor immiſſus in-
habilitauit domum,tenebitur fructus quos potuit per
cipere,alij locãdo domum,in ſortem computare: nam
inhabitando dicitur illos percepiſſe pro ſe. textus eſt
in terminis in l.is qui bona.§.primo.ff.de pigno.& ibi
Bar.notat,ꝙ quis habitando dicitur fructus percipere.
Subiungit etiam dicta gloſſa,quòd fructus dictæ habi
tationis erunt tot,quot ipſe fuiſſet expenſurus in con-
ducendo aliam domum.cùm ſine habitatione quis vi-
uere non poſsit.l.legata.ff.de alimen.legat.Non autem
tenebitur ad penſionem,pro qua alius dictam domum
conduxiſſet,vt in Specul.de pignor.verſicul.quid ſi o-
bligaſti.& ibi Bald.in verſi.pen.& probaui latius ſuprà
in princi.huius quinti membri,vbi vide.& vltimò di-
cta gloſſa ſubdit,quòd ſi talis creditor immiſſus noluit
per ſe habitare,debebat locare alteri , aliàs dicitur in
lata culpa per dictam l.in venditione.§.j.
¶Et per prædicta apparet,quòd Baldus in authenti. ei
qui iurat.in antepen.col.in ver.pone,immiſſus ſum in
poſſeſsionem.C.de bon.autho.iudi.poſsid.malè & in-
aduertenter loquutus fuit,dum voluit , ꝙ ſi immiſſus
in poſſeſsionem domus ex primo decreto,in ea mora-
tus fuit decennio cum vxore & familia,non tenebitur
excomputare in ſortem tantum,quanti fuiſſet condu-
cturus aliam habitationem, & quòd non fuit obliga-
tus eam alij locare:quia ignorabat quanto tempore de
bebat eſſe in tenuta:quia dicta deciſio Bald.eſt directo
contra textum & gloſſ.ſuprà allegatas:& de dicta deci
ſione Baldi dubitauit etiam Alexander,& innuit illam
non probare in conſil.141.viſo themate.in vlti. colum,
5.volumine.vnde non obſtante dicto Bald.ſtandum eſt
8 cum textu,& gloſsis prædictis. ¶†Dubito etiam ex præ
dictis de eo quod voluit Cornel.in conſi.237.2.volum.
in fin.dum dicit , quòd columbariæ non ſolent locari,
& propterea quòd fructus ex eis percepti , nõ veniunt
computandi in ſumptibus melioramentorum, quia vl
tra ſuprà allegata,iſta deciſio Cornelij redditur dubia
ex not.per Socin.poſt alios in l.de diuiſione.in penult.
column.ff.ſoluto matrimo.dum concludit,quòd mora
irregularis,de qua in dicta l.de diuiſion.& in gloſſa fi-
nali ibi,eſt conſiderabilis,quando ille quem volumus
teneri etiam de fructibus percipiendis,habuit faculta
tem illos percipere,per textum in l.Iulianus.§.ex ven-
dito.in fine.ff.de action.empti. per quem & plura alia
quæ ibi allegat,dicit Socinus quòd non bene cõſulue-
runt quidam,quos referũt ibi moderni Peruſini,quòd
venditor domus qui fuerat in mora irregulari, non te
nebatur ad penſionem ſi non habitauerat,neque alte-
ri locauerat:quia ſecundum Socinum dicta cõſultatio
non fuit vera,niſi quando non potuiſſet alteri locare,
nec habitare per ſe:ſecus,ſi habuiſſet facultatem alte-
ri locandi,vel inhabitandi per ſe,d.§.ex vendito. & ſic
ſecundum eum ſufficit alterũ ex duobus.vel ꝙ potue-
rit locare,vel ipſe inhabitare ad hoc,vt teneatur etiam
de fructibus percipiendis.ita & in propoſito noſtro.
Nam eſto quòd columbaria non ſit locabilis , tamen
ſatis eſt,quòd ex ea immiſſus,vel alius poſſeſſor fructus
9 percipiat. ¶†Licet etiam non putem verum,ꝙ colum-
baria non ſit locabilis.per text.in l.vſufructuarium.§.
in vſurariis.ff.de vſufruct.& ibi not.per Florian.& per
not.per Veronen.in tractatu de ſeruitutibus vrbanis,
in capitulo de columbaria:in quibus locis habetur,ꝙ
in columbaria poteſt conſtitui vſusfructus: & merito
ſic nõ video,quare locari non poſsit,cùm ex ea fructus
percipi poſsint:& iſta adde ad ea quæ dixi ſuprà ĩ quin
ta differentia inter pignus conuentionale & prætoriũ,
videlicet in tertia parte principali.in 2.membro.num.
10 59. ¶†Sextò amplia regulam,vt procedat etiam ſi inter
ceſsit pactum, quòd creditor lucretur fructus pigno-
ris pro intereſſe ſeu vſuris:quia pactum non valet , &
fructus debent in ſortem computari:prę terquam ſi eſ-
ſemus in cauſis,in quibus de iure canonico vſurę ſunt
permiſſæ:ita tenet Baldus in l.j.C.de diſtract.pigno.li-
cet olim ante ius canonicum tale pactum eſſet permiſ-
ſum,vt eſt textus in l.j.§.pacto.ff.de pign.& not.gloſſa
in d.l.j.Reſtringit ergo Baldus iſtud nõ procedere ho-
die de iure canonico,vt dictum eſt:& ratio eſt,quia pa
ria ſunt,paciſci quòd fructus non computentur in ſor-
tem:& promittere creditori ſoluere vſuras , vt proba-
tur in cap.j.& in cap.conqueſtus.& ibi no.& in c.quia
fruſtra.de vſuris.& in l.ſi ea petitione.& in l.ſi ea lege.
C.eod.tit.& not.Alex.in conſil.31.viſo themate.nume.
4.verſic.& hanc partem.6.volu.& ita etiam tenet Abb.
in c.j.in primo nota.de vſuris.per tex.ibi. ¶†Limitatur
11 autem(vt dixi )dicta regula ſex modis.Et primò,quòd
ita demum habet locum regula,quòd fructus compu-
tentur in ſortem percepti ex re pignorata, quãdo ſunt
conſumpti:tũc enim extenuant ſortem ipſo iure,vt eſt
textus notab. in dicta l.j.C.de diſtract.pig.& not.Abb.
in c.j.in 2.not.de vſur.per text.ibi.intelligendo tamen
oppoſita compenſatione ab homine,vt ſupplet gloſſa
in dicta l.j.in verſi.ipſo iure:quam ſequuntur ibi Bald.
& Sali.Secus autem,ſi dicti fructus non eſſent cõſum-
pti:quia tunc non extenuant ſortem,nec in ſortem cõ-
putantur,quia de ſpecie ad quantitatem non admitti-
tur compenſatio:ſed fructus non conſumpti,ſunt taci
tè obligati in ea cauſa,in qua eſt obligata ipſa res , ex
qua percepti ſunt,vt l.3.C.in quibus cauſis pig.taci. cõ
traha.iuxta tamen plenam diſtinctionem traditam per
Salicetum ibi:& iſtam differentiam inter fructus con-
ſumptos & non conſumptos ponit & probat Bald.poſt
Franciſcum Accurſium & Cyn.in l.j.C.de pign.act.in
j.quæſt.& ſequitur ibidem Salic.& Bald.in l.fi.eo.titul.
& in l.quamuis.C.in quibus cau.pig.tacitè cõtraha. &
in l.fin.in prin.C.de nõ nu.pecu.& Petr.de Anch.in c.
j.de vſur.& ibi Abb.in 2.not.& Anton.de Butr.in c.ad
noſtram.el j.de iureiurand.& Alex.in l.diuortio.§.j.in
j.col.in verſ.& ex hac glo.ff.ſolu.matr.& ibi etiam Iaſ.
¶Et propterea dicebat Bal.in dicta l.quamuis,quòd ille
qui vult compenſare fructus in ſortem,debet eſſe cau-
tus,vt faciat articulum,quòd fructus ſunt conſumpti,
aliàs non compenſarentur:ſed loco pignoris teneren-
tur,niſi fructus conſiſterent in pecunia,puta in penſio
ne domus:quia illa ſtatim extenuaret debitum.
12 ¶†Adde tamen pro declaratione prædictorum, quòd
licet fructus ſint commixti,non tamen dicuntur con-
ſumpti,vt inquit Bal.in l.2.in j.colum.C.de fruct.& lit.
expen.argum.l.in naue Saufelij.ff.loca.& facit l.Pom-
ponius ſcribit ſi frumentum.ff.de rei vendicat. ſed vel
debet probari conſumptio per allegantem.cùm in du-
bio non præſumatur.vt eſt text.iuncta gl.not.in l.cre-
ditor.§.ſi inter.in ver.negetur.ff.mand.& habetur per
Alex.in conſi. 102.nu.9.& 10.6.volu.& per Alex.in l.pe.
in prin.vlt.col.ff.ad legem Falci.vel ſaltem,quòd à tem
pore eorum perceptionis ſit elapſum triennium: quia
fructus cõſiſtentes in frumẽto,vino & oleo,nõ præſu-

muntur durare vltra triennium,dicit gloſſ.nota.in l.j
C.ſi aduerſus vſuca.quam communiter ſequuntur ib
doctores.& quotidie allegatur pro ſingulari:quicquid
aliud voluerit ibi Baldus,qui dicit hoc relinquendum
eſſe arbitrio iudicis.argumẽ.l.j.ff.de iure deliberandi.
Nam verior eſt opinio glo.quam etiam tenet Corn.in
conſilio 104.2.volumine,in litera x & y. ¶Secundò li-
mitatur dicta regula,vt non habeat locum niſi in illis
fructibus,qui ſuperſunt deductis expenſis.textus eſt &
ibi not.Abb.poſt alios in dicto ca.j.de vſur.& faciunt
not.per omnes in l.fructus.ff.ſoluto matrimo. vbi ha-
betur,quòd regulariter fructus intelligũtur deductis
expenſis factis pro illis recolligendis.
13 ¶†Tertiò limitatur dicta regula,quando creditor ra-
tione pecuniæ mutuatæ ſubiiſſet notabilem laborem:
tunc enim in compenſationem talis laboris poſſet fru
ctus lucrari,nec teneretur eos in ſortem compenſare,
ſecundum Oſtien.in Summa in tit.de vſuris.in §.in ali
quo.verſic.12.refert & ſequitur Ioan.Andr.in cap.con
queſtus.eodem tit.& ibi Abb.in fi.in 11.caſu.& firmat
Roman.in ſuis ſingularibus char.16.nu.536.incipit.re-
gula eſt,quòd creditor &c.
¶Quartò limitatur dicta regula,quando res pignora-
ta ſpectaret ad creditorem iure proprietatis:ſed iure
vſusfructus ſpectaret ad debitorẽ,& pignus fuiſſet cõ
ſtitutum reſpectu illius iuris vſusfructus:tũc enim cre
ditor non teneretur cõputare fructus perceptos in ſor
tem,quaſi tunc cenſeatur conſolidatus vſusfructus cũ
proprietate,vt eſt textus nota.in c.conqueſtus.de vſur.
& ibi hoc notat Abb.dicens,quòd licet ille tex.loqua-
tur in eccleſia,tamen idem & fortius dicendum eſt in
laicis:cùm eccleſia debeat magis abſtinere à contractu
vſurario,quàm laici,argu.c.per tuas.de donatio.
14 ¶†Et ex hoc etiam infertur,quòd ſi emphyteuta daret
rem emphyteuticam reſpectu vtilis dominij in pignus
directo dominio, quòd iſtò caſu fructus percepti per
directum dominum ex dicta re emphyteutica,nõ com
penſabuntur in ſortem,vt notat Romanus in l.diuor-
tio.§.ob donationes.ff.ſoluto matrimonio. per textum
in dicto cap.conqueſtus.& refert Apoſtil. domini Ae-
neæ de Falc.in dicto c.conqueſtus.¶Et idem eſt in feu
do dato piguori domino per vaſallum: nam iſto caſu
dominus non tenebitur compẽſare fructus in ſortem:
quia directum dominium reperitur penes dominum:
ita tenet Abbas in capitul.at ſi clerici.de iudiciis.in 9.
col.num.23.in verſi.item quid ſi laicus.& in c.ex ſuſce-
pto.ad fin.nu.16.de foro competenti. ¶Quinto limita-
tur dicta regula,vt non habeat locum quando debitor
promiſit non moleſtare creditorem in pignore,nec in
fructibus illius,donec ei fuerit ſolutum,& ita iurauit.
Nam propter iuramentum non poterit debitor oppo-
nere,quòd fructus compenſentur in ſortem. ita tenet
Abbas poſt Baldum in c.ad noſtram.de iureiurando.&
in c.cum inter.de exceptio.& in c.cùm dilectus.de or-
di.cogni.& Ang.& Cuma.in l.amplius.ff.rem rat.hab.
& Ioannes Fab.inſtitu.de actio.in §.in bonæ fidei.& in
hoc omnes tam legiſtæ, quàm canoniſtæ concordant.
¶Sed dubium eſt,an idem ſit dicendum,quando debi-
tor iuraſſet ſoluere creditori abſque alia promiſsione,
an ſcilicet iſto caſu debitor non obſtante iuramento
poſsit opponere,quòd creditor debeat cõpenſare fru-
ctus in ſortem, an verò propter iuramentum teneatur
præciſè ſoluere.Bartolus in dicta l.amplius.teneat, ꝙ
iſto caſu non obſtante iuramento,debitor poſsit oppo
nere,quòd fructus compenſentur in ſortem:quia com
penſatio æquipollet ſolutioni. Sed canoniſtæ in dicto
capitul.ad noſtram.communiter tenent contra Barto-
lum.videlicet,quòd etiam iſto caſu non admittatur cõ
penſatio.& iſtam opinionem canoniſtarum cõtra Bar-
tolum.ſequitur Alexand.in conſil.91.viſis actis.in 2.co
lum.in ver.ſecundo principaliter moueor.2. vol.& la-
tè diſputat Soci.in l.Iulianus.ff.de cond.& demon,pe.
& vlt.col.vbi videtur tenere opi.canoniſtarum. ¶Do-
minus Tyndarus in tractat.de compenſatio.chart.7.2.
colum.examinat articulum,& dicit, ꝙ opinio Bartoli
de ſtricto iure eſt verior.Sed licet articulus ſit dubius,
tamen non videtur recedendum ab opinione canoni-
ſtarum,quæ videtur magis communis,licet opinio Bar
15 toli ſit multũ æqua.¶†Adde etiam,quòd veritas iſtius
articuli videtur pendere ab illa alia dubitatione,ſcili-
cet an iuramentum obliget præcisè ad factum, de qua
habetur per Abbatem in cap.veniens.de iureiurando.
& ibi eſt plena Apoſtilla quæ concludit tenendum eſ-
ſe, quòd iuramentum obliget præcisè iurantem ac fa-
ctum,& ita etiam tenet Alexand.in conſilio 89.omiſsis
nu.5.7.vol.eandem opin.tenet Alexã.in l.ſtipulationes
non diuiduntur,in 7.col.in verſicu.demum inquantum
Bar.ff.de verb.oblig.& magis latè quàm alibi habetur
per Iaſ.in l.ſi pecuniam.in princ.ff.de condi.ob cau.in
7.colũ.vbi omnia refert,& reſidet cum opini. commu-
ni,videlicet,quòd iuramentum obliget præcisè. ¶Et
propterea etitm in præcedenti articul.videtur conclu-
dendum,quòd iurans ſoluere præcisè,teneatur ad ſol-
uendum, & non poſsit compenſare fructus in ſortem,
& ita tenendum eſt.¶Aduerte tamen in prædictis, ne
decipiaris:quia prædicta procedunt,quòd debitor te-
neatur in vtroque caſu præcedenti præcisè ſoluere cre
ditori ſuum creditum,& quòd ad euitandum ſolutio-
nem, non poſſit per eum obijci compẽſatio fructuum
perceptorum per creditorem ex re pignorata, & hoc
propter iuramentum, ſed ſoluto debito creditori,po-
terit debitor poſtea repetere à creditore pignus vna
cum fructibus perceptis per eum & etiam percipien-
dis,iuxta dicta ſuprà in princip. iſtius quinti membri:
iſte eſt tex. & ibi no. Abb. in d.c.ad noſtram. de iure-
iur.quæ bene nota.
16 ¶†Sexto limitatur dicta regula, vt illa non procedat
in fructibus perceptis per generum ex pignore ſibi da
to à ſocero pro dote, puta quia ſocer promiſit dotem
genero,& quia non habebat tunc pecunias in prom-
ptu pro ſolutione dotis,tradidit ei quaſdam poſſeſsio-
nes in pignus pro dote prædicta,ex quib⁹ gener & ma-
ritus percepit fructus.Tales enim fructus non debent
extenuare dotem,ſed cedere debẽt marito loco inter-
eſſe pro oneribus matrimonij ex cauſa dotis non ſolu-
tæ,vt eſt tex.& ibi per Abb.poſt alios in ca.ſalubriter.
de vſur.& habetur per doctor.in l.inſulam.§.vſuras.&
not.docto.maximè Bal.& Ang.in l.diuortio.in princi.
ff.ſolut matr.& Barto.in l.at qui natura.§.non tantum.
ff.de nego.geſt.¶Iſta tamen limitatio reſtringitur, vt
habeat locum donec maritus viuit,& ſupportat onera
matrimonij:ſecus autem eſt in eius hærede,quia ſi hę-
res perſeueret in tenendo dictas poſſeſsiones pignori
datas pro dote,& percipiat fructus,debebit eos in ſor
tem computare,vt firmat Abbas poſt Innocèn.in d.ca.
ſalubriter.in 2.quæſt.& ita etiam tenet Oſtien.& Ioã.
And.& Ioan.de Ligna.ibidem,quos refert & ſequitur
Archiepiſcopus Florentinus,nũc S.Antoninus in trac.
de vſur.in quæſtio.28.Ratio differentiæ eſt,quia hære-
des mariti ſtatim poſſunt ſe expedire à muliere reddẽ-
do ei pignus,quod non poteſt maritus,capitul.tua nos.
de iureiurand.el 2.& quia dos ſoluto matrimonio de-
ſinit eſſe dos:ita dicunt præfati doctor. ¶Secundò re-
ſtringitur dicta limitatio ſexta,vt non habeat locum,
ſi maritus cederet ius dicti pignoris alteri:quia in ceſ-
ſionarium non tranſit iſtud priuilegium,quòd fructus
percipiendi ex pignore,non debeant in ſortem cõpen-
penſari.Sicut enim iſtud priuilegium non trãſit in hę-
redem mariti,vt dictum eſt in proxima præcedenti re-
ſtrictione,& ita non tranſit in ceſsionarium, ita tenet
Baldus in rubrica,de vſuris.in 4.quæſtione.& ſequitur
Alex.in d.l.inſulam.§.vſuras.in fin.ff.ſoluto matrimo-
nio.per alia etiam quæ ibi allega.¶Tertiò reſtringitur
dicta ſexta limitatio, vt procedat ita demum, ſi fru-
ctus



ctus percepti ſeu percipiendi per maritum ex pignori
bus ſibi pro dote datis,ſunt reducibiles ad intereſſe,
hoc eſt,ſi illi fructus non multùm excederent alimen-
ta con decentia,conſiderata quantitate dotis,pro qua
pignora data fuerunt:tunc enim non computarentur
in dotem,& procederet dictum capit.ſalubriter:ſecus
autem,ſi fructus multùm excederent dicta alimenta:
quia tum in illo exceſſu deberent in dotem compenſa-
ri.ita ſignanter vult Baldus in l.final.§.præterea. C. de
iure dotium.refert & ſequitur Alexand.in dicta l.inſu-
lam.§.vſuras.in fin.& latius idem Alexand.in conſilio
178.viſo proceſſu.penul.colum.numer.10.7. volumine.
17 ¶†Sed dubitatur in prædictis,quid ſit dicendum in v-
xore ſoluto matrimonio, an ſcilicet ſi ei ſit datum pi-
gnus pro dote ſibi reſtituenda ab hæredibus mariti nõ
habentibus pecuniam, & ipſa ex eo percepit fructus,
an illi ſint compenſandi in dotem.& Abb.in d.ca.ſalu-
briter.tenet,quòd ſic.& ita magis communiter tenent
Docto.in dicta l.inſulam.§.vſuras.& ibi per Imolam,&
per Alexan.in l.diuortio.in princ.ff.ſolu.matr.& in cõ
ſilio 27.viſo themate.4.volu.& de materia iſta habetur
copioſè per Cornel.in conſilio 44.& 145.2.volumine.
& in conſil.vltim.eodem volumin.& in conſilio 164.&
240.3.volumine.& ratio eſt,quia etiam, quòd hæredes
mariti ſint in mora reſtituendi dotem,nihil propterea
debetur vxori pro alimentis:quia imputandum eſt ei,
quare dotem non exegerit:ita latè diſputando firmat
Alexander in dicta l.diuortio.in princi.in 5.colum.di-
cens iſtam eſſe communem opinionem.¶Et iſta cõclu
ſio in vxore procedit,etiam ſi mulier cui facta eſt mo-
ra per hæredes mariti in reſtituendo dotem poſt annũ,
aliquid ab eis ſtipulata ſit pro alimentis,donec ei reſti
tuatur dos:quia adhuc non obſtante illo blando voca
bulo alimentorum,nihil ei deberetur,vt habetur ſolẽ-
niter per Petrum de Ancharano in conſilio 160.in quę-
ſtione quæ vertitur.& refert & latè extendit Alexand.
in dicta l.diuortio.in princ.in 6.colum.¶Iſtud autem,
quod dictum eſt de vxore,reſtringitur duobus modis.
primo modo,quando hæredes mariti fuerunt in mora
reſtituendi dotem,& vxor reperitur in damno emergẽ
ti,& poteſt exemplificari,quando mulier non haberet
vnde aliunde ſe aleret:vel aliter damnum pateretur ex
mora dictorum hæredum:quia etiam hodie de iure ca
nonico vſuræ peti poſſunt ratione damni emergentis,
vt per gloſſam in l.ſecunda.Cod.de vſuris.& plenè per
Cano.in cap.conqueſtus.extrà,eodem titu.& per gloſ.
in l.curabit.C.de action.empti. Iſto enim caſu ſi mu-
lier perciperet fructus ex re ſibi pignori data pro reſti
tutione dotis,non teneretur eos in dotem compenſa-
re vſque ad condecentiam ſui intereſſe damni emergẽ
tis.& ita tenet Baldus notab.in tractatu dotis in octa-
ua parte principali.in 22.priuilegio.& latius Alexand.
in dicta l.diuortio.in princip.in 6.colum. Secũdo mo-
do reſtringitur id,quod ſuprà concluſum eſt in vxore,
quando præcedente mora hæredum in reſtituenda do
te,mulier eſſet talis,quæ eſſet ſolita dare pecunias mer
catoribus ad honeſtum lucrum.nam tunc ratione lu-
cri ceſſantis,poterit mulier percipere ex fructibus il-
lud intereſſe,quod veriſimiliter lucrata fuiſſet, ſi dotẽ
rehabuiſſet,& illam ad honeſtum lucrum mercatori-
bus dediſſet.iuxta notata in l.tertia.in fi.ff.de eo, quod
certo loco.& ita tenent Bal.Nouellus & Alexander in
locis ſuprà in proxima reſtrictione allegatis. ¶Extra
autem iſtas duas reſtrictiones habet locum limitatio
& cõcluſio ſuprà facta,ſcilicet quòd vxor teneatur fru
ctus perceptos ex re pignorata ſibi pro reſtitutione do
tis compenſare in ſortem, etiam data mora hæredum
mariti,iuxta tex.& ibi not.in l.Titia.ff.de ſolu.non ob-
ſtante quocunque pacto quibuſcunque blandis voca-
bulis concepto,vt per Alexan.in d.l.diuortio.in princ.
6.colum.Et per hæc eſt expedita iſta quinta pars prin-
cipalis iſtius tractatus,&c.

## Sexta pars principalis.

CAPIO igitur nunc ſextam partem prin-
cipalẽ tractatus noſtri,in qua ponitur ma
teria reſolutionis pignoris & hypothecę:
videlicet,quibus modis tollantur & reſol
uantur pignora & hypothecæ. ¶Et iſta
pars pro faciliori ordine diſtinguitur in tria membra
principalia.In primo membro tractabitur de vendi-
tione & alienatione pignoris & hypothecæ,In ſecun-
do membro videbimus de præſcriptionibus pignoris
& hypothecę.In tertio membro diſcutietur de diuer
ſis aliis modis,quibus pignora & hypothecæ finian-
tur & reſoluantur.

### *SVMMARIVM.*

1 *Creditor non poteſt ad venditionẽ pignoris non per-*
*uenire,niſi debitor ſit in mora.*
2 *Ius Digeſtorum,& ius Codicis,differunt in materia*
*venditionis pignorum.*
3 *Conuẽtio facta inter creditorem & debitorem,quòd*
*creditor non poſſit vendere pignus,an ſit validum.*
4 *Denunciatio trina qualiter ſit fienda, & quantum*
*interuallum in illa eſſe debeat.*
5 *Pactum,quòd pignus vendi poſſit per creditorẽ, nul*
*la denunciatione præcedente,validum eſt.*
6 *Debitor an pro venditione pignoris debeat admoue*
*ri vt adſit venditioni.*
7 *Ordo in venditione pignoris iudicialis qualis ſit ſer*
*uandus.*
8 *Pignus prætoriũ infra quantum tempus vẽdi poſſit.*
9 *Venditio pignoris iudicialis vel prætorij debet fieri*
*anthore prætore.*
10 *Creditor an poſſit admitti ad emptionem pignoris*
*iudicialis vel prætorij.*
11 *Creditor an poſſit alienare pignus conuentionale.*
12 *Dominium alicuius rei non habens, an poſſit in al-*
*terum transferre.*
13 *Creditor dicitur in pignore procurator debitoris.*
14 *Creditorem poſſe transferre dominium pignoris in*
*ementem qualiter intelligatur.*
15 *Creditor poteſt vendere pignus,ſeruatis tantum ſer*
*uandis.*
16 *Creditor an poſſit vendere pignus pendente lite mo-*
*ta per alium contra debitorem ſuper re pignorata.*
17 *Creditor poteſt vendere pignus,nõ obſtante diuiſio-*
*ne de eo facta inter hæredes debitoris.*
18 *Creditor an poſſit vendere ſimplicem hypothecam.*
19 *Ceſſionẽ habẽs à creditore,an poſſit pignus vendere.*
20 *Creditor an poſſit vendere fructus pignoris.*
21 *Creditor an poſſit vẽdere pignus ꝓ parte redemptũ.*
22 *Rebus pluribus pignoratis, an poſſit creditor vende-*
*re vnam illarum.*
23 *Creditor an teneatur conſentire debitori volenti vẽ-*
*dere pignus.*
24 *Creditor an poſſit vendere pignora incorporalia.*
25 *Creditor an poſſit pignus precario debitori cõceſſum*
*vendere.*
26 *Creditor an poſſit vendere pignus debitori.*
27 *Debitor habet actionẽ pignoratitiam contra credi-*
*torem dolo pignus vendentem.*
28 *Pignus venditũ quo caſu poſſit à debitore vẽdicari.*
29 *Creditor volens vendere pignus minus iuſto precio,*
*poteſt impediri per debitorem.*
30 *Creditor ſecundus an & quo pacto poſſit vendere*
*pignus.*

31 *Hypotheca, præſcriptione perempta perit, ſic & authoritas vendendi pignus.*
32 *Emens pignus à debitore præfertur ementi à creditore, ſalua hypotheca creditori competenti.*
33 *Emere rem ſuam nemo poteſt.*
34 *Res vna pluribus creditoribus hypothecata an poſſit vendi.*
35 *Debitor obligans omnia bona ſua creditori pro debito, an poſſit vendere & dominium transferre,*
36 *Debitor conſtituens ſe poſſidere bona hypothecata ꝑ creditore, ſi ea alienet, poteſt creditor agere ad reuocationem.*
37 *Creditor an vendendo pignus poſſet habere fidem de precio.*
38 *Periculum creditoris vendentis pignus, & habentis fidem de precio, in quo verſetur.*
39 *Domus combuſta creditori hypothecata, ſi à debitore readificetur, an poſſit ex tunc per creditorẽ vendi.*
40 *Creditor vendens pignus, an teneatur emptori de euictione.*
41 *Creditor vendens pignus iure permittente, an poterit euincere illud ab emptore.*
42 *Solutione iuris, ꝙ debetur, tollitur omnis obligatio.*
43 *Res obligata creditori tradita, an vendi poſſit.*
44 *Actio ſemel extincta, non reuiuiſcit.*
45 *Medium inter eſſe obligatum, & non eſſe obligatũ, eſt ſuſpenſio obligationis ad tempus.*
46 *Creditor qui vẽdit pignus, & promiſit de euictione in caſibus permiſſis, poteſt retinere alia pignora, donec ſibi à debitore de indemnitate caueatur.*
47 *Subhaſtatio an in vẽditione pignorum requiratur.*

## Primũ membrũ ſextæ partis principalis.

AGGREDIENDO itaq; primũ mẽbrũ huius. 6. partis principalis, in quo tractabimus de venditione & alienatione pignorũ, pro intelligentia dicendorũ in materia ſunt præmittẽda aliqua: ¶ †Et primò, quòd antequã perue-
1 niatur per creditorem ad vẽditionem pignoris, requiritur, quòd debitor ſit in mora ſoluendi debitum, vt eſt tex. & ibi Bart. & Salic. in l. cùm ſoluendæ. ff. de diſtract. pig. & ideo vbi eſt appoſita certa dies ad ſoluendum, illius lapſus ſufficit ad conſtituendũ debitorem in mora. l. magna. C. de cõtrahen. & cõmit. ſtipu. & ita propriè loquitur tex. in d. l. cùm ſoluendæ. vbi autem dies nõ eſſet appoſita, requiritur interpellatio ad cõſtituẽdũ debitorem in mora, iuxta l. ſi ex legali cauſa. & ibi no. ff. de ver. oblig. Et iſtud etiã ꝓcedit, cùm data eſſet licentia creditori, quòd poſſet vẽdere pignus: quia ſemper talis licẽtia intelligitur conceſſa ſub iſta conditionẽ, ſi debitor fuerit in mora ſoluendi debitũ: ita declarat Paul. de Caſt. in l. ſi conuenerit, la prima, quæ eſt lex quarta. ff. de pign. action. & iſto caſu quando eſt data licentia creditori vendendi pignus, ſufficiet mora debitoris ad vendẽdum pignus abſque alia denunciatione, vt tenet glo. in l. creditor hypothecas. C. de diſtract. pign. & hoc procedit tam de iure digeſtorum ſecundùm d. l. ſi conuenerit: quàm de iure C. ſecundum l. fin. C. de iure dot. impe. vt declarat Paul.
2 de Caſtr. in dict. l. ſi conuenerit. ¶ †Secundò præmitte, quòd quando non fuit data licentia creditori vendẽdi pignus, & neque conceſſum neque prohibitum vẽdere, eſt differẽtia inter ius digeſtorum, & ius C. quia de iure digeſtorum, vltra moram debitoris nulla alia requirebatur denunciatio, vt ſentit gloſſ. in d. l. ſi conuenerit. in gloſſ. in verbo, liceat. quam ibi ſequitur Paul. de Caſt. hodiè autem de iure C. ſecũdum dict. l. fi. C. de iure do. impe. in §. j. requiritur vna denunciatio, & illa ſufficit. ita tenet gloſſ. in dict. l. creditor hy-
3 pothecas. ¶ †Tertiò præmitte, quòd conuentio facta inter creditorem & debitorem, quòd creditor non poſsit vendere pignus de iure, non valet: quia eſt contra publicam vtilitatem: nã ſi creditor non poſſet vendere pignus, non reperiretur qui vellet mutare indigentibus, ita dicit glo. elegans in d. l. ſi cõuenerit. quã ſequuntur ibi doctor. Et per hoc dicit ibi Salic. quòd huic iuri vendendi pignus per creditorem, renunciari non poteſt per l. ius publicum. ff. de pact. & ſequitur Ange. de Aret. inſtitu. qui. alie. licet, vel non. §. j. in fin. in verſi. vnũ præ cæteris no. &c. ſed iſto caſu quando fuit conuentũ, vt creditor non poſsit vendere pignus, de iure digeſtorum per dict. l. ſi conuenerit. requiritur trina denunciatio, antequàm procedatur in venditionem pignoris, quaſi præcedens conuentio de non vẽdendo pignore, contineat in ſe tacitam conditionem, niſi ter fuerit denunciatum debitori, vt ſolueret: ita declarat Salic. in d. l. ſi conuenerit. ſecundò not. & tenet glo. in d. l. creditor hypothecas. & glo. in §. j. inſtitu. qui. alie. lic. vel non.

¶Nec iſtud de trina citatione requiſita iſto caſu, hodie eſt correctum per d. l. fi. C. de iure do. impe. vt declarat Paul. de Caſt. in d. l. ſi conuenerit. quia ſi vbi nihil eſt conuentum de venditione pignoris, requiritur vna denũciatio d. l. fi. fortius debet requiri trina, quãdo fuit conuentum, vt pignus non poſſet vendi.

4 ¶Et iſta trina denunciatio non poteſt fieri vno contextu, videlicet, Solue, ſolue, ſolue, quia hoc modo nõ diceretur quis ter denunciaſſe, ſed ter fuiſſe locutum. arg. l. Mæuius. §. eum qui. ff. de leg. 2. ita tenet glo. Bart. & omnes alij. in dict. l. ſi conuenerit. & Alexan. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori. in j. & 2. col. in verſi. prædictis adde. ff. de no. oper. nunc. ¶Sed dubitari poſſet, quãtum ſpacium debeat intermitti inter vnam denunciationem & aliam: & gloſſ. & Barto. in dicta l. ſi conuenerit. tenet, quòd ſaltem debeat intermitti ſpacium vnius diei inter vnam denũciationem & aliam. ¶Sed Iac. Butr. Salicet. Paul. de Caſt. & alij ibi tenent, quòd iſtud ſit arbitrarium, & quòd iudex debeat arbitrari, quòd ad minus in iſtis denunciationibus debeat intermitti ſpacium decem dierum: quia debitor nõ debet venire cum ſacco paratus: arg. l. ſi debitori. ff. de iudic. vel etiam minus ad arbitrium iudicis: & iſtud tenet & reputat verius Ang. de Aret. Inſti. qui. alie. lic. vel non. §. j. colũ. fin. ¶Quartò præmitte, quòd poſt dictas denunciationes, vt ſuprà diuerſimodè requiſitas antequã deueniatur ad venditionem pignoris, debet expectari biennium iuxta l. final. C. de iure do. impetrã. ita tenet glo. in d. l. ſi conuenerit. quam ibi ſequitur Bart. ſubdens, quòd in quibuſdam partibus annus tantum expectatur: & ita etiam tenet ibi Salic. ¶Iſtud autem biennium, quãdo creditum eſt liquidum, currit à tempore denunciationis, quando verò non eſt liquidum currit à tempore ſententiæ, vt vult gloſſ. in d. l. ſi conuenerit. quam ibi ſequitur Bart. Sed glo. in d. l. fin. melius declarando dicit, quòd biennium currit à tempore vnicæ denunciationis. quando vnica requiritur: quando vero requiruntur tres, currit omnibus elapſis: & quòd dicitur à tempore ſententiæ, intelligit ibi gl. interlocutoriæ, latæ cõtra debitorem de ſoluendo debitum, ſiue de luendo pignus: & iſtud ſequi-
5 tur Salic. in dict. l. ſi conuenerit. ¶ †Quintò præmitte, quòd prædicta procedunt, niſi eſſet factum pactum, quòd pignus vendi poſſet per creditorem, nulla monitione vel denunciatione præcedente: quia tale pactum valet, & tunc non requiritur alia monitio: præſuppoſita tamen ſemper mora debitoris in ſoluendo, vt dixi ſupra in primo præmiſſo, nu. 1. ita no. Barto. in l. Titio. §. fi. per illũ text. ff. ad municip. & idem vult glo. in l. creditor hypothecas. ff. de diſtract. pigno. in glo. in



in verſiculo, teſtator, & ibi Baldus. idem tenent Salicetus, Paulus de Caſtro, & Alexander in dicta l. ſi conuenerit. & Bald. in dicta l. final. C. de iure dotium im-
6 petran. ¶ †Sextò præmitte, quòd vltra ſupradictas denunciationes, vt ſuprà, requiſitas in venditione pignoris, requiritur etiam antequam deueniatur ad actum venditionis, alia admonitio debitoris, non quidem vt debitor ſoluat, vt priores factæ ſunt: ſed vt veniat & aſsiſtat venditioni, ſi vult: & ſic iſta fit ad tollendũ fraudis præſumptionem: & de hac admonitione loquitur propriè d. l. creditor hypothecas. ¶ Adde tamen quòd ſi iſta vltima admonitio obmittatur, nihilominus valebit venditio. quia per alias denũciationes iam erat acquiſita poteſtas creditori vendendi pignus, ideo vẽditio firma eſt: ſed ſi commiſſa eſſet fraus in vendendo per creditorem, poſſet conueniri à debitore directa pignoratitia ad intereſſe: omiſsis autẽ primis denunciationibus, vt ſupra requiſitis, venditio eſſet nulla. text. eſt in d. l. creditor hypothecas. & ibi no. Iaco. de Are. Cyn. & Bald. & Paul. de Caſt. in d. l. conuenerit. ¶Quæ omnia, vt ſ in iſtis ſex præmiſſis poſita per me ſub breuitate magiſtraliter, tamen refert Barto. in l. pen. quæ incipit, creditor. ff. de diſtrac. pig. videlicet, ꝙ ad hoc vt creditor poſsit vendere pignus, primò requiritur, quòd debitor ſit in mora ſoluendi. d. l. cùm ſoluendæ. & l. debitores. C. de pig. Secũdò requiritur, quòd creditor poſt moram expectet per bienniũ. d. l. fi. C. de iure do. impe. & hoc niſi aliud tempus ſit appoſitum ex pacto, vel conſuetudine, vt lega. de quibus. ff. de legi. & iſtis ceſſantibus, venditio eſſet nulla, vt dict. l. fin. Tertiò ſecundùm Bart. requiritur, quòd tempore quo pignus exponitur venale, iſtud denuncietur debitori. d. l. creditor hypothecas. ſed tamen ſi hoc tertium eſſet omiſſum, venditio non eſſet nulla: ſed creditor tanquam in mala fide teneretur pignoratitia ob intereſſe. d. l. creditor. prout tenetur, quando malam fidem adhibuit in vendendo pro viliori precio: vt l. j. C. ſi vendi. pig. aga. & aliquid de materia habetur per Corn. in conſil. 172. in litera a, &
7 e. j. volu. & in conſil. 79. 3. volum. &c. ¶ † Septimò præmitte, quòd prædicta procedunt in pignore conuentionali. in pignore autem iudiciali, quod capitur pro executione ſententiæ diffinitiuæ, iuxta l. à diuo Pio. ff. de re iudi. alius ordo eſt ſeruandus, quando ad illius venditionem proceditur. Nam primò poſtquam eſt lata ſententia contra debitorem, antequam procedatur ad capiendum pignus, debet ſuperſederi per quatuor menſes: quia iſtud tempus quatuor menſium datur condemnatis ad ſoluendum. l. 2. C. de vſura. rei iudica. & latè de hac materia temporis quatuor menſium, habetur per Iaſo. in l. debitoribus. ff. de re iudi. vbi ponit in hoc regulam cum ſeptem limitatiõibus. ¶Secundò, poſt pignus captum debet adhuc debitor expectari per alios duos menſes, antequam procedatur ad venditionem pignoris: & iſtud tempus duorũ menſium non reperitur hodie immutatum ſecundùm Bart. in l. à diuo Pio. §. in vẽditione. ff. de re iudic. & in l. debitoribus. eo. tit. & in l. fi. ad fi. C. de execu. rei iudic. & ſic iſtud tempus duorum menſium eſt præfixũ ſolùm ad venditionem pignorum: non autem præfixum cõdemnatis ad ſoluendum, quamuis in hoc contrarium & malè teneat glo. in l. 2. C. de vſur. rei iudi. & in l. ſi debitori. ff. de re iudic. & Cyn. in l. j. verſic. fi. C. de dilat. prout iſta latè firmantur per Bart. Alex. & Ia-
8 ſon. in l. debitoribus. ff. de re iudic. ¶ †Et prædicta ꝓcedunt in pignore iudiciali propriè ſumpto, quod capitur pro executione ſententiæ: ſed in pignore prætorio, quòd eſt propriè quãdo capitur in contumaciam rei non comparentis, variæ fuerunt opiniones inter antiquos, infra quantum tempus vẽdi poſsit. & Spec. in tit. de primo & ſecundo decreto, refert nouem opiniones. ¶Tamen magis communis opinio eſt, quòd relinquatur arbitrio iudicantis. infra quantum tempus tale pignus prætorium poſsit vendi, ex quo tale tempus in iure non inuenitur determinatũ, iuxta text. in l. j. in fi. ff. de iure delib. & in c. de cauſis. de offi. deleg. & in c. fi. de tranſact. & hæc opin. approbatur per doctor. in l. cum ꝓponas. C. de bon. autho. iudic. poſſ. & per Barto. & alios in l. ſi finita. §. Iulianus. ff. de dam. infect. & latè per Alex. in l. à diuo Pio. §. in venditione. in 5. col. in verſi. quærit gl. infra quantum tempus. ff. de re iudi. & ibi per Iaſ. & per Iaſ. etiã in d. l. debitoribus.
9 ¶ †Adde in materia, quòd venditio pignoris iudicialis vel prætorij debet fieri authore pretore, vel per iudicem ordinarium cauſæ, vt eſt text. & ibi gloſſ. in l. j. C. ſi in cauſa iudic. pigno. cap. ſit. Supple tu, ſecundùm Salic. ibi, vel etiam delegatum: ſi eidem data ſit poteſtas ex reſcripto delegantis. Non autem vendi poteſt per creditorem miſſum in poſſeſsionem, niſi fortè iudex conceſſerit creditori talem authoritatem, vt ſcilicet ipſe creditor propria authoritate poſsit vendere pignus: quia iſtud iudex poteſt facere, vt not. Bal. poſt Iac. de Are. & Cy. in l. 2. C. eo. tit. & habetur per Alex. poſt gloſſ. & alios in l. miles. §. qui iudicati. ff. de re iudica. tunc enim pars cenſetur conſtituta executor & nuncius in cauſa ſua, vt not. Bartol. in l. iuſtè poſsidet. ff. de acquirẽd. poſſeſsio. & ſequitur Iaſ. in d. §. qui iu-
10 dicati. ¶ †Adde etiam, quòd dum venditur pignus iudiciale vel prætorium, ſi non reperitur emptor, vel ſi reperitur, & non offert iuſtum precium, poteſt admitti ipſe creditor ad licitandum, & ipſo offerẽte iuſtum præcium, poteſt ei vendi pignus tanquàm extraneo. text. eſt & ibi Bald. & Salice. in d. l. 2. C. ſi in cauſa iudi. pig. cap. ſit. & ſi emptor non inueniẽtur, nec ipſe creditor vult licitare, quia inuitus nõ cogitur, poteſt creditori pignus adiudicari authoritate principis, vt l. fina. C. eod. tit. ¶Dum autem dictum eſt authoritate principis, intellige tu per iudicem ordinarium cauſæ facientem hoc authoritate ordinaria, ſibi à principe cõceſſa: nõ autem, quõd noua authoritas in hoc requiratur: omnia enim iure facimus, quibus authoritatem noſtram impartimur, dicit imperator in l. authoritatem. §. omnia. C. de veter. iure enuclean. Ita declarant Bal. & Salic. in d. l. fina. & Salice. in l. ordo. C. de execu. rei iudic. per l. à diuo Pio. §. ſi pignora. ff. de re iudic.
11 quicquid aliud dixerit ſuper hoc Cy. in d. l. fi. ¶ †Et ex prædictis apparet, quõd creditor vel ex pacto, vel ſine pacto ſeruata forma iuris, poteſt alienare pignus cõuentionale vt dictum eſt ſuprà, & alienando transfert dominium in emẽtem, licet ipſe creditor qui alienat, non ſit dominus, vt inſtitut. quib. alien. licet vel non. §. j. & ibi per Angel. de Aret. Intellige tu ita demum, ſi emptor ſit inductus in poſſeſsionem pignoris à creditore vendente, non aliter, vt l. qui prædium. & ibi Bal.
12 C. de diſtrac. pigno. ¶ † Nec eſt nouum, quòd qui dominium non habet, alij dominium det, vt l. non eſt nouum. ff. de acquirẽdo rerum dominio, & iſto caſu fallit regula l. traditio. eodẽ titulo, & l. nemo plus iuris. ff. de reg. iur. & ibi gloſ. & Decius ponunt plures alios caſus, in quibus qui non habet dominium, illud tamẽ
13 alij dat. †Et poteſt eſſe ratio, quia creditor in pignore dicitur ꝓcurator debitoris. l. creditori. & ibi no. Pau. de Caſt. & Iaſ. ff. de nou. oper. nuncia. & Bar. in l. ſi pignori, in vlti. col. in verſicu. ſequitur nona pars. ff. fam. erciſc. & hoc etiam in pignore vendendo, & trãsferendo dominium in emptorẽ, vt nõ. Bal. in l. j. in verſ. item nota, ꝙ creditor. C. cred. euiction. pign. non debere: & ideo dixit Bal. in l. j. in 2. col. in ver. ſed cõtra: quia lege &c. C. ſi ſeruus extero. & ibi etiã Cy. & Paul. de Caſtr. ꝙ quando creditor vendit pignus, cenſetur vendere
14 ipſe debitor. ¶ †Et illud, quod dictum eſt, ꝙ creditor vendens pignus, trãsfert dominiũ in emptorẽ, intellige ꝓcedere quãdo creditor qui vẽdit poſsidet pign⁹: ſecus aũt, ſi creditor nõ poſsidet, ſed agit contra ter-

tium poſſeſſorem pignoris hypothecaria : & quia ille
tertius poſſeſſor nõ reſtituit ei pignus,creditor ab eo
recipit litis æſtimationem:quia in iſtum tertium poſ-
ſeſſorem ſoluentem creditori litis æſtimationem , nõ
transfertur dominium per creditorem,per text. in l.
creditor qui rem.ff.de pignor.action. nam licet aliàs
ſolutio litis æſtimationis in actione reali habeat vim
emptionis,vt l.litis æſtimatio.ff.pro empto.tamen ſe-
cus eſt in pignore & hypotheca: vt no.Paul.de Caſtr.
in l.ſi conuenerit in fi.primæ col.ff.de pign.act.& latè
notaui ſupra in 4.mẽbro quintę partis princ.vbi vide,
15 &c.¶ Ex præmiſsis igitur ſuprà & relatis, ſume regu
lam,quòd creditor poteſt vendere pignus, ſeruatis ta
men ſeruandis,de quibus ſuprà dictum eſt.& in iſta re
gula pone primò decem ampliationes,& poſtea toti-
dem limitationes, ex quibus habebis totam materiã
quando creditor poſsit alienare pignus,& quando nõ
poſsit.¶Primò igitur amplia regulam,vt procedat nõ
ſolùm in rebus maioris & profanis , ſed etiã in rebus
eccleſiæ & minoris.Nã ſi res eccleſiæ & minoris ſint
in principio ſolenniter pignoratæ, vt de iure requiri-
tur,poterunt poſtea vendi per creditorem.non ſerua-
tis ſolennitatibus alias requiſitis in venditionibus re
rum eccleſiæ:vel minorum,vt nota.Bartol. in authen,
hoc ius porrectum.in vltim. colum.in verſicu.quæro.
pone,quòd eccleſia pignorauit fundum. C. de ſacroſ.
eccle.& hoc text.in l.pupillorum.§.j.ff.de reb. eor. &
faciunt no.per Barto.in l.3.in princ.quæſt.princ.C.de
pignor.& per Flor.in l.caueri.ff. commu. præd. ¶Se-
cundò,amplia d.regu.vt procedat etiam ſi debitor in
ſuo teſtamento prohibuerit alienari bona ſua ſub pœ
na applicationis fiſco : ſi fuerint alienata, vel ſub alia
pœna: quia non obſtante tali prohibitione, creditor
non impediretur iure creditoris alienare ſua pigno-
ra,vt eſt text.& ibi gl.Bald.& Sal. in l.j.C.debi. vendi.
pig.imped.nõ poſſ. & idem eſt,ſi teſtator rem pigno-
ratam creditori ſuo , in teſtamento alteri legauerit:
quia per tale legatũ non impeditur creditor iure cre-
ditoris vẽdere:& idem eſt,ſi in dicta re debitor in te-
ſtamento fecit aliquam ſubſtitutionem,vt omnia iſta
not.per Bald.in d.l.j.nam ſecundum eum,venditio fa-
cta per creditorem,extinguit legatum.l.qui ſolidum.
§.fin.ff.de lega.2.cum aliis ibi allegatis per eum.idem
tenet Bald.in l.prædia.in vlt.colũ.in verſicu. ſequitur
ſecunda pars. C. de fideicomm. vbi etiam plus vult,
videlicet quòd ſi dicta venditio fiat per creditorem
ex pacto inito cum debitore, non ſit in ea citandus le
gatarius:ſecus autem,ſi fiat executiuè in iudicio,vt i-
bi per eum. ¶Et ſimiliter non impedietur dicta ven-
ditio,ſi debitor proteſtetur creditori ne vendat , vel
aliis ne emat , niſi prius debitor offerat creditori in-
tegrum debitũ cum vſuris : & creditore recuſante re
cipere,deponat:alioquin ſi modicum quid reſtet de
debito talis proteſtatio non releuat in aliquo, & em-
ptorem non conſtituit in mala fide tanquam facta à
non habente ius proteſtandi.text.eſt no.& ibi gl.fi.&
Bald.& Salic.in l.fi.C.de debi.vendi.pigno.imped. nõ
poſſ. ¶Et idem eſt in ſecundo creditore , proteſtante
ne primus vendat,vt l.fi.& ibi per doct. C.ſi anti.cre-
di.& idem eſt chirographarius creditor,qui cùm non
poterat vendere,vendiderit:quia per talem venditio-
nem iniuſtè factam,non impeditur primus creditor
hypothecarius vendere, vt eſt text. & ibi per Bald. &
16 alios in l.rei.C.de diſtract.pignor. ¶ † Tertiò am-
plia regulam,quòd talis venditio fieri poteſt per cre-
ditorem etiam pendente lite mota per alium contra
debitorem ſuper re pignorata: quia exercitium quod
eſt natum ipſi creditori , non poteſt impediri per talẽ
litem:ita not.Bald.in l.j.C. de litigio. Sed aduerte ꝙ
Bald.iſtud ibi non firmat:& ego credo , quòd amplia-
tio non ſit vera:quia res litigioſa nec alienari nec o-
bligari poteſt,vt per Barto.in l.j.§.j.ff.de litigio.& iſti
regulæ ſtandum eſt,niſi probetur exceptio, iuxta not.
per Bart.& Iaſ.in l.2.ff.ſi quis in ius voc.non ierit.& ꝑ
Iaſ.in l.cætera.ff.de leg.j.exceptio autẽ non probatur
lege:& non obſtat tex.in l.j.C.de litigio.quia ille tex.
loquitur in denunciatione extraiudiciali,quæ ſola nõ
facit rem litigioſam:vt not.ibi glo.ꝑ l.j.ff.eod. & ita
etiam ſentit ibi Bald.& ideo non puto tenendam hanc
17 ampliationem. ¶†Quartò amplia regulam,quòd cre-
ditor poteſt vendere pignus: non obſtante diuiſione
de eo facta inter hæredes debitoris ,vt eſt text. & ibi
Bart.in l.arbiter.ff.de diſtract.pign.& idem text.ad li-
teram eſt in l.fi.eo.tit.quem Bart.dicit fuiſſe duplica-
18 tum ex inaduertentia.¶†Quintò amplia regulam ,vt
procedat non ſolùm in pignore tradito creditori,ſed
etiam in ſimplici hypotheca.quia etiam illam credi-
tor vendere poteſt.ita tenet Bald.poſt Nico. de Matt.
in l.ſi à creditore.C.de actio.& obl.& Bart.in l.pen.in
ver.2.modo.ff.de diſtract.pig.& eſt text.in l. ſi in hoc.
C.de diſtract.pign.& hoc,niſi ipſa hypotheca eſſet ꝑ-
ſcriptione ſublata,vt habetur per Bald.in d.l.ſi à credi
tore.& iſto etiam caſu,ſ.quando creditor vendit hy-
pothecam,transfert dominium in emptorem , ſi eum
inducat in poſſeſsionem , quamuis ipſe creditor non
poſsideret:ita not.Paul.de Caſtr.in d.l. ſi conuenerit.
in ver.item quæro ſi tempore.ff.de pig.action. ¶ Sub-
dit tamen hoc procedere,quãdo creditor vendit rem
hypothecatam , ſecus autem ſecundum eum , ſi ven-
deret ius quod haberet in re : quia tunc ſolùm ius pi-
gnoris eſſet venditum : & emptor iſto caſu poſſet in-
tentare hypothecariam,non autem rei vendicationẽ
per text.& ibi glo.& doct.in l.ex nominis.C. de here.
action.vẽdi.quod not.vt euites æquiuocationem &c.
19 ¶†Sextò amplia regulam, quòd non ſolùm creditor
principalis poteſt vẽdere pignus & hypothecam, ſed
etiam ille qui habet ceſsionem ab eo , iuxta not. per
Bartol.& alios in l.Ariſto.ff.quæ res pigno.oblig.poſ.
¶Et iſtud habet locum, non ſolùm ſi ſit ceſſa ipſa hy-
potheca , ſed etiam ſi ſit ceſſa ſimpliciter perſonalis:
quia etiam tunc intelligitur ceſſa hypothecaria ſiue
illa oriatur ex obligatione generali , ſiue ex ſpeciali,
vt eſt tex.& ibi not.Bald.in l.ſi in ſolutum.C.de actio.
& oblig. & cum ipſa hypothecaria compræhenſa in
ceſsione facta de perſonali in cõſequentiam,& acceſ
ſoriè tranſit etiam ius diſtrahendi in ipſum ceſsiona-
rium,vt not.Bald.in dicta l.ſi à creditore.in primo no.
& dictum ius diſtrahendi,quod(vt dictum eſt) tranſ-
mittitur in ceſsionarium, fortius dicendum eſt quòd
tranſmittatur in hæredem creditoris,vt eſt text.in l.ſi
neceſſarias.§.pen.ff.de pign.act.vbi habetur,quòd pa
ctum quòd creditor poſsit vendere pignus , in dubio
non cenſetur perſonale , ſed extenditur etiam ad hæ-
20 redem,niſi aliud in cõtrarium actum ſit. ¶†Septimò
amplia dictam regulam , vt creditor non ſolùm poſ-
ſit vendere pignus,ſed etiam fructus pignoris nõ du-
rabiles,ne pereant.ita not.Bal.in l.j.in princ.quæſt.C.
de pign.act.poſt gl.Fran.Accur.& Cy.in l.diuortio. §.
21 ob donationes.ff.ſol.mat.quos Bald.allegat.¶†Octa-
uò amplia regulam , vt procedat etiam ſi eſſet ſoluta
pars debiti ipſi creditori: quia hoc non obſtante,cre-
ditor non tenetur reſtituere partem pignoris debito-
ri,ſed adhuc poteſt vendere.l.quandiu. C. de diſtrac.
pig.vbi Bald.dicit hoc procedere,etiam ſi vnus num-
mus tãtum deficeret:& ratio eſt,quia ius pignoris eſt
indiuiduum,vt ibi not.Bald.& Salice.ad idem text.in
l.ſi neceſſarias.§.ſi vnus.ff.de pig.act.¶Et extende iſtã
ampliationem tribus modis. ¶Primo , vt habeat lo-
cum,etiam ſi plures res eſſent pignori datæ:quia cre-
ditor non cogetur vnam ex illis liberare per ſolutio-
nem partis debiti.l.qui pignori.ff.de pig.¶Secundo
extende,vt ꝓcedat ampliatio etiam ſi principalis de-
bitor deceſſerit relictis pluribus hæredibus,quorum
vnus ſoluit partem ſuã debiti:quia hoc non obſtante,
tota



tota res pignori data vendi poterit per creditorem,vt
eſt text.in d.l.neceſſarias.§.ſi vnus.& text.in l.vnus.C.
de diſtract.pign.vbi glo.allegat concordãtias.& ratio
eſt,quia pignus inter cohæredes,nec actiuè,nec paſsi-
uè recipit diuiſionem,vt l.j.& ibi Baldus.C.ſi vnus ex
plurib.hære.cred.vel deb . ¶Et ex hoc infertur quod
idem eſt,ſi creditor deceſſerit relictis pluribus hæredi
bus:quia licet vni ex dictis hæredibꝰ ſoluatur ſua por
tio crediti,tamen cæteri hæredes,quibus non eſt ſolu
tum,poterunt vendere totum pignus,offerendo& red
dendo debitori illud quod ſoluerat eorum cohæredi,
vt eſt text.in l.ſolutum.§.ſi credito.ff.de pigno.action.
& ibi not.Barto.Salice.& Paul.de Caſtr.¶Tertio attẽ
de,vt procedat ampliatio etiam ſi ſors ſit ſoluta,ſed ſi
non ſint ſolutæ vſuræ & aliæ acceſsiones & expenſę fa
ctæ in pignore:quia etiam pro illis totum pignus po-
terit retineri & vendi per creditorem,vt eſt tex.in d.l.
neceſſarias.§.fin.& ibi not.Bart.& de precio pignoris
prius ſatisfieri debet creditori de vſuris , & poſtea de
ſorte.l.cùm & ſortis in princip.ff.de pign.actio.etiam
ſi dictæ vſuræ eſſent debitæ naturaliter tãtum.l.in his.
§.imperator.ff.de ſolu.& latè per Bart.in l.cùm ex plu-
22 ribus.column.fin.eo.titu. ¶†Octauò amplia regulam,
vt procedat etiam quando plures res eſſent pignora-
tæ,& creditor vellet vendere vnam de pluribus , quia
poterit,vt l.creditoris.ff.de diſtract.pign.intelligendo
tamen iuxta tex.in l.2.C.de pig.& vt latius dixi ſuprà
in quinta parte principali,in ſecundo membro,cũ ſe-
quentibus:& declarando etiam,vt dicam infrà in 5.li-
mitatione huius regulæ. ¶Intellige tamen hanc am-
pliationem & declara,niſi debitor inſtaret apud credi
torem volentem vendere,quòd vendatur vna tantum
res quæ ſufficiat ad creditum:& quòd ipſe creditor eã
non vult vendere,patiatur quòd ipſe debitor illam vẽ-
dat,quia iſtud debitor impetrare debet à creditore :
ita declarat Bart.in d.l.creditoris.& ibi ſequitur Sali-
23 ce.per tex.in l.quanuis.in princi.ff.de pig.act. ¶†Et ex
hoc habes,quòd licet creditor nõ teneatur inuitus vẽ
dere pignus,vel vendere magis vnum quàm aliud:ta-
men bene cogitur conſentire debitori volenti vende-
re &(ſi petatur)oſtendere & exhibere pignus,vt inſpi
ci poſsit & vendi,vt eſt tex.in l.quanuis.in prin.& no.
Iaſ.in d.l.à diuo Pio.§.ſed & iſtud.in primo not.ff.de
re iud.¶Intellige tamen hoc præſtita prius cautione
per ipſum debitorem ipſi creditori(ſi res mobilis ſit)
pro ſua indemnitate,vt eſt tex.in d.l.quanuis.in princ.
& ibi not.Bart.quæ cautio debet eſſe cum fideiuſſore
de pignore reſtituendo,vel precio illius ſatisfaciendo
ipſi creditori,vt eſt text.in l.ſicut.§.illud.ver.tutius.ff.
quib.mo.pig.vel hyp.ſol.per quem text.dicit ibi Bart.
in fi.determinari d.l.quanuis.iunctis no.in dict.l.à di-
uo Pio.§.ſed & illud in fin.per Alex.ſed ſi debitor ven-
deret pignus inuito creditore,ei nõ præiudicaret,ſed
deberet vendere ſaluo iure creditoris , vt l.ſi debitor.
24 & ibi not.Bal.& Salicetus.C.de diſtract.pig . ¶†Deci-
mò amplia,vt creditor poſsit etiam vendere vſumfru
ctum ſibi pignoratum,& ſic non ſolum pignora corpo
ralia,ſed etiam incorporalia,vt eſt vſusfructus.ita no.
Bal.in l.j.in fin.C.ſi pig.da.ſit.licet proprietas per eum
cui ſolus vſusfructus pignoratus fuit , vendi non poſ-
ſit,vt not.Bart.in l.ſi is qui.§.iura.in fin,ff.de.pig.vſuſ-
fructus autem,ſicut dictùm eſt,vt not.Alexan.in apo-
ſtill.ad Barto.in d.§.iura.dicens quòd vſusfructus iſto
caſu venditus per creditorem,nũquam reuertetur ad
proprietatem,per text.& ibi not.per Bal.in l.prima.C.
ſi pig.pig.da.ſit:& dixi latè ſuprà in membro ſpecialis
hypothecæ,videlicet in 3.mẽbro ſecundę partis prin-
25 cipalis,nume.13.¶†Vndecimò amplia dictam regulam
vt procedat etiam ſi creditor rem ſibi hypothecatam
precario conceſsiſſet ipſi debitori:quia hoc non obſtã
te,poterit creditor dictam rem vendere.l.2.& ibi Bal.
C.de diſtract.pign.ad idem text.in l.cùm ſortis.§.j.ff.
de pign.actio.& iſto caſu facta venditione à credito
re,poterit agi contra debitorem nũ reſtituẽtem rem
emptori ad intereſſe contraria pignoratitia:item ad
ipſam rem ex precario,vel ex conducto,vel interdicto
vnde vi .vt eſt textus & ibi gloſſ.& docto.in l.ſi pigno-
re.§.ſi poſt.ff.de pignor.actio. & ſic habes decem am-
pliationes ad regulam,quia tertia non eſt vera,¶Limi
26 tatur autem dicta regula decem modis, † Et primò,ꝙ
quanuis creditor poſsit vendere alteri,vt dictum eſt,
& etiam ipſe poſsit emere à debitore vendente,vt l.re
ſcriptum.in princip.& ibi Barto.ff.de diſtract.pign.&
l.Titius.ff.de pign.action.quo caſu quando moleſtare
tur à poſterioribus creditoribus,haberet ius retentio
nis:quia ipſe prior creditor emendo non videtur vo-
luiſſe recedere à vinculo pignoris,niſi datio ſibi facta
à debitore eſſet irreuocabilis , vt declarat gloſſ.not.in
l.qui à creditore.ff.qui pot.in pignor.& ibi ſequuntur
Bartolus & Salicet.Tamen ipſe creditor nõ poteſt ven
dere pignus debitori,vt l.debitor.in princip.& ibi de
clarat & limitat ſolenniter Paulus de Caſtro eodem ti
tul.Item nec ipſe creditor poteſt vendere ſibiipſi etiã
per interpoſitam perſonam,quia talis venditio facta
ſibiipſi,vel per interpoſitam perſonam,non valet,nec
pręiudicat debitori,quin ipſe poſsit offerre debitũ cre
ditori,& liberare pignus,& ipſum repetere directa pi-
gnoratitia,perinde ac ſi nulla facta eſſet venditio.tex.
eſt ſolennis ſecundum Baldum ibi in l.& qui ſub ima-
gine.C.de diſtract.pig.Et vt declarat ibi Bar.& ſequi-
tur Salice.ſi poſt venditionem factam de pignore per
creditorem alteri creditori , continuè in poſſeſsione
repertus eſt,præſumitur ipſe creditor ex hac ſua poſ-
ſeſsione continua per interpoſitam perſonam emiſſe,
allegat l.ſi ventri.§.in bonis.ff.de priuile.credit. quod
no.quia poteſt frequenter in facto cõtingere,& iſtud
procedit etiam ſi creditor haberet expreſſam licentiã
vendendi pignus cuicunque vellet,vt tenet Baldus in
l.ordo.in 2.column.in ver.quæro,data eſt poteſtas cre
ditori,&c.C.de executione rei iu.per allegata ibi per
27 eum.¶†Secundò limita regulam,vt procedat quando
creditor venderet bona fide: ſecus autem, ſi venderet
per dolum vili pretio: quia tunc ſi dolus interuenerit
ex parte creditoris & emptoris,poterit debitor agere
pignoratitia ad ſuum intereſſe contra creditorem : &
creditore non exiſtente ſoluendo,in ſubſidium pote-
rit agere contra emptorem ad reſtitutionem pigno-
ris,oblato ei pretio ſoluto creditori, & hoc quando
pignus vẽditum fuit:ſed ſi vendita fuiſſet ſimplex hy-
potheca,videlicet ante traditionem pignoris factam
creditori,tunc non haberet locum pignoratitia : quia
illa non contrahitur abſque traditione pignoris , vt
inſtitu.quibus modis re contrahi.obliga.§.fina.& iſto
caſu contra creditorem daretur actio de dolo, ad in-
tereſſe.argu.l.ſi quis pignore.in fin.ff.de pigno. actio.
ſecundum Cyn.Pet.Bart.& Salic.in l.j.C.ſi vendi.pig.
agatur.Sed contra emptorem tam in pignore quàm in
hypotheca vendita per dolum creditoris & emptoris
competeret interdictum fraudatoriũ, vt firmant Bart.
& Salice.in d.l.j.vbi etiam ponunt modum libellandi
in hoc interdicto.¶Et iſto caſu quando ſcilicet agere-
tur contra emptorem ex dolo participato ab eo cum
creditore in emendo pignus vel hypothecam,nõ poſ-
ſet emptor ſupplere iuſtum pretium,vt tenet gloſſa &
Bald.& Salic.in l.pen.C.ſi vendi.pignor.aga.Secus , ſi
dolus non fuiſſet commiſſus in vendendo: ſed ſolum
in minori ſeu viliori pretio:nam tunc bene poſſet em-
ptor ſupplere pretium,cùm venditio nõ fuerit ex hoc
tantum nulla ſecundum Baldum in dicta l.penulti.
¶Et eodem modo emptor nõ poſſet ſupplere pretium
debitoris,quando vẽditio fuiſſet nulla ex eo,quia cre
ditor qui vendidit,non habebat facultatem vendẽdi,
vel ſi habebat,non ſeruauit ſolennia requiſita,de qui-
bus dixi ſuprà in prin.huius 6.partis.nu.2.cũ pluribus

N

ſequentibus,& ita declarat Bald.in d.l.penulti.¶Si autem dolus interuenerit ex parte creditoris tantum,& tunc ipſe ſolus tenebitur,ita quòd etiam emptor non teneretur iſto caſu in ſubſidium,ſecundum gloſſ.& Salic.in d.l.j.C.ſi vendi.pig.aga.& eſt text.in l.fin.cod.titu.& text.& ibi gloſſ.& alij in l.ſi ceſſante.C.de diſtra.pign.¶Sed ſi dolus interueniſſet ex parte emptoris tantum,& tunc dicit gloſſ. quòd ipſe emptor in ſubſidiū tenebitur,Salice.ibi dicit,quòd dicta gloſſ.eſt corrupta,& quòd iſto caſu tenebitur ſolus emptor,&nō creditor:quia dolus non debet egredi perſonam committentis.d.l.ſi ceſſante.& l.Fulcinius.§.quod ſi aduerſus.ff.ex quibus cauſis in poſſ.ea.& hoc,niſi creditor pluris vendiderit quàm habere debuerit:quia tunc pro illo pluri etiam creditor conueniri poterit, vt l.fin.C.de diſtract.pigno.¶Subdit tamen quòd ſi in iſto pluri creditor non reperiretur ſoluendo,poſſet etiam in eo inſubſidium conueniri emptor,propter eius dolum.argumen.l.fina.ff.de eo per quem fact.erit.& iſto vltimo caſu dicit Salicet.quòd dicta gloſſ.poſſet ſaluari,ꝙ tamen vltimum ipſe relinquit cogitandum:tamen ego puto procedere per text.in l.fina.C.ſi vendi.pign.aga.
28 arguendo à contrario ſenſu.¶†Item adde prædictis, quòd ſi creditor venderet pignus,non ſeruata forma iuris vel ante tempus vēdendi,poterit debitor & eius hæres illud vendicare ab emptore oblato pretio,habita conſideratione fructuum, iuxta l.emptor.ff. de rei vendicatio.niſi tamen emptor iam pignus vſucepiſſet, quia tunc agendum eſſet contra debitorem ad pretiū: ſed creditor illud poterit cum credito compenſare,vt eſt textus,& ibi gloſſ.Bald.& Salic.in l.2.C.ſi vēd.pig.aga.& in l.penulti.eodem titu.

¶Sed dubitatur,an prædicta procedent,ſi venditio facta fuit per creditorē cum authoritate iudicis,an ſcilicet iſto caſu debitor poſsit agere,vt ſuprà deductum fuit,vel ex dolo participato in venditione per creditorem & emptorem,vel ex cauſa minoris & vilioris pretij:& in hoc breuiter & concluſiuè dicendum puto,ꝙ in dubio præſumendum eſt pro decreto iudicis,quòd omnia ritè & rectè facta ſint,vt per Alexā.& alios in l.ſciendum.ff.de verb.oblig.& Feli.& Cano.in c.quoniā contra falſam.de proba.ſed tamen poteſt probari contrarium,& hoc probato,poterit debitor venire cōtra dictam venditionem modis & formis ſupra traditis, dicto decreto & authoritate iudicis non obſtāte,prout in ſimili dicitur in terminis l.2.C.de reſcind.vendi. quia ſi in venditione interueniat decretū iudicis,ceſſat remedium d.l.2.niſi probetur læſio & deceptio,vt latè per Alexan.poſt alios in l.pretia rerum.ff.ad l.Falcid.& in l.ſi quis cùm aliter.ff.de verb.obligat.& in l.pacta nouiſsima.C.de pact.& habetur per modernos in repeti.d.l.2.in 9.limitatione. ¶Tertiò limita regulam,niſi eſſet conuentum, quòd ſi infra certū tempus debitor non ſolueret,poſſet creditor vendere pignus: quia ſi elapſo termino debitor offerat ſoluere antequam creditor vēdat pignus,debet audiri,& creditor non poterit poſtea vendere,vt in Spec.de lit.cōteſt.§.j.verſi.patet,ibi:item ſi tibi rem.& habetur per Cardinalem in clemen.j.§.nos itaque.pen.quæſtionè, de iureiurando,ſequitur Decius in l.fructus.ff.de regul.iuris,per l.tertiam.C.de pignoribus.& dixi ſupra quarta parte,nu.1.Quarto limita,quādo ſecundus creditor offerret ſuum debitum primo:quia tunc primus vendere pignus non poſſet,l.fina.& ibi Bald.C.ſi anti.creditor.l.ſecundus.C.de pignori.& idem dicendum eſt in debitore offerente: quia per eius oblationem creditor impeditur vendere,vt no.Barto.in dicta l.pen.quæ incipit creditor.ff.de diſtract.pignor.& habetur in l.final.C.debi.vendi.pigno.impedi.non poſſe. ¶Quintò limita,quando eſſent plures res obligatæ: quia ſi ex venditione vnius poteſt ſatisfieri creditori,debet illa tantum vendi:non autem poſſunt vendi omnes , nec etiam melior:ſi vilior vendi poteſt,& ex ea poteſt conſequi creditor ſuum creditum gloſſ.Barto.Bald.& Salice.in l.quandiu.C.de diſtract.pignor.& ſi venderetur melior,quando deterior ſufficiebat,creditor diceretur eſſe in dolo,& tenetur debitori ad intereſſe: vt notat Barto.in l.creditoris.ff.de diſtract.pigno.& in l.à diuo Pio.§.in venditione.in verſiculo quæro.hic dicitur quòd in executione.ff.de re iudicat.ſubdens ibi idem eſſe in iudice,adeo quòd ſi aliud fieret per iudicem,poſſet appellari tanquam eſſet exceſſus modus in exequendo,vt ibi per Barto.idem tenet Baldus in l.ordo.C.de execu.rei iudic.& Abb.in capi.quo ad conſultationem in 8.column.de re iudic.& iſta eſt communis opinio,& tenenda,quanuis Rapha.Cuma.& Petr.de Belu.in d.§.in venditione,tenuerint quòd in rebus mobilibus ſit electio creditoris,incipere ab illis,quæ facilius emptorem inuenire poſſunt,per aliqua argumenta,quæ Iaſ.poſt Alexan.in d.§.in vēditione.refert, in ſecunda column.in verſi.in ead.glo.in fin.& illis reſpondet,& reſidet cum communi opinione, videlicet quòd etiam in rebus mobilibus pro executione incipiendum ſit à rebus minus dānoſis,vt ibi latè per eum.
29 ¶†Adde etiam prædictis,quòd ſi creditor vellet vendere rem pro minori precio,quàm communiter valeat vel ſi debitor offerret,& creditor nollet recipere ſolutionem,ſed vellet procedere ad venditionem,quòd debitor poteſt appellare à proceſſu facto ſuper venditione.& per talem appellationem impedietur venditio: & ſi poſteà fieret,reſcindetur:vt l.ſi reſiduum.& l.quādiu.& quod ibi not.per doct.C.de diſtract.pigno.& l.penul.ff.de reſc.vend.& ita not.Barto.in l.fin.in fin.ff.de appellation.recip.quod nota & tene menti,quia po-
30 teſt multoties contingere in practica.¶†Sextò limita regulam, vt non habeat locum in ſecundo creditore: quia ille non poterit vendere pignus niſi prius dimiſſo primo creditore per oblationem vel ſolutionem:& ſi aliter venderet,poterit emptor conueniri hypothecaria à primo creditore,textus eſt & ibi Bartolus & Salice.qui bene ponit caſum in l.prima.ff.de diſtract.pigno.Et prædicta intellige niſi ſecundus creditor vigore ſententiæ pro executione rei iudicatæ accepiſſet pignus,& vellet illud vēdere authore prætore:iuxta tit.C.ſi in cauſam iudic.pig.cap.ſit:& creditor primus ſe opponeret tali executiōi,dicēdo pignus eſſe ſibi prius obligatum:quia iſto caſu non ſupercedebitur in executione,ſed fiet venditio & de pretio ſatisfiet primo creditori,& reſiduum conuertetur in cauſam iudicati ſatisfaciendo ſecundo creditori,vt eſt textus & ibi not.Barto.Alexan.& Iaſ.in l.à diuo Pio.§.ſed & illud.ff.de re iudic.quod not.quia aliàs citra executionem rei iudicatæ non poſſet fieri venditio pignoris ad inſtantiā ſecundi creditoris inuito primo:vt l.eos.C.qui.pot.in pigno.habe.& l.nulla.C.de ſol.ita not.Alexan.& Iaſo.in d.§.ſed & illud.& ibi eſt tex.de hoc,quod not.ne ſis
31 in æquiuoco,&c.¶†Septimò limita regulam,quādo hypotheca eſſet perempta præſcriptione:quia ſicut perit hypotheca,ita perit authoritas vendendi pignus: & illa exceptio quæ obſtat ex præſcriptione creditori,obſtat etiam emptori pignoris:& ideo iſto caſu creditor vendere non poteſt:ita no.Baldus in l.ſi ita creditore.ſecundo no.C.de act.& obliga.& Oldra.in conſi.thema tale,quidam paterfamil.¶Octauò limita regulam,quando vna res eſſet ſpecialiter obligata creditori,& aliæ res eidem generaliter:quia prius debet vendi illa res,quæ eſt ſpecialiter obligata:& ſi nō eſſet ſufficiens pro ſatisfactione debiti,poſſet poſteà deueniri ad venditionem rerum generaliter obligatarum,&nō aliter,vt eſt text.in l.quæ ſpecialiter.C.de diſtraction.
32 pigno.iunctis not.in l.2.C.de pignorib. ¶†Nonò limita,niſi debitor vendiderit rem obligatam creditori,antequam eam ipſe creditor venderet: quia emptor qui emit à debitore,habita traditione rei, præ-

feretur



feretur in dominio emptori,qui emit poſtea à creditore:ſalua tamen erit hypotheca ipſi creditori,contra eum qui emit à debitore:textus eſt & ibi Baldus in l.ſi debitor. C.de diſtractio.pigno.& in l.ſi conuenerit.la ſecunda.§.ſi fundus.ff.de pignor.action. & facit text. in lege ſiue autem.§.ſi duobus.ff.de publicis. Intellige tamen tu,niſi fortè ipſe creditor conueniſſet pacto cum debitore hypothecante,vt non poſſet ipſe debitor vendere rem hypothecatam: nam tali conuentioni ſtandum eſt: & ſi debitor contra conuentionem vēderet,venditio eſſet nulla,per text.ſecundum intellectum Bartoli & verum, iuxta literam Piſanam in l.ſi creditor.§.fin.ff.de diſtract.pignor.

¶Decimò limita,quando creditor venderet pignus ipſi debitori,quia talis venditio eſſet nulla, & precium conuerteretur in ſolutionem debiti,& ſi ex eo eſſet integrum debitum ſolutum,eſſet reſolutum,eſſet reſoluta hypotheca,& poſſet debitor repetere pignus per actionem pignoratitiam,non autē per actionem ex empto:vt eſt tex.& ibi Bar.& Pau.de Caſtr.in l.debitor.in
33 prin.ff.de pig.actio.¶†Et ratio eſt,quia emptio rei ſuæ non valet.l.ſuæ rei.ff.de contrah.empt. & quia res ſua nō poteſt amplius effici ſua.l.ſequitur.§.lana.ff.de vſucapio.¶Aduerte tamen,quòd mandatum factum alicui de emendo rem ipſius mandantis, nomine ipſius mandatarij valet:quia tunc mandatarius emendo nomine ſuo proprio,acquirit ſibi dominium, & poſtea tenetur illud transferre in mandantem actione mandati:ita debet intelligi textus in l.ſi tibi mādauero.§.ſi ij quorum.ff.manda.vt declarat Pau.de Caſtro in dicta l.debitor.in princip.Qui etiam ibi ſubdit,quòd licet emptio rei meæ ratione proprietatis ſeu dominij exiſtentis apud me,non valeat,tamen ratione poſſeſſionis,quæ eſſet apud vendentē,& in qua ille eſſet potior,bene valeret,per textum in l.ſi in emptione.§.ſuæ rei.ff.de contrahend.emptio.prout etiam valet precarium & conductio rei ſuæ ratione poſſeſsionis exiſtentis apud alium,vt l.cùm & ſortis.§.fina.ff.de pignorat.actione.& latè habetur per docto.in l.ſi aliquam rem.in fine.ff.de acquirenda poſſeſsio.& ſic habes expeditam iſtam regulam cum decem ampliationibus & totidem limitationibus,&c.iſtis expeditis,ponēdæ ſunt modò plures notabiles quæſtiones in materia.

34 ¶†Et primò quæritur, quid ſi ſunt plures creditores quibus inſimul & inſolidum vna res fuit hypothecata,& quorum par eſt cōditio reſpectu hypothecę,iuxta l.aliena.§.ſi pluribus.ff.de pignor.& l.ſi fundus.§.ſi duo.eodem titulo.An ambo iſti creditores poſsint in ſolidum vendere dictum pignus,ſicut ambo in ſolidū habent illud hypothecatum:& breuiter dicēdum eſt, quòd non,propter abſurdum quod ſequeretur,videlicet quòd duo emptores fierent domini in ſolidum eiuſdem rei:ita determinat Bartolus,cum quo alij trāſeunt in l.tertia.§.ex contrario.in penultima columna.in verſiculo,pro declaratione materiæ.ff.de acquirenda poſſeſsiōe.& ſubdit ibi Bartolus,quòd apud dictos duos creditores non reperitur poſſeſsio ciuilis in ſolidum,nec ambo poſſunt fructus in ſolidum percipere,quia iſtud eſſet abſurdum.& ideo concludit ipſe,ꝙ nec in ſolidum poſsident nec poſſunt in ſolidum vendere ad euitandum abſurdū:ſed quòd erit melior conditio occupantis,& habita poſſeſsione per præoccupationem,ille habebit beneficium poſſeſſoris, & percipiet fructus computandos tamen in ſortem,iuxta l.ſecundam. C.de pignoratitia actione,& vendet. ¶Et ita etiam colligitur ex notatis per Bart.& Salice.in dicta l.ſi fundus.§.ſi duo.& per Dyn.& alios in regu.qui prior.libro 6.per l.ſi quis à multis.ff.de noxal. Et adde hic quę dixi ſuprà in ſecundo membro quintæ partis principalis.numer.31.

35 ¶†Secundò quæritur de alia notabili quæſtione & difficili in materia: pone enim quòd debitor obligauit creditori omnia bona ſua, & ipſe etiam conſtituit ſe poſsidere pro dicto creditore, & poſteà idem debitor vnam ex dictis rebus obligatis vendidit,& conſtituit ſe nomine emptoris illam poſsidere, an iſto caſu dicendum ſit, quādo in emptorē tranſierit dominium & vſucapiendi conditio. In hoc Bartol.in.l.Celſus.in tertia.col.in verſicul.ſed pone quòd debitor.ff.de vſucapion. diſtinguit, quòd aut debitor quandò obligauit bona creditori, non conſtituit ſe ſimpliciter pro ipſo creditore: ſed cum iſta dictione, precario, quæ clauſula hoc modo concepta operatur, quando aliud non eſt actum, quòd ciuilis poſſeſsio ſit translata in creditorem, & naturalis remanſerit penes ipſum debitorem, vt.l.ſecunda.& habet.§.j.ff. de precar. & no. Bart.in.l.creditores. in ſecund.quæſt. C.de pignor. Et iſto caſu dicit Bar.quod debitor vendens dictam rem, vt ſuprà, obligatam, & conſtituens ſe eam ſimpliciter poſsidere pro emptore, trāsfert in emptorem omnem poſſeſsionem, & priuat creditorem ſua ciuili, vt l.interdum.§.fin.& ibi per doctor.ff.de acqui.poſ.& ideo concludit Bartol. quod iſto caſu tranſit in emptorem dominium & vſucapiendi conditio. Sed contrarium vult idem Bart.in.d.l.creditores.in quart.quęſt.princ. in verſic. ſed pone quod debitor. vbi in iſtis proprijs terminis,quando ſcilicet debitor conſtituit precario poſsidere bona obligata pro creditore,tenet quod debitor tradendo alteri non priuet creditorem ſua ciuili, quia ſcilicet illa ciuilis per ſe ſtat, & non cohæret naturali per allegata ibi per eum. Tamen magis communis opinio eſt cum eo quod tenet Bartol.in d.l. Celſus.vt firmat Alex.in vtroque loco in apoſtil.ad Barto. & iſtam opinionem latè diſputando firmat idē Alex. in.l.interdum.§.fin.ff.de acquir.poſſ.vbi reſpondet ad ea, quæ in contrarium allegantur per Bartol. in d.l. creditores.videlicet quod in caſu iſto ciuilis quæ erat apud ipſum creditorem, requieſcebat ſuper naturali: & ideo trāslata naturali per debitorem in emptorem, transfertur etiam ciuilis,ſed in allegatis in cōtrarium per Bartol. ciuilis nullo modo requieſcebat ſuper naturali:quia ciuilis poſſeſsio proprietarij non requieſcit ſuper naturali vſufructuarij: nimirum ergo translata naturali per vſufructuarium,non interuertitur ciuilis proprietarij: ita declarat & bene Alexand.in d.l.interdum.§.fin. ¶Subſequitur Bartol.in d.l. Celſus.in ſua diſtinctione, quòd aut debitor ſimpliciter conſtituit ſe poſſidere pro creditore bona obligata:& poſtea vendit vnam ex rebus obligatis & conſtituit illam poſsidere pro emptore:& iſto caſu licet omnis poſſeſſio fuerit translata per ſimplicem clauſulam conſtituti à debitore in creditorem,iuxta l.quod meo,in prin.ff. de acquir. poſſ. & per conſequens videretur, quod per conſtitutum poſteà factum per debitorem vendentem,nulla fuerit translata poſſeſsio in emptorem, per l. quamuis. §.j. ff. de acqui. poſſeſ. tamen cum illa poſſeſsio,quæ eſt apud creditorem ſit ad commodum debitoris reſpectu dominij & conditionis vſucapiendi:vt l. ſerui nomine.ff.de vſucapiend. & l.qui pignoris.& l.j.§.per ſeruum corporaliter.& ibi declarat Iaſ. ff.de acquir. poſ. etiam iſto caſu dicendum eſt ſecundum Bartol.quod in emptorem fuerit translatum dominium, & conditio vſucapiendi, ſicut erat apud ipſum debitorem:quia reſpectu dominij & conditionis vſucapiendi, dum creditor eſt in poſſeſſione, debitor dicitur poſſidere mediante perſona creditoris: & ſic fictè, vt declarat Iaſ. in d.§. per ſeruum corporaliter. Non mirum ergo ſi debitor poſsidens mediante perſona creditoris,ſaltem reſpectu dominij & conditionis vſucapiendi,conſtituendo ſe poſſidere pro emptore, potuit in eum transferre dominium & conditionem vſucapiendi: & ita dicit Bartol. in dicta l. Celſus.tenuiſſe Iaco.But.Inſt.de action.§.ſed iſte.& hoc ſibi placere: iſtam opinionem etiam ſequitur Cuma

in l.qui pignori.ff.de acquir.poſſeſſ.& Paul. de Caſtr. in l.quamuis.32.§.ſi conductor.eod.tit. ¶Et hanc opinionem dicit Soci. in d.l.j.§. per ſeruum corporaliter. in ſexta.colum. eſſe veriſsimam, quando debitor qui vendidit, detinet pignus, nomine tamen creditoris: quia pro eo conſtituit ſe poſſidere: nam ſecũdum eum facilius transfertur dominium per actũ fictum, quàm poſſeſſio;per text.& gloſſ.in dicta.l.j.§. ſed & per eum: ſicut ergo poſſeſſor tradendo & etiam conſtituendo, ſic & per fictam traditionem trãsfert poſſeſſionem d.l. quod meo.in princ. & ita fortius dicendum eſt in dominio: & ideo dominus tradendo verê detentionem, transfert dominium.l. ſi fundum.ff.de fun. dom.ſimiliter & per actum fictum conſtituendo ſe detinere nomine emptoris, transfert in eum dominium: quia ratio, propter quám per conſtitutum trans fertur dominium à poſſeſſore, eſt, quia poſſeſſor præſtat miniſterium ſui corporis in detinendo, vt dicit text. in dict.l. quod meo.in prin.quæ ratio militat etiam in detinente pro alio,ſicut in poſsidente ſecundum Soc.qui ſubdit, quod iſta ratio multum benè declarat dictam deciſionem Bartol. ¶Sed maior eſt difficultas quando debitor non conſtituiſſet ſe poſſidere pro creditore, ſed verè tradidiſſet ei pignus. Nam tunc verè tradendo emptori,non poteſt transferre dominium,cùm pignus non ſit apud debitorem, ſed verè traditum fuerit creditori:vndè cùm verè tradẽdo non poſsit transferre dominium in emptorem, videtur etiam quod nec per actum fictum conſtituti poſſit transferre in eum dominium. Tamen hoc non obſtante, etiam in hoc Bartol.in dic.l.Celſus.tenet idem,videlicet quòd debitor vendendo pignus,& conſtituendo ſe poſſidere pro emptore,transfert in eum dominium: non obſtante quòd debitor non detineat,ſed illud tradiderit creditori: quia quantùm ad effectum dominij, etiam quòd debitor tradiderit pignus creditori, dicitur poſſidere: vt habetur per Iaſon.in dicto §. per ſeruum corporaliter. & ideo adhuc poteſt transferre dominium in emptorem,& ita tenendum concludit Socin. ibi. & reſpondet duabus rationibus in contrarium motis per Aret,in dict.§.ſi conductor,qui illas indiſſo
36 lutas dimiſerat, &c. ¶†In prædictis tamen eſt aduertendum, quòd quando debitor bona hypothecata conſtituit ſe poſſidere pro creditore, & ea poſtea alienat: poteſt creditor tanquam priuatus ſua poſſeſſione agere ad reuocandum poſſeſsionem dictorum bonorum contra quoſcunque tertios poſſeſſores, per remedium l.final.C.de acqui.poſſeſſ.etiam nulla facta excuſsione bonorum principalis debitoris: & hoc fuit ſingulare dictum Iacob. Butr.in authentic. hoc ſi debitor.C.de pign. & ita ſingulariter limitando dict. auth.referunt,tenent,& ſequuntur. Angelus,Imol. & Alexand. in l.exitus. ad finẽ. ff. de acqui. poſſeſſ. cum concordantijs ibi copioſè adductis per Alex. idem etiam latè comprobat Alex.in repe.l.ſæpe.in col. 30.ff. de re iud. in ver. ſecundario, &c. ¶Adde tu Roma. in conſil.189.ſtante primo quæſito,ad finẽ.vbi hoc dictum notabiliter limitat, videlicet, niſi conſtitutum vel precarium eſſet extinctum per mortem debitoris conſtituentis.& idem tenet Cor.in conſil.190. ad euidentiam. in litera d. j. volu. ¶ Quinimmo plus voluit Corn. in conſil. 55. viſis & diligenter.3. vol.in litera d. videlicet quòd d.l.fi. non procedat in precario, ſed in conſtituto tantùm: tamen eius opinio in hoc non eſt tenenda,quia immo quòd etiam in precario procedat d.l.fi.tenent Ang.Raph. Imol.& Alex.in d.l.exitus. ad finẽ. & ſequitur ipſe Corn. ſibi contrarius in conſilio 128.excogitabam.2.vol.& ibi etiam tenet,quod iſto caſu non requiratur excuſſio,vt dictum fuit ſuprà.Idem etiam tenent Angel.de Aret.& Iaſon.Inſtit.de action. in §. item ſi quis in fraudem. in column. 25. &c.
37 ¶†Tertio quæritur in materia,an creditor vendendo pignus, poſſet habere fidem de precario: & in hoc licet alias in procuratore vendente rem domini ſit dubium,& ſoleat diſtingui,vt latè per Bart. cum quo alij tranſeunt in l. à diuo Pio. §. ſed ſi emptor. ff. de re iudic. tamen in creditore vendente pignus iure creditoris:quo caſu cenſetur vendere tanquam procurator debitoris, vt eſt text. in l. eleganter.§. ſi vendiderit.& ibi no.Bartol.ff.de pign.act.& idem Bart. in l.creditori.ff.de no.ope.nunc. communiter tenetur, quod creditor vendens poſſit facere dilationem de precio ipſi emptori, & ſic habere fidem de eo. & hoc non ſolùm vſque ad quãtitatem quæ debetur creditori, ſed etiam ab inde ſuprà,quando contingeret pignus vendi pluris, quàm ſit ipſum debitum, & debitor tenebitur talem venditionem habere ratam, vt eſt text.in d.l. eleganter.§.ſi vendiderit.& iſto caſu,creditor qui vendidit,non tenebitur ſoluere debitori illud plus,quo venditum fuit pignus vltra debitum,& de quo fecit dilationem emptori: ſed ſolùm tenebitur cedere actionem debitori ad illud reſiduum precij contra emptorem, periculo tamen ipſius creditoris qui vendidit,vt eſt text.in d.§. ſi vendiderit.& ibi not. Bartolus. Salic.& Paul. de Caſtro.¶Et iſtud quòd creditor non teneatur ſoluere debitori illud plus,quo pignus venditum fuit,& de quo fecit emptori dilationem ad ſoluendum:ſed ſolum teneatur ei cedere actionem,pone pro regula, & illam complectendo materiam, limita & declara quinque modis:quæ limitatione colliguntur ex glo.in l.penul.eodem titul.quæ videbatur contrariari d.§.ſi vendiderit.& ideo ibi gl.ponit quinque ſolutiones,per quas limitatur d.§.ſi vendiderit,quinque modis.¶Primò ergo limita d.regulam.d.§.ſi vendiderit.ſ.quòd creditor nõ teneatur niſi cedere actionem debitori contra emptorem,vt non habeat locum quando ipſe creditor totum pretium recepit, tunc enim teneretur ſoluere illud reſiduum debitori, & iſta eſt prima ſolutio gloſſæ.¶Secundò limita,quando debitor non curat recipere ceſsionem ab ipſo creditore, ſed contentatur expectare dilationem per eum datam emptori,& tunc accipere pretium per manus creditoris:nam iſto caſu non cogitur debitor inuitus recipere ceſsionem:& iſta eſt 2.ſol.gl.¶Tertiò limita, quando creditor vellet cedere actionem contra emptorem per modum delegationis:debitor autem nollet illam hoc modo,ſed per viam ſimplicis ceſſionis tantũ: quia non vult,quòd creditor delegando penitus liberetur iuxta l.j.C.de nouat.quia in hoc debet contentari ipſe debitor,& iſta eſt tertia ſol.gl.¶Quartò limita,quãdo creditor fuiſſet in culpa,in dando talem dilationem emptori,& in habendo fidem de pretio:quia tunc debitor non cogetur recipere ceſsionem,& iſta eſt 4.ſol. gloſſ. ¶Quintò limita,quando creditor vellet cedere actionem periculo debitoris,& nõ periculo ſuo: quia debitor non cogitur illam recipere, & iſta eſt 5.ſol.gl. quod intellige tu procedere, quando creditor potuit vendere preſenti pecunia abſque dilatione. Nam iſto caſu non debuit facere gratiã de alieno ipſe creditor, & ideo tenebitur cedere ſuo periculo,vt no.Paulus de Caſtra in dicto §.ſi vendiderit.per tex.in l.qui Romæ. §.Callimachus,&c.de verb.obli.inducẽdo, vt ibi per eum:ſed ſi creditor non fuit in culpa in dando dilationem,quia forte nõ potuit aliter vendere, vel quia erat talis conſuetudo,tunc non teneretur cedere ſuo periculo,vt declarat Paul.de Caſt.in d.§.ſi vendiderit.ar.l.
38 ſi pignore.§.fin.eodem titul.¶†Sed in prædictis dubitatur,in quo verſetur periculũ creditoris in eo in quo habuit fidem de pretio.Dicit gloſſ.in dicto §.ſi vendiderit.quam ſequitur ibi Bart. ꝙ periculum creditoris ſubeſt,quando ipſe fuit in culpa:quia vẽdidit emptori,qui non erat ſoluendo tempore venditionis: & habuit eidem fidem de pretio:& ideo cùm fuerit in culpa, dilatio debet ſtare periculo ipſius creditoris qui vendi-



didit tali emptori:ſecus autẽ eſſet, ſi tempore venditionis emptor erat ſoluendo:ſed poſtea incepit eſſe non ſoluendo: quia tunc creditor non dicitur eſſe in culpa,& dilatio non erit eius periculo:ita tenet ibi gl. & allegat tex.in l.quæſitum.in prin.ff.de diſtra.pigno. & ibi etiam glo.j.hoc tenet,dum intelligit text.illum, cùm ſubitò facultates emptoris læſæ ſunt. ¶Et per illum textum no.Pau.de Caſt.in d.§.ſi vendiderit,quòd ſi creditor qui ſine culpa fecit dilationem emptori, & poſtea ex aliquo caſu ſuperuenienti ſine aliqua culpa creditoris,non potuit exigere pretium ab ipſo emptore,quòd habebit regreſſum cõtra debitorem ad ſuum creditum:quia debitor per venditionem prædictam non fuit liberatus,ex quo per creditorem nõ fuit perceptum pretium:& ita in terminis probat ille textus in d.l.quæſitũ.in prin. & ibi etiam no. Bald.in additionibus nouis:& illum text.pro mirabili ad hoc no.Iaſ. in l.j.in 4.col.in ver.adde tamen.ff.qui ſatiſda.cog.

¶Aduerte tamen in prædictis,quòd non cenſetur nec dicitur quis habuiſſe fidem de pretio,quando ille qui vendidit vel tradidit,putauit ſtatim ſe illud recepturum.tex.eſt & ibi no.Bar.in l.ſi quaſi.ff.de pign. actio.
39 ¶†Quartò quæritur, quid ſi fuit hypothecata domus quæ eſt cõbuſta,& poſtea fuit reædificata à debitore, an iſta reædificata,poſsit vendi per creditorem, ſicut poterat vendi ex pacto illa quæ fuit combuſta:& breuiter reſpondetur,quòd ſic.vt eſt tex.in l.fin.& ibi no. Barto.ff.de pig.Ratio eſt, quia domo, quæ eſt hypothecata,combuſta, remanet in obligatiõe area,in qua ſi poſtea alia domus ædificetur à debitore, ipſa etiam domus cedit in obligationem pignoris, vt eſt text. in l.Paulus.§.domus.ff.de pig.& hoc non ſolum, ſi reædificetur per ipſum debitorem,ſed etiam ſi reędificetur per alium,qui aream emit à debitore, vt vult text. in d.§.domus.¶Sed hoc ſecundo caſu ſi creditor ageret hypothecaria contra emptorem,qui reædificauit, non poſſet obtinere, niſi reſtitutis expenſis factis in conſtructione domus,vt etiam de hoc eſt text. in d. §. domus.& inquantum ibi glo.laborat,an in hoc ſit idẽ in bonæ fidei poſſeſſore, & in malæ fidei,recurrẽdum eſt ad no.per Barto.in l.in fundo.ff.de rei vendi.& per Ang.de Are.inſti.de rer.diuiſ.§.certè.vbi plenè tractatur,an etiam malæfidei poſſeſſor habeat retentionem pro melioramẽtis in re factis:& diſtinguitur inter expẽſas neceſſarias & volũtarias,iuxta l.planè.ff.de pet. hær.& vide quæ dixi ſuprà in 4.mẽbro 5.partis, in 10.
40 concluſione.¶Quintò quæritur in materia venditionis pignorum,an creditor vendens pignus, teneatur emptori de euictione:& in hoc complectendo totam materiam,pone regulam & fallentias. ¶Regula ergo ſit,quòd creditor vendens pignus non tenetur de euictione.iſta regula probatur in l.periculũ.& ibi not,gl. & Bar.& Sal.ff.de pig.& in tit.C.credi. euict.pig. non debere.¶Amplia modo regulam,vt habeat locũ, non ſolùm ſi creditor vendat pignus cõſiſtens in corpore, ſed etiam ſi vendat nomen debitoris hypothecatum. vt eſt text.in d.l.periculum. ¶Secundò amplia, vt dicta regula procedat non ſolùm in creditore priuato vendente, ſed etiam in fiſco, quia in hoc fiſcus vtitur iure priuati:vt l.j.C.credi.euic.pig.non debere.¶Fallit autem dicta regula ſex modis.Et primò fallit,quando ille qui vendidit tanquam creditor,non doceret ſe eſſe creditorem,& rem venditam eſſe ſibi obligatam: tunc enim non obſtante,quòd vendiderit tãquã creditor,teneretur de euictiõe,q̃ poſtea ſequeretur. ita ꝓbat tex.in d.l.j.in prin.dũ ibi dicitur prędium obligatum.& ibi glo.no.fin.q̃ vult ꝙ creditor qui vendit pignus debet quatuor præſtare:& primũ eſt illud,quòd proximè dixi,& cum gl.tranſeunt ibi Bart.Bal.Salice. & alij,& idẽ tenet Salice.in l.reſcriptũ.§.j.ff.de diſtra. pig.¶Secundò fallit,quando creditor qui vendit,doceret ſe creditorem,& illam rem eſſe ſibi obligatam: tamen nõ doceret ſe in dicto pignore ſeu hypotheca eſſe potiorem omnibus aliis creditoribus: tunc enim ſi alius creditor potior euinceret ab emptore,ille creditor qui vendidit teneretur de euictione.text. eſt in d.l.j.in fi.ibi,potiorem ſe cæteris eſſe creditoribus: & ita not.d.gl.fi.& ſequũtur ibi doct.Intelligendo tamẽ quod ſufficiat,ꝙ creditor doceat ſe eſſe potiorẽ cęteris in emptore,vt l.2.C.qui po.in pign .hab. vel priuilegio vt in hypotheca pro dote:vt l.fin.eo.tit.Non autem tenetur creditor docere ſe potiorem domino illius rei.& ideo quando non euinceret alius creditor, ſed euinceret dominus illius rei,dicendum erit, creditorem qui vendidit, non teneri, vt infrà in ſequentibus limitationibus dicetur,vt habetur per Salice.in dict.l.j.¶Tertiò fallit regula,quando creditor habẽs rem obligatam,& illam vendens,ſciret illam non eſſe debitoris qui obligauit,ſed eſſe alienam:tũc enim illã vendẽs,cùm ſciat eſſe alienam,eſt in dolo:& ideo domino euincente,tenebitur de euictione.text.eſt in l.fi. C.credi.euict.pig.nõ debe.& no. glo.fin.in d.l.j.& ibi Bal.& Salice.Sed ſi creditor vendens,putauit illã rem eſſe debitoris,& neſciuit eſſe alienam,cùm tamẽ eſſet aliena:& tanquã aliena poſtea euicta fuit,tunc ex quo creditor fuit in bona fide,nõ tenebitur de tali euictione:vt tenet glo.fi.in d.l.j.& ſequitur ibi Salice.ſed ſolùm iſto caſu tenebitur creditor cedere emptori contra debitorem contrariampignoratitiam, vt eſt text. no.in l.in creditore,ff.de euict.& no.Bart.in l.pe. quæ incipit,creditor.in prin.ff.de diſtract.pign.& iſto caſu tenebitur ipſe debitor de euictione: quia licet creditor vendiderit, tamen cenſetur vendidiſſe debitor, cùm ex eius pacto expreſſo, vel tacito ex diſpoſitione legis res vendita ſit:ita tenet glo.in d.l.j.& ibi ſequitur Salic.aſsignãs etiã in hoc aliam rationẽ,videlicet ne debitor locupletetur cũ aliena iactura,ſc. emptoris,vt l.reſcriptum.§.j.ff.de diſtr.pignor. ¶Quartò fallit regula,quando creditor ſciebat ſibi non licere vẽdere nec ex pacto nec ex diſpoſitione legis,& tamẽ vẽdidit: quia tunc creditor tanquam doloſus tenebitur de euictione,vt no.gl.fi.in d.l.j.& ibi Salic. poſt Bald. ¶Intellige tamẽ iſtud,quãdo creditor ſciebat ſibi non competere ius vendendi,& vendidit: ſecus autem, ſi iuſto errore putauit ſibi competere ius vendendi, licet non competierit,quia tunc non tenebitur de euictione,ſed ſolùm tenebitur cedere contrariam pignoratitiam emptori,prout dictũ fuit ſuprà proximè in 3. fallen.& ita tenet Salic.in d.l.j.Sed ſi craſſo errore putauit ſibi cõpetere ius vẽdendi,tenebitur de euictione,& militabit fallentia,vt ibi tenet Salic.& iſto caſu quãdo ſcilicet creditor vẽdidit abſque facultate, ſcienter vel craſſo errore ductus, debitor tenebitur de euictione ſolùm in ſubſidium, videlicet quandò creditor qui vendidit, non eſſet ſoluendo pro dicta euictione,vt aliàs dicitur in l.fina.ff.de eo per quem factum erit.& hoc ꝑ text.in d.l.reſcriptũ.§.j.dum ibi dicitur, ꝙ debitor ideo tenetur de euictiõe, quia liberat⁹ fuit ex ſolutione precij,& ſic ne locupletetur cum iactura emptoris.ita tenet Salic.in d.l.j.& in d.l.reſcriptũ.§.j. in fi.¶ Et iſtud procedit,etiam ſi debitor fuiſſet præſens venditioni factæ per creditorem,qui de iure vẽdere non poterat:quia per ſimplicem præſentiam nõ repellitur debitor à vendicãdo pignore ab emptore, offerẽdo ei pręcium ſolutum in extinctionem ſui debiti:& ſi in aliquo alio vltra preciũ intererit emptoris propter dictã euictionẽ ad illud tenebitur creditor, qui per dolũ vendidit abſque authoritate:ita tenet Salic.in d.l.j.in ver.quæro modo.cum gloſſ.per text.in l. emptorem.§.Caſsius.& §.Iulianus.& §. ſententia. ff. de ac.emp. ¶Quintò fallit regula, quando creditor vendidit pignus nõ iure creditoris,ſed iure dominij, vt dominus,& idem ſi ſimpliciter vendidit, qui intelligeretur vendidiſſe in dubio, vt dominus, & non vt

creditor:nam iſto caſu creditor tenebitur de euictio-
ne.¶Regula ergo procedit,quando creditor expreſsè
vendidit iure creditoris.ita firmat Salic.dicens ita te-
nere alios doct.in d.l.i.fi.ver.nunc quia caſus. & mo-
uetur ꝓ tex.in l.j.§.j.ff.ſi ager vectig.vel emphy. peta.
& idem tenet Salic.in d.l.reſcriptum.§.j.& pro decla-
ratione aduerte, quòd ſimpliciter vendi,debet intel-
ligi,quando dictũ fuit,Sépronius vendidit:tunc enim
cenſetur vendere tanquam dominus,non tanquã cre-
ditor:ſecus ſi dictum fuit, Sempronius creditor Titij
vendidit pignus &c.nam licet non dicat aliter ſe ven
dere iure creditoris, tamen ex quo expreſsit nomen
creditor,& pignus cenſetur védidiſſe iure creditoris:
ita tenet Salic.in l.pe.q̃ incipit,creditor.in 2.col.ff. de
diſtr. pign.& mouetur per l.cum poſt.§.j.ff.quando ex
facto tut.& per glo.in l.ſciendum.§.tutores.ff. qui ſa-
tiſd.cog.quæ nota, ne ſis in æquiuoco. ¶Sextò fallit
regula,quando creditor vendidit & promiſit de eui-
ctione,quia tunc tenebitur creditor vti promiſit.text.
eſt in d.l.j.ibi niſi nominatim hoc repromiſſum &c.
& text.in l.fi.eo.tit.& firmat glo.in d.l.j.in verbo,cre-
ditore.quam ibi ſequuntur doct. Ita quòd ſi ipſe cre-
ditor duplam promiſerit euictionis nomine, ad du-
plam tenebitur, & hoc in priuato creditore: in fiſco
autem vendente iure creditoris, & promittente eui-
ctionem,eſt ſecus: quia non poteſt promittere duplã;
ſed ſimplũ tantum, per l.ſi procurator.ff.de iure fiſci.
41 & not.Salic.in d.l.j.in 3.not. ¶Aduerte tamen in ma-
teria,quòd quando creditor védidit pignus iure per-
mittente,& non promiſit de euictione, quod tamen
ipſe creditor non poterit euincere pignus ab empto-
re,etiam ſi euincere vellet ex aliqua alia cauſa ſepara-
ta à credito, pro quo vendidit:text.eſt in l.& is. & ibi
Bar.ff.de diſtra.pig.Et idem eſt in hærede creditoris,
vt ibi per gl. quod not.quia eſt contingibile &c ¶Sex
tò quæritur in materia,an ſi creditor vendidit pignus
iure creditoris ex pacto.vel ex lege,vel rationabiliter
p utãs rem eſſe ſui debitoris , & promiſit duplum vel
ſimplum pro euictione.quòd ſequuta ſit euictio facta
à domino,& etiã creditor ſoluit emptori pro euictio-
ne illud quod promiſit, an poſsit agere contra debi-
torem ad repetendum illud quod ſoluit emptori, &
breuiter dicendum eſt, ꝙ ſi creditor vendendo ideo
promiſit de euictione,vel quia aliter vendere non po-
terat,quia ſine tali promiſsione emptorem inuenire
non poterat, vel quia ita erat cõſuetudo regionis: vel
quia cum iſta promiſsione rem carius vendidit , ꝙ in
omnibus iſtis tribus caſibus habebit regreſſum cõtra
debitorem pro toto eo quod ſoluit emptori ex cauſa
euictionis.iſte eſt tex.in l.ſi pignori.§.fi.& ibi not. per
Bar.& alios.ff.de pigno.actio.& no.gloſ.in l.ſi neceſſa
rias.§.j.in ver.retinere.eo.tit.& gl.in d.l.j.in ver. cre-
ditore.C.de credi.euict.pig. non debi.& ibi ſequitur
Salic.in fin.¶Sed ſi creditor ex promiſsione euictiõis
nullũ commodum nec vtilitatem attulit debitori:ſed
tanti vendidit,quanti & védidiſſet ſine dicta promiſ-
ſione:& nõ poteſt ſe iuſtificare in promiſsione duplæ
aliquo modo:& tunc nõ poteſt habere regreſſum cõ-
tra debitorem ad dictam duplam, ſed ad ſimplum tan
tum hoc eſt,ad illum quod ſibi ſolutum fuit pro ſuo
debito,vt eſt tex.in d.l.ſi pignori.§.fin.cũ l.ſeq. ¶Ad-
uertendum tamen eſt,ꝙ iſto caſu quãdo creditor coa
ctus fuit pro euictione ſoluere duplã emptori pote-
rit creditor repetere à debitore vſuras,vel fructus rei
pignoratæ per ſtipulationem ſibi promiſſas pro toto
illo tempore, quo durauit venditio ante euictionem
ſequutam:quia licet durante venditione creditor ab
emptore precium habuerit,tamen ex eo quia coactus
fuit duplam ſoluere emptori:iam conſtat nihil ei ſo-
lutum fuiſſe,ꝙ ab eo auferri non potuerit:iſte eſt tex.
not.& ſingularis ſecundùm Bar.& alios in l.nec enim.
ff.de pig.act.vbi text.dicit,ꝙ ex quo preciũ quod fuit
ſolutum ab emptore, creditori nõ fuit ſolutum irre-
uocabiliter,cùm poſtea fuerit coactus ex promiſsiõe
euictionis ſoluere duplam emptori,nihil céſetur fuiſ
ſe ei ſolutum:& ideo debitor nõ fuit liberatus,& per
conſequens tenetur ad vſuras & fructus promiſſos,
ſicut tenebatur ante factam venditionem,& ſic eſt ibi
tex.ꝙ non dicitur ſolutũ creditori id quod ab eo auo-
cari poteſt,de quo tamé dicam latius infrà in 7.quæſt.
ꝓximè ſubſequenti.¶Sed ſi creditor in venditione ſo
lum ſimplũ promiſit abſque neceſsitate & vtilitate,&
illud ſequuta euictione ſoluit,non poterit petere di-
ctas vſuras promiſſas à debitore,ſed ſolũ ſuum debi-
bitum:ita diſtinguit tex.in d.l.nec enim,inter duplam
& ſimplum reſpectu vſurarum, vt dictum eſt. Adde
etiam ꝙ quando creditor ſoluit emptori duplam,lu-
cratur dictas vſuras medij temporis, etiam ſi illæ ex-
cederent duplã:ita tenent ibi Bar.& Salic.poſt Richa.
Malũb.reprobantes ibi gloſſ.quę aliud voluit,& malè
per rationes quas ibi adducit Bart.¶Et ratio differen
tiæ reſpectu vſurarum inter duplum & ſimplum eſt,
quia quãdo creditor cogitur reſtituere duplam cùm
paſſus fuerit damnum in duplo,non cenſetur aliquod
emolumentum habuiſſe ex pecuniis, quæ interim fa-
cta venditione apud eum fuerunt,etiam quod ex illis
multa fuiſſet lucratus poſtquam eas reſtituit duplica
tas:ſed in ſimplo non eſt tantum damnum,& ideo tũc
compenſat vtilitatem quam percepit ex pecuniis cum
vſuris ſibi debitis:ita declarat Paulus de Caſtro in di
cta l.nec enim.quam legit cum l.ſi pignore.§.fina.quæ
not.quia poſſunt ſeruire ad multa,licet hodie promiſ
ſio vſurarum facta per debitorem,creditori ſit ineffi-
cax iure canonico reſiſtente,vt in toto titulo extra de
42 vſuris,&c.¶†Septimò quæritur,an ſi creditor vendat
pignus,& promittat de euictione,vel in ſimplo in ali-
quo ex dictis tribus caſibus,not.in l.ſi pignore.§.fina.
ff.de pigno.action.& ex pretio conſequutus fuerit ſuũ
debitum,an ex hoc ipſe debitor conſequutus fuerit li
berationem à creditore:& videretur dicendum,quòd
ſic:quia ſolutione eius quod debetur,omnis tollitur
obligatio:vt inſtitut.quibus modis toll.oblig.in prin.
Tamen rectè aduertendo iſtud ſolum procedere,vide
tur,quando creditor vendit taliter, quòd ipſe de eui-
ctione non obligatur,quòd quando ſit, colligitur ex
prædictis.tunc enim recepto pretio ab emptore per
creditorem vendentem,debitor erit liberatus, vt eſt
tex.in l.reſcriptum.§.j.in primo reſponſo. ff.de diſtra.
43 pign.†& hoc quando propriè pignus fuit venditum:
quia ſ.res obligata erat tradita creditori,nõ autem in
ſimplici hypotheca védita:nam etiam illam creditor
vendere poteſt,vt l.hypothecas.C.de diſtract.pignor.
& notat Bartol.in l.j.C.ſi vendi.pigno.aga.& in l.pen.
quæ incipit,credito.in verſic modò &c.ff.de diſtract.
pigno.quia niſi dicta hypotheca vendita tradatur em
ptori:etiam quòd creditor pretium conſequutus fue-
rit, debitor non dicetur liberatus:ita notat Bart.& ſe-
quitur Salic.in dicta l.penul.in ſecunda lectura.
¶Sed ſi creditor ex véditione pignoris eſſet obligatus
de euictione emptoris etiam quòd pretium habuerit,
& rem tradiderit,tamen donec poteſt eſſe locus eui-
ctioni,non dicetur liberatus debitor,ſed interim libe
ratio manet in ſuſpenſo:& ſi contingat rem euinci, &
creditorem cogi ad reſtituendum pretiũ emptori,po-
terit creditor agere contra debitorem pro ſuo credi-
to conſequendo veteri actione pignoratitia contra-
ria,à qua debitor non fuerat liberatus,vt eſt textus in
l.ſi pignore.§.fina.ff.de pignor.actione.& ibi expreſſe
declarat Paulus de Caſtro in verſi.nunc oppono extra
gloſſ.& iſtud etiam vult gloſſ.not.in l.j.C.credi.euict.
pignor.non debe.in verſicul.creditore.¶Et hanc con-
cluſionem aliàs in facto tenui contra quandam con-
ſultationem famoſiſsimi Doctoris domini Caroli
Ruini, in qua ipſe attentauit, quòd mulier quæ pro
doti-



dotibus ſuis iure creditoris authore prætore vendi-
derat bona mariti, & promiſerat emptori de euictio-
ne, & poſteà ceſſerat iura ſuæ dotis alteri, qui eme-
rat à primo emptore pro tuitione dictarum rerum
venditarum, non benè ceſſerat: ex eo quòd hæredes
mariti eſſent liberati per precium ſolutum vxori ab-
emptore: vnde poſt liberationem ſecundum eum di-
cta ceſsio fieri non potuit per not.in l. Modeſtinus. ff.
de ſolution.Ego autem,vt dixi,per prædicta tenebam,
quòd ceſsio valuerit.nam ſtante promiſsione euictio-
nis facta per vxorem vendentem,dicebam quod hære-
des mariti non erant liberati, ſed quòd liberatio inte-
rim ſtabat in ſuſpenſo: per tex.in dicta l.reſcriptum. §.
j.in primo reſponſo.
¶Et dum dicta conſultatio eſſet poſteà delata ad cla-
riſsimum doctorem dominum Philippum Decium,ip
ſe comprobauit in principali negocio meam ſententiã
contra dictum dominum Carolum.& etiam in omni-
bus alijs articulis: excepto hoc ſolo articulo, in quo
ipſe inclinauit in opinionem domini Caroli:& incipit
conſilium domini Decij , Viſis duobus conſilijs ex-
cellentiſſ.doctorum domini Caroli Ruini conſulen-
tis , & domini Antonij Neguſantij de Fano, &c. quod
nondum eſt impreſſum : & mouetur dominus Deci-
us in hoc articulo contra me:quia dicebat ipſe, quòd
quando creditor obligauit ſe de euictione,ſequuta e-
uictione non poteſt agere primæua actione ,ſed agit
vtili actione ex empto,vt notat Barto.in l.eleganter.in
principio.ff.de pignorat.action.& in l.ſi prædium. C.
de euictionib.& quòd obligatio de euictione,eſt ſepa
rata à prima actione,vnde vna nõ debet impediri per
aliam,& allegat textum in l.ſi plus. §.primo.ff.de eui-
ction.Vbi ſi pignus venditum euincatur ex empto,a-
gitur cõtra eum qui ex pretio pignoris liberatus fuit:
& ſic ſecundum eum patet,quòd promiſsio euictionis
non impedit liberationem debitoris,& allegat etiam
textum in l.ſi ob cauſam.in fin.de euictionib.Sed meo
iudicio,iſta non obſtant meæ concluſioni & iuribus,
in quibus illa fundatur: nam quòd quando creditor
vendens promittit de euictione: debitor non libere-
tur,ſed ſi liberatio ſtet in ſuſpenſo,eſt textus in dicta l.
reſcriptum.§.primo.& quòd tali caſu,ſequuta euictio
ne,creditor nõ agat actione ex empto,ſed veteri actio
ne pignoratitia contraria,eſt text.& ibi declarat Pau-
lus de Caſtro in l.ſi pignore.§.finali.& non obſtant al
legata per Decium:& primò ea quæ notantur per Bar.
in dicta l.eleganter.in princip.dum vult quòd re in ſo
lutum data creditori per iudicem vel per debitorem,
ſi illa res euincatur,creditor non aget contra debito-
rem primæua actione,ſed vtili ex empto.
¶Quia iſte caſus eſt diuerſus à terminis noſtris: nam
in terminis Barto.in dicta l.eleganter.quando ſpecies
datur in ſolutum creditori pro genere conſiſtenti in
pecunia,cenſetur quædam emptio & véditio:vt l.3.ff.
pro empt.& in contractu venditionis venditor nõ te-
netur,niſi ad tradendum:vnde facta traditione, debi-
tor fuit liberatus à primo debito:nam ex hoc cenſetur
fuiſſe receſſum à primo contract.& deuentum ad da-
tionem in ſolutum:& ideo ſequuta euictione , agitur
vtili ex empto,& non veteri actione:ita declarat Bar-
tolus in dicta l.eleganter.in principio.in tertia oppo-
ſitione ad primum no.& in oppoſitione ad ſecundum
not.& idem Bartolus in l.ſi quis aliam.in tertia ſolut.
primæ oppoſi.& in ſua diſtinctione in tertio caſu.ff.de
ſolution.& ſequuntur Paul.de Caſtro & Sali.in dicta
l.eleganter.in principio.
¶Sed in terminis noſtris licet creditor vendat & per-
cipiat pretium,non liberatur debitor,niſi ita demum,
quando pretium deuenit ad creditorem irreuocabili
ter,vt habetur in l.ſextante.§.Latinus.ff.de except.rei
iudi.& no.Bar.in d.l.eleganter.in j.oppo.ad primũ no.
& probatur per textũ in l.ſi mandato Titij.§.creditor.
ff.manda,inuecta gloſſ.ibi in verſic.non ſit.ibi text.di-
cit. quòd ſi creditor vendit pignus , non liberatur de-
bitor , niſi creditor precium conſequutus ſit,& gloſ-
ſe ibi dicit, quòd non dicitur conſequutus precium,
quandò illud cogitur reſtituere per l. non videtur.ff.
de reg.iur.& ſubditur in text. quòd ex præcedenti reſ-
ponſo apparet, quòd ſi creditor non promiſit de eui-
ctione, debitor erit liberatus : quia tunc dicetur con-
ſequutus preciũ,cùm ab eo auocari non poſsit ex cau-
ſa euictionis.
¶Aliud eſt ergo,quando debitor dat in ſolutum cre-
ditori:& aliud, quandò creditor vendit pignus alteri,
& recipit precium.Nam primo caſu quãdo res fuit da
ta in ſolutum creditori,& poſtea fuit euicta , eſt mate-
ria diuerſa à terminis noſtris : & an tunc ſequuta eui-
ctione,agendum ſit contra debitorem veteri actione
vel noua,ſcilicet vtili ex empto, diſtinguendum eſt, vt
latè habetur per Bart.in l.ſi quis aliã.in prin. ff.de ſolu.
43 ¶†Secundo caſu quando creditor vendidit pignus
eſt caſus noſter ,& in hoc diſtinguitur,an creditor pro
miſerit de euictione,an non : qui ſi promiſit de euictio
ne,debitor non dicetur liberatus : ſed eius liberatio
manebit in ſuſpenſo ex futuro euentu euictionis , & ſi
non ſequatur euictio,erit liberatus , ſed ſequuta eui-
ctione non dicetur liberatus , ſed agetur contra eum
per creditorem veteri actione pignoratitia contraria,
vt dict.l.reſcriptum.§.j.& dicta l.ſi pignore.§.final.nec
vllo modo iſto caſu poteſt competere creditori cõtra
debitorem actio euictionis ex empto : quia creditor
non emit,nec redemit in ſolutum : & ideo ei non po-
teſt oriri actio ex empto,quæ oritur mediante contra-
ctu emptionis,vel acceptionis in ſolutum:vt lege ſi li-
bera.C.de ſenten.& dicta l.eleganter.in princip.& di-
cta l.ſi quis aliam.ſed vendidit alteri,ex qua venditio-
ne ridiculum eſt dicere,quòd creditor vendens poſsit
agere de euictione contra debitorem , ſed actio de e-
uictione competit emptori,non venditori:vt habetur
in dictis locis & in toto titulo,ff.de euictionib.& ad ſi
militudinem venditionis competit etiam accipienti
in ſolutum.dicta lege libera.cum aliis ſuprà allegatis:
& non obſtat dicta lex ſi plus. §.primo.quia in illo tex.
iudex vendidit pignus ex cauſa rei iudicatæ,& præciũ
fuit ſolutum creditori,& creditor non promiſit de e-
uictione:ideo debitor fuit incontinenti liberatus, &
ideo ſi res vendita poſtea euincatur ab emptore,datur
emptori contra debitorem actio vtilis ex empto de e-
uictione,iuxta tex.in dict.l.reſcriptum.§.j. in j.reſpõ.
& ſic caſus dict.l.ſi plus.§.prim.eſt diuerſus a caſu no-
ſtro:quia ibi vendens creditor nõ promiſit de euictio
ne,prout promiſit in caſu noſtro:& eodem modo lo-
quitur text.in l.ſi ob cauſam.C.de euictio.& ideo etiã
44 illi eodem modo reſpondetur. ¶†Secũdò mouebatur
Decius,reſpondendo ad dict.l.reſcriptum.§.j.ꝙ dum
ibi dicitur,quòd liberatio eſt in ſuſpenſo,debet intel-
ligi quo ad effectum,quaſ.reuocari poterit ſequuta e-
uictione:ſed quatenus eſt de præſenti,debitor dicitur
liberatus,licet dicta liberatio,in futurum ſequuta e-
uictione,reuocari poſsit,ſicut ſecundum eum vendi-
tio dicitur pura,licet ſub conditione reſoluenda ve-
niat,vt l.2.ff.de in diem adiect.& l.hæc venditio.in fin.
ff.de contrahen.empt.& facit quod not.Bal.in l.Iulia-
nus.in fi.ff.de cond.indeb.& in l.iudex poſtquã.in fin.
ff.de re iudica.¶Sed iſta reſponſio(iudicio meo)ſtare
non poteſt,quia text.in dict.l.reſcriptum.§.j.expreſſe
dicit,quòd interim liberatio eſt in ſuſpẽſo:& ideo nõ
patitur intelligentiam datam per Deciũ,ꝙ reſpectu ſta
tus præſentis ſit extincta obligatio.& quod poſtea poſ
ſit reduci in obligationem:quia verba repugnant,& il
lis infertur magna violentia & plaga,quòd nõ debet,
ſed verbis ſtandum eſt.l.proſpexit.ff.qui & à quib.&.
lege non aliter.ff.de lega.tertio. ¶Præterea talis in-
telligentia eſt cõtra regulam iuris,quę eſt quod actio

ſemel extincta amplius reuiuiſci non poteſt: vt l.qui res.§.aream.ff.de ſolu.ibi,in perpetuum enim ſublata obligatio reſtitui non poteſt:& ibi per Barto. & alios poſt gloſſ.quæ tenet,quòd iſta ſit regula,& alia in quibus dicitur,quòd reſuſcitetur,ſunt ſpecialia. & illam gloſſ.ſequitur ibi Barto.& Bal.in l.Mæuius.§.duobus. in 6.oppoſi.ff.de leg.2.& eſt tex.iuncta glo.in l.2.§.fin. in glo.in verſi.reſtituantur.ff.de hære. vel action.ven. Caſus ergo ſpeciales non ſunt extendendi ad alios,in quibus non reperitur iſtud diſpoſitum.l.ius ſingulare.& l.quod vero contra.ff.de legi.& in caſu noſtro leges non dicunt,quòd pendente conditione euictionis obligatio debitoris extinguatur, & poſtea reſuſcitetur:ſed dicunt quòd obligatio interim manet in ſuſpé
45 ſo:†& inter iſta duo,ſcilicet eſſe obligatum,& non eſſe obligatum,eſt medium,videlicet ceſſatio obligationis ad tempus,& ſic,quòd interim obligatio ſit in ſuſpenſo,vt latè habetur per Bartolum & alios in l.2.§.j. in verſi.venio & intro in glo.ff.de verbo.obliga.& per Barto.in d.§.aream.vbi dicit,quòd aliud eſt,obligationem extingui,& aliud,obligationem ceſſare,& remittit ſe ad not.in d.§.j.& ibi declarat,quòd quando obligatio ſemel nata eſt,ſed ex aliquo caſu dicitur eſſe in pendenti,tunc non eſt in pendenti obligatio,ſed eſt in pendenti exactio,propriè loquendo.allegat l.pecuniã. ff.ſi certum pet.& ita ſe habet caſus noſter: quia obligatio debitoris ſemel nata fuit,& propter periculum euictionis promiſſæ per creditorem vendentem pignus, illa obligatio ſeu liberatio ab illa dicitur eſſe in ſuſpenſo,reſpectu tamen exactionis:quia licet obligatio duret,tamen interim pendente dubio euictionis, nihil à debitore exigi poteſt, ſed exactio differtur in euentum futuræ euictionis:& propriè ita loquitur textus in d.l.reſcriptum.§.j.in vlt.reſpon.ibi.Arbitror,interim quidem nihil à debitore peti poſſe,ſed in ſuſpenſo haberi liberationem &c.verba ſunt tex.quæ ineuitabiliter probant,quòd interim pendente periculo euictiõis,debitor manet obligatus,& eius liberatio eſt in ſuſpenſo:& propterea ab eo interim nihil exigi poteſt,niſi demum ſequuta euictione.Et ex prædictis infero,quòd dum Decius arguit à ceſſatione,ſeu ſuſpenſione obligationis ad extinctionem illius,malè arguit quia ſunt diuerſa,vt per Bart.in dict.§.aream.& de diuerſis nõ debet fieri illatio,vt l.Papinianus exuli.ff.de min.cum vulga.Non obſtat textus in dicta l.2.ff.de in diem adiec.quia ille textus inducitur nimis à remotis. Item potius facit pro opinione mea, quia ibi dicitur, quòd venditio quæ venit reſoluenda,interim valet:ita & in propoſito obligatio debitoris, quæ venit extinguenda,ceſſante euictione promiſſa per creditorem, interim pendente periculo euictionis durat,& liberatio ſtat in ſuſpenſo:& ſic aliud eſt,liberationem ortam eſſe:& aliud,illam eſſe in ſuſpenſo: quia ſicut,dictum eſt ſuprà,per no.per Barto.in dict.l.2.§.primo.ff.de verborum oblig.inter eſſe obligatum,& non eſſe obligatum,datur medium,videlicet, obligationem eſſe in ſuſpenſo:ita inter eſſe liberatum,&non liberatum,datur medium,ſcilicet liberationem eſſe in ſuſpenſo:quia cõtrariorum eadem eſt diſciplina.l.j.ff.de his qui ſunt ſui vel alien.iur.Donec ergo liberatio manet in ſuſpenſo: non eſt verum dicere,debitorem eſſe liberatum, & nõ eſſe liberatum:ſed liberationem pendere ex futuro euentu:ergo interim poteſt fieri ceſſio dictæ obligationis:& ſi contingat debitorem ex toto liberari,euictione non ſequuta,ceſſio erit inefficax:ſi autem contingat debitorem non liberari,quia ſequatur euictio,ceſſio erit efficax.¶Nec etiam obſtat textus in l.hæc venditio.§.finali.ff.de contrahenda emptio.quia ibi venditio valet pro centum:ſed ſi emptor vendat fundum pluris,vt conuenit,augebitur precium.In caſu autem noſtro durat obligatio,ſed ſuſpenditur exactio,& poteſt obligatio reſolui ex futuro euentu,non ſequuta euictione:per tex.in d.l.reſcriptum.§.j.ad fin.

¶Non obſtat id quod not.Bartolus in l.Iulianus.ad fin.ff.de conditio.indebit.dum vult.quòd quando præſens rei ſtatus tendit ad excluſionem,ſed dubitatur, an excluſio ſit futura perpetua,tunc dicta excluſio habet vim excluſionis,adeo quòd interim fieri non poteſt exactio vel executio:quia ego quoque fateor, quòd reſpectu exactionis interim dicta liberatio habet vim excluſionis:quia interim debitor exigi nõ poteſt,vt dicit textus in dicta lege reſcriptum.§.primo, in fine,ibi,arbitror interim quidem,nihil à debitore peti poſſe.ſed ex hoc non tollitur,quin interim poſſit fieri ceſsio dictæ obligationis,cuius liberatio fiat in ſuſpenſo:quia ceſsio non eſt exactio,ſed ceſsionarius habebit differre exactionem in euentum futuræ euictionis,ſicut ipſe cedens.quia non plus iuris tranſtulit in ceſsionarium,quam ipſe haberet.l.traditio.ff. de acquiren.rer.domin. ¶Similiter non obſtat id quod notat Bartolus in l.iudex poſtquam.in fin.ff.de re iudic.quia ſecundum Bartolum,ibi illa clauſula poſita in ſententia,videlicet,& plus & minus,&c.operatur reſolutionem ſententiæ,ſecundum tamen tradita ibi per Bartolum, & ſimiliter in caſu noſtro ex futuro euentu illa liberatio quæ erat in ſuſpenſo,poterit reſolui vel confirmari, ſequuta vel non ſequuta euictione:ſed interim debitor non poteſt dici,neque liberatus,neque non liberatus,ſed res ſtat in medio, videlicet,quòd liberatio eſt ſuſpenſa iuxta notata per Bartolum in dicta l.ſecunda.§.j.de verborum obligat. Vnde concludo,quòd quando creditor vendens promittit de euictione,interim debitor non dicitur liberatus,ſed liberatio manet in ſuſpenſo:& ſequuta euictione,poterit agere contra eũ creditor veteri actione pignoratitia contraria,vt eſt textus, & ibi declarat Paulus de Caſt.in d.l.ſi pignore.§.fi.

¶Et per conſequens,interim creditor poterit cedere actionem contra debitorem alteri,quæ tamen intentari non poterit,niſi demum ſequuta euictione, iuxta text.in d.l.reſcriptum.§.j.in fin.& ita puto tenendum, ſalua ſemper reuerentia dicti domini Decij.

46 ¶†Octauò addendum eſt pro confirmatione prædictorum vnum,videlicet quòd quando creditor vendidit pignus,& promiſit de euictiõe in aliquo ex tribus caſibus permiſsis.de quibus in dicta l.ſi pignore.§.fina.ff.de pignoratitia actione.quòd tunc debitor tenebitur cauere dicto creditori de conſeruando eum indemnem à dicta euictione promiſſa.Et pro tali cautione obtinẽda,poterit creditor retinere alias res pignoratas ſibi per debitorem,vt eſt textus notabilis in l.ſi neceſſarias.§.j.ff.de pignoratitia actio.Ratio eſt, quia obligatio euictionis,de iure,non reſpicit ipſum creditorem qui vendidit,ſed reſpicit ipſum debitorem, in cuius vtilitatem pecunia,ex pretio pignoris redacta, conuerſa eſt.vt l.in creditore.ff.de euiction. Si tamen ipſe creditor voluit ſe obligare ad eam,tenebitur: ſed debitor debet eum indemnem conſeruare,& propter hoc poteſt retinere res pignoratas, quando illas habet, dicta l.neceſſarias.§.primo,ſed ſi eas nõ habet,poterit creditor agere contraria pignoratitia contra debitorem,vt eum indemnem conſeruet,vt dicta l.ſi neceſſarias. in principio. ita determinat ibi Paulus de Caſtro in §.primo.in fine.& ibi ſubdit gloſſa in verſicul.retine,quòd etiam ſi creditor promiſit de euictione extra illos tres caſus, de quibus in dicta l. pignore.§.final.quòd omnino habebit retentionem pro dicta indemnitate,quia debitor omnino ad illam tenetur,per textum in dicta l.reſcriptum.§.primo. ff.de diſtraction.pignor. ¶Intellige tu,iſto caſu vſque ad ſimplum tantum,non autem ad duplum, ſi creditor eam promiſit,quia quomodocunque creditor promittat de euictione etiam extra dictos tres caſus, habebit ſemper regreſſum pro ſimplo contra debitorem,vt eſt



eſt text,in d.l.ſi pignore.§.fi.cum l.ſequen. & glo.not. in l.j.C.credi.eui pig.non debe. in glo.in verſi.creditor. ¶Cùm ergo creditor qui promiſit de euictione, poſsit tam per viã retentionis,quã actionis agere contra debitorem pro ſua indẽnitate, ſequitur quod debitor iſto caſu non fuit liberatus à prima actione, vt
47 ſuprà in præcedẽti quæſt.cõcluſum fuit,&c.¶†Poſtremò, in iſta materia venditionis pignorum quæritur, an in venditione earũ requiratur ſubhaſtatio. & breuiter reſpondendo dicendum eſt,ꝙ huiuſmodi ſolennitas ſubhaſtationis non requiratur, niſi in vẽditione pignoris capti pro executione rei iudicatæ,vt l. ordo. C.de execu.rei iudic.& ibi latè per Bald.& in l.2. & fi. C.de fide inſtru.& iure haſ.fiſc.lib.10.¶In aliis autem pignoribus vendendis non requiritur talis ſubhaſtatio, niſi eſſent bona minorum,eccleſiæ, vel decurionum, vel fiſci: quorum bona ſunt prohibita alienari ratione publicæ vtilitatis.nam in illis requiritur ſubhaſtatio,vt l.j.C.de prædi.decuri.lib.10. & in authen. hoc ius porrectũ.C.de ſacroſ.eccle.ita ſolenniter declarat Bald.in d.l.ordo.Vbi etiam addit,quòd ſemper quando venduntur bona abſentis, requiritur ſubhaſtatio,allegat l.fundus.ff.de reſcin.venditio.& de materia ſubhaſtationis vide plura per Bald. in d.l.ordo. & latiſsimè per Fabianum de Monte, in tractatu emption.& vendi.in 5.parte principali in antepen. char. in 2.col.in ver.Sequitur de ſolennitate ſubhaſtatiõis, &c.Et per prædicta ſit expeditum iſtud primum membrum.

### *SVMMARIVM.*

1 *Iuri hypothecæ,quam creditor habet in bonis debitoris ſui ſibi obligatis,quanto tempore præſcribatur.*
2 *Præſcriptio in hypothecaria non impeditur per malam fidem authoris.*
3 *Tempus requiſitum ad præſcribendum contra creditorem in hypotheca,an contra creditorem currat reſpectu tertij poſſeſſoris,antequàm actũ ſit contra principalem debitorem,&c.*
4 *Vxori an conſtãte matrimonio currat præſcriptio ad repetendum dotem.*
5 *Hypotheca an tollatur vel extinguatur, ſublata actione perſonali.*
6 *Hypotheca non tollitur per cõfuſionem inductam ex aditione.*
7 *Obligatione fideiuſſoria ceſſante, an ceſſet hypotheca.*
8 *Hypotheca tollitur ex pacto, ex quo tollitur principalis obligatio.*
9 *Hypotheca tollitur per pactum de non petendo factũ ſuper principali,etiam ſi factum ſit ad tempus.*
10 *Hypotheca tollitur per iuramentũ deciſiuum,delatum per creditorem debitori iuranti non debere.*
11 *Hypotheca tollitur per ſententiam abſolutoriam ſuper obligatiõe principali latam in fauorẽ debitoris.*
12 *Hypotheca multis tollitur modis.*
13 *Præſcriptio vtilis dominij contra debitorem, an tollat hypothecariam contra creditorem.*
14 *Hypotheca an tollatur per vſucapionem triẽnalem.*
15 *Vſucapio quare non tollat hypothecam in re mobili ſpatio triennij.*
16 *Vſucapio in re mobili,perficitur triennio reſpectu dominij, & reſpectu hypothecæ inducitur præſcriptio per poſſeſſionem decennio continuatam.*
17 *Vſucapta reſpectu dominij, an creditor poſſit eam auocare reſpectu hypothecæ.*
18 *Statutũ,ꝙ nullis actionibus ciuilibus præſcribatur minori ſpatio 30.anno.an cõprehẽdat hypothecariã.*
19 *Præſcriptio actionis pignoratitiæ reſpectu iuris offerendi, quo mediante ipſa oritur, à quo tempore incipiat.*
20 *Pignoratitia quanto tempore præſcribatur.*
21 *Præſcriptio contra pignoratitiam,an de iure canonico procedat.*
22 *Præſcriptio poteſt currere,etiam ſi præſcribens ſciat alteri ius competere,ſi actio nondũ ſit nata, &c.*
23 *Præſcriptiõi obſtat mala fides,ſi id quod præſcribitur,debetur iure actionis:ſecus,ſi officio iudicis.*
24 *Pignoratitia præſcriptione ſublata an debitor poterit agere contra creditorẽ rei vendicatione ad pignus.*

## Secundum membrum ſextæ partis principalis.

SEQVITVR modo ſecũdum membrũ huius ſextæ partis principalis, in quo tractãdũ eſt, quãdo & quomodo pignora & hypothecæ reſoluantur, & finiantur per præſcriptiones & vſucapiones. ¶†Et pri
1 mò,quæritur,quãto tẽpore præſcribatur hypothecæ, quã creditor habet in bonis debitoris ſui ſibi obligatis:& concluſiuè reſpondendo dicendum eſt,ꝙ quando tertius poſſeſſor poſſidens rem hypothecatam alteri,non habet titulũ à debitore,ſed ab alio,& eſt in bona fide:præſcribit iuri hypothecæ,quod habet creditor in dicta re ſpatio 10.annorũ inter præſentes, & 20. inter abſentes.caſus eſt in l.j.& 2.C.ſi aduer.credi.lib. 7. ¶Sed ſi dictus tertius poſſeſſor non habeat titul.ab alio,quàm à debitore,& nõ haberet bonam fidem, vel altero careret,non præſcriberet contra hypothecam, niſi ſpatio 30.annorum,vt l.notiſsimi.in prin.&.§.j.C. de præſcrip.30.annorum.¶Si autem dictus tertius poſſeſſor haberet cauſam à debitore,tunc donec debitor vixit,non poteſt præſcribere minori ſpatio, quàm quadraginta annis:ſed ſi vellet incipere præſcriptionem poſt mortẽ debitoris, & nollet computare aliquid de tempore,quod cucurrit viuente debitore, poſſet præſcribere 30.annis.d.l.cùm notiſsimi.§.ſed cùm illud.& ibi declarat gloſſ.Bal.& Salic.principalis autem debitor & eius hæres,non præſcribit iuri hypothecæ contra creditorem minori ſpatio quàm 40.annis.d.l. cùm notiſsimi.in prin.& §.j. & ibi per Bal.& Sali.¶Et prædicta procedunt de iure ciuili,ſed de iure canonico, quod attendendum eſt in concernentibus ſalutẽ animæ,nulla procedit præſcriptio, niſi abſit mala fides, iuxta no.in c.fi.de præſcri. & in regula poſſeſſor.lib.6. ¶Et propterea neq; debitor neq; hæres poterunt præſcribere,quia ſunt in mala fide:alij autem poſſeſſores, ignorantes de hypotheca competenti in bonis creditori, & ſic nõ exiſtens in mala fide,vt l.ſed & ſi lege.§. ſcire.ff.de peti.hære.& l.legitur.ff.de lib.cauſ. poſſunt præſcribere,etiam ſi haberent cauſam à debitore:quia ſtant iſta ſimul ꝙ quis habeat cauſam à debitore, & tamẽ ignoret de hypotheca primi creditoris:& ſic ꝙ ex hoc ſolo ꝙ habeat cauſam à debitore, non ſit in mala
2 fide.¶†Et non obſtat huic ſingulari ſucceſſori habẽti cauſam à debitore,mala fides authoris:vt in authenti. malæ fidei.C.de præſcrip.longi tempo.quia illa auth. loquitur de præſcriptione dominij: & non habet locum in præſcriptione ſimplicis hypothecæ, vt probatur ibi in verſic.ſi dominus.& ita tenent ibi Iac.de Are.Cy.& Ang.de Aret.Inſtitut.de action.in §.ſed iſte. in 8.fallen.& Alexan.in l.Pomponius.§.j.column.4.in 6.fallen.ff.de acquirend.poſſeſ.& Ang.de Are.inſti.de actio.§.item Seruiana.colum.6.in verb.quæro,nũquid hodie &c.& Alexan.in conſi.83.viſo proceſſu.num.15.

& in conſi.220.ponderatis his.in princip.6.volum.

¶Prædicta autem declara duobus modis:Primo modo,vt quæ dicta ſunt,procedant in creditore priuato: ſecus autem eſt dicendum in eccleſia, vel minore habentis ius crediti & hypothecæ in bonis ſui debitoris:quia contra eos non præſcribitur 10.vel. 20.annis, vt dictum eſt in aliis creditoribus:ſed requiritur maius tempus,iuxta not.in authentic. quas actiones. C. de ſacroſanct.eccle.iuncta l.C. in quib. cauſ. in inte. reſti.non eſt neceſſ.in l.ſicut.C.de præſcrip.30. annor. & ita tenet Guido Pap.in quæſtio.416.in verſicul.tertius poſſeſſor.

2 ¶†Secūdò declara p̄dicta de præſcriptione hypothecæ cōtra creditorē priuatū procedere, quando creditor non poſsidet pignus:tunc enim procedit præſcriptio modis ſuprà notatis cōtra creditorem :ſecus autē, ſi creditor poſsideat pignus:quia tunc eius contra hypothecā non curret præſcriptio,ſed per eius poſſeſsionē(ꝙ eſt plus)p̄ſcriptio interrumpetur,vt eſt tex.in d. l.cùm notiſsimi.in §.immo.Intelligendo tamen bene, quando creditor poſsideret iure creditoris,& tanquā bona ſibi obligata:tunc enim contra eum non curret præſcriptio,& ita procedit d.§.immò.vt eſt de mente Cyn.Ange.& Rapha.ibi. & ita notabiliter declarat Cor. in con.20.j.volumi.¶Et ratio eſt,quia ex quo licitè creditor incumbit pignori,& iure creditoris illud detinet,non videtur eſſe in negligentia,ſi nō petit ſuum debitum vt declarat Corn.in d.conſil.20.

3 ¶†Secundò quæritur in materia,an tempus quod requiritur de iure ad præſcribendū contra creditorem in hypotheca,ſecundùm quòd ſuprà in proxima præcedenti quæſtione diſtinctum fuit,currat contra creditorem reſpectu tertij poſſeſſoris,antequàm per creditorem actum ſit contra principalem debitorem, & de illius bonis excuſſum ſit.Et in hoc Alexan in conſi. 8.viſo & perlecto.in fin.5.volum.tenet,quòd tale tempus incipiet currere:demum facta excuſsione, & non ante:quia hodie creditor non poteſt agere cōtra tertium poſſeſſorem ante factam excuſsionem de bonis debitoris,vt in authentic.hoc ſi debitor.C. de pigno. & non valenti agere,non currit præſcriptio.l.j.in fin. C.de anna.excep.& hoc procedit, etiam ſi iſtud non poſſe agere, cauſetur ex culpa creditoris:quia ſecundùm Alexand.tempus non currit etiam impedito culpa ſua.per tex.& gloſſ.in c.quia diuerſitatem. de conceſſ.præb.¶Sed contra iſtam deciſionem Alexā. tenēt latè moderni in tractatu præſcriptionum. in 4. parte quartæ partis principalis,char.23.colum.3.in verſic. 3. principaliter quæro: & in prima parte ſextæ partis, chart.46.colum.1.verſicu.& per hæc infero,quòd non eſt vera,&c.& ſequitur dict.Petrus Paulus Pariſius in tex.tranſmiſſa.in vlti.ver.de præſcription.& mouetur quatuor fundamentis contra Alexand. & reſpondent ad dict.c.quia diuerſitatem.in quo ſe fundat Alexand. vt ibi latè per eos. ¶Et ego etiam ſemper putaui, dictam deciſionem Alexand.non eſſe tenendam, & hoc antequàm viderem dictos modernos. ¶Et vltra allegata per eos,iſta opinio contra Alexand. fundari poteſt per id quòd vult Bald.in l.ſed & ſi per prætorē. §. j.verſic.ſed nec ad eos.ff.ex quib.cauſ.ma.vbi dicit, ꝙ non cēſetur impeditus ille qui de facili remouere poteſt impedimentum,& mouetur per text.in capit. fin. de elect.& idem tenet Bald.per dict.c.fina.in l.quibus diebus.in princ.ff.de condi.& demonſtrat. & ibi pul-
4 chrè per Paul.de Caſtr.¶†Et hinc eſt, quòd vxori ad repetendum dotē currit præſcriptio,non ſolùm à die ſoluti matrimonij,ſed etiam conſtante matrimonio, quando certum & notorium fuit, maritum vergere ad inopiam: quia tunc mulieri incipit competere actio ad dotem repetendam:vt eſt text.in leg.in rebus. §.omnis.ibi,minus idoneus; ex quo eis hoc infortunium illatum eſſe claruerit,&c.C.de iure do.& l. vbi adhuc.eod.titu.& no.Salic. in d.§. omnis. & ſequitur Angel .de Aret.inſtit.de action.§.item Seruiana. in 6. colum.in verſic.no.ergo quod quando eſt notorium, &c.& in §.fuerat.in 12.col.in verſi.in ea.glo.ibi,ſi conſtante.in princ.&c.& ſic in curſu præſcriptionis conſideratur,an actio nata ſit,& an ſit in poteſtate illius, cui actio competit poſſe agere: quia tunc ſi non agit, ſibi eſt imputandum per allegata ſuprà. ¶Ex hoc etiā ſolet dici in anno, qui datur creditoribus ad intentādum reuocationem,iuxta text.Inſti.de action §. item ſi quis in fraudem,quòd ille annus præſcribi incipiat tempore quo notorium eſt, debitorem non eſſe ſoluendo,& eius bona eſſe poſſeſſa per alios: quia ab illo tempore creditores agere potuerunt reuocatoria, & ita tenet Ange.de Are.in d.§.item ſi quis in fraudē. in 6.colum.in verb. quæro, à quo tempore. ¶ Tertiò facit pro eadem opinio.contra Alexand. illud, ꝙ vult Paul.de Caſtr.in conſil.294.incip.ego Paulus de Caſt. vbi dicit,quòd actioni etiam nōdum ortæ poteſt præſcribi,quando eſt in facultate partis illam oriri facere:quia qui potuit facere,vt poſsit agere, potuiſſe videtur.l.qui poteſt facere.ff.de regu.iuris.ſecus autem eſſet, quando non eſſet in poteſtate partis, facere ꝙ actio naſcatur:puta,quia ortus actionis pendebat ex facto alterius,vel conditione caſuali vel mixta ſecundum Paulum in dicto conſilio.& not.Cornel.in conſi. 43.in hac conſultatione,in litera d,& ſequentibus.2. volu.vnde videmus quòd actioni euictionis non præſcribitur antequam res euincatur,vt eſt gl.in l.empti. C.de euict.& not.moderni.in tractatu præſcriptionū, in quinta parte quintæ partis principalis, chart.42.nu.

32 ¶ † Tertio quæritur in materia, an ſublata vel extincta actione perſonali,ſit etiam extincta hypothecaria illi accedens:& in hoc complectendo materiā,pone regulam,ampliationes,& fallentias.

¶Regula ergo ſit,quòd ſublata actione perſonali, durat hypothecaria,vt eſt text.in l. 2. C.de luition.pign. quia licet à principio non poſsit conſtitui hypothecaria ſine principali obligatione,vt l.Iulianus.in princi. ff.de leg.3.& l.grege. §.cùm pignori.ff.de pigno.& l.2. C.ſi pignus pig.dat.ſit:tamen poſtquam eſt ſemel conſtituta,poteſt ſeparari à principali,vt no.Barto.in l.fideiuſſor obligari.in prin.ff.de fideiuſ.

¶Et per hoc concludit ibi Bar.quòd hypothecaria poſſit cedi ſine perſonali per allegata ibi per eum:& ibi etiam ponit,cuius ſit effectus ceſsio hypothecariæ ſine perſonali.& ratio iſtius regulæ eſt,quia hypothecaria quæ eſt realis,vt l.pignoris.ff.de pig.eſt fortior quàm ſit perſonalis ac potentior,vt no.Salic.in l.cùm notiſſimi.§.j.in j.oppo.C.de præſcript.30.annor. Nimirum ergo poſt perſonalem ſublatam ipſa durat.¶Et iſta regula primò ampliatur & declaratur, quòd procedat etiam in præſcriptiōe,quia ſ.ſublata perſonali per præſcriptionem 30.annorum.iuxta l.ſicut.§.de præſcript. 30.annorum,hypothecaria quæ aliquando durat longiori tempore,vt notaui ſupra in j.quæſtio.num.1.durabit adhuc donec durat eius vita,vt eſt text.& ibi declarat glo.in 3.exemplo in dicta l.2.C.de luit.pig.& ſequuntur Bal.& Salice.ibi.& per Paul.de Caſtr.in l.eos qui,num.2.C.de vſur.& ſimiliter contingere poteſt econuerſo:quia ſcilicet ſublata hypothecaria per præſcriptionem 10.annorum inter præſentes,& viginti inter abſentes,in caſibus notatis ſupra in d.j.quæſt.remanebit tunc perſonalis, quæ durat longiori tempore. tex.eſt in dicta l.j.in fin.C.ſi aduerſus credit.libro 7.

6 ¶†Secundò amplia & declara regulam, vt procedat etiam ſi perſonalis eſſet,ſublata confuſione:puta,quia creditor ſucceſsiſſet debitori,& grauatus eſſet de reſtituēdo hæreditatem alteri per fideicommiſſum:quo caſu actio perſonalis eſſet confuſa per aditionem, vt l.debitori.C.de pactis.& tamen hypothecaria remaneret,vt eſt textus in l.debitori.ff.ad Trebellianum.& no.



no.Alex.in d.l.debitori.& eſt tex.& ibi glo.in l.ſextāte.§.Latinus.ff.de excep.rei iudic.& glo.Barto.& Sa-
7 lic.in d.l.2.C.de lui.pigno.¶†Tertiò amplia regulam, vt procedat etiam ſublata obligatione fideiuſſoria: quia durat etiam hypothecaria; puta quia fideiuſſor qui pro me interceſsit, & dedit etiam pignora meo creditori, inſtituit me hæredem: nam dum ego ſuccedo meo fideiuſſori,extinguitur dicta obligatio fideiuſſoria:ita quòd creditor meus nō poterit me hæredem fideiuſſoris mei conuenire obligatione fideiuſſoria:quia illa eſt ſublata per cōfuſionem:ſed obligatio hypothecaria,quę res data pignori à meo fideiuſſore tenetur,adhuc durat, & creditor poterit agere contra me hypothecaria ad dictam rem.text. eſt in l. cùm quis.§.finali.ff.de ſolut.& ibi declarat Bartol. & ratio eſt,quia obligatio fideiuſſoria ſtare non poteſt: nec à principio,nec ex poſtfacto ſine principali,vt no. in l.ſi hæres pecuniam.ff.ad Trebel.ſed hypothecaria poteſt ſtare ſine principali ex poſtfacto,licet nō à principio,vt l.non intelligere.C.de lui.pigno.ita no.Paul. de Caſt.in l.fin.C.de fide.mino.

8 ¶†Fallit modo dicta regula, quādo principalis actio, ſeu obligatio tollitur per pactum ſeu cōuentionem: quia tūc intelligitur etiam ſublata hypothecaria vna cū ea,vt eſt tex.in l.ſoluit in prin.& §.j.quib.mod.pig. vel hypo.ſol.& in l.cùm ſoluendæ.ff.de diſtract.pign.

¶Ratio autem differentiæ inter præſcriptionem, per quam tollitur principalis obligatio, & aliquando remanet hypothecaria,& econuerſo,& conuentionem, & pactū per quòd tollitur principalis obligatio vna cum hypotheca,vt d.l.ſoluitur.§.j.aſsignatur ibi per gloſſ,quia ſ. pactum & conuentio latè interpretatur, vt l.j.C.vt actio ab hæred.& contra hæred. quod non eſt in præſcriptione,quæ eſt odioſa, vt l. in omnibus.
9 ff.de actio.& oblig.¶†Et ex prædictis etiam infertur, quòd pactum de non petendo ad certum tempus factum debitori, operatur, quod durante pacto,hypothecaria etiam ſuſpenditur:ita probatur in dictis iuribus,quòd tamen ſanè intelligendum eſt, niſi debitor poſt tale pactum effectus fuerit ſuſpectus: quia ex cauſa dictæ ſuſpicionis ſuperuenientis, vel etiam exiſtentis tempore pacti,ſed ignoratæ ab ipſo creditore poterit creditor,non obſtante pacto facto de non petēdo ad certum tempus, ſuper debito & obligatione principali,perſequi pigno.text.eſt & ibi declarat glo.
10 & Bart.in l.quæſitum.in princ.ff.de pignor.¶†Secundò fallit dicta regula, ſi creditor deferat iuramētum, & debitor iuret ſe non eſſe debitorem:quia tunc non ſolùm tollitur obligatio principalis,ſed etiam hypothecaria,vt eſt tex.in l.ſi deferente.ff.qui.mod.pigno. vel hypoth.ſolu.& in d.l.ſoluitur.§.fin.eod.titul.

11 ¶†Tertiò fallit regula, ſi lata ſit ſententia abſolutoria in fauorem debitoris contra creditorem:quia per eam tollitur obligatio principalis & hypothecaria,
12 vt eſt text.in d.l.ſi deferente.2.reſponſo. ¶† Quartò, fallit dicta regula ſi ſit ſolutum debitū creditori, vel etiam creditori creditoris,vel alio modo ſatisfactum de voluntate creditoris:vel ſi ad tempus fuit obligatum certum pignus, & tempus ſit finitum, vel ſi pignus obligatum fuit ſub aliqua cōditione,quæ poſtea non fuit purificata, nec euenit. iſtis enim caſibus, prout tollitur principalis obligatio,ita tollitur & ceſſat hypothecaria.tex.eſt iuncta gloſſ.in l.item liberatur.in princ.ff.quib.mod.pigno.vel hypo.ſol. & prædicta omnia habentur etiam per gl.& Salic.poſt alios
13 in d.l.2.C.de lui.pignor. †¶Quartò quæritur in materia,an præſcriptio quæ cucurrit contra debitorem ſuper dominio rei hypothecatæ, quia ſcilicet poſſeſſor præſcripſit contra debitorem vtile dominium dictæ rei,noceat & præiudicet creditori in ſua hypotheca? ¶Et breuiter reſpondendum eſt, quòd ſi idem tempus eſt ſufficiens ad vtranque præſcriptionem, ſcilicet dominij contra debitorem,& hypothecæ contra creditorem,quòd tunc præſcriptio ſub eodem tempore vtrunque effectum operetur,vt habetur in l.prima & 2.C.ſi aduerſus creditorem. Secus autem ſi diuerſum tempus requiratur in vna, quàm in altera: & poteſt poni exemplum,quando poſſeſſor cum titul.& bona fide præſcribit,& debitor contra quem præſcribitur ratione dominij,eſt præſens:quo caſu ſufficiunt decem anni:creditor autem contra quem pręſcribitur ratione hypothęcæ eſt abſens, quo caſu requiruntur viginti anni,vt l.j.C.ſi aduerſus credit.& ibi per gloſ. iſto enim caſu præſcriptio complebitur contra debitorem in decem primis annis,habito reſpectu ad dominium: & tamen adhuc hypotheca competens creditori,erit integra,& durabit per alios decem annos: ita not.glo.in l.præſens.C.de pignor.in gloſſ.in verſi. præſcriptione.in verſi.vel tertio. & illam ibi ſequuntur Salice.& alij. ¶Et hoc modo ſunt intelligenda no. per Bartol.in l.j.§.cùm prædium.ff.de pignor.vbi firmat,quòd poſsidens bona fide & titul.rem hypothecatam alteri,præſcribit etiam hypothecam:quæ nota, ne æquiuoces,quia malè declarantur per doctores.

14 ¶†Quintò quæritur,an ſicut per præſcriptionem tollitur hypotheca,( vt ſupra in præcedentibus quæſtionibus extitit declaratum) ita & tollatur per vſucapionem triennalem,quando mobilis res eſſet data in pignus:& breuiter reſpondendo dicēdum eſt,quòd nō, vt eſt textus ſecundum intellectum gloſſæ, quem doctores ſequuntur in l.vſucapio.C.de pignorib.& ratio eſt.quia ſicut per alienationem hominis,ſcilicet debitoris,non tollitur neque eliditur iūs hypothecæ competens creditori,vt l.debitorem.C.de pignoribus,ita nec per alienationem legalem,prout eſt vſucapio,quę dicitur alienatio legalis,vt l.alienationis.ff.de verbo. ſignifi. ita tenet glo.Barto.& alij in d.l.vſucapio.Et ſic habes differentiam inter præſcriptionem rerum immobilium,& vſucapionem mobilium: quia per præſcriptionem tollitur iūs hypothecę,vt l.prima & 2.C. ſi aduerſus creditorem.ſed per vſucapionem non d.l. vſucapio.& l.iuſta.§.non mutat.ff.de vſucap.

¶Et ratio differentiæ inter præſcriptionem & vſucapionem ſecundum glo.in dicta l.vſucapio,eſt,quia in præſcriptione requiritur maius tempus:& ideo etiam ineſt maior negligentia creditoris non agentis, quàm inſit in vſucapione.¶Et iſtam rationem melius declarat Bar.poſt Pet.de Bellapertica in l.j.§.cùm prędium. ff.de pigno.dicens quòd in præſcriptione interuenit tempus ſufficiens ad tollendum hypothecariā:& contra creditorem non excipitur,quòd poſſeſſor acquiſiuerit dominium per poſſeſsionem decem annorum cum titulo & bona fide,ſed excipitur quòd poſſeſſor præſcripſit contra hypothecariam.

¶In vſucapione autem iſtud ceſſat:quia tempus triennij non eſt ſufficiens ad præſcribendum contra aliquā actionem,& ideo non poteſt tolli actio hypothecaria per triennium:& licet triennio acquiratur dominium rei mobilis,tamen ſeparata eſt cauſa dominij ab hypotheca.ita vult glo.in dicta l.vſucapio.& ſentit Bartol. in dicto §.cùm prædium.

15 ¶†Sed dubitatur,quare maius tempus præfigatur ad præſcribendum iuri hypothecæ in re immobili,videlicet decennium,quàm in vſucapione hypothecæ rei mobilis. Nam videbatur quòd ſicut in præſcriptione hypothecæ rei immobilis,pręfixum eſt tempus decennij habito reſpectu ad pręſcriptionem dominij dictæ rei,quæ decennio perficitur:ita & in re mobili debet fieri,quòd ſicut dominium vſucapitur triennio,ita & ius hypothecæ debere vſucapi.

¶Sed in hoc Bartolus in d.l.j.§.cùm prædium.dicit,ꝙ alia ratio reddi non poteſt, niſi quia ſic placuit, vt l. non omnium.ff.de legib.& hoc ſecūdum eum probatur in text.in d.§.cū prædiū.ibi,nec vſucapione primi pla-

placuit:& ita tenendum puto:quia ratio quę aſsigna-
tur per gloſſ.in d.§.cùm prædium. & in d. l. vſucapio.
& in l.j.in gloſſ. magna.C.ſi aduer.credi. videlicet ꝙ
ſit differentia inter dominum & hypothecam, & ꝙ
per vſucapionem triennij quæratur dominium in re
mobili, & per præſcriptionem in eadem re quæratur
exceptio contra hypothecam, non eſt fundamenta-
lis:quia regulariter actio non tollitur, neque eliditur
per exceptionem minori tempore, quam xxx. annis:
vt l.ſicut.C.de præſcrip.xxx. annorum. & ſpecialiter
inductum fuit,vt actio hypothecaria tollatur decem
annis inter pſentes,& 20.inter abſentes.per text. in d.
l.1.& 2.C.ſi aduerſ.credi.libr.7.ad exemplum præſcri-
ptionis dominij, quod quæritur per præſcriptionem
10.vel 20 annorum,vt per totum titulum. C. de præ-
ſcript.longi temp.& habetur in d.l.j.& 2. ¶Et eodem
modo videbatur dicendum in vſucapione, vt ſcilicet
actio hypothecaria conſiſtens in re mobili, deberet
tolli per vſucapionem triẽnij,ſicut per illam quæritur
dominium:& tamen iura hoc nolunt,& vt dicit Bart.
in hoc alia ratio aſsignari non potuit,niſi quia ita pla
cuit legiſlatori.
16 ¶†Sed iterum dubitatur in prædictis, quid ſi aliquis
poſſedit rẽ mobilem cũ titu.& bona fide decem annis
iter præſentes,nũquid poſſeſſor tueri ſe poterit aduer
ſus creditorem intendentẽ hypothecaria.& gl. in d.l.
j.C.ſi aduer.cred.in gl.fi.in fi.refert duas opini.vnam
Hyr.qui tenuit,quòd non:aliã autem Io. qui tenuit,ꝙ
ſic.Et iſtã ſecundã opin.tenet etiã glo.in d.l.vſucapio.
& iſtam approbat Barto.ibi in fine.& ibidem Bald. in
verſi.glo.quærit poſt eum Salice. in ver.ſed iuxta hoc
quęro per rationes ibi per eũ adductas.& ſic habes,ꝙ
poſſeſſor poſsidens cum tit.& bona fide triẽnio rem
mobilem,vſucapit eam reſpectu dominij,ſed non re-
ſpectu hypothecæ:ſed ſi cõtinuat in poſſeſsiõe vſque
ad decenniũ,inter præſentes præſcribet etiam contra
actionem hypothecariam contra creditorem. ¶Ex
quo ſecundum Salicet. ibi habes vnum mirandum, ꝙ
ſcilicet reperiũtur duæ pſcriptiones ad diuerſa & mi
nus tempus, quod ſufficit in prima, computatur in
17 ſecunda.¶†Sextò quæritur in materia retentionis vſu
capionis,an ſi creditor poſt rem mobilẽ triennio vſu-
captam à poſſeſſore,egit contra eum hypothecaria &
rem ab eo euocauit, an modo debitor poterit offerre
vel ſoluere creditori, & rem ab eo recuperare directa
pignoratitia iuxta l.reſcriptum.§.j. ff.de diſtract.pig.
& gloſſa in dicta l. vſucapio. mouet iſtam dubitatio-
nem & reſpondet quòd ſic: videlicet quod debitor
etiã iſto caſu poterit offerre, vel ſoluere creditori, &
auocare rem per directam pignoratitiam: quia nõ po
terit debitor repelli à creditore:ex eo quòd ipſe age-
re & obtinere non potuerit contra vſucaptorem, qui
contra debitorem vſuceperat dominium: quia dicit
gl:quòd tunc iſtud pcederet quãdo ageretur rei ven
dicatione:ſecus autem,quando agitur actione pigno
ratitia,quæ deſcendit ex contractu:nam actiõe ex cõ-
tractu agitur contra obligatum,ex contractu etiam ſi
res non ſit agentis,vel deſierit eſſe ſua,ſicut videtur in
commodante,vel deponente:vt l.ita vt ſi fur. ff. com-
mo.& l.j.§.ſi prædo.ff.depoſi.& l.ſi rem. §. is quoque.
ff.de pig.actio.& idem tenet gl.in d.l.j.§.cùm prædiũ.
ff.de pigno.& cum gloſſ.tranſeunt Barto. Bald. Salic.
& alij.¶Septimò dubitatur retentis eiſdem terminis,
an poſtquã debitor recuperauit rem à creditore,vt in
pxima præcedenti quæſtione firmatum eſt:an iterum
ille qui dictam rem mobilem vſucepit, poſsit agere
rei vendicatione ad dictam rem cõtra ipſum debito-
rem:& glo.in d.l.vſucapio.& in d.l.j.§.cùm prædium.
reſpondet quòd ſic,& cum gloſſa tranſeunt doctores.
¶Sed iterum dubitatur,an aliquod remedium poſ-
ſit adhiberi pro dicto debitore, vt ab eo res per vſu-
captorem auocari non poſsit. & in hoc gloſſ. in di-
ctis locis conatur dare plura remedia,q̃ recitat Barto.
in d.l.vſucapio,& in d.§.cùm prædium. & poſt eum
Bald.& Salic.& Barto.in d.§.cùm prædium.approbat
primum conſilium, videlicet ꝙ debitor in actu ſolu-
tionis factæ creditori,impetret ab eo volente ceſsio-
nem ſuæ hypothecæ, iuxta l.Modeſtinus. ff. de ſoluti.
Nam cum ea poterit debitor rem aduerſus vſucapto-
rem retinere,ſicut poterat ipſe creditor.& nihil repu
gnat ſecundùm Bartolum quòd debitum principale
ſit ſublatum,& tamen duret ius retinendi.iuxta l.de-
bitor.ff.ad Trebel.& l.ex ſextante.§.Latinus.ff.de ex-
cep.rei iudic.& l.fin.§.licentiam.C.de iure deli.& l.j.
C.ſi anti.credit.pign.vendi. ¶Et ſecundum eum iſte
erit vnus caſus, in quo cedetur hypothecaria ſine
principali, iuxta nota.per ipſum in l.fideiuſſor obli-
gari.in princip.ff.de fideiuſſ. ¶Sed iſtud remediũ, ſeu
conſilium reprobauit glo.in d.§.cùm prædium.& iſtã
reprobationem glo.ſequuntur Iac.de Aret.Iaco. But.
Barto.& Salice.in d.l.vſucapio.licet Bald.ibi dicat, ꝙ
iſtud conſilium poſsit ſaluari. ¶ Sed facit dubium ꝙ
ſaluari non poſsit,quia d.l.Modeſtinus.& materia lo-
quitur quando ſunt plures obligati:quia vnus ſoluẽs
poteſt impetrare ceſsionem contra alium:nos autem
ſumus in vno ſolo debitore: vnde non videtur, quòd
ipſe poſsit impetrare ceſsionem cõtra ſeipſum,niſi di-
cas,quòd ceſsio nõ poteſt impetrari ad effectum agen
di,ſed ad effectum retinendi pro defenſione rei con-
tra alium agentem:& ita loquitur Bar.ibi,& quòd ceſ
ſio poſsit fieri iſto modo,ſcilicet pro tuitione ſeu de-
fenſione rei latæ habetur per gloſ.in l.per diuerſas.C.
manda.& ibi Bart.in penul.col.in verſic.3.excipit text.
& faciunt quæ notaui ſuprà in 5.parte princ.in 3.mem
bro.& ideo puto opinionem Barto.in hoc poſſe ſalua-
ri.¶Circa autem alia remedia tradita per gloſſ.in d.§.
cùm prædium. non inſiſtam amplius: ſed vide ibi per
Bart.& alios in d.l.ſi vſucapio.& vt videbis,vix poteſt
ſuſtineri vllum aliud remedium ſeu conſilium in hoc.
18 ¶†Octauò quæritur,ſtante ſtatuto,quòd nullis actio-
nibus ciuilibus præſcribatur minori ſpatio, quàm tri
ginta annis,an in tali ſtatuto comprehendatur etiam
hypothecaria:& ſic an hypothecaria ſit actio ciuilis,
vel prætoria, & in hoc Angelus multum ſubtiliter in
conſilio 202.in quæſtione Ioannis Lanfredi, firmat ꝙ
hypothecaria in effectu ſit actio ciuilis,& comprehẽ-
datur in ſtatuto per fundamenta,quæ ibi adducit: &
de hoc etiam aliquid dicam infrà in octaua parte,in
materia hypothecariæ.¶†Nonò quæritur,quid de pi
19 gnoratitia actione,directa,quanto ſcilicet tempore ei
præſcribatur.& in hoc pro intelligentia præmittendũ
eſt,quòd pignoratitia non oritur tempore initi con-
tractus,ſed oritur cùm eſt ſolutum vel ſatisfactum cre
ditori,vt eſt textus in l.ſi rem alienã.§.omnis.ff.de pi-
gnoratitia actione.& ibi Bartolus optimẽ declarat,di
cens,quòd pignoratitia bene oritur ex contractu du-
dum facto & celebrato, ſequuta traditione pignoris
facta ipſi creditori.& ſic,quòd naſcitur ex materia an-
tiqua:ſed reſpectu temporis oritur facta ſolutione,vel
ſatisdatione.ad idem textus in inſtitut.quibus modis
re contra.obliga.§.fina.& ibi gloſſ.¶Ex quibus infer-
tur,quòd contra actionem pignoratitiam incipit cur-
rere præſcriptio à die natiuitatis illius:quia antè cur-
rere non poteſt,vt l.j.in fin.C.de anna.exceptio.& no.
Barto.in d.§.omnis.ſed reſpectu iuris offerendi, quod
competit debitori ante ortam pignoratitiam,bene po
teſt currere præſcriptio cõtra tale ius offerendi, quan
do cõpetit per modum actionis: quia ſcilicet traditũ
eſt pignus creditori,vt latè notaui ſuprà in 5.partẽ, in
3.membro.& habetur per gloſſ.& docto.in l.cum no-
tiſsimi.§.eodem iure.C.de præſcript.xxx.annor.& ha-
betur per Barto.in l.ſi pignori.in princ.ff.de vſucap.&
in d.§.omnis.in fin.& tunc decurſa præſcriptione cõ-
tra tale ius offerendi, non poterit amplius compete-
re



re directa pignoratitia ipſi debitori:quia illa eſt ſeque
la iuris offerendi,& non competit niſi oblato vel ſolu-
to debito,vt not.gloſſ.Bartolus & alij in dict.§.omnis.
& hoc modo debet intelligi id quod not.Paul. de Ca-
ſtro in conſil.294.ego Paulus, &c:dum dicit,quòd ex
quo eſt in poteſtate debitoris,offerre & ſoluere, & ſic
facere,quòd pignoratitia oriatur,quod iam poſſe age
re videtur.l.qui poteſt facere.ff.de regulis iuris & per
conſequens,quòd actioni pignoratitiæ præſcribatur,
& alleg.gloſſ.in dicta l.cùm notiſsimi.§.eodem iure:
quia debet intelligi,quòd præſcribatur iuri offerendi,
& in conſequentiam ipſi pignoratitiæ,vt dictum eſt.
20 ¶†Sed conſiderando ipſam pignoratitiam per ſe,vi-
delicet poſtquam nata eſt,puta quia facta ſit oblatio
antequam ſit ſublatum ius offerendi præſcriptione,&
orta ſit pignoratitia,tunc ſi quæratur,quanto tempo-
re præſcribatur dictæ actioni pignoratitiæ:dicendum
erit,quòd talis actio eſt perſonalis,& ei non præſcribi
tur decem vel 20.annorum ſed ad eius præſcriptionẽ
non requiritur tempus triginta annor.vt l.ſecunda.C.
de conſtitut.pecun.& l.neque mutui.C.quib.non o-
biicitur long.temporis præſcript.ita tenet gloſſ.in l.
nec creditores.in gloſſ.tertia de pignor.action.& cum
gloſſ.tranſeunt ibi Bald.& Salice.poſt alios per eos re-
21 latos.¶†Sed dubitatur an iſta præſcriptio,quæ indu-
cta eſt contra pignoratitiam,procedat de iure canoni
co:& videtur dicendum,quòd non:quia creditor ha-
bet ſcientiam rei alienæ,& ſic,licet non ſit in mala fi-
de,ex quo poſsidet de conſenſu debitoris, tamen ipſa
ſcientia rei alienæ æquiparatur malæ fidei. vt per Bal.
in dict.l.nec creditores. & de iure canonico ſecundũ
Cõm. opin. magis communem opin.etiam in iuribus & actionib.
perſonalibus mala fides impedit præſcriptionem,vt la
tẽ per omnes cano.in capi.fina.de præſcription.& per
Modernos in tractatu præſcriptionis.in 2.parte tertiæ
partis principalis.in q.13.nume.24.chart.15.
22 ¶†Tamen hoc non obſtante,in hoc eſt aduertendum
ſecundum dictos Modernos,in d.q.13.numer.70.&71.
quòd dicta concluſio communis limitatur, vt proce-
dat quo ad eum cui actio cõpetit,quia mala fides præ-
ſcribere volentis contra illum cui competit actio,im-
pedit præſcriptionem: ſecus autem eſt, ſi nondum a-
ctio competit,ſed competere poteſt,acceptando ius ſi
bi de iure delatum:quia tunc etiam quòd ille qui vult
præſcribere,ſciat illud ius competere,non dicetur in
mala fide,& poterit præſcribere.ita tenet Petr. de An-
charano in capitu.ſine poſſeſsione.columm.nona de re
gulis iur.in 6:& ſequitur Socinus in conſil.63.in cauſa
vertenti inter Dominam Catharinam.columm.tertia
verſicul.præterea.latius per dictos Modernos.in dict.
23 tracta. ¶†Et corroborantur prædicta per no.per Cor
neum in conſi.206.circa thema 2.volum.vbi etiam di-
cit,quòd dicta communis concluſio,quòd cum mala fi
de,non procedat præſcriptio,non habet locum in eo,
ad quod quis non tenetur actione,ſed officio iudicis
tantum:quia ex quo non tenetur iure actionis,non po
teſt dici in mora,neque in peccato,non ſoluendo, ſed
requiritur interpellatio,vt ibi latè per eum. ¶In pro-
poſito ergo noſtro dicendum eſt ex prædictis,ꝙ quate
nus eſt reſpectu iuris offerendi,quod conſiſtit in facul
tate & voluntate debitoris,an ſcilicet velit offerre de-
bitum creditori,quòd contra dictum ius procedat prę
ſcriptio:quia creditor poſsidens pignus ſpatio 30.an-
norum,excludit debitorem ab offerendo,& per conſe
quens ab ipſa actione pignoratitia,quæ oritur medi-
ante dicta obligatione, non obſtante, quòd creditor
ſciat dictum ius competere dicto debitori, ſi velit
ipſum acceptare:quia requiritur, quòd debitor ac-
ceptet dictum ius & offerat ad hoc,vt ſibi oriatur pi-
gnoratitia.Sed quatenus eſt reſpectu pignoratitiæ iã
ortæ,vel per oblationem, vel per ſolutionem iam fa-
ctam: dicendum eſt, quòd creditor vel eius hæres,
ſcientes actionem prædictam iam competere debito-
ri, non poſsint præſcribere contra dictam actionem,
24 quia tunc eſſent in mala fide per prædicta. ¶†Dubita-
tur etiã in prædictis, an ſublata pignoratitia per præ-
ſcriptionem,poſsit adhuc debitor agere contra credi
torem rei vendicatione ad repetendum rem pignora-
tam:& glo.in l.j.§.j.in ver.pro ſocio.in fin. C. de anna.
except.tenet,quod ſic,& intellige tu,quod iſto caſu de
bitor poſsit agere tam primæua actione ſibi compe-
tenti ex dominio, quod habet debitor ante hypothe-
cationem,quam etiam ex dominio,quod ſibi ſuperue-
nit mediante poſſeſsione & præſcriptione cauſata ex
perſona creditoris:quia ſ.donec creditor poſſedit,de-
bitor preſcripſit poſsidente creditore,vt l.ſerui nomi
ne.ff.de vſucapion. Vnde licet pignoratitia ſit ſublata
poteſt nihilominus debitor agere contra creditorem
rei vendicatione tam pro dominio veteri, quàm no-
uo,& quamuis Doctor in hoc tranſeant cum gloſſ.ta-
men difficultas conſiſtit in modo & forma practican
di, quomodo ſcilicet debitor agens contra debito-
rem,qui preſcripſit contra pignoratitiam & intentan-
do rei vendicationem, poſsit offerre debitum ipſi cre
ditori. Et in hoc Angel. in dicto §.primo poſt Cyn.
plura dicit,& plura etiam ponit Ange.& Imol.in l.pi-
gnori.ff.de vſucapion.quos omnes refert Ange.de A-
ret.inſtitut.de actio.in.§.actionum.in colum.23.in glo.
in ver.pignoratitia.vbi optime declarat,& ideo quan
do caſus occurreret in facto,recurras ad eum. & per
hæc fuit expeditum iſtud ſecundum membrum.

## *SVMMARIVM.*

1 *Pignus vel hypotheca,an tollatur nouatione.*
2 *Nouatio neceſſaria,quæ fit per litis conteſtationem vel per ſententiã,non eſt primitiua ſeu extincta primæ obligationis,ſed accumulatiua aliorum effectuũ cum primis.*
3 *Nouatio inualida non tollit pignora vel hypothecas præcedentis obligationis.*
4 *Pignora noua data in obligatione nouãte inualida, accumulantur veteri obligationi.*
5 *Cautela pro liberanda prima hypotheca.*
6 *Hypotheca prima non cenſetur nouata,nec ſublata per prorogationem termini ad ſoluendum facta debitori.*
7 *Hypotheca expreſſè in obligatione nouante repetita,cenſetur repetita cum priuilegio prælationis.*
8 *Vſura,mora,dilatio,& ſimilia,an in obligatiõe voluntaria nouante cenſeantur repetita.*
9 *Qualitate rei hypothecatæ mutata, an nihilominus duret hypotheca.*
10 *Qualitate rei legatæ mutata,an pereat legatum.*
11 *Debitor prohibens in ſuo teſtamento pignoris alienationem,an præiudicet creditori, & an hac prohibitione reſoluatur hypotheca.*
12 *Creditor permittens pignus vẽdi vel permutari per debitorem,an perdat hypothecam.*
13 *Creditor conſentiens debitori,alienanti vel obligãti rem ſibi obligatam,videtur remittere ius pignoris.*
14 *Hypotheca an poſſit renuntiari per mulierem.*
15 *Creditor conſentiens debitori,quòd eius hæres alienet pignus,an renunciet hypothecæ.*
16 *Hypotheca tollitur per conſenſum creditoris, non ſolum reſpectu eius qui conſenſit,ſed alterius qui in eius locum ſeu ius ſuccedit.*
17 *Creditor emẽs rem à debitore,videtur hypothecam remittere.*
18 *Creditor ſubſcribens chirographo debitoris vendẽtis alteri vel obligantis,videtur hypothecã remittere.*
19 *Creditor reſtituens debitori chirographũ,in quo res*

*eſt ſibi obligata,cenſetur hypothecam remittere.*

20 *Reſtituens pignus,an cenſeatur ius pignoris remittere.*

21 *Conſenſu creditoris in caſu pignoris per debitorem alienandi,quid operetur.*

22 *Creditor conueniens cum debitore,vt ad eum pignus pleno iure pertineat,remittit hypothecam.*

23 *Præſentia creditoris in venditione pignoris,quid operetur.*

24 *Argumētum de libertate ad pietatem, validum eſt.*

25 *Fiſcus alienans rem alteri obligatam,an & quo caſu tollat ius pignoris.*

26 *Hypotheca non cenſetur remiſſa per conſenſum creditoris de alienando vno modo,ſi alio deteriori modo alienetur.*

27 *Hypotheca non cenſetur remiſſa per alienationē factam de conſenſu creditoris,ſi talis alienatio non valeat.*

28 *Hypotheca vendita per debitorem de conſenſu pupilli creditoris,ſine tutore vel decreto iudicis, non cenſetur remiſſa.*

29 *Hypotheca non poteſt remitti gratis per filium vel ſeruum in cauſa peculiari.*

30 *Hypotheca non cenſetur remiſſa per conſenſum de alienando,ſi alienatio non ſequatur.*

31 *Alienatio ficta, etiam cum conſenſu creditoris, non tollit hypothecam.*

32 *Hypotheca non cenſetur remiſſa,ſi debitor vendat de conſenſu creditoris poſt tempus conuentum.*

33 *Hypotheca an ſolo conſenſu diſſoluatur.*

34 *Exceptio intentionis & facti,nō dicitur propriè exceptio.*

35 *Pactum tacitum nihil poteſt remittere.*

36 *Pactum de non petendo debitum principale,an extinguat hypothecam.*

37 *Hypotheca remiſſa,non cenſetur debitum principale remiſſum.*

38 *Hypotheca per ſtipulationem contracta,an ſolo conſenſu diſſoluatur.*

39 *Sententia lata contra debitorem poſt rem obligatā creditori,præiudicat ipſi creditori ſcienti & patiēti,ſimiliter lata antequam res ſit obligata.*

40 *Sententia lata contra debitorem,quo caſu præiudicet creditori,& quo caſu non.*

41 *Sententia lata contra creditorem conuentum,præiudicat debitori ſcienti & patienti.*

42 *Sententia lata contra creditorem agentem,an præiudicet debitori.*

43 *Sententia lata in fauorem tertij creditoris contra primum,an præiudicet ſecundo.*

44 *Sententiæ ſemel parens per reſtitutionem rei, an ſi res iterum redeat ad condemnatum, poſſit iterari executio.*

45 *Obligans pignus pro alio,an teneatur diu pati talē obligationem,& an poſſit poſt tempus aliquod petere liberationem pignoris.*

46 *Dictio,diu,quantum tempus comprehendat.*

47 *Debiti principalis remiſſione exiſtente inualida,an nihilominus valeat pignoris liberatio.*

48 *Debito principali vitiato,an vitietur etiam pignoris remiſſio.*

## Tertium membrum ſextæ partis principalis.

AGGREDIENDO tertium mēbrum huius ſextæ partis principalis, in quo videbimus diuerſos alios modos vltra prædictos,
2 quibus pignora & hypothecæ tollũtur,† Primum quæro,an pignus vel hypotheca tollatur nouatione:& in hoc complectēdo totam materiam,pro clariori intelligentia ponam regulam & fallentias.Regula ergo ſit quòd pignus & hypotheca tollitur & liberatur facta nouatione legitima,vt eſt textus in l.nouatione.ff.de noua.& in l. in ſolutum.in princi.ff.de pignor. action.Fallit autē dicta regula quatuor modis.¶Et primò fallit,quando debitor ſimpliciter dedit alia pignora poſt prima:quia per hoc non liberantur priora pignora,ſed iſta eis accumulantur.nam ex hoc non dicitur inducta nouatio:vt ergo regula procedat,requiritur,quòd in hac ſecunda datione pignorum ſit repetitum debitum principale,& expreſſe deductum in nouam obligationem,ita ſingulariter declarat Bartolus in l.Valerianus.in vltima quæſtion.ff.de præto.ſtip.& ſequitur Paulus de Caſtr.in l.ſolutum.§.omnis.ff.de pignor.action.

2 ¶†Secundò fallit dicta regula in nouatione neceſſaria,& ſic ſolum regula militat in nouatione volũtaria, non autem in neceſſaria,quæ fit per litis conteſtationē & ſententiam,declarando tamen,vt per gloſſ.no.in l.j. in glo.fin.C.de iudic.vt eſt tex,in l.aliam.ff.de noua.& ibi declarat Bar.& no.gloſſ.in d.l.nouatione.Vnde licet creditor ſit conteſtatus litem ſuper hypothecaria contra ſuum debitorem,per hoc non ſunt liberata pignora & hypothecæ,& ſimiliter ſi debitor ſit per ſententiam condemnatus,vt l.grege.§.etiam.ff.de pigno, & declarat glo.j.in d.l.ſolutũ.in prin.& ratio eſt,quia per litis conteſtationem & ſententiam inducitur nouatio neceſſaria,non autem voluntaria,vt declarat gl. & ibi Iaſ.poſt alios.in l.j.C.de iud.¶Ratio autem rationis eſt,quia nouatio neceſſaria quæ fit per litis conteſtationem vel per ſententiam,non eſt priuatiua ſeu extinctiua primæ obligatiōis,ſed eſt accumulatiua aliorum effectuum cum primis,vt declarat Barto.in l.aliā. ff.de noua.& Iaſ.in d.l.j.in 4.colum.in verſi.habes,&c. C.de iudi.Item eſt alia ſpecialis ratio in pignore & hypotheca,quia ſcilicet ſpecialis cōditio hypothecæ eſt vt non tollatur actio hypothecaria,niſi prius ſit ſolutum,aut ſatisfactum creditori:ſed quia per litis conteſtationem aut ſententiam non dicitur ſatisfactum creditori,merito non dicitur ſublatum pignus vel hypotheca,vt probat tex.in d.l.grege.§.etiam.ff.de pignor. ¶Adde etiam ex Salic.in l.vnic.C.etiam ob chirogra. pecu.in j.colum.in 2.notab.tertiam rationem,ſed quæ in effectu eſt eadem cum prima ſuprà relata.¶Tertiò fallit regula,quando in nouatione voluntaria expreſſe conuentum fuiſſet,vt pignora ſeu hypothecæ prioris obligationis eſſent repetita in obligatione nouante. text.eſt in d.l.j.in princi.C.etiam ob chiro.pecu.& in d.l.ſolutũ.in prin.& in l.nouatione.& de fideiuſ.& de-
3 clarāt glo.& Doc.in locis p̄dictis.¶†Quartò fallit d.regul.quando nouatio voluntaria non valeret, quia per nouationem inualidam non tolluntur pignora & hypothecæ præcedentis obligationis: ſed regula habet locum,quando nouatio fuit valida,vt eſt text. in l.nouatione.ff.de noua.& in dict.l.nouatione.C.de fideiuſſor.& no.gloſſ.& ibi ſequuntur doct.in dict.l.j.C.etiā ob chirog.pecu.in gloſſ.in verb.tranſtuliſti.dum opponit de l.debitum.C.de remiſſ.pign.& de l.illud.ff.quę
4 met.cauſ.¶Quinimo tunc ſi in obligatione nouante inualida præſtentur per debitorem noua pignora, illa etiam tenebuntur pro veteri obligatione.textus eſt in l.ſi paternam.C.ad Velleia.quem ad hoc Baldus ibi in tert.no.reputat mirabilem,vt ſcilicet pignus datũ pro obligatione nouante inualida,teneatur pro priſtina: quę non fuit cum effectu nouata:& ibi etiā eſt text.ꝙ quando obligatio nouans valeret pro parte,& pro par





te non,quòd pro illa parte pro qua valeret,ceſſant pignora prioris obligationis:& pro parte,pro qua nō valeret obligatio nouās,remanent pignora prioris obli-
5 gationis,& ibi etiam declarant Baldus & alij. ¶†Et ex prædictis potes ſumere notabilem cautelam, quòd ſi debeas Titio centum cum pignoribus vel hypothecis,ſi velis liberare pignora ſine ſolutione,debes ab eodem ſumere decem mutuò, & promittere illi ſoluere totam quantitatem:videlicet centum & 10.& obligare te per inſtrumentũ animo nouandi priorem obligationem,non aliter repetendo prima pignora in obligatione nouante:nam per hoc cenſebuntur liberata priora pignora:& incipiet noua hypotheca tempore obligationis nouatæ.ita docet Alexand.in dict.l.ſolutum.
6 in princip.quod nota. ¶†Aduerte tamen,quod licet prædicta procedant in nouatione, tamen ſecus eſt in prorogatione termini ad ſoluendum: quia ꝓrogatio termini cēſetur facta ſub eiſdē pignoribus,pœnis,renũciationibꝰ & clauſulis,ꝓut erāt in primo termino. textus eſt not.in l.legem.C.locat.& ibi not.Baldus & reputat menti tenendum: & eſt bona gloſſ. in l.Aemilius,in princip.in verb.reſtitui.ff.de minor.& ſic habes quòd prorogatio termini non inducit nouationē, cuius tamen contrarium voluit Bartolus in l.penulti. in verſicul.quæro,quid ſi ego promiſi.ff.de præto.ſtipu.illud tamen quòd dicit Bartolus ibi procedebat de iure digeſtorum,non autem procedit hodie per l.fina. C.de nouatio.quia ſecundum terminos dict.l.fina.hodie non fit nouatio,niſi expreſſe agatur:& ita illud dictum Bart.intelligit Alexander in conſi.13.viſis & conſideratis in ſecundo volumi.& adde prædictis Iaſ.in l. prima,§.& poſt operis,in ſecund.column.in verſi.no. diligenter.ff.de nou.oper.nunc.& latius in l.prima,in duabus vltim.column.C.de iudic.

¶ † Sed dubitatur in prædictis,quando pignora prioris obligationis repetuntur in obligatione nouante. an cenſeātur repetita cum priuilegio prioritatis,ideſt quòd ſicut creditor vigore prioris obligationis erat anterior ſecundo,ita ſit etiam vigore ſecundæ obligationis nouantis primam,in qua ſunt repetita pignora prima:& breuiter de hoc eſt textus no.quòd ſic,in l.3. in princi.& ibi Bart.& docto.ff.qui po.in pign.hab.Eſt enim ibi tex.quòd primus creditor mutuauerat debitori,acceptis ab eo pignoribus:poſtea ſecundus creditor mutuauit eidem debitori acceptis ab eo eiſdem pignoribus.tertio loco primus creditor mutuauit eidē debitori aliam quantitatem:& etiam nouauit primam obligationem,repetendò tamen pignora primæ obligationis,& addendo etiam alia pignora:dicitur ibi ꝙ repetitio dictorum pignorum,facta in obligatione nouante,cenſetur facta cum prælatione reſpectu ſecundi creditoris:& ſic cum prioritate temporis,prout erant in prima obligatione nouata: & quòd ſicut ex prima obligatione primis creditor veniebat præferēdus ſecundo,ita & præferri debebit ex obligatione nouante,in qua ſunt repetita pignora.¶Intellige tamen tu,reſpectu pecuniæ primo loco mutuatæ in obligatione nouata:non autem reſpectu pecuniæ ſecũdo loco mutuatæ in obligatione nouante & nouorum pignorum ſuperadditorum in ſecunda obligatione nouāte:quia in iſtis ſecundus creditor erit anterior primo,ita de-
8 clarat gl.in dict.l.3.in princip. ¶†Quid autem dicendum ſit in aliis effectibus reſultantibus ex obligatiōe, puta in vſuris,in mora,in dilatione & aliis priuilegiis, an ſcilicet illa cenſeantur repetita in obligatione voluntaria nouante,non eſt materia noſtra:ſed vide per Bar.in l.ſi Stichũ.§.j.& in l.aliam.ff.de noua.& per Ange.de Are.inſtit.de action.§.fuerat.in 11.& 12.column. in verſi.an autem,& quando ſi actio de dote,&c.& per Bart.& Alexand.in l.ſi diuortio.in 2.colum.in verſic.in text.ibi centum,&c.ff.de ver.obli.& ibidem per Iaco. in fin.qui tenet opin.Rapha.contra Bart.Alex.& alios communiter:quod aliter non diſcutio:quia ſunt termi-
9 ni diuerſi à materia noſtri tractatus,&c. ¶†Secundo quæritur,an mutata qualitate rei hypothecatæ duret hypotheca:& breuiter dicendum eſt,quòd hypotheca nō extinguitur,nec per additionem nec per detractionem qualitatis rei hypothecatæ,vt eſt tex.in l.ſi fundꝰ. §.ſi res.ff.de pign.vbi ponitur exēplum de domo hypothecæ data,ex qua fuit effectus hortus:item de area data pignori,ex qua fuit effecta domus:item de terra, in qua fuit plantata vinea.¶Et facit text.in l.domo.ff.de pignor.actio.& quod ibi not.per glo.& ſcribentes.

¶Secus autem,ſi non qualitas,ſed ſubſtantia rei hypothecatę extingueretur,quia tunc etiam pignus & hypotheca eſſet extincta,vt eſt tex.in l.ſicut,in princip.ff. quib.mod.pign.vel hypo.ſolu.& hoc niſi procedat ex culpa debitoris:quia tũc etiā ꝙ res eſſet extincta, omnino debitor teneretur ad intereſſe creditoris.text.& ibi gl.in l.ſeruum.ff.de pig.in glo.in ver.tenetur.& ibi ſequitur Sali.¶Intellige tamen, ꝙ etiamſi hypotheca extinguatur per extinctionem rei hypothecatę, vt dictum eſt:tamen ipſa obligatio principalis & ius crediti nō perit,ſed durat,vt eſt tex.& ibi Bal.& alij in l.ſer-
10 uo.C.de pig.¶†Quid autē ſit in legato,an pereat legatũ,ſi mutetur qualitas rei legatę,nō eſt materia noſtra ſed gloſ.in d.l.ſi fundus.§.ſi res opponit.de hoc tu vide text.& ibi Barto.in l.ſi ita legatum.§.fi.de legat.j.& ibi etiam per glo.& Iaſ.& alios:& adde quæ dixi ſuprà
11 in iſta 6.parte in primo membro,numero 55.¶†Tertiò quæritur,an hypotheca ſeu pignus reſoluatur, ſi debitor in ſuo teſtamento prohibeat creditoribus ſuis alienationem pignorum,vel hypothecæ ſub aliqua pœna;& breuiter dic,quòd non,quia debitor non poteſt præiudicare ſuo creditori iuri hypothecæ iam ei acquiſitæ.textus eſt & ibi Bald.& Salic.in l.j.C.debi.vendi.pig.impe.non poſſ.quod ibi Bald.inducit ad q.pupillaris ſubſtitutionis,vt ibi per eum.Adde prædictis text.Bald.& alios in l.debitorem.C.de pignor. ibi eſt text. quòd debitor neque vendendo neque donando, neque legando,neque fidei committendo poteſt præ-
12 iudicare creditori in pignore,&c. ¶†Quartò quæritur in materia, quia vt proximè dictum fuit, debitor vendendo pignus, vel aliter alienando, vt ſupra ſine conſenſu creditoris non diſſoluit hypothecam præcedentem,vt eſt text.in l.res.C.de remiſſ.pign.& probatur in locis allegatis in proxima præcedenti quæſtion. quid ſi creditor conſentiat,ꝙ pignus vendatur, an per talem conſenſum cēſeatur remittere ius ſui pignoris. ¶Et in hoc complectendo totam materiā,pone regulam,ampliationes,& fallētias.¶Regula ergo ſit,quòd creditor conſentiendo pignus vendi per debitorem, cenſetur remittere ius ſui pignoris,vt eſt textus in l.ſi debitor.§.j.ff.quibus modis pig.vel hypoth.ſol.& in l. 4.§.ſi in venditione.& l.ſicut.§.ſi voluntate. eod.titul. & in l.2.C.de remiſſ.pign.& in l.creditor.ff.de regulis iur. ¶Amplia modo regulam 11.modis.Et primo amplia, vt regula procedat non ſolum quando creditor conſentit,quòd pignus vendatur,ſed etiam ſi conſentiat,quòd permutetur vel donetur vel in dotem detur, nam ſemper videtur remittere ius pignoris,vt eſt tex. in dicta l.ſi debitor.§.primo.& de datione in dotē, eſt text.in l.Lucius.eod.titu.¶Secundo amplia regulam, vt procedat etiam in omni alio actu ſeu contractu per quem dominium transfertur,etiam ſi hoc fieret in vltima voluntate, vt eſt text. in l.ſicut.§. venditionis.ff. quib.mod.pig.vel hypo.ſol.& illum textum dicit eſſe vnicũ in iure Bal.in c.j.§.præterea.quib.mo.feu.amit. ad probandũ de cōſenſu præſtito ad hoc,vt quis teſtetur de re ſua,& illum etiā allegat pro ſing.Bal.in l.venditiōe.C.pro empto.& in l quoties in omnibus.C.de fideicom.& in l.ſi tibi.§.de pignor.ff.de pact.& ita refert Alex.in d.§.venditionis.in apoſtil.ad Bart.
13 ¶†Tertio amplia regulā,etiā ſi creditor conſentiat ꝙ

debitor obliget alteri rem ſibi obligatam:quia per hoc
videtur creditor remittere ius ſui pignoris,vt dicit tex
tus in l.Paulus.in princip.ff.quib.mod.pign.vel hypo-
the.ſolu.¶Iſtud autem poteſt intelligi duobus modis.
Vno modo,quòd dictum ius pignoris cenſeatur remiſ
ſum reſpectu illius tantum creditoris,cui debitor de
conſenſu primi obligauit:& ſic,quòd ſecundus ſit mo
do prior primo,ſed quo ad alios creditores remaneat
ius hypothecæ dicti primi creditoris:& ita intelligit
gloſſ.in dict.l.Paulus.in verſicul.remiſiſſe.& ita etiam
intellexit gloſſ.in l.tertia,C.de remiſſ.pignor.& iſte in
tellectus nullam habet difficultatem, & ab omnibus
approbatur. ¶Secundo modo poteſt intelligi,quòd
creditor cõſentiendo quòd debitor obliget alteri ſuũ
pignus,cenſeatur in totum remittere ius ſui pignoris:
& quòd ita in dubio ſit iudicandum.iſtud tenet gloſſ.
in l.creditor.§.fina.in gloſſ.fin.ff.qui po.in pigno.hab.
& iſtum ſecundum intellectum ſequitur Barto.in dict.
§.fina.Idem tenet Barto.in l.fin.C.de remiſſ.pig.in ver
ſic.ſecũdo caſu.vbi in hoc diſtinguit,quòd aut ſumus
certi quo animo creditor cõſenſerit debitori obligãti
ſuum pignus alteri,an ſ.animo remittendi,quo ad illũ
tantum creditorem,cui debitor obligauit,aut in totũ,
vel non in totum,& tunc ſtãdum eſt certo,vt d.l.credi-
tor.§.fi.Aut de animo non conſtat,& tunc ſi ſumus in
maſculo,præſumitur remiſiſſe in totum & quo ad om-
nes,ius ſui pignoris.d.l.Paulus.in prin.ſi autem ſumus
in muliere,dicendum eſt,ꝙ cẽſeatur remittere ius ſui
pignoris,quo ad ſecundum creditorem tantum per l.
iubemus.C.ad Velleianum.
¶Salicet.autem in d.l.3.C.de remiſ.pig.latẽ examinat
hunc articulum,& tandem permulta concludit,quòd
in dubio primus creditor cenſeatur remittere quo ad
illum tantum,cui conſenſit obligari,non autem in to-
tum.Sed in d.l.fin.eo.tit.idem Salic.in fin.concordan-
do opinion.tenet,quòd aut conſenſus primi credito-
ris fuit accommodatus ſecundæ obligationi,vel credi
tori.hoc exprimendo,& vera ſit opinio gl.in d.l.Pau-
lus.in prin.& in dict.l.3.videlicet, ꝙ quo ad ipſum cre
ditorem,cui conſenſum accommodauit,cenſeatur re-
miſiſſe ius pignoris,& non in totum:aut primus credi
tor non conſenſit contemplatione ſecundi,nec eſt ex-
preſſa eius perſona,ſed ſimpliciter,quòd ſcilicet debi-
tor poſsit alteri obligare,non exprimendo,cui:& tunc
vera ſit opinio Bar.ꝙ in hoc dubio creditor cenſeatur
in totum remiſiſſe ius ſui pignoris:& ſubdit,ꝙ hoc ca
ſu fortè non eſt facienda differentia inter maſculum
& fœminam,per no.per ſe in l.etiam.C.ad Velleianũ.
14 ¶†Et iſta concordia Salic.mihi ſatis placet, præter-
quam dum remouet differentiam inter maſculũ & fœ
minam:quia in hoc puto tenendam opi.Bar.quia quã-
do mulier renũtiat ſuæ hypothecæ reſpectu vnius per
ſonæ,quo ad illam tantum ſibi præiudicat: & hoc eſt
clarum,vt l.iubemus:& ibi Barto.in j.oppo.C.ad Vel-
leianum.Quando autem mulier renuntiat iuri hypo-
thecæ generaliter ſuo marito,quo caſu Salicet. tenet,
quòd talis renuntiatio præiudicet quo ad omnes: vt
per eũ in d.l.omnes.eſt aduertendũ,quòd iſto caſu ta-
lis renuntiatio non valet,niſi maritus remaneat ſoluẽ
do in aliis bonis:quia alias cenſeretur mulier donare
marito,vel pro illo ſe obligare,quod de iure non per-
mittitur,vt declarat Bar.in d.l.iubemus. in ver.vltimò
ſcias.& ideo vera eſt differentia Bart.inter maſculum
& fœminam,& hoc modo debet intelligi illud quod
15 conſuluit Ro.in conſi.140.hæc venditio &c.¶†Quar-
tò amplia regulam,vt procedat etiam in hærede debi
toris:quia ſi creditor conſentiat debitori,vt alienet pĩ
gnus.& nõ alienet debitor,ſed eius hæres,adhúc ex ta
li cõſenſu creditori infertur præiudiciũ,vt eſt in l.ſic-
ut.§.ſi debitori.ff.quib.mod.pig.vel hyp.ſol.& ibi no.
16 ¶†Quinto amplia regulã,ꝙ cõſenſus præſtitus ꝑ cre-
ditorẽ debitori ad alienandum pignus reſpectu vnius
creditoris,non ſolum preiudicat reſpectu illius credi
toris,ſed etiam reſpectu alterius creditoris,qui in ius
illius ſucceſsit:iſte eſt tex.ſecundũ intellectũ Bart.in l.
17 Titius.§.fi.ff.quib.mod.pign.vel hypo.ſolu. ¶†Sexto
amplia regulam, vt procedat non ſolum in expreſſo
conſenſu,ſed etiã in tacito:puta ſi duo creditores ha-
bentes rem hypothecatam, illam inſimul emant à de-
bitore.Nam hoc modo ementes cenſentur remittere
inuicem ius hypothecæ,vt eſt tex.& ibi not. Bart.in l.
Titius.in prin.ff.quib.mod.pig.vel hypothe.ſoluitur.
Non tamen intelligas hanc ampliationem in omni ta
cito conſenſu, ſed in iſto caſu tantum: quia per alium
tacitum conſenſum nõ cenſetur remitti ius pignoris,
vt dicetur infra in prima fallentia. ¶†Septimo am-
18 plia regulam,vt procedat etiam ſi creditor ſubſcribat
ſe chirographo debitoris vel alij inſtrumento,in quo
debitor profitetur alteri ſecum contrahenti,quod di-
cta res non eſt alicui obligata,quia per talem ſubſcri-
ptionem creditor cenſetur remittere ius pignoris in
dicta re,vt eſt text.in d.l.Titius.§.finali. & in l.ſicut. §.
non videtur.eod.titul.& ibi not.Barto. & habetur per
Bart.in l.Gaius.ff.de pign action.facit text. cum gloſſ.
in l.fideiuſſor.§.pater.in fin.ff.de pig. Intellige tamen
tu,niſi creditor ſubſcriberet ſe vt teſtis:quia tunc non
cenſeretur remittere ius pignoris,vt not.glo.in d.l.ſi-
cut.§.non videtur.& ibi Bartol.& Bartol.in d.l.Gaius.
19 ¶†Octauo amplia regulam, vt procedat etiam ſi cre-
ditor reſtituat debitori cautionem chirographariam,
in qua erat ſibi res hypothecata: nam per talem reſti-
tutionem cenſetur remittere ius pignoris:vt eſt tex.&
ibi not.Bal.in l.creditricẽ.C.de remiſ.pig.facit text.in
l.Lab.ff.de pact. quod videtur mirabile:nam ſi credi-
tor reddit pignus debitori,non cenſetur remittere de
bitum, vt l.poſtquam quæ eſt l. ſequens poſt dictam l.
Lab. & tamen per reſtitutionem chirographi cẽſetur
remiſſum pignus & debitum.¶At dubitatur que ſit ra
tio differentiæ:& glo.in d.l. poſtquam aſsignat plures
rationes:ſed communiter illa tenetur,quod reſtitutio
inſtrumenti vel chirographi non poteſt afferre aliam
vtilitatem,quam liberationẽ: vnde ne ſit fruſtratoria,
inducit liberationem,reſtitutio pignoris poteſt affer-
re alias vtilitates,vt ibi per gloſſ. Bart. Alex.& Iaſ. vbi
etiam Iaſ. declarat & defendit optime primam ratio-
nem glo.que fuit Marti.& Irne.vide eum,& adde not.
20 per Deciũ in l.creditor.ff.de regul.iur. ¶†Aduerte ta-
men ad vnum in predictis,quia text.in di.l. poſtquam
dicit, quòd per reſtitutionem pignoris non cenſetur
remiſſum debitum, & quæſtio noſtra non eſt de hoc,
ſed nos quærimus,an per reſtitutionem pignoris cen-
ſeatur remiſsũ ipſum ius pignoris& hypothecę,quod
accedit debito principali,non autẽ in ipſum debitum
& quod per remiſsionem,ſeu reſtitutionem pignoris,
non cenſeatur remiſſum debitum,ſed bene ius pigno-
ris videtur.text.in l.j.ff. de liberatione le.vbi habetur,
quod ſi teſtator leget debitori rem ſibi ab eo hypothe
catam,cenſetur legatũ ius pignoris, vt ſ.debitor con-
ſequatur rem hypothecatam priuſquam cogatur ſol-
uere hæredi debitum,& ita declarat glo.& Bart.in d.
l.j.& magis clare Bart.in l.ſi tibi ho.in prin. ff.de leg.j.
¶Et iſtam opin.tenent etiam Albe. & Ray.in d.l. Lab.
iunct.d.l.poſtquam.Ita tenẽdum puto, quamuis Iaſ.in
d.l.Lab.in vlt.colum.in verſ.item pondera,&c. teneat
contrarium,dicens glo. in d.l.j.videlicet glo.pen.tene
re contrarium,& etiam ibi Barto. Sed meo iudicio er-
rat Iaſ.quia illa glo. dubitat, an per legatum pignoris
omnis obligatio cenſeatur remiſſa: & dicit quod ſe-
cundum R.iſtud preſumitur,ſed quòd ſibi non placet:
& ſic gl.ibi loquitur de omni obligatione tam princi-
pali,quam hypothecaria,& bene dicit,quòd perſona-
lis,id eſt,ipſum debitum non cenſeatur remiſſum, ſed
ſola hypothecaria,vt ibi eſt tex.&ita etiã intelligit ibi
Bart. ¶Et dictam concluſionem,quòd teſtator legan-
do



do ſuo debitori rem obligatam, cenſeatur remittere
ſolùm ius pignoris,& non principale debitum,firmat
latẽ Iaſ.in d.l.ſi tibi homo.in prin.ſuper gloſſ. ſecund.
vbi magis conſiderate loquutus fuit, quam in d.l. La-
beo.& aſsignat Iaſ.duas rationes differentiæ inter le-
gatũ factum de ipſo pignore, & legatum factum de
chirographo,in quo debitum continetur:quare ſcili-
cet ſit, quod in legato pignoris non cenſeatur remiſ-
ſum debitum,ſed ſolùm ius pignoris: in legato autem
chirographi cenſeatur remiſſum vtrunque: & prima
ratio fuit ſuprà aſsignata ex not.in dict.l.Labeo.¶Se-
cũda ratio eſt,quia ad remiſſionem principalis,ſequi-
tur remiſſio acceſſorij,ſed non econtrà, vt l.j.§.ff.qui-
bus mod.pig.vel hyp.ſol.& l.ex pupillari.ff.de vulg.&
pup.vnde legando pignus, quod eſt acceſſorium, non
ſequitur remiſſio debiti,quod eſt principale. ¶Et ad
predicta adde no. conſ. Raph. Cuma. videlicet conſi-
lium 19,quidam nobilis. & Decium in d.l. creditor.ff.
21 de reg.iur.¶†Nonò amplia regulã,vt procedat,etiam
ſi res hypothecata que fuit alienata per debitorẽ cum
cõſenſu creditoris, poſtmodum fuerit per debitorem
reacquiſita:quia etiam ſi eſſet obligatio generalis om
nium bonorum præſentium & futurorum, tamen res
alienata de conſenſu creditoris,& poſtea reacquiſita,
nõ reincideret in obligationem & hypothecam: text.
eſt ſingularis in l.fi.C.de remiſſ.pig.¶Multò ergò for-
tius iſta concluſio procederet, quando obligatio non
fuiſſet generalis bonorum etiam futurorum: ſed ſpe-
cialis alicuius rei: vt eſt tex.de hoc in l.ſicut.§. ſuper-
uacuum.ff.quibus modo.pig.vel hypo.ſolu.& ibi hoc
no.Bart.in verſ.venio ad ſecundũ,&c. ¶Et iſta amplia
tio declaratur, vt procedat quandò illa res eſſet reac-
quiſita per debitorem, ex noua cauſa diuerſa à prima,
ex qua erat apud debitorem,puta ex legato,vel ex do-
natione,vel dote data debitori. Tunc enim procedit
ampliatio,& in hoc eſt mirabilis tex. in d.l.final. quia
ſicut quælibet res de nouo quæſita, debitori venit in
obligatione generali futurorum bonorum, ita vide-
batur dicendum in re alienata, & poſtea reacquiſita
debitori ex noua cauſa,& tamen in d.l.final.deciditur
contrarium:& ita declarat Bart.in di.§.ſuperuacuum.
& in d.l.fi.¶Secùs autem,ſi dicta res reacquiratur de-
bitori ex eadem cauſa,ex qua fuit alienata,vel ex ſimi-
li aut connexa: puta, quia illam ex pacto redemit, vel
quia ei fuit redhibita:vel ex pacto adiectionis in diem
vel legis commiſſorię ad ipſum debitorem reuerſa eſt.
nam iſtis & ſimilibus caſibus reincidet in obligatio-
nem & hypothecam,vt vult glo.in d.l.fina.in glo.ma-
gna.& ſequuntur ibi Bart.Bald. Salic.& alij,& eſt text.
in l.voluntate.in princ.ff.quib.mod.pign.vel hypoth.
ſolu.¶Et idem eſſet,ſi aliquo alio modo venditio facta
per debitorem, de pignore cum conſeuſu creditoris
reſoluatur: quia ſicut per talem reſolutionem reſtitui
tur debitori in re vendita ius ſuum: ita & reſtituitur
creditori ius ſui pignoris & hypothecæ, vt eſt text.in
d.l.voluntate.in prin.& §.fin. ¶Decimo amplia regu-
lam,vt procedat,etiam ſi creditor conſenſit vt venda-
tur pignus, & ita venditum fuit: ſed tamen nondum
fuit traditum, quia quamuis adhuc debitor non tra-
diderit, tamen cùm tradere teneatur actione, ex em-
pto,conſenſus eſt validus,& ius pignoris per illum re
miſſum videtur:& idem eſt etiam ſi venditor qui ven-
didit, nondum conſequutus ſit precium ab emptore,
nec etiam emptor paratus ſit illud dare: quia ex quo
emptor ad illud tenetur & cogi poteſt, valet conſen-
ſus & pręiudicat quo ad remiſsionem pignoris. text.
eſt & ibi not.in l.ſicut.§.ſi debitor.ff. quib.mod. pign.
vel hypoth. ſolut.& not.gloſſ.in l.ſi debitor.§. quæri-
22 tur.in glo.in verſic.impediat.eod.titul. ¶†Vndecimo
amplia, vt regula procedat non ſolum quando credi-
tor conſentit venditioni, ſed etiam ſi conueniat cum
debitore, vt res pignorata ad ipſum debitorem ple-
no iure ſpectet, quia etiam per dicta verba cenſetur
dicta res liberata à nexu pignoris, vt per plura conclu
dit Alex.in con 140.viſo ſummario,7.volu.j.& 2.colu.
23 ¶†Fallit modò dicta regula duodecim modis. Primo
fallit,quando creditor fuit præſens alienationi pigno
ris factæ per debitorem, & tacuit, quia niſi expreſsè
conſentiat, vel alia faciat, de quibus in ampliationi-
bus dictum eſt, non cenſetur remittere ius pignoris.
tex.eſt ibi not.Bart.in d.l. ſicut.§.non videtur.ff. quib.
mod.pig.vel hypoth. ſoluat. Regula ergò procedit in
expreſſo conſenſu, non autem in tacito reſultante ex
præſentia: quia cùm creditor præſens & tacens ſciat
ſuum pignus durare, non obſtante alienatione facta
per debitorem,ſibi non præiudicat, vt eſt text.& gloſ.
in dicto.§.non videtur.Iſta autem regula reſtringitur
quinque modis neceſſarijs: & primo,fauore liberta-
tis: quia creditor præſens & tacens ſeruum ſibi obli-
gatum manumitti, cenſetur conſentire, & remittere
ius ſuæ hypothecæ. vt l.prima.C. de remiſſ.pignor.&
ibi per gloſſ.Baldum.& Salicet. ¶ Secundo reſtringi-
tur iſta prima fallentia fauore religionis. vnde ſi ſer-
uus mihi pignoratus,me ſciente & patiente,fuerit do
natus eccleſie,videor conſentire, & ius mei pignoris
remittere, vt in authenti.ſi ſeruus ſciente domino.C.
de epiſcop.& clericis.& 53.diſtinct.c.ſi ſeruus.& tenet
24 Bald.in l.j.C.de remiſ.pign. ¶†Et probatur,quia va-
let argumentum de libertate ad piam cauſam, vt not.
Bartolus in l.proximè.§.j.ff.de his quæ in teſta. delen.
& habetur per docto.in l.ſi vnus.C.de teſta.& eſt text.
melior de iure in l.vnica.circa fin.in verſicul.ad hanc
pietatis rationem.& ibi Bald.ad hoc notat.C.de com-
mun.ſer.manu. Et idem dicendum eſt fauore paupe-
rum & ſimilium cauſarum piarum,vt per Bald.in dict.
l.j.C.de remiſſ.pign.& refert Alexander in apoſtill.ad
25 Barto.in dicta l.ſicut,§.non videtur.¶†Tertiò reſtrin
gitur fallentia fauore fiſci:nam ſi fiſcus alienet rem al
teri obligatam,& creditor ſciat & taceat,cenſetur re-
mittere ius ſui pignoris,vt eſt text.in l.ſi hypothecas.
& ibi gloſſ.Bald.& Salice.C.de remiſſ.pign. ¶Quartò
reſtringitur iſta prima fallentia,niſi creditor tacuerit
animo decipiendi:tunc enim ſibi præiudicat, & vide-
tur remittere ius ſui pignoris,vt l.ſi ſine.C.ad Velleia
num.& l.mulier.C.de diſtract.pigno.& ibi notatur &
habetur per Bart.in dicta l.ſicut.§.non videtur.ff.qui-
bus modis pignus vel hypotheca ſol.¶Quintò reſtri-
gitur iſta fallentia,niſi iudex miſerit proclama,per ci-
uitatem,quòd quicunque vellet contradicere vendi-
tioni pignoris, compareat infra certum tempus: tunc
enim creditor non contradicens,cenſetur conſentire,
& remittere ius pignoris,vt eſt textus,& ibi no.Bal.&
Salice.in l.ſi eo tempore.C.de remiſ.pignor.& no.Bar.
in dicta l.ſicut.§.non videtur.declarando tamen mo-
dum &qualitatẽ dicti proclamantis,& citationis,iux-
ta no.per Barto.& alios in dicta l.ſi eo tempore.& per
Alex.in conſi.106.3.volu.& ſupradictæ quinque reſtri-
ctiones eliciuntur ex notatis per Bar.in d.l.ſicut.§.nõ
videtur.& illas reaſſumpſit Alexand.in l.quæ dotis.in
7.colum.in verſi.Adde quod plenius.ff.ſolut.matrmo.
36 ¶†Secundò fallit regula principalis,quando cõſenſus
creditoris præſtitus fuit circa vnum actum alienatio-
nis,& debitor alienauit non in illũ actum,ſed in actũ
duriorem: tunc enim ſibi non præiudicat creditor,
nec videtur remittere ius pignoris.Regula ergo pro-
cedit,quando alienatio fit in actu,in quo creditor per
miſit vel in alio vtiliori:ſecus autem,ſi fiat alienatio in
deteriori:puta,ſi creditor conſenſit vt res venderetur
pro decem,& debitor vẽdidit pro quinq;.tex.eſt & ibi
no.Bar.in d.l.ſicut.§.ſed & ſi permiſerit.¶Tertiò fallit
regula,quando creditor nõ cõſenſit ſimpliciter vendi
tioni pignoris,ſed cùm proteſtatione,ꝙ ſaluum ſit ius
ſui pignoris,vt eſt tex.& ibi gloſſ.& Barto.in l.ſi debi-
tor.§.j.ff.quibus mod. pign.vel hypoth.ſolu.ſequitur

Socin.in conſil.46.eleganter.quarto volum.numer.18.
27 gloſſ.in l.creditor.& ibi Decius.ff.de regu,iur.Roma.
in conſi.94.viſis his.colum.3. ¶†Quarto fallit regula,
quando alienatiò facta per debitorem de re pignora-
ta ex conſenſu creditoris,non valuit:quia tunc conſen
ſus creditoris non cauſat remiſsionem pignoris.text.
eſt ibi Bartolus in dict.l.ſi debitor.§.quæritur ſi fortè.
¶Ex quo infert ibi Bartolus generaliter, quòd ſi actus
circa quem adhibetur conſenſus,non valet,conſenſus
non nocet.& faciunt notata per Barto.in l.poſt legatū.
in fine primæ columm.ff.de his quib.vt indig.& per ca
no.in capi.cùm venerabilis.de exceptio.Et ratio iſtius
fallentiæ eſt,quia conſenſus præſtitus per creditorem,
vt res poſsit vendi per debitorem, habet in ſe iſtam
conditionem,videlicet ſi venditio valida ſequatur,vt
declarant Bartolus & Salicc.in dicto §.quæritur, ſi for
tè.quem legunt in dicta l.ſi debitor.in §.ſi in venditio
ne.ad idem textus in l.debitum.C.de remiſſ.pignor.&
adde Decium in dicta l.creditor.ff.de regu.iuris.Quã-
do autem & ex quibus cauſis in terminis iſtius fallen-
tiæ dicatur alienatio inualida,not.gloſſ.in dicto §.quę
28 ritur, ſi fortè. ¶†Quintò fallit regula in pupil-
lo, quia eius conſenſus non inducit remiſsionem pi-
gnoris, niſi præſtitus fuerit præſente eius tutore &
authore iudice,vel fuerit præſtitus per ipſum tutoré,
authore iudice:ex eo quòd fortè ex aliqua cauſa iudi-
cauerit id fore vtile pupillo.Regula ergo procedit in
maiore.textus eſt in l.ſi conſenſerit.in princip. ff.qui-
bus modis pignus vel hypotheca ſolui.
¶Sextò fallit regula,quando conſenſus fuiſſet præſti-
tus per procuratorem nomine domini,non habentem
ſpeciale mandatum:quia talis conſenſus non præiudi
dicat domino ad remiſsionem pignoris,licet econtra
generalis procurator debitoris poſsit pro debitore ta
lem conſenſum recipere à creditore.text:eſt & ibi Bar
tol.in l.ſi conſenſerit.§.primo.ff.quibus mod.pign.vel
hypotheca ſoluatur.Reſtringe tamen hãc fallentiam,
vt procedat in ſimplici procuratore:ſecus autem ſit in
procuratore in rem ſuam:quia ille poteſt conſentir e,
& remittere pignus in præiudicium domini & ſuum.
d.l.ſicut.§.ſi procurator.& ibi not.eodem titulo.
29 ¶†Septimò fallit regula ĩ filiofamilias,vel ſeruo:quia
illi non poſſunt rem quam pignori acceperunt in cau-
ſam peculiarem,etiam ſi liberam adminiſtrationé pe-
culij haberent,gratis remittere:ſed ita demum,ſi pre-
tium iuſtum pro dicta hypotheca percipiant.text. eſt
30 in dicta l.ſicut.§.an paciſci. ¶†Octauò fallit regula,
quando poſt præſtitum conſenſum per creditorem de
alienando pignus,alienatio ſequuta non fuit:quia tũc
ex dicto conſenſu non videtur remiſſum ius pignoris,
non ſequuta alienatione,vt eſt textus in dicta l.ſicut.§.
ſi voluntate.& ibi notat Bartolus.
¶†Nonò fallit regula,quando poſt præſtitum conſen-
31 ſum creditoris fuit ſequuta alienatio non vera, ſed fi-
cta & ſimulata:quia ſcilicet non obſtante alienatione,
debitor ſemper poſſedit pignus ante & poſt alienatio
nem:nam iſto caſu alienatio pręſumitur fictitia,& de-
bitor non tenebitur de iure tradere rem emptori:& i-
deo iſto caſu nõ cenſebitur remiſſum ius pignoris per
creditorem, qui conſenſit alienationi.textus eſt ſecũ-
dum ſecũdam lecturam ibi traditam per Bartolum in
dicta l.ſicut.§.ſuperuacuum: & intellige etiam hanc
fallentiam procedere,ſi debitor vendens conſtituerit
ſe poſsidere nomine emptoris, niſi forte de fructibus
reſponderit emptori,vt ibi latè declarat Bartolus, &
habetur per eundem in l.fi,C.de remiſſ.pig.¶Decimò
fallit regula,quando creditor conſenſit,vt debitor vé
deret pignus ſub iſta conditione, ſi ſibi ſatisfieret de
pretio:nam tunc ſi non ſatisfiat,non cenſetur creditor
remiſiſſe pignus per dictum conſenſum,& poterit cre
ditor iſto caſu agere hypothecaria tam contra debi-
torem & hæredem,quam contra quemcunque alium
poſſeſſorem:quia non fuit ei ſatisfactũ,prout ipſe ex-
preſsit:iſte text.ſecundum intellectum gl.& Bar.in d.l.
ſicut.§.illud.& mouetur Bar.arg.textus in d.l.ſicut.in
§.ſed & ſi permiſerit.ſecus autem,ſi creditor non con-
ſenſit ſub conditione,ſed ſub modo,ſcilicet,vt ſibi ſa-
tisfiat ſequendo in hoc fidem debitoris.Nam tunc cre
ditor ſi ſibi non ſit ſatisfactum,vt conuenit, poterit a-
gere hypothecaria contra debitorem & eius hæredẽ,
ſi poſsideant:& ſi excipiatur de conſenſu & remiſsio-
nẽ pignoris,poterit creditor cõtra eos replicare de do
lò ex eo,ꝗ fidem non impleuerint ſatisfaciẽdo, vt fuit
conuentum:ſed contra emptorem vel extraneum poſ-
ſeſſorem iſto caſu creditor agere non poterit.ita decla
32 rat Bar.in d.l.ſicut.§.illud.¶†Vndecimò fallit regula,
quando creditor conſenſit pignus vendi intrà certum
tempus,puta intra annum aut biennium:nam ſi venda
tur elapſo dicto tempore,non cenſetur per conſenſum
creditor remiſiſſe ius pignoris,vt eſt text.in d.l.ſicut.
§.pen.ver.ſeu ſi intra ãnnum.& ibi not.Barto.& Salic.
¶Duodecimò fallit regula,ſi creditor conceſsit debi-
tori venditionem pignoris,& tamen debitor non ven-
didit:ſed aliter deſiit poſsidere,& nouus poſſeſſor ven
didit.nam talis venditio non præiudicat creditori in
iure ſui pignoris,quiã creditor cenſetur conceſsiſſe ſo
li debitori,& non futuro poſſeſſori.tex.eſt in d.l.ſicut.
§.pen.in primo reſpon.& ibi not.Bar.Et ſic habes regu
lam expeditam per vndecim ampliationes, & duode-
33 cim fallẽtias,&c.¶†Quintò quæritur,an ſicut pignus
ſolo conſenſu conſtituitur,vt l.j.ff.de pig.acti.ita ſolo
conſenſu ipſo iure diſſoluatur:& dicendum eſt regula
riter,quòd ſic,vt l.prout quiſque.ff.de ſolutio.& l.ni-
hil tam naturale.ff.de reg.iur.& ita tenet glo.in l.ſi ti-
bi.§.de pignore.ff.de pact.& ibi ſequitur Bart.& cum
eo tranſeunt alij,& eſt tex.in l.maior.C.de pignor.Iſta
autem regula limitatur quatuor notabilibus modis.
¶Et primò limitatur,vt procedat in expreſſa remiſsio-
ne pignoris,ſecus autem in tacita,puta quando debi-
tor vendit pignus conſentiente creditore.quo caſu vi-
detur tacitè paciſci creditor,vt ius pignoris ſit remiſ-
ſum,vt latè dictum eſt ſuprà in proxima quæſtione prę
cedenti.Nam iſto caſu pignus tolletur ope exceptio-
nis,non ipſo iure,vt l.2.C.de remiſſ.pign.ibi exceptio-
ne eam remouebis.Et licet gloſſ.ibi intelligat de exce-
ptione intentionis,& facti,&non de exceptione iuris,
& ſic,quòd in illo text.ipſo iure ſit ſublata actio : tamẽ
gloſſ.& doct.in d.§.de pignore.communiter tenẽt cõ-
trarium,quòd ſcilicet in caſu d.l.2.ope exceptionis,&
non ipſo iure tollatur ius pignoris.& intelligere,vt fa
cit gloſſ.in d.l ſecund. de exceptione intentionis & fa
34 cti eſt violare illum tex.¶†Cùm exceptio intentionis
& facti non dicatur propriè exceptio . l. in rebus cum
glo.in verb.exceptio.C.de iur.dot.& ibi per Bal. in fi.
& per eundem in l.peremptorias.in vlti.colum.C.ſen
ten.reſcin.non poſſ.& cum iſta opin.tranſeunt Alex.&
Iaſ.& alij communiter in d.§.de pignore.
35 ¶†Et ratio iſtius limitationis eſt, quia per pactum ta-
citum nihil vnquam ipſo iure remittitur, ſed ope ex-
ceptionis tantum,vt l.ſec.& ibi per doct.C.de pact.
¶Secundo limitatur regula, quãdo hypotheca vel pi-
gnus non fuit conſtitutum ſolo conſenſu , ſed etiam
interceſſit traditio,iuxta l.j.in princ.ff.de pign.action.
Nam per traditionem pignoris dicitur contractus re
initus: vt inſtitu. quib.mod.re contrahit. obliga.§.fi-
nal. & iſto caſu tale pignus non poterit remitti ipſo
iure per ſolum conſenſum expreſſum, ſicut & non poſ
ſunt alij contractus,qui re celebrabantur: vt l.emptio
ne.ff. de pact. ſed reſoluetur tunc ope exceptionis. ita
tenet gloſſ.magn.in fin.in dicto §.de pignore. & gloſ.
in d.l.maior.C.de pign. ¶Et iſtam opinionem ſequun
Iacob.But.Rainer.Bartol.& Salic.in dict.l.maior.
¶Sed cõtrariam opinionem,ſcilicet, quod in pignore
non debeat eſſe in conſideratione traditio,& ſic,quod
pi



pignus tollatur ipſo iure,etiam quãdo interceſsit tra
ditio,tenent Barto..Bald.& Ang.in dict.§.de pignore.
& mouentur,quia ad conſtituendum ius pignoris, &
actionem hypothecariam ſolus conſenſus ſufficit pa-
cto declaratus,& traditio nihil operatur.dict.l.j.ff.de
pignor.action.& l.ſi prior in fin.ff.qui potio.in pigno.
habeant. ¶Sed Fulg.in d.§.de pignore.tenet primam
opinionem,& reſpondet ad dictam rationem Bart. in
dicto §.de pignore & ſequacium , quòd etiam in em-
ptione & venditione ſufficit ſolus conſenſus,nec ne-
ceſſaria eſt traditio,vt l.2.in fin.ff. de cõtrahenda em-
ptione.& tamen traditio in venditione facit deſinere
rem eſſe integram,adeo quòd per pactum ſolum di-
ctus conſenſus reſolui non poteſt ipſo iure,dicta l. ab
emptione.ita & debet eſſe in pignore,& cũ dicta pri-
ma opinione tenet etiam Paul. de Caſtr.in d.§. de pi-
gnore.& illam etiam tenent Alex.Iaſ. & alij commu-
niter in d.§.de pignore. ¶Et ſic cõcluditur ſecundùm
opinionem magis veram & communem , quòd regu-
la noſtra procedit quando pignus fuit contractũ ſolo
conſenſu:tunc enim per remiſsionem expreſſam tolli-
tur ipſo iure,ſecus autem,ſi interceſsit traditio : quia
tunc per remiſsionem expreſſam non reſoluitur ipſo
iure,ſed ope exceptionis.
36 ¶†Tertio limitatur regula,quando creditor fecit pa-
ctum debitori de non petendo ipſum debitum prin-
cipale,quo caſu in conſequentiam videtur eſſe etiam
remiſſum tacitè ipſum pignus. l. ſoluitur.§.j. quibus
modis pignus vel hypothe.ſoluat.Vnde ſicut per pa-
ctum de non petẽdo,tollitur debitum principale ope
exceptionis,prout regulariter contingit cùm pactum
de non petẽdo,non producat actionem,ſed exceptio-
nem.l.ſi vnus.§.pactus.& ibi notatur.ff. de pactis. Ita
etiam debet tolli ipſum pignus tanquàm acceſſorium
debiti principalis,& ſic ope exceptionis, & non ipſo
iure.¶Regula ergo noſtra procedit,quando ipſum pi
gnus contractum ſine traditione expreſsè remittitur,
tunc enim tollitur ipſo iure:ſecus autem, quando pi-
gnus remittitur in conſequẽtiam debiti principalis,
ſuper quo factum fuit pactum de non percipiendo:nã
tunc remittitur ope exceptionis tantum:& ita firmãt
Alex.& Iaſ.poſt alios.in d.§.de pignore.
37 ¶†Et licet,vt dictum eſt,pignus remittatur in conſe-
quentiam debiti principalis,vigore pacti de non petẽ
do,tamen non eſt idẽ ecõuerſo. Nam licet remittatur
ipſum pignus,non cenſetur remiſſum debitum princi
pale,ſed adhuc manet ſublato pignore,vt l.poſtquam.
ff.de pact.& nota.Cuma in conſil. 19.quidam nobilis.
latè Decius in l.creditor.ff.de regul.iur. & etiam dixi
ſuprà in hoc tertio membro.nume. 11.& nume.24.
38 ¶†Quartò limitatur regula, quando pignus fuiſſet
contractũ per ſtipulationẽ:vt quia in cõſtitutione pi-
gnoris interuenit forma ſtipulationis,videlicet inter
rogatio antecedẽs,& reſponſio ſubſequens.Nam pri-
mò interrogaui debitorem meum, Obligáſne mihi
talem rem?& ipſe reſpondit,Obligo. Nam etiam per
ſtipulationem poteſt pignus conſtitui,vt eſt text.cum
gloſſ.in l.ſolutum.ff.de ſolution. quem pro ſingulari
allegat Bald.in l.legitima.ff.de pactis. Iſto enim caſu
per pactũ de non petendo,pignus non reſoluetur ipſo
iure virtute ſtipulationis,ſed ope exceptionis, vt d. §.
pactus:quia iſto caſu ceſſat ratio d.l.nihil tam natura
le.Et iſtud tenet Alexan.in d.§.de pignore.
¶Sextò quęritur, an ſententia lata contra debitorem
in fauorem tertij,habeat pręiudicare ipſi creditori in
pignore,& illud reſoluere,& econuerſo, an lata con-
tra creditorem,præiudicet debitori? Et in hoc , cùm
quæſtio habeat duo capita,pro faciliori intelligentia
complectendo totam materiam, ponam aliquas con-
cluſiones , videlicet tres concluſiones in primo capi-
39 te,& tres in ſecundo. ¶†Prima igitur concluſio re-
ſpectu ſententiæ latæ contra debitorem,ſit iſta , quòd
ſententia lata contra debitorem,antequam ipſe obli-
gauerit rem creditori,indubitanter nocet ipſi credi-
tori,vt eſt text.in l.ſi mater.§.fin.ff.de excep.rei iudic.
& in l.ſi ſuperatus.in fi.ff.de pigno.& ibi not.Barto.&
rio.glo.in l.ſæpè.ff.de re iudi.in glo.in verſic.experiri.
quæ allegat concordatias. ¶ Secunda concluſio eſt,
quòd ſententia lata contra debitorem poſt rem obli-
gatam creditori , præiudicat creditori ſciẽti & patien
ti.Iſta concluſio probatur in dict.l.ſæpè ſecundùm li-
teram Piſanam.& not.ibi Barto.& ſequitur Alexand.
poſt alios.in col.21.in verſicu.circa ſecundum caſum,
&c.& Bartol.in l.ab executore.§.j.ff.de appella.¶ Iſta
autem concluſio limitatur tribus modis. Primo, li-
mitatur quando cauſa fuit agitata contra debitorem
in contumaciam,& ſimiliter lata fuit ſententia in cõ-
tumaciam. nam tunc non præiudi caret creditori: ſe-
cus , ſi debitor fuiſſet ſolùm contumax in prolatione
ſententiæ,& in diſcuſsione cauſæ comparuiſſet,& de
diſſet exceptiones & allegationes & alia:quia tuc eius
præſentia in prolatione ſententiæ nihil amplius ope-
rari potuiſſet,& præiudicaret creditori. Ita probatur
in l.rem.§.fin.ff.euictio.& ita debet intelligi l.ſi ideo.
in prin.eo.tit.& ita diſtinguit Barto.in d.l.ſi ſuperius.
cùm quo poſt longã diſputationem trãſit etiam Alex.
in d.l.ſæpe.colum.18.& col.21.in verſi.circa ſecundum
caſum,&c.¶Secundò limitatur dicta concluſio,quan-
do inter agẽtem & debitorem conuentum fuiſſet col
luſum:nam tunc ſententia lata contra debitorem,non
præiudicaret creditori,vt not.in l.præſes.C.de pigno.
& not.Bar.in d.l.ſi ſuperatus.& Alexan.in d.l.ſæpe.
¶Tertiò limitatur iſta concluſiò,quando debitor non
tradidit pignus creditori,ſed per ſolam hypothecam
obligauit,quia tunc defenſio non pertineret ad credi
torem principaliter,ſed ad debitorem , & ideo tunc
ſententia lata contra debitorem,non præiudicat cre-
ditori.ita not.voluit Rapha.in authen.de fideiuſ.§.ſed
neque.refert & ſequitur Alexan.in d.l.ſępe.col.30.ver.
ſecundario dicitur,quod dicit eſſe diligenter notan-
40 dum.¶Tertia concluſio eſt,quòd prædicta procedũt,
quando ſententia eſt lata contra debitorem conuen-
tum:quando autem debitor ageret, & contra eũ eſſet
lata ſententia ex eo,quòd reus probauit ſe dominum,
idem eſſet dicendum,quod dictum eſt quando debi-
tor conuenitur:ſecus autem,ſi lata eſſet ſententia con
tra debitorem agentem ex eo,quia ipſe debitor agẽs,
non probaſſet ſuam intentionem:nam tunc non habe
rent locũ prædicta,& ſententia non præiudicaret cre-
ditori.Iſta concluſio probatur ex not.per Barto.in d.l.
ſæpe.in 5.quæſt.& ibi per Imol.& per Anto.de Butr.&
Imol.in c.quamuis.de re iudid.& ibi per Feli.in 3.col.
in verſi.quando autem ſententia contra debitorem.&
per Alexan.in d.l.ſæpe.col.21.in ver.circa ſecundũ ca-
ſum.¶Modò ponam tres concluſiones in ſecundo ca-
pite huius ſextæ,videlicet quãdo ſententia fertur con
tra debitorem ſuper pignore,an illa præiudicet debi-
41 tori.¶†Et prima concluſio ſit,quòd ſententia lata cõ-
tra creditorem conuentum à tertio agente ſuper pi-
gnorata,concurrentibus requiſitis,de quibus in dicta
l.ſæpè,videlicet,quod non ſit lata in contumaciã cre-
ditoris.& aliis not.per Alexand.in d.l.ſæpe.in 17.colũ.
vbi ponit plura neceſſaria requiſita ad hoc.vt ſenten-
tia lata contra vnum,præiudicet alij,præiudicat debi
tori ſcienti & patienti,& iſta concluſio probatur in d.
l.ſæpe.& firmat ibi Alexan.in col.20.vel circa primũ,
42 &c.¶†Secunda concluſio ſit,quod ſententia lata con
tra creditorem agentem ex eo , quia reus probauit ſe
dominum rei pignoratæ,ſi in ſententia iſtud exprima
tur & declaretur:videlicet,quia re⁹ probauit ſe domi
num,præiudicat debitori ſcienti & patienti,vt l. cir-
ca:cum ibi notatis.ff.de probationibus. & no.Alexan.
in dicta l.ſæpè.in loco ſupra proximè alle.& mouetur
per tex.ibi in ver.de proprietate pignoris,&c. ¶Ter-

tia concluſio ſit,quòd ſententia lata contra creditorē
agentem ex eo:quia creditor non probauit de domi-
nio debitoris,prout requiritur,vt l. ante omnia.ff. de
proba.& l.quæ nondum.§.quòd dicitur.ff. de pign. &
ſic creditor reportauit ſententiam contra, ex eo quia
obligatio pignoris non valuit: vel ex alia cauſa non
reſpiciente dominium, non præiudicat debitori, ſe-
cundùm Barto.& omnes in d.l.ſæpe. Et de rationibus
iſtarum concluſionum vide latè Alexan. poſt alios.in
d.l.ſæpe.in colum.21.& in colum.28. in gloſſ.in verſic.
prohibere.cum duabus.colū.ſeq.ad quem te remitto:
quia in hoc viſum fuit breuiter pertranſire, cùm per
eum copioſè omnia videri poſsint,&c. ¶Adde etiam
prædictis,quòd ius hypothecæ, quod competit vxori
pro dote vel aliis creditoribus,non tollitur per confiſ
cationem bonorum debitoris,vt eſt text.in l.res quæ.
§.j.ff.de iur.fiſc.& firmat Roma.in conſil.118. prout ex
tenore &c.vbi plenè.
43 ¶†Septimò quæritur in materia,an ſi primus creditor
ſuperetur in iudicio à tertio creditore, illa ſententia
præiudicet nō ſolùm primo creditori,qui fuit ſupera
tus,ſed etiam præiudicet ſecundo creditori, ita quòd
amodo tertius creditor qui ſuperauit primum,prǽfer
ri debeat & ſecūdo creditori. ¶Et in hoc breuiter di-
cēdū eſt,quòd licet tertius creditor obtineat ſenten-
tiam contra primum,tamen per hoc tertius non ſuc-
cedit in locum primi,& ideo dicta ſentētia tanquam
inter alios lata,nō p̄iudicat ſecūndo creditori.iſte eſt
tex.in l.Claudius.& ibi not.Barto.& alij.ff.qui pot. in
pig.hab.¶Ex quo videtur reſultare quidam circuitus
indiſſolubilis.Nā cùm primus creditor ſuccubuerit,
& tertius fuerit liberatus per ſententiam à primo, &
remanſit in poſſeſsione,& ſecundus agat cōtra tertiū,
& obtineat,poterit primus agere contra ſecundum &
obtinere,& iterum tertius poterit redire contra pri-
mū,& ſic erit proceſſus in infinitū. ¶Sed ad ſolutionē
iſtius circuitus,glo.Bart.& alij in d.l.Claudius.diſtin
guūt iſtum articulum in duo membra:Primum mem-
brum eſt,quando primus creditor fuit victus à tertio
creditore per iniuriam iudicis: Secundum, quando
primus creditor fuit iuſtè ſeparatus.¶Circa primum
membrum dicunt,quòd iſte circuitus poterit euitari
hoc modo, videlicet quia quando ſecundus creditor
poſsidet pignus,& conuenitur à primo,qui fuit ſupe-
ratus à tertio, poterit ſecundus offerre primo ſuum
debitum, vel litis æſtimationem, ita quòd remaneat
apud eum poſſeſsio:& hoc modo erit ſecurus à primo
& à tertio creditore,& iſte modus ſecundùm Bar. eſt
verus,& non habet dubitationem, quando ſecundus
creditor vult offerre primo:ſed quando non vult of-
ferre,puta quia debitum primi creditoris eſt magnū,
& res eſt parui valoris,ita quòd expedit ſecundo cre-
ditori offerre,circuitus remaneret indiſſolutus. ¶Et
ideo Barto,ponit alium modum euitandi eum, & di-
cit,quòd aut primus creditor dum ageret, ſuccubuit
iniuſtè:quia tertius creditor fuit abſolutus,& tūc iſta
abſolutoria ſtatim habuit effectum ſuum. nam dici-
tur res perfecta,vt l.metum.§.ſed quod prætor. ff. ꝗ
metus cauſa.aut primus creditor dum eſſet conuen-
tus à tertio,ſuccubuit iniuſtè: quia fuit condemnatus
ad reſtituendum pignus tertio:& tunc ſi primus cre-
ditor reſtituit tertio dictum pignus vigore dictæ ſen-
tentiæ,liberatus fuit à dicta ſentētia perfectè, vt l.Pō
ponius.§. ſed & is.& ibi not.ff.de procurato. & ideo
ſi res poſtea aliquo caſu redeat ad primū creditorem,
non poterit à tertio amplius cōueniri ex dicta ſenten
tia:quia fuit ab ea liberatus per reſtitutionem rei, vt
dictum eſt:ſed poterit conueniri de nouo à tertio cre
ditore hypothecaria,vt l.ſed & ſi poſſeſſori. in princ.
ff.de iureiur.In hoc tamen nouo iudicio poterit pri-
mus creditor vti ſuis defenſionibus,quibus fortè non
fuit vſus in primo iudicio,& obtinebit modo contra
tertium creditorem, à quo in primo iudicio iniuſtè
fuit ſuparatus:vt l.creditor.in princ.ff.qui po. in pig.
hab.& quod not.in l.duobus.ff.de excep. rei iudic. &
hoc modo ſecundùm Bart.in d.l.Claudius euitabitur
circuitus in iſto primo membro.& cum Barto. tenet
44 etiam Salic.in d.l.Claudius.¶†Sed inquantùm Barto.
in d.l.Claudius. voluit,quòd quando primus credi-
tor condemnatus fuit tertio ad reſtituendum pignus,
& illud reſtituit,& poſtea res deuenit ad primum, ꝙ
non poſsit amplius conueniri à tertio vigore ſenten-
tiæ,cùm reſtituendo ab ea fuerit liberatus, per dict.l.
Pomponius.§.ſed & is.aduerte quia contrarium fir-
mauit idem Bartol.in l.ſed & ſi poſſeſſori. in princip.
ff.de iureiurand. Tamen communis opinio eſt cum
Bart.in d.l.Claudius.vt latè habetur per Alexand.poſt
alios in d.l.ſed ſi poſſeſſori. quam legit in l. nam &
poſtea.§.fina.eod.titu.licet ſecundùm Iaſo.ibi opinio
Bart.poſsit ſaluari in duobus caſibus: vt ibi per eum:
& latè habetur per omnes ſcribentes in l. permiſceri.
§.ſpecies.ff.de acquir.poſſeſsi.& ſic vera eſt concluſio
Bart.in d.l.Claudius: & iſtud(vt dictum eſt)procedit,
quando primus creditor fuit cōuentus à tertio,& fuit
condemnatus ad reſtituendum.ſed ſi primus creditor
dū ageret ſuccubuit,quia reus fuit abſolutus:quo ca-
ſu Bart.in dicta l.Claudius.dicit,quòd ſtatim abſolu-
toria habuit effectum ſuum.d.l.metū.§.ſed quod præ-
tor.ff.quod metus cauſ.eſt aduertendū,quòd ſi res de-
ueniret ad primum creditorem à quo tertius fuit ab-
ſolutus:tunc primus vigore ſententiæ,bene teneretur
ad reſtituendum tertio:& iſto modo procedit text.in
dicta l.ſed & ſi poſſeſſori.& illud quod ibi vult Bart.&
ita tenent Imol.Paul.de Caſt.& Rom.in d.l.permiſce-
ri.§.ſpecies.& ibi Alexand.in vlti.limi.dicens hoc mo
do reduci poſſe ad concordiam illud quod vult Bart.
ibi,& in d.l.ſed & ſi poſſeſſori,in quibus locis videtur
ſibi contrarius:& ita tene,licet Barto.in d.l.Claudius.
(vt ſuprà retuli)ſenſerit etiam in hoc euitari poſſe cir
cuitum,dum dixit quòd iſto caſu abſolutoria, facta de
reo,ſtatim habuit effectum,per dictam l.metum.§.ſed
quod prætor.¶Circa autem ſecundum membrum di-
ſtinctionis Bart.& aliorum in dicta l.Claudius.videli-
cet quando primus creditor iuſtè fuit ſuperatus à ter-
tio:puta pacto vel alia exceptione valida,in quo etiam
cadit ſimilis circuitus indiſſolubilis,vt oſtenditur per
exemplum quod ponit gloſſ.in dicta l.Claudius.& ibi
refert Bartol.videlicet,quia erat mulier anterior pro
ſuis dotibus in bonis mariti primo & ſecundo credi-
tore, quæ renuntiauit iuri hypothecarum in perſona
ſecundi creditoris,non primi.nam tunc ſi mulier agat
contra primum creditorem,obtinebit contra eū,quia
prior eſt in tempore: & ſic poſtea ſecundus creditor
agat cōtra mulierem,obtinebit ipſe contra eam: quia
quo ad eum mulier renūtiauit iuri hypothecarum, vt
l.iubemus. C.ad Velleianum. & tunc primus poterit
reuerti contra ſecundum,& iterum mulier contra pri
mum:& ſic daretur circuitus indiſſolubilis,cum iſto
caſu ſententia fuerit iuſta.¶Bar.tamen in dicta l.Clau
dius.dicit,quòd ad diſſolutionem huius circuitus po-
teſt dari illud remedium, quod fuit datum ſuprà in
primo membro,videlicet quòd primus creditor poſ-
ſidens conuentus à muliere, offerat ei debitum vel li-
tis æſtimationem:vt ſic apud eum remaneat poſſeſsio:
& iſtud clare procedit,ſi primus creditor velit facere
iſtam oblationem,quia ſcilicet ei expediat, vt dictum
eſt in primo membro.Sed ſi hoc nolit facere, quia ei
non expediat,dat Bartol.ſecundum remedium, videli
cet quòd primus creditor poſsidens.de conſenſu mu
lieris vendat pignus,& partē pretij det mulieri,& par
tem pro ſe retineat,iuxta textum in l.ſi prior.in princ.
& §.fin.ff.qui potio.in pigno.habean.Nam iſtud pre-
tium erit ſecurum apud mulierem. Nam licet ſi illam
rē pignoratam haberet,poſſet ab ea auocari per hypo
theca-



thecariam per ſecundum creditorem: qui vigore re-
nunciationis factæ per mulierem,debet ei prǽferri:ta
men precium non poterit auocari, cùm ſit apud eam
titulo oneroſo, videlicet pro credito ſuæ dotis, iuxta
not.per Bart in l.j.in fi.ff.de diſtract.pigno. & dixi ſu-
prà in quinta parte,primo membro,nu.60. cum ſequē
tibus.& hoc modo ſecundùm Bartol. euitabitur iſte
circuitus,& cum eo tranſit etiam Salic.in dict.l.Clau
45 dius.¶†Octauò q̄ritur in materia,quid ſit ſi ego obli-
gaui pignori rem meam pro te,& diu ſteti in iſta obli
gatione:& breuiter reſpondetur,quòd de hoc eſt tex.
no.in l.Lucius.ff.manda. in quo deciditur,quod ille
qui obligauit pro alio pignus, ſi diu ſtetit in dicta o-
bligatione, poteſt petere quòd ſuum pignus libere-
46 tur. ¶†Sed dubitatur quomodo intelligatur iſtud
diu,& gl.ibi dicit,quòd non intelligitur decennio, vt
aliàs ſolet intelligi, ſed intelligitur arbitrio iudicis:
& cum dicta gl.tranſeunt Bar.Alex.& Iaſon poſt alios
in l. ſi ponam.ff.de verb.obliga. & no.etiam Iaſ. in l.ſi
fundum per fideicommiſſum,numero 11. ff.de legat. j.
erit ergo arbitrium, infra quantum tempus iſtud pe-
ti poſsit. Quid autem ſit in fideiuſſore, qui diu ſtetit
in fideiuſsione, an poſsit petere ſe liberari à tali fide-
iuſsione,vide latè per Alexan.poſt Bart.in d.l.Lucius.
47 vbi ponit pleniſsimam apoſtillam.¶†Nonò & vltimò
q̄ritur,an ſi remiſsio debiti principalis nō valeat,ſaltē
valeat remiſsio pignoris:& in hoc pone regulā & tres
fallentias. ¶Regula ergo ſit,quòd ſi non valet remiſ-
ſio debiti principalis,non valet etiam remiſsio pigno
ris conſequutiua ad illud.text.eſt in l.debitum.C. de
remiſ.pig. ¶Fallit dicta regula primò,quando remiſ-
ſio debiti principalis nō valet de iure ſpeciali fauore
perſonarum:tunc enim licet non valeat remiſsio de-
biti principalis,valet tamen remiſsio pignoris. ¶Re-
gula ergo procedit, quando remiſsio debiti princi-
palis eſt inualida de iure communi: & ratio eſt, quia
iura communia difficilius tolluntur, quàm ſpecialia,
vt in auth,de nō alie.§.quia verò veriſimile. Ita tenet
gl.in d.l.debitum.& in l.j.§.j.in gloſſ.magna in fin. ff.
quibus modis pignus vel hypothec.ſolut. ¶Secundò
fallit, quando remiſsio debiti ideò vitiatur, quia eſt
prohibita,ſed tamen prohibitio nō habet cauſam per
petuam:tunc enim licet vitietur remiſsio debiti, non
vitiatur remiſsio pignoris.ita tenet gloſſ. in dicta l.j.
48 §.j. ¶Tertiò fallit regula, quando cauſa inualidans
remiſsionem debiti principalis, non eſt ſufficiens ad
inualidandū remiſsionem pignoris acceſſorij: & po-
ne exemplum in remiſsione debiti principalis, quæ
ſit inter maritum & vxorem, inter quos eſt prohibita
donatio, vt in toto titulo.ff.de don.inter vir. & vxor.
Ex hoc poterat dubitari, an ſicut inter eos eſt pro-
hibita remiſsio debiti principalis, ita ſit prohibita re
miſsio pignoris: & deciditur, quòd non: quia licet
inter eos ſit prohibita donatio, & per conſequens re-
miſsio debiti principalis,quia per hoc donatarius ef-
ficitur locupletior: tamen ſecus eſt in remiſsione pi-
gnoris,quia ex hoc donatarius non efficitur locuple-
tior: nam nihilominus debitor remanet obligatus in
debito principali.l.etiam.C.ad Velle.& l.qui pignus.
ff.de his quæ in frau.credi. & ita per prædicta deter-
minat Barto.in l.j.§.j.ff.quib.mod.pig.vel hypoth.ſol.
& ibidem Salic.& Salic.in d.l.debitum.& Bald.in d.l.
etiam. in prima oppoſitione. ¶Et prædicta intellige
in generali hypotheca, ſiue expreſſa facta per maritū,
ſiue per legem tacitè: quia ſcilicet illa remitti poteſt
per vxorem marito cōſtante matrimonio,& hoc mo-
do procedit dict.l.etiam.ſecus autem eſt in rebus ſpe-
cialiter obligatis pro dote: quia talis hypotheca re-
mitti non poteſt,vt tenet gloſſ.prima in d.l. etiam. &
ibi firmat not.Paul. de Caſt. ¶Regula ergo procedit,
quando remiſsio debiti principalis inualidatur ex
cauſa,quæ etiam eſt ſufficiens ad inualidādum ipſum
pignus,prout quando inualidatur propter dolum vel
metum,vt per Barto.& Salic.in locis proximè allega-
tis.¶Et per prædicta remanet expedita iſtá 6.pars prin
cipalis tractatus & materia reſolutionis pignorum.

## Septima pars principalis.

SEQVITVR modo ſeptima pars prin-
cipalis,in qua tractandum venit de actio
ne pignoratitia,& diuiditur in tria mem
bra principalia.In primo videbimus, in
quibus differat pignoratitia ab hypothe
caria.In ſecundo,de natura pignoratitię.In tertio,qui
bus & contra quos & pro quibus competat pignora-
titia tam directa,quàm contraria,& de modo libellan
di & deducendi in iudicio vtranque,&c.

*SVMMARIVM.*

1 *Actio pignoratitia in quib⁹ differat ab hypothecaria.*
2 *Pignoratitia directa non datur debitori contra credi*
*torem,niſi pignus traditum fuerit,vel ſaltem finga-*
*tur traditum creditori.*
3 *Pignoratitia directa competit creditori, etiā abſque*
*pignoris traditione.*
4 *Actio pignoratitia,dicitur bonæ fidei:hypothecaria*
*verò,ſtricti iuris.*
5 *Actio pignoratitia directa & contraria,an poſſint*
*concurrere.*
6 *Actio pignoratitia differt ab hypothecaria,dura-*
*tione:nam diuerſis tolluntur ſpatijs.*

## Primum membrum Septimæ partis principalis.

CAPIENDO igitur primum membrum,
in quo tractandum venit,in quibus diffe-
1 rāt pignoratitia † & hypothecaria,in hoc
ex notatis per doctores inuenio quinque
differentias.Nam Bartol.in prima conſtitution. dige-
ſtorum in §.tertij:dicit,quòd pignoratitia directa,quę
datur debitori contra creditorem ad repetendum pi-
gnus,de qua in l.ſi cùm venderet.ff.de pigno.actione.
differt ab hypothecaria in tribus:videlicet,in natiui-
tate,vtilitate,& vita.
¶Et primo differt in natiuitate:quia hypothecaria na
ſcitur ex ſolo conſenſu:vt l.ſi tibi decem.§.de pign. &
ibi Bar.ff.de pact.pignoratitia autē naſcitur rei inter-
uentu:vt inſti.quib.mod.re contrahi.oblig.§.fina.†Et
2 propterea talis pignoratitia non datur debitori cōtra
creditorē,niſi pignus traditum ſit creditori, vt notat
Ba.in d.§.tertii.poſt gloſſ.magiſtra.ibi in verſi.æmula.
& in ver.eaſdem res.vel quando pignus non eſſet vere
traditum creditori,niſi ſaltem fingeretur traditū,iux-
ta not.per Bart.in l.ſolutum.§.ſoluta.in verſi.oppono,
hic dicitur quod primum.ff.de pign.action. dum vult
quòd locator habeat bona conductoris tacitè obliga-
ta pro penſione.iuxta l.item quia.ff.de pactis.& in l.ſi
certi iuris.C.loca.Nam ex eo ꝙ locator poteſt ea inclu
dere pro ſua penſione, finguntur ei tradita:& ideo ſo-
luta penſione,poteſt creditor agere contra locatorem
directa pignoratitia pro reſtitutione dictorū bonorū,
quanuis illa locatori vere tradita non fuerint.¶Et ſi-
militer dicendum eſt,quando à principio res fuit ſim
pliciter hypothecata,& nō tradita creditori:ſed poſt-
ea ex aliquo modo & ab alio quàm à debitore res illa
peruenit ad creditorem.Nā etiam iſto caſu,ſoluto de-
bito,dabitur debitori contra creditorē directa pigno
ratitia ad repetendum dictam rem perinde ac ſi à prin
cipio illa res creditori tradita fuiſſet,vt not.vult Bart.
in l.inquilino.ff.de damn.infect.& Bal.in rubric.C.de
pign.act.& Alex.in d.l.ſolutum.§.ſolutam.ff. eod.titu.
3 ¶†Et licet in pignoratitia directa ( vt dictum eſt)re-
quiratur traditio:tamen in pignoratitia cōtraria,quæ

datur creditori contra debitorem in caſibus infra ſuo
loco notandis, non requiritur traditio, ſed etiam ſi
pignus traditum non fuerit creditori omnino compe
tit: vt nota.Bartol.in d.§.tertij. in fine.& Bartol. in l.ſi
tibi.§.de pignore.ff.de pact.& quamuis ibi Fulgoſius
in hoc teneat contra Barto.tamen Alex.ibidem defen
dit opinionem Bartol.& allegat pro ea text.in l.ſi quis
in pignore.§.j.in verſicu.obligauit.iuncto prin.illius
l.ff.de pignor.action.ponderando,quòd in d.tex. non
dicitur,tradidit:ſed,obligauit.& ſecundùm gloſſ. fin.
ibi,licet pignus ſola obligatione ſine traditiõe fuerit
conſtitutum,tamen datur creditori contraria pigno-
ratitia.¶Nec obſtat,quòd in text.ibi dicatur dari etiã
actionem de dolo,quia gloſſ.ibi intelligit,quòd actio
de dolo detur contra extraneum, non contra debito-
rem:ita reſidet Alexan.in d.§.de pignore, dicens fun-
damenta Fulgoſij eſſe leuia:& iſta ſit prima differẽtia
4 inter pignoratitiam & hypothecariam. ¶† Secunda
differentia eſt, quia pignoratitia eſt actio bonæ fidei:
hypothecaria vero eſt ſtricti iuris,vt not.glo.inſtit.de
action.in §.actionum.in gl.in ver.pignoratitia.& iſtæ
duæ differentiæ concernunt natiuitatem dictarum
5 actionum.¶†In vtilitate autem ponitur alia, & ſic ter
tia differentia.Nam pignoratitia datur directa & cõ-
traria: directa enim datur debitori, contraria autem
creditori,quæ contraria competit pro expenſis factis
in pignore,vt l.ſi neceſſarias.in prin.ff.de pign.acti.&
non ſolùm pro magnis, ſed etiam pro paruis & qui-
buſcunque expenſis, etiam in cibo & potu,vt ibi not.
gl.& gl.valdè notab.& ibi per Doct.in auth. ei qui.C.
de bon.auth.iud.poſ.in gl.in ver.mẽſuram: vbi habe-
tur, quòd miſsio in poſſeſsionem ex primo decreto,
contra contumacẽ hodie fit in perſonalibus pro men
ſura debiti,habito tamen reſpectu ad expenſas, quæ
occurrunt in re,in quã fit immiſsio,puta ſi eſſet equus
quantum immiſſus habuit in eo expendere: & etiam
dicta pignoratitia cõtraria competit in pluribus aliis
caſibus infrà ſuo loco notandis:ſed hypothecaria da-
tur ſoli creditori,& ſic vtilius ſuccurrit pignoratitia,
6 quàm hypothecaria.¶†Quarta differentia eſt circa vi
tam ſeu durationem dictarum actionum: alio enim
tempore tollitur pignoratitia per præſcriptionem, &
alio tollitur hypothecaria:nam actio pignoratitia cũ
ſit perſonalis,tollitur ſpatio 30.annorum.l.ſicut.C.de
præſcript.30.annorũ. vti latius dictum fuit ſuprà in 6.
parte.2.membro,nu.28.hypothecaria autem interdũ
tollitur. 10.annis,interdum 20.interdum 30. & inter-
dum 40.vt l.j.C.ſi aduer.credi.lib.7.& latius dixi ſu-
prà in diſt.6.parte,in 2.memb.nu.j.& 2. vbi vide. ¶Et
adde hîc etiam quæ dixi ſuprà in prima parte nu.4.vſ-
que ad nu.9.vbi poſui tres differentias inter pignus &
hypothecam:hîc autem poſui differentias inter ipſas
actiones,& iſtæ quatuor differentiæ, quas ſupra retu-
li,colliguntur ex notatis per Barto.in d.§.tertij. quem
refert & ſequitur Ang.de Aret.inſtit.de acti. §. actio-
num.col.24.in verſ.quæro,quomodo actio &c.¶Adde
etiam aliam & ſic quintam differentiam:quam ſtatim
ſubiiciam n ſequenti membro.

## *SVMMARIVM.*

1 *Actio pignoratitia an ſit perſonalis,vel realis.*
2 *Actio pignoratitia an ſit in rem ſcripta,*
3 *Debitor poteſt redimere vel reſoluere pignus datum pignori ſecundo creditori per primum, ipſi ſecundo creditori ſatisfaciendo.*
4 *Debitor pignus redimẽs ſiue à primo creditore, ſiue à ſecundo,reſoluit vtranque hypothecam.*
5 *Debitor qua actione agere debeat contra ſuum fideiuſſorem pignus redimentem.*
6 *Debitor qua actione agat contra ſingularem ſucceſſorem ſui creditoris.*
7 *Actio pignoratitia directa competens debitori, quo tempore & quare naſcatur.*
8 *Actio pignoratitia directa nõ naſcitur, niſi prius ſoluto debito:fallit quatuor caſibus.*
9 *Debito ſoluto oritur debitori actio pignoratitia directa ad repetendum pignus.*
10 *Debitor ſoluens alteri quàm creditori de voluntate tamẽ ipſius creditoris,an acquirat actionẽ hypothecariam contra ipſum creditorem.*
11 *Soluẽs pro debitore,redimit pignus,acquiritque actionem hypothecariam contra creditorem,ſi mandato debitoris ſoluit.*
12 *Debitor offerens debitum creditori,an ſi creditor nolit acceptare,habeat ipſe debitor pignoratitiã directam contra creditorem.*
13 *Pignus licet pluries vel pluribus obligatum ſit, vnica tamen ſolutione liberatur.*
14 *Debitor dans pignus cum pacto,quod creditor poſſit certo tempore illud vendere,poteſt non obſtãte pacto ipſum pignus ante venditionem redimere.*
15 *Debitor emẽs pignus à creditore,poteſt agere cõtra creditorẽ pignoratitia:quia talis venditio nulla eſt.*
16 *Pignus quando intelligatur obligatum pro vſuris.*
17 *Pignoratitia non oritur ex ſolutione partis debiti.*
18 *Solutio de pecunia reprobata neminem releuat.*
19 *Pupillus non poteſt obligari pignoratitia: non enim poteſt pignus recipere nec dare.*
20 *Actio pignoratitia nõ ſequitur tertium poſſeſſorem.*

## Secundum membrum Septimæ partis principalis.

CAPIO igitur ipſum ſecundum membrũ
huius ſeptimæ partis, in quo tractabitur
de natura iſtius actionis pignoratitiæ: &
in hoc expediam me per quæſtiones.
1 ¶†Primo itaque quæro, an iſta actio pignoratitia ſit
perſonalis vel realis:& quòd ſit perſonalis,eſt text.ex-
preſſus in l.fi.C.de diſtraction.pign. vbi dicitur quod
actio pignoratitia eſt in perſonam,non in rem, & ita
tenent Bar.& alij in l.pignoris.C.de pigno.
2 ¶†Sed dubitatur,an licet ſit perſonalis, ſaltem ſit in
rem ſcripta:& in hoc Bald.in rubrica.C.de pig.actio.
dicit,quòd quando pignoratitia datur contra vſura-
rium,& ſic in contractu vſurario:de æquitate canoni-
ca eſt in rem ſcripta,& competit contra quemlibet e-
tiam ſingularem ſucceſſorem,per textũ.& ibi nota.per
Oſtien.in cap.cùm contra.extra de pignor.ſed de iure
ciuili ſecundum Bal.dicta actio eſt ſimpliciter in per-
ſonam.Ratio eſt ſecundum eum,quia naſcitur ex con-
tractu,vnde nõ ſequitur ſingularem ſucceſſorem,cum
quo non eſt contractum:& idem tenet Bald.in ca.j.in
fine.in vſibus feud.in tit.de feud.da.in vim l.commiſ.
Abbas autem in dicto c.cùm contra.indiſtinctè tenet,
quòd dicta actio pignoratitia ſit in rẽ ſcripta,& quòd
ſaltem vtilis detur contra tertium poſſeſſorem. Alexã.
verò in prima conſtitutione digeſtorum.in d.§.tertij.
refert opiniones,& nihil firmat. ¶Sed in apoſtill. ad
Bal.in d.ca.j.de feud.dat.in vim l.commiſ.tenet, quòd
indiſtinctè iſta actio pignoratitia ſit perſonalis, & ꝙ
etiam in contractu vſurario non agatur contra ſingu-
larem ſucceſſorem pignoratitia actione, ſed condi-
ctione ex canone. nam ſecundum eum ſæpenumero
condictio ex lege,tanquã in rem ſcripta,ſequitur fun-
dum.allegat l.finalem.§.ſed ſi præfatam.C.de iure de-
libera.¶Ego autem puto veriorem eſſe illam opinio-
nem, ꝙ actio pignoratitia ſit ſimpliciter perſonalis,&
non ſequatur fundum ſeu tertium poſſeſſorem,per tex
tum in terminis in dicta l.fina.C.de diſtract.pigno.cui
non



non poteſt reſponderi:& ita etiam tenet Ange.de Are.
inſtitu.de action.§.item Seruiana.in penul. columna.
& in §.actionum,in materia pignoratitiæ. Et non ob-
ſtat text.in d.ca.cùm contra.de pignor.vbi eſt textus,
quòd hæredes creditoris obligauerunt alteri eorum
creditori bona quæ eorum author pignori acceperat
ab eius debitore: & dicitur ibi,quòd hæredes debito
ris poſſunt agere contra illum creditorem, cui hære-
des creditoris obligauerunt bona ipſius debitoris, &
petere quòd fructus per eum percepti, computentur
in ſortem, & bona obligata eis reſtituantur, etiam ſi
nec debitor,nec hæredes debitoris cum dicto credi-
tore contraxerint. ¶Super quo textu canoniſtæ valdè
dubitauerũt,qua actione agere poſsint dicti hæredes
debitoris cõtra dictum ſecundum creditorem: & alij
dixerunt,quòd rei vendicatione:alij, quòd officio iu-
dicis: & alij,pignoratitia in rem ſcripta de æquitate
3 canonica. ¶†Nam pro intelligentia dicti textus eſt
aduertendum,quòd quando primus creditor dat pi-
gnus pignori ſecundo creditori, poteſt debitor dicto
ſecundo creditori ſoluere vel cõpenſare ad reſoluen-
dum obligationem pignoris,vt eſt text.& ibi no. Bar-
tolus in l.grege.§.cùm pignori.ff. de pignor. & habe-
tur in l.nomen.C.quæ res pignor. obliga.poſſ. ¶Ra-
tio eſt,quia ille ſecundus creditor cui primus dat pi-
gnus pignori, non cenſetur in dicto pignore tertius
poſſeſſor,ſed cenſetur quaſi idem creditor & eadem
perſona cum primo,& idem pignus & eadem hypo-
theca quæ erat apud primum creditorem, eſt etiam
apud ſecundum,quia cùm ſit ius reale,poteſt in alium
transferri,vt habetur per Bartol.in l.Ariſto. in vltima
col.ff.quæ res pigno.oblig.poſ.& per Salic.in l.j.C.de
his qui in prio.cre.lo.ſuc.& ſecundus creditor cui pri-
mus ſuum pignus conceſsit, ſubrogatur loco primi:
& ideo retinet naturam primi,in cuius locum ſubro-
gatur: arg.l.ſi eum.§.qui iniuriarum.ff. ſi quis cautio.
Hinc eſt,quòd ſecundus creditor cui primus pignus
pignori dedit,habet vtilem hypothecariam cõtra de-
bitorem,quæ directò competebat primo creditori, vt
dict.l.grege.§.cùm pignori.& dict.l.nomen.& l.j.& 2.
4 C.ſi pig.pig.da.ſit.¶†Et hinc etiam eſt, quòd ſiue de-
bitor ſoluat vel ſatisfaciat primo creditori, ſiue ſecun-
do cui primus pignus ſuum ceſsit,reſoluitur vtraque
hypotheca,vt eſt tex.in l.debitor.§.fi.& ibi Bart. ff.de
pignor.actione. ¶Conſideratis ergo præmiſsis, non
eſt mirum ſi cõtra creditorem ſecundum, cui primus
pignus pignori dedit,ſoluto debito, competat actio
pignoratitia: quia eadem hypotheca & idem pignus
quod fuit apud primum,eſt etiam apud ſecundum, &
reputatur idem creditor,& vtriq; poteſt ſolui, & dire-
cta hypothecaria quæ datur primo,datur vtiliter ſecũ-
do. ¶Et hoc modo loquitur & procedit text.in d. cap.
cùm cõtra. videlicet quòd hæredes debitoris poſſunt
agere contra ſecundum creditorem,cui hæredes pri-
mi creditoris pignus pignori dederunt:vt fructus per
eum percepti,compẽſentur in ſortem: nam indubitan-
ter,vt dictum eſt,eis competit ad hoc actio pignora-
titia directa,ſicut competeret contra primum credi-
torem vel eius heredes.& probatur iſta concluſio per
textum,& ibi not.per gloſſ.Bar. Salicetum & Paulum
de Caſtro in l.petenti.ff.de pignor.action. iunct. lege,
debitor.§.fina.eodem titu.vbi habetur quòd ſi credi-
tor primus dedit pignus pignori,ſecundo: ſi fiat ſo-
lutio primo creditori,reſoluitur etiam pignus ſecun-
di: & debet pignus reſtitui ipſi debitori abſque eo ꝙ
5 ſoluatur aliquid ſecundo creditori, ¶†Sed licet ita ſit,
in ſecundo creditore,tamen ſecus eſt in alio ſingulari
ſucceſſore: quia contra eum non datur pignoratitia
debitori: & ideo ſi fideiuſſor debitoris ſoluat credi-
tori,& ab eo recipiat pignus,quod ei à debitore datũ
fuerat, non poterit debitor ſoluens agere contra fi-
deiuſſorem pignoratitia directa ad recuperãdum ſuũ
pignus,ſed contra eum dabitur debitori actio manda
ti,vt eſt text.in l.2.ff.de pignor.& ibi optimè declarat
glo.dicens ideo non dari pignoratitiam,quia illa ori
tur ex contractu,& inter fideiuſſorem & debitorẽ nõ
interceſsit cõtractus pignoris,ſed mandati:& ſequũ-
tur ibi Bart.& Salic.& hoc modo debet etiam intelli-
gi tex.in l.ſi fideiuſſor.in princ.ff.de pig.dum ibi dici-
tur,quòd fideiuſſor qui reluit pignora à debitore ſub
promiſsione de ſoluendo, & poſtea non ſoluit, quòd
debitore ſoluente creditori,cogẽdus eſt reſtituere pi-
gnora debitori:nam debet intelligi per actionem man
dati,vt dicitur in dicta l.2.eod.titu.
6 ¶†Et quod dicitur in fideiuſſore, fortius dicendum
eſt in alio tertio poſſeſſore, ſeu ſingulari ſucceſſore
creditoris,quòd ſcilicet contra eum non competat
debitori pignoratitia directa, vt probatur vltra præ-
dicta per text.in l.ſi cùm venderet.in princip.ff.de pi-
gnor.action.vbi eſt text.quòd ſi creditor vendidit pi-
gnus,conuenit cum emptore, vt liceret debitori ei
ſoluere precium, & recuperare rem venditam: dici-
tur ibi, quòd pignoratitia competit debitori contra
creditorem,vt ei cedat actionem ex vendito contra
emptorem: ſed quòd ipſe debitor non poteſt agere
contra emptorem pignoratitia,ſed rei vendicatione,
vel in factum:& ſic probatur ibi,quòd contra tertium
poſſeſſorem & ſingularem ſucceſſorem non datur de-
bitori pignoratitia, quæ ei competit contra credito-
rem.Sed in ſecundo creditore (vt dixi) eſt ſecus,quia
pignus & hypotheca quod ſecundus creditor habuit
à primo,reſoluitur eo ipſo,quòd debitor ſoluit primo
creditori,vt dicta l.debitor.§.fina.ff.de pignoratitia a-
ctione.ſed non reſoluitur, quando creditor vendidit
pignus,ipſa emptio,vt l.4.ff.de pignorat.action.& ibi
not.& l.prima & 2.C.ſi anti.credi.pignus vendi. & ſic
apparet de diuerſitate rationis inter creditorem pri-
mi creditoris recipientem pignus pignori,& aliũ ſin-
gularem ſucceſſorem dicti primi creditoris ex titulo
emptionis,vel alio habili ad tranſlationem dominij,
quia ius ſecundi creditoris reſoluitur per ſolutionem
factam primo: ſed ius emptoris, non: & ideo contra
creditorem poteſt intentari pignoratitia, ſed contra
emptorem non. Ac quòd contra emptorem non com-
petat pignoratitia etiam in caſu in quo debitor prætẽ-
deret intereſſe,puta ex venditione dolo facta:ſed con
tra creditorem qui vendidit,eſt textus in l.j.C.ſi vend.
pignor.aga.iunctis glo.& maximè glo.magna: & not.
Bar.Bal.Sal.& alij ibidem.¶Et ita diſtinguendum pu-
to,licet non inueniam per doct.examinatum.
¶Et ex his habes quintam differentiam inter pignora
titiam & hypothecariam,videlicet quòd pignoratitia
eſt actio perſonalis,& non ſequitur rem, nec ſingula-
rem ſucceſſorem creditoris:niſi ſolum creditorẽ cre-
ditoris,habentem idem pignus à creditore primo: hy-
pothecaria autem eſt actio realis, vt l. pignoris. C. de
pignorib.cum concordantiis: & hanc quintam diffe-
rẽtiam adiunge aliis quatuor poſitis in præcedẽti mẽ-
bro,&c.
7 ¶†Secundo quæro, an iſta actio pignoratitia directa,
quæ datur debitori,naſcatur tempore contractus pi-
gnoris,an verò naſcatur ex ipſa ſatisfactione, quã de-
bitor facit creditori:& breuiter in hoc dicendum eſt,
ꝙ iſte contractus pignoris re cõtrahitur,vt inſti.quib.
mod.re contrahi.obli.§.fi.& ideò neceſſe eſt dicere,ꝙ
8 iſta actio naſcatur ex ipſo contractu:ſed tamẽ eius or-
tus fit tempore ſolutionis vel ſatisfactionis,& non an
te:naſcitur ergo talis actio hodie,id eſt,tempore ſatiſ-
factionis:ſed ex materia antiqua,vt eſt text.in l.ſi rem
alienam.§.omnis.ff.de pig.action.& ibi eſt gl.not.quæ
hoc optimè declarat,ponens aliqua ſimilia exẽpla,ſeu
caſus ſimiles,videlicet de mutuo recõciliato conſum-
ptione.nam actio oritur ex mutuo,ſequuta tamen cõ-
ſumptione,vt l.ſi quis pro eo.§.ſi nũmos.ff.de fideiuſſ.

¶Similiter in actione tutelæ,quæ demum finita tute-
la & adminiſtratione naſcitur:ſed ex geſtione præce-
denti:vt l.ſi tutor.in fin.cum l.ſeq.ff.de tute. & ra.diſt.
Idem & in delegatione iuriſdictionis facta per pro-
conſulem ſuo legato,antequàm ipſe proconſul ingre-
diatur prouinciam: quia talis iuriſdictio non compe
tit legato,niſi demum poſtquàm proconſul ingreſſus
fuerit prouinciam:& ſic oritur ex mandato præcedé-
ti, ſequuto tamen ingreſſu,vt l.obſeruare.§.fina. ff. de
officio proconſulis & legati.Et ſimiliter euenit in a-
ctione ex ſtipulatu pro dote,quæ naſcitur demũ ſolu-
tò matrimonio,& tamen oritur ex contractu præce-
denti vt l.prima.C.de repud.& l.ſi conſtante.§.primo
ff.ſoluto matrimonio.& ibi laté per Alexandrum poſt
alios,niſi in caſu vergentis mariti ad inopiam: quia
tunc naſcitur conſtante matrimonio,vt l.hæc actio.ff.
ſolut.matrim.& l.ſi conſtante.in princ.eod. titul. & l.
vbi adhuc.C.de iur.dot.& dictam gloſſ.in d.§.omnis.
ſequuntur ibi Barto.& Salicet.¶Et ex prædictis colli-
guntur in materia duæ regulæ,vna negatiua,& altera
affirmatiua. ¶Negatiua eſt,quòd actio pignoratitia
quæ competit debitori,& ſic directa, nõ naſcitur, niſi
prius ſoluto debito creditori.¶Affirmatiua eſt,quod
ſoluto vel ſatisfacto debito, dicta actio naſcitur, &
8 vtranque regulam examinabimus per ſe. †Primò igi-
tur capio primam negatiuam,quæ eſt,quòd actio pi-
gnoratitia directa non naſcitur,niſi prius ſoluto debi
to:vt l.ſi rem.la j.§.omnis.ff.de pigno.acti. Iſta autem
regula pro eius declaratione recipit quatuor fallen-
tias. ¶Fallit ergo primò, quando pignus datum fuit
creditori ſub ſpe futuræ numerationis pecuniæ,quam
poſtea creditor noluit ſoluere,& ſic obligatio pigno-
ris non fuit cõpleta.Nam iſto caſu poteſt debitor age
re pignoratitia contra creditorem,ad repetẽdum ſuũ
pignus abſque alia ſolutione vel ſatisfactione: vt eſt
text.in l.ſolutum.§.j.ff.de pignora.action.& ibi nota.
Bartol.Salicet.& Paul.de Caſtr.& hanc limitationem
etiam ponit gloſſ.in d.l.ſi rem.§.omnis.in verbo. acti.
¶Et ex d.l.ſolutum.§.j.not.ibi gloſſ.Bartol.& Paul. de
Caſtr.quòd ad producendum actionem pignoratitiã
ſufficit, quòd res ſit data ob cauſam pignoris, licet
cauſa principalis,ob quam datum fuit pignus,nõ per
ficiatur: quod eſt notandum. ¶Secundo fallit,quan-
do pignus datum fuit ſub conditione, & illa defecit:
quia etiam tunc competit directa pignoratitia ad re-
petendum pignus abſque ſolutione,& idem ſi credi-
tor fecit debitori pactum de non petendo pecuniam
vel ipſum liberauit per acceptilationem,vt de omni-
bus eſt text.in dict.l.ſolutum.§.j.¶Tertiò fallit,quan-
do creditor res pignoratas,iniuſte,ſeu inhoneſte ſeu
male tractaret.nam ſi illas male tractet abſque inho-
neſtate,poteſt debitor agere contra eum pignoratitia
ad eius intereſſe.Si autem male tractet cum inhone-
ſtate, puta proſtituendo ancillam pignoratam,poteſt
agere pignoratitia repetendo illam.Iſto enim ſecũdo
caſu ſoluitur ius pignoris,primo autem non, & præ-
dicta abſque alia ſolutione vel ſatisfactione.text. eſt
in l.eleganter.§.fin.ff.de pign.actio.& ibi no.Barto.&
Paul.de Caſtr.¶Quartò fallit,quando debitor agere
vellet contra creditorem pignoratitia pro damnis &
intereſſe paſsis per debitorem, ob dolum vel culpam
creditoris: quia ad ius poteſt agere etiam ante ſolutio
nem vel ſatisfactionem debiti.text.in l.fin.in princip.
ſecũdo reſponſo.ff.de pig.actio.& ibi per Bart.& Pau.
de Caſt.Regula ergo habet locum,quando agitur ad
reſtitutionem rei pignoratæ,& iſta ſufficiant, quo ad
9 primam regulam negatiuam. ¶† Secunda autem re-
gula affirmatiua eſt,quòd ſoluto debito oritur actio
pignoratitia directa debitori ad repetendũ pignus:&
iſta regula pro clariori intelligẽtia expedietur ꝑ am-
pliationes & limitationes.Primò ergo ponam ad di-
ctam regulam quindecim ampliationes ſeu extenſio-
nes,& poſtea ſubiiciam octo fallentias.

¶Primò ergo dicta regula extenditur & ampliatur,vt
nõ ſolùm procedat ſoluto debito in pecunia, ſed etiã
aliter ſatisfacto,de voluntate tamẽ creditoris, puta ſi
dentur alia pignora creditori pro liberatione primo-
rum:vel ſi ſit data cautio etiam nuda vel fideiuſsio de
ſoluendo pro obtinenda liberatione à pignoribus:vel
ſi aliter creditor à primis pignoribus receſſerit,etiam
quòd ſui facilitate creditor in aliquo fuerit læſus. nã
priora pignora erunt liberata,& agi poterit ad illorũ
reſtitutionem directa pignoratitia.tex.eſt in d.l.ſolu-
tum.§.omnis.verſi.ſatisfactũ.ff.de pigno.action.& ibi
glo.Bar.Bal.Salic.& Paulus de Caſtr.Et idem eſt,ſi per
nouationem volũtariam receſſum ſit à primis pigno-
ribus vt eſt text.in d.l.ſolutum.in princ.

¶Secundò amplia regulam, quæ eſt, quòd ex ſolutio-
ne debiti naſcatur pignoratitia:vt non ſolùm proce-
dat in debitore ſoluente pro re ſua data pignori, ſed
etiam ſi dediſſet pignori rem alienam: quia ſoluendo
poteſt agere ad eam pignoratitia,vt eſt tex.in l. ſi rem
alienam.§.is quoque.ff.de pign.action.

¶Tertiò amplia,vt dicta regula procedat etiã in præ-
done:quia ſcilicet ſi prædo rem pignori ſuo creditori
dedit,quamuis ipſe prædo in dicta re non faciat fru-
ctus ſuos,tamen ex quo creditor ea in bona fide poſſe-
dit,poterit ille prædo debitor,ſoluto debito,agere cõ
tra creditorem,non ſolum ad reſtitutionem pignoris,
ſed etiam ad compenſationem fructuum perceptorũ
per creditorem.iſte eſt textus in l.ſi pignoris.§.ſi præ-
do.ff.de pignor.actione.

¶Quarto amplia regulam,vt procedat etiam quan-
do debitor egiſſet pignoratitia ante ſolutum debitũ.
nam ſatis eſt,ſi pendente iudicio,ſoluat ad obtinendũ
in pignoratitia:vt eſt textus in l.ſi rem alienam.§.fina.
de pignoratitia actione.Ex quo ibi Bartol.& alij infe-
runt ad vnam theoricam generalẽ:videlicet,quod ius
ſuperueninens actori,pendente iudicio, ex cauſa de
præterito deducta,tamen in iudicio prodeſt actori ad
obtinendum condemnatoriam contra conuentũ. In-
tellige tamen tu,dummodo ſolutio vel illud ius ſu-
perueniat ante concluſum in cauſa:nam ſi ſuperueni-
ret poſt concluſum in cauſa, videretur ſuperuenire
poſt ſententiam,& non prodeſſet.ita declarat & limi-
tat Bartolus in l.ſi mater.§.eandem. in fine.ff.de exce-
ptione rei iudicatæ.& notat Paul.de Caſt.in dicta l.ſi
rem.§.fina.& etiam dicta theorica limitatur pluribus
aliis modis,vt per Alexand.in conſi.150.in penulti.col.
10 in 5.volu.vbi vide.¶†Quintò amplia regulam,vt non
ſolum ex ſolutione facta per debitorem creditori oria
tur pignoratitia,ſed etiam ſi ſit ſolutum alteri de volũ
tate ipſius creditoris:vel etiam ſi eſſet ſolutum ei, cui
poſtea creditor hæres inſtituit:vel etiam ſi eſſet ſolu-
tum creditori creditoris mei,qui habebat meum no-
men,vel mea bona obligata,& iſto caſu etiam inuito
creditore meo,vel ſi non haberet meum nomen, vel
mea bona obligata.ſed eſſet ſimplex creditor credito-
ris mei,ſi ei ſoluam de voluntate creditoris mei, vel ſi
ſoluam procuratori mei creditoris,vel alteri legitimè
recipienti pro eo.Nam in omnibus iſtis caſibus ex di-
ctis ſolutionibus oritur debitori ſoluenti pignorati-
tia actio ad repetendum pignus datum creditori,tex.
eſt & ibi no.Bar.poſt gl.& Salic.& Paul.de Caſtr.in l.
ſolutum.§.ſolutam.ff.de pignoratitia actione.

11 ¶†Sextò amplia,quòd iſta actio pignoratitia directa
non ſolum competat debitori ſoluenti,ſed etiam com
petat tutori,curatori & procuratori,qui mediante le-
gitimo mandato,tutela,vel cura,& cum debitis ſolen
nitatibus pignorauerunt rem domini.ſicut enim tales
potuerunt pignorare,ita & poſſunt luere & repetere
pignora directa pignoratitia.textus eſt in l. ſolutum.
§.fina.cum l.ſeq.& ibi not.Barto.ff.de pigno.act.& vt
declarat ibi Paul.de Caſt. talibus adminiſtrationibus
pigno-



pignorantibus,& ſoluẽtibus quæritur directa pigno-
ratitia, eorum autem principalibus quæritur vtilis,
& quomodò dicta directa poſsit per dictos admini-
12 ſtratores intentari: vide ibi per Paul. de Caſt. ¶†Se-
ptimò amplia, vt regula procedat, nõ ſolùm facta ſo-
lutione, ſed etiam ſi in iudicio debitor actualiter of-
ferat ſoluere, & creditor recuſet recipere: vel ſi extra
iudicium debitor offerat,deponat,& cõſignet, & cre-
ditor nolit recipere:quia per dictas oblationes dabi-
tur directa pignoratitia debitori, perinde ac ſi ſoluiſ-
ſet, cùm ſtet per creditorem, quòd non ſoluatur. tex.
eſt in l. aliena.§.j.ver. ſi per creditorem.iunct.gl.ibi in
13 ver.agitur.ff.de pig. act.¶†Octauò amplia, vt regula
procedat, non ſolum quandò debitor dedit rem cre-
ditori, vt eſſet ei pignorata, ſed etiam ſi ei dedit rem,
vt alteri poſſet pignorare. Nam etiam iſto caſu nõ ſo-
luto debito ipſi creditori, poterit debitor agere con-
tra creditorem, vt reſtituat rem, ſi creditor eam iam
reluit ab eo cui pignorauit: ſi autem nondum reluit,
poterit agere vt illam reluat & reſtituat, vt eſt text.in
l.petenti.ff. de pig.actio.Qua autẽ actione ad hoc ipſi
poſsit agere debitor, declarabitur infrà proximè. Et
ſic regula procedit, quando res fuit data pignori ipſi
creditori. Ampliatio verò loquitur, quando non fuit
data pignori creditori,ſed fuit data creditori ad hoc
vt eam pignori poneret apud alium.

¶Et inter regulam & ampliationem eſt differentia in
quatuor.Et primò,quia regula,quando ſcilicet res da
tur pignori creditori,creditor acquirit ius in illa re:
in ampliatione autem,quando ſcilicet datur res credi
tori,vt eam pignoret alteri,creditor in ea non acqui-
rit ius.¶Secunda eſt differentia,quia in regula,quãdo
creditor dictam rem pignorat alteri,iuxta l.grege.§.j.
ff.de pigno.cenſetur pignorare ius,quod habet in re,
& ſic ſuo nomine.Ex quo ſequitur,quòd ſoluto ei de
bito,cùm ius ſui pignoris extinguatur,dicta l.ſi rem
§.omnis.ff.de pign.actio.extinguitur etiam ius ſecun
di creditoris, & res deſinit eſſe obligata ambobus.l.
debitor.§.fi.eod.titu.In ampliatione autem non cen-
ſetur ipſe creditor obligaſſe ius ſuum, quod nõ habet
in re,ſed cenſetur obligaſſe ipſam rem de volũtate de
bitoris, & ideo licet ſibi ſoluatur à ſuo debitore, non
propterea liberatur pignus à ſecundo creditore.

¶Tertia eſt differentia,quia in regula,ſoluto debi-
to,competit debitori ſoluenti pignoratitia directa: in
ampliatione autem, competit actio præſcriptis ver-
bis,vel ad exhibendum.¶Quarta differẽtia eſt,quia in
regula nõ poteſt debitor agere pignoratitia,niſi prius
ſoluto debito.dicta l.ſi rem.§.omnis. in ampliatione
autem ſic,ita declarat Paulus de Caſtr.in dict l.peten-
ti.poſt glo.fi.ibi.¶Ex quibus apparet,quòd in amplia-
tione competit debitori,vt dictum eſt,actio præſcrip.
verbis,& ad exhibendum,& etiam poteſt eidem com-
petere actio cõmodati:quia licet eſſet debitor ſui cre-
ditoris,tamen per hoc non tenebatur ei rem ſuã com
modare,& cùm ex hoc nullam mercedem receperit,i-
deo ei poteſt competere actio commodati,vt declarat
gloſſ.in dicta l.petenti.quam ſequuntur ibi Barto.Pau
14 lus,& alij.¶†Nonò amplia,quòd iſta actio non ſolùm
detur contra creditorem,cui eſt ſolutum per debito-
rem,ſed etiam datur contra alium, cui primus credi-
tor ſuum pignus pignori dedit,& ſic per vnam ſolu-
tionem liberatur pignus tam à primo, quàm à poſte-
riori creditore, cui primus ſuum pignus pignorauit,
& non eſt neceſſe, quòd debitor ſoluat ſecundo credi
tori.textus eſt in l.debitor.§.fin.ff. de pignor.actione.
Nec dictus ſecundus creditor poteſt ſe tueri per retẽ-
tionem contra debitorem agentem pignoratitia,quã-
do ipſe debitor ſoluit primo creditori, vt eſt ibi text,
& declarat glo.Bar.& Pau.ibi.¶Decimò amplia,quòd
dicta actio pignoratitia:facta ſolutione,nõ ſolùm da-
tur contra creditorem primum & ſecũdum,vt dictum
eſt,ſed etiam datur contra fideiuſſorem,qui fideiuſsit
pro ipſo debitore,& dum offerret dicto creditori,im-
petrauit à iudice,vt pignus ſibi daretur.Nam ſi poſtea
non ſoluit,vt promiſit,poterit debitor facta ſolutione
agere pignoratitia contra fideiuſſorem ad reſtitutio-
nem pignoris,vt eſt textus in l.fideiuſſor.in princip.&
14 ibi not.gloſſ.ff.de pignoribus. ¶†Vndecimò amplia
etiam ſi eſſet data facultas per pactum,creditori ven-
dendi pignus,ſi non ſoluatur intra certum tẽpus:quia
ſiue debitor ſoluat intra tempus prędictum,ſiue etiam
poſteà,dummodò nondum ſit facta venditio per cre-
ditorem,datur pignoratitia debitori ad repetendum
pignus.textus & ibi gloſſ.& Docto.in l.3.C.de pigno.
& dixi ſuprà in ſexta parte primi membri.

¶Duodecimò amplia,vt regula procedat,etiam ſi de-
bitor non ſoluat,ſed petat per creditorem compenſa-
ri fructus perceptos,& ſi quid reſtat,ei ſoluat.Nam e-
tiam iſto caſu competit pignoratitia debitori perinde
ac ſi ſoluiſſet totum,vt l.prima & ſecund.C.de pigno-
ratitia actione.iunct.l.2.C.de pact.pignoris.

¶Tertiodecimò amplia, vt regula ꝓcedat,etiã ſi debi
tor peteret per creditorem compenſari illud,quod cre
ditor conſequutus fuit à fure extraneo,qui pignus fu-
ratus fuit,ſiue id creditor conſequutus fuit per actio-
nem furti,ſiue per condictionem incerti, ſiue ſit ſim-
plum ſiue duplum.nam omne id debet compenſari cũ
credito,& creditore hoc modo ſatisfacto, debitor po
teſt agere pignoratitia ad pignus, vt lege ſi pignore.in
princip.& ibi per gloſſam & Docto.ff.de pignorib.a-
ction.Ratio eſt,quia creditor ex pignore non debet ali
quid lucrari,ſed omne lucrum ex eo proueniens debet
in ſortem imputari,vt ibi declarat gloſſ.Bartol.& Pau-
lus de Caſtr.Iſtud tamen reſtringitur,niſi furtum pi-
gnoris eſſet factum per ipſum debitorem: quia illud,
quod creditor conſequutus fuit actione furti ab ipſo
debitore,& ſic ipſam pœnam furti,non tenetur in ſor
tem imputare:quia hoc modo furtum remaneret im-
punitum.& eſſet contra regulam.l. quod à quoquam.
ff.de regulis iuris:vbi dicit text.quod à quoquam pœ-
næ nomine exactum eſt,eidem reſtituere nemo cogi-
tur:& ibi per Decium. Idem dicendum eſt, quando
creditor pro futuro egiſſet contra debitorem condi-
ctione incerti, & ex hoc cõſequutus fuiſſet æſtimatio
nem rei:quia ad eam non competeret debitori pigno-
ratitia, nec illa compẽſanda eſſet in credito:ſed ſi cre-
ditor ex cõdictione conſequutus fuiſſet rem ipſam pi
gnoratam,tunc bene ſoluto debito, ad eam compete-
ret debitori pignoratitia.Et ideò iſto caſu vtilius eſſet
debitori,tradere ipſam rem,quã illius æſtimationem:
ita declarat Bart.& Paul.de Caſt.poſt glo.in dicta. l.ſi
15 pignore.in princip. ¶†Decimotertiò amplia,etiam
ſi debitor à creditore pignus emeret, & precium ſol-
ueret creditori:nam talis emptio non valet tanquam
facta de re ſua,ſed precium debet in ſortem imputari:
& ſi illud eſſet minus debito, teneretur debitor reſi-
duum ſupplere ipſi creditori: quo facto, agere poſſet
pignoratitia: non autem agere poſſet ex empto, vt.l.
debitor.in prin.ff. de pign.action. & ibi declarat Pau.
de Caſt. ¶Quintodecimò amplia,etiam ſi debitor fu-
iſſet condemnatus creditori ob non reſtitutionem pi-
gnoris in plus quàm eſſet debitum cum vſuris, præ-
ſtito creditori iuramento in litem contra ipſum de-
bitorem: quia non obſtante dicto iuramento, & con-
demnatione in plus facta, poterit adhuc debitor ſol-
uere debitum cum vſuris,& eo ſoluto, ex æquitate in-
uenietur liberatus:& poterit agere pignoratitia ad pi-
gnus,text.& ibi gloſſ. Bartol. & alij in.l.ſi fundus.§. ſi
16 pluris.ff.de pign. ¶†Fallit modo dicta regula, & pri-
mò,quando eſſet ſoluta ſors ſeu debitum principale:
nam non ſufficeret hoc ad agendum pignoratitia,niſi
etiam eſſent ſolutæ vſuræ debitæ dicta de cauſa; quã-
do ſ. etiam pro illis pignus erat obligatũ,vt.l. ſolutũ.

§.ſi ſortem ff.de pig.act. ¶Et intelligitur pignus eſſe
obligatum,etiam pro vſuris,quando hoc expreſſe actũ
fuit,vt ibi eſt textus.Item quando ſimpliciter eſſet o-
bligatum pignus, & vſuræ deberentur naturaliter &
ciuiliter:ſecus autem,ſi eſſent debitæ naturaliter tan-
tum:quia tunc pignus ſimpliciter datum , non intelli-
geretur datum pro illis,vt eſt textus in dicto §.ſi in ſor
tem in verſi.ſiue autem,&c.& in l.per retentionem.C.
de vſur.Secus autem,ſi pignus eſſet datum pro ſorte tã
tum:nam tunc indiſtinctè non cenſeretur obligatum
pro vſuris:vt declarat Bartol.in dicto.§.ſi in ſortem.&
Pau.ibi in dicto verſic.ſiue autem.quem vide:& in hoc
adde quæ latè dixi ſuprà in quinta parte primi mẽbri.
17 ¶†Secundò fallit regula, quando eſſet ſoluta integra-
liter portio debita vni ex hæredibus creditoris : quia
ex hoc non datur debitori pignoratitia, niſi etiam ſol-
uatur altera portio debita alteri cohæredi,vt dict.l.ſo
lutum.§.ſi creditori & ibi not.ff.de pignor.action.
¶Tertiò fallit regula , quando poſt ſolutum debitum
creditori, ipſe creditor emeret pignus à debitore:quia
tunc non dabitur vlterius actio pignoratitia debito-
ri:ſed ipſi agenti obſtabit exceptio dominij ſuperue-
nientis ipſi creditori,vt eſt textus in l.aliena.§.fina.ff.
de pign.action.& ſic iſto caſu ex ſolutione non compe
tit actio pignoratitia.
18 ¶†Quartò fallit regula,quando ſolutio eſſet facta de
pecunia reprobata:quia talis ſolutio nõ liberat neque
pignus,neque ſoluentem : & ideo ſoluenti non datur
iſto caſu actio pignoratitia.l.elegãter.§.qui reprobos.
ff.de pig.acti.& hoc procedit,etiãſi d. pecunia repro-
bata,fuiſſet poſtea approbata à campſore ad inſtãtiam
creditoris:quia omnino nõ liberatur debitor,niſi quã
do creditor ſcienter illam accepiſſet : ita declarat ibi
Bart.Item iſtud,procedit,etiam ſi creditor,qui dictam
monetam reprobatam ignoranter accepit , poſtea illã
expendit pro bona:vt etiam ibi declarant gloſſ.& Bar
tol.aſsignantes rationem ſuper hoc.¶Poteſt tamen di
ctus debitor,qui ſoluit dictam pecuniam reprobatam
creditori,illam ab eo recuperare tam excipiendo,quã
etiam agendo condictione ſine cauſa,vt ibidem opti-
mè declarat Paul.de Caſtr.quanuis gloſſ.ibi voluerit,
quòd hoc poſsit fieri ſolum excipiendo & malè,ſecun
19 dum Paul.ibi . ¶†Quintò fallit,quando pignus eſſet
datum pupillo ſine authoritate tutoris : quia etiam ſi
ei ſoluatur debitum,tamen contra ipſum non oritur
pignoratitia actio:nam ſicut pupillus non poteſt dare
pignus ſine tutoris authoritate,vt l.j.in princip.ff.quę
res pign.obli.poſſ.ita nec poteſt recipere, vt ex eo o-
bligetur pignoratitia actione:textus eſt & ibi gl.cum
qua alij tranſeunt in l.pupillo.ff.de pign.act.¶Intelli-
ge tamen,vt ibi declarat gloſſ.niſi pupillus ex receptio
ne pignoris effectus eſſet locupletior:quia tunc,etiam
quòd pignus ei datum fuiſſet ſine tutore,eſſet obliga-
tus,& conueniri poſſet pignoratitia actione,iuxta ta-
men latè not.per Angel.de Are.Inſtitu.de autho.tuto.
20 in princip. ¶†Sextò fallit regula,ſeu potius declara-
tur,ſi creditor amiſit poſſeſsionem pignoris:& pro illa
egit quaſi Seruiana contra tertium poſſeſſorem , & ab
eo conſequutus fuit litis æſtimationem:quia tali caſu
non poteſt debitor repetere ab illo tertio poſſeſſore
ſuam rem, quanuis creditor per ſolutionem ſibi factã,
ab illo tertio poſſeſſore ſit liberatus , niſi ipſe debitor
reſtituat vel offerat ipſi tertio poſſeſſori , quod pro eo
ſoluit.textus eſt in l.ſi creditor.in princip.ff.de pigno.
action.¶Aduerte tamen,quòd in caſu dictę l.ſi credi-
tor:non datur debitori contra illum tertium poſſeſſo-
rem pignoratitia,ſed oportet agere rei vendicatione:
quia(vt dictum fuit ſuprà)in iſto 2.membro num.7.&
ſequentibus,actio pignoratitia eſt perſonalis,& nõ ſe
quitur tertium poſſeſſorem:& ita etiam tacitè no.glo.
in d.l.ſi creditor.in princ.in ver.offerat,vbi ad hoc al-
legat plures concordantes,& de hoc eſt text.in termi-
nis in l.2.ff.quib.mod.pig.vel hypot.ſol.& ſic iſta non
eſt proprie fallentia à regula,ſed potius declaratio.
¶Septimò fallit regula,quando eſſet ſoluta pars tan-
tum debiti,quia non per hoc poſſet debitor agere pi-
gnoratitia ad partem rei pignoratæ:ſed omnino requi
ritur integra ſolutio debiti.l.quandiu.C.de diſtract.
pigno.& facit l.ſi neceſſarias.§ ſi vnus.ff.de pig.actio.
& iſtud procedit non ſolum quando vna res eſt data
pignori,ſed etiam ſi plures eſſent datæ:quia non cogi-
tur creditor vnam ex illis liberare,niſi ſoluto integro
debito.textus eſt in l.qui pignori.ff.de pig. ¶Octauò
fallit dicta regula,quando etiam eſſet ſolutum integrũ
debitum vna cum vſuris,iuxta.l.ſolutum.§.ſi in ſortẽ.
ff.de pign.action.& creditor vendidiſſet aliquam ex re
bus pignoratis,& pro ea obligaſſet ſe de euictione in
caſibus permiſsis:nam donec debitor caueat ipſi cre-
ditori de indemnitate ſuper dicta euictione promiſſa,
non dabitur ei pignoratitia ad repetẽdum alia pigno
ra,vt eſt textus & ibi not.in dict.l.ſi neceſſarias.§.j.ff.
de pigno.action.

## *SVMMARIVM.*

1 *In pignoratitia actione quæ veniant.*
2 *Vſura an debitori debeatur de illo pluri,quo pignus venditum eſt per creditorem.*
3 *Intereſſe quod debitor paſſus eſt ex eo,quòd creditor recuſauit reſtituere pignus,an veniat ĩ pignoratitia.*
4 *Pignoratitia directa datur ob dolum creditoris, ſimiliter ob latam & leuem culpam.*
5 *Creditor an teneatur de caſu fortuito rei pignoratæ.*
6 *Creditor reſtituens pignus debitori,ſoluto debito,tenetur repromittere debitori de dolo & culpa.*
7 *Creditor tenetur & cogi poteſt actione pignoratitia compenſare fructus perceptos in re pignorata.*
8 *Pignoratitia directa competens debitori ob deteriorationem rei à creditore factam,an datione pignoris in ſolutum creditori cenſeatur remiſſa.*
9 *Pignoratitia directa datur contra dominum pro pignore dato eius ſeruo peculiari nomine.*
10 *Creditor non cogitur agere contra debitorem,nec cõſtituitur in mora non agendo.*
11 *Pignoratitia directa competit tam pro pignore prætorio, quàm conuentionali.*
12 *Pignoratitia directa an & quãdo reijciatur per exceptionem dominij.*
13 *Pignoratitia contraria poteſt creditori cõpetere contra directam.*
14 *Pignoratitia contraria competit creditori pro expẽſis neceſſarijs,& aliquando pro voluntarijs factis in pignore.*
15 *Expenſæ neceſſariæ quæ dicantur.*
16 *Creditor in repetitione expenſarum in re pignorata factrum , præfertur cæteris creditoribus.*
17 *Creditor an teneatur probare expenſas in re pignorata factas,& ſi præſumantur.*
18 *Creditor quando dicatur aliquid feciſſe in re pignorata tacito conſenſu debitoris.*
19 *Pignoratitia contraria competit pro re aliena , vel alteri obligata data pignori creditori ignoranti.*
20 *Creditor agens pignoratitia contraria contra debitorẽ pro re aliena ſibi obligata,ad quid agere debeat.*
21 *Actio pignoratitia contraria,an competat creditori decepto in pignore contra fideiuſſorem ſibi cum pignore datum.*
22 *Creditori multis caſibus competit pignoratitia contraria contra debitorem.*
23 *Debitor decipiẽs debitorem in re pignorata, tenetur actione pignoratitia contraria:ſubmittens autẽ aliã pro iam tradita,tenetur actione furti.*



24 *Debitor pignorans rem alienam,tenetur pignoratitia contraria.*
25 *Libellus in pignoratitia directa,qualiter ſit formanus.*
26 *Libellus in pignoratitia directa,an debeat continere probationem dominij.*
27 *Libellus qualiter ſit in pignoratitia contraria concipiendus.*

## Tertium membrum ſeptimæ partis principalis.

SEQVITVR modo tertium membrum
huius 7.partis,in quo videbimus quæ ve-
niant in actione pignoratitia,& pro qui-
bus competat tam directa quam cõtraria:
ſed primò de directa,poſtea de contraria.
¶Capiendo itaque primò directam pignoratitiam,
ponam in ea pro faciliori & clariori intelligentia ſex
concluſiones complectentes totam materiam, & po-
1 ſtea duas quæſtiones.¶†Prima igitur concluſio ſit , ꝙ
in pignoratitia directa venit non ſolum res pignorata,
quando non eſt vendita per creditorẽ,ſed etiam ſi cre-
ditor vẽdidit pignus plus ſuo credito,venit illud plus
cum intereſſe vel vſuris,ſi illud plus creditor non ob-
tulit & depoſuit, (debitore recuſante recipere) quia
cùm iſta ſit actio bonæ fidei,veniunt in ea vſuræ à die
moræ.text.eſt vbi declarat Barto.& Paul.de Caſtr.in l.
quanuis.§.fin.cum l.ſeq.ff.de pign.action.& in l.credi
tor.la 2.eod.titu.¶Et dum Paul.de Caſt.in d.l.quãuis.
§.fin.dicit,quòd quanuis iſta actio fuerit inuenta prin
cipaliter ad recuperationem pignorum,tamen cùm ſit
bonæ fidei,datur etiam ad reſtitutionem precij ſuper
exiſtentis ex pignore vendito,quod creditori traditũ
non fuit,quaſi illud ſuccedat loco rei traditæ:intelli-
tu iuxta not.per Bar.in l.j.ff.de diſtract.pig.declarãdo,
quòd dictum reſiduum precij reperitur apud credito-
rem ex cauſa lucratiua,& ipſe debitor cogitur habere
ratam venditionem pignoris,factam per creditorem,
iuxta not.in l.eleganter.§.ſi vendiderit.ff.de pignori.
action.iſtis ergo concurrentibus,dicitur dictum pre-
cium ſuccedere loco rei,vt habetur in d.l.j.& dixi latè
ſuprà in quinta parte principali,in primo membro.
2 ¶†Et puto iſtas vſuras debitas ipſi debitori à credito
re in illo pluri,quo vendita fuit res pignorata,iuxta d.
l.quanuis.§.fina.deberi etiam de iure canonico,prout
debentur venditori,re tradita emptori,ſi emptor fue-
rit in mora ſoluendi precium.iuxta l.ſecundam.& ibi
not.per gl.C.de vſur.& l.curabit.C.de action.emptio.
quaſi creditor vendiderit de conſenſu ipſius debito-
ris,ex quo ita ſemel voluit,vt probatur Inſtit.in quibꝰ
alie.lic.§.j.ibi,voluntate debitoris intelligitur pignus
alienare , & habetur per Bald.in l.j.C.ſi ſer.extero.in
quæſt.de pelipario creditori vendere.
3 ¶†Adde etiam,ꝙ in iſta actione venit intereſſe, quod
debitor paſſus eſt ex eo,quòd creditor recuſauit reſti-
tuere inſtrumenta rei pignoratæ.iuxta tex.in l.final.in
4 prin.ff.de pig.actio.¶†Secunda concluſio eſt,quòd in
pignoratitia directa venit dolus,& lata culpa,etiam le
uis:non autem leuiſsima,nec caſus fortuitus.tex &ibi
notat Bar. & Paul.de Caſt.in l.ſi cùm vende.et.§.final.
de pign.action.& in l,ſi.§.ſi.eo.tit,& in l.ſi creditor.&
in l.ſi nulla.cum l.ſeq.C.eod.& de caſu fortuito eſt tex
tus clarius in l.quæ fortuitis.eo.tit.& ibi etiam glo.in
verſi.præſtant.quæ allegat concordantes.& optimus
tex.in l.ea igitur.ff.de pig.action.qui dicit,quòd cre-
ditor tenetur in pignore ad ea quæ diligens paterfa-
milias in ſuis rebus præſtare ſolet.Adde tu,quòd intã
tum creditor tenetur in re pignorata de culpa & dolo
ꝙ ſi res indiget aliqua expẽſa neceſſaria,creditor de-
bet illam facere:alias ſi res pereat, vel efficiatur dete-
rior,tenetur de culpa,vt l.ſi ſeruus.ff.de pigno.action.
declarando tamen hoc ſecundum Paul.de Caſtro.ibi,
quando creditor talem expenſam commode facere po
tuit.Nam non per hoc tenetur ſe & ſuas res incommo
dare,vel diſtrahere ſua bona,vel pecunias ad vſuram
recipere,ſed tali caſu,quando ipſe non poteſt commo
de expenſam facere,debet ſolum denunciare,& ſigni-
ficare debitori:quòd ſi etiam non poſſet ex aliquo iu-
ſto impedimento denunciare,excuſaretur,arg.l.item
quæritur.§,exercitu.ff.locati.Ita declarat ibi Paul.quę
5 not.quia poſſunt contingere.¶†Illud autem quod di-
ctum eſt de caſu fortuito,reſtringitur,niſi forte credi-
tor rem ſibi obligatam propria authoritate , ſine ali-
qua licentia debitoris occupauerit.tunc enim credi-
tor teneretur de caſu poſtea contingente in illa re.tex
tus not.& ibi Bart.Salice.ac Pau.de Caſt.in l.qui ratio,
ff.de pigno.action.Et ſubdit ibi Paul.de Caſt.quòd ex
quo ſumus in culpa in committendo,quòd creditor te
nebitur de caſu,qui etiam eueniſſet,ſi creditor non oc
cupaſſet.iuxta.not.in l.ſi vt certo.§.interdum.ff. com-
mod.& in l.ſi vehenda.§.idem iuris.ff.ad l.Rhodi. de
iact. ¶Intellige tamen & declara prædicta , quod
non obſtante caſu fortuito contingere in pignore,
quando creditor non occupauit propria authoritate,
poterit creditor agere ad debitum.l.ſi creditor. & ibi
per docto.C.de pign.actio.& hoc,niſi creditor fuerit
in culpa:puta,quia potuit euadere pignus à caſu for-
tuito,& non euaſit,vt l.ſicut.& ibi no.Bal.C.de pigno.
tunc enim quando creditor fuit in culpa,ſi ageret, &
non offerret pignus quod periſſet ſua culpa,repellere-
tur doli exceptione.vt l.apud Celſum.§.itẽ quæritur.
ſi vniones.& ibi glo.ff.de doli exceptione.
6 ¶†Tertia concluſio eſt,quòd quãdo creditor reſtituit
debitori pignus tanquam ab eo ſatisfactus,tenetur re
promittere debito & de dolo & culpa ſua etiam in ne
gligendo cõmiſſa,ita quòd ſi res immobilis pignorata
habuiſſet ſeruitutem,de qua ipſe creditor habuiſſet
notitiam,& negligendo ea vti illam amiſiſſet, tenere-
tur etiam de hoc,vt eſt tex.nota.in l.creditor.la j.ff. de
pignor.action.& iſta repromiſsio debet fieri cum fide
iuſſore,vt vult gloſſ.in l.debitor.§.fin.eod.titu.in glo.
in ver.nec quicquam.Sed Salice.ibi tenet contrarium
ex eo,quia dict.l.debitor.loquitur per verbum,repro-
mitto,nec ei adiungitur aliquod verbum,per quod co
gamur intelligere de fideiuſſore adhibendo in dicta
repromiſsione,iuxta nota.in l.j.ff.qui ſatiſd.cog. & in
l.ſancimus.ff.de verbo ſignifi.& puto Salic.rectè ſen-
7 tire.¶†Quarta concluſio eſt,quòd in dicta actione pi-
gnoratitia venit,quòd creditor cogatur compenſare
fructus perceptos ex re pignorata cũ ſuo credito,iux-
ta l.j.& 2.C.de pigno.actio.item venit,quòd creditor
teneatur de deterioratione rei pignoratæ facta , dolo
vel culpa ſua, & æſtimationem dictæ deteriorationis
tenetur reſtituere vel compenſare cum credito ſuo:vt
eſt text.& ibi glo.& docto.in d.l.2.in ſecundo reſpon-
ſo.Et propterea,vt dicit Bald.in dicta l.creditor.la ſe-
cunda.eo.titu.per illum tex.creditor ſatisfactus tene-
tur reddere pignus debitori in eadẽ qualitate , in qua
illud recepit. Et iſtud notandum eſt,ſecundum eum
pro formatiõe libelli in pignoratitia directa: quia de-
bet peti reddi rem in eo ſtatu intrinſeco,in quo erat
tempore pignorationis,ita quòd creditor tenetur de
inciſione arborum fructiferarum,ſed non de inciſio-
ne ſyluæ cæduæ,quæ eſt in fructu,ſecundum Baldũ ibi
8 per illum text.¶†Et intantum tenetur creditor de de-
terioratione rei per ſuam culpã facta,quòd licet poſt-
ea illam recipiat ſimpliciter in ſolutum à debitore, ta
mẽ adhuc remanebit obligatus debitori pro dicta de-
terioratione & damno,vt eſt glo.ſolennis in l.elegan-
ter.in princi.in glo.fin.in verſic.fortè quæ eſt paruula.
ff.de pignora.action.& illam ſequitur ibi Bart.& ma-

gnificat Paulus de Caſt.dicens quòd eſt perpetuò te
nenda menti,& quòd ſuper illa eſt facienda vna ma-
gna manus:& quòd alibi nõ reperitur.& approbat ibi
etiam Alexand.allegando pro ea text.in l.fina.ff.arbit.
9 fur.ceſ.qui ſatis bene probat.¶†Adde etiam,quòd di-
cta actio pignoratitia debitori datur cõtra dominum
pro pignore dato eius ſeruo peculiari nomine, & da-
tur peculiotenus,vt eſt tex.in l.ſi creditor.§.fin.ff.de pi
gnor.action.& ibi glo.& doct.¶Quinta concluſio eſt,
quòd creditor poſsidens pignus, tenetur ex fructib⁹
quos percipit,ſoluere collectas & tributa : vt l.in ſum-
ma.& ibi gloſſ.& Baldus.C.de pigno.& l.inter credi-
torem.ff.de pactis.Et ratio eſt,quia collecta debet ſol-
ui per poſſeſſorem percipientem fructus, vt habe-
tur in dictis locis, intantum, quòd pactum factum in
contrarium, vt ſcilicet ſoluatur per debitorem , qui
non poſsidet, non valet in præiudicium fiſci, vt eſt
textus in dicta l.inter creditorem . Si tamen creditor
ſolueret ſuo collectas vel alia onera publica,puta ex-
penſas impoſitas pro munitione viarum,quia fructus
non eſſent per eum percepti,vel non ſufficerent,poſſet
habere regreſſum contra debitorem,vt habetur in di-
cta l.in ſumma.Non tamen tenetur creditor rem ſibi
pignoratam ponere in ſuo æſtimo,ſecundum Bal.in l.
cum notiſsimi.in 3.colnm. C.de præſcript 30.anno.&
habetur per Alexand.poſt Barto.l.Titio.in prin.ff.ad
Municip.de quo tamen vide ſupra in 3.parte in primo
10 membro,nu.48.vbi plenius de hoc. ¶†Sexta conclu-
ſio eſt,quòd licet creditor habens pignus, poſsit etiã,
ſi vult,agere contra debitorem,vt ſibi ſoluat:tamẽ in-
uitus ad hoc cogi non poteſt,ſed ipſe debitor, ſi vult
ſibi pign⁹ reſtitui,tenetur offerre & deponere ipſi cre-
ditori.textus eſt & ibi notat Baldus in l.creditor.C.de
pign.& facit pro hoc titulus,& maximè l.j.C.vt nemo
inui.age.vel accu.coga.Sed bene eſt verum , quòd ſi
creditor vellet agere ad debitũ,tenebitur offerre pi-
gnus:aliàs repelletur exceptione doli.l.apud Celſum
§.item quæritur ſi vniones.ff.de exceptio.doli.& not.
Baldus in cap.fin.in tit.de conten.inter dom.& fid.de
11 inueſti.feud.¶†Quæritur modò in materia,an ſicut a-
ctio pignoratitia directa cõpetit debitori pro pigno-
re conuentionali,vt ſupra probatum eſt,ita etiam cõ-
petat pro pignore prætorio:puta, ſi creditor fuit im-
miſſus in poſſeſſionem bonorum debitoris ex primo
decreto,& per conſequens conſtitutum pignus præto
rium,iuxta l.non eſt mirum.§.j.ff.de pignorat.action.
& debitor ſoluit vel obtulit & depoſuit ſuum credi-
tum creditori,an poſsit agere contra eum pignorati-
tia ad repetendum bona,in quibus facta fuit immiſ-
ſio:& breuiter dicendum eſt,quòd ſic.caſus eſt, & ibi
not.in l.inquilino.cum l.ſequent.ff.de damn.infect. &
in l.is cui.§.quæri poterit.& ibi Barto.ff.vt in poſſ.le-
ga.dicit tamen ibi Barto.quòd in iſta pignoratitia,ve-
nit dolus & lata culpa,& non leuis,p allegata ibi per
eum:in conuentionali autem venit etiam leuis culpa.
vt notaui ſupra in membro prætorij pignoris in tertia
parte.in 2.membro.& plenius in 5.parte principali, in
quinto membro.num.106.& 107.Et quòd etiam in pi-
gnore prætorio detur pignoratitia, eſt tex.& ibi Bart.
in l.ſi pecuniam.ff.de pignor.actione.& ibi etiam per
Paul.de Caſtr.& per Bald.in rubric.C.eod.titul.& per
Ange.de Are.Inſtitu.de act.§.actionum.col.24.in ver.
12 quæro,an pignoratitia.¶†Vlterius quæritur,an ſi de-
bitor agat contra creditorem directa pignoratitia ad
reſtitutionẽ pignoris, poſsit creditor excipere de do-
minio contra debitorem à quo cauſam habet. Et in
hac quæſtione pro intelligentia præmittendum eſt,ꝙ
debitor ſoluto debito poteſt agere contra creditorem
ad reſtitutionem pignoris duplici actione, videlicet
rei vendicatione,& actione pignoratitia, & ſic actio-
ne,reali,& actione perſonali ex contractu:vt l.nec cre-
ditores.& ibi gloſſ.& Bald.C.de pignorat.actione. An
ergo creditor poſsit excipere de dominio contra debi
torem agentem?Bald.in d.l.nec creditores.ponit quan
dam diſtinctionem,& ibidem Salicet.ponit aliam di-
ſtinctionem magis plenam.Sed Bart.in l.ſi alienam.ff.
ſolu.matri.magis latè & magiſtraliter diſtinguit.& ex
eius diſtinctione,quatenus pertinet ad terminos no-
ſtros,pono tres concluſiones.¶Prima concluſio eſt,ꝙ
quando actione perſonali ad id,quod directo deſcen-
dit à contractu,de cuius ſubſtantia eſt,quòd agens ſit
dominus,poteſt cõtra agentem opponi iſta exceptio,
Tu non es dominus:ſed onus probandi incumbit ex-
cipienti,ſ.quòd agens non ſit dominus.& cum hac cõ
cluſione Bartoli tranſeunt communiter doctor.vt latè
per Alexan.in dict.l.ſi alienam.Et ab hac concluſione
Bart.ibi excipit d.l.nec creditores.C.de pign.act.quia
ſecundum eum,ad producendum pignoratitiam non
requiritur,ꝙ debitor qui dat rem pignori,ſit dominus
illius rei,licet quandoque ad conſtituẽdum ius in re,
puta hypothecam,ſic.& ſic vult Bart.quòd pignorati-
tia non requirat dominium ad ſui ſubſtantiam in debi
tore qui dedit pignus.& de hoc eſt text.in l.ſi rem alie
nam.§.is quoque.ff.de pigno.actio.& dicam infrà in li
bello pignoratitiæ.Et propterea cõcluditur,quòd ſub
iſta prima concluſione non cadit quæſtio noſtra, ſed
cadit ſub ſequenti concluſione.¶Secunda igitur con
cluſio eſt,quòd quando ad ſubſtantiam contractus nõ
eſt neceſſe,quòd agens fuerit dominus,non poteſt per
reum conuentum habentem cauſam ab agente,oppo-
ni exceptio dominij,videlicet quòd agẽs non ſit domi
nus,niſi in vno caſu,ſcilicet quando res in qua debet
fieri executio,non extaret:quia tunc poſſet opponi ex
ceptio dominij ad effectum,vt per hoc conuentus te-
neatur ſolum ad æſtimationem poſſeſsionis,non autẽ
ad æſtimationem proprietatis rei,per l.ſi mulier.§.qui
poſſeſsionem.ff.quod met.cauſ.¶Niſi fortè reus con-
ueniatur ratione doli vel ſui delicti:quia tunc agens,
non obſtante exceptione,conſequetur etiam æſtima-
tionem proprietatis,vt vult Barto.in l.commodare.ff.
commoda.per l.conductores.C.loca.& l.non ab re.C.
vnde vi.Sed iſtam reſtrictionem Bar.in d.l.commodá-
re. reprehendit Alexã.in d.l.ſi alienam.& ſequitur ſim-
pliciter opinionem Ba.ibi,quam ſuprà retuli.Et(vt ſu-
prà dixi)ſub iſta concluſione cadit actio pignoratitia,
& quæſtio noſtra:quia ad ſubſtantiam actionis pigno
ratæ nõ eſt neceſſe,quòd debitor qui dedit pignus,fue
rit vel ſit dominus rei pignori datæ:licet ad conſtituẽ-
dum hypothecam & hypothecariam actionem requi-
ratur bene quòd debitor pignorans ſit dominus, vt l.
aliena.in princ.& ibi per gl.& doct.ff.de pign.action.
Vnde concluditur,quòd creditor conuentus ex con-
tractu actione pignoratitia à debitore,non poteſt exci
pere quòd agens non ſit dominus, niſi in caſu notato
per Bar.in d.l.ſi alienam.ſuprà relato.¶Tertia cõclu-
ſio eſt,quòd contra agentem ex contractu,poteſt con-
uentus etiam habens cauſam ab eo,excipere de domi-
nio ipſius excipientis.per l.qui rem.ff.depo.& l.bona fi
des.eo.tit.& ita tenet Alexã.in d.l.ſi alienã.latè defen-
ſando opin.Bart.per multa,quæ omitto.¶Concluden-
do ergo in terminis noſtris,ſi contra debitorem agen-
tem pignoratitia creditor excipiat de ſuo dominio,de
bet talis exceptio admitti:ſi autem excipiat,quòd de-
bitor agens non ſit dominus, ſua exceptio non debet
admitti,vt dixi ſuprà in ſecunda concluſione.¶Et cum
iſta opinione concordat etiam Salice.in ſua diſtinctio
ne in l.non vnde.C.ſi cert.pet.in vlti.membro.in verſi.
ſecundo caſu.quãdo excipit de ſuo proprio dominio,
&c.Et de iſta materia vltra not.per Bart.& Alex.in d.l.
ſi alienam.vide etiam ſuprà in 2.parte.in 3.membro.in
8.limita.nu.62 vſque ad nu.68.& plenè pe Bar.etiam in
d.l.commodare.ff.commoda.Nam hic tetigi tantum
ea quæ faciunt ad terminos pignoratitiæ.Et per hęc ſit
expedita pignoratitia directa, &c. Videndum modo
de



de actione pignoraticia contraria,cui ſ.competat, &
13 pro quibus.¶†Et primo ſciendum eſt,quòd ſicut pi-
gnoratitia directa competit debitori,vt dictum eſt ſu
prà,ita iſta pignoratitia contraria competit credito-
ri,vt eſt tex.in l.tutor.§.contrariam.ff.de pig.act.Et de
hac actione & de pluribus aliis actionibus directis &
contrariis,& quando & quomodo naſcantur,habetur
latè per Bart.in l.curatoris.C.de neg.geſt.& cum Bar.
tranſeunt communiter alij,vt ibi per Alexã.Competit
autem iſta actio contraria pignoratitia creditori con
14 tra debitorem in pluribus caſibus. ¶†Et primò com-
petit pro expenſis neceſſariis factis per creditorem in
re pignorata, puta in fulendo vel reficiendo domum
pignoratam,vel in ſeruis pignoratis infirmis medicã-
dis,vel in illis cibandis,vel in aliis expẽſis neceſſariis.
vt eſt tex.& ibi gl.& doctores in l.ſi neceſſariis.in prin
15 cip.ff.de pig.acti.¶†Et expenſæ neceſſariæ dicuntur,
quibus non factis res erat peritura,vel deterior futu-
ra,vt l.impenſæ.ff.de verb.ſigni.& not.gl.j.in d.l.ſi ne-
16 ceſſarias. ¶†Et per prædicta dixit Bar.in l.interdum.
cum l.ſeq.ff.qui pot.in pig.hab.quòd creditor non ſo-
lum poteſt repetere expenſas factas in equo ſibi pigno
rato,puta in alimentis ipſius & in famulo,ſeu rogatio,
eum cuſtodiente.& in penſione ſtabuli: ſed ꝙ etiã in il
lis præferri debet omnibus aliis creditoribus anterio
ribus,cùm tales expenſę ſint factę ad conſeruationem
rei.per tex.in d.l.interdũ.& faciunt no.per Bal.in l.re-
ſtituendo. C.de peti.hered.& vide quæ circa hoc late
17 ſcripſi ſupra in 5.parte,in 2.membro.nu.23.& 25. ¶†Et
pro declaratione prædictorũ adde, ꝙ quãdo creditor
repetit tales expẽſas,abſque alia probatione in dubio
præſumuntur tales expenſæ factæ,& per eum factæ,vt
notat Bart.in l.cùm ſeruus.in verſi.eadẽ ratione dico,
&c.ff.de verborum obliga.declarando tamen deciſio
nem Barto.vt ibi per Alexan.poſt Imol.¶Adde etiam,
ꝙ creditor equum pignoratum dedit ad vecturam,te-
netur illam vecturam computare cum expenſis factis
pro dicto equo.& etiam ſi quid ſupereſt in ſortem , vt
not.Bal.in l.2.C.de par.pig.& refert & ſequitur Alexã
in l.ſi ſeruos.ff.de pig.action.Item adde,ꝙ ſi res pigno.
rata eſt penes ipſum creditorem pro prædictis expen-
ſis,datur ipſi creditori retentio:ſed ſi res ſit apud aliũ,
vel ſit aliquo caſu perempta:tũc datur ei actio pigno-
ratitia cõtraria,vt eſt textus in dicta l.ſi neceſſarias.Et
18 prædicta procedunt in expenſis neceſſariis. ¶†Sed ſi
creditor feciſſet expenſas vtiles tantum, tunc ita de-
mum illas repetere poterit,ſi illas feciſſet de volunta-
tate expreſſa vel tacita ipſius debitoris:& tacita volun
tate dicitur fieri, quando creditor proſequutus fuit
expenſam,quam facere inceperat debitor: dummodo
talis expenſa non ſit nimis oneroſa debitori:quod re-
linquitur arbitrio iudicis,vt eſt pulcher tex.in l.ſi ſer-
uos.ff.de pign.action.& ibi clarè per Paulum de Caſt.
Item intellige dummodo poſt impenſam inceptam
per debitorẽ,ipſe debitor non ſit lapſus facultatibus,
ita quòd non ſit veriſimile,tunc debitorẽ voluiſſe con
tinuaſſe dictam expenſam nam tali caſu creditor non
poſſet repetere expenſam voluntariam. Ita declarat
Paulus de Caſt.in d.l.ſi ſeruos.& bene iudicio meo.
19 ¶†Secundò competit etiam dicta actio pignoratitia
cõtraria creditori,quãdo ei fuit data pignori res alie-
na eo ignorante,vel aliter debitor malitioſè ſe geſsit
in conſtituendo pignore,vt eſt tex.in l.ſi rem alienam.
la prima.in princ.ff.de pign.action.& glo.ibi exempli
ficat illud verbum malitioſe,quando debitor daret pi
gnori rem , quam ſciebat ſe obligare non poſſe: puta,
quia obligatio erat prohibita à teſtatore, vt l.pater.§.
fundum à filio.ff.de lega.3.vel quia ſcienter obligauit
ſeruum furem.l.ſi ſeruus.ff.de pigno.action.intantum
quòd ſi dominus rei quã debitor obligauit, ſuccedat
ipſi debitori, non reconualeſceret pignus, nec credi-
tori competeret directa vel vtilis hypothecaria ad di
ctam rem,vt l.rem alienam.ff.de pignor.action.ſed ſo-
lum competeret ei cõtra illum hæredem debitoris vti
lis pignoratitia contraria pro damnis & intereſſe ſuis
ob rem alienam ſibi obligatam à debitore,vt eſt tex.&
ibi not.Bart.in l.ſi Titio.ff.de pignor.poſt gl.ibi.& la-
tius declarat ibi Salicetus,quem vide omnino.Ad idẽ
textum in l.tutor.§. contrariam.ff.de pignoratitia a-
ctione . vbi habetur,quòd ſi debitor rem alienam, vel
rem ſuam alteri hypothecatam pignori det ſecundo
creditori,ſi res illa non ſufficiat vtrique creditori,da-
bitur ſecundo creditori contra debitorem pignorati-
tia contraria,& idem ſi debitor det pignori rem in pu
blicum obligatam,vt eſt textus in d.§.contrariam . Et
prædicta militant,etiam ſi debitor ignoranter prædi-
cta bona obligaſſet:quia non obſtante eius ignorantia
omnino tenebitur contraria pignoratitia,quòd ſi ſciẽ-
ter obligaſſet vltra pignoratitiam,tenebitur etiam cri
mine ſtellionatus:vt eſt textus in d.§.cõtrariam.& ibi
declarant Bart.Salicetus & Paul.de Caſtr.Si autem cre
ditor reciperet ſcienter pignori rem alienam,vel alte
ri obligatam,vel membroſam,quia de illis contentus
fuit,non haberet contrariam pignoratitiam:vt eſt tex.
in d.§.contrariam.in fin.& ibi optime declarat gloſſ.
20 ¶†Sed dubitatur in prædictis,quando creditor agit
contraria pignoratitia contra debitorem,ex eo,quòd
res aliena fuit ſibi pignori data,ad quid agere debeat?
Et gloſſ.not.in l.cum debitore.ff.de pign.action.dicit,
quòd agi debet ad intereſſe.& iſtud intereſſe ſecũdum
gloſſ.ibi poteſt conſiderari variis reſpectibus , & pri-
mo ſi creditor erat creditor alicuius alteri⁹ debiti chi
rographarij.Nam tunc ſi creditor habuiſſet hypothe
cam,potuiſſet illam retinere pro credito chirographa
rio contra debitorem,iuxta l.vnic.C.etiam ob chiro.
pecu.Secundo,ſi erat naturale debitum tantũ.pro quo
res pignori data fuit:nam tunc cùm non haberet actio
nem de iure ciuili,iuxta l.legem.C.de pactis. potuiſſet
ſibi per retentionem prouidere.l.per retentionem.C.
de vſu.Tertiò,quia ſi habuiſſet pignus,non fuiſſet litĩ
gaturus.prout eſt facturus cum ſola actione perſona-
li,& ſupportaturus expenſas litigando.
¶Subdit glo.quòd alij dixerunt,quòd iſtis caſibus nõ
poſsit creditor agere ad intereſſe,ſed vt aliud ęque bo
num pignus ſibi detur.Sed Barto.& Salicet.in d.l.cum
debitore.in hoc vltimo tenent contra gloſſ. quia licet
debitor iſto caſu poſsit liberari dando creditori aliud
pignus æque bonum,arg.l.ſi quis domum.C.loca.Ta-
men iſtud, quòd debitor teneatur dare aliud pignus,
non eſt in obligatione,& ideo creditor non poteſt ad
hoc agere,& ita firmant ibi Bartolus & Salice.ſequen-
tes gloſſ.in aliis.& ſubdunt,quod d.l.cum debitore.cũ
gl.eſt tenenda menti pro formatione libelli in iſta act.
pignoratitia contraria.Intellige tu in caſibus ibi nota
tis,videlicet quando res aliena,vel alteri obligata fuit
data pignori.nam ſecundum Bartolum ibi æſtimabi-
tur iſtud intereſſe tanti,quanti minus valet illud no-
men propter defectum dictæ rei pignoratæ.per l.j.§.ſi
hæres.ff.ad Trebellianũ.Et ad iſtud intereſſe aget cre-
ditor.In aliis autem caſibus,in quibus(vt dictum eſt ſu
prà in primo caſu,& dicetur infrà in caſibus ſequenti-
bus)libellus erit formandus ſecũdum terminos illius
caſus,in quo pignoratitia contraria poterit compete-
re.Et adde prædictis no.per Bal.in l.creditor qui frau-
des.C.de pignor.action.¶†Vnum tamen in prædictis
21 eſt notandum,quòd quando creditor habet pignora-
titiam contrariam ex eo,quia fuit deceptus in pigno-
re iuxta dict.l.cum debitore.quòd ſi tali caſu vltra pi-
gnus fuit etiam datus fideiuſſor creditori,quòd cõtra
talem fideiuſſorem non dabitur creditori actio pigno
ratitia contraria ad intereſſe prædictum,ſed ſolum ad
pecuniam debitam,vt eſt text.not.& ibi etiam no.Bar-
tol.in l.ſi in pignore.ff.de fideiuſſo.qui reddit rationẽ,
videlicet,ꝙ fideiuſſor non ſe obligauit pro qualitate

22 pignoris dati,ſed pro pecunia ſoluenda. ¶†Tertiò cō
petit dicta actio pignoratitia contraria creditori,quā-
do debitor conduxit pignus à creditore,& poſteà de-
trectat illud reſtituere:nam dabitur creditori contra-
ria pignoratitia ad intereſſe,non autem ad pignus re-
ſtituendum:quia ad hoc habet creditor interdictū de
precario,vel hypothecarium,vt eſt text.iuncta gloſ.in
l.ſi pignore.§.ſi poſt diſtractum.ff.de pig.action.& ibi
Barto.Pau.deCaſtro,& Salice.Et iſto caſu cùm agatur
de fide rupta,quia ſcilicet debitor conducens pignus,
& promittens reſtituere,modo recuſat,& ſic fidem rū
pit,ob fidem ruptam deferetur creditori iuramentum
in litem,vt eſt tex.in l.ei apud quem.à contrario ſenſu.
ff.depoſit.& no.gl.in dict.l.ſi pignore.in §.ſi poſt.inver
ſicu.tenetur.& ibi ſequuntur Barto.Paulus de Caſt.&
Salice.quod eſt ſpeciale,vt ſcilicet in actione contra-
ria deferatur iuramentum in litem ob fidem ruptam:
aliàs autem regulariter in actionibus contrariis nō da
tur iuramentum in litem,ſed in directis bonæ fidei ſic,
vt not.gl.in l.in actionibus.in gl.in verſicu.bonæ fidei.
ff.de in litem iuran.& gl.in l j.§.in depoſiti.& in dicta
l.ei apud quem.ff.depoſi.& habetur per Alexan.in cō-
ſi.214.quando dolus.ſeptimo volumi.¶Quarto compe
tit creditori pignoratitia contraria,ſi debitor pignora
uit ſeruum eidem debitori,cui poſteà ſeruus furtum
fecit .Nam iſto caſu dabitur creditori pignoratitia cō
traria pro intereſſe furti ſibi facti contra ipſum debi-
torem,& hoc ſi debitor ſcienter ſeruum furem pigno-
rauit:videlicet ſciens illum eſſe furem. Nam ſi ignorā
ter dediſſet,excuſaretur dominus dando illum noxæ:
vt eſt text.in l.ſi ſeruus.ff.de pig.action.& ibi glo.Bar.
23 Paul.de Caſt.& Salice.¶†Quintò competit etiam cō-
traria pignoratitia creditori,quando debitor conue-
nit dare vnam rem pignori,& loco illius dedit aliam,
puta quia pro auro dedit æs.Iſto enim caſu datur con
traria pignoratitia pro intereſſe,& etiam actio ex cri-
mine ſtellionatus.tex.& ibi no.Docto.in l.ſi quis in pi-
gnore.ff.de pignor.action.Sed ſi debitor iam tradidiſ-
ſet aurum pignori,& poſteà loco auri ſubmitteret æs,
teneretur debitor furti , vt etiam de hoc eſt ibi caſus.
Similiter teneretur furti debitor,ſi nondum tradidiſ-
ſet rem obligatā creditori,ſed illam recognouiſſet te-
nere pro eo,& poſteà illam contrectaret:nam contre-
ctando debitor committeret furtum,& teneretur fur-
ti,vt not.Bartol.in l.ſed nec.in fin.ff.de condit.fur.per
alleg.ibi per eum.
24 ¶†Sextò datur etiam contraria pignoratitia credito-
ri,quando debitor ei pignorauit rem alienam puta Ti
tij,& poſteà Titius dominus illius rei ſucceſsit debito
ri.nam per hoc non reconualeſcit pignus,ſed bene cō
tra Titium,vt hæredem debitoris dabitur creditori
pro ſuo intereſſe vtilis pignoratitia,vt l.ſi Titio.& ibi
gloſſ.Barto.& Salic.ff.de pign.& dixi ſuprà in ſecundo
caſu.& ſic remanet expedita materia pignoratitiæ.
25 ¶†Reſtat ſolum ponere aliqua circa formā libelli,tam
in directa,quam in contraria pignoratitia . In quo li-
cet Ange.de Are.Inſtitu.de acti.in §.actionum.in ma-
teria pignoratitiæ vtranque formam libelli ponat,vi-
delicet tam in contraria,quam directa:tamen ipſe po-
nit formam libelli in vno caſu tantum:videlicet in di-
recta pignoratitia,quando debitor agit ad reſtitutio-
nem rei pignoratæ.Et nihilominus,vt conſtat ex rela-
tis ſuprà in pignoratitia directa,in pluribus aliis caſi-
bus poteſt competere.Et primò,quando pignus vendi
tum fuit per creditorem pluris , quam ſit debitū.nam
competit directa pignoratitia ad illud,vt dictum fuit
ſuprà in hoc tertio membro.nume.1.Secundo compe-
tit etiam pro damno,quod debitor prætenderet in pi-
gnore,ex dolo,vel culpa lata vel leui creditoris,vt di-
xi ſuprà in hoc tertio mēbro.nu.4.Tertio cōpetit etiā,
quando debitor prætendit damnum ex negligētia cre
ditoris,vt dixi ſuprà in hoc tertio mēbro,nu.5.Quartò
competit etiam,vt fructus per creditorem computen
tur in ſortem,& ſimiliter æſtimatio deteriorationis,vt
in hoc tertio membro,nume.7.& 8. Quinto competit
etiam pro pignore prætorio,vt ſuprà in hoc membro,
numer.12.& etiam in aliis caſibus,qui poſſunt colligi
ex diſcuſsis in materia. Erit ergo formandus libellus
in iſta actione pignoratitia directa ſecundum occur
rentiam caſus , ex quo agendum erit , & ſic non ſem-
per eodem modo,vt videtur velle Ange.de Aret.in d.
26 §.actionum.¶†Inſuper in vno eſt aduertendum circa
formam dicti libelli directæ pignoratitiæ,quòd Ange.
de Aret.in d.§.actionum.in libello pignoratitiæ dire-
ctæ,præſupponit eſſe in hoc libel. deducere,quòd res
pignorata ad cuius reſtitutionem agitur,ſit ipſius de-
bitoris,dum dicit,ideo ſe dixiſſe in libello meum li-
brum:quia licet quis rem alienam poſsit vendere,& te
neat venditio in præiudicium venditoris,l.rem alie-
nam.ff.de contrahen.empt.non tamen poteſt quis rem
alienam obligare,niſi dominus conſentiat,vel fraudu
lenter diſsimulet.vt l.2.C.ſi alien.res pig.dat.ſit.Et ſic
vult ipſe,quòd ex quo res aliena non poteſt pignori da
ri,ideo pro ea non competat pignoratitia directa , &
per conſequens,quòd in hoc libello debeat deduci do
miniùm debitoris ignorantis.Sed errat manifeſtè An-
ge.de Are.quia licet verum ſit,ꝙ res aliena non poſsit
pignori dari,vt l.alie.in prin.& ibi no.gl.ff.de pig.act.
& d.l.2.C.ſi alie.res pig.da.ſit.& ſi detur,in ea nō con-
ſiſtat hypotheca,vt dictis iuribus:tamen hoc non ob-
ſtante,debitor qui dictam rem pignori dedit , ſoluto
debito,poteſt ad dictam rem alienam ſibi reſtituēdam
agere directa pignoratitia,vt eſt tex.in l.rem alienam.
§.is quoque.ff.de pigno.act.Quinimmo etiam prædo
qui rem pignori dedit,ſoluto debito,habet directā pi
gnoratitiam ad rem alienā pignori datam,& etiam ad
fructus,vt in ſortem computentur:vt eſt tex.& ibi no.
Bar.in l.ſi pignore.§.ſi prædo.ff.de pig.act.Non obſtat
ꝙ in re aliena non poſsit conſtitui pignus & hypothe
ca,vt dictum eſt:quia reſpondetur,ꝙ ad producēdum
pignoratitiam actionem directā ſufficit,rē eſſe tradi-
tam ex cauſa pignoris:etſi ipſum pignus non ſortiatur
effectum,vt eſt tex.& ibi gl.Bar.& Paul.de Caſt.in l.ſo
lutum.§.omnis ff.de pig.quod nota,quia Are.nō bene
27 aduertit.¶†Libellus etiam in pignoratitia contraria,
quæ datur creditori,ponitur etiam per Aret.in d.§.a-
ctionum.Sed ponitur ſolùm,quando creditor agit di-
cta ratione ad expenſas per eum factas in re pignora-
ta.Tu autem aduertas,ꝙ poteſt formari in ſex caſibus
notatis ſupra in hoc tertio membro,à nu.19.vſq; ad nu
me.33.In quibus contraria pignoratitia competere po
teſt,& ideo ſecundum contingentiam cōſiderabis di-
ctos caſus,& libellum tuum formabis aptè ſecundum
occurrentem caſum,& hoc ſeruando,errare non pote
ris.Et per hæc ſit expedita tota materia pignoratitiæ,
& tertium membrum iſtius 7.partis principalis.

## Octaua pars principalis.

SEquitur modò octaua parsprincipalis,&
vltima iſti⁹ noſtri tractat⁹,in qua ponitur
materia actiōis hypothecariæ.Et diuidi
tur in tres partes.In prima parte tractabi
tur de natura iſtius actionis hypotheca-
riæ,& quæ requirantur vt illa competat.In ſecūda vi-
debimus,quibus perſonis,& contra quas perſonas, &
pro quibus rebus competat.In tertia verò parte diſcu
tiemus,quando iſta actio oriatur,& quæ ſint proban-
da ab obtinendum in ea,& de modo libellandi,&c.

### SVMMARIVM

1 *Actio hypothecaria differt ab interdicto Saluiano in pluribus.*
2 *Appellari poteſt à ſētētia lata ſuper hypothecaria.*





3 *Appellari an poſſit à ſententia lata interdicto Saluiano.*
4 *Interdictum Saluianum in cuius fauorem fuerit introductum,& in quem finem.*
5 *Actio directa oritur,vbicunque in aliqua diſpoſitione iuris concurrunt verba & mens legiſlatoris.*
6 *Interdictū Saluianum dicitur poſſeſſorium, & datur ſolùm reſpectu poſſeſſionis.*
7 *Interdictum Saluianum à quo dicatur.*
8 *Actio hypothecaria,& quaſi Seruiana,in nihil differunt.*
9 *Actio perſonalis & hypothecaria,an in eodem libello cumulari poſſint.*
10 *Agi non poteſt contra tertium poſſeſſorem hypothecaria,niſi prius actum ſit perſonali contra principalem debitorem vel eius hæredes.*
11 *Actio hypothecaria non procedit contra tertium poſſeſſorem,niſi prius diſcuſſis bonis principalis debitoris & fideiuſſorum.*
12 *Excuſſio bonorum alicuius,præſupponit citationem poſſidentium & fideiuſſorum.*
13 *Citatio in caſu excuſſionis bonorum alicuius , debet eſſe ſpecialis.*
14 *Notorium releuat ab onere probandi.*
15 *Notoriè non ſoluendo quem eſſe , qualiter intelligatur.*
16 *Excuſſio multis caſibus in actione hypothecaria non requiritur.*
17 *Caſu quo debitor lite pendente alienauit rem hypothecatam poteſt poſſeſſor abſque debiti principalis excuſſione,conueniri hypothecaria.*
18 *Creditor cui actualiter traditum eſt pignus,ſi cadat ab eius poſſeſſione poteſt,dimiſſo principali,illud hypothecaria recuperare.*
19 *Nomine debitoris obligata creditori,poteſt ipſe creditor ad illud agere vtili hypothecaria abſque excuſſione debitoris principalis.*
20 *Creditor habens generalem & ſpecialem hypothecam,an poſſit cumulatè agere pro vtraque.*
21 *Excuſſio non eſt neceſſaria in hypotheca legali.*
22 *Excuſſio quo iure fuerit introducta.*
23 *Excuſſio non requiritur in repetitione dotis.*
24 *L.promittendo.ff.de iur.dot.quo caſu procedat.*
25 *Lex poteſt fieri de caſu dubitabili.*
26 *Statutum generale,quòd nulla mulier poſſit contrahere:ſine certa forma,an cōprehendat cauſam dotis.*
27 *Excuſsio au procedat in cauſa dotis.*
28 *Iuris apex non conſideratur, vbi procedendum eſt, ſola facti veritate inſpecta.*
29 *Exceptio excuſſionis non competit mercatoribus, campſoribus, numulariis,& ſimilibus perſonis.*
30 *Exceptio excuſſionis,an admitti poſſit coram arbitro & arbitratore.*
31 *Exceptio excuſſionis poteſt dupliciter conſiderari.*
32 *Excuſſio non procedit,vbi agitur vigore inſtrumēti guarentigiati,vel habentis executionem paratam.*
33 *Præſcriptio impedit excuſſionem.*
34 *Exceptio excuſſionis quando ſit in iudiciis opponenda.*
35 *Exceptio excuſſiōis,opponēda eſt clarè & ſpecificè.*
36 *Exceptio excuſſionis omiſſa in prima inſtantia,non poteſt amplius opponi.*
37 *Excuſſionis exceptione , pendente iudicio hypothecario appoſita duobus remediis prouidetur actori.*
38 *Excuſſio facta ad inſtantiam vnius creditoris , an proſit aliis creditoribus in aliis cauſis.*
39 *Excuſſionis ſentētia an tranſeat in rem iudicatam, ita quòd ab illa appellari non poſſit.*
40 *Excuſſio facienda contra hæreditatem iacentem, requirit curatoris dationem:aliàs eſt inualida.*
41 *Excuſſione facta contra debitorem, & lite cōteſtata contra tertium poſſeſſorem,ſi poſtea ſuperueniant bona debitori , poteſt tertius poſſeſſor etiam poſt litis conteſtationem de illis excipere.*
42 *Excuſſio an ſit facienda de bonis extra territorium iudicantis exiſtentibus.*
43 *Res inutiles pro nihilo in excuſſionibus habentur.*
44 *Excuſſionis forma quæ ſit remiſſiuè.*
*Excuſſio fit de illis bonis tantū,quæ ſine controuerſia poſſideri poſſunt.*
45 *Sententia hypothecariæ non transfert dominium in creditorem,& ſententia lata in ea contra vnum,nō poteſt exequi contra alium.*
46 *Hypothecaria obtenta pro aliqua re, quæ non ſufficit pro toto debito,non tollit perſonalem in reſiduo.*
47 *Hypothecaria non oritur ex obligatione contracta in diem rectam pendente die,niſi debitor ſit ſuſpectus de fuga.*
48 *Hypothecaria datur inſolidū contra vnum ex poſſeſſoribus bonorum obligatorum.*
49 *Dictio,omnis,in ſingulari numero eſt diſtributiua, & attribuit actum cuilibet inſolidum.*
50 *Hypothecaria ideo competit inſolidum,quia eſt acceſſoria,ſicut dicitur in pluribus fideiuſſoribus.*
51 *Hypothecaria quæ datur pro legatis cōtra hæredes datur ad inſtar perſonalis:nec datur inſolidum, ſed pro hæreditarijs portionibus.*
52 *Hypotheca quæ datur pro grano,vino,oleo,& extēditur ad incrementum ſeu æſtimationem.*
53 *Creditor an poſſit propria authoritate occupare hypothecaria.*

## Octauæ partis primum membrum.

CAPIENDO itaque primum membrum
huius octauæ partis,in qua videndum eſt
de natura iſtius actionis hypothecariç,&
pro intelligentia,primò pręmittendū eſt:
quòd iſta actio hypothecaria differt ab actione pigno
ratitia in quinque,vt late dictum fuit ſupra in 7.parte,
in primo membro.nume.1.cum pluribus ſequentibus,
vbi abſque repetitione videre poteris.
¶Quo præmiſſo,pro faciliori intelligentia ponam in
materia iſtas nouem concluſiones: in quibus omnem
1 naturam iſtius actionis cōplectemur. ¶†Prima igitur
concluſio ſit,quòd iſta actio hypothecaria differt ab
interdicto Saluiano in pluribus.Et primò differt,quia
actio hypothecaria de ſui natura auocat ſolam poſſeſ-
ſionem ratione iuris hypothecæ,vt l.ſi cùm venditor.
in princ.ff.de euict.Et ideo iudicium quod intentatur
pro ea,dicitur petitorium.l.pignoris.ff.de pign. ſicut
etiam dicitur in rei vendicatio.quç aliquando auocat
poſſeſsionem tantum,aliquando nullam detentatio-
nem ratione dominij,vt l.officium.ff.de rei vendicat.
2 ¶†Ex quo infertur,quòd à ſententia lata ſuper hypo-
thecaria,de iure poteſt appellari: quia non eſt cauſa
momentaneæ poſſeſsionis,ſed ſapit naturam petito-
rij,vt ſingulariter voluit Bart.in l.j.C.de Salui.interd.
& ibi Salic.& Flori.& etiam Bart.in l.j.ff.eod.titulo.&
firmat Salic.in l.vnic.col.fin.6.q.C.ſi de mo.poſ.fuerit
app.In interdicto autem Saluiano eſt ſecus:quia illud
eſt poſſeſſoriū,& in eo de ſola poſſeſsione cōtenditur.
& ideo à ſentētia lata ſuper eo,non licet appellare de

iure ciuili,vt in d.l.vni.Ita firmat Bart.in d.l.j.ff.& C.
de Salui.interd.& Ang.de Aret.inſtit.de actio.§. item
Seruiana in 5.volu.& Corn.in conſil.190.j.volu. in li-
3 tera c & f.¶†Et dum dictum eſt, non poſſe appellari
de iure ciuili,intellige regulariter.Fallit autẽ in plu-
ribus caſibus not.per Iaſ.in l.j.C.de bon. poſſ.ſecun-
dùm tab. Et hoc, niſi per ſtatutum eſſet diſpoſitum
ſimpliciter, quòd in cauſa poſſeſſorij non poſsit ap-
pellari: quia tunc cùm ſtatutum contineat iuris iam
conceſsi extenſionem,intelligeretur præciſè prohibe
re appellationem etiam in caſibus de iure permiſsis,
ne alias reddatur ſuperfluum.Ita not.Bald.in l.2.C.de
appell.Sequitur Aret.in conſil.105.in præſenti dubita
tione in fin. quod facit ad conſtitutionem Marchiæ
Anconitanæ, per quam prohibetur appellatio in cau
ſa poſſeſſorij. ¶Et prædicta procedunt de iure ciuili:
ſed de iure canonico regulariter appellari poteſt,etiã
à lata ſententia ſuper mero poſſeſſorio,ſecundùm cõ-
munem opinionem,vt inquit Salic.in d.l.vni. C. ſi de
mo.poſſ.col.de Spec.de appell.§.j.verſi.6.Ioann.And.
& Abb.poſt alios in c.cùm ad ſedẽ.de reſti.ſpo.Ange.
de Aret.in l.fina.§.iuſſus.col.pen.de Appell.Decius in
con.28.in 4.colũ.Et in hoc conſiſtit prima differentia
4 inter hypothecariam & Saluianum interdictũ. ¶†Se-
cunda differentia eſt, quia interdictum Saluianum
principaliter fuit introductum in fauorem locatoris,
contra conductorem prædij ruſtici pro adipiſcenda
ſcilicet poſſeſsione rerum tacitè obligatarũ,pro pen-
ſione ſeu afflictu,& inductarum in prædium de ſcien
tia domini. Et ideo directum competit ſolì locatori
contra conductorem prædij ruſtici:quia verba inter-
dicti loquuntur de tali locatore & conductore, vt l.j.
5 in prin.ff.de Sal.inter.¶†Et quando in aliqua diſpoſi-
tione iuris concurrunt verba & mens legiſlatoris,tũc
habet locum,& oritur actio directa,vt not.gloſſ.Bart.
Alexan.& alij in l.curatoris.C.de neg.geſt.¶Sed quia
ex mẽte legis & dicti interdicti colligitur, quod iſtud
interdictum venit etiam dandum locatori prædij vr-
bani contra inquilinum, & etiam cuilibet creditori
contra debitorem, vt declarat Barto.in dicta lege j.in
princ.Ideo ex mente legis datur etiã illis iſtud inter-
dictum:ſed quia hoc non procedit ex verbis legis,ſed
ex mente tantum: ideo non datur iſtis directum, ſed
vtile interdictũ,vt ibi declarat Bar.quia quãdo habet
locum mens,& non verba,oritur ſolùm vtilis, & non
directa,actio: vt per gloſſ.& Bart.in d.l.curatoris. vn-
de quando iſtud interdictum Saluianum datur pro
adipiſceuda poſſeſsione bonorum debitoris obliga-
torum creditori,exiſtentium apud tertium poſſeſſo-
rem, vel etiam apud debitorem, cùm tunc detur ex
mente legis,& verba deficiant, datur vtile,& non di-
rectum:vt eſt text.& ibi declarant gloſſ.Bart. & alij in
d.l.j.in princ.& §.j.ff.de Saluia.interd.& gloſſ.Bart.&
Salic.in l.j.C.eod.tit.¶Et ex hoc reſultat ſecunda dif-
ferentia inter Saluianum interdictum & hypotheca-
riam:quia quãdo Saluianum interdictum datur con-
tra tertium poſſeſſorem bonorum debitoris,eſt vtile.
Sed hypothecaria eſt directa,vt declarat Barto.in l.fi.
6 ff.de Salui.interd.¶†Tertia differentia reſultat inter
hypothecariam,& Saluianum interdictum:quia iſtud
interdictum(vt dictum eſt)eſt poſſeſſoriũ. nam datur
ſolùm reſpectu poſſeſsionis coloni, vel inquilini, vel
debitoris: nec præſupponit pignus vel hypothecam
cõpetere ſuper re:quia nõ fundatur in proprietate vel
dominio,ſed præſupponit quaſi pignus,vel quaſi hy-
pothecã in ſola poſſeſsione pignorantis,vel hypothe-
cãtis, put in ſimili dicimus,in eo qui habuit titulũ à
poſſeſſore bonæ fidei,qui nõ eſt dominus. nã ille non
fũdat ſuã intẽtionẽ in dominio,ſed in quaſi dominio,
ex quo cauſatur Publiciana, vt in cap. abbate ſanè. de
re iudi.lib.6.& no.per glo.& doct.in l.j.ff. de Publi. &
inſtit.de actio.§.alie.& declarat ſolenniter Corne. in

conſi.190.in litera b, primo volu. Et propterea in hoc
interdicto Slauiano ſufficit probare,quòd colonus vel
inquilinus,vel debitor poſsidebat tempore contractę
obligationis,& ſic ſolam poſſeſsionẽ debitoris. Sed
in hypothecaria requiritur alia probatio,vt infra ſuo
loco dicetur.Ita no.glo. & ſequitur Bartol. reſpectu
probationis requiſitæ in iſto interdicto in dict.l.j. C.
de Sal.interd.& in d.l.j.in prin.ff.eo. & ſic habes ter-
tiam differentiam.¶Et iſtas differentias ponit Barto.
in d.l.j.C.de Salui.interd.poſt glo.ibi.& in dict.l.j. in
prin.& §.j.& in l.fi.ff.eo.& Ange.de Are.inſtit.de act.
§.itẽ Seruiana.col.5.vbi dat cautelam,ꝙ ſemper inten
tetur iſtud interdictũ,obmiſſa hypothecaria propter
faciliorẽ probationẽ,& alias vtilitates,de quibus ſu-
prà:& dicetur infrà in 3.parte huius 8.partis,in 7. con
7 cluſione.¶†Et adde ꝓdictis,ꝙ Saluianũ interdictum
dicitur à Saluio authore,vt vult Salicet.in rubr.C.de
8 Salui.interd.¶†Secunda concluſio eſt circa naturam
hypothecariæ,ꝙ actio hypothecaria & quaſi Seruia-
na,idem ſunt,& in nihilo differunt,vt eſt tex.Inſti. de
actio.§.item Seruiana in prin.& declarat Bart.in l.fin.
ff.de.Sal.interd.dicens ibi glo.eſſe corruptam.inquan
tũ dicit,ꝙ aliud eſt in hypothecaria,& aliud in quaſi
Seruiana.nõ enim debebat dicere, in quaſi Seruiana:
ſed,in Seruiana.Nam Seruiana actio datur pro rebus
coloni vel inquilini tacite obligatis: & tunc dicitur
ꝓprie Seruiana.Sed quãdo agitur ꝓ rebus aliter obli-
gatis,tunc dicitur quaſi Seruiana,quæ eſt idẽ cũ ipſa
hypothecaria,vt eſt text.in d.§.item Seruiana.iunctis
gl.& no.per Bar.in d.l.j.ff.de Salui.interd.Et ſic iſta a-
ctio Seruiana vel quaſi,ad idem competit,ad quod cõ
petit interdictum Saluianum,videlicet ad perſecutio
nem rerum colonorum & inquilinorum,& etiã aliter
obligatorum,& quãdo datur ad res colonorũ vel in-
quilinorũ,dicetur Seruiana:quando autẽ competit ad
alias res aliter obligatas,dicitur quaſi Seruiana,veluti
improprietur à ſui natura,quãdo datur cõtra alias res,
quàm coloni vel inquilini,vt eſt tex.in d.§.itẽ Seruia-
na.¶Seruiana tamẽ,vel quaſi,differt ab interdicto Sal
uiano in duobus. Primò,quia ſiue Seruiana detur ad
res coloni vel inquilini,ſiue quaſi Seruiana ad res alio
rum debitorũ,ſemper datur directa:ſed quãdo Saluia
num interdictum datur ad res inquilini vel aliorũ de-
bitorum,datur vtile:nam directũ ſolùm cõpetit con-
tra res coloni,vt no.Bart.in d.l.fi.ff.de Salui.interdict.
iunctis no.per eum in l.j.in prin.& §.j.eod.tit.Secũdò
differũt,quia Seruiana,vel quaſi,reſpicit proprietatẽ:
interdictũ autem Saluianum reſpicit poſſeſsionẽ tan-
tùm:vnde in Seruiana,vel quaſi, oportet probare res
fuiſſe colonorum vel inquilinorum vel aliorum debi-
torum.In interdicto autem Saluiano ſufficit probare,
res per eos fuiſſe poſſeſſas tempore contractę obliga-
tionis,vel poſt,quando ſumus in generali obligatione
& hypotheca.Ita declarat gl.in d.§.item Seruiana. in
glo.in ver.vel quaſi.& no.Barto.in d.l.j.in princi.ff.de
Salui.interdict.¶Adde etiam ꝙ iſtæ actiones, ſcilicet
Seruiana vel quaſi,dicuntur à ſeruando,forte hoc mo
do dictæ,quia omne ius aut in acquirendo,aut in ſer-
uando,aut in amittendo conſiſtit,vt l.fi.ff.de legib.ita
tenet gl.in d.§.itẽ Seruiana. in d.ver.quaſi.& ſunt iſtæ
actiones prætoriæ,vt eſt tex.in d.§.item Seruiana. In-
tellige tu reſpectu approbationis: quia leges primò à
prætoribus approbatæ ſunt,vt l.ius ciuile.ff.de iuſt.&
iure.& l.j.ff.commo.licet inuentæ ſint de iure ciuili,d.
l.ius ciuile.Ita declarat Areti.in d.§.item Seruiana.in
9 colum.fi.¶†Tertia concluſio eſt,quòd quando agitur
cõtra debitorem,poteſt in eodẽ libello cumulari per-
ſonalis & hypothecaria,vt in authen.de fideiuſſ.§.ſed
neque.Sed iſta cumulatio fieri non poteſt agẽdo inſi-
mul cõtra debitorem & tertiũ poſſeſſorem:quia inter
eos debet ſeruari ordo,vt prius agatur contra debito-
torem,& poſtea contra tertiũ poſſeſſorem:vt in auth.
ſed



ſed hodie.C.de action.& oblig.Ita notant Bald.& Sa-
10 lic.l.fin.eod.titul.¶†Et ideo non poteſt agi cõtra ter-
tium poſſeſſorem hypothecaria, niſi prius actum ſit
perſonali cõtra principalem debitorem, vel eius hæ-
redes,vel hæreditatem iacentem, vel fideiuſſores, ſi
extant:& niſi prius obtenta ſententia contra eos, vt
firmant Cyn.Bart.in l.perſecutione.C.de pign. arg.l.
ignoti.ff.de his quæ in fraud.credi.Et ita etiam tenet
Bald.& Salic.in authent.hoc ſi debitor. C. de pignor.
& plenè per Alexand.in conſi.51.pro deciſione penul.
col.5.volum.& in con.100.diſcuſsis,&c.pen. col.eod.
volum.¶Et hoc,niſi in caſu notabili, quẽ ponit Bart.
in d.l.perſecutione.in verſic.quid dicemus. videlicet
quando lite iam incepta contra debitorem, ipſe de-
bitor alienauit bona hypothecata.nam licet iſto ca-
ſu non contrahatur vitium litigioſi, quo ad alia: ta-
men contrahitur,quo ad hoc,vt poſſeſſor habens cau
ſam à debitore,poſsit conueniri ante ipſum debitorẽ:
ita not.ibi Barto.& ſequuntur Bald.& Salice. in dicta
authent.hoc ſi debitor,& not.Alexand. poſt Barto. in
dicta l.perſecutione.quod eſt perpetuo notandũ.¶Et
adde prædictis, quòd multo fortius requiritur, quòd
antequàm agatur hypothecaria contra tertios poſſeſ
ſores,debitor principalis ſit in mora ſoluendi: & ita
probetur,vt not.Barto.in l.rem alienam.in vlti. colũ.
in verſi.vnum tamen nolo obmittere.ff.de pign. acti.
per l.debitores.C.de pigno.vbi etiam hoc vult gloſſ.
magna.in fi.& ibi Bart.& Salic.& Salice.in l. cùm res.
C.ſi alien.res pig.da ſit.& Ang.de Are.Inſtit.de actio.
§.item Seruiana.in 4.colum.in verſi. vnũ addas.quod
eſt etiam valde notandũ, quia vidi aliquando exper-
11 tos cauſidicos in hoc errare.¶†Quarta concluſio eſt,
quòd etiam antequàm deneniatur contra tertium
poſſeſſorem per hypothecariam,eſt neceſſaria diſcuſ-
ſio bonorum principalis debitoris & fideiuſſorum,vt
in dict.authẽ.hoc ſi debitor.C.de pig.& ibi glo.Bart.
Bald.Salic.& alij.& in authen.de fideiuſſ.§.ſed neque
ad res.colla.j.& in authen.ſed hodie. & ibi per doct.
C.de actio.& oblig.& habetur per Bar.poſt.Dyn. in l.
inter eos.§. creditor.§.de fideiuſſ. At omiſſa excuſ-
ſione, quo ad fideiuſſores,& inſiſtendo ſolùm in ex-
cuſsione quæ requiritur antequàm intentetur hypo-
thecaria contra tertios poſſeſſores, quæ pertinet ad
tractatum noſtrum,vt iſta materia ordinatè expedia-
tur, primò ponam regulam, poſtea ampliationem ad
illam,& demùm ſubnectam fallentias. Regula er-
go ſit iam dicta, ſcilicet, quòd antequàm agatur hy-
pothecaria contra tertium poſſeſſorem, debet præ-
cedere excuſsio bonorum principalis debitoris per
iura ſuprà proximè allegata. Iſta autem regula am-
pliatur,vt non ſolùm debeat præcedere excuſsio, ſed
etiam pronunciatio iudicis, quòd ipſa excuſsio ſit
legitimè facta.ita firmat Barto.in l.prætor. §. hoc in-
terdictum.ff.de not.oper. nunciatio.& ibi latè Alexã.
qui defendit & comprobat opin.Barto.& Alexand.in
l.fin.in princ.ff.ſi cert.petat.& latius idem firmat Iaſ.
in l.ſtipulatio.§.habet autem.ff.de no.oper. nũciatio.
Cõmu. opin. vbi dicit,opinionem Bart.eſſe magis veram & com-
munem,idem latiſsimè comprobat Ange.de Aret.in-
12 ſtitu.de action.§.item ſi quis in fraudem.col.5.¶†Itẽ
amplia & declara regulã prædictam ſecundo modo:
videlicet,quòd in tali pronunciatione facienda ſuper
excuſsione, requiritur citatio fideiuſſorum & poſſeſ-
ſorum,vt concludit Barto.poſt Iaco.de Are.in l.decẽ.
ff.de verb.oblig.& opinionem Bart.ibi latè defendit,
comprobat,comuunem eſſe dicit Iaſ. in 10. columna
in ver.ſucceſsiuè quærit Bart.&c.Ita etiam tenet An-
ge.de Aret.in d.§.item ſi quis in fraudem.in 4.colum.
13 ¶†Tertiò amplia & declara regulam, quòd talis ci-
tatio non debet eſſe generalis, ſed requiritur quòd
ſit ſpecialis de fideiuſſoribus & poſſeſſoribus, quan-
do ſunt certi, vt per Alexand.in conſil.106. viſis &c.

pen.col.5.volum.Iſtud tamen de ſpeciali citatione in-
telligi debet in ipſa petitione ꝓnunciatiõis ſuper ex-
cuſsione: ſecus autem ante talem petitionem in pro-
ceſſu præcedenti contra principalem debitorẽ: nam
tunc ſufficit generalis citatiò,ſecundùm Io. de Imol.
Areti.& Alexan.in d.l.decem.ſed ibi Iaſ.in 12. colũ. in
ver.2.principaliter,&c.tenet indiſtinctè,quòd tam in
primordio proceſſus, quã in ipſa petitione pronun-
ciati requiratur ſpecialis citatio,& nõ ſufficiat gene-
ralis per fundamenta, de quibus ibi per eum. Et hoc
ſecundùm eum, præterquàm in vno caſu ſingulari,
videlicet quando eſſet citanda multitudo perſonarũ:
quia tunc etiam,quando perſonæ eſſent certæ,tamen
propter multitudinem admitteretur citatio per præ-
conem publicum in genere.ita dicit ſentire Bartol. in
extrauag. ad reprimendum, in verſicu.citatum.& ex-
preſsè notari per do.Ioan.Bap. Cacialupum in repe.
l.cunctos populos.in col.j.C.de ſum. Tri. & fide Ca-
thol.à quo Iaſon dicit ſe didiciſſe hoc, & eſſe paucis
notum,& perpetuo tenendum mẽti. ¶Iſta autem re-
14 gula recipit 12.fallentias. †Et primò fallit,quando
notoriè conſtaret, principalem debitorem non eſſe
ſoluendo. tunc enim non requiritur excuſsio: vt ha-
betur per gloſſ.Barto.Alexand.Iaſ.& alios in l.fina. in
princ.ff.ſi cert.peta.& facit,quia notorium releuat ab
onere probandi,vt in cle.appellanti.de app.& habe-
tur per legiſtas in l.ſi vero.§. qui pro rei. ff. qui ſatiſd.
cog.debet tamen allegari gloſſ.ſingu.in d.Cle. appel-
lanti Bartol.in dict.l.j.ff.de excep.Inno.Imol. & Abb.
in c.præterea,de dila.Imol.& Philip.in c.ex parte.de
app.Vnde ſi quis vellet obtinere agendo hypotheca-
ria contra tertium poſſeſſorem, non præcedente ex-
cuſsiõne,deberet ꝓponere & allegare quòd debitor
15 principalis notoriè non ſit ſoluendo †Sed dubitatur.
quando & quibus modis dicatur quis notoriè non
ſoluendo:& reſpondetur,quòd iſtud inter alios mo-
dos poteſt probari per librum æſtimi, vt habetur per
Ang.de Aret.inſtit.de actio.§.item ſi qui in fraudem.
colũ.3.& 4.per Alexand.in d.l.fin.in princ.in j.colum.
ff.ſi cert.pet.latiſsimè per Iaſonem.in l.decem.in 8.co
lum. in verſicu.iuxta iſtam gloſſ. quærit Barto. ff. de
verb oblig.¶Item iſtud probat quando debitor ceſsit
bonis,vel ſi vadit oſtiatim mendicando, vt per Iaſ. in
d.l.decem.in 10.colum.& per Ange.de Aret.in d.§. itẽ
ſi quis in fraud.in 4. columna. Idem eſt, ſi debitor
erat condemnatus pro delicto:& eius bona eſſent fi-
ſco publicata,vt tenet Barto.in d.l.fin.in princ.per gl.
ibi & ibidem Alexand.in j.column. Qui tamen iſtud
reſtringit procedere,quo ad bona debitoris: nam, ſtã-
te publicatione eorum,excuſsio nõ requiritur, ſed cõ
tra fiſcum bene requiritur,ex quo fiſcus debet ſoluere
debita illius,cuius bona ſunt confiſcata:& ita etiã te-
net ibi Iaſ.in pen.col.dicens modernos in hoc cõmu-
niter tenere contra Bar.quanuis Abb.in conſil.29.in 2.
vol.in præſenti q.&c.pen.col.tenet deciſionem Bar.&
16 reſpondet argumentis contrariis.¶†Secũdo fallit re-
gula,quando ille qui poſſidet, eſſet vnus de debitori-
bus,puta vnus ex hæredibus debitoris:quia ſicut quã-
do eſt vnus debitor,& ille poſſidet rem hypothecatã,
poteſt ſimul & ſemel cõueniri actione perſonali & hy
pothecaria,vt in auth.de fideiuſ.§.ſed neque.& dixi ſu
pra in 3.concluſione:ita & quando ſunt plures debito-
res,puta plures heredes debitoris.Nam licet quilibet
ex actione perſonali teneatur pro portione hæredita-
ria,vt l.j.C.de hære.actio.tamen ex hypothecaria po-
teſt vnus ex eis in ſolidum conueniri,etiam antequam
cæteri diſcutiantur.ita no.gl.in l.mulier.ff.qui pot.in
pign.hab.& ſequitur ibi Bar.dicens eſſe notãdum.hoc
etiam ſequitur ibi Salic.dicens eſſe tenẽdum cordi:ad
idem facit quod not.Bar.in l.ſi creditor.§. ſequitur.in
fi.ff.de diſtract.pig.& habetur in l.j.& per totum.C.ſi
vnus ex pluribus hæred.vel deb.

¶†Tertiò fallit regula,quando debitor alienauit rem hypothecatã lite pendente:nam iſto caſu,emptor ſeu poſſeſſor poterit,dimiſſo debitore principali,& ante illius excuſsionem,conueniri hypothecaria.glo. Angel.& alij in d.l.authent.hoc ſi debitor.C.de pigno.& facit l.j.2.& fina.cum authen.ibi poſita. C. de litig. & firmat Ange.de Are.in d.§.item ſi quis in fraudem. in fin.quartæ col.in ver.vnum tamẽ tene menti. ¶Quartò fallit regula,quando debitor principalis conſtituit ſe ſimpliciter,vel etiam precario bona hypothecata tenere pro ſuo creditore, iuxta l.quod meo. in princ. ff.de acquir.poſſ.& l interdum.eod.titu. Nam tunc ſi debito alienet dicta bona,quę tempore conſtituti,vel precarij,per eum detinebantur,poterit creditor conuenire poſſeſſorem,in quẽ facta ſit alienatio, tamquã ſua poſſeſsione priuatus conditione.l.fi. C. de acqui. poſſ.per text.ibi in verb.quiſpiam. Ita eleganter dixit Iac.But.in d.authent.hoc ſi debitor in fin. & ſequitur Imol.Roman.& Alex.in l.exitus.ff.de acquir.poſſeſsi. nec iſto caſu requiritur excuſsio bonorum principalis debitoris:vt etiam firmat Alexan.vltra prædicta in conſil.83.viſo proceſſu &c.nume.2.6.volumi. ¶Intellige tu,duobus concurrentibus: Primo, ꝙ probetur ꝙ iſta bona poſſeſſa fuerint per debitorem tempore cõſtituti vel precarij, iuxta d.l.quod meo in princ.ff. de acquir.poſſeſſ.Secũdo, ꝙ intentetur conditio. d.l.fin. C.de acqui.poſſ.non autem hypothecaria,vt not.Bal. in l.j.C.de reuo.his quæ in frau.credi. & latè Alexan.
18 in d.l.exitus.in fi.& Aret.in cõſi.126. in cauſa dominæ Antoniæ in vlt.col.& adde hîc, quæ ſcripſi ſuprà in j. parte in primo membro.¶†Quintò fallit regu.quando pignus fuiſſet per debitorẽ actualiter traditũ ipſi creditori:nam tunc,ſi creditor cecidit ab eius poſſeſsione ſua culpa,poſſet illam per hypothecariam recuperare à poſſeſſore:abſque eo ꝙ prius habeat excutere principalem debitorem: & ratio eſt, quia ſi creditor teneretur iſto caſu prius excutere principalem, agẽdo contra ipſum debitorem,teneretur prius reſtituere illud pignus debitori directa exceptione pignoratitia, cùm illud ſua culpa amiſerit, vel exceptione doli.l.apud Celſum.§.idem quæritur. ff. de exceptio. doli.Regula ergo ꝓcedit,quando hypotheca fuit cõtracta ꝑ ſolã cõuentionẽ abſq; cõditione:tũc enim nõ poteſt agi cõtra tertiũ poſſeſſorẽ,niſi excuſſo principali debitore,vt in iuribus allegatis in regula. Secus aũt eſt,quãdo pignus traditum fuit creditori, & creditor cecidit ab illius poſſeſsione ſua culpa: & iſtam limitationem ad dictam regulam ponit Alexand. poſt Rapha.in repetit.l.ſæpè.ff.de re iudic.col.30.verſi. ſecundario dicitur.quam dicit eſſe valde notandam, & pro ipſa dicit Alexã.facere ea q̃ allegata ſunt ſuprà in 4.fallen.de clauſula cõſtituti vel precarij.¶Et pro ea etiam facit optimè text.in l.fin.C.de præt.pign.vbi eſt tex.ꝙ ſi creditor cadat à poſſeſsione pignoris conuentionalis,vel prætorij;vel caſu fortuito,vel etiã ſua culpa,poteſt agere ad illius recuperationem contra poſſeſſorẽ:& vt dicũt ibi Bal.& Alexan.poſt eum,illo caſu
19 non requiritur excuſsio debitoris principalis per no. per Bald.in l.prima.C.de reuocand.his quæ in fraud. credit.¶†Sextò fallit regula,in nõie debitoris obligato creditori,quia ad illud creditor agere poteſt vtili hypothecaria abſq; excuſsione debitoris principalis: ita tenent Iac.de Are.& Iac.de Belui.Rayn.Cyn.Bar. & Ang.in l.nomẽ.C.q̃ res pigno.obli.poſſ.& dicit ibi Rayn.ꝙ ita tenet totus mũdus:& ratio eſt,ſecũdũ prædictos doct.quia ius nominis debitoris, dicitur reſidere penes ipſum principalem debitorem:& quãdo debitor principalis habet penes ſe rem hypothecatam, nõ eſt neceſſaria excuſsio,vt habetur in d.authẽt.hoc ſi debitor idem tenet Bar.in l.grege.§.cũ pigno.in fin. ff.de pignor.¶Adde idem Bartol.in l. ſi conuenerit. la ſecunda. in princip. ff. de pignor. action. vbi refert ita tenere Iac. Bal. Odofred. Alber.Papien. & Nicol. de Matta.& cum Barto. tranſit ibi Rapha.Fulgo.idem tenet Imol.in l.Iulianus.ff.de verb.obli. ita etiã tenet Spec.& Ioann.An.in tit.de proc.§.fin.verſi.ſed quid ſi mihi obligaſti nomen &c. ¶Cõtrariam vero opinionem tenet Salic.in d.l.nomẽ.per text. in d.authent. de fide.§.ſed neq;.vbi videtur poni ordo,vt ſemper prius excutiatur principalis debitor in ſuis rebus, ſecundò in iuribus ſiue nominibus debitorum:& demũ deueniatur ad pignorum poſſeſſores:& pro hoc ſecundùm eum,facit etiam id quod ibi not.glo.magna.facit etiã ibi tex.in ver.idem dicere.¶Nec obſtat ꝙ creditor ad nomen obligatum habeat vtilẽ actionẽ ſuo nomine, d.l.nomen.quia illud ſolùm eſt ad ſecuritatem ſui crediti.¶Non obſtat, quod actio ſit ſemper penes debitorem:quia hoc non eſt curandum,ſed attendi debet, penes quem ſint res quas conſequi volumus, vt patet in hypothecaria,quam intentare non poſſumus contra extraneos poſſeſſores,non facta excuſsione principalis debitoris: ergo fortiùs dicendum eſt in alia, quæ nobis competit propter ipſam hypothecã, & ita reſidet Salic.in d.l.nomen.idẽ tenet Sali.in d.l. grege. §.cùm pignori.in fin.Ang.de Aret.Inſtit.de act.§.item Seruiana.dicit opinionem Bar.& ſequacium eſſe magis communem:ſed non reſpondet argumentis Salic. qui etiam ipſe refert eandem opinionem ante Salicet. ꝙ etiam in nomine debitoris requiratur excuſsio, tenuiſſe Bald.in l.2.C.quando fiſc.vel priua.& in d.l.nomen.& in l.hæredem.C.de hæredi.action.per l.j.C.de conuen.fiſc.debi.lib.10.ſecundum vnam lecturam.

¶Tamen iſtis non obſtantibus,indubitanter tenenda eſt opinio communis,ꝙ ſ.iſto caſu,non requiratur excuſsio,prout vltra ſuprà allegata tenet Alexan.in cõſi. 15.viſo & conſiderato themate,6.volum. vlti.colum n vbi reſpondet argu.Salic.iunctis reſponſionibus Sali.
20 in loco ſuprà alleg.& Cyn.in d.l.nomen.¶†Septimò, fallit regula,quando creditor habet ſpecialẽ & generalem obligationem,in quibus debet agere ſecũdum ordinem l.2.C.de pignorib. Nam licet talis creditor donec poteſt ſibi ſatisfacere in ſpeciali hypotheca,nõ poſsit vti generali in præiudicium poſterioris creditoris,vt dicta l.2.tamen illa lex non videtur habere locum,quando agitur contra tertium poſſeſſorem extraneum,non habentem ius hypothecæ in re: ſed ſolùm videtur habere locum,quando adeſſet ſecundus creditor,qui haberet ius hypothecæ in dicta re ſpecialiter,vel generaliter in omnibus bonis, & propterea nõ videtur,ꝙ quando primus creditor agit hypothecaria contra tertium poſſeſſorem,etiam quòd habeat ſpecialem & generalẽ hypothecam,teneatur excutere prius de ſpeciali hypotheca antequam deueniat ad generalem iuxta terminos dict.l.2.ſed quòd tunc ſub arbitrio poſsit agere contra tertium poſſeſſorem,iuxta l.creditoris.ff.de diſtract.pigno.& l.quæ generaliter.in prin. ff.qui po.in pign.hab.quæ leges corriguntur per dict. l.2.vt ibi per gloſſ.& doct.Et ita tenet Socin.in conſil. 118.primò adſpectu.2.volum.in fin.duplicato in conſi. 75.in 4.volum.dicens non reperiri iure cautum, quòd qui habet bona ſpecialiter & generaliter obligata,nõ poſsit agere contra tertium poſſeſſorem,qui nõ ſit creditor,antequam excutiat bona ſibi generaliter obligata,& ita etiam retuli ſupra in ſecundo membro quintæ partis.Nunc autem ſubtilius conſiderans inuenio, quòd gloſſ.in d.l.2.in gloſſ.fi.tenet,quòd d.l.2.habeat locum,etiam quando extranea perſona poſsideret bona obligata creditori,& d.gloſſam comprobat ibi Barto.dicens,quòd eadem eſt ratio,ſiue bona poſsideantur per debitorem,ſiue per primum creditorẽ,ſiue per extraneum poſſeſſorem:nam ſemper requiritur. quòd primus creditor ſibi ſatisfaciat in bonis ſibi ſpecialiter obligatis,antequam agat ad bona generaliter obligata.& d.glo.ſequuntur etiam ibi Bal.& Salic.& pro-

pterea



pterea videtur reddi dubitabilis deciſio Socin. in d. conſil.118.¶Niſi dicamus,quod intentio dictæ glo. & doct.ſuprà allegatorum ſit,quòd quãdo extat primus & ſecundus creditor,& primus habet ſpecialem & generalem hypothecam iuxta terminos d. l.2. tunc ſiue bona poſsideantur per ipſum debitorẽ,ſiue per ipſum creditorem primum,ſiue etiam per alium extraneum poſſeſſorem, non poſsit primus creditor in præiudicium ſecundi creditoris deſcendere ad generalem hypothecam,donec ei poteſt ſatisfieri in ſpeciali hypotheca,non autem loquitur gloſſ.quandò nullus extat ſecundus creditor,ſed ſolùm primus agit contra tertium poſſeſſorem,& nullus alius concurrit creditor. Nam tunc talis tertius poſſeſſor non poteſt excipere contra creditorem agentem,quòd non poſsit vti generali hypotheca,antequam ſibi ſatisfaciat in ſpeciali:quo caſu loquutus fuit Socin.in d.conſi.118.

¶Et propterea puto Socin. rationabiliter loquutum, tenendo etiam ꝙ creditor habeat ſpecialem & generalem hypothecam:tamen poſsit experiri contra tertium poſſeſſorem generali hypotheca, non facta excuſsione ſpeciali,quando non concurrit alius ſecundus creditor.& ſic ꝙ d.l.2.habeat locum ſolùm,quando extat ſecundus creditor. nam in illius præiudiciũ non poteſt obmiſſa ſpeciali, deueniri ad generalem hypothecam: non autem, quando nullus alius extat creditor,& agitur contra tertium poſſeſſorem.¶Temperando tamẽ prædicta,niſi ille tertius poſſeſſor emiſſet,vel alio titulo acquiſiuiſſet illa bona à debitore,& pro obſeruantia, vt communiter ſolet fieri in inſtrumento,fuiſſent ſibi obligata bona debitoris: quia tũc cum reſpectu obligationis prædictæ prætendat hypothecam:poſſet excipere de obſeruantia.dicta l.2.contra creditorem agentem.& de intellectu dict.l.2. vide latè ſuprà in ſecundo membro quintę partis.
21 ¶†Octauò fallit regula, ſecundùm aliquos in hypotheca legali,quia in illa non videtur neceſſaria excuſſio.argu.l.fi.C.cõmun.de leg.& iſtud etiã videtur ratione oſtẽdi poſſe.Nã aut agitur pro legato in ſpecie, aut pro legato in genere: ſi in ſpecie non eſt opus excuſsione,quia ipſa ſpectat ad legatarium,vt dicit Bal. in rubr.C.de his quę in fraud.credi.circa princip.ſi in genere bona hęredis non ſunt obligata pro legatis,etiã ſi non fecit inuentarium: quia licet tunc teneatur in ſolidũ ad legata,vt in authen.de hęre.& falc.§.ſi vero non fecerint.tamen non reperitur iure cautum, ꝙ iſto etiam caſu bona hæredis ſint obligata,vt eſt caſus no.in l.j.in fin.Quo autem ad bona teſtatoris,quę ſunt obligata pro legatis, non eſt opus excuſsione,dicẽdo,etſi alia bona teſtatoris extant:quia quamuis extent alia bona,tamen eſt in electione creditoris, quãdo ſunt plura bona obligata,perſequi in ſolidum contra vnum poſſeſſorem,quem vult, dicta l. creditoris. ff.de diſtract.pignor.& ita firmat Angel.de Are.inſtitut.de actioni.§.item Seruiana. in penultima colũ.in verſi.& quod dixi ſupra de excuſsione.¶Tamen puto aduertendum ad hanc fallentiam, quia non credo illam de iure procedere:quia aut quærimus, an legatarius poſsit agere pro legatis conſequendis contra tertium poſsidentem bona teſtatoris,& tunc non eſt dicendum, quòd hoc poſsit facere, niſi prius facta excuſsione de bonis teſtatoris exiſtentibus penes hæredem vel hæræditatem iacentem; & in hoc non obſtat dicta l.creditoris.quia ſiue creditor,ſeu legatarius velit agere contra vnum tantùm poſſeſſorem, ſiue contra plures,vt diſponitur in d.l.creditoris.omnino debet præcedere diſcuſsio bonorum debitoris,& ſic teſtatoris.d.authent.hoc ſi debitor.C.de pig.¶Aut quærimus,an legatarius poſsit agere hypothecaria cõtra vnum ex hæredibus,obmiſſo alio:& etiam in hoc dicendum eſt, quòd non: quia licet in hypotheca conuentionali poſsit creditor conuenire in ſolidum vnũ ex obligatis,ſeu ex poſſeſſoribus bonorum hypothecatorum,per d.l.creditoris.tamen in tacita hypothec. introducta pro legatis aliud eſt,quia illa non datur cõtra heredes inſolidum,ſed datur pro rata tantum ad ſimilitudinem perſonalium actionum, vt eſt text.in dicta l.j.in fin.C.cõmu.de leg.& ibi not.gloſſ.& Barto.

¶Et ideo puto concludendum:quòd tam in expreſsis quàm tacitis hypothecis,antequam agatur cõtra tertios poſſeſſores,regulariter requiratur excuſsio,vt notatur per gloſſ.& docto.in dicta authenti.hoc ſi debitor.dum gloſ.opponit de authen.hoc ita.eo.tit.& datur vna ſolutio inter alias,quòd illa loquitur in expreſſa.& authentic.hoc ſi debitor. in tacita hypotheca: & tamen illa ſolutio reprobatur ibi per gloſſam;& communiter doct.& firmatur communiter; quòd idem ſit in tacita,quòd eſt in expreſſa:& ita etiam tenet Barto. in l.ſi conſtante.in princi.in 2.q.tertiæ q.prin.ff.ſolut. matrim.per allegata ibi per eum,& Alexa.in apoſtill. ad Bald.in l.j.in princ.in 3.column.C.commu.de legat. licet aliqui tenuerint contrarium & malè, vt ibi per eum:& ita etiam tenet Corne.in conſi.267. quanquam
22 in ſi.primi volum. ¶†Quinimmo fortius videtur dicendum,quòd tam in tacita hypotheca requiratur excuſsio,quàm in expreſſa:quia de iure Cod.in expreſſa non erat inducta excuſsio.ſed fuit inducta de iure authenticorum per dictam authentic.hoc ſi debitor. & in corpore vnde ſumitur.ſed in tacita hypothec.inducta erat excuſsio de iure C & digeſtorũ per l.Moſch. & ibi gloſ.& Bar.ff.de iure fiſc.& not.gloſſ.in d.authẽ. hoc ſi debitor.& in corpore vnde ſumitur. & in l.3.§. fin.ff.de adminiſtra.tuto.Vnde non puto eſſe tenendã hanc fallentiam,ſed veriorem eſſe opinionem, ꝙ tam in tacita,quàm in expreſſa hypoth. requiratur excuſſio antequam agatur contra tertios poſſeſſores.argu.l.
23 cùm quid.ff.ſi cert.pet.¶†Nonò fallit regula ſecũdum aliquos in dote, videlicet quòd pro eius reſtitutione poſsit agi hypothecaria contra tertios poſſeſſores bonorum mariti vel alterius obligati,aliter non,excuſsis bonis principalis debitoris:& iſtam opin.tenet Rom. in l.ſi conſtante.in princ.ff.ſolu.matrimo.dicens ſe ita conſuluiſſe per gloſſ.reputatam ſingularem in l.ſi poſt mãcipium.§.j.ff.de euic.quæ vult,quòd exceptio præpoſterationis vnius actionis ad aliam,eſt de apicibus iuris.Idem videtur de exceptione excuſsionis,vt ſcilicet cenſeatur de apicibus iuris,cùm non cõcernat facti veritatem:prout etiam tenet Bart.in l.j.ad fin.ff.de conditio.indebit.& in l.cùm quis.ad fin.C.de iuris & facti ignoran.& ideo non videtur attendenda,vbi agitur de bono & æquo,prout in cauſa dotis, in qua agitur de publica vtilitate,vt l.j.ff.ſoluto matrim.& l.aſsiduis.C.qui pot.in pig.habe.quia ea quæ ſunt de apicibus iuris,non debẽt attendi in cauſa,in qua agitur de bono publico.l.ita vulneratus.ad fi.ff.ad l.Aquili.& iſtam opi.Ro.tenet Bal.Nou.in trac.dotis.in 8.parte,in princi.37.¶Tamen contrariam opinio. videlicet quòd etiam in cauſa dotis requiratur excuſsio,videtur magis vera & communis,& illam tenet Barto.in d.l.ſi cõſtante.in dicta 2.q.3.q.principalis.& gloſſ.in l.vbi adhuc.in verſi.qui potiora iura.C.de iure dotium. & ibi Cyn.in 11.q.& etiam Bald.dicens,quòd licet mulier in dote habeat plures fauores & plura priuilegia:tamen quòd nõ reperitur habere aliquod priuilegium in excuſsione facienda de bonis mariti,iuxta d.authẽ. hoc ſi debitor.idem tenet Spec.in titu.de donat.inter virũ & vxorem.§.fin.verſic.ſed quo iure.& Salice.in d.l.vbi adhuc.in 12.q.& plene Alex.poſt Bart.in d.l.ſi conſtante.in d.2.quæſt.tertiæ partis.Idem tenet Corn.in cõſil. 267.quanquam 3.volumi.& iſta opinio tanquam communis,eſt tenenda,ſaltem in conſulendo & iudicãdo. quanuis Iaſon in dicta l.ſi conſtante.char.11.nume.66. conetur defenſare opinionem Roman. contra communem vnica ratione,videlicet quòd cùm excuſsio ſit

Commun. opin.

introducta de iure nouiſsimo authenticorum, vt in dicta authentic.hoc ſi debitor.& in corpore vnde ſumitur: quamuis dicta iura generaliter & indiſtinctè loquantur, tamen non cenſentur cõprehendere cauſam dotis, ex quo de ea non faciunt ſpecificam mentionem: vt ſignãter voluit Salice.in l.fin.in princ.in 4. not.per illum text.cum gloſſ.C.de iur.do.idem etiam tenet Iaſ.in l.j.in 3.not.in prima lectura.ff.ſolut.matr. & ſic concludit Iaſ.tam in d.l.j.quàm in dict.l.ſi conſtante.in princ.quòd ſtatutum ſeu lex generaliter loquens non comprehendit cauſam dotis: & mouetur etiam Iaſ.vltra doctrinam Salice.in d.l.fin.per authoritatem Bald.in conſil.333. quemadmodùm imperator &c.vbi vult, quòd diſpoſitio l.omnes. & l. bene à Zenone.C.de quadri.præſcrip.excludens habentes ius, vel hypothecas in bonis venditis per fiſcum, non habet locum in rebus dotalibus venditis, etiam dato ꝙ d.leges generaliter & indiſtinctè loquãtur per rationes per Bald.adductas. ¶Nam contra iſtam deciſionẽ Iaſ.fundatam, vt ſuprà tenet Decius in conſilio 5. & in conſi.301.vbi latiſsimè inſtat, & firmat quòd dicta concluſio ita indiſtinctè ſumpta, videlicet quòd lex generaliter loquens, non comprahendat cauſam dotis, nõ ſit vera, ſed quòd tunc demum procedat, quando in caſu diſpoſitio per legẽ generalẽ, cauſa dotis inuenitur ſpecialiter priuilegiata, prout eſt in caſu dictæ l.final. C.de iure dot.in qua diſponitur, quòd etiam dos data ab extraneo, vltra ſummam taxatam à lege, non indigeat inſinuatione. Vnde cùm dos inueniatur ſpecialiter priuilegiata in caſu inſinuationis, congruenter Salicetus ibi infert quòd ſtãte ſtatuto generali, quòd inſtrumenta non regiſtrata in publicis memorabilibus non probent, in tali ſtatuto non comprehendantur inſtrumenta dotalia: ita dicit Decius debere intelligi deciſionem Salic.& ideo ſecundùm eum, ſi lex generaliter loquatur in caſu, in quo dos non ſit ſpecialiter priuilegiata, comprehenderet etiam cauſam dotis. ¶Tamen licet dicta conſultàtio Decij ſit ſubtilis & elegans more ſuo, non puto eſſe recedendũ ab opinione Salic.Bal.Iaſo.in locis ſuprà allegatis, videlicet quòd dicta deciſio procedat indiſtinctè abſque reſtrictione data per Decium. Nam eandem deciſionem indiſtinctè refert & ſequitur Socin in conſil.46.eleganter, 4. volum.in 6.colum.nu.25.verſic.6.reſponde. eandem etiam refert inſignis doct.d.Franc. Pepus aduocatus Florentinus, in quodam ſuo conſil. inter conſilia Socin.num.76.vias tuas.in fin.numer.7.eod. volu. licet allegat Salic.in l.vbi adhuc.& non in d.l.fin. per errorem. ¶Idem etiam tenet Bald.Nouel.in tract.dotis in 6.parte, in ſpeciali.47.in fine.& in ſeq. in quibus locis doctores generaliter intelligunt dictam deciſionem Salicet.& ſic non ſolùm in caſu, in quo dos reperitur ſpecialiter priuilegiata, ſed etiã in aliis caſibus: & cũ iſta ſit cõmunis opinio, vt patet ex quotis ſuprà allegatis, ſaltem in conſulendo & iudicando, non vi-
Commu. opin. detur ab illa recedendum.c.ne innitaris.de conſti. & l.omnis diffinitio.ff.de regu.iuris. Præterea etiam in puncto iuris videtur ſuſtentabilis opinio communis: quia licet dict.l.fi.C.de iure do.ex qua facit ſuam illationem Salic.loquatur de inſinuatione, & in ea ſpecialiter priuilegiet cauſam dotis: tamen illatio Saliceti eſt remota à terminis inſinuationis: quia Salice.infert ad ſtatutum diſponens, quòd inſtrumenta notariorum non probent, niſi reperiantur regiſtrata in memorialibus publicis, & vult quòd quamuis tale ſtatutum generaliter loquatur, tamen non comprehendat inſtrumentum dotis: & tamen in iſto caſu dos nõ inuenitur priuilegiata in ſpecie de iure: quia licet in d.l.fina.dicatur, quòd inſinuatio non ſit neceſſaria in dote, tamen hoc non inuenitur deciſum in deſcriptione facienda in memoralibus publicis. ¶Vnde ſecundùm reſtrictionem Decij, dicta illatio & deciſio Salicet.eſſet falſa, & tamẽ doct. illam communiter ſequuntur. ¶Idem etiam probatur per deciſionem Bal. in dict.conſil.323.vbi vult, quòd diſpoſitio d. l. omnes & dict.l.ben e à Zenone.quamuis generalis, tamen nõ comprehendat res dotales: & nihilominus cauſa dotis in terminis illis non inueniebatur in ſpecie priuilegiata: & illi conſilio Decius nullũ dedit reſponſum.
24 ¶†Item leg.promittendo.ff. de iure dot. per quam etiam mouentur doctores firmantes opinionem communem, bene videtur probare eorum intentionem: quia ibi eſt caſus, quòd omnes cuiuſcunque ſexus & conditionis ſint, promittendo dotem, obligantur: & ibi gloſſ.exponit, dum tamẽ legitimæ ætatis ſint: & ſic per illam legem non remouetur effectus ætatis & corporis, ſed alij defectus. Et ideo non obſtat reſponſio Decij ad dictam l.dum dicit, quòd debet intelligi de habilibus ad contrahendum, & non de pupillis vel mente captis, quia fateor hoc eſſe verum, vt colligitur ibi ex gloſſ. Sed negari non poteſt, quòd per illam legem non excludetur alia inhabilitas iuris, vltra inhabilitatem corporis & intellectus: & ideo inhabilitas ſexus, puta in muliere propter Velleianum, per quod prohibentur mulieres generaliter pro aliis intercedere, vt in toto titul.ff. & C. ad Velleia.non obſtabit in promiſsione dotis: & ſic generalis diſpoſitio. quòd mulieres non poſsint intercedere, non comprehendit interceſsionem quæ fit in cauſa dotis: & hoc modo doctores volunt inducere dictam l.promittendo, non autem eo modo, quo conſiderauit Decius, vt colligitur etiam ex glo.in d.l.promittendo. dum allegat l.fin.C.ad Velleianum.

¶Nec obſtat, inquantum Decius fundat ſe in d.l.fin. C.ad Velleia.videlicet quòd ex quo ibi imperator decidit, quòd cauſa dotis non comprehendatur in Velleiano, ſequitur, quòd ſi iſtud ibi non fuiſſet deciſum, quòd illa fuiſſet comprehenſa: & ſic ſecundum eum d.
25 l.fina.retorqueri videtur in contrarium. †Quia poteſt reſponderi, quòd lex debet fieri de caſu dubitabili.l. quod Labeo.ff.ad Carbon.Bald.in l.voluntas.C.de fideicommiſ. Vnde cùm eſſet dubium de hoc, an ſcilicet cauſa dotis comprehenderetur, vel non comprehenderetur in Velleiano, ad tollendum iſtud dubium imperator motus fuit ad deciſionem d.l.final. vnde non eſt dicendum (vt vult Decius) quòd ante d.l.fina.cauſa dotis fuiſſet comprehenſa in Velleiano: quia ſi hoc eſſet. d.l.fina.eſſet correctoriè introducta, quod tamen doct.non dicunt, nec eſt dicendum, arg.l.præcipimus. C.de appel.ſed potius dicendum eſt, quòd d.l.fina.introducta fuerit declaratoriè & deciſoriè ſuper caſu dubio, & qui prius non erat deciſus in ſpecie, licet in genere ſic, per d.l.promittendo.& iſtud probatur per text.in l.ſi dotare.C.ad Velleia.vbi mater promiſerat dotem genero pro filia, & putabat ſe tutam Velleiano: & ibi imperator reſpondet, quòd iſta æſtimatio eſt falſa: quia ad hãc cauſam dotis, à dicto beneficio Velleiani eſſe reuocandam prudentes viri putauerunt: & ſic eſt ibi tex.ꝙ iuriſconſulti etiã ante leges editas ab imperatoribus, tenuerunt cauſam dotis non fuiſſe comprehenſam in Velleiano: & hoc poteſt probari per d.l. promittendo, ſecundum gloſſ.ibi.

¶Concluditur ergo, quòd etiam de iure fforum cauſa dotis non erat comprehenſa in Velleiano, quanuis generaliter diſponeret de omni interceſsione facta per mulieres, & hoc, fauore dotis d.l.promittendo.& d.l. fina.C.ad Velleianum.voluit in ſpecie decidere, quod prius ſub generalitate erat deciſum per d.l.promittendo.& hoc ad tollendum omnem dubietatem. vt clarè probatur ex dicta l.ſi dotare.iuncta gloſſ.ibi.& ſic patet, etiam in puncto iuris poſſe defendi communẽ opi-
26 nionem contra Decium. ¶†Inſuper ſi eſſemus in terminis, in quibus loquitur Decius in dict.conſiliis, videlicet quòd ſtatutum diſponeret. quòd nulla mulier





poſsit contrahere ſine certa forma, res videretur magis clara, quòd talis diſpoſitio non comprehenderet mulierem etiam minorem 25.annis, puberem tamen, promittentem dotem pro ſe, quia mulier etiam minor, vt dixi, poteſt ſe dotare abſque curatore, moderatè tamen: & hoc, fauore dotis, vt l.j.C.ſi aduer.dotem.& ibi bona gloſſ.quam docto.ſequuntur.& hoc, dummodo non det in dotem illa bona, quæ aliàs ſine decreto iudicis alienari non poſſunt, vt not.per gl.ibi, & eſt textus in l.lex quæ tutores.C.de admini.tuto. Cùm ergo dos in hoc inueniatur ſpecialiter priuilegiata, vt ſcilicet etiam per mulierem minorem conſtitui poſsit, erga ſtatutum generale, quòd nulla mulier poſsit contrahere ſine certa forma, nõ comprehenderet cauſam dotis, etiam ſecundum reſtrictionem datam per Deci. ad dictum Salicetum in dict.l.fin.& ita in iſto caſu, ſcilicet ſtante dicto ſtatuto, prohibente mulierem contrahere, tenet Baldus Nou.in d.tractat.dotis, in d.6.parte, in ſpeciali 48.& expreſſe Socinus in conſil.80.præſens conſultatio, 4.volumi.vbi ad probãdum, quòd mulier prohibita contrahere ex forma ſtatuti ſine Mundualdo, poſsit ſe dotare, adducit tres rationes: & inter alias rationes fundat ſe, quòd ſtatuta laicorum ſicut nõ poſſunt diſponere circa matrimonia, ita non poſſunt diſponere circa dotes, quæ acceſſoriè & conſequutiuè veniunt ad ipſa matrimonia: vt ibi latè per eum. Vnde redeundo ad fallentiam noſtram, videtur quòd iura authent.loquentia de ceſsione, prout facit authent. hoc ſi debitor.non comprehendat cauſam dotis, prout vult Iaſon in locis ſupra allegatis, non obſtante impugnatione Decij. ¶†Tamen hoc non obſtante, idem
27 Iaſ.in d.l.ſi conſtante.in prin.in 11.chart.in princ.colũ. tenet opinionem communem, quòd etiam in dote requiratur excuſsio.& nõ obſtat illa deciſio fundata in dicto Salicet.in dicta l.fin.C.de iure dotium, videlicet quòd lex generaliter loquens, non comprehendat cauſam dotis: quia ante ius authen.erat inducta excuſsio in tacita & legali hypotheca, etiam in iure fforum, vt habetur per gloſſ.Bar.in d.l.Moſchis.ff.de iure fiſci.& ideo etiã in dote in hypotheca tacita, introducta per l.vni.§.& vt plenius.C.de rei vxor.action.de iure fforum & Codicis requirebatur excuſſio, vt probatur in l.vbi adhuc.C.de iure dot.dum dicitur in text.ſecundum diſtinctionem legum, quæ verba ſecundum gloſ. ibi in verb.qui non potiora.debent intelligi facta diſcuſſione bonorũ mariti, antequã agatur contra extraneos poſſeſſores pro dote: & ſic ibi eſt caſus, ꝙ in dote ante d.auth.hoc ſi debitor, requirebatur excuſſio.& ꝑ conſequens ceſſat illa argumentatio, ꝙ d.authẽ.etiam ſi generaliter loquatur, non comprehẽdat cauſam dotis, ex quo de illa non exprimit per not.per Salic.in dicta l.fi.quia (vt dictum eſt) ante diſpoſitionem authẽt. iam in dote erat inducta excuſſio, vt probatur in dict. l.vbi adhuc.vnde remanet concluſio, quòd etiã in dote requiratur excuſſio, & ſic quòd iſta nona fallentia
28 non ſit vera. ¶†Decimò fallit regula, quando in cauſa ex forma ſtatuti vel reſcripti eſſet procedendum ſola facti veritate inſpecta, quia in huiuſmodi cauſis nõ attenduntur ea, quæ ſunt de apicibus iuris, vt inquit Bald.in l.clarum.in j.col.C.de autho.præſtand.per l.ſi fideiuſſor.§.quędã.& quod ibi no.ff.mand.& exceptio excuſſionis, cùm reſpiciat ordinem & præpoſterationem, dicitur de apicibus iuris, vt colligitur ex not.per gl.notabilem in l.ſi mancipium.§.j.in ver.actum eſſet. ff.de euict.& ibi no.Bal.in ſuis antiquis deciſionibus, dicens, ꝙ quælibet exceptio reſpiciens ordinem procedendi dicitur de apicibus iuris: & ita tenet Alexan. in conſilio 114.viſo proceſſu.in vlt.colũ.num.9.6.volu. vbi concludit, quòd in cauſa in qua ſola facti veritate inſpecta proceditur, reiicitur except.excuſſionis tanquã excep.de apicibus iuris. ¶Sed Ang.de Are.inſt.de act.§.item ſi quis in fraudem.in 6.col.in verſic.quæro, ſtat.cauetur, &c.dicit quòd dicta gloſſ.in d.l.ſi mancipium.§.j.hoc non probat. ¶Tu autem dic, quòd d.gl. allegatur per doct.ad hoc, videlicet ꝙ exceptio quæ reſpicit ordinem, dicitur de apicibus iuris: & ex hoc inferunt poſtea doct.quòd exceptio excuſsionis dicatur de apicibus iuris, cũ reſpiciat ordinẽ: vt ſcilicet prius conueniatur debitor, quàm tertius poſſeſſor per d.authen.hoc ſi debitor: & ideo quòd in cauſis proceditur ſola facti veritate inſpecta, non admittatur exceptio excuſsionis: & ſic gloſſ.bene probat. Ipſe tamen Angelus de Are.per alia fundamenta ſequitur opinionẽ doct.quòd in huiuſmodi cauſis non admittatur excep. excuſsionis. ¶Et ex prædictis idem videtur poſſe inferri, quando ex forma ſtatuti, vel reſcripti in cauſa deberet procedi ſummariè de plano & ſine ſtrepitu & figura iudicij, vt ſcilicet etiam in hoc caſu non ſit neceſſaria excuſsio, vt firmat Marianus Soci.in conſi.24.primo volumi.in vltim.column. ¶Similiter idem videtur dicendum, ſi ſit talis iudex qui debeat procedere ſecũdum æquitatem, vel de bono & æquo, vt per Baldũ in dict.l.ſi mancipium.ad idem textus in l.ſi fideiuſſor.§. quædam.ff.manda.iuncta glo.in verſi.de apicibus.vbi dum text.dicit, quòd quando agitur de bona fide, non congruit de apicibus iuris diſputare, glo.ſupplet, ꝙ ſola bona fides & veritas eſt inſpicienda. ¶Et ita in propriis terminis tenet Aretin.in con.126.in cauſa domi-
29 næ Antoniæ.in vltim.colum.in verſi.præterea etiã. †Ex his etiam inferunt doctor.quòd exceptio excuſsionis, non competat mercatoribus, campſoribus, nummulariis, & ſimilibus propter vtilitatem publicã, vt eſt glo. ſingularis in authen.de fideiuſſ.in §.argentariorũ, qui eſt.§.penultim.& ſequuntur Baldus & Salice.in l.fruſtra.C.de non nume.pecun.& Bald.in l.fin.ad fin.C.de fal.& firmat Ange.de Aret.in d.§.item ſi quis in fraudem.in 6.column.dicens, iſtud nunquam exeat mentem tuam.pro quo etiam facit id quod not.Barto.in d. l.ſi fideiuſſor.§.quædam.& in l.Quintus.eod.titu.videlicet quòd in curia mercatorum proceditur de bono & æquo, non attentis apicibus iuris, quæ veritatem negocij non tangunt, vt ſi eſſet intenta actio directa, & competebat vtilis, & etiam refert Angelus de Aret.in
30 d.§.item ſi quis in fraudem.in 6.column. ¶†Et ex pręmiſsis poſſet etiam dubitari, an iſta exceptio excuſsionis poſsit opponi, & admitti debeat coram arbitro & arbitratore? & Bald.in additionibus Specu.in tit.de arbitro.verſi.pe.tenet quòd nõ: quia coram arbitro nõ debet ſeruari ordo iudicij, & exceptio excuſsionis, eſt exceptio ordinis, vt dictum eſt ſuprà. ¶Et dictam opinionem Bald.refert Aret.in d.conſi.126.column.vlti.& Soci.in conſi.24.ad fin.j.vol.in contrarium autem tenet Bald.in l.fin.§.ſed & ſi quis.in prim.col.in ver.fuit à me quæſitum.C.commu.de lega.& ad illud quod dicebatur, quòd arbiter poteſt procedere ſine ordine, reſpondet ipſe, quòd illud intelligitur ſine ordine arbitratoris, ſed quòd ordo excuſsionis eſt ordo partium, allegat l.j.C.de appe.& propterea vult ipſe, quòd ſi laudum ſit latum contra tertium poſſeſſorem in hypotheca ria, non facta excuſsione, ex hoc ſolo poſsit peti reductio. ¶Et iſtud dictum pro ſingulari refert Alexander dicens alibi non legiſſe in dict.l.ſi cõſtante.in princip. in tertia quæſtio.tertiæ partis principalis: & aſsignat rationem, videlicet quòd talis exceptio excuſsionis, non ſolum concernit ordinem iuris, ſed etiam partis, & illud dictum refert etiam Felin.in capitul.canonum ſtatuta.vlti.char.ſuper illa clauſula, reiecta iuris ſubtilitate.& Iaſon in repe.dict.l.ſi conſtante.in 2.quæſtion.tertiæ partis principalis refert dictas opinio. &
31 non decidit, quæ ſit verior & tenenda. ¶†Ego putarẽ omnibus ſupradictis caſibus notatis in hac 10.fallẽtia, & etiam in hoc articulo de arbitro eſſe aduertendũ, quòd iſta exceptio excuſsionis poteſt dupliciter cõſiderari: Vno modo reſpectu ordinis iudiciarij, vt ſ.de

ordine iudicij ſit, quòd prius excutiantur bona princi
palis debitoris,quã poſsit agere hypothecaria contra
tertium poſſeſſorem:& ſi iſte ordo præpoſteretur, po-
teſt excipi de nullitate proceſſus cõtra creditorem a-
gentem per dict.authẽ.hoc ſi debitor,vel quòd agens
non ſit audiendus,obmiſſa excuſsione principalis de-
bitoris. ¶Secundo modo poteſt conſiderari dicta ex-
cuſsio non habito reſpectu ad dictum ordinem & præ
poſterationem iudicij,ſed conſiderato ſolo intereſſe
tertij poſſeſſoris:quod cõſiſtit in hoc,vt ſi debitor prin
cipalis ſit ſoluendo,ipſe exigatur antequam moleſte-
tur tertius poſſeſſor:& quòd in hoc poſsit tertius poſ-
ſeſſor ſe tueri exceptione,non quidem excipiendo de
ordine iudicij non ſeruato,ſeu præpoſterato:ſed ſolũ
de ſuo intereſſe,& in eo fundando ſuam exceptionem,
iuxta l.perſequutione.C.de pign.& ibi not.per Barto.
& docto.& iſtud eſt quod voluit Baldus in dict.l.fina.
§.ſed & ſi quis.& Alexan.in dict.l.ſi conſtante.in dict.
tertia quæſt.ſecundæ partis,dum dicit,quòd exceptio
excuſsionis non ſolum concernit ordinem iudicij,ſed
etiam ordinem & intereſſe partis.¶Et ideo per prædi-
cta Corn.ingenioſe & ſubtiliter in conſi.55. in tert.vo
lumi.in litera s.concludit,quòd in cauſa in qua debet
procedi ſola facti veritate,non poteſt opponi exceptio
excuſsionis reſpectu ordinis & præpoſterationis iudi
cij,ſed ea non obſtante,poterit inſimul & cumulatim
agi contra debitorem & tertium poſſeſſorem,& in eo
dẽ iudicio diſcuti de bonis vtriuſque inſimul,nec ob-
ſtabit exceptio præpoſterationis & ordinis obmiſsi,&
quòd ita procedit id,quod not.gloſſ.& Bald.in dicta l.
ſi mancipium.§.prim.ff.de euict.quia loquuntur reſpe
ctu exceptionis concernentis ordinem,quæ eſt de api
cibꝰ iuris:ſed reſpectu intereſſe partis,videlicet quòd
donec debitor ſit ſoluendo,non moleſtetur tertius poſ
ſeſſor,non concernit apices iuris & ordinem,ſed æqui
tatem:& ideo licet reſpectu ordinis præpoſterati ter-
tius poſſeſſor non poſſit ſe tueri,ſed creditor poſſit in
eodem proceſſu inſimul vtrunque,ſcilicet debitorem,
& tertium poſſeſſorem conuenire & diſcutere,ſoluen-
do ſibi prius de bonis debitoris:tamen quando credi-
tor,obmiſſo penitus debitore,vellet ſolum agere con
tra tertium poſſeſſorem,poſſit tertius poſſeſſor ſe tue-
ri exceptione,quòd non eſt æquum:vt donec debitor
ſit ſoluendo,ipſe poſſit conueniri:& ſic vis eſt in mo-
do excipiendi.¶Nam exceptio quæ reſpicit ordinem
iudicij,non debet admitti in caſibus ſupra notatis,ſed
exceptio quæ reſpicit intereſſe partis & æquitatem.
quæ eſt,vt donec debitor eſt ſoluendo, tertius poſſeſ-
ſor non moleſtetur, debeat admitti:& ita puto tenen-
dum: quæ nota in practica,& bene conſidera.
¶†Vndecimò fallit dicta regula, ſecundum aliquos,
32 quando agitur vigore inſtrumenti guarentigiati vel
alterius inſtrumenti publici, habentis executionem
paratam:quia cùm per illud videatur conſtitutum pi-
gnus prætorium, ſicut per ſententiam, non videtur
quòd debitor potuerit poſtea præiudicare creditori,
alienãdo bona in tertium poſſeſſorem,per no.in l.à di
uo Pio.§.primo.ff.de re iudi.& per Bartolum in eadem
l.§.in venditione.in verſicu.iure enim guarentigiæ ha
betur pro condemnato:ideo tunc non videtur neceſ-
ſaria excuſsio ſecundum Socinum in conſi.24.in fine.
j.volu.& facit,quia in pignore prætorio non requiri-
tur excuſsio,vt ſingulariter per Bald.in l.j.in ſecunda,
column.C.de his quæ in fraud.credi.& dixi ſupra in 3.
parte ſecund.membri.¶Ego autem puto hanc fallen-
tiam ita demum procedere,quando in obligatione bo
norum facta in huiuſmodi inſtrumento interueniſſet
traditio rei hypothecatæ vera vel ficta:puta per con-
ſtitutum vel precarium:aliàs non puto poſſe dici fuiſ
ſe cõſtitutum pignus prætorium,cùm illud de iure nõ
conſtituatur,niſi facta immiſsione,vt l.non eſt mirum.
§.j.ff.de pign.action.Aliàs ſine traditione vera vel fi-
33 cta,non crederem fallentiam poſſe procedere.¶†Duo
decima fallentia ad dictam regulam poteſt dari,vt lex
illa non procedat,quando excuſsio eſt impoſsibilis:pu
ta, quia ſit præſcriptum actioni perſonali: & ſuper-
ſit ſola hypothecaria,iuxta not.per gloſſ.Bald.& Sali.
in l.ſecund.C.de luition.pign.& notata ſuprà in 6.par
te ſecund.membr.tunc enim cùm ſit impoſsibilis ex-
cuſsio ſuper perſonali actione contra debitorem,ideo
ea obmiſſa,poterit agi hypothecaria contra tertiũ poſ
ſeſſorem,& etiam debitorem,ſi poſsideat bona hypo-
theca.ita colligitur ex not.per Bartolum poſt Dyn.in l.
Marcellus.in vltima column.ff.de fideiuſſo.dum dicit
quòd diſpoſitio dict.authen.præſente.C.de fideiuſſ.de
bet intelligi,quando diſcuſsio poteſt fieri de iure, vel
de facto.ſecus autem,ſi fieri nõn poteſt.idem tenet Bar
to.in l.cùm quis.§.ſi quis pro reo.vlti.column.ff.de ſo-
lut.vbi dicit,quòd dict.authen.præſente,non habet lo
cum quando principalis conueniri non poteſt: idem
expreſsius vult Baldus in authen.ſed hodie.in vltima
quæſt.C.de actio n.& oblig.& ex hoc infert idem eſſe,
quando obligatio pignoris eſſet facta pro naturali o-
bligatione tantum:quia tunc diſcuſsio perſonalis obli
gationis principalis,eſt impoſsibilis de iure,& ibi idẽ
tenet Salic.in fin.Poſſem etiam plures alias fallentias
adducere,in quibus nõ eſt neceſſaria excuſsio:ſed quia
illæ non ſpectant ad materiam hypothecariæ, ſed ad
materiam fideiuſſorum,de qua in dicta authenti.præ-
ſente,quæ eſt diuerſa à terminis noſtri tractatus: ideo
illas omitto:ſubdam tamen in materia excuſsionis cõ
municabili etiam hypothecariæ aliquas quæſtiones.
34 ¶†Et primò quæritur,quando ſit opponenda in iudi-
cio iſta exceptio excuſsionis:& reſpondetur, quòd de
bet opponi ante litem conteſtatam:aliàs ea non oppo
ſita,iudicium valet,& poſtea opponi non poteſt,vt no
tat Cynus & Baldus in l. exceptionẽ. C. de probatio.
& ratio eſt,quia exceptio excuſsionis eſt exceptio di-
latoria,vt firmat Barto.in l.3.in ver.quæro,quid de ex-
ceptione ordinis.ff.de except.& exceptio dilatoria de
iure debet opponi ante litem conteſtatam,vt l.ita de-
mum.C.de procurato.Et iſtam opinionem tenet Bart.
in l.prolatam.in princ.C.de ſent.& Bart.in d.authent.
hoc ſi debitor.C.de pign.& in l.2.C.commun.diuidũ.
& in d.l.ſi mancipium.§.j.ff.de euict.& Bald.in l.con-
uenticuli.in 3.colum.C.de epiſco.& cleri.& ita etiam
tenet Alexand.in conſil.73.in cauſa appellationis,&c.
35 in 6.volum.in j.colum.nume.1.¶†Et adde prædictis,ꝙ
quando opponitur iſta exceptio, debet opponi ſpeci-
ficè & clarè.Ita not.Alexand.in conſilio 29.clariſsime
36 doctor,&c.nu.28.7.vol.¶†Et ex prædictis etiam nota-
biliter infertur,quòd talis exceptio excuſsionis, cùm
ſit dilatoria,(vt dictum eſt)ſi non fuit oppoſita in pri-
ma inſtantia,non poterit amplius opponi in cauſa ap
pellationis;per tex.in l.ita demum.C.de procura.quæ
ſecundum Bald.& Paul.de Caſtro ibi eſt regularis ad
hoc, videlicet quòd dilatoria quæ non fuit oppoſita
in cauſa principali ante litem conteſtatam,non poſsit
amplius opponi in cauſa appellatiõis: dato etiã quòd
in cauſa appellationis nondum eſſet lis conteſtata,ſe-
cũdum Baldum & Paul.ibi.Et idem not.ibi Iaſon poſt
Alexandrum.l.2.notabili. Et ita in ſpecie per dictum
fundamentum tenet Cyn.in l.per hanc.2.q.C.de tẽpo.
appella.& expreſsè ibi Bald.in 4.colũ.in ver.vel pone
exemplum in exceptione præpoſteritatis,&c.clarè A-
lexand.in conſilio 34.conſultus,&c.in verſi.2.&c.in 4.
volum.& in conſi.83.6.volu.in j.colum.& Iaſ.in dict.l.
ita demum.in pe.colũ.in ver.4.per iſtum tex.& de hac
materia habetur remiſsiue per Alexan.in l.fin.in fine
37 principij.ff.ſi certũ peta. ¶†Secundò quæritur in ma-
teria excuſsionis, an in caſibus in quibus regulariter
requiritur excuſsio, ſi de ea excipiatur, ſit dare re-
medium, mota iam lite contra tertium poſſeſſorem
pro validitate iudicij. Nam ſi de ea non exciperetur
iudi-



iudicium valeret, vt ſuprà proximè dictum fuit,& re-
ſpondetur,quòd duplici remedio poteſt ſuccurri cre-
ditori agẽti pro validitate iudicij moti.¶Primum eſt,
quòd pendente lite mota contra tertium poſſeſſorem,
pariter & inſimul fiat excuſsio contra principalem de
bitorem,vt per Baldum in l.cum teſtamento.C.de te-
ſtamen.ma.vbi dicit,quòd excuſsio facta pendente hy
pothecaria,fingit actum factum cum ordine:quia de-
clarat retro ante litem conteſtatam bona debitoris nõ
fuiſſe ſoluendo:idem tenet Bald.in l.ſecunda.C.com-
mun.diuid.quod in authen.contra rogatus.in fi.C.ad
Trebellia.& in l.j.C.ſi in frau.patr.& in l.j.C.de reuo.
his quæ in frau.credi.& Ange.in l.decem.ff.de verbo.
obliga.& in authen.de fideiuſſ.§.ſed neque.& etiam te
net Barto.& alij in d.authen.hoc ſi debitor.C.de pig.
¶Et ratio iſtius deciſionis eſt,quia ius ſuperueniẽs a-
ctori,pendente iudicio ex cauſa de præterito, validat
iudicium,l.ſi rem.§.fin.& ibi Bartolus.ff.de pign.acti.
& illum textum ad hoc in ſpecie not.ibi Bald.¶Et ita
etiam tenet Ang.de Are.inſtit.de action.§.item ſi quis
in fraudem.in 3.col.in verſic.quæro ego reuocatoria.
idem etiam tenet Alexander in conſi.113.viſo proceſſu.
in fin.6.volumi.& ſubdit ibi,quòd ſi actor eſſet minor,
poſſet reſtitui in integrum aduerſus non factam excuſ
ſionem,Per l.minor 25.annis.ff.de minor.ſed quòd hoc
non eſt neceſſarium.idem etiam tenet Aret.in d.conſi.
ſi.126.in cauſa.Domi.Antoniæ.in vltim.colum.¶Secun
dum remedium eſt,quando debitor in veritate non eſ-
ſet ſoluendo:quòd ſi tunc poſſeſſor excipiat de excuſ-
ſione non facta ante lit.conteſta.quod agens replicet,
tua non intereſt:nec es audiendus in hoc,quia alia bo
na debitoris non extant,& ita offero me incontinenti
probare.¶Iſta practica colligitur ex gloſſ.ſingulari in
l.niſi.ff.de pactis.in ſecunda ſolutione,quæ ſolutio li-
cet ad illum tex.reprobetur ibi per Bartol.& alios, ta-
men Baldus ibi & Ange.& Imol.in l.exitus.ff.de acqui
ren.poſſeſſ.notant illam ad hoc,quòd quando re vera
non intereſt excipientis,nõ poteſt opponi exceptio ex
cuſsionis,& ita refert & ſequitur Iaſ.in dict.l.niſi.quã
legit in l.ſi tibi.§.in his.in fin.eod.titul.ita etiam tenet
Ange.de Aret.in dict.§.item ſi quis in fraudem 4.co-
lumn.in verſi.aduertas tamen &c.dicens hoc eſſe per
38 petuo tenendum menti. ¶†Tertiò quæro in materia
excuſsionis,an ſi ad inſtantiam vnius creditoris & cõ
tra vnum poſſeſſorem,ſit facta excuſsio de bonis debi
toris,& ſuper ea pronũciatum per iudicem,iſtud pro
ſit vel noceat aliis creditoribus,vel poſſeſſoribus:& in
hoc Iac.de Are.& Ange.in d.authen.hoc ſi debitor.C.
de pig.dicunt,quòd ſic:quia cum ſemel facta ſit excuſ-
ſio,licet ſit vnum factum & vnum iudicium,tamẽ per
dictam ſententiam inducitur notorium,quòd debitor
non ſit ſoluendo,vt l.emptorem.ff.de action.emption.
¶Cum ergo notorium ſit,debitorem non eſſe ſoluen-
do,non eſt neceſſaria alia excuſsio,iuxta glo.& ibi no.
in l.decem.ff.de verbo.oblig.& dixi ſuprà in prima fal
lentia in hac materia excuſsionis,& hanc concluſionẽ
refert & ſequitur Angelus de Aret.in §.item ſi quis in
fraudem.in fin.quarta column.in verſ.quæro,an excuſ
ſione facta.&c.¶Et quamuis Alexand.in apoſtil.ad Bal.
in dict.l.j.C.de his quæ in fraudem cre.referens dictũ
Iacob.de Are.& Ange.relinquat ſuper hoc cogitãdũ,
ex eo,quòd acta facta in vno iudi.non faciãt fidem in
alio inter alias perſonas,vt l.cum lite.ff.iud.ſol.tamen
indubitanter tenenda eſt deciſio Iacob.de Aret.& An
gel.Quia quo ad ea,quæ tendunt ad præparandum viã
alteri ad agendum ſententia lata inter alios, prodeſt
etiam alteri,& fidem facit:vt l.prima,C.vbi cau.fiſc.&
ibi hoc notat Bald.ad finem,& Bald.in l.ſi quis homici
dij.C.de accuſa.& in l.prima,in fin.C.de aduo.diuer.
iudic.& latè not.Alexander in l ſæpè.in 11.col.in verb.
39 vel dic,& notabilius.ff.de re iudic. ¶†Quartò quæri-
tur in materia excuſsionis,an à ſententia lata ſuper ex
cuſsione,poſsit appellari:& Baldus in l.ſecun.colum.
fina.verſicu.quid ergo ſi veniant &c.C.quando fiſc.vel
prima poſt Nicol.de Matt.tenet,quòd à tali ſententia
non poſsit appellari:quia cùm poſsit infringi proban
do cõtrarium,non debet poſſe appellari:per l.ante.C.
quo app.nõ rec.quod dicit eſſe notabile,& illud dictũ
refert Alexand.in l.fina.in apoſtill.ad Barto.ff.de app.
recip.Subdit tamen quòd Bart.in l.à diuo Pio.§.in vẽ-
ditione.videtur tenere contrarium,& remittit ſe ad di
cta ibi per eum.Sed ibi Alexan. nihil dicit in propriis
terminis,ſcilicet excuſsiõis,de qua nos loquimur:ſed
tam Bartolus quam Alexander ibi diſputant,an obmiſ
ſio ordinis,de quo in dicto §.in venditione:quia ſcili-
licet non fuit incepta executio à mobilibus,vt ibi di-
ſponitur,vitiet executionem?Barto.dicit quòd execu-
tio non erit nulla:ſed ſi pars grauetur in hoc,poteſt ap
pellare.Alexander autem ibi poſt Imol.& etiam Iaſ.te
nent contra Barto.videlicet quòd executio ſit nulla ex
obmiſsione ordinis,de quo in dict.§.in vẽditione per
fundamenta,de quibus ibi per eos.Tamen præfati do
cto.non decidunt ibi,an poſsit appellari,vel non:quã-
do executio non eſſet ipſo iure nulla. ¶Baldus vero
in l.j.in vltim.column.in verſi.modo ego quæro &c.C.
de appe.determinat quòd ſi fuit oppoſita exceptio præ
poſterationis,& iudex pronuntiauit ſuper ea, aſſum-
pta cauſa iuris,puta quia dixit exceptionem ineptam,
cùm tamen eſſet apta,& ſententia erit ipſo iure nulla:
aut pronũtiauit aſſumpta cauſa facti,vt quia dixit ex-
ceptionem non veram, vel nullam aſsignauit cauſam
in ſententia,ſed iudex ſimpliciter exceptionem impu-
gnauit,& tunc ſententia valebit:ſed poterit appellari:
quia non pronuntiauit ſuper ordine iuris,qui eſt im-
mutabilis,ſed ſuper facto quod eſt mutabile:& ſic Bal
dus videtur velle,quòd à ſententia lata ſuper exceptio
ne excuſsionis,quæ concernit ordinem & præpoſtera
tionem,vt per gloſſam & doctores in l.ſi mancipium.
§.primo.ff.de euiction.poſsit appellari:& pro hoc vi-
detur text.in l.j.C.de appellat.ſecundum intellectum
Barto.ibi qui ſummat illum text.quòd quando præuer
titur ordo vnius cauſæ ad aliam,valet ſententia:ſed ab
ea poteſt appellari.cùm igitur ſententia lata ſuper ex-
cuſsione,quando eſt iniuſta,præuertat ordinem cau-
ſæ,quæ eſſet inchoanda contra debitorem, & non con
tra poſſeſſorem,valere debet:ſed ab ea debet poſſe ap-
pellari.¶Et iſtam opinionem puto eſſe veriorem non
obſtante eo quod voluit Baldus in dicta l.2.C.quando
fiſc.vel priuat.& iſta opinio vltra prædicta comproba
tur ex notatis per Bartolum in l.2.in 5.quæſtione.ff.de
appella.recip.vbi vult,quòd à ſententia lata ſuper ex-
ceptione dilatoria,in qua pronuntiatum fuit,non eſſe
procedendum ad vlteriora,ſtante exceptione:vel ecõ
uerſo procedendum eſſe,non obſtante exceptione po-
teſt appellari:quia in prima pronuncia non ſperatur
alia ſententia ſuper inſtantia,à qua per talem pronun
ciam conuentus fuit abſolutus.
¶In ſecunda autẽ pronuncia infertur tale grauamen,
quod reparari non poteſt per appellationem à diffini-
tiua.& idem firmat Bart.in omni exceptione,quæ op-
ponitur ad proceſſum:& cum Bar.tranſeunt alij. Cùm
ergo exceptio excuſsiõis ſit dilatoria,vt d.l.ita demũ.
C.de procura.& habetur per Corn.in conſi.55.3.volu.
in litera e,& dictum fuit ſuprà,quomodocunq; ſuper
ea fuerit pronuntiatũ,iniuſtè permitti debet appella
tio.& vide Alex.in conſil.83.in cauſa app.6.vol.nu.1.&
ita puto tenendum. licet non inueniam examinatum
40 per alios &c. ¶†Quintò adde in materia excuſsionis
ꝙ quando illa eſt facienda contra hæreditatem iacen-
tẽ debet ei dari curator,aliàs excuſsio non valeret,vt
no.Iac.de Belui.in auth.de fideiuſ.ſed neq; in 6.q.dum
allegat l.j.& 2.ff.de cura.bo.dan.& latè firmat Alexan.
in conſil.100.diſcuſſis,&c.5.vol.& ibi etiam plus ſub-
dit,ꝙ ſi facta excuſſio contra hæreditatem iacentem,

& tempore quo inceptum eſſet iudicium contra ter-
tium poſſeſſorem, hæreditas eſſet adita, oporteret ite-
rum facere excuſsionem contra dictos hæredes, nedũ
de bonis hæreditariis, ſed etiam de bonis ipſorum hæ
redum: & ita dicit tenere Petr. & Cyn. in authen. præ
ſente. C. de fideiuſſo. in penultima quæſtio. & Bald. in
l. peremptorias. in vlti. colum. C. ſenten. reſcin. nõ poſſ.
41 ¶ † Subdit etiam, quòd ſi facta excuſsione contra debi-
torem, & lite poſtea conteſtata contra tertium poſſeſ-
ſorem, ſi de nouo ſuperueniant bona principali debi-
tori, tertius poſſeſſor etiam de his bonis ſuperuẽtis po
terit excipere contra creditorem poſt litem conteſta-
tam: & iterum debebit fieri excuſsio per latè allegata
42 per dictum Alexand. in dict. conſ. 100. vlti. col. ¶ † Sex-
to adde in materia excuſsionis, ꝙ illa non eſt facienda
de bonis quæ ſunt extra territorium iudicis cognoſcẽ
tis de cauſa, vt inquit Bal. in l. ſciendum. in princ. ff. qui
ſatiſ. cog. argu. auth. præſente, C. de fideiuſſ. per no. per
glo. & doct. in l. fin. C. de princip. age. in rebus. facit l. ſi
fideiuſſor. §. ſi neceſſaria. ff. qui ſatiſda. cogan. & quòd
habetur in capi. coram. de electio. vbi ad electionem
vocantur illi ſolum, qui ſunt in prouincia, ad quos ſpe
ctat electio: non autem illi qui ſunt extra prouinciam,
ſaltem ſi hoc commode fieri non poſsit. vt ibidem no-
tatur, & in c. cùm in eccleſiis. de præben. libr. 6. ¶ Et ita
per prædicta tenet Alex. in conſi. 91. repetitus. 7. col. nu.
5. idem tenet Ange. in authen. de fideiuſſ. §. ſed neque.
dummodo ſecundum eum, talis excuſsio de rebus exi
ſtentibus extra territorium, nõ poſsit fieri abſque dif-
ficultate: ſecus, ſecundum eum, ſi nulla ſubſit difficul-
43 tas. ¶ † Item adde, quòd in diſcuſsione res inutiles pro
nihilo reputantur, ſecundum Bald. in auth. ſed hodie.
C. de action. obli. in fin. per l. ſi inutiles. ff. vt in poſſ. le-
ga. & ſimiliter ſi res debitoris eſſent in loco forti, vt in
caſtello vel arce: ita quòd non poſsint diſcuti: nam de
illis non eſt facienda excuſsio, vt not. Ange. in dict. §.
ſed neque. dicens ita ſentire glo. in l. 2. circa prin. ff. qui
44 ſatisda. cog. ¶ † Et vltimò forma faciendæ excuſsionis
ponitur per Ang. in d. §. ſed neq;. in fi. & dicit, quòd il-
la bona ſunt diſcutienda, quæ ſine aliqua cõtrouerſia
poſsideri poſſunt: & ſic innuit, ꝙ ea quæ ſunt in cõtro
uerſia, ſunt dimittẽda: nec per illa debet retardari pro
ceſſus contra tertium poſſeſſorem: & pro hoc optimè
facit tex. & ibi not. doct. in l. à diuo Pio. §. ſed & illud.
ff. de re iudic. & de forma excuſsionis. Adde Guid. pa-
pæ q. 432. vbi multa ponit: & hæc ſufficiant in materia
excuſsionis, quantum concernit actionem hypotheca
45 riam. ¶ † Quinta concluſio circa materiam hypothe-
carię, in hac prima parte octauę partis principalis, eſt,
quòd ſententia lata in hypothecaria, non transfert do
minium in ipſum creditorem: & ideo ſi lata ſit ſenten-
tia ſuper hypothecaria in fauorem creditoris contra
vnum qui non poſsidet, non poterit creditor agere iu
dicati vigore dictæ ſententiæ cõtra alium, qui dictam
rem hypothecatam poſsideat vẽdicando illam ab eo:
ſed contra eum debet iterato agere hypothecaria: &
ſi excipiatur per conuentum, quòd lata ſit ſententia ſu
per hypothecaria contra alium, & per conſequens, ꝙ
videatur facta nouatio, poterit replicari duobus mo-
dis. Primò, quòd iſta nouatio non tollit veterem obli-
gationem, ſed adiicit nouam. Secundò, quòd ſententia
lata pro ipſo creditore, ei nocere nõ debet: iſte eſt tex.
not. in l. ſi fundus. §. creditor. & ibi glo. Bar. & Salicet.
46 optimè declarantes prædicta. ff. de pig. ¶ † Sexta cõclu
ſio eſt, quòd etiam ſi creditor elegerit agere hypothe-
caria contra debitorem, vel alium tertium poſſeſſorẽ:
tamen ſi in totũ non potuit ſuũ creditũ cõſequi ex vẽ-
ditione pignoris, non tollitur perſonalis pro reſiduo:
vt eſt textus in l. aduerſus. & ibi glo. Bart. & Bald. C. de
action. & oblig. & idem eſt etiam, ſi creditor obtinuit
illam rem hypothecatam. ad quam egit ſibi in ſolutũ
dari pro certa æſtimatione: quia pro reſiduo remanet
47 firma actio perſonalis, vt ibidem declarat Salic. ¶ † Se-
ptima concluſio eſt, quòd actio hypothecaria non ori-
tur ex obligatione contracta in diem certam, penden-
te die: vt firmat Baldus in l. j. 2. colum. in verſic. quæro,
nunquid ante diem. C. commu. de lega. text. & ibi not.
in l. ſoluitur. §. ſi paciſcatur. ff. quib. mod. pig. vel hypo.
ſol. hoc tamen limitatur, niſi debitor eſſet ſuſpectus de
receſſu vel fuga. Nam ſi ſuſpicio ſuperuenit poſt obli-
gationem contractam, vel ſi aderat tempore contractę
obligationis, tamen illam creditor ignorauit, etiã pen
dente die poterit creditor agere hypothecaria textus
eſt & ibi not. glo. Bart. Salic. in l. quæſitum. ff. de pigno.
quod no. quia poteſt de facili contingere. ¶ Octaua cõ
cluſio eſt, quòd ſtante ſtatuto quòd in caſibus dependẽ
tibus ex inſtrumento guarentigiato, vel aliis agatur
ſummariè &c. quòd tale ſtatutum habebit etiam locũ,
quando ageretur hypothecaria ex obligatione bono-
rum adiecta in huiuſmodi inſtrumentis, & hoc, ſi aga-
tur contra debitorem obligatum in dicto inſtrumẽto:
ſecus autem, ſi ageretur contra tertium poſſeſſorem:
ita tenet Bal. in l. j. C. commu. de lega. j. col. in verſic. &
facit ad q. & faciunt quæ latè ſcripſi ſuprà in 4. mẽbro
48 ſecundæ partis principalis. ¶ † Nona concluſio eſt, ꝙ
hypothecaria de ſui natura datur in ſolidum contra
vnũ ex poſſeſſoribus bonorum obligatorũ. vt ſ. res quã
ille poſsidet, auocetur ab eo in totum, niſi ſoluat inte
grum debitum: quia quælibet res eſt in ſolidum obli-
gata creditori. l. j. C. ſi vnus ex plu. hære. cre. vel debit.
& niſi totum debitum ſoluatur, nulla res obligata libe
ratur, ſed etiam ſi pars debiti ſit ſoluta, remanet quæli
bet res inſolidũ obligata pro reſiduo. l. quandiu. C. de
diſtract. pig. & l. ſi rem. §. omnis. ff. de pig. actio. & ideo
eſt in electione creditoris habentis plures res obliga-
tas, vnam ſolam pro vniuerſo debito vendere. l. credito
ris. ff. de diſtra. pign. Intelligendo tamen, vt dixi ſuprà
in j. membro ſextæ partis, & prædicta procedunt nõ ſo
49 lum aduerſus ipſos debitores & eorum hæredes, ſed e-
tiam aduerſus tertios poſſeſſores. † vt eſt textus in l. Mo
ſchis. in princi. ff. de iure fiſ. & ibi no. gl. & Bart. põde-
rando text. dum dicit poſſeſſorem omnem: nam dictio,
omnis, in ſingulari numero eſt diſtributiua, & attri-
buit actum cuilibet in ſolidum, vt declarat ibi Bart. &
Bal. & Imol. in l. hoc articulo. ff. de hære. inſtit. & Bart.
50 in l. fina. C. de debi. ciui. libr. ſexto. ¶ † Et ratio iſtius
deciſionis eſt, quia licet in principali obligatione in-
definita, tam reali quam perſonali, inducatur obliga-
tio pro rata. l. reos. §. cum in tabulis. ff. de duob. reis. ta
men ſecus eſt in obligatione acceſſoria: quia ſcilicet ſi
plures obligentur acceſſoriè, indefinitè vel collectiuè,
quilibet mero iure obligatur in ſolidum, vt in plurib.
fideiuſſoribus, vt l. inter fideiuſſores. & l. ſi contendat.
& in l. inter eos. ff. de fideiuſſ. & cùm hypotheca bono
rum veniat acceſſoriè ad obligationem principalem,
vt per Bart. in l. ſolutum. §. per liberam. ff. de pign. acti.
ſequitur quòd etiam illa competat in ſolidum in qui-
buſcunque bonis obligatis. & ratio rationis aſsigna-
ri poteſt, videlicet quòd ſi in obligatione bonorum, in
qua veniunt præſentia & futura, lege fina. C. quæ res
obligat. poſſ. diceremus quòd quælibet res eſſet o-
bligata pro rata, reſultaret inconueniens, quòd ſi eſ-
ſent mille res, in qualibet creditor haberet perſe-
qui milleſimam partem: quòd eſſet abſurdum &
quia ſi eſſent mille res de præſenti, poſſent de fu-
turo ſuperuenire aliæ mille, & ſic diminueretur hy-
potheca primarum rerum, & creditor eſſet in in-
certo: merito ergo ad euitandum talia inconue-
nientia fuit deciſum, quòd quælibet res hypothe-
cata ſit in ſolidum obligata. & ita declarat & firmat
Corneus in conſil. 135. ſuprà ſcripto &c. in fin. prim. vo
51 lumi. j. † Prædicta tamen fallunt in hypotheca, quę cõ
petit pro legatis: quia illa contra hæredes teſtatoris
non datur in ſolidum, ſed ſolum pro portionibus
hæ-



hæreditariis ad inſtar perſonalis actionis, vt l. j. in fin.
& ibi not. Barto. C. comm. de lega. & Bar. in l. legatorũ.
in princ. ff. de leg. 2. licet alias contra hæredes debito-
ris hypotheca in bonis defuncti competat in ſolidum,
vt l. j. & ibi Bart. C. de hære. acti. & l. j. & ibi per doct. C
52 ſi vnus ex plurib. hæred. cre. vel debit. ¶ † Decima con
cluſio eſt, quòd hypotheca cõſtituta pro grano, vino,
& oleo, ſimpliciter extenditur ad incrementum, ſuæ
æſtimationis, quæ creuit à tempore moræ: iuxta l. vi-
num. ff. ſi certum petatur. Nam illud incrementum ſeu
intereſſe venit per officium iudicis à tempore moræ,
vt l. ſi ſeruum. §. final. ff. de verborum obli. & not. Barto.
in dict. l. vinum. in vltim. colum. in verſic. veniamus ad
vltimam partem &c. & ſicut tale intereſſe, quod venit
officio iudicis ratione rei promiſſæ propter morã au-
get obligationem fideiuſſoris, qui ſimpliciter interceſ
ſit: vt not. Barto. in l. fin. in vltim. colum. in verſi. pro de
claratione &c. ff. de eo quòd cer. loco in ſua diſtinctio
ne, in tertio caſu: ita dicendum eſt de hypotheca ſim-
pliciter accepta, quia id quòd dicitur iſto caſu in fide
iuſſore, eſt etiam dicendum in pignore & hypotheca,
vt not. Bar. in l. ſolutum. §. ſi in ſortem. ff. de pig. action.
& de materia æſtimationis, quæ creſcit propter morã,
iuxta terminos d. l. vinum. vide pulchrũ cõſ. Alex. in cõ.
220. ponderatis his. 6. volum. &c. ſecus autem eſſet de
eo, quod creſceret ex contumacia debitoris, iuxta l. j.
ff. de in litẽ iur. vbi vide &c. ¶ Aliud autem eſſet dicen
dum, ſi hypotheca taxatiuè fuiſſet conſtituta pro gra-
no tantum, quia tunc non teneretur pro augmento: &
hoc modo puto procedere id quod vult Roma. in con
ſi. 17. in caſu propoſitę &c. quod prima facie videbatur
contrariari præmiſsis: pro qua concordia faciunt etiã
not. ſuprà in quinta parte primi mẽbri. nu. 13. vbi vide.
53 ¶ † Vndecima concluſio ſit, quòd creditor non poteſt
propria authoritate occupare hypothecam, ſed debet
procedere decretum, vel authoritas iudicis, niſi fortè
immineret ſuſpicio fugæ debitoris, vel ſuper hoc eſſet
factum pactum: aliàs incideret creditor in pœnam, vt
eſt tex. & ibi glo. Bal. & Salic. in l. pignoris. C. de pign.
action. & ibi eſt glo. pleniſsima de hoc.

*SVMMARIVM.*

1 *Hypothecaria quibus perſonis competat, & contra quas & pro quibus rebus.*
2 *Iuramẽtum qualiter deferatur in hypothecaria, & creditore in litem iurante, condemnabitur debitor, & in quantum.*
3 *Iuramentum in litem, in materia hypothecaria diuerſimodè conſideratur.*
4 *Agens hypothecaria ex obligatione generali contra tertium poſſeſſorem, poteſt vnam rem in ſolidum eligere.*
5 *Emens rem à debitore, vt ſatisfaciat creditori, ſi non ſatisfaciat, tenetur hypothecaria.*
6 *Hypothecaria contra debitorem, poteſt cumulari cum perſonali.*
7 *Hypothecaria datur contra tertium poſſeſſorem in ſubſidium ad pretium re præſcripta, vel perempta, quando ille poſſidet ex cauſa lucratiua.*
8 *Actio hypothecaria datur ad bona ſita extra territorium contractus.*

## Secundum membrum octauæ partis principalis.

SEQVITVR modo ſecundum mem-
brum iſtius octauæ partis principalis. In
qua videndum venit, quibus perſonis, &
cõtra quas perſonas, & pro quibus rebus
1 cõpetat actio hypothecaria. ¶ † Et primò
clarum eſt, quòd competit creditori, cui bona ſunt hy
pothecata, vt inſtit. de actio. §. item Seruiana. ver. quaſi
Seruiana. item competit hæredibus creditoris, vt l. pri
ma, C. ſi vnus ex plur. hære. credit. vel debit. & iſtis cõ-
petit hypothecaria directa. Item competit ceſsio-
nario, vel emptori pignoris & hypothecæ, iuxta totũ
titu. ff. & C. de hæred. vel actio. vendi. faciunt not. per
gloſſ. & Bart. in l. ſi pig. ff. fa. erc. per Bart. & Paulum de
Caſt. in l. ſi hæres pecuniam. ff. ad Trebelli. in l. Ariſto.
ff. quæ res pignor. obli. poſſ. Item competit alteri cre-
ditori, cui primus creditor obligauit ſuum nomen de
bitoris, iuxta l. nomen. C. quæ res pignori obli. poſſ. vel
cui pignus pignori dedit, iuxta l. grege. §. cùm pigno-
ri. ff. de pigno. & totũ titu. C. ſi pig. pign. dat. ſit. & iſtis
caſibus iſta hypothecaria eſt vtilis, quæ directò com-
petebat principali creditori, vt habetur in dictis locis.
Competit autem iſta actio cõtra principalem debito-
rem, vt l. perſequutione. & authen. hoc ſi debitor. C. de
pignor. Item competit contra hæredes debitoris, vt l.
j. & 2. C. ſi vnus ex plurib. hæredib. credi. & debit. item
contra tertium poſſeſſorem, quia eſt realis, & ſequitur
fundum, vt l. pignoris. ff. de pig. & ibi Barto. & l. pigno
ris. C. eodem titul. & ibi Bartolus & Bald. item contra
nomen debitoris obligatum. d. l. nomen. & ibi Barto. &
alij. Datur autem ad rem pignori datam, & ad omnia
quæ compræhenduntur in expreſſa ſeu tacita obliga-
tione, vt apparet ex his quæ dicta ſunt ſuprà in ſecun-
da parte principali, in 3. membro, vbi poſui ea quę poſ
ſunt in ſpecie obligari: & in d. 2. parte in 3. membro, vbi
poſui caſus, in quibus à lege inducitur tacita hypoth.
& ex his quæ poſui ſuprà in d. ſecunda parte in ſecun-
do membro, vbi poſui ea quæ veniant in generali obli
gat. In omnibus enim caſibus notatis in dictis locis, &
pro rebus in illis expreſsis cõpetit hypothecaria, datur
etiam ad recuperãdam poſſeſsionem à qua cecidit cre
ditor tam in pignore conuentionali, quã prętorio, vt
l. 2. C. de præto. pig. Item datur etiam pro legatis iuxta
l. j. C. commu. de leg. Item datur etiam ſi pignus vel hy-
potheca eſſet data ob aliquam turpẽ cauſam: quia hy-
pothecaria non fundatur in contractu, ſed datur ad rẽ
vt tenet gloſſ. in l. 2. C. de condi. ob tur. cau. & habetur
per Bart. & alios in l. j. ff. eo. titu. & in l. iuriſgentium. §.
ſi ob maleficium. ff. de pact. alios caſus ponam infra.
2 ¶ † Secundò, in materia dubitatur, an ſi conuentus hy-
pothecaria, dolo deſiit poſſe reſtituere rem, an iſto ca
ſu creditor poſsit iurare in litem, & conuentus debeat
condemnari quanti creditor iurauit: & breuiter reſpõ
detur, quòd ſic, vt eſt text. in l. ſi fundus. §. in vendica-
tione. ff. de pign. & ibi gloſſ. & Bart. & hoc eſt verum,
etiam ſi creditor in libello petiiſſet poſſeſſorem con-
demnari alternatiuè, vel ad reſtituendum rem, vel ab-
ſoluendum debitum. Nam licet videretur dicendum,
non eſſe locum tunc iuramento in litem, ex quo petitũ
eſt condemnari ad ſoluendum debitum, cum tale iura
mentum præſtetur ſolum, quando poſſeſſor deſiit poſ-
ſe reſtituere rem dolo, vt l. in actionibus. ff. de in lit. iu.
tamen cùm ſolutio debiti veniat in actione hypothe-
caria ex natura obligationis, cum poſſeſſor volens, poſ-
ſit illud ſoluere. l. mulier. ff. qui pot. in pign. habean. &
l. Paulus, §. fina. ff. quib. mod. pign. vel hypo. ſolut. Ideo
ſi conuentus non reſtituat rem, neque ſoluat debitum,
& deſierit poſſe reſtituere ex dolo, poterit creditor ob
reſtitutionem non factam iurare in litem, quanti ſua
interſit ob rem non reſtitutam. ita declarat Bartolus in
dicto §. in vendicatione. & ſequitur Salicetus dicens,
in actione hypothecaria non eſſe in obligatione ſol-
uere debitum, ſed eſſe in facultate ſoluendi: quia poſ-
ſeſſor poteſt, ſi vult illud ſoluere, ſed in obligatione eſ-
ſe reſtitutionem rei hypothecatæ. Ex prædictis ergo
concluditur, quòd quando reus conuentus hypothe-
caria, dolo deſiit poſſe reſtituere rem, creditor iurat
contra eum in litem, quanti ſua interſit. & prædicta

militant, quando agitur contra tertium poſſeſſorem.
3 ¶†Sed ſi agatur hypothecaria contra debitorem, &
ipſe dolo deſierit poſſe reſtituere, creditor non pote-
rit iurare in litem contra eum, quanti ſua interſit: ſed
ſolum, quantum eſt creditum ſuum cum vſuris ſibi de
bitis, vt eſt text. & ibi declarat Bartol. in d.l. ſi fundus.
§. ſi pluris. ff. de pign. & optimus text. in l. ſi inter. §. fi.
eod. titul. vbi ponitur iſta differentia inter iuramen-
tum in litem, quod defertur creditori contra tertium
poſſeſſorem, dolo deſinentem poſſe reſtituere, & illud
quòd defertur cõtra debitorem, vt ſcilicet contra ter-
tium poſſeſſorem iuretur, quanti intereſt creditoris,
contra verò debitorem, non iuretur vltra debitum.
¶Ratio differentiæ eſt, quia illud quod creditor con
ſequitur à tertio poſſeſſore vltra ſuum debitum, tene-
tur poſſe reſtituere debitori per directam pignorati-
tiam: ſed iſtud in debitore conuento ceſſat, ideò con-
tra eum non debet exigi, niſi quod eſt debitum. d.l. ſi
inter. §. final. & declarat Bartol. in dict. l. ſi fundus. §. ſi
pluris. & ibi ſequitur Salic. & Alex. ¶In vno tamen ca-
ſu, etiam quando agitur contra debitorem, poterit cre
ditor iurare in litem vltra debitum hypothecarium,
videlicet quando creditor eſſet etiam creditor chiro-
grapharius: nam ſi creditor cecidit à poſſeſsione pi-
gnoris, & illa reuerſa ſit ad debitorem, intereſſet dicti
creditoris vltra debitum hypothecarium pignus ſibi
reſtitui, vt poſſet illud retinere pro credito chirogra-
phario, iuxta l. vnic. C. ſi ob chirograph. pecun. & ideo
iſto caſu contra debitorem qui dolo deſijt poſſe reſti-
tuere, poſſet creditor iurare in litem, quanti ſua inte-
reſt, reſpectu debiti chirographarij, & ſic vltra debitũ
hypothecarium ita declarat Bartol. in dicta. l. ſi inter.
4 §. fin. & ibi etiam Salic. ¶†Tertio in materia eſt etiam
notandum, quòd creditor habens generalem hypo-
thecam in omnibus bonis debitoris, poteſt eligere
vnam rem ex pluribus, agendo hypothecaria contra
tertium poſſeſſorem, cùm omnia bona ſint in ſolidum
obligata, vt ſæpius dictum eſt, & habetur per Bartol.
in l. Moſchis. ff. de iure fiſc. cum concordantiis, de qui
5 bus ibi per Alex. ¶†Quartò notandum eſt, quòd dicta
actio hypothecaria competit etiam cõtra emptorem,
qui rem hypothecatam emit à debitore, vt ſatisface-
ret de precio creditori. Nam ſi poſteà non ſatisfaciat,
conueniri poteſt hypothecaria à creditore, vt eſt tex.
in l. diſtractis. iuncta authen. ſequenti. C. de pig. & ibi
6 hoc nota. Bald. ¶†Quinto adde in materia, quod cre-
ditor agens contra debitorem, poteſt cumulare actio
nem perſonalem & hypothecariam, quando debitor
poſsidet. l. perſecutione. & ibi Bart. & doct. C. de pig.
& eodem modo quando ageret contra fideiuſſorem
poſsidentem pignus, vt per gloſſ. in authentic. hoc ſi
debitor. C. de pign. & ibi Bartol. quam legit cum l. per
ſecutione. præcedenti. in 2. col. in verſic. vlterius quæ-
rò. Et prædicta procedunt, etiam ſi libellus eſſet pro-
ductus in perſonali actione dũtaxat: nam oppoſita ex-
ceptione præſcriptionis 30. annorum, creditor pote-
rit cumulare hypothecariam: quia ex iſta cumulatio-
ne non læditur reus debitor: & ideo cumulari poteſt,
vt colligitur ex gloſſ. in l. nemo ex his. ff. de regul. iur.
argum. l. pe. ff. que res pign. oblig. poſſ. & quia ibi duo
propter vnum, ibi vnum tantum. l. qui libertatis cau-
ſam. §. ſeruus. ff. de euict. meritò hic fingitur vna peti-
tio, & non plures. it ano. Bal. in rep. l. edita. in materia
cumulationis, in 5. q. & adde Bal. in authen. contrà ro
gatus. C. ad Trebe. & quod cumulari poſsint perſona
lis & hypothecaria contra debitorẽ, eſt text. in authé.
de fideiuſſ. §. ſed neque. coll. j. & no. glo. fi. in d.l. nemo
7 ex his. ad fin. ¶†Sexto dicta actio hypothecaria datur
contra venditorem rei hypothecatę, pretendentẽ cau
ſam lucratiuam in ſubſidium (quando res hypotheca
ta eſſet preſcripta vel perempta) ad precium illius, vt
per gloſſ. Bart. Salic. & alios. in l. j. ff. de diſt. pig & laté
dixi ſuprà in quinta parte primi membr. & in 4. memb.
8 ſecundæ partis. ¶†Septimò, dicta actio hypothecaria
datur etiam ad bona ſita extra locum contractus, vt eſt
gloſſ. no. in authentic. vt omnes obedi. in princi. §. hæc
conſiderantes. in gloſſ. in verſicu. hypotheca. colla. 6. &
ſic debitor ſortitur forum in loco cõtractus, etiam quo
ad bona exiſtentia extra illum locum, quando agitur
hypothecaria. ita dicit ibi glo. & illam valde notat &
dicit tenendam menti Bald. in l. 2. in fin. C. manda.
¶Plures alij caſus in hac parte poſſent cumulari circa
perſonas & res, in quibus datur hypothecaria: ſed om-
nes ſunt relati ſuprà in illis locis: ne igitur idem ſępius
repetatur, his paucis ero contentus.

## *SVMMARIVM.*

1 *Actio dotis non oritur conſtante matrimonio, niſi in caſu emergentis inopiæ mariti.*
2 *Actio hypothecaria in contractu emptionis pro euictione non oritur, niſi ſecuta euictione.*
3 *Hypothecaria in legato conditionali, vel in diem, non oritur, niſi purificata conditione. Idem in quacunque obligatione.*
4 *Hypothecaria in fideicommiſſo vniuerſali, facta reſtitutione verbali, adhuc competit: facta autem reſtitutione reali, non.*
5 *Hypothecaria in contractibus puris, oritur à die obligationis contractæ.*
6 *Quæ probanda quando agitur hypothecaria cõtra debitorem.*
7 *Agens hypothecaria contra hæredem debitoris, cuius bona defunctus obligauit, quid probare debeat.*
8 *Agens hypothecaria cõtra tertium poſſeſſorem, quæ probare debeat.*
9 *Diſpoſitio l. apud Celſum. §. de authoris. ff. de doli exceptione, quo caſu procedat.*
10 *Emens non dicitur confiteri rem quam emit, eſſe vẽditoris: nec hoc tenetur confiteri, ſi conueniatur.*
11 *Creditor agens hypothecaria contra tertium poſſeſſorem, non habentem cauſam à debitore, quid probare debeat.*
12 *Actio realis vel perſonalis in rem ſcriptam competens contra autorem, competit etiam contra eius ſingularem ſucceſſorem,*
13 *Actio hypothecaria vtilis competit, vbi recõualuit, quia debitor ſucceſſit domino rei obligatæ.*
14 *Hypothecaria directa datur quando debitor tempore obligationis emerat, ſed nõdum erat ſibi res tradita, ſed fuit tradita poſtea.*
15 *Hypothecaria directa competit quando debitor obligauit rem ſub cõditione, ſi res ſua fieret, & poſtea fuit acquiſita.*
16 *Hypothecaria directa competit ex obligatione generali in bonis poſtea acquiſitis.*
17 *Hypothecaria non competit ad poſſeſſionem obligatam, ſi debitor illã amiſit, & fuit occupata per aliũ.*
18 *Hypothecaria an & quibus caſibus locum habeat pro poſſeſſione amiſſa per debitorem.*
19 *Interdictum Saluianum vtile cõpetit cuilibet creditori hypothecario.*
20 *Actio hypothecaria quẽadmodum diuerſimodè intentatur, ita diuerſimodè libellus in ea concipitur.*
21 *Libellus in hypothecaria directa vel vtili alternatiuè conceptus, an non declaratus procedat.*
22 *Libellus in actione hypothecaria, diuerſimodè venit conſiderandus.*
23 *Res illa dicitur eſſe in bonis, quando agitur ad illam, li-*



*licet non poſſideatur, & poſſideatur, cũ exceptione.*
24 *In libello hypothecario quid & qualiter ſit concludendum.*
25 *Dominium qualiter in actione hypothecaria probetur.*
26 *Forma libelli hypothecarij in quo differat à forma libelli vtilis Saluiani interdicti.*
27 *Sententia in iudicio hypothecario cuius formæ eſſe debeat.*

## Tertium membrum octauæ partis principalis.

SEQVITVR tertiũ mẽbrũ iſtius octa-
uæ partis principalis, in qua videndũ eſt
primò, quando oriatur actio hypotheca-
ria. Secũdò, quæ ſint pbanda ad obtinen
dũ in ea. Tertiò de modo libellãdi circa
1 illã, & circa Saluianũ interdictũ, &c. ¶†Primò itaq;
notandum eſt, quod actio de dote cõpetens ad eius reſti-
tutionẽ, nõ oritur cõſtante matrimonio, ſed demũ eo
ſoluto niſi in caſu inopiæ mariti, vel alterius obligati
ad reſtitutionẽ dotis: ita laté diſputãdo cõcludit Alex.
Cõm. opin. dicens hanc eſſe cõmunem opini. in l. ſi conſtante §. j.
in duabus vltimis col. ff. ſol. matrimo. & ratio eſt, quia
mulier dicitur creditrix pro dote conditionaliter, vi-
delicet ſi matrimonium ſoluatur morte mariti, vt ibi
habetur: & ideo pendente conditione nõ oritur actio
l. cedere diem. ff. de verb. ſigni. Ita etiam firmat Alex.
in conſi. 106. viſis & opportunè. in prima col. in 5. volu.
Oritur ergo actio de dote ipſi vxori ſtatim ſolu. matr.
morte viri. non expectato lapſu anni, qui indulgetur
marito & eius hæredibus ad reſtitutionẽ dotis miſera
tionis cauſa iuxta l. vni. §. exactio. C. de rei vxo. action.
quia iſte annus non ineſt actioni vel obligationi, ſed
datur miſerationis cauſa: ideo non impedit natiuita-
tem actionis. Et probatur iſtud, quia ſoluto matrimo.
ſtatim incipit currere præſcriptio cõtra actionem de
dote, vt l. in rebus. §. fi. C. de iure do. quòd vtique non
eſſet, ſi tunc actio orta non eſſet. l. cùm notiſsimi. C de
præſcri. 30. ann. quia nõ valenti agere non currit præ-
ſcrip. l. j. in fin. C. de anna. excep. Et ſicut actio de dote
nõ oritur niſi demum ſoluto matri. (vt dictum eſt) ita
& dicendum eſt in actione hypothecaria, quæ oritur
ex expreſſa vel tacita hypotheca pro dote: quia actio
hypothecaria à principio nõ naſcitur, niſi prius nata
principali obligatione perſonali, cui ipſa accedit, vt
per Bart. in l. fideiuſſor obligari in prin. ff. de fideiuſ. &
iſtud firmat Bald. Nouel. in tractatu dotis in 10. parte
principali in 16. & vltim. limit. vbi tamen declarando
dicit, quòd licet hypothecaria pro dote, non oriatur
cum actione perſonali, niſi demum ſolu. matri. tamen
quòd ex tunc retrotrahitur ad tempus contracti ma-
trimonij: quia dicta obligatio dotis reſtituendæ con-
trahitur ſub quadam conditione, videlicet ſi matri-
monium ſoluatur: quæ conditio cùm ſit caſualis, re-
trotrahi debet, prout eſt regulare in contractibus, quod
conditio purificata retrotrahatur ad diem cõtractus,
vt l. potior. & l. qui balneum. ff. qui pot. in pign. hab. vt
2 ibi per eum, & ſæpiſsimè dictum fuit ſuprà. ¶†Simili-
ter dicẽdum eſt in actione euictionis, quia etiam illa
non naſcitur ante ſequutam euictionem. l. habere li-
cere. ff. de euict. & l. qui rem. C. eo. titu. & ſimiliter hy-
pothecaria pro euictione tũc demum naſcitur per ra-
tionem ſuprà adductam in proximo præcedenti arti-
culo: & ita not. Alexand. in d. conſi. 106. in j. col. 5. volu.
3 ¶†Idem etiam dicendum eſt in legato conditionali,
vel in diem: quia ante purificatam conditionem vel
diem non oritur actio in rem, nec hypothecaria pro
dicto legato. ita no. Bald. in l. j. in 2. col. in verſi. quæro,
nunquid ante diem certam, &c. C. commu. de leg. Et
idem dicendum eſt in quacũque alia obligatione cõ-
ditionali, vel in diem, vt ſcilicet nõ oriatur hypothe-
caria, niſi demum purificata conditione, vel die, vt eſt
text. & ibi glo. Bart. & alij in l. grege. §. pe. ff. de pign. Si
tamen egiſſet creditor pendente conditione, & pro-
pterea ſuccubuiſſet, ſi poſtea purificetur conditio, ite
rum agere poterit, nec ei obſtabit exceptio rei iudi-
catæ, vt ibidem eſt text. & vult gloſſ. ibi in verſi. agere.
4 ¶†Sed dubitatur an in fideicommiſſo vniuerſali pu
rificata conditione, poſsit fideicõmiſſarius agere hy-
pothecaria facta reſtitutione verbali, ante reſtitutio-
nem realem? & Bald. in d.l. j. in prin. C. cõmu. de leg. in
verſicu. quæro, nunquid ex fideicommiſſo vniuerſali
&c. tenet quòd ſic. Mouetur per text. in auth. cõtra ro
gatus. C. ad Trebel. vbi eſt text. expreſſus, quòd fidei-
commiſſario vniuerſali competit hypothecaria pro
rebus fideicõmiſſo ſubiectis: & gloſ. ibi in ver. in rem.
dubitat, quomodo poſsit competere talis hypothe-
caria, cùm videantur res eſſe ſuæ. & ideo non videtur
poſſe dici, quod dictæ res ſint obligatæ ipſi fideicom-
miſſario. l. ſi rem alienam. ff. de pign. action. & l. neque
pignus. ff. de regul. iur. vnde glo. ibi reputat iſtud mi-
rabile. Non obſtat d.l. neque pignus, quia vt declarat
Salic. in d. auth. cõtra rogatus. in 4. oppo. & ſentit ibi
Bal. in verſic. item not. quòd in eadẽ re. ad hoc reſpon-
deri poteſt, quòd ante reſtitutionem talem factam fi-
deicommiſſario vniuerſali per ſolam verbalem reſti-
tutionem, fideicommiſſarius nõ acquiſiuit perfectum
& verum dominium: & ideo reſpectu iuris, quod ſibi
defecit in rebus fideicommiſſo ſubiectis, poſſunt illæ
res dici obligatę ipſi fideicommiſſario. arg. etiam tex.
in l. ex ſextante. §. Latinus. ff. de exceptio. rei iud. & ibi
eſt glo. not. in ver. conſtituto. quæ ita intelligit, videli-
cet, quòd donec quis non eſt plene dominus rei, non
obſtat l. neque pignus. & ita intelligit l. in rebus. C. de
iure dot. ¶Iſtam etiam intelligentiam firmat Paul. de
Caſt. in l. j. in j. col. in ver. ſed oppono extra gloſſ. vide-
tur &c. C. commu. de lega. vbi dicit, quòd illa regula
quæ dicit, quod ſemel eſt meum, amplius effici meum
non poteſt, vt inſtit. de leg. §. ſed quia noſtra. procedit,
quando res eſt perfectè mea & mihi acquiſita per re-
gulas iuris, & ideo non habet locum in re legata, quæ
acquiritur ipſo iure ſine traditiõe extra regulas iuris.
¶Concluditur ergo, quòd fideicommiſſarius vniuer-
ſalis poſt factam reſtitutionem verbalem poſsit agere
hypothecaria, ſed non poſt factam reſtitutionem rea-
lem: quia tunc perfectè eſſet dominus, vt l. reſtituta. &
l. facta. in princ. & ibi not. ff. ad Trebel. & ita tenendũ
puto. quanuis Iaſ. in d.l. j. in 7. limi. C. commu. de lega.
reliquerit articulum indeciſum, dicendo, nũquam de
eo fuiſſe bene clarum, & nũquam audiuiſſe decidi per
5 aliquem. ¶†In aliis autem obligationibus & contra-
ctibus puris dicendum eſt, quòd hypothecaria oria-
tur indiſtinctè à die ortæ obligationis perſonalis, vt
habetur in l. res hypothecæ. ff. de pign. & l. grege. §. pe
nul. cum l. ſequen. eodem titulo. & faciunt notata per
Barto. in l. ſi. fideiuſſor obligari. in prin. ff. de fideiuſſo.
6 ¶†Secũdo loco in iſta tertia parte octauæ partis prin-
cipalis vidẽdum eſt, quæ ſint probanda in actione hy-
pothecaria: & in hac parte complectendo totam ma-
teriam, & indiſtinctè & clarè procedendo, ponam ſe-
ptem concluſiones. ¶Prima igitur concluſio ſit, quòd
quando agitur contra debitorem principalem hypo-
thecaria, quòd ſi hypotheca fuit ſpecialis de aliqua
certa re, debet probari, quòd debitor tempore obli-
gationis illam poſſederit: ſi autẽ hypotheca fuit gene-
ralis omnium bonorum, ſufficit probare, quòd poſt
contractam obligationem debitor aliquando poſſede-
derit. ita probat textus notab. in l. quæ nondum. §. j. ff.
de pignor. & iſto caſu non eſt neceſſe probare de do-
minio vel quaſi debitoris: ſed vt dictũ eſt, ſufficit pro-
bare illius poſſeſsionem, dummodo creditor agẽs al-
leget in ſuo libello & in poſitionibus dominium de-

bitoris: nam abſque alia probatione reſultat præſum-
ptiua probatio dominij. Alias ſi non poneretur de
dominio debitoris, creditor agens ſuccumberet, non
obſtante quòd probaſſet poſſeſsionem. ita not. Bart. in
l. rem alienam. in 2. col. in verſi. quæro circa iſtam par-
tem, &c. ff. de pign. actio. & Ang. de Aret. Inſti. de acti.
§. item Seruiana. in 3. colũ. & ratio iſtius deciſionis eſt,
quòd quando debitor qui obligauit, cõuenitur à cre-
ditore hypothecaria, non poteſt refricare quæſtionẽ
dominij, vel excipere & negare ſe non eſſe dominum,
quia ita excipiendo repelleretur per replicationem
doli, vt eſt text. & ibi not. per doct. in l. ſi inter. §. j. ff. de
pigno. & ideo ſufficit probare poſſeſsionẽ, & allegare
dominium debitoris, ex quo pro eo præſumitur: nam
præſumptio non requirit probationem: ſed ſufficit
eam allegare, vt per Bartolum in l. ſi adulterium cum
inceſtu. §. idem Pollioni. ff. de adulteriis. Dum tamen
dictum eſt, quòd ſufficit probare poſſeſsionem debi-
toris, intellige tu, dummodo probetur cum bona fide
poſſediſſe, videlicet quòd eam poſſedit vt ſuam, & ſic
bona fide, iux. l. Titia. ff. ſolut. nã cùm poſſederit bona
fide & vt ſuam, præſumitur dominus vel quaſi, vt l. j.
C. de priui. fiſc. & l. 2. C. ne vxor pro ma. & ita in præ-
dictis firmat Salice. in l. cùm res. in 5. col. C. ſi alien. res
pigno. da. ſit. ¶ Illud autem quod dictum eſt, quòd de-
bitor conuentus hypothecaria, non poteſt negare ſe
dominum, per d. l. ſi inter. §. j. ff. de pignor. intellige tu
procedere, quando debitor obligauit in ſpecie aliquã
certam rem. Nam cum obligauerit illam expreſsè, vt
ſuam: ſi tunc negaret illam fuiſſe ſuam, & ſe non fuiſſe
dominum, conuinceretur de mendacio, & repellere-
tur exceptione doli. d. l. ſi inter. §. j. & d. l. rem alienam.
in fi. ſecus autem eſt, quando debitor omnia ſua bona
obligaſſet in genere. Nam tunc conuentus ſuper vna
re in ſpecie, non prohibetur debitor excipere, quòd
illa res non fuerit ſua, ſed alterius, dummodo nomi-
net eum, cuius dicit illam rẽ eſſe, & probet ſe fructus
percipere nomine illius: aliàs ſi hoc non probaret, ex
quo poſsidet & res præſumitur eſſe ſua, ſuccumberet
& deberet condemnari. iuxta not. in l. 2. C. vbi in rem
acti. Et facit, quòd cùm ſit præſumptio pro creditore
agente contra debitorem, onus probandi transfertur
in debitorem. l. ſiue poſsidetis. C. de probat. Sed ſi de-
bitor exciperet, quòd illa res non ſit ſua, & nomina-
ret dominum & probaret, abſolueretur: quia in gene-
rali obligatione non cõuincitur de mendacio, prout
in ſpeciali: quia ſtant iſta ſimul, quòd veraciter debi-
tor obligauerit omnia ſua bona: & ꝙ iſta res ad quam
in ſpecie agitur, nõ fuerit nec ſit debitoris. & ideo ceſ
ſat diſpoſitio d. l. ſi inter. §. j. & d. l. rem alienam. §. fina.
Et ita refert & firmat Salice. in d. l. cùm res. in 5. col. C.
ſi alie. res pign. da. ſit. & in l. rem alienam. in pen. col. ff.
de pig. actio. & ibi Alex. in apoſtill. ad Bart. & Ang. de
Aret. Inſtit. de acti. §. item Seruiana. in 3. col. in verſi. &
prædicta procedunt in ſpeciali hypotheca. ¶ Item cre
ditor agẽs hypothecaria contra debitorem, debet e-
tiam probare, quòd debitor conuentus poſsideat etiã
tẽpore moti iudicij: quia cùm iſta ſit actio in rem, vt
l. pignoris. ff. de pig & l. pignoris. C. eo. titu. requiritur
ꝙ reus conuentus poſsideat, vt l. j. C. vbi in rem actio.
& l. j. C. de alien. iudi. mutan. cau. fact. & ita in ſpecie
tenet Paul. de Caſtr. in d. l. rem alienã. in pe. col. in ver.
7 qualiter autem probetur. quod nota, ne erres. ¶ † Se-
cunda concluſio eſt, quòd quando debitor obligauit
rem illius, qui poſtea fuit hæres debitoris, obligauit
tamen illam vt propriam, non vt alienam: tunc ſi cre-
ditor agat contra illum qui eſt dominus rei, modo ef-
fectum hæredem debitoris, hypothecaria, hæres non
poterit refricare quæſtionem dominij ſicut non poſ-
ſet ipſe debitor defunctus: quia iſto modo detegere-
tur mẽdacium defuncti. & ideo iſto caſu ſufficit pro-
bare poſſeſsionem defuncti tempore contractæ obli-
gationis, & de præſenti poſſeſsionem hæredis dedu-
cendo & allegando etiam eius dominium, vt ſuprà
in præcedenti concluſione dictum eſt in principali de
bitore, vt de hoc eſt text. in dicta l. rem alienam. in fin.
& ibi per docto. ff. de pignora. action. Similiter idem
dicendum eſſet, ſi defunctus feciſſet dictam obligatio
nem & contractum nomine hæredis, & promiſiſſet de
rato pro eo: tunc enim teneretur hæres habere ratum
dictum contractum, & ſufficeret eadem probatio,
de qua ſuprà. Ita nota. Paul. de Caſtro in l. ſolutum. §.
ſolutam. in princ. & in d. l. rem alienam. in 2. colum. in
verſic. ex ſecunda parte. ff. de pignor. action. Sed ſi ex-
tra iſtos duos caſus defunctus obligaſſet rem quæ nõ
erat ſua, ſed erat illius qui poſtea fuit ſuus hæres, an
tunc reconualeſcat pignus, vt competat hypotheca-
ria, habetur per glo. in d. l. rem alienã. & ibi Salice. po-
nentem plenam diſtinctionem in 3. colũ. & latè poſui
ſuprà in 2 parte principali. in 2. mẽbro. nu. 55. vbi vide.
¶ † Tertia concluſio eſt, quòd quando agitur hypo-
thecaria contra tertium poſſeſſorem ſeu alium ſingu-
larem ſucceſſorem, habentem cauſam in pignore ſeu
hypotheca à principali debitore, quòd ſecundum ma
gis verã opinionẽ tenetur creditor probare de domi-
nio directo vtili, vel quaſi debitoris. Et hoc ſiue ille
ſucceſſor prætendat cauſam lucratiuam, ſiue onero-
ſam, ſiue nullam cauſam. Iſtam opinionem tenet Bart.
in dicta l. rem alienam. in 2. columna. ff. de pignoratitia
actione. reprobata opinio Cyn. in l. cùm res. C. ſi alien.
res pign. da. ſit. quam ibi Bart. ſequutus fuit: ſecundum
quam opin. diſtinguebatur inter cauſam lucratiuam,
& cauſam onerosam. Nam in lucratiua dicebant ſuffi
cere probationem, quæ ſufficit contra debitorẽ prin-
cipalem, vt dictum fuit ſupra in prima concluſione. in
onerosa autem dicebant requiri probationem domi-
nij, vel quaſi. argu. l. apud Celſum. §. de authoris. ff. de
doli exception. vbi habetur, quòd dolus authoris ob-
ſtat ſingulari ſucceſſori, quando vult vti ſucceſsione
9 ſui authoris. ¶ † Ad quod reſpondet Bartol. in d. l. rem
alienam. ꝙ diſpoſitio d. §. de authoris. habet locũ, quã-
do ſucceſſor ſingularis agit: tunc enim dolus authoris
obſtat ſingulari ſucceſſori: & habet locum d. §. de au-
thoris. Non autem habet locum quãdo ſucceſſor poſ-
ſidet, & conuenitur in iudicio: quia tunc ei indiſtinctè
non nocet dolus authoris, vt l. an vitium. ff. de diuerſis
tempor. præſcript. & nota. in l. 2. §. j. ff. de doli exceptio.
Vnde cùm in terminis noſtris tertius poſſeſſor poſsi-
deat & conueniatur hypothecaria: non autẽ agat, non
debet ei nocere dolus authoris. ita not. Bar. in d. l. rem
alienam. Salic. verò in d. l. cùm res. & in dicta l. rẽ alie-
nam. approbat opinionem Bart. inquantum Bartol. re-
probauit diſtinctionem Cyn. inter cauſam lucratiuã
& cauſam onerosam. Sed inquantum Bar. concludit, ꝙ
indiſtinctè creditor agens hypothecaria cõtra tertiũ
poſſeſſorem habentem vel nõ habentem cauſam à de-
bitore, teneatur probare de dominio debitoris: ipſe
Salice. tenet contrarium, & in hoc ipſe dicit, quòd ſuf
ficit probare contra tertium poſſeſſorem habentẽ cau
ſam à debitore, quòd debitor bona fide poſſederit: abſ
que eo, quòd de alio illius titul. probetur: & mouetur
Salicetus, quia ex quo conſtat iudici, quòd tertius poſ
ſeſſor dictam rem accepit à debitore, vt propriam i-
pſius debitoris, ſicut debitor excipiendo, quòd res nõ
fuit ſua, repellitur à replicatione doli propter menda
cium. dic. l. ſi inter. §. j. ita debet repelli tertius poſſeſ-
ſor, qui dictam rem accepit vt propriam debitoris. &
iſtud corroborat Salicetus pluribus aliis rationibus
perſuaſiuis, concludendo, quòd poſſeſſor habens titu-
lum à debitore, videtur fateri debitorem eſſe domi-
num. ¶ Sed iſtis non obſtantibus opinionem Bartol. in
dicta l. rem alienam. tenet Ange. de Aret. inſtit. de act.
in §. item Seruiana. & dicit illam in practica obſerua-
ri, præterquam in caſu quando appareret debitorem
alie-



alienaſſe in tertium poſſeſſorem cum participatione
fraudis in damnum creditoris, ſecundùm Bal. in rub.
C. q̃ in fraud. credi. Et mouetur Are. ad hoc tenẽdum,
quia creditor prætendit tantummodo ius in re, vide-
licet hypothecam, quę nõ tribuit titulum habilem ad
acquiſitionem dominij, vel ad vſucapionem: ſed ex ea
poteſt ſolùm conſequi poſſeſsionem, vt l. ſi cùm ven-
ditor. in princ. ff. de euictione. Tertius autem poſſeſſor,
qui emit bona fide, habet titulum & poſſeſsionem de
pſenti: ergo tanquã habens pinguiora iura, debet ob-
tinere, ſicut in ſimili dicitur in petitione hæreditatis,
quæ non datur contra titulo poſsidentem, vt l. j. & 2.
C. de peti. hæred. & facit illud quod habetur in l. ſiue
autem. §. ſi duobus. ff. de Publicia. Nec obſtat ſecun
dùm Aret. ꝙ præſens poſſeſſor qui habet cauſam à de-
bitore, nõ poſsit dicere, rem non fuiſſe debitoris: quia
reſpondet, ꝙ poſſeſſor conuentus iſtud non negat, nec
affirmat: ſed ſimpliciter dicit habere titulũ à debito-
re, vt in ſimili not. Bartol. in Publiciana. in l. Pompo-
10 nius. §. ſi iuſſus. ff. de acquir. poſſeſsio. ¶ † Dictam etiã
opin. Barto. in d. l. rem alienam. tenet Angel. in l. j. ff. de
Publicia. ſuper gl. in ver. à nõ domino. vbi ex no. ibi p
gl. colligit, ꝙ emptor non cenſetur confiteri rem eſſe
venditoris: & ideo ſubdit, ꝙ ſi emptor conueniatur
hypothecaria ſuper re empta à creditore venditoris
poterit negare rem fuiſſe illius venditoris, nõ obſtãte
ꝙ ab eo habeat cauſam, & dicit ſe hoc de facto pluries
practicaſſe: & iſtam opin. ex fundamento Ange. tenet
etiam Alex. in conſi. 115. viſo proceſſu in 6. vol. in fi. vbi
etiã dicit, quòd Salic. qui tenuit in d. l. cùm res. quòd
habens titulum vel cauſam ab aliquo, cẽſeatur fateri
illũ eſſe dominũ, fuit deceptus: quia eius fundamẽtũ
non probatur iure: ſed immo contrarium eſt de iure,
per d. gl. in d. l. j. & ibi per Ang. Idẽ etiam firmat Alex.
in conſi. 43. Viſis & põderatis. in 2. col. in ver. præterea
ad probandum locationem &c. 4 volu. & in conſi. 185.
in cauſa appellationis &c. 2. col. verſicu. nec etiam di-
ctus. 5. volu. Vera ergò videtur concluſio, quod licet
quis habeat cauſam ab aliquo, ſi conueniatur actione
reali poſſet negare illum à quo cauſam habuit, nõ fuiſ
ſe dominũ: ſed in caſu cõtrario, videlicet, an ille à quo
ego cauſam habeo, poſsit negare cõtra me fuiſſe domi
nũ: dicendũ eſt, quòd non, vt tenent Bart. Bal. & alij in
d. l. cùm res. C. de probat. & Alex. in l. cõmodare. in fi.
apoſtil. magnæ. ff. commo. & in l. ſi alienam poſt Bart.
ibi & alios. ff. ſol. matr. in j. col. ¶ Ratio autẽ differẽtiæ
inter primum & ſecundum caſum, eſt: quia in primo
caſu quando ille qui habet cauſam ab alio, negat eum
à quo cauſam habet, fuiſſe dominũ nõ allegat ſuã tur-
pitudinem, nec de mendacio conuincitur. In ſecundo
autem caſu quando ille à quo ego habeo cauſam ne-
gat ſe fuiſſe dominũ, detegit ſuã turpitudinem & mẽ
dacium: ita dicit Alex. in d. l. ſi alienam. Et iſtam puto
eſſe veram concluſionem in hoc articulo & tenẽdam.
& per eam apparet, quòd quædam diſtinctio quã po-
nit Pau. de Caſtr. in d. l. cùm res. in vlt. col. in verſi. not.
iſtam gl. C. de proba. inquantum dicit, quòd ſi tertius
poſſeſſor habens cauſam ab vno, conueniatur ab alio,
aut ipſe agat contra alium, non prohibetur negare il-
lum à quo cauſam habet, fuiſſe dominum: & hoc mo-
do procedant no. per glo. in d. l. cùm res. ſed ſi ille qui
habet cauſam ab vno agat contra illum, vel ab eo cõ-
ueniatur: tunc adinuicem non poſſunt referre quæ-
ſtionem dominij, non eſt vera: quia vt dictum eſt, fa-
cienda eſt differẽtia, an ille à quo quis habet cauſam,
neget ſe eſſe dominum, & non poſsit, quia allegaret
ſuam turpitudinem: an vero ille qui cauſam habet
ab alio, neget illum fuiſſe dominum, & poſsit: quia
ex hoc nullam turpitudinem allegat: & hoc ſiue inui
cem agant, vel conueniantur: ſiue contra alios agant,
vel conueniantur ab aliis: nam ſemper eadem ratio
militat: & ita, ſi rectè aduertatur, tenet glo. in d. l. cùm
res. in glo. in verſicu. in vacuam. Similiter per iſta tol-
litur quædam modificatio, quam idem Pau. de Caſtr.
in d. l. rem alienam. dabat ad deciſionem Barto. ibi. vi-
delicet quòd deciſio Barto. procedat quando tertius
poſſeſſor non allegaret ſe habere cauſam à debitore:
quia ex quo ipſe hoc non allegat, nõ poteſt etiã allega
ri per creditorẽ: ſed ſi tertius poſſeſſor allegaret ſe ha-
bere titulum à debitore, tunc nõ procedat opin. Bart.
quaſi videatur tunc fateri, rem fuiſſe in bonis debi-
toris: quia iſta modificatio Paul. eſt verbalis potius,
quàm realis: quia eadem ratio eſt, ſiue titulus habitus
à debitore probetur per creditorẽ, ſiue allegetur per
ipſum poſſeſſorem. Et propterea tenenda eſt conclu-
ſio illa ſuprà firmata, tanquàm verior & communior,
quòd poſſeſſor conuentus hypothecaria à creditore,
etiam quòd habeat titulũ vel cauſam à debitore, poſ-
ſit negare debitorem fuiſſe dominum: quia negando
hoc, non allegat ſuam turpitudinem: & ideo creditor
agens, debet docere de dominio vel quaſi ſui debito-
ris: aliàs obtinere nõ poteſt: ſed ſi cauſa ageretur cum
debitore, qui cauſam & titulum alteri conceſsit: ſiue
debitor agat, ſiue conueniatur, & ſiue iudicium ſit in-
ter ipſum & illum cui cauſam dedit, ſiue ſi inter alios
non poterit ille qui cauſam vel titulũ dedit, alteri ne-
gare, ſe fuiſſe dominum illius rei: quia hoc negando,
allegaret ſuam turpitudinem iuxta concluſionẽ Alex.
11 in d. l. ſi alienam. & alia ſupra allegata. ¶ † Quarta con
cluſio eſt, quæ redditur clara ex dictis in præcedenti
concluſione, quòd creditor hypothecaria agẽs cõtra
tertium poſſeſſorem, non habentem cauſam à debito-
re, debet probare de dominio directo vtili vel quaſi
ſui debitoris in re, ad quam agit: & in hoc concordant
Cyn. Bartol. & Sali. communiter, alij in d. l. cùm res. C.
ſi alie. res pig. da. ſit. & in d. l. rem alienam. C. de pigno.
act. Et ratio iſtius concluſionis eſt, quia hypothecaria
non confert titulum habilem ad dominij acquiſitio-
nem, nec ad vſucap. ſed ſolùm ad obtinẽdam poſſeſsio
nem, vt l. ſi cùm venditor. in prin. ff. de euictio. & ideo
agens hypothecaria, debet fundare ſuam intẽtionem
in titulo & iure ſui debitoris: & illud probare, quod
ipſe debitor teneretur probare, ſi vellet obtinere con-
tra talem poſſeſſorem, vt eſt text. & ibi not. per gloſſ. &
doct. in l. ſi ab eo. ff. de pigno. & ita etiam firmat Ange.
de Are. in d. §. item Seruiana. in 4. col. in verſic. quarto
caſu principali &c. Sed circa duas præcedentes cõclu
ſiones poteſt dubitari, quid ſi ſtatuto aliquo legeretur,
quod in hypothecaria ſufficeret probare quòd poſſeſ-
ſor haberet titulum ſeu cauſam à debitore, (vt eſt Flo
rentiæ, vbi ſtatutum ita diſponit) an in tali ſtatuto cõ-
prehendatur nõ ſolùm ille qui habet titulum propriè
ab ipſo debitore: ſed etiam ille, qui impropriè & ficte
ab eo titulum ſeu cauſam habet, vt in eo qui miſſus eſt
in tenutam, authore prætore, in bonis dicti debitoris,
vel qui ex ſecundo decreto iudicis, illa bona in ſolutũ
habuit iuxta l. non eſt mirum. ff. de pignoratitia actio-
ne. vbi habetur de tenutario ex primo decreto, & l. j.
C. ſi in cauſam iudi. pign. capt. ſit. & l. ſi ob cauſam. C.
de euictio. vbi habetur ex ſecundo decreto: & in dictis
locis dicitur, ꝙ factum iudicis reputatur factũ partis.
Et breuiter dicẽdum eſt, quòd non: quia adeptus poſ-
ſeſsionem ex primo vel ſecundo decreto iudicis, ficte
& improprie dicitur habere cauſam à debitore, vt ha-
betur in dictis iuribus: & notat Bart. in l. eleganter. in
prin. in ver. ad tertium oppono, &c. ff. de pig. act. vnde
cùm ſtatutũ loquatur de habente cauſam vel titulũ à
debitore, & loquatur pter ius cõmune, debet intelligi
de eo qui ꝓprie & vere habet cauſam à debitore: non
autẽ de eo qui ficte & improprie, per text. iũcta gl. in l.
3. §. hæc verba. & ibi no. Bar. & Pau. de Caſt. ff. de nego.
geſt. & tãto magis cùm diuerſa ſit ratio quãdo quis ac
quirit titulũ vel cauſam ab ipſo debitore, quã quando
acquirit mediãte iudice & eiꝰ decre. ꝑ no. i l. iuſte poſ

ſidet.ff de acquir.poſſ.¶Vnde ſtante diuerſitate ratio-
nis ſtatutum loquens in caſu vero,non debet trahi ad
caſum fictum iuxta nota.in l.gallus.§. & quid ſi tan-
tum.ff. delibe.& poſ.& ita vidi obſeruari in practica,
12 & puto tenendum. ¶†Poteſt etiam dubitari in dicto
ſtatuto an locum quãdo poſſeſſor qui conuenitur hy-
pothecaria, non habeat cauſa à debitore immediatè,
ſed mediatè:quia ſcilicet emit ab alio qui emit ab ip-
ſo debitore,& puto dicendũ,quòd ſic: quia probatio-
nes quæ ſufficiebant contra primum emptorem, vi-
dentur etiam ſufficere contra ſecundum, iuxta nota-
ta per Bartolum in l.ſi ſuperatus in fine.ff.de pignori-
bus.& in l.ſæpè in fine.ff.de rei iudic. & in l. ſi mater.
§.finali.ff.de exceptione rei iudicatæ. & in omnibus
dictis locis per Alexandrum & not. quaſi in propriis
terminis Soci.in conſil.89.in cauſa agita. j. volumi.in
verſicu.ſi ergo ſatis eſt,&c.Probatur etiam,quia quan
do ſumus in actiõe reali vel perſonali in rem ſcripta,
ius agendi quod competebat contra authorem,com-
petit etiam contra eius ſingularem ſucceſſorem,vt te-
net Bartol.in l.ſi tertius.§.ſi quis prius.in verſi.ſecũdò
quæro,vtrum ius agendi.ff.de aqua plu. arcen. Vnde
illud ius quod competebat creditori contra primum
emptorem, competere etiam debet contra eum qui
emit ab illo : & ita puto tenendum, & obſeruari vidi
in practica,&c.& ita expreſsè loquitur dictum ſtatu-
tum Florentinum,videlicet de habente cauſam à de-
bitore,vel eius ſucceſſore vniuerſali vel ſingulari,vn
13 de ceſſat omnis diſputatio,&c. ¶†Quinta concluſio
eſt, quòd quando debitor à principio obligauit ſim-
pliciter rem quæ non erat ſua:ſed erat alterius cuius
poſtea ipſe debitor fuit effectus hæres, illa obligatio
& hypotheca ex hoc,quòd debitor effectus fuit hęres
domini illius rei,reconualuit:& hoc caſu dabitur cre
ditori vtilis hypothecaria, non directa : quia directa
cõpetit,quando à principio pignus potuit cõſtitui,&
valuit:vtilis autem competit, quando à principio hy
potheca non valuit:quia data in re aliena,ſed ex ſu p-
uenienti domino ipſi debitori fuit confirmata : nam
licet tunc verba non ſeruiant, tamen ex mente legis
datur.& de his habetur in tex.iũctis gl.in d.l.rem alie
nam.ff.de pignorib.action. ¶Et prædicta procedunt,
quãdo ſimpliciter ſuperuenit dominium ipſi debito-
ri,ſed ſi debitor poſt ſuperuenientiam dominij decla-
ret expreſsè,ꝙ hypotheca ex nũc valeret,vel illam ex-
preſsè ratificaret,tũc competeret directa propter ex-
preſsionem verborum.ita declarat Paul.de Caſt. in d.
l.rem alienam.in 2.col.in ver.ſequendo igitur ordinẽ
14 gloſſ. ¶†Item intellige iſtam concluſionem, quando
tempore hypothecæ conſtitutę nullum ius cõpetebat
debitori in d.re ſpecialiter obligata.Nam ſi à princi-
pio debitori in dicta re vel ad dictam rem cõpetiiſſet
aliquod ius,puta quia emerat illam,ſed nondum fue-
rat ſibi tradita,tunc obligando illam cenſeretur obli-
gaſſe actionem perſonalem ſibi contra venditionẽ cõ
petentem, & obligatio dictæ actionis valeret à prin-
cipio : & ſi poſtea virtute dictæ actionis ſibi traditur
res, extinguetur obligatio dictæ actionis perſonalis,
ſicut extinguetur ipſa actio per traditionem,& ipſum
dominiũ ſuperueniens ipſi debitori ex cauſa de præ-
terito,orta etiam ante pignorationem cõfirmabit hy-
pothecam, etiam quo ad directam hypothecariam.
text.eſt &,ibi not.in l.j.in princ.ff.de pigno.& in l.3. §.
cùm ex cauſa.ff.qui po.in pign.hab.& optimè decla-
rat Paul.de Caſt.in d.l.rem alienam.in 2.col. in verſic.
15 nunc circa iſtum paſſum.¶†Et idem dicendum eſt, ſi
tempore obligatiõis debitor nullum ius habuiſſet in
dicta re, nec ad rem,ſed obligauit eam non purè, ſed
ſub cõditione,ſi ſua vel cum ſua erit. Nam licet à prin
cipio obligatio nõ valuerit,ſed fuerit in ſuſpẽſo,tamẽ
purificata poſtea conditione,quia res effecta ſit debi-
toris:valebit obligatio vſque à principio,etiã quo ad
directã hypothecariam.nam debitor verbis expreſsis
voluit obligare adueniente cõditione,vt eſt tex.in l.ſi
fundus.§.aliena res.ff.de pign.Secus autem,ſi obligaſ
ſet purè rem quę erat aliena.nã tunc voluit obligatio-
nem valere à principio,& quia tunc valere nõ potuit,
etiam ſi poſtea ſuperueniat dominium de rigore, ipſa
hypotheca reconualeſcere non poteſt obſtãte regula
Catoniana,vt l.cætera.§.j.ff.de leg.j. ſed de æquitate
datur vtilis.d.l.rem alienam.in conditionali aũt obli-
gatione,videlicet ſi ſua erit,ceſſante impedimento,va
let,ꝙ res efficiatur ſua,valet etiam de rigore:vt l. pe.
16 & fi.ff.de reg.Catonia.ideo datur directa. ¶†Simili-
ter idẽ dicẽdum eſt in obligatione generali omnium
bonorum,quia ſcilicet ſi debitor poſt talem obligatio
nem acquirat bona,in illis etiã valet hypotheca, quo
ad directam hypothecariam,quia in illis cẽſetur con
tracta obligatio ſub eadem cõditione, videlicet ſi ſua
erunt.ita intelligitur d.l.j.in prin.ff.de pig.,& ita opti
mè declarat Pau.de Caſt.in d.l.rem alienam.in 2. col.
in ver.idem ſi non habeo ius in re,nec ad rem, &c.
Habes ergo ex præmiſsis,quando in terminis d.l.rem
alienam.creditori directa hypothecaria competat,&
quãdo vtilis.Cuius autẽ effectus ſit diſcuſsio, videli-
cet an competat directa vel vtilis, videbis infrà dum
17 tractabitur de libello hypothecariæ.¶†Sexta conclu-
ſio eſt,ꝙ ſi debitor tempore obligatiõis nullum aliud
ius habebat in re hypothecata, niſi ſolã poſſeſsionem
non poſſet creditor per hypothecariam auocare poſ-
ſeſsionem ſibi per debitorem obligatam à tertio poſ-
ſeſſore,ad quem dicta res deuenit poſt obligationem
contractam:& ratio eſt, quia hypotheca extinguitur
peremptione rei hypothecatæ, puta ſi ſeruus obliga-
tus moriatur:ſed dicta poſſeſſio quæ erat penes debi-
torem tempore obligationis,ſtatim cùm per eum fuit
amiſſa & per aliũ occupata,extincta fuit,& nouus poſ
ſeſſor non dicitur habere illam poſſeſſionem, quam
prius habuit debitor, ſed nouam & diuerſam ab illa,
licet ſecus ſit in dominio:vt late per Iaſ.in l.j.§.p pro-
curatorem.ff.de acquir.poſ.Immo ſi debitor de nouo
inciperet poſsidere,etiam in eo noua poſſeſsio dicere
tur,vt l.ſi is qui pro emptore.§.penul.ff.de vſucapion.
meritò nouus poſſeſſor non poteſt cõueniri hypothe-
caria pro poſſeſsione ſeu iure poſsidendi, quod debi-
tor obligauit.ita ſolenniter determinat Bar.in d.l.rem
alienam.in 2.colum.in ver.ſed cõtra hoc oppono,&c.
Et cum eo tranſit ibi Salic.in 5.quæſt.& idem Sali.in d.
l.cùm res.in fi.C.ſi alie.res pig.da.ſit.& ita etiam an-
te eos tenuit Cyn.vt ipſi referunt,& firmat & cõpro-
bat Ang.de Aret.inſti.de act.in §.item Seruiana.in pe.
col.in glo.in ver.appellatione,&c.
¶Prædicta tamen intellige,niſi res in qua poſſeſsio
fuit obligata creditori,tranſlata fuiſſet in tertium per
debitorem ex contractu commodati,locati,vel ſimili:
quia ex huiuſmodi contractibus transfertur in reci-
pientes quædam detentatio,& dicuntur potius eſſe in
poſſeſsione,quàm poſsidere,vt l.3.in fi.ff.de acquiren.
poſſeſsione.& contra eos agi poteſt per dominũ actio
ne in rem: vt l.officium.ff. de rei vendicatione. & l.ſi
vetri.§.penultimo.ff.de priuilegio creditorum. Sicut
ergo poſſunt conueniri actione in rem, ita dicendum
eſt,eos poſſe cõueniri hypothecaria pro illo iure poſ-
ſeſsionis ad ſimilitudinem actionis in rem. Et tales de
tentatores transferent in creditorem agentem hypo-
thecaria,quantum in eis eſt,ſcilicet illam detentatio-
nem,ſicut dicimus in rei vendicatione.d.l. officium.
cùm enim tales potuerint per debitorem conueniri a-
ctione in rem ad dictam detentationem.d.l. officium.
illa actio de futuro,quæ competit debitori, fuit obli-
gata per ipſum in generali obligatione bonorum, &
ideo illa poteſt intentari vtiliter per creditorem,iuxta
l.nomen.C.quæ res pignor.oblig.poſſunt.ita declarãt
Barto.& Salice.in d.l.rem alienam.in verſic.§.allegat.
&



& ſequitur etiam Salicet.in d.l.nomen.& faciunt no-
tata per eundem Salicet.in d.l.nomen in vlti.quæſtio.
& ita firmat Alexã.in conſi.112.viſo quodam.&c.6.vo.
18 nume.5.¶†Et licet,vt dictum eſt,quando fuit obliga-
ta ſola poſſeſsio, & illa fuit amiſſa per debitorem, nõ
poſsit agi hypothecaria contra tertium poſſeſſorẽ ex-
tra caſus proximè notatos: tamen bene poterit auoca
ri per creditorem vtili interdicto,quòd directo com-
petit debitori,iuxta d.l.nomen.Nam cùm debitor pri
uatus fuit à tertio ſua poſſeſsione,incepit ei cõpetere
interdictum poſſeſſorium directum,& illud tempore
obligationis fuit obligatum in generali obligatione
bonorum,meritò creditor illud vtiliter intentare po-
terit.d.l.nomen.ſed non hypothecariam, ita ſubiũgit
Barto.in d.l.rem alienam.in 3.col.in ver.item oppono
cõtra prædicta,quæ omnia bene nota,vt effugias æqui
uocationem,& ſcias bene practicare.
19 ¶†Septima cõcluſio eſt,quòd dicta ſuprà in præcedẽ-
tibus concluſionibus procedunt quo ad actionem hy
pothecariã:ſed in vtili Saluiano interdicto, quod eſt
poſſeſſorium, & cõpetit cuilibet creditori hypothe-
cario,vt declarat Bartol.in l.j.ff.& C. de Saluia. inter-
dict. & competit etiam contra extraneos poſſeſſores
vt d.l.j.§.j.ibi,extraneos poſſeſſores.ff. de Saluia. in-
terdict.vt dixi ſupra in iſta 8.parte,nu.5.& 6.ſufficit a-
genti ex eo ad obtinendum victoriam probare poſſeſ-
ſionem debitoris de præterito,videlicet tempore obli
gationis vel poſtea,& poſſeſsionẽ conuenti de præſen
ti.Nam ſicut ſi debitor amiſiſſet ſuam poſſeſsionẽ,po-
tuiſſet eam auocare à tertio poſſeſſore aliquo directo
interdicto,ſic etiam creditor illius qui habet obligata
omnia bona & iura debitoris,poterit dictã poſſeſsio-
nem vtili interdicto Saluiano auocare à tertio poſſeſ-
ſore.Et ſicut debitor in directo interdicto obtinuiſſet
victoriam,probãdo de ſua antiquiori poſſeſsione,ita
debet obtinere eius creditor in vtili Saluiano interdi
cto.ita declarat Bar.in d.l.rem alienam.3.col.in verſic.
item oppono contra prædicta.Et cum Bart.tranſeunt
ibi Paul.de Caſtr.& Sali.& Salice.in l.cùm res.in vlti.
col.in ver.quæro nunc tertiò,&c.C.ſi alie.res pig.dat.
ſit.& Ange.de Aret.in d.§.item Seruiana.in verſicu.&
aduertas,ſecundum Barto.in l.rem alienam,&c.admo
nens ibi aduocatum actoris, vt omiſſa hypothecaria,
ſemper intentet Saluianum interdictum,in quo ſuffi-
cit probatio poſſeſsionis debitoris abſque probatione
dominij,& habetur per Alex.in conſi.185.in cauſa,&c.
numer.4.6.volum.¶Et ſi quiſpiam diceret,fatuus erit
quilibet:qui de cætero intentabit hypothecariam, ſi
ſemper poteſt intentare Saluianum interdictum,& ſic
ſuperflua videtur hypothecaria.Reſpondeo, quòd po
teſt dari caſus, in quo actor cogetur intentare hypo-
thecariam,puta quando debitor hypothecaſſet rem,
quæ erat in bonis ſuis tempore obligationis, ſed eam
nõ poſsidebat. nam potuit debitor obligare rem ſuã,
licet alius poſsideret illam,& iſto caſu cùm fuerit o-
bligatum ius proprietatis,& nõ ius poſſeſsionis,quòd
non habebat debitor,non poterit intẽtari Saluianum
interdictum,quod eſt poſſeſſorium,ſed erit neceſſe in-
tentare hypothecariam.Et ita declarat Paulus de Ca-
ſtro in dicta l.rem alienam.in vlti. colũ.dicens ex prę-
dictis iſta duo remedia non eſſe ſuperflua. ¶Intellige
tamen,quod dictum eſt,quando tempore obligatio-
nis non competebat aliquod interdictum poſſeſſoriũ
debitori pro ſua poſſeſsione,puta quia culpa ſua ceci
derat vel ex alia cauſa. Nam ſi competiiſſet aliquod
interdictum, tunc creditor habens illud obligatum,
poſſet vtiliter illud intentare,vt d.l.nomen.& dictum
fuit ſuprà,vel intellige quando debitor obligaſſet bo-
na mobilia & immobilia:nam tũc cùm in tali obliga-
tione non veniſſent iura & actiones,vt l.à diuo Pio.§.
in venditione.ff.de re iudicat.& l.quam Tuberonis.§.
pe.ff.de pecu.leg.& dixi late ſuprà in 2.membro ſecũ-
dæ partis.nu.9.non poſſet creditor intentare vtiliter
interdictum,quod directo pro auocatione poſſeſsio-
nis competeret debitori,ſed opus eſſet intentare hy-
pothecariam,& multi alij caſus poſſent cõſiderari,in
quibus non ſeruiret Saluianum interdictum, ſed ne-
ceſsè eſſet intentare hypothecariam,quos omitto tã-
quàm minus neceſſarios.Et adde præmiſsis, quæ ſub-
dã infrà in materia libelli.¶Vltimo loco in hac 3.par-
te iſtius 8.partis principalis vidẽda ſunt ea,quę perti-
nẽt ad libellum hypothecarię actionis & Saluiani in-
terdicti vtilis.Et primò ponam quæ ſunt narranda &
deducenda in libello actionis hypothecariæ tam di-
rectæ quàm vtilis: ſecundò ſubdam de libello vtilis
Saluiani interdicti.¶Capiẽdo itaque libellum hypo-
thecariæ actionis,notãdum eſt,quòd prout actio hy-
pothecaria aliquando datur directa, aliquãdo vtilis,
& aliquando contra debitorem principalem vel eius
hæredem,& aliquando contra tertios poſſeſſores, &
in dictis caſibus poſitę ſunt diuerſæ concluſiones ha-
bentes diuerſas conſiderationes,vt ſuprà in ſeptẽ præ
cedentibus concluſionibus eſt demonſtratum,ita di-
uerſæ formæ libelli ſeruandæ ſunt, & ideo ne fiat in-
culcatio,& incurratur æquiuocatio,de vnaquaque vi
20 dendum eſt. ¶†Primò itaque circa directam hypo-
thecariam narrãdum eſt in libello,quod res ad quam
agitur, fuit in bonis debitoris tempore obligationis
contractæ.& alia ex quibus depræhendatur,quòd di-
recta hypothecaria intẽtatur,iuxta ea quæ dixi ſuprà
in hac 8.parte.in 5.conclu.nume.38.cum ſequ. In vtili
autem hypothecaria narrari debet, quòd illa res ſu-
peruenit,& effecta fuit de bonis debitoris poſt obli-
gationem contractam, & alia ex quibus datur vtilis
hypothecaria,vt habetur in d.5.conclu.& ea quæ nar
rantur,ſunt etiam probanda,ita quòd ſi narretur for-
ma directæ, videlicet,quòd res fuit in bonis debito-
ris tempore obligationis cõtractæ, & probetur quòd
illa res ſuperuenit in bonis debitoris poſt obligatio-
nem contractam,agens ſuccũberet,& ſimiliter econ-
uerſo:quia hoc modo intentaſſet vnam actionem, &
probaſſet in alio,quæ non eſſet intentata,& in qua nõ
eſſet lis conteſtata,& ſic non poſſet obtinere.l.nõ po-
teſt videri.ff.de iudi.& l.habeat.ff. de inſtitu. ita ma-
giſtraliter not.Paul.de Caſtr.in d.l.rem alienã. in fin.
21 colum.in verſic.ſed iſte tex.facit ad vnam.quæſt.¶†Et
ſubdit ibi,ꝙ ſi agens deduceret alternatiuè vtranque
formam actionis directæ & vtilis, narrando, quòd
dicta res erat in bonis debitoris tempore obligatio-
nis cõtractæ:vel quòd poſtea effecta fuit de bonis de-
bitoris,poſſet reus excipere, quòd actor declaret, ſu-
per qua actione velit inſiſtere : quia actor hoc modo
videtur intentaſſe duas actiones incompatibiles, con
tra nota.in l.j.C.de furt.& hoc,niſi fortè talis incerti-
tudo proueniſſet ex facto rei,iuxta not. in l.j.§. quòd
ait.ff.quo leg.ſed ſi reus non inciperet, procederet li-
bellus,& in quacunque dictarũ actionum actor pro-
baret, obtineret.iuxta not.in l.fina.C.de annali exce-
ptione.Ita dicit Pau.in dicta l.rem alienam.& hoc mo
dò ſunt intelligenda & ducenda ad practicam notata
22 ſuprà in dicta quinta concluſione. ¶†Secundò,quan-
do agitur hypothecaria contra ipſum debitorẽ prin-
cipalem, tunc ſi ſumus in ſpeciali obligatione alicu-
ius certæ rei,debet narrari in libello, & poſtea proba
ri quòd debitor illam poſſedit tempore obligationis
contractæ. Si autem ſumus in generali obligatione
omnium bonorum, ſufficit narrare in libello & pro-
bare, quòd debitor poſt contractam obligationem
aliquando dictam rem poſſedit: vtroque tamen ca-
ſu vltra poſſeſsionem narrandam & probandam cùm
bona fide debet allegari, & poni ſeu articulari,
quòd dominium directum vtile vel quaſi, ſpectat ad
debitorem. Hoc tamen non eſt probandum de ne-
ceſsitate,ſed ponendum tantùm, vt latius deductum

& probatũ fuit ſuprà in prima concluſione. Similiter
quando agitur hypothecaria ad bona hæredis, quæ
fuerunt obligata per defunctum debitorem in caſi-
bus, in quibus obligatio valuit, iuxta notata ſuprà in
2. cõcluſione narrãda & probanda & poſſeſsio debito
ris cum bona fide, & allegandum dominium, vt ſuprà
in d. j. & 2. cõcluſione deductũ fuit. & etiam eſt narrã-
da & probanda poſſeſsione de præſenti illius contra
quem agitur, vt in d. j. concluſione fuit dictum.
¶Tertiò, quando agitur contra tertium poſſeſſorem
hypothecaria, eſt narrandum in libello, & poſtea pro-
bandum dominium directum debitoris vel vtile, vel
quaſi: vt de directo habetur in l. 2. & in l. aliena. & in l.
tutor. in princ. ff. de pignor. action. De vtili autem ha-
betur in l. tutor. §. fin. & in l. lex vectigalis, ff. de pigno.
De quaſi vero dominio habetur in l. ſi rem alienam.
l. 2. ff. de pign. actio. declarando vt ibi per Barto. & Sa-
lic. & ita firmat Bartol. in d. l. rem alienam. in j. colũ. in
verſi. tũ dic clarius, &c. & ibidem Salic. in 3. colum. in
verſi. nunc venio ad quæſt. & not. Barto. in l. ſi ab eo. ff.
de pigno. Et quamuis vnum de tribus prædictis ſuffi-
ciat ad obtinẽdum in hypothecaria, & per conſequẽs
ſufficiat vnum narrare in libello & probare: tamẽ oĩa
tria poſſunt ſimul in libello cumulari, dicendo dictã
rem ſpectaſſe & pertinuiſſe, & ſpectare & pertinere
ad debitorẽ iure directi dominij vtilis vel quaſi, ꝑut
in ſimili dicitur in libello rei vendicationis, vt nota.
glo. & Aretinus Inſtit. de actionibus. §. alie. & habetur
in c. abbate ſanè. de re iudi. libr. 6. quia non poteſt aſ-
ſignari ratio diuerſitatis inter rei vendicationẽ & hy
pothecariam. ¶Et ſicut ſi ipſe debitor ageret rei vẽ-
dicatione ad dictã rem, non teneretur exprimere cau
ſam dominij directi vtilis vel quaſi, vt l. & an eadem.
§. actiones. & ibi no. ff. de exceptio. rei iudic. Ita & cre
ditor agens hypothecaria contra tertium poſſeſſorẽ,
non tenetur cauſam dominij dicere, vt vult Bartol. in
dicta l. rem alienam, in penulti. colum. in verſi. ex prę-
dictis liquet. &c. Et ibidem Salic. in 3. colum. in verſic.
quæ ergo ſunt illa, &c. & in verſic. quęro ſecundò, &c.
& idem Salic. in l. cùm res. in tertia quæſt. C. ſi alie. res
pignor. da. ſit. ¶Item adde, quòd etiam ſi nullum di-
ctorum trium narretur in libello, ſed ſimpliciter di-
catur, quòd tempore obligationis contractæ res fuit
in bonis debitoris, procederet libellus in hypotheca
ria per l. & quæ nondum. §. quod dicitur. ff. de pigno.
ita ibi vult Bart. & tenet Salicet. in d. l. rem alienam. in
3. col. in verſi. ſed adde quòd licet expreſsim, &c.
23 ¶†Et ratio eſt, quia res dicitur eſſe in bonis, quando
non poſsidens haberet actionem ad illam: & quando
poſsidens habet pro illa exceptionem: vt l. rem in bo-
nis. ff. de acquirend. re. domi. & not. Bartol. in d. l. rem
alienam. in 2. col. in verſi. & ſic ex prædictis patet. Item
dicitur eſſe in bonis illa res quam quis bona fide poſ-
ſidet vt ſuam. l. ſeruos. in princ. ff. de lega. 3. & l. bono-
rum. §. in bonis. ff. de verbor. ſignif. & ſic iſta propoſi-
tio, res eſt in bonis, poteſt comprehendere quodcun-
que ex prædictis: videlicet, dominium directum vti-
le vel quaſi, & etiam ſolam poſſeſsionem bona fide, vt
etiam declarat Salice. in d. l. rem alienam. 4. col. & ha-
betur per Alex. in conſil. 112. viſo quodam, &c. num. 7.
6. volu. vnde libellus conceptus dicto modo, videli-
cet quòd res fuit in bonis debitoris poteſt adaptari
ad quãlibet formam ſupradictam, & ſuper eo poſſunt
poſtea adaptari probationes neceſſariæ: videlicet con
tra debitorem & etiam eius hæredem, & tertio poſſeſ
ſores: & libellus ſaluabitur & procedet.
¶Quartò, requiritur in libello hypothecario, quòd
narretur debitum, videlicet pro quo & quanto debi
to res ſit obligata. Nam cùm res poſsit eſſe obligata
ex diuerſis debitis, debet narrari pro quo debito ſit
obligata licet dominium non poſsit eſſe niſi vnum,
& ideo eius cauſa non eſt exprimenda de neceſsitate:
vt l. & an eandem. §. actiones. & ibi gl. parua. ff. de ex-
ceptione rei iudica. Ita not. Barto. in d. l. rem alienam.
in tertia col. in verſi. Item habet narrare, &c. & ſequi-
tur ibi Salicet. in tertia quæſtio. & in d. l. cùm res. in 4.
quæſt. ¶Quintò requiritur, quòd in libello narretur,
quòd debitor fuit in mora ſoluendi, & non ſoluit: &
ſi agatur contra tertium poſſeſſorem, debet etiã narrã
ri excuſsionem eſſe legitimè factam, vel aliquid quod
idem importet: vt in auth. hoc ſi debitor. C. de pigno.
& not. Salicet. in d. l. rem alienam. in 4. quæſt. & in d. l.
24 cùm rem. in 5. quæſt. ¶†Sextò videndum eſt, quomo-
do debeat concludi in libello hypothecario: & in hoc
Bartol. in d. l. rem alienam. in 3. col. in verſiculo quæro
qualiter concludatur. dicit quòd aliqui doctores vo-
luerunt quòd ſicut in rei vendicatione actor conclu-
dendo petere debet declarari rem ad ſe pertinere iu-
re domini vel quaſi, ita in hypothecaria creditor de
beat concludendo petere declarari rem ſibi obligatã
eſſe, & conuentum cogi ad reſtituendum: & hoc dicit
ſatis ſibi placere. ¶Tamen ſubdit, quòd communis
conſuetudo ſe habet quòd concludatur. Quare peto
dictum reum conuentum cogi ad tradendum poſſeſ-
ſionem dictæ rei detinendam in cauſam pignoris, vel
(dic tu) loco pignoris & hypothecę pro quãtitate de-
bita. Adde tu, & pro expenſis, donec de prædictis fue-
rit ſatisfactum. & hunc libellum dicit Bartol. ibi opti-
mè procedere per l. ſi cùm venditor. in principio. ff. de
euictio. & ibi ſequitur Salicet. in 5. quæſtio. & in dicta
l. cùm res. in 6. quæſt. & Ange. de Aret. in d. §. item Ser-
uiana. in fin. ponit etiam Barto. in dicta l. rem alienam.
in dicto ver. alios modos cõcludendi: quos refert Are.
in dicto §. item Seruiana. in fine. ſed vt dicit Bart. opti-
mus modus eſt ille qui fuit ſuprà relatus, quem ſeruat
25 conſuetudo, & illum ſeruabis, &c. ¶†Septimò dubita
ri poſſet, quando eſſet probandum dominium, quomo
do illud probari poſſit? & Bartol. in d. l. rem alienam. in
2. colum. in verſicu. ad probandum autem dominium.
dat modum probandi per præſcriptionem vel vſuca-
pionem, videlicet probando poſſeſsionem 30. annorũ
vel quadraginta longi temporis cum titulo in rebus
immobilibus, in rebus autẽ mobilibus probando poſ
ſeſsionẽ triennalem cum titulo: verùm quia talis pro-
batio eſt difficilis, ideo dat alium modum, videlicet ꝙ
ponatur & probetur, quòd debitor poſſedit rem ali-
quo modo tempore obligationis contractæ, & poſtea
quòd illa res eo tempore quo poſſeſſor, ſcilicet debi-
tor incepit eam poſsidere, erat in nullius bonis, vt ibi
per Bartolum.
¶Sed Salic. in hoc ibi & in d. l. cùm res. ad fi. tenet con
tra Bart. per rationes quas ibi adducit, & iſtum articu
lum latè reaſſumit Alex. in l. rem quã nobis. in penult.
locum. ff. de acquiren. poſſ. & tandem concludit quòd
opinio Barto. nõ procedat niſi mittantur nuntij & ex-
ploratores per iudicem, qui inquirant & referant an
ante tẽpus quo talis incepit poſsidere, alius fuerit do
minus illus rei, quia ſi tales nuntij referant nullum a-
lium fuiſſe dominum, tunc procedet doctrina Bart. in
dicta l. rem alienam. & non aliter: & hoc per no. & per
eundem Barto. in l. in illa ſtipulatione ſi calendis. ff. de
verbo. obligat. ita reſidet ibi Alex. vbi remiſsiuè ponit
etiam alios modos probandi dominium: & quando eſ
ſet neceſſarium in iudicio hypothecario probare do-
minium ſecundum concluſiones ſuprà relatas, recur-
26 re ad eum in d. l. rem quam nobis. ¶†Reſtat modò ali-
quid ponere ſuper libello vtilis Saluiani interdicti, ꝙ
hodie in palatiis magis frequentatur quàm actio hy-
pothecaria. ¶Aduertere igitur debes ad cognoſcen-
dum in quibus differat forma libelli hypothecaria à
forma libelli in Saluiano interdicto. Nam ſi in libello
narratur, ꝙ res ad quam agitur, tempore obligationis
erat in bonis debitoris, & non dicitur aliter quod dé-
bitor eam poſſederit, tunc cenſetur intentata ſola hy
pothecaria



pothecaria: ſi autẽ narretur & dicatur, quòd debitor tẽ-
pore contractæ obligationis poſsidebat, & non dicitur,
ꝙ eſſet in bonis illius; tunc cenſetur intentatum ſolum
Saluianum interdictum, quod eſt adipiſcendæ poſſeſsio
nis, & in quo ſufficit probare ſolam poſſeſsionem: vt di-
ctum fuit ſuprà in 7. concluſione. Si autẽ in libello nar-
retur vtrunq;, videlicet ꝙ dicta res erat in bonis debito
ris, & per eum detinebatur tempore obligationis con-
tractæ tanquã res ſua, tunc videbitur intentatum vtrun-
que remedium, ſ. hypothecaria & Saluianum interdictũ
& talis libellus procedat: quia iſta remedia non ſunt cõ
traria. nam petitorium poteſt cumulari vna cum poſſeſ-
ſorio adipiſcendo, vt in c. paſtoralis: de cauſa. poſ. & pro
prie. & l. cùm fundũ. §. fin. ff. de vi & vi arma. Ex his infer
tur, quòd licet creditor libellans vt ſuprà, non probaret
rem fuiſſe in bonis debitoris, vel directum vtile vel qua
ſi dominium, prout requiritur ad obtinendum in hypo-
thecaria, quando agitur contra tertium poſſeſſorem: ta-
men ſi probet debitorem tempore obligationis contra-
ctæ, bona fide vt ſuam poſſediſſe, obtinebit in Saluiano
interdicto. ità ſolenniter firmat Paul. de Caſt. in d. l. rem
alienãm. in vlt. col. dicens ità ſemel conſuluiſſe in ciuita
te Piſtorij, licèt tunc communiter procuratores & aduo
cati ſentirent contrarium, non bene aduertentes: & di-
cit hoc eſſe tenendum menti, quia eſt de pane lucrando:
& quòd ex hoc multi proceſſus poſſunt ſuſtineri: & ꝙ
iſta ſunt verìſsima, & quòd paſſus eſt quotidianus, ad-
dens ibi, quòd verba libelli ſemper ſunt conſideranda.
Nam licet dicatur in eo, rem eſſe obligatam, & rem fuiſ
ſe in bonis debitoris tempore obligationis: non tamen
per hoc dicendum eſt, non fuiſſe intentatum Saluianum
interdictum: quia etiam ille qui agit tali interdicto, di-
cit & præſupponit rem ſibi obligatam, vt ibi per eum: &
adde eundem in conſi. 6. in cauſa quæ vertitur, &c. Et de
materia hypothecaria & Saluiani interdicti, & quomo-
do cognoſcatur quod eorum ſit intentatum, vide etiam
Paul. de Caſt. in conſi. 278. Viſo puncto ſuprà ſcripto, &
omnibus aliis &c. & Alex. in conſi. 108. 5. volu. & Soci. in
conſi 212. 4. volu. & Corn. in conſi. 55. 3. volu. & Firmianũ
29 in ver. libellorum formæ variæ. ver. j ¶†Et ex prædictis
etiam colligi poteſt, qualis debeat eſſe forma ſententiæ
in iudicio hypothecario quia cũ ſnĩa debeat eſſe confor
mis libello, l. vt fundus. ff. comm. diui. & c. licèt Telin. de
ſimo. debet condẽnari conuentus ad reſtituendum rem
creditori per eum retinendã in cauſam pignoris, donec
ei fuerit ſatisfactũ, vt not. Bart. in l. ſi fundus. §. in vendi-
catione. ff. de pignor. poteſt etiam ſententiari, rem pe-
titam eſſe obligatam creditori, & ei poſſeſsionem eſſe
reſtituendam, vt not. Barto. in l. creditor. in princi. ff. qui
potior. in pign. hab. & bonus text. in l. ſi cùm venditor. in
prin. ff. de euictio. ¶Poſtremò, in materia addendum eſt
vnum, videlicet quòd ſi creditor habeat hypothecam
ex inſtrumento publico, cuius vigore ex forma ſtatuto-
rum loci poteſt executiuè tam contra bona quàm cõtra
perſonam debitoris: quòd licet ille eligat viam realem,
& immiſſus fuit in tenutam vigore ſuæ hypothecæ, non
tamen prohibetur facere etiam executionem perſona-
lem contra debitorem, & illum capi facere: quia quando
quis habet plura remedia, electio vnius non præcludit
viam ad aliud l. j §. quid ergo. ff. de ventre inſpiciend. ita
tenet Barto. in l. conſentaneum. in vltim. colum. in verſic.
quæro ſecundò. C. quomodo & quando iudex. Allegat
Archid. in ca. fin. libr. 6. de eo qui mittitur in poſ. cauſ. rei
ſeruan. ſequitur Paul. de Caſt. in l. ſi Stichum. §. idem Cel
ſus. ff. de nouatio. & in l. 4. §. ait prætor. verſi. quid ergo ſi
elegit vnam viam, &c. ff. de re iudi. & Paul de Caſtr. in l.
qui legati. C. vt in poſſ. legat. & multa ad hoc allegantur
per Alex. in l. hæres à debitore. §. quòd ſi ſtipulor. ff. de fi-
deiuſ. & plenius per eundem in l. 4 §. ex conuentione. in
j. col. ff. de re iudica. ¶Nec obſtat illud, quod vult Bald.
& ibi ſequitur Alex. & Iaſ. in l. creditor. la 2. ff. ſi cert. pet.
dum concludunt, quòd creditor habens pignus, non po
teſt iurare debitorem ſuſpectum de fuga, niſi (ſecũdum
Alexan. ibi) probetur, quòd pignus nõ ſit ſufficiens: quia
tunc ratio Bald. non concluderet: quia termini in quibus
doct. loquuntur in d. l. creditor. la ſecunda. ſunt diuerſi à
concluſione precedenti: quia in illa licet intẽrare diuer-
ſa remedia, & donec ſit ſatisfactum creditori. Sed in ter-
minis notatis in d. l. creditor, la ſecunda. per dationẽ pi-
gnoris ceſſat ratio debitoris. ſicut enim ſuſpitio ceſſat ꝑ
dationem fideiuſſoris, vt l. quoties. §. ſi ſatiſdatum. ff. qui
ſatiſd. cogan. & l. 4. §. ſi debitorem. ff. quæ in fraud. credi.
Ita & ceſſat per dationem pignorum: quia qui tenetur ſa
tiſdare, liberatur dando pignora, gloſſ. & Bar. in l. præto-
riæ. ff. de præto. ſtipu. glo. Bar. & communiter docto. in l.
j. ff. qui ſatiſda. cogan. Immo ſecurius eſt incumbere pi-
gnori, quàm perſonæ. l. plus cautionis. ff. de regul. iur. &
latè dixi ſuprà in 5. parte principali, in primo membro
num. 1. cum pluribus ſequentibus. Cùm ergo ceſſet ſuſpi
tio debitoris, nõ poteſt debitor iurari vel capi tanquam
ſuſpectus: quia ceſſante cauſa, ceſſat effectus. l. adigere. §.
quãuis. ff. de iure patron. & c. cum ceſſante. de appellat.

*Epigramma authoris in detractorem.*

Error ineſt operi ſi quis, mea culpa notanda eſt.
Quæ bona ſunt, per me protulit illa Deus.
Inuide, quæ mea ſunt, carpas impunè licebit:
Dummodo laudetur pars bona & ipſe Deus.

FINIS.

cùm non tranſit poſſeſsio ad creditorem.l.nona. de pignoratitia actione. Caius id confirmat, cùm pignus appellatum eſſe ait à pugno: quia res quæ pignori dantur, manu tradantur. ideoque verum eſſe, quod quidam putant, pignus propriè rei mobilis cõſtitui.cap.237.De verborum ſignification. Sed Iuſtiniani diſtinctio rem hanc totam magis illuſtrat, in titul. de actio. Fatetur pignoris appellatione eam propriè rem contineri, quæ ſimul etiã traditur creditori, maximè ſi mobilis ſit: eam verò quæ ſine traditione, nuda conuentione tenetur, propriè hypothecæ appellatione contineri. Sed in actione hypothecaria nihil intereſſe, etiam fatetur. De ea certè agebat Martianus, cùm dixit, hæc verba ſono magis quàm ſignificatione differre. Hoc enim ſcripſit in libro de formula hypothecaria. Vlpianus verò differentiam ex proprietate verbi rectè notauit, cùm pignoratitiam actionem tractaret. Huic enim locus eſſe nõ poteſt, niſi res tradita ſit. Datur enim ea actio, cùm debitor rem repetit. Repetere qui poſſet, ſi non tradiderit? Rectè itaque hanc actionem Iuriſconſulti appellarunt propriè pignoratitiam, vt eam quæ creditori datur ad rem perſequendam, vocant hypothecariam. Cæterùm tam moroſè hoc diſcrimen non obſeruant, quin aliquando pignoratitiam appellent hypothecariam. ca.9. quibus modis pignus vel hypotheca ſolui. cap. [illegible] de pignor. actione. Nam & pignus, & hypothecam ſæpe confundunt, & iis verbis promiſcuè vtuntur, vel etiam (ſi quis malit) abutuntur. Nam & nudã cõuentione pignus ſine traditione conſtitui dicunt, capi.1. de pignoratitia actione. cap.33. de vſurpat. Et rerum immobilium, veluti agrorum pignora ſæpe vocat, ſicuti & Terentius & Cornelius Tacitus. E diuerſo Cicero hypothecam appellat, quæ creditori tradita eſt. libro 13. Epiſto. Pignus interdum dicitur ipſa actio pignoratitia, qua debitor pignus repetit, vt cùm Vlpianus ait cap.j. ſi cert. petatur. Prætorem ſub titulo de rebus creditis edixiſſe de pignore. Certe tractatus alioqui de pignoribus & hypothecis, reiectus erat ad finem edicti perpetui, vt teſtis eſt Iuſtinianus ad Pandect. Frequenter autem pignus dicitur modo de re ipſa obligata, vnde titulus de diſtract. pignor. modo de ipſa obligatione, vnde titul. quibus modis pignus ſoluitur. Nonnunquam & pro ipſa conuentione, ex qua hæc obligatio deſcendit. cap.j.§.vltimo, de pactis. Sanè Iuſtinianus etiam dixit, pignus à pignoratione liberari. l.vltima. C. de iure domin. impetr. Neque modo rem pignorari, quæ obligatur, dicimus: ſed & creditor, qui pignus capit, pignori dicitur, ſicuti debitor, qui dat pignus, vel rem obligat, dicitur pignorare: & repignorare, cùm pignus liberat. capit. quinto. §. nunc videndum. Commod. Cicero in Verrē. pignoratorem vocat creditorem, qui ius habet pignoris capiendi. Pignoratitium creditorem vocat Vlpianus capi. decimoquinto. §. ſi qua ſint. de damno infecto. Hypothecarium Papinianus capi. primo. §. ſciendum. de ſeparat. Sed quàm variè vtantur pignoris verbo Latini authores. Sed id Grammaticis relinquo. In Iuriſconſultorum libris nũc me contineo: in quibus illud ex antiquitatis memoria repetitum, quod huius loci eſt, etiam obſeruaui, apud Papinianum prædia dici pignora. Inquit Papinianus capit. trigeſimoſecundo, de negotiis geſtis. Fideiuſſor imperitia lapſus, alterius quoque contractus, qui perſonam eius non contingebat, pignora vel hypothecas ſuſcepit, & vtranque pecuniam creditori ſoluit, exiſtimans indemnitatis ſuæ, confuſis prædiis, conſuli poſſe. Hic certè Papinianus confuſa prædia vocat, diſſoluta pignora, vel extinctas hypothecas. Nam ſine iis exiſtimabat fideiuſſor ſatis ſibi eſſe prædij in actione mandati, etſi nõ id ſolùm ſoluiſſet, pro quo interuenerat: ſed & aliud, quod debebatur, & pro quo etiam pignus vel hypotheca contracta fuerat. Ipſe certè Varro, vt prædes, ſic prædia dici docet, à præſtanda fide. Immo vero & prædes dici ipſa pignora quidam putant, cùm Cicero ait Philippica ſua ſecunda. Plancum prædes ſuos vendidiſſe. Certè Cicero Verrina tertia, prædibus, prædiiſque, Populo caueri dixit, cum ſponſores pignoráque dãtur. Et Liuius libro trigeſimoſecundo, loquens de danda ex ærario pecunia mutua, ſimiliter ait, prædib. ac prædiis cauendum eſſe Populo. Porrò fiduciam pro pignore dixiſſe etiã Cicero videtur in orat. pro Flacco, loquens de eo qui pecuniam ſub fœnore, accepta fidutia, credidit. Sed & noſter Paulus libro ſecundo ſentent. tit. 12. & 13. frequenter hoc verbo ita vtitur. Ita autem propriè pignus appellari videtur, quia creditori ea lege datur, vt debito perſoluto reſtituatur debitori. Sic enim eſſe poteſt fiduciaria pignoratio, vt eſt mancipatio fiduciaria. Iſocrates, cùm de hac magis quam de illa ageret, [illegible] dixit: quaſi mancipatio fiduciaria, non niſi quædam hypotheca eſſe videntur. illud poſtremo adiicio, quòd Tertullianus in libro de idolol. Pecuniam, inquit, mutuantes ſub pignoribus fiduciati, iurati cauent, &c. Nihil hic repetam ex vulgaribus commentariis. Locos tantum inſignes, & vulgo tamen ignotos, nunc noto. Fidei quoque verbum ad pignus interdum referri, obſeruandum eſt. Curtius, ſponſionum, fideíque pignora dixit. Gellius libro 6. cap. 10. ait, rem, pecuniámque familiarem, obſidis vice, pignoríſque apud Rempublic. videri, amoríſque in patriam, fidem quandam in ea firmamentúmque eſſe. Eſt & illud inſolens, quòd Terentius in Heautontim. arrabonem dixiſſe videtur pro pignore. Nam cùm de mutuo agit, ait filiam adoleſcentulam arraboni relictam eſſe pro argento. Arræ quoque mentio frequens eſt in libris Iuris Ciuilis. Sed Iuriſconſulti abs pignore multum eam differre ſentiunt. Cæſares tamen arras ſponſalitias, pignora vocant. ſed ab iis petenda non eſt proprietas verborum ciuilium. Eſt illa profecto vox Hebraica, qua & Moſes videtur vſus pro pignore, Geneſ. trigeſimonono. Hypothecam ſatis conſtat vocem eſſe Græcam. ὑποθήκας vocant etiam Græci præceptiones quaſdam. Nam & noſter Iuſtinianus Nouel. conſtit. 26. ὑποθήκας appellat mandata Præſidum. Et Cicero ad Atticum libro ſecundo, ὑποθήκας, inquit, adfert, quemadmodum me geram. Sed ſæpius ad ius pignoris vox iſta refertur. Nam & Cicero libro decimotertio Epiſtol. Philotes, inquit, ὑποθήκας Cluuio dedit. V. [illegible] vt de hypothecis decedat, &c. Origo verbi eſt ὑποτίθεσθαι, quod ſimpliciter eſt ſupponere. Apud Demoſthenem ſimplicius etiam dicitur τίθεσθαι. Noſtri id videntur imitari. Latini ſæpè rem pignori oppoſitam dicunt. Scæuola, pignori ponere. cap.38. de leg.3. Cæſares in Codice conſtitutionum, ſupponere pignori. Iuſtinianus etiam ſupponere ſimpliciter dixit l. vltima. Cod. quæ res pignori obligari poſſunt. Sed & apud Demoſthenem bona pignori obligata dicũtur ὑποκείμενα. Interdum etiam [illegible] quòd res æſtimatæ darentur pignori [illegible] quoque dicit nõ ſolùm Demoſthenes, ſed & Iuſtinianus Noue. conſtitut. 22. Et res creditori obnoxias eſſe, quæ obligatæ pignori ſunt, ſæpe legimus. Apud Demoſthenem, [illegible] dicitur, vt & Martialis ait, agrum oppignoratum ſpondere pro debitore. Obſcurius eſt, cur appellatur [illegible]. Sed aiũt, apud Græcos olim moris fuiſſe, vt in prædiis oppignoratis erigerentur, ὅροι, indices ipſius obligationis. Certè & in libris Iuris Ciuilis, res ſubſignatæ dicuntur, quæ obligatæ ſunt, capit. quinto. §. conductores. de iure immunita. l. vltima. C. de adminiſtratione tutor. Porrò ſingularis vnus in Pãdectis locus eſt, vbi legitur pignoris hyperocha. l.20. qui potiores in pignor. Alij hypothecam legunt: ſed Pandectæ etiam Florentinæ habent hyperocham. Videtúrque ita appellari ſecundum quoddam pignus, inquantum res pluris eſt, quàm priori creditori debeatur. nam & vox ipſa Græca poteſt ad talem aliquam ſignificationem accommodari. Deniq; & ἐνεχυρασμῶν frequẽs eſt mentio apud Iuſtinianum in Nou. conſtitu. 52. vbi agitur de quadam veluti prętoria oppignoratione perſonarum vel rerũ, quibus manus iniicitur, alieni debiti cauſa. Gręci appellabant ἀνδροληψίαν: vt oſtendit lex Draconis apud Demo-



ſtenem in Orat. contra Ariſtocratem. Dionyſius Halicarn. lib. ſeptimo. dicit [illegible].

## Deſcriptio pignoris. Cap.2.

VT ad rem de qua nunc quæritur, propius accedamus: Obligatio aut perſonarum eſt, aut rerum, & vtriuſque generis eſt vel principalis, vel (vt vulgo loquuntur) acceſſoria. Acceſſoria eſt, quæ, vt ait Scæuola, ſequelæ locum obtinet. l.ſi duo rei. De ſolution. Ea itaq; aut perſonarum eſt, aut rerum: perſonarum, vt fideiuſſoria: rerum, vt hypothecaria. Ac interdum quidem perſonæ hîc obligantur, vt res fideiuſſorum aut ſponſorum obligatio ciuilis eſt, qualis eſſe ſolet ciuium liberorumqúe hominum. Sed interdum homines obligãtur propè vt ſerui, vt etiam eorum corpora pignore veluti obſtringantur. Sic obſides erant pluſquàm fideiuſſores. Nam & tenebantur vt captiui. l.Diuus. De iur. fiſc. l.obſides. De teſtam. Itaque & Cicero, obſidis, vt pignoris, voce frequẽter vtitur. Sed & qui olim nexi vel addicti erant & dicebantur, arctius obligati erant, quàm qui ſimpliciter aliquid debebant. Denique redemptus ab hoſtibus, ſic obligatur ſuo redemptori, vt licet ſeruus non ſit, tamen pignoris vinculo teneatur, donec reſtituerit precium ſuæ redemptionis. l.ſenatus. §.vlti. de lega.j. l.qui teſtamento hæres. §.j. de teſtamen. l.15. de capti. l.2. C. de poſtli. reu. Sed ſiue perſonarũ, ſiue rerum obligatio ſit, & qualiſcunque tandem ea ſit, ſemper eſt tamen dicitúrque iuris vinculum. Nimis enim ridiculi, craſsíque & inepti ſunt, qui hic ſomniant aliquas tantum compedes corporis. Certè Vlpianus. l. penulti. In quibus cauſ. pign. tac. cùm traderet, ſeruos inquilinorum, generaliter & tacitè obligatos, magis obligari, ſi & eos locator incluſerit: ait, deriſum fuiſſe Neruam Iuriſconſul. qui per feneſtram liberari poſſe dicebat. Nos itaque meminerimus, pignus habere ſuum quoque iuris vinculum, quod & fugientem ſequatur atque teneat. Ius retentionis, de quo poſtea quoque agemus, proximè accedit ad ius pignoris: & modo quaſi pignus, modo etiam pignus appellatur abs Iuriſconſultis. l.15. §. vlt. de furt. l.13. §. offerri. de action. empti. l.5. de dote præleg. l. hæreditatis. de hære. vel actio. vend. Sed minus tamen quippiam eſt, quam pignus. Iure enim pignoris non modo rem obligatam retinere, ſed & perſequi poſſumus. Hypothecæ tacitæ ſæpe etiam dicuntur quaſi pignora, & veluti pignora eſſe. ſed quę earum ſit conditio, poſtea magis intelligemus: audiemúſque eſſe interdum plus quam pignora, & ad ius dominij proximè accedere. Sed & ἀντίχρησιν, de qua ſuo quoque loco dicam, plus quàm pignus eſſe videtur. Mitto obſoleta illa imaginaria pignoris genera, quorũ meminit Iuſtinianus in Nou. conſt.53. Nondum fortaſsis, quid pignus ſit, ſatis deſcripſi. Sed perfectè intelligi vix poteſt, niſi totum pignoris ius & deſcribatur, & intelligatur. Nexum prædiorum vocant Honorius & Archadius Impp. l.vltim. C. ſi res alie. pign. Sed qualis ſit hic nexus, quale vinculum, tunc intelligitur. Seruitus prædiorum, eſt plus quàm obligatio, aut pignus. Interdum tamen minus quippiam eſſe videtur. Ius ſeruitutis, principale quoddam ius in rem eſt, & eſt perpetuum: proptereáque appellatur qualitas à Iuriſconſultis, tribuítque ius vtendi re aliena. Nihil eſt tale in pignore. Sed qui ius ſeruitutis habet patitur interea dominum nihilominus rem ſuam poſsidere. Qui vero habet ius pignoris, totam poſſeſsionem auocat, etſi ea non vtatur. Itaque modo plus, modo minus quam ſeruitus, dominio detrahere pignus videtur. Certè ſi quis fundum legat, ſeruientem alioqui & pignori obligatum, hæres liberum à pignore tradere debet, eumqúe luere: nõ etiam à ſeruitute liberare. l.66. §. 4. de leg.2. Legatarius enim ſeruiente vti poterit, obligato non poterit, creditor poſsidente. Sanè prædia quæ vel ſeruiunt, vel obligata ſunt, neque optima conditione, neque optimo iure eſſe dicuntur. Sed libera tamen dici poſſunt, quæ ſunt pignori obligata, non etiam quæ ſeruiunt. Cicero contra Rullum, optimo iure ea prædia eſſe ait, quæ optima conditione ſunt: libera, meliore eſſe, quàm ſerua: ſoluta, meliore in cauſa eſſe, quam ſint obligata. Quid noſtri Iuriſcõſulti? Aiunt hæc verba, Vti optimus maximúſque fundus eſt, ſignificare, liberum eſſe fundum, nullíque ſeruire. l.penulti. de euiction. l.qui vti. de verbor. ſig. Liberum hic intelligere poſſumus & ſolutum, vt Cicero loquitur. Nam & apud Modeſtinum l.26. §. pater. de pig. cùm quæritur, an Seius domum iure optimo poſsideat, intelligimus quæri, an domus pignori obligata non ſit. Sed cùm ſimpliciter dicimus fundum eſſe liberum, omnino quidem dicimus non ſeruire. Solutum etiam, hoc eſt, non obligãtum, propterea non præſtamus. Seruitus enim qualitas eſt fundi: ſimplex obligatio, qualitas dici vix poteſt, cùm facilè diſſoluatur, & alterius principis obligatio acceſsio tantum quædam ſit, ab eáque pendeat. Vlpianus l.j. de fideiuſſor. ait, ſolere homines accipere fideiuſſorem, dum curant, vt diligentius ſibi cautum ſit. Caius l.j. §.2. de obliga. & act. Plerunque, inquit, ab eo quem proprio nomine obligamus, alios accipimus, qui eadem obligatione teneantur, dum curamus, vt quod in obligationẽ duximus, tutius nobis debeatur. Eandẽ eſſe cauſam pignoris accipiendi, dicere nunc poſſum. Sane Paulus ait, pignus deponi apud creditorem propter contractus fidem, & reſtituendæ rei debitæ vinculum. l.legata. §.vlti. de ſupell. lega. Sed & ipſa iuris regula dictat, plus cautionis eſſe in rem, quam in perſonam. l. 25. de regul. iur. Neque verò ſolent homines bene cauti cuiquam temere credere ſine pignore. Nam quod ſcite Martialis ſcribit de quodam Theleſino, ſcribi de pleriſque poteſt. Elegans eſt hoc Martialis epigramma lib.12.

*Cùm rogo te nummos ſine pignore: Nõ habeo, inquis:*
*Idem, ſi pro me ſpondet agellus, habes.*
*Quod mihi non credis veteri Theleſine ſodali,*
*Credis colliculis, arboribúſque meis.*

Agrum oppignoratum lepidus Poeta non inepte ſponſorem vocat. Sane præſes quoque prouinciæ iubetur proſpicere, ne publicæ pecuniæ credantur ſine pignoribus. leg. 33. de vſuris. Et antea diximus moris fuiſſe, vt prædibus prædiiſque populo tunc caueretur. Paulus ait, ſi neque fideiuſſor, neque pignora accepta ſint, non videri paritum mandato, quo continetur, vt idonea cautio exigatur. l.59. §. vltim. Mand. Ergo & fideiuſsio, eſt idonea cautio: & plerunque cũ pignore cõparatur, & Reip. ſatis cauere intelligitur. l.9. de pub. l.3. §.j. de admini. rer. ad ciui. pert. l.3. C. de omni agro deſ. Creditor, qui hypothecas habet, tam ſecurus eſſe creditur, tãq; bono loco, vt etſi maior pars aliorum creditorum conſentiat de parte debiti remittenda hæredi, quo magis adeat, nõ cogatur eorum exemplum ſequi. l.10. de pact. Paulus de eo qui fideiuſſorem habet, idem iudicat. l.58. §. vl. Mand. Magna certe ſimilitudo eſt inter cautionem fideiuſſoriam & hypothecariam: & plerunque ab altera ad alteram ducitur argumentum. l.28. de pign. l.2. Quæ res pig. Sed eſt tamen etiam magna diſsimilitudo, & modo illa, modo hæc vtilior eſt. Optima vero cautio eſt, quę & pignora & fideiuſſores habet: proptereáque & olim Populo cauebatur prædibus prædiiſque. Sed & licet tutor ſatiſdet, hoc eſt, det fideiuſſores: tamen quo magis pupillo cautum ſit, lex iubet bona quoque tutoris hoc nomine obligari. Ac ſi quandoque ſatiſdatio tutori remittatur, manet hæc tacita hypotheca. Sicuti & licet maritus fideiuſſores dotis cauſa dare non cogatur, recuſare tamen non poteſt, quin ſua bona doti obliget. Qui fideiuſſores dare cogitur, ſubit aliquam ſatiſdationis

ignominiam,vt loquitur Vlpianus l. teſtamento datos. de teſtament.tut.In pignoris datione nihil eſt tale.Neq; tunc alterius pſonæ fides,fidei tuæ præfertur. Sanè creditor interdum fideiuſſorẽ mauult,quã pignus,quia hoc perire poſsit,& diligentem cuſtodiã requirat. Plerunq; vero debitor dare pignus,quã fideiuſſores,facili⁹ poteſt: & quia honeſtius eſt,mauult.ꝙ intelligi etiã poteſt ex ea epiſtola,quam recitat Scæuola.l.penult.de pig. Eſt & illud memorabile,ꝙ Scipio princeps Corneliæ gentis,cũ empto fundo,vel filia data marito, ſponſores ab eo ſolenniter poſcerentur,aſinam cum pecuniæ onere ꝓduxit in forum, quaſi pro ſponſoribus pſens pignus,vt ſcribit Macrobius.Itaq; & Aſinæ cognomentum Corneliis Scipionibus datum eſt.Verbum cautionis,tã ad pignora quàm fideiuſſores refertur;ſatiſdatio vero de fideiuſſoribus magis intelligitur.l.prima. Qui ſatiſdare coguntur.Cùm itaque iuſsiſſet Prætor ita fieri collationem vt rectè caueretur:reſponſum eſt,rectè de collatione caueri & pignoribus & reis:hoc eſt,prædiis prædibúſve : vt veteres loquebantur.l.j.§.iubet. de collat. bonor. Hic itaque ſi quis pignora,quam fideiuſſores,dare malit, audietur.Sed prætoriæ ſatiſdationes, perſonas fideiuſſorũ interuenientium deſiderant:neque in vicem ſatiſdationis pignoribus fungi quis poteſt, vt ait Vlpianus l.7.de prætor.ſtipulat. Fungi pignore dicitur,qui pignus dando ſatisfacit.ſicuti fungi collatiõe dotis dicitur,qui dotẽ rectè confert.l.3.de colla.dot. Sed & cùm edictum vt legatorum nomine caueatur, ſatiſdationem requirat,fideiuſſores magis eſſe dandos apparet.l.j.vt l.no.cau. Si tamen pater ſit hæres,& filio eius ſit legatum ſub conditione,filiúſque emancipatus petat ſibi ſatiſdari reſponſum eſt melius eſſe per mediocritatem ita rem dirimere, vt ſatis ſit hypotheca rerum paternarum.l.7.vt legat.no.cau.Si cautio quæ accedit,non ſit idonea, nihil propterea decedere principali obligationi ,ſatis conſtat.l.28.Si cert.pet.Sed neque ipſius rei quæ pignori datur,æſtimatio poteſt quicquam imminuere,non enim ex eius quantitate æſtimatur quãtitas principalis obligationis , quæ modo maior,modo minor eſt. Vnde cùm tibi centum aureos mutuo roganti,eorum loco tradidiſſem equum, tanti inter nos communi conſenſu æſtimatũ:& tu mihi veſtẽ tuam pignori dediſſes,quæ non niſi octoginta forte aureorum eſt: non poteris poſtea obtendere , equum ipſum plùris non fuiſſe, & eius æſtimationem ad pignoris æſtimationem reuocare. l. ſi pro mutua. Cod.ſi cert.petat.Dixi,ſoluere tam hypothecariam quam fideiuſſoriam cautionem accedere, & adiungi principi alteri obligationi:vt creditor poſsit eligere,an fideiuſſorem omiſſo pignore,an vero fideiuſſore omiſſo pignus conueniat.l.inter.§.creditor.de fideiuſſor.l.ſec.l.omiſsis.C. de fideiuſſor.Solet (inquam) vtraque eſſe acceſsio aliarum obligationum. Fit tamen interdum,vt fideiuſſor accedat pignori,vel pignus fideiuſſori.Nam & acceſsio acceſsionis in obligationibus eſſe poteſt.Interdum fideiuſſor accipitur in id ſolùm, quod ex pignore ſeruari nõ poterit.l.amiſsi.de fideiuſſ.l.omiſſ.C. de fideiuſſ. Atque id etiam aliquando actum eſſe intelligitur,vbi tamen alioqui nõ eſt expreſſum.l.64.de fideiuſ. Sed & fideiuſſor fideiuſſoris eſſe poteſt. E diuerſo, vt & pignus pignoris eſſe poteſt:ſic etiã à fideiuſſore,vt abs reo principali,pignus rectè datur.Immovero tacitè quoq; aliquãdo obligãtur bona fideiuſſorũ.Cæterũ vt fideiuſſor ita interuenire põt,vt ſolus obligetur:& alio liberato fiat reus principalis, & expromiſſor magis quã fideiuſſor appelletur. l.4.de cõd.cau.da.l.8.ad ſen.Velleia.ſic & res aliqua poteſt ita obligari,vt ſola & principaliter obligetur. Quæ cõditio eſſe videtur prædiorum tributariorum.Nam in tributis non perſonas , ſed fundos obligari , reſcripum eſt: l.Impp.de publican. Cicero contra Rullum , poſteaquàm prædia libera ſeruis,ſoluta obligatis oppoſuit: immunia,iis quæ penſitant , tertio loco tandem opponit.Differunt itaque & penſitantia p̃dia ab obligatis: & eſt penſatio , principalis quædam qualitas , ſicuti ſeruitus. Huiúſque generis fuiſſe videtur & ille fundus , cui vectigal impoſitum fuiſſe,vt tricena annua millia penderet,narrat Plinius lib.7.epiſt.ad Caninium Rufum.

## Diuiſo pignorum. Cap. 3.

PROXIMVM eſt,vt poſteaquã pignus in vniuerſũ deſcripſi,& ab iis que vel ſimilia vel affinia videri alioqui poſſent, diſtinxi: nũc exponam ſpecies pignorum,ſicuti definitioni diuiſio ſubiungi ſolet.Iuſtinianus primam hanc diuiſionem notat:Pignus aut eſſe Cõuentionale,aut Prætorium.Ait enim in l.2.C.de prætor.pig. duplum genus hypothecarum eſſe: vnum, quod ex conuentionibus & pactis hominum naſcitur,vocatúrque cõuentionale:alterum, ꝙ à iudicibus datur,dicitúrque pretorium.Idem tamen Iuſtinianus l. j.C.cõmu.de leg.adiicere videtur tertiam quandam ſpeciem hypothecarum,quam ait,nullo verbo precedente, induci ab ipſa lege.Sed & Vlpianus cum loqueretur de pignore,ꝙ iuſſu magiſtratus conſtituitur,adiecit, teſtamento quoque pignus conſtitui poſſ.l.26.de pig. act. Sic quatuor eſſent genera pignorum.Ego,vt omnia complectar,dicere ſoleo , pignus aut voluntarium eſſe , aut neceſſarium.Voluntarium voco, ꝙ ex conuentione expreſſa vel tacita deſcẽdit:aut ex voluntate teſtatoris,expreſſa quoque vel tacita.Neceſſariũ,ꝙ lex ipſa cõſtituit , aut Prætor Iudexve capi iubet.De ſingulis ſpeciebus ſuo ordine videamus:& in primis de conuentionali , vt Iuſtinianus appellat.

## De hypotheca ex conuentione.Cap.4.

CVM queritur,quomodo pignus cõtrahatur,recte reſpondemus,cõſenſu cõtrahi.Nã & Vlpian.pignus refert inter cõuentiones iuris gentium,que in proprium nomen contractus transferũt. l.j. §.vlt.de pact.Ac licet olim traditio pignoris interuenire ſoleret,vt ſupr.dixi,tamen & ſine traditione contrahi & conſtitui poſſe placuit.Itaque Papinianus ait , perſecutionẽ pignoris ſola cõuentione cõſtitui. l.44.§. non mutat.de vſurpat.Vlpian.autẽ l.j.de pig.act.Pignus,inquit, contrahitur non ſolum traditione,ſed etiã nuda cõuentione,etſi nõ traditum eſt. Caius quoque l.4. de pig. ait, contrahi hypothecã per pactum conuentũ , nec ad rem pertinere, quib. fiat verbis , ſicuti eſt in iis obligationibus,que conſenſu cõtrahuntur.Itaque nemo dixerit,ſtipulationem ad contrahendã hypothecæ obligationem eſſe neceſſariã,quanquã ad fideiuſſores obligandos plerũque requiratur.l.blanditus.C.de fideiuſſ.Cũ dicimus traditionẽ hic nõ requiri,ſignificauimus etiã eũ cui res prius obligata eſt,eo potiorem eſſe,cui prius eſt tradita. l.creditor.§.vl.qui pot.in pig. Cum dicimus,ſtipulationem non eſſe neceſſariam, indicamus , & inter abſentes pignoris obligationẽ poſſe cõtrahi.l.12.§.j.de pig. Nam & per epiſt.vel nuncium cõſenſus interuenirẽ poteſt & cõuentio.l.2.de pact.Sane aliud eſt,pignori rem dare,& ita conuenire:aliud, paſciſci de re pignori danda, ſicuti aliud eſt,vendere:aliud,promittere vendere. Sed tamen etiam obligatur,qui promiſit dare pignus.Neque ſolùm ex conſtituto tenetur,qui conſtituit ſeſe ſoluturum , ſed & ſi quis prius conſtituit pignus daturum.Nã tale conſtitutum,poſtquam vtilitas pignoris irrepſit,admitti ait Vlpianus l.14.§.j.de conſti.pec.

## De hypotheca teſtamentaria. Cap. 5.

CONVENTIONALI pignori rectè nũc adiũgemus teſtamẽtariũ.Vt enim illud duorũ conſenſu contrahitur,ſic vnius voluntate hoc conſtituitur. Teſtamento pignus conſtitui, dixit Vlpianus l.26.de pignor.action. Et alio loco meminit agri in alimenta legata, teſtamento obligari.l.8.§. idem eſt.de tranſact.Paulus quoque meminit teſtatoris, qui cùm alimẽta libertis legaſſet,poſteriore teſtamento cauit,obligatos ei eſſe ob cauſam fideicommiſsi certos fundos.

hunc-



núncq; teſtatorẽ pignoris iura prædia talibus verbis obligaſſe reſpondit.l.12.de annu.leg. Sed & Papinianus l.fundus.de annu.leg.mentionem facit cuiuſdam fundi,quem paterfa.legatorum nomine,quę in annos ſingulos reliquit, pignori eſſe voluit. Denique Iuſtinianus l.j.C.cõmu.de lega. Hoc,inquit, iure noſtro increbuit,licere teſtatori hypothecã rerũ ſuarum in teſtamento,quibus voluerit dare. Et quis tandem id fieri poſſe mirabitur,qui meminerit , dominia quoq; rerum transferri poſſe ſola teſtatoris voluntate? Immo verò qui cogitabit,etſi teſtator nihil de hypotheca dixerit,tamen hypothecam tacitam naſci? Quod nunc latius dicendum eſt.

## De tacitis hypothecis. Cap.6.

NON ſolùm expreſſa conuentione,ſed & tacita pignus contrahitur. Iuſtinianus l.vna.C.de rei vxo.action. In multis , inquit,iuris articulis tacitas hypothecas ineſſe accipimus.de his ergo videamus. Paul.l.4. de pact.ait:quia pacta etiam tacitè valent,placere,in vrbanis habitationibus locãdis inuecta & illata pignori eſſe locatori,etiam ſi nihil nominatim conuenerit. In hac ſpecie nulla verba ſunt , quæ ita conueniſſe ſignificent.Sed ex re ipſa, hoc eſt, illatione , talis conuentionis conſuetudine,coniicimus ſubeſſe tacitam aliquam huius generis obligationem.Eo,inquit Neratius,iure vtimur,& quæ in prædia vrbana inducta & illata ſunt , pignori eſſe credantur : quaſi id tacitè cõuenerit l.4.in quib.cauſ.pig.tac.Sanè Martialis lib. 12.Epigram.

*O Iuliarum*,inquit,*dedecus Calendarum:*
*Vidi Vacerra ſarcinas tuas:vidi,*
*Quas non retentas penſione pro bina*
*Portabat vxor.* Sed vt rem hanc paulò diligentius explicemus,magna olim Romæ turba & multitudo erat pauperum inquilinorum,atque(vt Iuriſconſulti etiam loquuntur ) cœnaculariorum, qui in alieno & conducto habitabant, neque præter neceſſariam & curtam ſupellectilem quicquam habebant,vtpotè opifices,qui manu & artificio quotidiano victum quæritabant. Qui iis,ignotis alioqui & peregrinis, ædes aut cœnacula locabant,vt ſibi cauerent,ſolebant paciſci,vt inuecta & illata ſaltẽ pignori eſſent pro mercede habitationis,ſeu penſione. Nam & Romæ magno hoſpitium quoque miſerabile conſtabat , vt Iuuenalis ait,& pẽſio tamẽ non niſi calendis Iuliis, finita iam locatione,ſolui ſolebat. Non ſolebãt itaque domini iis locare ſine aliquo pignore. Pignus eſſe ſolebat ipſa ſaltem ſupellex. Hoc cùm in more eſſet, & eſſet etiam iuſtum , vt occurreretur ingratorum hoſpitum perfidiæ, & locatoribus conſuleretur,placuit: vt haberetur pro cauto & conuento , etſi fortaſſe in locatione expreſſum non fuiſſet.Nam & quæ moris & conſuetudinis ſunt,etſi de his nihil nominatim cautum ſit,tamen & fide bona habentur pro expreſſis.l. quod ſi nolit.§.quia aſsidua.de ædili edict. Fateor equidem generali hypotheca non compræhendi ſupellectilem,quã veriſimile non eſt aliquem obligare voluiſſe.l.6.de pign.Sed in propoſito veriſimile eſt,de eius obligatione actũ fuiſſe,& hac veluti conditione locationis fuiſſe hoc ius non niſi in vrbe,hoc eſt,Romæ,propter eam,quam dixi,cauſam receptum eſt , vt moribus erat introductum , & hoc exemplo deinde Conſtantinopoli:víxque tandẽ in prouinciis ,Sancimus (inquit Iuſtinianus) de inuectis à conductore rebus & illatis, quæ domino pro penſionibus tacitè obligantur , non ſolùm in vtraq; Roma & territorio ius hoc locum habere , ſed etiam in noſtris prouincijs.Tali enim iuſta præſumptione nõ etiã omnes noſtros prouinciales perpotiri deſideramus.leg.vltim. Codic.in quib.cauſ. pign.tac. Sed & cum olim Romæ multi exercerent cœnaculariam, nec tam ipſi inhabitarent domos quas conduxerant, in eaſve aliquid inferrent , quam aliis per partes iterum locabant , placuit, ſecundi quoque conductoris res tacite obligari domino, primo locatori , ſaltem quatenus eſſet penſio ipſius cœnaculi,perinde atque ſi dominus ipſe vtrique locaſſet, & ſecundus non minus à domino,quam abs priori conductore cœnaculum haberet.Itaque & domino recte ſoluit,vt & eatenus liberetur , perinde atque ſi ſoluiſſet ei à quo conduxit.Nam & ei prodeſt ſolutio.Recte itaque Vlpianus l.11.§.ſolutam.de pignorat.action.Si, inquit, domum conduxeris,& eius partem mihi locaueris, egoque locatori tuo penſionem ſoluero,pignoratitia aduerſus te potero experiri.Nam Iulianus ſcribit,ſolui ei poſſe. Plane in eam duntaxat ſummam inuecta mea & illata tenebuntur, in quam cœnaculum conduxi.Non enim credibile eſt,vt ad vniuerſam penſionem inſulæ friuola mea teneantur. Videtur autem tacite & cum domino ædium hoc conueniſſe,vt non pactio cœnacularij proficiat domino ,ſed ſua propria.Hæc Vlpianus.Cuius poſtrema verba continent quandam anthypophoram. Ne obiiciat cœnacularius,ſeſe cum domino nihil conueniſſe , neque ex alterius contractu ius ei quæſitum eſſe, Vlpianus reſpondet,dominum ex ſua conuentione potius id habere: quaſi cum locaret priori , ſecundo etiam locauerit.Friuola conſtat apud Latinos dici,vilem ſupellectilem , qualis eſſe ſolet eorum qui in cœnaculis habitant. Cœnaculum autem proprie appellari ſuperiorem partem domus ſiue inſulæ. Cœnaculariam Iuriſconſulti vocant,non ſolum locatorem , ſed & conductorem cœnaculi , ſed & penſionem cœnaculi conducti,vt ſolarium , quod pro ſolo penditur, cœnacularium neutro genere appellant,& ita in propoſito Vlpiani loco quidam accipiunt. Cœnaculariam certe exercere dicuntur , qui cœnacula locare ſolent.l ſi vero.§.idem erit.& §. ſed & ſi.de his qui deiec.vel effude. Sed quid ſi cœnaculum gratis inhabitem?Pompon.l.quint.in quib.cauſ. pig.tac.ait, ſi gratuitam habitationem conductor mihi præſtiterit,inuecta à me,domino inſulæ pignori non eſſe. Certe dominus plus iuris habere non debet in me, quam is qui cœnaculi habitationem mihi conceſsit. Quid ſi dominus ipſe non locauerit domum,ſed gratis inhabitandam alicui tradiderit?Certe cum nulla hic merces aut penſio debeatur , nulla eius nomine eſſe poteſt tacita hypotheca.Sed obſeruandum eſt,ius iſtud taciti pignoris etiã dari , ſi domus deterior facta eſt. Magna eſt profecto cauſa, cur faueamus domino,debitam penſionem ædium exigenti.Sed non minus adiuuari debet , cum damnum ædibus datum iniuria, perſequitur. Iuſtinianus exiſtimauit non minus fauorabilem eſſe penſionis illius exactionem, quam rei depoſitæ repetitionem.Nam in Nou.conſtitut.88.eodem modo eos coercet, qui vel illius ſolutionem, vel huius reſtitutionem aliqua denunciatione temere interturbant.Sed damni iniuria dati , præſertim ædibus,quas ſartas tectas reddi æquiſsimum eſt,quæſtio non minus , quam penſionis exactio , digna fauore eſt. Itaque Pomponius l. in quib. cauſ. pign. tac. fatetur quidem ex locato eſſe actionem , ſi culpa ſua inquilinus deteriorem domum fecerit, ſed nihilominus hoc nomine teneri inuecta & illata. Habet & dominus actionem locati:vt penſionem petat. Sed nihilominus habet hypothecariam. Illa in perſonam , hæc in rem eſt , & hæc illius tantum acceſſio quedam eſt , maioris cautionis cauſa. Porro cum dicimus inuecta & illata teneri , res intelligi-

mus ita inuectas aut illatas, vt ſatis appareat illatas fuiſſe, vt in prædio eſſent atque manerent cum inquilino.l.7.§.primo,in quibus cauſ.pign.tac. Id autem ex qualitate & conditione ipſarum rerum æſtimari facilè poteſt.Quid igitur, ſi inquilinus res alienas intulerit? Nam & ſæpè vtitur aliena ſupellectile. Reſpondeo, dominum eas nihilominus repetere ſemper poſſe. Nam neque expreſſo pignore teneri & obſtringi res alienas poſſe.Quid autem, ſi inquilinus ipſe offerre velit, nec penſionem tamen ſoluat?Si appareat pignoris cauſa intuliſſe, etſi pignus non valeat, tamen aduerſus eum retentio competit. Si vero ſimpliciter intulit rem alienam, vt alienam,nulla retentio eſt.l.j.§.penulti de migran. Quid ſi rem ſuam, quam intulit, & tacite obligauit,deinde abalienet? Abalienat obligatam,nam ius pignoris eam ſequitur. Alia tamen eſt cauſa mercium. Si taberna generaliter obligata ſit, merces, quæ ea continentur, obligari fatetur Scæuola: ſed ſignificat tamen vendi poſſe, & venditione liberari: illas vero que earum loco reponuntur, obligari.l.33. de pignor. Nempe mercium ea conditio eſt, vt ſæpè mutentur, diſtrahantur, reparentur: & nihilominus eadem veluti vniuerſitas conſeruetur. Eadem itaque & cõditio eſt obligationis earum,ne impediatur negociatio.Si tamen locator iure ſui pignoris, mercib. quibuſdã manum iniecerit,eáſque veluti incluſerit, vt ſpecialiter iam obligatas teneat, certè merces eſſe deſinũt:&,ſi deinde vẽdantur,obligatæ manent. Hæc tam manifeſta mihi videntur,vt longiori probatione opus non habeãt:tantóq; ꝓpterea magis miror,eruditũ authorem Cõmentariorũ iuris ciuilis hæc nõ ſatis diſcernere. Sed adiiciam tamẽ cõfirmationis cã quippiã,ꝙ & huius loci eſt,& eſt tamẽ ab aliis interpretibus parùm animaduerſum.Vlpian.l.pen.In quib.cauſ. pign. tac.ait eſſe differentiã obligatorũ ꝓpter penſionẽ, & eorum,q̃ ex cõuentiõe manifeſta pignoris noĩe tenentur:quia manumittere mancipia obligata non poſſumus:inhabitãtes aũt manumittimus,ſcilicet antequã pẽſionis noĩe ꝑcludãtur. Tum enim pignoris noĩe retẽta mancipia non liberabimus.Hîc obſeruanda duo ſunt.Primũ,differẽtię,quam notat Vlpianus, cauſam non eſſe,ꝙ aliud ſit pignus tacitum,aliud expreſſum, ſed potius,ꝙ aliud ſit generale, aliud ſpeciale.Cũ tacitè obligantur inuecta & illata ab inquilino, nõ eſt ſpecialis hypotheca vnius alicuiꝰ rei,ſed cuiuſdã potius vniuerſitatis. Cũ aũt locator manũ iniicit certis quibuſdam rebus illatis & inuectis, tunc veluti nouo & ſpeciali pignore rurſus eas ſibi obſtringit.Iã vero fauore libertatis illud ſingulariter placuit,vt generalis hypotheca non impediat manumiſsionẽ ſerui: ſpecialis tamen eam impediat,l.2.&3.C.de ſeruo.pig.da.l.licet.in quib.cauſ.pig.tac. Sed cũ dicimus ſingulari iure hoc tribui libertati, vt inquilinus non prohibeatur ſeruũ manumittere,prius quàm locator manũ ei iniecit:ſatis apparet, res alias ab inquilino liberari ab alienando nõ poſſe. Quæ autẽ manus iniectio vel incluſio facit,vt & ſerui manumiſsio impediatur, facit etiã,vt merciũ diſtractio libera eſſe deſinat. Poſtremo ſingulare religionis eius eſt, ꝓpter fauorabilem funeris cauſam, ꝙ Pomponius l.14.§.j.de relig.& ſumpt.fu.ait,ſi colonus vel inquilinus mortuus ſit, ex inuectis & illatis eum funerandum eſſe:& ſi quid ſuperfluum remanſerit, ꝓ debita penſione teneri.Quod de colono dicit,ſignificat,ne expreſſo quidẽ pignore funꝰ impediri. Neratius.l.2.in quib.cauſ.pig tac.poſteaquã dixit eo iure nos vti,vt q̃ in ꝑdia vrbana inducta aut illata,pignori eſſe credãtur quaſi tacitè id cõuenerit: adiecit, in ruſticis prædiis contra obſeruari. Quid igitur in his obſeruatur?Magna certè interpretũ vel inſcitia vel impudẽtia fuit,qui idẽ obſeruari dixerunt,& diſcrimẽ toties támq; diſertè in libris Iuris ciuilis traditum aut non viderunt,aut ſupprimere voluerũt.Sed quid in ruſticis obſeruetur,videamus. Põponius l.7.In quib.cauſ.pign.tac.ait, in ꝑdiis ruſticis fructus,qui ibi naſcuntur,tacitè intelligi pignori eſſe domino fundi locati,etiam ſi nominatim id nõ cõuenerit.Hîc certè idẽ obſeruari videtur in ruſticis,ꝙ in vrbanis,& vt dictũ eſt,ſecundi quoq; cõductoris res tacitè obligari,ſic eſt reſponſum,obligari fructus domino,ſiue ꝑcipiantur ab eo cui dominus locauit,ſiue ab alio qui à primo colono cõduxit.l.23.§.ſi colonus l.35.Loc.Sed vt aliæ res colonorum obligentur, neceſſaria eſt expreſſa cõuentio.l.potior.§.ſi colonus.Qui pot.in pign.l.j.De Sal.interd. Ac ſi colonus, qui ita conuenit nominatim locet deinde alteri fundum,res poſteriores conductoris domino nõ obligantur ſine alia cõuentione.leg.23.§.ſi colonus.Loc.Sed cur in ruſticis non idem obſeruatur,quod in vrbanis?Certè q̃ cauſa fecit,vt ab inquilinis inuecta & illata obligentur,in colonis nõ habet locũ:& verò rurſùs in his aliquid eſt ediuerſo,ꝙ omnẽ taciti pignoris coniecturã tollat.Vt qui locant ædes,cauere ſibi ſolent pignoribus rerũ illatarũ:ſic qui locãt agros,pign.fruct.Nam & fructus proprie res ſunt,q̃ in prędia ruſtica inuehi ſolent, cum & hæc ꝑdia non tam habitationis, quam fructuũ ſeruandorũ cauſa habeãtur.Vtrunque pignoris genus tacite ſeruatur,ex bona fide.Sed vt preterea obligẽtur,q̃ fortaſſe coloni intulerint,nulla ratio eſt. Nã neq; id domini exigere ſolent,neq; coloni concedere. Nec denique concedi facile poſſet, ſine aliquo Reip.incõmodo. Totã ꝓpe colonorũ ſupellex,ſi qua in ꝑdiis ruſticis ſit,eſt rerũ ad rem ruſticã & agriculturam pertinentium:quas res non temere pignori obſtringi,poſtea dicã.Illud nunc teneamus,ꝙ dico: Solẽt in ꝑdia ruſtica inferri fructus,& horũ nomine illa conducuntur, & ij ſolent eſſe nõ minoris precij quã penſio.Sit igitur domino ſatis,eos habere obligatos. Si nõ fructuum cauſa prædiũ habeatur,iam certe pro vrbano habebitur: vt inuecta & illata obligentur domino,cui cautum alioqui non eſſet. Sed vbi fructus ſunt,eorũ hypotheca cõtentus dominus ſit.Certe de aliarum rerũ quã q̃ inferri ſolent, pignore vel cogitatũ, vel tacite actum eſſe,dici nõ põt.Supereſt vt intelligamus,quid ſibi Alexander voluerit,cum reſcripſit, certi Iuris eſſe,ea q̃ voluntate dominorum,coloni in fundum induxerint,pignoris iure teneri.Cũ aũt domus locatur,nõ eſſe neceſſariam in rebus inductis ſcientiam domini, l.5. C.de loc.Non eſt dubium, voluntatem & ſcientiam hic eodẽ modo accipi, vt & alibi ſæpe.Hic aũt accipi ꝓ expreſſa cõuentione de pignore,Iuris ratio monet.Sed quid, ſi tantum conuenerit nominatim, vt colonus certas res inferret, neque de earum pignore expreſſum prętérea ſit quicquam?Certè cum dominus ait,velle ſe vt colonus eas inferat,& ea cõditione locat: non obſcure videtur de earum pignore conuenire. Quorſum enim alioqui id paciſceretur?Cum igitur ſatis appareat hoc actũ eſſe, placet,ꝙ quidam ſentiunt,tali conuentione contineri pignus. Secundum taciti pignoris genus cõmode nunc ad ijciam,ꝙ Vlpianus not.l.13.§.qui implet.Loc. Ait,colonum,qui impleto conductionis tempore remanſit in conductiõe,in annum ſaltẽ proximum reconduxiſſe videri: eandemque pignorum obligationem durare, vt quẽadmodũ taciturnitate,veluti cõſenſu vtriuſq; domini & coloni, renouatã eandem conductionem exiſtimamus: ſic,& pignora q̃ prius nominatim contracta erant,tacite repetita videantur. Nã & alioqui non omnino eadem eſſet renouatę huius cõductionis conditio,quę prius fuit. Interdum expreſſa quidem eſt conuentio,ſed confirmatio quæ neceſſaria eſt,nõ exprimitur. Itaque Martianus l.5.§.vlt.in quib.cauſ. pign.ac.inter tacitas hypothecas refert,ſi cum ego rẽ tuam obligaſſem creditori meo,tu pro me fideiuſſeris.





ris. Nam eo ipſo ꝙ fideiubes, videris etiã approbare rei tuę obligationem: vt & ꝙ tu pręſtabis, res quoque tua ꝑſtet. Sic apud Modeſtinum, cum pater rẽ filij ſui pignori daret, & filius à patre rogatus conſcripſiſſet inſtrumentũ pignoris, intelligitur filius cõſentire obligationi, proptereaq; pignus valet.l.26.§.pater. De pign. Porro cum conueniſſet, vt tu rem meam diſtrahere ſiue vẽdere poſſes, reſpondit Papinianus, pignus intelligi contractũ.l.4.§.vl.Qui pot.in pig. Sicuti ediuerſo, dixit rem diſtrahi non poſſe, cum ſignificaret, pignori obligatam nõ eſſe.l.j.§.ſeruo.De pig. Qui ius habet pignoris, ius diſtrahẽdi habere ſolet. Itaq; conuentione diſtrahendi, illud includitur, ꝙ præcedit, nẽpe ius pignoris. Neque tamen, vbi verba ambigua ſunt, vel obſcura, temere interpretari debemꝰ, pignoris obligationẽ ſignificari. Cum Titius ꝓmiſiſſet ex ſuo fundo dare centum modios, fundúmque deinde vendidiſſet: negauit Scæuola, emptorem teneri.l.vlt. §.vlt.de contrahen.emp. Sic ꝓfecto negauit fundum fuiſſe obligatũ, non teneri emptorem actione perſonali ex tali ꝓmiſſiõe, nemo dubitat. An teneretur hypothecaria, quaſi fundũ obligatum poſsideret, quęſitũ eſt. Negat Scæuola: quia nulla fundi huius ſit obligatio. Vt autem ex conuentione non ſolùm expreſſa, ſed & tacita, pignus conſtituitur. ſic etiam ex vltima voluntate, aũt eius coniectura. Solebant olim teſtatores cum aliquid legarent, quo magis legatario cautum eſſet, reliquas illi res ſuas hoc nomine teſtamento nominatim obligare. Papinianus ait, Legatarios in ea tantum parte, quæ de bonis ſeruari poteſt, habere pignoris cauſam.l.4.de ſeparat. Intelligit, prius deduci æs alienum, ſed non exprimit, an in reliquis bonis habeant ius pignoris, etſi expréſsim datum illis teſtamento non ſit. Certè non exiſtimo, id temerè iis tacitè dari, Iuriſconſultis placuiſſe. Sed cum nouum non eſſet, vt liberalis interpretatio vltimæ voluntatis fiat, & multa quæ exꝑſſa non ſunt, tamen ex coniectura intelligantur: Iuſtinianus ſtatuit, vt & ſi teſtator de hypotheca nihil nominatim caniſſet, tamen intelligeretur, ei, cui quid legat, obligaſſe eo nomine omnia ſua reliqua bona, quæ ad eum, à quo legat, ex teſtamento peruenirent.l.prima. Cod.commu.de leg. Non igitur obligatæ intelliguntur aliæ res vel hæredis, vel eius qui legatum præſtare debet, ſi eas aliunde habeat. quanquàm propter moram non præſtantis legatum ſuo tempore, miſsio fieri poſsit in poſſeſsionem omnium eius bonorum.l.certa.C.vt in poſſ.leg. Sed & ſi ab hærede res duas duabus ſeparatim teſtator legauerit, non videtur, quod vni legat, alteri obligatum pignori eſſe voluiſſe. Id ex eo colligo, quod Hermogenianus l. ſi fideicõmiſ. vt in poſſeſſ.leg. reſpondit, ſi legatorum ſeruandorum cauſa miſſus in poſſeſsionem teneas rem, quæ mihi eſt relicta: æquius eſſe, me eam habere, cui relicta, quàm te, qui alterius legati nomine ingreſſus in eam es. Illud porro ſingulare habet tacita hypotheca ex teſtamento deſcendẽs, quod eam Iuſtinianus inter hæredes diuidat, ſicuti & inter hæredes plures diuiditur ipſa in perſonam actio, quo legatum petitur. Non enim ſinguli tenentur niſi pro qua parte hæredes ſunt, ſi in perſonam agatur. Pro ea itaque parte etiam tantum obligabuntur, quæ ad hæredes præterea peruenerunt: cùm tamen alioqui actio hypothecaria, indiuidua eſſe ſoleat, & in ſolidum detur etiam aduerſus eum, qui partem rei obligatæ poſsidet. Sed vidit Iuſtinianus hypothecam, de qua nunc agimus, non tam hæreditariam eſſe, quam rebus iam diuiſis inter hæredes primum imponi: & cum iis ſimul diuidi, quando conſtituitur. Non diſsimilis eſt diuiſio pignoris in l.2.Cod.de debi.ciuit.

## De pignore legitimo. Cap.7.

DIximus de duobus pignoris voluntarij generibus, conuentionali & teſtamentario, ſiue expreſſim ſiue tacite conſtituãtur. Proximum eſt, vt de neceſſario dicamus, quod vel legitimum eſt, vel prætorium. Legitimum nunc appello, quod lex ipſa introducit, inuito etiam domino. Nam etſi interdum tacite id ſubeſſe interpretetur, quia dominus non noluiſſe videatur, tamen id ab eius voluntate pendere non patitur. Tacitum dici quoque poteſt: ſed legitimum nunc appello, vt magis illuſtretur. Huius generis ſpeciem primam, eſſe dicam hypothecam illam, quam Iuſtiniani conſtitutio introduxit dotis cauſa, vel dãdæ, quæ promiſſa eſt: vel reſtituendæ ſuo tempore, ſi data fuerit. Solebat certe olim hęc cautio nominatim adiici dotalibus inſtrumẽtis: tantóque propterea magis Iuſtinianus ſeſe eã habere pro adiecta interpretatur, preſertim cũ & fide bona in dotis cauſa verſandum ſit. Verum & illa ratio iuſtiſſima fuit, quod nimis iniquum indignúmque ſit, aut dotẽ promiſſam nõ dari, aut datam amitti. Damus (inquit Iuſtinianus) ex vtroque latere hypothecam, ſiue ex parte mariti pro reſtitutione dotis, ſiue ex parte mulieris pro ipſa dote preſtanda, & pro rebus dotalibus euictis, ſiue ipſæ principales perſonæ dederint dotes, vel promiſerint, vel ſuſceperint, ſiue aliæ pro ijs: & ſiue dos aduentitia, ſiue non aduentitia ſit. l.vna.§.& vt plenius. C.de rei vxo.act. Primum ergo marito, cui dos promiſſa eſt, tacite hoc nomine obligantur bona promittentis, donec dos detur. Singulare illud certe eſt, quod dictio dotis, pro promiſſione habeatur, & nuda pactio pro ſtipulatione. lege ad exigẽdam.C.de iure dot. Alterum nunc priuilegium eſt, quod & ea obligatio ſuam habeat hypothecam. Ediuerſo vbi dos data eſt, quemadmodum eius ſuo tempore reſtituendæ ſtipulatio ſemper interueniſſe fingitur, ſic & eo nomine, mariti, qui dotem accepit, bona obligari pignori intelliguntur. Iuriſconſulti in Pandectis meminerunt & mulieris, & alterius pro muliere dotem dantis, ſimúlque hoc nomine pignus accipientis.l.ſeptimò.§.ſi vxor.de donati. inter vir.& vxor.l.j.Qui pot.in pign. Quo exemplo & fideiuſſorem pro dote abs marito recte poſſe dari, pleriſque placet. Imperatores tamen ei remiſerunt neceſsitatem huius ſatiſdationis.l.vnica.Cod.ne fid. dot.den. Sed Iuſtinianus hypotehecam tanto magis adſtrinxit, & ſemper ſubeſſe interpretatus eſt, neque ſolùm dotis ipſius nomine, ſed & τῶν παραφέρνων, vt ſi præter dotem mulier marito nomen aut cautionem dederit, maritus, quod exegerit, etiam reſtituat, & interea eius bona tacite obligata propterea ſint. leg.vltim. Codic. de pac. conuen. tam ſup.dot. Hic ergo duas tacitas hypothecas habemus, ex parte ſcilicet viri, & ex mulieris parte. Sed vbi dos repetitur abs muliere, vel eius hærede, hypotheca altero quoq; priuilegio ſubnixa eſt.l.aſsiduis. C. qui pot.in pign. Quod ſuo poſtea loco latius dicam. Iuriſconſulti non niſi perſonale priuilegium exigendi, tribuerant mulieri. Sed vt maior meliórque eſſet cautio, acceſsit Iuſtiniani beneficium hypothecarium. Secunda legitimi pignoris taciti & neceſſarij ſpecies, ſuperiori nõ diſsimilis eſt, quòd tutoris bona pro adminiſtratione pupillo tacitè obligentur. Pupillo in hac cauſa conſtat olim datum fuiſſe priuilegium exigendi. Sed altera cautione opus erat. Cùm autem multis tutoribus ſatiſdatio facilè remitteretur, vt non darent fideiuſſorem, rem pupilli ſaluam fore, ſaltem retinenda fuit altera in rem cautio hypothecaria. Demo-

ſtenes χρ' ανάτ. non obſcurè ſignificat, moris olim fuiſſe apud Athenienſes, vt & vxoribus pro dote, bona maritorum, & pupillis, tutorum obligarentur. Idem agnoſco fuiſſe in moribus veterum Romanorum. Sed quid ſi nominatim non acceſſerit huius obligationis cautio? Certè Iuriſconſulti vxoribus non dabant ius tacitæ hypothecæ. Huius enim beneficij primus anthor fuit Iuſtinianus. Pupillis tamen eorum hæredibus dediſſe videntur, & ſingulari etiam interpretatione conſeruaſſe Id vulgo non ſatis animaduertunt: quia Scæuolæ reſponſum, ex quo id colligi poteſt, aliò detorquent. Cùm pupilli hæres cum hærede pupilli tranſegiſſet, & eius reſiduæ quantitatis, quæ debebatur, pignus nominatim accepiſſet: reſpondit Scæuola, in veterem cõtractum iure res obligata eſſe. l. vltim. In quibus cauſ. pign. tac. His verbis Scæuola ſignificat, pignus aliquod tacitum prius fuiſſe, illúdque durare, ſicuti & veterem obligationem tutelæ. Nihil enim tranſactione noua peremptum eſſe, quia nondum ea impleta ſit, hoc eſt, reſidua aut reliqua quãtitas adhuc debeatur: nec ſit perſoluta, licet eius nomine pignus datum ſit. Vtilius itaque eſſe ſentit, veterem obligationem cum veteri ſua hypotheca retinere. Ineptum eſt, quod Accurſius interpretatur iure res obligatas manere: vt earum retentio tamen ſola compẽtat, ſicut ob chirographariam pecuniam retinentur. Id hoc loco inepte dici, alij quoque viderunt. Verùm hi alia reprehenſione digni ſunt, quòd non videant Scæuolam loqui de veteri pignore: ſed confingant nouam hic quandam hypothecam, occaſione tranſactionis tacitè competentem, quaſi quicunque tranſigit, eo ipſo bona ſua obligare intelligatur, donec præſtiterit quod conuenit. Multo certè probabilius eſt, tutoris bona fuiſſe obligata, quia tacitè quoque obligentur pro adminiſtratione. Quod certè Conſtantinus ita confirmat, vt ius vetus potius quã nouum tradere intelligatur. l. pro officio. C. de adminiſt. tut. Pro officio, inquit, adminiſtrationis, tutoris vel curatoris bona, ſi debitores exiſtant, tanquàm pignoris titulo obligata, minores ſibimet vindicare minimè prohibentur. Idem eſt, etſi tutor vel curator res minorum non adminiſtrauit. Quid igitur ſi tutor bona ſua vendiderit? Et ſi in fiſcum transferantur, cum ſua cauſa transferuntur, & ius pignoris ea ſequetur, vt Seuerus Imp. reſcripſit. l. vna. C. rem alie. ger. Seuerum cùm hîc nomino, rurſus confirmo, quod paulo antè dixi, Iuriſconſultorum noſtrorum tempore receptam fuiſſe hanc tacitam hypothecam. Illud præterea magis ſingulare eſt, quod Theodoſio placuit, ſi mulier ſuſcepta liberorum tutela, iterum nubat priuſquàm aut iis tutorem petierit, aut reliqua perſoluerit, ipſius quoque mariti bona iis tacitè obligari. l. penult. In quibus cauſ. pign. tac. l. 2. Cod. quando mult. tut. offi. De rebus, quæ pupillari pecunia ab aliquo emptæ, pupillis tacitè ſaltem obligantur, dicam poſtea: nunc magis huius loci eſt, quod Iuſtinianus ſtatuit, l. cùm oportet. §. non autem. C. de bonis quæ lib. ſi pater in adminiſtratione bonorum aductitiorum filiifa. aliquid malè geſſerit, bona paterna hoc nomine, ſaltem vt patre mortuo imperti poſſint, tacitè obligari, & quidem obligata intelligi abs tempore ſuſceptæ adminiſtrationis. quod & de bonis tutoris dici poteſt. Sed & ſi pater vel mater ſecundas nuptias contrahat, omnia eius bona filiis ex priori cõiugio ſuſceptis tacitè obligari ad lucra iis conſeruanda, quæ ex prioribus nuptiis deſcendunt, conſtitutũ eſt. l. hac edictali. §. pen. l. ſi quis prioris. §. pen. & vlt. C. de ſecũ. nup. Porro reſcriptum eſt l. quarta. C. in quib. cauſ. pign. tacit. ſatis notum eſſe, & ratione conſtitutum, non ſolum bona primipilorum obligari fiſco, ſed & mulierum, quæ iis nuptæ ſunt, dotes. An id ſatis nunc notum ſit, neſcio. Certè qua ratione ſit conſtitutum: adhuc queritur. Eſt enim valde nouum & ſingulare exemplum taciti pignoris legitimi, cui quidem & dos ipſa ſubmittatur. Audio equidem, quod alio loco traditum eſt, vtilitatem publicam preferendam eſſe priuatorum rationibus: vt probetur, prius fiſco ſatisfaciendum eſſe ob cauſam primipili, quam doti. l. 3. C. de primipil. Sed quænam illa publica ratio hic ſit, rurſus queritur. Primipillum facile intelligimus, legionis fuiſſe veluti principem. Scribit autem Vitruuius de re mili. lib. 2. c. 8. eum tanquam caput, conſecutum eſſe totius legionis merita & præmia, Itaque & Papinianus meminit commodorum ex ratione primipili. l. 23. de adimen. leg. Fortaſse ad eius quoque curam pertinuit diuiſio militaris annonæ inter milites diſtribuendæ: quam vt meliori fide erogaret, placuit, vt ſi aliquid interuerteret, & eo nomine fiſco eſſet obnoxius, fiſcus poſſet non modò pignoris iure in eius bona manum iniicere, ſed & ſi vxorem habeat, in res dotales. Solet dos quidem ſeparari, publicatis mariti bonis. Sed in hac cauſa confunditur, ſaltem in ſubſidium. Reliqua tamen vxoris bona, veluti receptitia, ſeparantur. Sic enim accipio illud Antonini Imp. ad Eutropiam: Si bõa mariti tui ob reliqua adminiſtrationis primipilariæ à fiſco occupata ſunt: res, quas tuas eſſe liquido probaueris, ab aliis ſeparatæ tibi reſtituantur. l. j. C. de priuil. fiſc. Sane quęcunque fuerit hæc adminiſtratio primipilaria, hoc etiam habet ſingulare, vt ex ea filii teneantur, etſi hæredes non ſint patris ſui primipili, l. 4. C. de primip. Si vllum eſt frequens pignus tacitum & legitimum, eſt illud quod fiſco tribuitur. Hermogenianus ait, fiſcum ſemper habere ius pignoris. lege. 46. §. fiſcus, de iure fiſci. Hoc vere dicitur, ſi fiſco ita aliquid debeatur, vt nec damnum accipiat potius, quam ne lucrum conſequatur, is laboret. Paulus ait l. ſecund. de reb. cor. qui ſub tut. Si pupillus à fiſco emat, dubitationem non eſſe, quin ius pignoris ſaluum ſit. Sed & Antoninus Imp. l. 2. C. in quibus. cau. pig. taci. reſcripſit, certum eſſe, eius qui cum fiſco contrahit, bona veluti pignoris titulo obligari, quamuis ſpecialiter id non exprimatur. Idem loquẽs de eo, cui fiſcus vectigal locauit, ait, hoc pacto vniuerſa quæ conductor habet, habuitve eo tempore, quo ad conductionem acceſsit, pignoris iure fiſco teneri. l. 3. C. de priuil. fiſci. Denique in l. j. C. in qui. cau. pign. tac. ſcribit, vniuerſa bona eorum qui cenſentur vice pignoris, tributis obligata eſſe. Ego vero tributaria prædia huc nõ referam: quia non ſimpliciter pignori tenentur, ſed penſione potius onerata principaliter ſunt. Itaque & Cicero contra Rullum, prædia penſitãtia ab obligatis diſcernit, diſtinguitque. At ſi capitatio debeatur, rectè dicemus, eius cauſa obſtringi pignore omnia bona capitecenſi. Certe Cicero Verr. 5. loquens de decumis, Publicanũ vocat pignoratorem. Cæterum ſi propter delictum fiſco mulcta aliqua debeatur, in eius pœnæ perſequutione fiſcus iure communi vtetur: tantum abeſt, vt tunc vllum habeat ius hypothecæ tacitæ. l. 37. de iure fiſci. l. vna. C. pœn. fiſc. cred. præfe. Recte itaque Vlpianus dixit, eſſe quoſdam caſus, in quibus fiſcus hypothecas non habeat. l. reſcriptum. de pact. Porro Martianus le. 10. ad Municip. Simile (inquit) priuilegium fiſco, nulla ciuitas habet in bonis debitoris, niſi nominatim id à principe datum ſit. Sic Antoninus Imp. ait, cauſam Reipublic. non ſeparari à cæteris creditoribus, qui habent perſonalem actionem, ſi neque beneficio conceſſo ius pignoris nacta eſt, neque ſpecia-



liter in obligatione pignoris ſibi proſpexit, l. 2. C. de iure reip. Sane rẽpub. Roman. habuiſſe ius pignoris, ſicuti fiſcũ pincipis id habere dixi, nõ dubito: tametſi olim ſæpius fiebet, vt populo expreſsim caueretur prędibus & prædiis, vt antea etiã annotaui. Ac Reſpublica quidem propriè dicitur ipſius Vrbis: cum ciuitates aliæ, locum priuatorum magis habeantur, vt ait Caius l. 16. de verb. ſignific. Itaque & de Repub. Romana rectè accipietur, quod Paulus ſimpliciter ait Rẽp. creditricem omnibus chirographariis creditoribus præferri, l. pen. §. j. de reb. auth. iud. poſsid. Nam & ſi aliàs Reſpublica aliarum quoq; ciuitatum eodem iure vti dicatur, quo vtitur l. pupillus. l. 3. C. de iure Reipub. tamẽ ciuitates non habent ius pignoris, ſicut pupillus, neque temere eſt quod Præſides iubentur, cùm earum pecuniam credunt, de pignore expreſsim conuenire, l. ſi bene. de vſur. Verum multis ciuitatibus ſingulari & ſpeciali Principum beneficio tributum olim fuit ius pignoris, ſicuti & priuilegiũ exigendi: vt hoc priuilegio præferri poſſent omnibus chirographariis creditoribus, illo iure etiam in rem agerent. Plinius in epiſt. ad Traianũ Imp. quod exigendi priuilegium vocant Iuriſconſulti, πρωτοπραξίαν appellare videtur: multíſque ſcribit ciuitatibus datum fuiſſe, multas etiam conſuetudine quadã id eſſe conſecutas, & lege veluti ſua ſibi ſumpſiſſe. Sed de pignoris iure, quod maius eſt, nunc quęrimus. Certè illud rectè curant ciuitates cum altero coniungi: neque qui illud habent, hoc amittunt. l. Antiochenſium. De reb. auth. iu. poſſ. Sed ne nihil in vniuerſum ciuitatibus tributum hic eſſe videatur, Conſtantinus ciuitatibus omnibus mutuam pecuniã credentibus conceſsit ius aliquod veluti mediũ inter ius pignoris & priuilegium exigẽdi: propius tamen accedẽs ad ius pignoris & exigẽdi priuilegio maius. Sratuit enim Conſtantinus, vt ſi ciuitas mutuã pecuniã crediderit, & debitor ſoluẽd o eſſe deſinat: debitoris huius bona in alios iam tranſlata, quodãmodo teneantur, vt poſſeſſores ſaltẽ pro rata parte rerum, quos poſsident, conueniri poſsint, l. 2. C. de debit. ciuit. Conſtantinus ait hoc caſu res illas eſſe ciuitati obnoxias. Sed nemo exiſtimet, plenã eſſe oppignorationem. Si verum pignus ſubeſſet, in ſolidum conueniretur partis quoque poſſeſſor. Eſſe enim ſolet indiuidua hypotheca. Sed quemadmodum illã diuidi dixi, quæ tacitè tribuitur legatariis: ſic & iſta quæ ciuitatibus. Cumque hanc rurſus reſtringat Conſtantinus ad cauſam pecuniæ creditæ, cuius & alioqui multa ſingularia præcepta eſſe dicuntur, non auſim hoc beneficium latius interpretando, alium producere atq; protrahere. Vt perſequamur reliquas ſpecies ligitimi pignoris, Papinianus ait: Senatuſconſulto, quod ſub Marco Imp. factum eſt, pignus inſulæ creditori datum eſſe, qui pecuniam ob reſtitutionem ædificij mutuam dedit. l. j. in quib. cauſ. pign. tac. Tribus aliis pandectarum locis legimus, huic creditori datum eſſe priuilegiũ exigendi. l. 25. Si cert. peta. l. j. de ceſſ. bõ. l. 24. de reb. auth. iud. poſſ. Sed & duobus locis traditum eſt, eum qui nauis fabricandæ, vel inſtruẽdæ, vel armandæ, vel etiam emendę cauſa credidit, priuilegiũ habere, l. 26. & 34. de reb. authent. iudi. poſsid. Præterea Vlpianus ait: Si nauis fuit obligata, & ad armandam eam vel reficiendam ego credidero, potiorem me eſſe prioribus creditoribus, quia mea pecunia ſaluam fecerit totius pignoris cauſam. l. 5. & 6. Qui pot. in pign. Poſtremo Iuſtinianus Nou. conſt. 97. ſcribit, creditores, qui pecuniam crediderunt, vt vel nauis ematur, extruaturve, aut reficiatur: vel vt domus exædificetur, vel etiam ager, aut aliud quippiam comparetur, priuilegio hypothecæ omnibus præferri. Hæc mihi valde obſcure & confuse dici videntur, & perturbatè inuolui. Nos ſi forte illuſtrari ab interprete, explicariq; ordine aliquo poſsint, & euolui, primum videamus de creditore, cuius pecunia domus aut nauis, aliave res debitoris refecta conſeruataque eſt. Deinde de eo, cuius pecunia res confecta, comparata, aut empta eſt. Quod ad priorem quęſtionem attinet, audio nominatim hic fieri mẽtionem domus & nauis: neque neſcio, aliquid in ijs reb. ſingulare videri, quod & intereſſe Reipub. dicatur, ſartas tectas eſſe domos, quibus publicus adſpectus ornetur: & multas bene inſtructas eſſe naues, ad vſum commerciorum & annonæ. Nam & Suetonius ſcribit, Claudium Imp. cum annonæ proſpiceret magna cõmoda propoſuiſſe ijs, qui mercaturę cã naues fabricauetunt. Sed non videntur tamẽ hic Iuriſcõſulti moueri ſingulari aliqua huius generis ratiõe. Eo certe in ea nõ hærent, ſed aliam adferunt, que & in aliis rebus locũ habet: & tamen valet nõ ſolum ad ius pignoris dandum, ſed & ad hoc pignus nouo quodam & ſingurari priuilegio promouẽdum. Vlpianus l. 5. & 6. Qui pot. in pig. poſteaquã dixit, interdũ poſteriorẽ creditorem potiorem eſſe priore: de ea ſpecie ſe loqui ſignificat, vbi ad rẽ cõſeruandã impenſum eſt, quod ſequẽs credidit, & hoc exẽplum adfert: Si nauis fuit obligata, & ad armandam eam vel reficiendã ego credidero: Tum vero hanc rationẽ adiicit, quod ſequẽtis creditoris pecunia, ſaluam fecit totius pignoris cauſam. Hæc ratio diligenter obſeruanda eſt: quæ plura certe in receſſu habet quã pre ſe ferre videatur. Vlpianus in propoſita ſpecie plusquã commune pignus dari, nõ obſcure ſignificat: hoc eſt, tale pignus quod etiã prioribus aliorũ hypothecis præferatur: & interea tamen indicat, aliomodo minus quippiam eſſe quã pignus, hoc eſt, non niſi aduerſus alios creditores valere. Ait, vbi credidi ad reficiẽdã rẽ, quæ aliis iã erat obligata, me iis preferri, quia mea pecunia ſaluã fecit totius pignoris cauſam. Iuſtiſſima hæc ratio eſt. Niſi credidiſſem, res oppignorata periſſet. Si conſeruaui, & ita aliis profui, nõ debeo interea in dãno eſſe. Sed emptori non videor profuiſſe. Nã etſi rem ita conſeruatã emerit, ſuo precio emit. Si integrũ ius pignoris eſſet rem nihilominus ſequeretur. Sed Vlpianus aliud innuit, & in eo hærẽdũ eſſe, pluribus verbis cõtendit Connanus. Altera hic quæſtio eſt, de ijs quorũ pecunia debitor rem aliquam cõparauit, quã prius nõ habebat. Vlpianus, poſtea quam dixit potiorem eſſe creditorẽ, qui ad rem conſeruandã credidit, adijcit. Idẽ eſſe, ſi ex nummis pupilli res fuerit cõparata: ac ſi fuerint duorũ pupillorũ nummi, ambos in pignus cõcurrere pro ijs portionibus, quæ in preciũ rei fuerint impenſæ. l. 7. Qui pot. in pig. Idẽ Vlpianus l. 3 de reb. cor. qui ſub tut. ait, Si pecunia alterius pupilli alteri pupillo fundus cõparatus ſit, pignoris obligationẽ eum habere, cuius pecunia fuit emptus. Sed hoc rurſus pignus eſſe videtur, & ad ius dominij magis accedere. Certe Vlpianus ipſe l. 2. Quam ex fac. tut. Si (inquit) tutor vel curator, pecunia eius, cuius negocia adminiſtrat, prędia in nomen ſuum emerit, vtilis actio ei, cuius pecunia fuerit, datur ad rem vindicandam. Si tamen rem nolit, poteſt pecuniã cum vſuris condicere. l. 3. C. arb. tut. Sed & militi, cuius pecunia aliquis ſuo nomine predium emerit, vtilem vindicationem dari, ait Philippus Imp. l. 8. Cod. de rei vindic. Talis certe vindicatio magis dominij, quam pignoris ius ſubeſſe ſignificat. Sed & ſi vxor marito pecuniam donauerit, ex eaque prædium maritus emerit, mulieri datur vtilis in rem actio, ſaltem quatenus dedit, non enim prẽdium, ſi pluris ſit, totum vindicabit. l. 55. de don. inter vir. Sed quid ſi neque pupilli, neque militis, neque vxoris pecunia fuerit: Nullam rei emptæ vindicationem nullumque in eam ius taciti pignoris eſſe, reſpondeo. l. ſi ea. C. de rei vindic. l. quamuis. Cod. de pignor. Nam & Vlpianus. leg. quinta, §. plane. De tribut. non obſcure ſignificat nihil in eam rem iuris eſſe, niſi fuerit creditori nominatim pignorata. Cæterum vbi expreſſim pignorata eſt, iam certe non erit ſimplex pignus: ſed omni-

bus,etiam prioribus, hypothecis præferetur. l. licet. C.qui pot.in pig.Hîc facilè agnoſcit lector ingenioſus,etſi paucis agam,nihílque ambitioſè iactem,tamé hæc ſingulariter obſeruanda eſſe.

## De pignore prætorio. Cap.8.

VT genera pignorum abſoluam, ſupereſt altera neceſſarij pignoris ſpecies, nempe pignus prætorium. Vlpian.l.26. de pigno. action.ait,ex quacũque cauſa Magiſtratus in poſſeſsionem aliquem miſerit, pignus conſtitui: non aliàs tamen iuſſu Magiſtratus id cõſtitui, niſi ventum fuerit in poſſeſsionem. Aulus Gellius notat, veteres dixiſſe pignoris capionem. Sed in hoc genere pignoris capio fuiſſe maximè videtur.Sic enim pignus dicebatur id, cui Magiſtratus iniiciebat †ad coercendam alicuius cõtumaciam. Frequens eſt hęc in edictis Prętorũ clauſula,Pignoribus captis cõpellam.Sic ſenatores cogebantur mulcta & pignorib. venire in ſenatũ,vt Gellius ſcribit,& Cicero Philipp.1. Idẽ Cicero lib.3.de orat.ſcribit, Philippũ Coſſ. inſtituiſſe,pignoribus ablatis coercere L.Craſsũ ſenatoré. Sed de prætorio pignore Iuriſcõſultos audiamus. Vt ſit tale pignus,eſt neceſſe,vt & magiſtratus iuſta authoritas,& rei quædam veluti appræhẽſio interueniat. Si pignus in cauſam iudicati ex authoritate eius qui iubere potuerit,captum ſit, pignus conſtitui ait Vlpiã. l.10.qui pot.in pign. Idem Vlp.l.3.§.j de reb. eor. qui ſub tut.Pignori(inquit)capi iuſſu magiſtratus vel pręſidis,vel alterius poteſtatis, & diſtrahi fundus pupillaris poteſt.Sed & in poſſeſsioné rerũ pupillariũ mitti à prætore quis poteſt,& ius pignoris contrahitur:ſiue legatorum ſeruandorum cauſa, ſiue damni infecti. Tandem adiicit tales obligationes non ex voluntate iudicis fieri,ſed ex magiſtratuum authoritate. Quid, quantúmque olim inter iudicem, qui priuatus alioqui homo eſſe ſolebat,& Prætorem, quem Magiſtratum appellamus, interfuerit, ſatis, vt opinor, nunc notum eſt.Porro multæ ſunt cauſæ, ex quibus quis in poſſeſsionem mittitur. Vice autem cautionis in poſſeſsionem mitti,ait Vlpianus l.15. §. ſi quis damni. de dam.infect.iure pretorio eſſe veluti pignus, ait Seuerus Imp.l.3.C.vt in poſſ.leg. Non erat tamen olim pignus omnimodo. Nulla enim hoc nomine erat actio hypothecaria ad rem perſequendam, neque ſine poſſeſsione conſiſtebat, durabátve hoc pignus. Sed Iuſtinianus effecit,vt pignus prætoriũ vteretur communi iure pignorũ,& perfectum pignus eſſet, hoc eſt, vt ex eo daretur ꝓſecutio hypothecaria, ſi quis fortè poſſeſsionem amiſiſſet.l.vlt.C.de.ꝑto.pign. Ac Papinianus quidem reſponderat, miſſo legatario in poſſeſsionem,res pro emptore vſucapi,ſalua prætorij pignoris cauſa.l.12.pro empto.Sed ab hærede ita vſucapi poſſe ſignificat,vt interea legatarius,quandiu in poſſeſsione manet,ius pignoris habeat. Si is poſsidere deſiiſſet. Papinianus reſpondiſſet, ſimul deſinere pignus illud prætorium, quod cum poſſeſsione quis nactus erat.Sed(vt dixi) Iuſtinianus voluit, vt non ſolum ius rei retinendæ ex hoc pignore cõpeteret, ſed aliorum pignorum exemplo,ius quoq; eſſet perſequendę. Certè qui in poſſeſsiõem mittitur, quia damni infecti nõ cauetur, hoc eſt,quia neque debitor repromittit,neq; creditor ſatiſdat,tale pignus conſequitur, quod priores creditores hypothecas etiam infringat. Nã aduerſus talem poſſeſſorem non dari alij perſecutioné pignoris ſingulariter reſponſum eſt à Iuriſconſultis. l.15.§.ſi qua.de dam.infect. Scio equidem vulgo dici, aliud eſſe pignus prætorium, aliud iudiciale. Sed Iuriſconſulti iudiciale non nominant, neque interpretes id confinxiſſent,ſi quid iudiciale dici rectè poſsit, intellexiſſent. Simus ergo contenti ſimplici, quæ & generalis & propria eſt,appellatione pignoris ꝓtorij

flor. ima- num ad

Erat & illa vetus Grecorum ἀνδροληψία cuius & antea memini,& rurſus mentio poſtea fiet, quædam veluti prætoria pignoris capio. Sed iure Romano comprobata non eſt.

## De hypotheca generali & ſpeciali.Ca.9.

COmmemoraui hactenus quatuor genera pignorum.duo voluntaria, ex conuentione vel teſtamento, duo neceſſaria, à lege vel magiſtratu.Et quia non ſolum expreſſim, ſed & tacitè pignora contrahantur, id quoque explicui. Supereſt altera pignorum qualitas, quod aut ſpecialia illa ſint, aut generalia.Ait Papinianus, cõuentioné generalem in pignore dando bonorum vel poſtea quęſitorum receptam eſſe.l.j.de pig.Exemplũ generalis hypothecæ, qua quis obligat omnia bona que habet, habiturusve eſt, ſæpe in Pandectis occur. l. obligatione generali.l. Paulus. l.penult.de pignore.l.vlt.qui potior.in pigno. l.ſi qui mihi.de iure fiſci.Ac ne quis obiiciat,quod dici ſolet,creditorem,ſi hypothecaria velit agere,probare debere rem fuiſſe debitoris cum pignori ab eo data eſt.l.ante omnia. de probatio. Caius occurrit, admonens id tantum dici,vbi ſpecialis eſt hypotheca vnius alicuius rei,nõ etiam ſi ſit generalis omnium bonorum.l.15.§.j.de pigno. Quid enim? Poſſum ſane rem alienam dare pignori ſub hac conditione, Si mea facta fuerit. At talis conditio ineſt obligationi generali bonorum futurorum,ſicuti & fructuum naſciturorum quod Caius eodem reſponſo complexus eſt.Immo vero Iuſtinianus ſtatuit,vt ſi quis ſimpliciter obliget omnia bona ſua,intelligatur & ea obligatione complecti quæ poſtea acquiret.l.vlt.C.que res pig.oblig.poſ.Fatetur alio loco, moris fuiſſe, vt futurorum bonorum mentionem nominatim facerent generales hypothecæ.l.vlt.C. de remiſſ. pignor. Verum & ſi ea forte expreſſa non ſit,tacite tamen intelligi voluit. De legato aut donatione non idem fortaſſe diceretur.Nam paulus l.ſi ita.de au.& argen. lega.ait, ſi legauero veſtem meam,eam tantum videri legatam,quę teſtamenti tẽpore fuiſſet:quia hæc demonſtratio, *meam*: preſens, non futurum, tempus oſtendat. De donatione inter viuos,vel venditione, idem dicemus. Sed hypothecam,quia minoris eſt momenti,liberali interpretatione facile producimus.Sanecum Iuſtinianus improbat pactum, de eius qui adhuc viuit, bonis hæreditarijs conceptũ, & donationes & hypothecas eius quoque generis improbat.l.vlt.C.de pact. Sed loquitur de ſpeciali potius quã de generali hypotheca: Nempe cum quis eam ipſam rem,quã ex alterius hęreditate ſperat, obligaret.Verum ſi quis generaliter, q̃ habiturus etiã eſt,obligat,nihil obſtat,quin & ea comprehendantur, que ex hæreditate forte poſtea obuenient,quod & ipſe Iuſtinianus fatetur l.vlt.C.q̃ res pig.obl.poſſ. Porro intereſſe quidam dicũt, vtrum quis preſentia bona cum futuris,an futura tantũ obliget,ꝙ priori caſu futurorum obligatio retrahatur ad tempus conuentionis,poſteriori nõ itẽ: id ego authori qui hoc probãdũ ſuſcepit, nunc relinquo. Illud certius eſt, ꝙ Iuſtinianus ſtatuit.l.vlt.C.de remiſſ.pig.rem generali obligatione ſemel exemptam,conſenſu creditoris in eam poſtea non temere recidere:hoc eſt,ſi quid ex bonis meis conſenſu creditoris,cui generaliter obligaueram omnia,vendidero,& poſtea redemero: id rurſus non obligabitur,ſi modo nihil dolo malo fecero. Nam ſi qua eius ſuſpicio ſit,purganda hæc eſſet.leg.ſicut.§.ſuperuacuum.quib.mod.pig. vel hyp.ſolut. Preterea ad reſtringendam hypothecam generalem pertinet, quod Paulus reſpondit, non includi ea que ab hærede eius qui obligauit,ex alia,quam hæreditatis cauſa,quæſita ſunt.l.29.de pig,& ꝙ placuit etiã ea non cõtineri,q̃ veriſimile eſt quenquã ſpecialiter obligaturum nõ fuiſſe.l.6.7.8.de pig.l.j.C.que res pign.obli.poſſ.Quid igitur



tur, ſi quis generaliter bona ſua obligat, an merces, quas habet venales,compræhendit? Certè compræhendit,quatenus eas habet.Nam ita obligaſſe non videtur,vt etiam diſtrahere amplius non poſſet.Legato generali non temerè continentur,l.21.§. vxor. de vſufruct.leg.l.pediculis.§.j.de aur.& arg.leg Sed iam dixi,facilius interpretatiõe produci hypothecam: quia minus detrahat. Sanè cùm ſeruus domini voluntate, omnia eius bona obligaſſet,reſponſum eſt,eum quoq; ipſum ſeruum compræhendi.l.29.§.vlt.de pign. Generali hypothecæ perſimilis eſt hypotheca alicuius vniuerſitatis,veluti gregis,aut tabernæ.Si grex totus renouatus fuerit,ſummiſsis nouis capitibus in locum demortuorum,vt idem grex durare intelligitur, ſic & eadem hypotheca,l.13.de pig. Si tabernę alicuius merces omnes diſtractę ſint,ſed reparatæ ſint,& alię illarum loco ſubſtitutæ,eadem & taberna & tabernæ hypotheca eſſe intelligitur,ſicuti oſtendit Scæuola.l.pe. pign.Idem Scæuola l.122.§.j. de verbor oblig.narrat, quendem Callimachum nominatim obligaſſe merces quas haberet,quáſque iis diſtractis repararet, ſicuti & demoſthenes πρὸς λακρ. παραγρ. nõ diſsimilis conuentionis meminit.Sed neceſse non eſt,illius reparationis mentionem exprimere. Cæterùm ſi non aliqua rerum vniuerſitas obligata principio fuiſſet, ſed certæ potius quædam ſpecies,hæ demũ obligatæ intelligentur,non etiam quæ earum deinde loco ſubſtitutæ videtur.Vnde cùm in prædia cum mancipiis, quæ in iis erunt,oppignorata fuiſſent,reſpõſum eſt, non obligari quæ iis mancipiis defunctis ſummiſſa eſſent.l. ſi fideiuſſor.§.vltim.de fideiuſſ.Vbi tacitè eſt hypotheca, ſolet eſſe generalis,pręſertim vbi legitima eſt, ſicuti ediuerſo ſpecialis hypotheca ſępius eſt expreſſa. Itaque ſæpè legimus,rem expreſsim obligari,quę ſpecialiter obligatur,& ediuerſo, ſpecialiter obligari, quæ expreſsim.Papinianus l.j.De pign.ſignificat ſpecialem eſſe hypothecam,cùm in ſpeciem vnius alicuius certę rei confertur conuentio.Verum & ſi ſpecies plures nominatim obligentur,ſpecialis ſemper eſſe dicetur hypotheca. Ac ſolebant quidem veteres maioris cautionis ergo hypothecam ſpecialem cum generali cõiungere,vt indicat Caius.l.15.§.quod dicitur.de pign. Nam & vtilior modo ſpecialis, modo generalis eſt. Obſeruaui tamen,aliquando creditori vtilius eſſe, generaliter tantum bona debitoris obligari,quàm generaliter omnia,& nihilominus ſpecialiter quędam. Si tantum generaliter ſint creditori obligata,nihil détrahitur,ſi deinde vna aliqua ſpecies alteri obligetur. l. 2.qui pot.in pig. At ſi pręter generalem hypothecam, quædam res ſpecialiter nominatimque pignori obligentur,quandiu ex his ſatisfieri poteſt,prior creditor non poteſt impetere reliqua bona,quæ alteri fortaſſe deinde ſunt etiam obligata.l.2.C.de pig. Sanè tamen interdum generalis hypotheca, minus quam ſpecialis,rem obſtringit.Non enim manumiſsioni obſtat,vt & antea dixi,& intelligi poteſt.ex leg.2.& 3. C. de ſer. pig.dat.l.pe.in quib.cau.pign.tac.l.generaliter.qui & à quib.

## De acceſſionum hypotheca. Cap. 10.

PORRO nulla eſt tam ſpecialis hypotheca rei alicuius,quin & ad eius rei acceſsiones protrahatur atq; ꝑducatur.Itaq; ſi fundus obligatus ſit,erit & alluuiõis acceſsio obligata.l.ſi fundus.de pig.Sed & ſi ſola proprietas ſit pignori data,vſusfru,poſtea conſolidatus,pignori quoque eſſe intelligitur exemplo alluuionis, vt Paulus ait. l.ſi cõuenerit.§.j.de pig.act. Deniq; obligatorũ vel ꝓdiorum fructus,vel pecorũ fœtus, vel mancipiorum partus,pignori obligationi accedunt,l.grege.l. Paul. §.ſi mãcipia.de pign.Sed & ſi area aliqua fuerit oppignorata, & deinde domus in ea exædificetur, hanc quoque obligari conſtat.l.ſi fundus.§.ſi res.de pig.Verũ an pignus ſortis nomine datũ, vſurarũ quoque nomine tenetur?Conſtat,poſſe ita cõuenire,vt in ſortem tantũ,vel in vſuras duntaxat teneatur. le. ſolutum.§.ſi in ſorté.de pig. act. Sed quid ſi debitor ſimpliciter pignus dederit?Scæuola l.18.qui pot.in pign. reſpondet, datũ videri tã pro ſorte,quã pro vſuris, ijs etiam q̃ poſtea debebũtur, adeo vt ſi priusquã hæ cõmiſſæ ſint,alteri deinde res eadé obligetur,tamen vſurarũ quoque poſtea cõmiſſarũ nomine potior ſit prior hypotheca. l.18.qui pot.in pig. Sed nihilne hic intereſt,vtrũ vſuræ ex ſtipulatu, an vero ex mora tantum veniant? In alijs cauſis diſcrimé magnũ eſt.Hic nullũ eſſe videtur:quia pignus dari videatur in id omne, quod deberi poteſt. Proptereaque & ſi pœna accedat vel ex delicto debitoris,veluti contumacia aut inficiatione,creſcat obligatio principalis,pignus ſimul eo nomine obſtringi teneri que exiſtimo.Fideiuſsoris tamé aliã eſſe cãm ſcio. Sed non eſt obſcurum,cur pignoris,quam fideiuſſoris obligatio,facilius augeatur atque producatur.

## De conditionali hypotheca.Cap.11.

CVM hypotheca,quæcunque tandem,ſit acceſsio alterius obligationis, huius etiam obligationis qualitates veluti induit.Si itaque principalis obligatio ſit conditionalis, erit & hypotheca.Sed fieri etiam poteſt,vt puræ obligationi accedat hypotheca conditionalis,ſi ita nominatim conuenerit.Vtrunque caſum Martianus complexus eſt,ſimulque diſcrimen notat.l.13.§.penultim.de pignor,Inquit Si ſub cõditiõe debiti noĩe obligata ſit hypotheca dicẽdũ eſt ante conditionem non recte agi,cum nihil interim debeatur.Sed ſi ſub conditione debiti conditio euenerit,rurſus agere poterit. Si preſens ſit debitum, hypotheca vero ſub cõditione,& agatur ante cõditionem hypothecaria:verum quidem eſt,pecuniam ſolutam non eſſe,ſed auferri hypothecam iniquum eſt. Ideoque arbitrio iudicis cautiones interponendæ ſunt,ſi conditio extiterit,nec pecunia ſoluatur,reſtitui hypothecam,ſi in rerũ natura ſit. Hec Martianus, qui primo loco agit de debito ſub conditione,hoc eſt, vbi principalis obligatio eſt conditionalis, & per conſequens hypotheca.Cum dicit,nihil interim deberi:rationem reddit, cur dixerit, non recte agi ante conditionem,nec tamen ſi agatur, quicquam conſumi. Itaque eueniente poſtea conditione debiti conditionalis, rurſus agi poſſe. Alterum deinde caſum exponit Martianus, cum principalis obligatio pura preſens eſt, hypotheca vero expreſsim ſub conditione concepta,aitque poſſe quidem ſtatim peti,quod debetur,ſed ante conditionem non poſſe agi hypothecaria. Interea tamé poſſe creditororem petere aliam cautionem à poſſeſſore rei ita obligatę,ne rem hanc intereaamittat,aut deteriorem faciat,quemadmodum & Papinianus ait.l.in omnibus.de iudic. In omnibus bonæ fidei iudiciis cum nondum dies preſtandæ pecuniæ venit, ſi agat aliquis ad interponendam cautionem, ex iuſta cauſa condemnationem fieri. Vlpianus ſcribit, idem dici,ſi ante conditionem cautio talis petatur.lege.inter omnes. qui ſatiſdar.cog. Quid igitur, vbi euenit conditio hypothecæ,ex quo tempore contracta hypotheca intelligitur? Certe ſi conditio fuit in poteſtate debitoris,non videbitur illa contracta,niſi ex quo primum die conditio impleta eſt. nam & tum primum apparet, debitorem voluiſſe rem obligari. Sed ſi conditio ſit fortuita,quandocunque euenerit,retro trahetur ad tempus conuentionis,ne interea ſit in poteſtate debitoris hypothecam eludere. De conditionibus in vniuerſum dixi alias fuſius. Quod nunc dico, Caius ſcripſit leg.11.§.primo qui pot.in pignor. Sed & Aphricanus le. 11.§.j. qui pot.in pig.loquens de iure hy-

pothecæ conditionalis, primùm ait, ſub conditione creditorem tuẽdum eſſe aduerſus eum, cui poſteaquã quicquam deberi cœpiſſet, ſi modo non ea conditio eſſet, quæ inuito debitore impleri non poſſet. Deinde adiicit: Sed & ſi hæres ob ea legata, quæ ſub conditione data erant, de pignore rei ſuæ conueniſſet, & poſtea eadem ipſa pignora ob pecuniam creditam pignori dediſſet, ac deinde conditio legatorum extitiſſet: hîc quoque tuendum eum, cui pignus prius datum eſſet, exiſtimaui. Sanè conditiones contractuum, cùm eueniunt, retrotrahi ad tempus conuentionis: legatorum verò conditiones non retrotrahi, ſed ex eo primum die legata deberi, quo eorum conditio extitit, ſæpè traditum eſt. Sed pignoris legatorum cauſa dati ab hærede conditio, videtur alicuius contractus & conuentionis. Deinde cùm ipſius legati conditio euenit, quòd interea in fraudem legatarij hæres de re legata ſtatuiſſet, veluti ſi eam alienaſſet, aut obligaſſet, reſcinditur. Itaq; & pignoris teſtamentarij conditionem retrotrahi dicam, vt occurratur fraudi hæredis, rem legati nomine obligatam interea alienantis, aut obligantis. Porrò cùm do pignori rem alienam ſub hac conditione, Si mea fiat: an retrotrahatur hæc conditio, paulo poſt dicam, cùm de alienæ rei pignore dixero, quod inde inſtituo. Multa iam dicta ſunt, quæ ad pignus conſtituendum pertinent: ſed nondum dicta ſunt omnia. Quęritur enim adhuc, quę res pignori dari poſsint, & qui rem poſsint pignori obligare. Hęc ſuperſunt capita duo exponenda, vt quæ in conſtitutione pignoris requiruntur, teneamus.

## Quæ res pignori obligari poſſint. Cap. 12.

PRINCIPIO dicere ſolemus, rem planè alienã pignori dari nõ poſſe. Sed hęc definitio valdè periculoſa eſt. Certè cùm id dicitur, longa explicatio eſt neceſſaria. Imprimiſque diſtinguendum videtur inter eum qui ſciens dat rem alienam pignori, & eum qui ignorans. Sciẽs, tenetur etiam crimine ſtellionatus, qui creditorem ignorantem fefellit. l. 16. §. j. de pign. action. Ignorans, ſaltem tenetur in id quod creditoris intereſt. l. 6. C. ſi alien. res pign. Pignus certè nullum eſt, ꝙ ad ipſius rei dominũ attinet, ſiue is poſsideat, ſiue petat rem ſuam. Sed alioqui non eſt omnino inanis conuentio huius pignoris. Nam & hypothecari creditor poterit conuenire debitorem poſsidentem, & debitor perſoluta pecunia rem repetere abs creditore actione pignoratitia. l. 5. C. de ſeruo pign. da. l. ſi rem. §. penu. l. ſi pignore. §. ſi prædo. de pigno. action. Rectè itaque Vlpianus l. 21. §. j. de pig. Si (inquit) debitor ſeruum, quem à non domino emerat, pignorauit, & teneat, Seruianæ locus eſt: & ſi aduerſus eum agat creditor, doli replicatione exceptionem elidet. Sed & ſi debitor rem alienam, quam pignori dedit, ſurripuerit creditori, & vendiderit, emptor vſucapere poterit lege 4. §. ſi rem. de vſurpat. l. ſi rem. Pro empt. Ipſe tamen debitor, furti tenebitur creditori ſed res quaſi redierit in domini poteſtatem, deſinit eſſe furtiua. Interdum, qui rem pignori dedit, eius rei ita dominus eſſe deſinit, quaſi nunquã fuiſſet. Interdum cũ dominus non eſſet, fit deinde dominus. Videamus in vtraq; cauſa, ecquid de pignore ſtatuendum ſit. Primũ conſtat, ſi dominus in rei ſuæ vindicatione victus ſit, licet per iniuriam: tamen ſi deinde rem pignori det, rei iudicatæ exceptionem obſtare quoque pignori, vt Papinianus Vlpianuſquè ſcribunt. l. 3. §. vlt. de pign. l. ſi mater. §. vlti. De excep. rei iudi. Sed iiſdem locis adiiciunt, ſi ante ſententiam ille pignori rem dediſſet, nondum ſcilicet litigioſam exceptionem illam pignori non obſtare. Id vero longiori explicatione & diſtinctione opus habet. Nam & Papinianus alio loco ait, tunc non nocere creditori, ſi eo non admonito, debitor de dominio rei cauſam egerit, & contrariã ſententiam acceperit. l. iudicatæ. §. vlt. de excep. rei iudi. Et rurſus reſcriptum eſt, tunc quoque id non obeſſe, ſi debitor in creditoris fraudem per colluſionem vinci ſe paſſus ſit: aut non cauſa cognita, ſed præſcriptione temporis ſuperatus ſit. l. Præſes. C. de pign. Nam & in vſucapione, ſeparata eſſe dicitur quæſtio pignoris ab intentione dominij. ſaluoque iure pignoris res vſucapi. l. j. §. cum prædium. de pign. l. iuſto. §. non mutat. de vſurpat. leg. miſſo. Pro empt. l. 2. Pro hæred. l. vſucapio. C. de pigno. Itaque & ſi debitori vſucapio adimat dominium, creditori non detrahit propterea hypothecam. Sed quando dicemus, amiſſo per ſentẽtiam iudicis dominio, & condemnato debitore, rei iudicatæ exceptione perimi creditori hypothecam. Certe ſi de proprietate rei pignori datæ, contra debitorem, qui eam rem pignori dederat, ſententia lata ſit, cauſa cognita, ſine colluſione, fueritque pronunciatum, debitorem non eſſe dominum, ſic vt ne tum quidem cum pignori daret, fuiſſe intelligatur: & creditor admonitus, ſciensque paſſus ſit debitorem pignoris ſui authorem ita condemnari, neque procurauerit: tunc certe dicemus, hypothecam quaſi non à domino datã, euaneſcere, & exceptione rei iudicatæ perimi. Sic enim Marcellus docet. le. ſæpe. de re iudic. modo is locus emendate legatur. nam corruptus & mendoſus vulgo circunfertur, vt alias ſatis oſtendi. Denique ſi res ita noſtra eſſe deſinat, vt iam tum cum pignori daretur, in ea cauſa eſſet vt deſineret, fruſtra in alterius fraudem obligatur. Veluti rem ſub cõditione legatam, hæres, etſi dominus interea ſit, nõ ita poteſt pignori obſtringere, quin legatarius eueniente conditione liberam & ſolutam conſequatur, deſinente pignore cum hæredis dominio. Quod & veteres Iuriſconſulti ſenſerũt, & Iuſtinianus magis atque magis expoſuit. l. vlti. C. commu. de legat. & Nou. conſtit. 39. Sane cum rem ita donaſſem, vt nondum tamen tradidiſſem, hoc eſt, cum donare promiſiſſem: Scæuola iudicaſſe videtur, me, quia ſum adhuc dominus, rectè & vtiliter pignori eam dare poſſe. l. vlti. §. penultim. de donat. Sed Iuſtinianus non idem ſenſiſſe videtur: magis autem donatario cauiſſe. Nou. conſtit. 170. Lex Iulia etſi fundum dotalem à marito permitteret alienari conſentiente muliere, obligari tamen non permittebat: ſicuti neque permittit Iuſtinianus obligari res immobiles donationis propter nuptias, quantumuis mulier conſentiat: Nou. conſtitu. 61. Denique & res litigioſas Martianus refert inter eas, quæ pignori dari nõ poſſunt. l. j. §. vlt. quæ res pign. Nam & res non omnino noſtrę eſſe videntur, quę ita pendent, vt vel reſtitutioni obnoxiæ ſint: vel in ea ſint cauſa, vt earum amittẽdarum præſens periculũ immineat. Nunc ediuerſo videamus, an pignus cõualeſcat, ſi quis rẽ pignori dederit, cũ dominus nõ eſſet, ſed domin⁹ poſtea eius rei factus ſit. Papinianus l. j. §. j. de pignoribus. In ſpeciem (inquit) alienæ rei collata conuentione, ſi nõ fuerit ei qui pignus dabat, debita: poſtea debitori dominio quæſito, difficilius creditori, qui nõ ignorauit alienum, vtilis actio dabitur: ſed facilior erit creditori poſsidenti retentio. Difficilius ait dari actionem, dari tamen non negat, quanquã ignorãti facilius detur. Certè Paulus ſimpliciter ita reſpondit: Rem alienã pignori dediſti: deinde domin⁹ eius rei eſſe cœpiſti: datur vtilis actio pignoratitia creditori. additq; Cùm conueneris de pignore, & ex tuo mendacio arguaris, improbè reſiſtere te, quo minus vtilis actio moueatur. l. 41. de pigno. action. Scio Paulũ ibi magis agere videri de contraria pignoratitia, quæ in perſonam datur. At ſaltem ſignificat pign⁹ aliquod ſubeſſe, & cõualuiſſe, dominio poſtea quæſito. Deinde exemplo huius pignoraticię dari hoc caſu vtilem hypothecariã, apertè reſcripſit Diocletianus



nus. l. cùm res. C. ſi res alien. pig. Si res (inquit) quę necdum debitoris eſt, pignori data ab eo, poſtea in bonis eius eſſe incipiat, ordinariam quidem actionem ſuper pignore non competere, manifeſtum eſt, ſed tamen æquitas facit, vt facilè vtilis perſecutio exemplo pignoratitiæ detur. Sed & Papinian. l. 26. ad Trebelli. Cum filia fratribus reſtituere hæreditatem iuſſa eſſet, & interea fratres diſtraxiſſent res alienas, vel pignori dediſſent, hæreditate poſtea reſtituta conſtitit, inquit, ex eo facto, venditiones & pignora confirmari: Ac ne quis in eo hæreat, ꝙ res illę hæreditarię iam ſaltem fratribus erant debitę: adiiciam, quod Vlpianus ait l. 7. §. ſed ſi filiusfa. Si filiusfam. rem patris pignori dedit, eam quidem non teneri: Sed ſi patri hæres extiterit filius, & pignus perſequatur, exceptione doli ſummoueri. Hîc rurſus fortaſsè excipiet aliquis, creditori quidem dari retentionem, non etiam actionem. Replicare poſſem, quo iure petẽtem filium ſummouet exceptione doli, ſuam actionem tueri aduerſus eum poſſe replicatione doli. Sed nunc adiungam quod Aphricanus l. 9. §. vlti. Qui pot. in pig. ſignificat, ſi res aliena pignori data ſit, & dominus deinde, qui dedit, fiat. pignus conualeſcere, ſaltem priori datum: & eo dimiſſo, ſequentis, ſi res adhuc in dominio debitoris ſit. Titia, inquit, prędium alienum Titio pignori dedit, poſt Męuio: deinde domina eius pignoris facta, marito ſuo in dotem æſtimatum dedit. Si Titio ſoluta ſit pecunia, non ideo magis Męuij pignus conualeſcere placebat. Tunc enim priore dimiſſo, ſequentis confirmatur pignus, cùm res in bonis debitoris inueniatur. In propoſito autem maritus emptoris loco eſt. Atque ideo, quia neque cũ Męuio obligaretur, neque cùm Titio ſolueretur, in bonis mulieris fuerit, nullum tempus inueniri, quo pignus Męuij conualeſcere poſsit. Hęc Aphricanus. Hîc non dubitat, Titij pignus cõualeſcere: neque de eo quęrendũ eſſe putat: atque ita quidem cõualeſcere, vt à tempore conuentionis valuiſſe videatur: neque in eius fraudẽ alienatio interea facta, rata ſit, ſignificat. Dixi antea, conditiones pignorum retrotrahi. Res aliena rectè datur pignori ſub hac conditione, Si debitoris fiat. Sed & ſi hęc conditio non exprimatur, tacitè tamen ineſſe intelligitur. Hic (inquam) non hęret Aphricanus. Sed & ſi alteri quoque creditori ſecũdo rurſus eadem res pignori data ſit, non dubitat, ſecundum hoc quoque pignus cõualeſcere poſſe, ſi & debitor dominus fiat: & cũ priori creditori ſoluit, dominus manet, quaſi ſecũdi huius pignoris triplex ſit conditio: Si res debitoris fiat, & à priori pignori liberetur, & denique adhuc in bonis debitoris ſit, cùm primum pignus diſſoluitur. Quod ſi duobus ſimul rem alienam pignori dem, & dominus deinde fiã, vtriuſque pignus æquè cõualeſcet: & concurret in hypotheca vterque creditor, etiam vni generaliter tantum, alteri ſpecialiter obligaſſem, & illic conditionem, Si mea res fiat, non expreſsiſſem, hîc expreſsiſſem. l. 7. §. vltimo. Qui pot. in pign. Diximus pignus conualeſcere & confirmari, ſi qui rem alienã pignori dederat, eius rei dominus deinde fiat. Sed quid ediuerſo, ſi domin⁹ fiat hęres debitoris? Paulus d. l. 41. de pig. acti. hunc caſum à ſuperiori planè ſeparat, & non idem obſeruari reſpondet. Non idem, inquit, dicendum eſt, ſi ego Titio, qui rem meam obligauerat ſine mea voluntate, hæres extitero. Hoc enim modo pignoris perſecutio concedenda nõ eſt creditori, neq; vtrique ſufficit ad competendam vtilem pignoraticiam, eundem eſſe dominũ, qui etiã pecuniam debet. Hæc Paulus. Poteſtque ſanè aliqua eſſe ratio huiuſce diſcriminis, cùm iam non agatur de facto huius domini, qui rem pignori ipſe non dedit: & licet debitoris hæres factus obligetur, tẽ tamẽ ſuam ꝓpterea etiã obligare non videatur. At Paulo Modeſtin⁹ apertè reclamare videtur. Si, inquit, Titio, qui rem meam ignorante me, creditori ſuo pignori obligauerit, hæres extitero, ex poſtfacto pignus directo quidẽ non conualeſcit, ſed vtilis pignoraticia dabitur creditori. l. 22. de pign. Vt ingenue loquar, fateor, difficile eſſe tã contraria reſponſa pugnantiáque cõciliare. Sed ꝓbabiliter tamẽ dicitur, nõ dari ſtatim vtilem pignoraticiã perſecutionem pignoris, hoc eſt, hypothecariam in rem: ſed dari poſſe in perſonã, hoc eſt, in hæredem, vtilem pignoraticiam: vt pignus confirmet, & iam rem ſuam pignori eſſe patiatur. Si res neque plane aliena, neque in ſolidum mea ſit, ſed ſit mihi cum alio communis pro indiuiſo, rectè poſſum partem meã indiuiſam dare pignori, neque ius creditoris immutat diuiſio, que poſtea fiet. l. vnica. C. ſi commu. res pign. l. 2. C. commu. diuid. l. 7. §. vltim. quib. mod. pign. vel hypot. ſol. l. 3. §. vlti. qui pot. in pign. Nam & ſi ſocio meo res tota adiudicetur, creditoris hypotheca manet. l. 6. §. ſi fundus. Commun. diuid. Ac ſi mihi res tota adiudicaretur, in ſolidum obligaretur, cum meo dominio creſceret pignus creditoris. Quod ſi ſocius meus non me, ſed creditorem prouocet ad diuiſionem, ſicuti poteſt: & res tota adiudicetur creditori ſoluẽti æſtimationem alterius partis, res tota erit in eadem cauſa, hoc eſt, tota erit obligata, vt totam luam & conſequar ſoluto debito, & reddito partis precio, ꝙ creditor dedit. le. 7. §. ſi debitor. cõmu. diuid. Sane ſi quis rei quidẽ dominus proprie nõ ſit, ſed ſit tamẽ in ea cauſa, vt iam Publiciana vti poſsit: quia domini loco habeatur, pignori ẽt dare rẽ poterit, vt qua cõditione habet Publicianam, creditor habeat hypothecariam. l. 18. de publiciana in rem act. Cum ex iſta cauſa, bona quæ fide rem alienam aliquandiu poſſedi, etſi nondum vſuceperim: tamẽ ſi quis alius nõ dominus eã intercipiat, qui minus habet in eã iuris: ego eã poſſum tãquã meã, & abs me iam vſucaptam, petere actione Publiciana. Eodem caſu poterit & creditor meus iure pignoris eam perſequi. Sed ſi dominus veros eã poſſideat: neque mihi Publiciana, neque creditori hypothecaria cõpetit. Sed & ſi alius nõ dominus, bona fide & iuſta cauſa, vt ego poſſedi, poſſideat: in pari cauſa potior eſt conditio poſsidẽtis. Cum itaque hoc quoque caſu Publiciana mihi nõ cõpetat, neque cõpetet creditori hypothecaria. Iulianus. l. 9. §. duobus. de public. in rem action. ait, ſi ab eodẽ nõ domino, duo ſeparatim emerit. potiorẽ eſſe, cui prior res tradita eſt. Si à diuerſis nõ dominis, meliorẽ eſſe cãm poſsidentis. Hic aũt ius hypothecę ęſtimare oportet, ex iure illius qui priori dedit. Porro rem non noſtram quidem, ſed nobis tamẽ debitam, ita pignori recte damus, vt quãdocunque noſtra fiet, pignus cõtractũ intelligatur ex die cõuentionis. Qua in re nihil difficultatis eſſe, Papinianus notat. l. j. §. j. de pign. Sed & interea nomen ipſum & obligatio rei debitæ, pignori eſſe intelligitur. De pignore nominis mox dicã. Illud nunc dico, rem meã alicui iam in ſolidum obligatã pignori, etſi duobus non ſufficiat, poſſe me tamẽ alteri deinde rurſus obligare. Sed ineſt huic ſecũdo pignori duplex conditio, Si priori ſatisfactum ſit, & eo ſoluto res adhuc mea ſit: vt antea quoque dixi ex l. 9. §. vlt. Qui pot. in pign. Eſt ergo ſecunda hæc hypotheca valde infirma & incerta, vt iam taceam (quod poſtea ſuo loco dicã) priorẽ ſemper eſſe potiorẽ. Vt autẽ crimine ſtellionatus tenetur, qui rẽ alienam ſciens ignoranti dat pignori: ſic & is qui rem ſuã, ſed iam alteri prius obligatã, preſertim ſi res ſit, quæ vtrique creditori nõ ſufficiat. l. 36. §. j. de pig. actio. Sed & ſi debitor in dolo non ſit, tamẽ tenetur cõtrario iudicio pignoratitio, in quantũ hoc nomine intereſt ſecundi creditoris. leg. 16. §. j. de pig. action. Græci olim, cum pignus accipiebant, nominatim ſtipulabantur, ſolutum alioqui, & veluti intactum dari. Demoſthenes κατὰ λαμπ. χαμ παρέξειν τοῖς δανείσασι τὴν ὑποθήκην ἀνέπαφον. Sæpe etiam pœnæ nomine propterea ſtipulabatur duplum,

Demoſtheñ: κατὰ Διονυσ. ἐὰν δὲ μὴ παρέχωσιν ἐμφανῆ τὰ ὑποκείμενα, καὶ αὐλίπανται ἀποδιδόντα διπλᾶ τὰ χρήματα. Paulò antè dixi, ſi ſpecies aliqua mihi debeatur, quomodo eam pignori dare poſsim. Sed & ſi ſit quantitas mihi debita, nomé hoc ſiue obligationem poſſum dare pignori. Nomen vocari, cùm quid debetur, notum eſt. Debitor ergo meus, nomen ſui debitoris rectè mihi pignori dare dicitur, cũ pignoris titulo mihi dat ius ſui crediti. Sic nomen debitoris pignori datum ſæpè legimus.l.13.§.cùm pignori.de pignoribus. l.18.§.vt nomen.de pignor.action.l.nomen.C.quæ res pign. Interdum obligationem & actionem, & interdum etiam cautionem pignori dari; eadem ſignificatione legimus.l.20.de pignor.l.poſtquàm.C.de hæred.vel action.vend. Neque ſolum ſpecialiter nomen dari pignori poteſt, ſed & generali hypotheca bonorum comprehenditur. Neque ex conuentione tantum obligatur, ſed & in legitimum aut prætorium pignus cadit. Iuſtinianus l.j.C.de præt. pign. ait, Prætorium pignus dari poſſe non ſolum in res mobiles & immobiles, ſed & in actiones quæ debitori competunt. In cauſam iudicati poſſe nomen pignori capi, præſertim ſi res mobiles vel immobiles non ſufficiant, reſponſum eſt.l.15.§. ſic quoque de re iudic.

Denique & cum ciuitates condemnatæ ſunt, nec quicquam corporale eſt Reipubli. quod poſsideatur, per actiones debitorum ciuitatis oportere agentibus ſatisfieri, traditum eſt.l.8. Quod cuiuſque vniuer.nom. Sed hypotheca nominis ecquid habet iuris? Certè vt nominis emptor, ſic & pignorator habet vtiles actiones ad exigendum l.cùm conuenit.de pign.l.18.de pign.action.d.l.nomen.& dicta l.poſtquam. Sed illud intereſt, ꝙ emptor ſemper exigat totum.quod debetur: pignorator verò non, niſi quatenus ſibi deberi probat, etiamſi is, cuius nomen obligatum eſt, plus debeat: vel ſi minus debeat, non poteſt plus exigi, etiamſi nominis pignorator plus ſibi deberi probet.d. l.nomen. Porro oportet illi debitori, cuius nomen eſt pignoratum, denunciare, ne ſuo priori creditori ſoluat, & certiorem eum facere de pignore nominis. Nam ſi ignorans, & bona fide illi alteri ſolueret, rectè ſolueret: neque ab pignoratore amplius conueniri poſſet. dicta.l.nomen. Sic & cum ſimpliciter nomen ceditur, aut actiones mandantur. hæc denunciatio facit vt cedens amplius exigere, aut debitor ei ſoluere non poſsit.l.3.C.de nouat. Vnde intelligimus, quo modo accipiendum ſit, quod Paulus ait l.18.de pig.actio. Si (inquit) conuenerit, vt nomen debitoris mei pignori tibi ſit, tuẽda eſt à Prætore hæc conuentio, vt & te in exigenda pecunia, & debitorem aduerſus me, ſi cum eo experiar, tueatur. ergo ſi id nomé pecuniarum fuerit, exactam pecuniam tecum compenſabis: ſi verò corporis alicuius, id quod acceperis, erit tibi pignoris loco. Quod hîc Paulus ait, Martianus dicere videtur & in pignore pignoris. l.13 §.cum pignori.de pign. Sed de eo mox viderimus. Illud nunc adiicio, vt bona futura, ſic & futura nomina poſſe obligari. Nam & cùm conueniſſet, vt is qui ad refectionem adiici credebat, de penſionibus iure pignoris creditum reciperet: reſpondit Vlpianus etiam actiones vtiles aduerſus inquilinos eum accipere exemplo cautionis, quã debitor creditori pignori dedit, l.20.de pign. Porro ius pignoris creditor meus etiam pignori dare poteſt ſuo creditori: & quatenus vtraque pecunia debetur, pignus ſecundo creditori teneri. ſed ſi dominus ſoluerit pecuniam, pignus perimit, ait Martianus.l.13.§.cùm pignori, de pig. Sic & Papinianus: Si, inquit, pignus pignori dederit creditor, domino ſoluente pecuniam, ſecundi pignoris neque perſecutio dabitur, neque retentio.l.debitor.§.vlti.de pigno.action. Idem dicendum eſt, ſi centum quæ tibi debeo, proptereáque rem tibi meã obligaui, tu Titio debeas, eique pignus tuum pignori dederis. Nam & ſi ego ſoluero, vt & te & me liberarem, pignus vtrunque ſoluitur. Si tamen non quantitas, ſed ſpecies diuerſa debeatur: quia non ita facile compenſatur, ſic ſecundum pignus extinguetur, vt tamen eius loco naſcatur & ſuccedat aliud pignus ſecundum. Quod Martianus exemplo nominis pignori dati probat l.13.§.cũ pignori.de pigno. Itaque ſpecies ſoluta diſſoluit quidẽ vtrũque pignus, ſed interea ipſa pignori eſſe incipit ſecundo creditori, loco alterius pignoris diſſoluti: & cum is tantum haberet pignori pignus, nunc eam ſpeciem pignori habebit. Iam vero etiam obſeruandum eſt, intereſſe inter eum cui pignus pignori datum eſt, & eum cui nomen eſt datum pignori. Nam ille ſua denunciatione non poteſt impedire, quin debitor ſuo creditori ſoluat: hoc eſt, ſi tibi debeam centum ſub pignore, & tu hoc pignus Titio tuo creditori obliges: Titius non poteſt facere, quin ego tibi recte nihilominus ſoluam. Sed ſi illi nomen eſſet pignori datum, & mihi denunciaret, ne tibi ſoluam: non recte ſoluerem, vt paulo ante dixi. Nempe cum pignus tantum datur pignori, propterea vtiles actiones non dantur ad exigendum, ſed perſecutio pignoris tantum competit. Cæterum vt nomen pignori datum, non ſolum exigi, ſed etiam vendi poteſt: ſic & pignus pignori datum: ex hac venditione iuris hypothecarij creditor ſecundus conſequetur ſuum. Poſtremo obſeruandũ hic eſt, quod Scęuola reſpondit, vbi confirmatur pignus, confirmari quoquæ pignoris pignus, l.14.de diuer.temp.præſcrip. Sed & vſumf. pignori mihi datum poſſe me alteri pignori dare, reſcriptum eſt.leg.prima.Codic.Si pigno. pig.dat. Ipſum itaque vſumfru.poſſe pignori dari, dubium non eſt: neque eſt obſcurũ, quale ſit illud pignus Martianus in le.11.de pignor. primum agit de pignore vſusfructus.deinde de ſeruitutum pignore. Nos de vtroque breuiter videamus. Primum ait, non ſolum pignoris cauſa conſtitui vſumfr.poſſe abs domino fundi. ſed & iam prius conſtitutũ poſſe pignori dari abs fructuario.leg.11.§.vſusfr.de pig. Diſcrimen eſt tamen notandum. Cum dominus conſtituit mihi vſumfru. certe verum vſumfr. dat, & ego vetus fio fructuarius. Sed ſi abs fructuario accipiam, non poſſum ipſe eſſe fructuarius.le.neceſſario.§. vltim.de peric. & cõmod. rei vẽd. Si ergo primo modo detur vſusfruct.pignoris cauſa, quandiu hæc durabit, ego fruar: Si alio modo, morte fructuarij finiretur. Cum ἀντίχρησις datur, videtur etiam vſusfruct.conſtitui pignoris nomine. Sed de antichreſi dicam ſuo poſtea loco. Nunc de pignore ſeruitutum videamus, de quo valde etiam queritur. Martianus l.11.§.vlti.de pign.ait: Iura prediorum vrbanorum pignori dari non poſſunt. Igitur nec conueniri poteſt, vt hypothecæ ſint. Subiicit Paulus.l.12.eod.tit. Sed an viæ, itineris, actus, aqueductus, pignoris cõuentio locũ habeat: vidẽdũ eſſe Põponius ait, vt talis pactio fiat quandiu pecunia ſoluta non ſit, his ſeruitutibus creditor vtatur: ſcilicet ſi vicinum fundum habeat, & ſi intra certum diẽ pecunia ſoluta non ſit, vendere eas vicino liceat. Quæ ſententia propter vtilitatẽ cõtrahentium admittenda eſt. Ex hoc Martiani Pauliq; loco colligere vulgo ſolẽt, ſeruitutes vrbanas pignori dari nõ poſſe, ruſticas poſſe. Sed diſcrimen nõ temere admitto vbi diſcriminis cauſam nullam video. Video equidem facilius ruſticas poſſe pignori dari, quam vrbanas, ꝙ illæ facilius, quã hæ, videãtur alteri vtiles eſſe: & ruſticis alterius ſeruitutibus vti magis poſsimus, quã vrbanis. Sed id perpetuũ nõ eſt: neque enim aut ruſticę aut vrbanę omnes ſunt vnius generis. Sed & quã rationem Paulus adfert, vt probet ruſticas pignori dari poſſe, eandem trahere & ad vrbanas poſſum: ſicuti quod e conuerſo de vrbanis dicit Martianus, de ruſticis quoque dici poſſe videtur. Itaque non diſtinguo, vtrum vrbanæ, an ruſticæ ſint. Nam & audio in quibuſdam codicibus



cibus Martiani locum ſimpliciter legi, Iura prædiorũ nec addi, Vrbanorum. Quid igitur? Quærendum eſt generaliter, vtrum ſeruitutes pignori dari poſsint? Si fundus, cui ſeruitus debetur, pignori detur: nõ eſt dubium, ſimul obligari ſeruitutem, eiúſque ſeruitutis vtilem petitionem creditori dari.l.16.de ſeruitut. Sed vt ſine fundo conſiſtere ſeruitus non poteſt, ſic ſine eo dari pignori non poteſt. Sic itaq; iure prædiorum ſiue vrbanorum, ſiue ruſticorũ iam prædiis impoſita, pignori dari non poſſunt ſine prędiis. Hoc Martianus tradit. Sed nonne conſtitui & imponi prædio ſeruitus poteſt pignoris cauſa, hoc eſt, vt ſit, donec debitor ſoluat pecuniam? Summo certe iure ne ſic quidem poſſet, non enim ſeruitus conſtituitur ad tempus. Sed benignè tamen id admittitur propter vtilitatem contrahentium, propter quam & pleraq; alia aduerſus ſubtiliorem Iuris diſputationem admitti, Iulianus ait l.ita vulneratus. Ad legem Aquil. Sic diſcrimen hic erit, vtrum de conſtituta, an de conſtituenda ſeruitute quæratur. Dixi paulo ante, poſſe pignoris cauſa conſtitui vſumfru. abs domino: vel ętiam prius conſtitutum, pignori dari abs fructuario. Sed vſusfruct.perſonæ debetur, nõ rei. Seruitus vero ſemel conſtituta, abs prædio ſeparari nõ poteſt. Vt igitur Vlpianus ait, neminẽ poſſe locare ſeruitutem, l.44.Loc. ſic neq; pignori dari poſſe dicit Martianus. Sed vt vſusfruct recte cõſtituitur pignoris cauſa, ſic Paulus admittit, ſeruitutem conſtitui poſſe. Et cur hoc tandem non admitteret, cùm etiam poſsit precario ſeruitus concedi? l.2.de precar. & Prætor ſuperficiario permittat, vt ſeruitutem imponat.l. prima; de ſuperficiar. Scio equidem rarius fieri, vt aliquis ſit vſus vrbanæ ſeruitutis temporariæ. Eſſe tamen aliquis poteſt. Itaque eam, exemplo ruſticæ, pignoris cauſa conſtitui poſſe credo. Poſtremo & ſuperficiem in alieno ſolo ſitam, dicemus pignori dari poſſe. Superficiarius eſt, qui in noſtro fundo aliquid inędificatum habet noſtro conſenſu, & id tanquam dominus poſsidet. Superficiem itaque hanc ſuam qua conditione poſsidet, eadem & vendere & obligare poteſt.l.13.§. & in ſuperficiariis.de pig.l.etiam ſuperficies.qui pot.in pign.l.tutor.§.vlt.de pig.act. Idem dici poteſt & de fundis vectigalibus & emphyteuticis.l.30.de pig.l.tutor.§.vlti. de pig.act. Verum meminiſſe ſemper hic debemus, finito iure vel ſuperficiarij, vel emphyteutæ, vel vectigalis, veluti propter nõ ſolutũ ſolarium, aut aliã ſimilem cauſam, ſimul finiri pignus, vt res libera & ſoluta committi intelligatur.l.30.de pig.l.17. de pig.actione. Dixi de multis rebus quæ pignori dari poſſunt, cùm dubitaretur an poſſent. Nunc videamus de rebus, quæ non poſſunt. Satis conſtat, res quę non ſunt in commercio, non poſſe pignori dari: vt res ſacras aut religioſas. Sunt tamen quædam res veluti ſacræ, quæ in dominorum patrimonio priuatim manent, & ſunt propterea in commercio. Tertullianus in Apolog.c.13. Domeſticos (inquit) deos, quos Lares dicitis, domeſtica poteſtate tractatis, pignorando, vendendo, demutãdo. Monumenta religioſa non poſſe à quoquam obligari, dubium non eſſe, ait Antoninus Impe.l.3.C.quæ res pig. obliga. Narrant Aegyptios, cùm mutuum acciperent, olim ſolitos eſſe pignori dare cadauera ſuorum parentum: quæ & cuſtodire, vt diutius conſeruarentur, ſolebant. Sed Romanæ leges cadauera voluerunt religioſe ſepeliri: neque ea modo, ſed & eorum ſepulcra eſſe libera & ſoluta. Aliquando permiſerunt, vt parẽs ſuum filium & vendere & pignori obligare poſſet. Sed poſtea id prohibuerunt.l.qui filios.C.quæ res pign. Atque etiam creditorem grauiter punierunt, qui tale pignus accipit.l.vlt.quæ res pig. Certe Iuſtinianus Nou.cõſti. 134.talem filiorum oppignorationem vocat ἀσέβειαν, & ſtatuit, vt creditor propterea amittat ius ſuum totum, atque etiam in filio tantundem perſoluat. Antiquum tamen & apud alias gentes olim receptum fuiſſe morẽ filiorum oppignorandorum, ipſa quoque hiſtoria ſacra oſtẽdit, quæ quoſdam Prophetarum filios propter æs alienum patris, creditori nexos fuiſſe, quos Elias liberarit, narrat. Sed & apud Terentium in Heautõtim. legimus, filiam adoleſcentulam relictam eſſe arraboni pro argento. Notum eſt, qua ratione ſenatus Rom. ſuſtulerit morem filiorum creditoribus nectendorum. Sed poſtea in vniuerſum etiam ſublatum eſt totum ius nexus, & omnis additio ciuium: & libera corpora pignore non obſtringi placuit. Qui olim nexi, qui addicti dicerentur, dixi ad 12.Tabu.& in Catecheſi. Sed vt Diodorus narrat Aegyptios olim cauiſſe, ne debitorũ corpora, ſed patrimonia tantum pignori caperentur, & Solon eandem Athenis legem tulit, ſic etiam tãdem hoc placuit Romanis legumlatoribus. Poteſt ſanè aliquis, ſi velit, in ſeruitutem ſe dare, & cùm pro ſeruo patitur ſe venundari, vt precij partem habeat, ſeruus fieri: ſed vix eſt, vt pignoris titulo ad tempus ſua conuentione poſsit ſeruus fieri. Sane qui ab hoſtibus redemptus eſt, ſic liberat, vt tamen donec redemptori ſuo ſatisfecerit, pignoris quodã vinculo ei obſtringatur, etſi planè alioqui ſeruus eius non ſit.l.ſenatus.§.vltim de lega.j.l.qui teſtamento hæres.§ j.de teſtamẽ.l.ſi patre, de capti.l.2.C.de poſtl.reu. Leges Gręcorum iubebant ſeruum redemptoris eſſe, donec precium redemptionis ei reſtituiſſet: vt teſtis eſt Demoſthe. πρὸς Νικόστρατον. Eſt & alia quædam oppignoratio liberorum hominũ, quam Athenienſes appellabant ἀνδροληψίαν & de qua extat lex Draconis apud Demoſthenẽ κατ᾽ Ἀριστοκρ. Nec diſſimilis illa fuit exulum Tarquiniorum poſtulatio, petentium ab Ariſtodemo Cumano regulo vt frumentatoribus Romanis, qui Cumis erant, manus iniiceretur, & pignoris loco habere poſſent, donec Romani bona exulibus reſtituiſſent. Poſtulabant (vt ſcribit Dionyſius lib.7) ῥύσια κατασχεῖν αὐτὰ τὰ σώματα. Sed Iuſtinianus videtur haſce oppignoratiões, quas appellat ἐνεχυρασμοὺς improbaſſe. Nou.cõſtit.52. Diodor⁹ Siculus libro ſecundo ſcribit Græcorum leges ante Solonem, etſi permitterent militum etiam & agricolarum corpora pignorari, arma tamen & aratra pignore obſtringi noluiſſe. In iure Ciuili legimus, milites puniri, qui arma ſua alienant.l.14.§.arma.de re mili. Sed alienationem alioqui aut oppignorationem eorum inutilem eſſe, non legimus. Certè & ſtudioſi libros ſuos pignori dare poſſunt. Vnde & Cicero pro Seſtio: Libelli inquit etiam pro vino ſæpè oppignorabantur. Stipendia militum poſſe pignori capi ex cauſa rei iudicatæ, ſi ei aliter non poſsit ſatisfieri, placuit.l.4.C.de executio.rei iudicat. ſed nonne vt nomina poſſunt ex conuentione etiam obſtringi? Certe Alexand.Imper.l.ſpem.C. quæ res pign.reſcripſit, ſpem eorum præmiorum, quæ pro coronis penſitanda ſunt athletis, non poſſe priuata pactione obligari. Commodis tamen præmiorum, quæ propter coronas ſacras præſtantur, poſſe interdici condemnato, & eam pecuniam iure pignoris in cauſam iudicati capi, reſpondit Papinianus.l.40.de re iudic. Victruuius libr.9.de architect.ſcribit, Athletas conſtitutis publice vectigalibus, quandiu viuerent, frui ſolitos eſſe. Hæc videntur fuiſſe coronarum præmia, quorum meminit Papinianus. Sed quid de militiis illis dicemus, quarum tam frequens eſt mentio in iure ciuili, quæcunque tãdem illa ſiue officia, ſiue miniſteria, ſiue munera fuerint? Extat Iuſtiniani de earum pignore nobilis cõſtitutio.l.vlti.C.de pig. Sed quadã diſtinctione opus eſt. Erãt quædã militiæ priuati iuris, quæ & vẽdi, & legari, & ad hæredes trãſmitti poterãt. Has potuiſſe pignori dari, dubiũ nõ eſt. Aliæ erant militiæ plane publicę, quæ in priuatorũ hoĩm cõmercio nõ ita erãt, ſed abs principe cõferebãtur, & perſonis, quib⁹ erãt datæ, cohærebant, earúmq; morte finiebãtur, & ad ius principis reuertebantur. Earũ certe oppignoratio nõ videtur permiſſa fuiſſe. Addũt quaſdã tertij & veluti medij

generis militias fuiſſe,quas Iuſtinianus appellat Ex caſu:quas iam caducas factas,& ad poteſtatem principis reuerſas, non ſequebatur,ſi quod impoſitum prius fuiſſet ius pignoris,niſi ſi princeps ex cauſa id creditoribus tribueret: veluti , quòd ad eas emendas pecuniam credidiſſent.Iuſtiniani de iis extat No.cõſtit.52. Quòd ad aratra agricolarum attinet,Quintilianus libr. octauo.cap.nono etiam commemorat quandam legem Romanam,non licere aratrũ pignori accipere.Sed quod ait,quæſitum fuiſſe,an liceret vomerem,inanis cauillatio potius fuit,quàm ſeria quæſtio.Ac ne ea quidem alioqui lex Romana extat,quam Quintilianus commemorat.Sed extant poſteriorum Cæſarum, Conſtantini nempe,Honorij & Theodoſij ſecundi conſtitutiones, quę vel aratrum,vel aliud,quod ad agriculturam pertineat,pignori capi vetant,neque ſolum executores rerum iudicatarum,ſed & comites ſacrarum largitionũ id eo nomine capere prohibent:vt etiamſi de pecunia fiſcali vel tributis agatur,hanc pignoris capionem prohibitam eſſe intelligamus.l.executores.l.pignorum.C. quæ res pig.Non diſsimiliter inſtrumentorum ruſticorum libertati cauiſſe veteres Græcos legumlatores,etſi ipſorum agricolarum corporibus manum iniici paterentur,narrat Diodorus Siculus.libr.ſecund.Ius noſtrum ciuile & hæc & illa à pignoris capione liberat, ſed non prohibet tamen alioqui agricolas,ſi vltro velint,res ſuas pignori dare.Pupillus etſi dominus ſit,tamen vt alienare prohibetur,ſic & oppignorare. Sed & pupillo pignus capienti neceſſaria eſt tutoris authoritas,propter metum pignoratitię actionis.l.38.de pign. act.multò igitur magis,ſi pignori rem dare velit.Nam & ſi prædium ità emerit,vt quoàd precium ſolueret,eſſet id pignori obligatum venditori,pignus non valet. l.j.§.vlti.de reb.eo.qui ſub tu. Quid igitur,an authoritas tutoris ſufficiet?Certe ſi mobilis ſit res pupillaris, poteſt eã tutor ex cauſa,ſine prætoris decreto,dare pignori:veluti ſi pecuniã in rem pupilli mutuo accipiat. l.j.quæ res pig.oblig.l.3.& pe.C.ſi alie.res pign.Sed in prædiorum pupillarium vt alienatione,ſic & obligatione,tutor opus habet non ſolum iuſta cauſa,ſed & prætoris decreto l.j. de reb.eo.l.lex quæ.C.de admi.tutel. Quòd ſi non agatur de pignore voluntario,veluti conuentionali,ſed neceſſario:veluti prætorio,conſtat,rem pupillarem ſiue mobilem,ſiue immobilem,pignori capi poſſe.l.tertia.§.ſi pignori.de rebu.eor. Sed & tutor cùm ſatiſdat iudicio ſiſti,rem pupilli etiam immobilẽ obligat:quia ſit hoc quoq; pignus veluti neceſſarium. l.vltima.§.defenſionem.C.de admi.tut.Martianus poſteaquam dixit,pupillum ſine tutore non poſſe hypothecam dare,adiicit , ſi filiusfa . pro alio rem peculiarem obligauerit:vel ſeruus,eam non teneri,licet liberã peculij ſui adminiſtrationem habeant.l.prima.§.primo,quæ res pign.In rem tamen ipſius peculij ſi res pignori detur,pignus valet,nam & res ità alienari poſſet. l.ſi conuenerit.§.vltim.de pig.act.Sane vt filiusfa.prohibetur accipere mutuum,ſic & pro eo pignus dare, quanquam pro alio non prohibeatur,ſicuti nec fideiubere.l.item ſi filiusfam. Ad Mace.Sed & ſi pro mutuo prius accepto det pignus,cùm iam eſt paterfam.valet. l.ſed Iulianus.ad fin.Ad Maced.Mulier pro alio intercedere prohibetur.Ergo & pro alio fideiubere , & pignus dare prohibetur.Pro ſe dare poteſt.Procuratorẽ, cui mandatum eſt vt pignus daret,poſſe dare,dubium non eſt.Sed & ſi ſine mandato res mea ſit ab alio pignori data,& ratum habeam,pignus cõfirmatur:vt etiam valere intelligatur ex quo datum fuit.l.aliena.de pig. action.l.16.§.j.de pign.Si tamen hoc alteri captioſum eſſet,veluti ſi dominus interea eam rem alteri pignori ipſe dediſſet,non retrotrahetur talis ratihabitio . Si ſit procurator,cui vniuerſorum bonorum adminiſtratio permiſſa ſit ab eo,qui ſub pignoribus ſolebat mutuas pecunias accipere,poterit pignori dare,perinde atque ſi hoc ei mandatum eſſet.l.ſolutum.§.vltim.de pignor. action.Sed quid dicemus de adminiſtratore ciuitatis? Certe rem ciuitatis,ſi in commercio ſit,rectè pignori dat.l.ſi is qui.de pig.Sed oportet pecuniam,quam mutuo accipit,in rem ciuitatis verti.Nam nec alioqui ciuitas ex mutuo tenetur.l.ciuitas.ſi cert.pet. Nunc pro coronide rectè adiiciam,quod Iuſtinianus ſtatuit,ſiue lex,ſiue teſtator prohibeat,rei alicuius alienationem, ſiue conuenerit,vt non alienaretur,non ſolũ prohibitam intelligi dominij tranſlationem,ſed & hypothecam.l.vlt.C.de reb.non alien.Sæpe olim abs teſtatoribus prohibebatur res extra familiam alienari , ac plerunq; adiiciebatur expreſsim,vt ne pignori quidem daretur extra familiam.l.37.§.fundum.& §.ſeq.de lega.3. Nũc Iuſtinianus ſtatuit,etſi alienatio ſimpliciter prohibita ſit,intelligi & pignorationem eſſe prohibitam. Sed & ſi iuſta cauſa ſit huius prohibitionis, tamẽ neq; creditoribus neq; fiſco fraudi eſſe,ait Martianus.l.114. §.diui.de leg.j.Quid igitur? nõ impedietur propterea pignus neceſſarium legitimum aut prętorium?Non videtur.Sed voluntaria demum alienatio aut pignoratitia prohibita intelligitur. Proprie ſane pignoratio non eſt alienatio, cùm nulla ſit dominij trãſlatio.l.67. de verborum ſignifica.Manet enim pignus in debitoris dominio,neque creditor dicere ſuum poteſt, quod pignoratum habet,neque ſi bona ſua legaret,pignus legare videretur.l.101.de lega.3.l.legata.§.vlti.de ſupel. legat.Itaque pœnalem conditionem , Si res alienetur, non ſtatim committi putarem.ſi pignoretur. Verum quia creditor hypothecarius habet ius diſtrahẽdi,proxima eſt alienationi pignoratio.& cum illa fauorabiliter prohibetur,hæc quoque prohiberi videtur.Ac interdum ſane hæc prohibetur, cum illa permittitur. Vt Senatuſconſultum Vel[illegible]ianum prohibet mulierem pro alio res ſuas obligare, donare alteri res ſuas non prohibet,& lex Iulia fundum dotalem non prohibuit alienari muliere conſentiente,obligari tamen prohibuit,quanquam Iuſtinianus poſtea voluerit & alienationem & obligationem fundi dotalis plane prohiberi.Sed veteris iuris ratio fuit,quòd cum mulier natura ſatis abhorreat ab alienatione, non videretur neceſſaria prohibitio.Ab hypotheca cum non ita abhorreat, quia rem putat eſſe leuem,illi magis occurrẽdum fuerit.alioqui tamen tenendum eſt,quod Gaius l.9.§.j.de pignor.ait,id quod emptionem venditionémque recipit,etiam pignorationem poſſe recipere. Porro huius quoque loci eſt , quod Martianus.l.j.§.eam rem. quæ res pign.obl.poſ.ſcribit,eum qui rem aliquã emere nõ poteſt,quia commercium eius rei non ſit,iure pignoris accipere eam non poſſe. Sed quid eſt,quod Modeſtinus l.24.de pign.reſpondit, In quorum finibus emere quis prohibetur,non prohiberi accipere pignus? Certẽ difficile eſt,ex rep.Ro.repetere exemplum talis prohibitionis.Sed illud dico,ſi quis aliquo loco ſimpliciter prohibeatur emere, quòd prohibeatur ius dominij acquirere,non prohiberi propterea ius etiam pignoris habere. Si verò prohibeatur emere,quia eo loco commerciis & negotiatione ſit veluti illi interdictũ,prohibetur etiam pignus accipere . Præſes in ſuæ prouinciæ finibus prohibetur emere,ſicuti & negotiari,aut cum ſuis prouincialibus aliquid habere cõmercij.Sed & pecuniam ijs mutuam dare.l.principalibus. ſi certum petat.Ergo & pignus ab ijs accipere in prouincia non poterit.Sed vt non prohibetur fœnebrem pecuniam mutuò accipere,ſi pro ea pignus dare non prohibebitur.l.præſidis.ſi cert.pet.Quid multis?Si prohibetur vel permittitur principalis obligatio , prohiberi vel permitti videtur eius acceſsio , nempe hypotheca,ſi eadem cauſa ſit. Multa dixi hactenus,quę ad pignoris conſtitutionẽ pertinent.Sed illud poſtremo dicendũ iterũ eſt:quia pign⁹ ſit alteri⁹ obligatiõis acceſſio,nõ poſſe cõſiſtere ſi nulla alia ſit obligatio.Accedit

quidem



quidem pignus,vt fideiuſſor,omnibus obligationib⁹. Nam & ſi naturales tantum ſint,quæ valde ſunt infirmæ,rectè iis accedit,vt etiam ciuiliter teneatur. Sed aliquam ſaltem principalem obligationem ſubeſſe eſt neceſſe.Et vero vt fideiuſſor ei demum obligari poteſt, cui is,pro quo interuenit,obligatur.l.17.de fideiuſſor. ſic & eidem pignus dari tantum debet.Martianus l.5. de pignor.ait,rem hypothecæ dari poſſe pro quacunque obligatione,& enumerat multas ſpecies.Addo, ꝙ Vlpianus l.9.§.j.de pig.actio.addit,non tantum ob pecuniam,ſed & ob aliam cauſam pignus dari poſſe: veluti ſi quis alicui pignus dederit, vt pro ſe fideiubeat. Sane & pro pignore pignus dari, vt pro fideiuſſore fideiuſſor eſſe poteſt,ſicuti & antea dixi.Verum memorabile eſt,quod Caius l.2.C.quæ res pig.ait,ſi quis pro muliere,quæ interceſsit,dederit hypothecã,aut pro filiofa.cui contra Senatuſconſultum creditum eſt,idem dicendum eſſe,quod in eorum fideiuſſoribus.Quid igitur? Fideiuſſor mulieris intercedentis non tenetur. l.ſi mulier contra S.C.§.j.Ad Velleian.l.mulierem. C. ad Velleia.Fideiuſſor filiifamil. mutuum accipientis. tunc tenetur,cùm donãdi animo fideiubet,nec habet actionem mandati.l.ſed ſi pater.§.non ſolùm. Ad Macedo.Exceptio itaq; Velleiani datur & fideiuſſori,non etiam Macedoniani. Nam illud hoc agit,ne quis in damno ſit,& licet creditor fideiuſſores conuenire nõ poſsit,ſuum tamen principalem debitorem habet obligatum.Macedonianum vero filiofa.ſolum conſuluit, eoque exempto,patitur fideiuſſorem obligari,cum & alioqui nullus futurus ſit debitor. Iam vero cùm pignoris eadẽ hic cauſa ſit,quæ eſt fideiuſſoris, ſequitur, ignus rectè dari pro filiofamil.mutuũ accipiente,nõ etiam pro muliere interueniente. Illud poſtremo hic obſeruandum eſt,quod Vlpia.l.11.§.2.de pig.actio.ſcribit,ſiue vſuræ in ſtipulatum ſint deductæ,ſiue non , ſi tamen pignus & in eas obligatum fuerit, quandiu hic ex his debetur,pignoratitiam ceſſare.Certum eſt,non poſſe peti vſuras pecuniæ mutuæ ex conuentione cui ſtipulatio non acceſsit.l.j.& 3.C.de vſuris. Sed hypothecaria tamen cõpetit actio,& creditor, cùm pignus tenebit,retinere id poterit, donec vſuræ conuentæ , ſi alioqui licitæ ſunt,ſoluantur:vt pacto comprehenſum eſt.Saltem enim naturaliter debentur.Sic itaq; per retentionem pignoris ſeruari poterunt.l.per retentionẽ. C.de vſuris.Et nos ſimiliter dicemus,quod naturaliter debetur,ſeruari eodem modo poſſe.Nam etſi illud petere non poſsim,tamen pignus perſequi potero.Idque conſecutus retinebo,donec ſolutum ſit quod debetur.

## De iure retentionis. Cap. 13.

PRIVSQVAM de vi pignoris rectè cõſtituti dicam,occurrit Modeſtinus,qui ait, cũ vitioſe vel inutiliter cõtractus pignoris intercedit,retentioni locum nõ eſſe,nec ſi bona creditoris ad fiſcum pertineant.l.25.de pignor. Sed tam vitioſum,vt etiam inutile plane & nihil ſit,nullaque non ſolum perſecutio,ſed ne retentio quidem cõpetat,pignus eſſe tum demum dicitur,cùm aut res eſt quæ nullo modo poteſt pignori dari, aut is qui dedit, nullam plane habuit poteſtatem.Cæterum poteſt eſſe vitioſum quidem pignus,quod tamen non ſit omnino inutile,hoc eſt,poteſt ita eſſe contractum , vt licet pignus non ſit,quaſi pignus tamen eſſe videatur. & licet eius perſecutio non ſit,ſit tamen retentio. Nam & interdum licet inutile ſit pactum , quo efficere volumus pluſquam pignus,tamen pignus ſaltem commune manet,vt cum lege commiſſoria accipitur.l.vlt.C.de pac. pig.Sane cõſtat plus eſſe perſecutionẽ rei,quàm retentionem,& hanc,quàm illã,facilius competere , dubiũ non eſt.Sic Papinia.l.j.§.j.de pign. cùm res aliena data eſſet creditori , quæ poſtea debitoris facta erat , dixit difficilius actionem dari,ſed faciliorem eſſe creditori poſsidenti retentionem. Quanquam eo caſu & actionem dari poſſe,ſuprà oſtendi.Sane ſi procurator meus ſine vllo mandato rem meam pignori dederit,cùm mutuum meo nomine acciperet,non omninò pignus contrahi conſtat:eius tamen retentionem dari creditori, ſi pecunia,quam credidit,in rem meam verſa ſit,reſcriptum eſt.l.prima.C.ſi al.res pig.Sed & ſi pecunia mea liberauero pignus,quod tu tuo creditori dederas,pignus planè diſſoluitur : neque mihi propterea rurſus obligatur.Verum etſi hypotheca mihi non competat, retinere tamen rem poſſum,donec mihi ſolueris.l.prima,quibus mod.pig.vel hypo.ſol.Interdum & diſſoluto pignore,manet ius retentionis.Si mihi centum debeas ex mutuo,& eorum cauſa pignus dederis:itémq; ex empto mihi debeas quinquaginta:etiamſi illa centum ſolueris,tamen pignus retinere poſſum,donec & reliqua quinquaginta ſint perſoluta.Vnde in Codice, titu.Etiam ob chirographariam pecuniam pignus retineri poſſe:Chirographariam vocant,quæ nullam habebat alioqui hypothecam.Sic & chirographarius debitor appellatur,qui pignus non dedit.l.5.§.idem denique.Commod.Denique ſi creditor vnũ aliquod ex pluribus pignoribus ſic vendiderit , vt etiam promiſerit præſtare euictionem,quanuis ex pretio conſecutus ſit quod debebatur,proptereáque totum ius pignoris diſſolutum ſit,tamen reliquas illas res quondam obligatas retinere adhuc poteſt,donec ei aliter caueat,quòd euictionem promiſit,indemnem eum futurum.l.octaua.§.ſi pignori.de pignor.action.ſed & rem venditam, nondúmque traditam,venditori pro precio ſic teneri, vt retineri poſsit,ſi emptor eam nec petat,nec preciũ ſoluat,reſponſum eſt.l.Iulianus.§.offerri.de acti.empt. l.hæreditatis.de hære.vel act.vend.Hoc modo pignus modò quaſi pignus appellatur. Pignus tamen propriè non eſt. Nam ea res adhuc eſt venditoris . Sed pignus appellatur propter ius illud retentionis,quod cum pignore commune aliquid habere videtur.Interdum cũ rem venditor vltro tradebat,expreſsim paciſcebatur. vt ſibi obligata eſſet,donec precium ſolueretur.Atque hoc verum pignus fuit,& voluntarium,deſcendens ex conuentione:proptereáque & pupillus nõ poteſt.cum rem emit,eam ita obligare venditori.l.prima.§.vltim. de reb.eor. Sanè ſi rem ſine tutore emit,ipſe proprie non obligatur eo contractu,ſi eo vti nolit. Sed ſi rem petat,nec precium offerat venditori,ſaltem competit rei retentio.l.ſi id quod pure.ad finem.de reſcindenda vendition.Iam ſex caſus enumeraui, in quibus eſt ius retentionis,neceſſarium etiam & legitimum , hoc eſt, non ex conuentione deſcendens,ſed ex lege.Alios addam,qui & nunc mihi occurrunt.Si cum mihi centum deberes,ducenta te debere putares,eoque errore fundum,qui ducentis æſtimabatur,mihi in ſolutum dederis:tu quidem condicere eum potes,ſed ego cõtrà poſſum eum retinere,donec illa centum mihi ſoluas.l.vigeſimaoctaua.§.ſi centum,de condictione indebiti.Si in tempeſtate facta ſit iactura quarundam mercium,detrimentum pro portione cuiuſque vectoris communicatur:vt à ſingulis ſarciatur pro rata. Magiſter,vero nauis poteſt hoc nomine merces aliorum retinere.l.ſecunda.de lege Rhodia. Fuit & ſoluto matrimonio olim marito ſæpè conceſſa retentio rei dotalis,aut certæ partis:& pignoris nomine retineri dicebatur , donec mulier,quæ inuicem præſtare debebat.ſoluiſſet.l. quinta.de dote prælegata.retentio autem hæc erat aut propter liberos , aut propter mores , aut propter impenſas aut propter res donatas, aut propter res amotas,vt ſcribit Vlpianus in titul.de dotibus.Sed hanc retentionem dotis Iuſtinianus ſuſtulit:quanquam in Pãdectis,compenſationum ex talibus cauſis exempla reliquerit.Porro Paulus l.decimaquinta.§.vltim.de furt. ait , ob impenſas , quas in rem commodatam feciſti,

retentionem eius habere te, adeò vt cum ipſo etiam domino, ſi eam rem tibi ſurripuit, habeas furti actionem: quia eo caſu, quaſi pignoris loco, res commodatario ſit. Equidem ob aliam cauſam non temere exiſtimo cõcedi retentionem rei commodatæ: præſertim cum & Diocletianus reſcripſerit, prætextu debiti, non probabiliter recuſari reſtitutionem commodati. l. vltima. C. commodat. Nam neque prætextu debitarum penſionum poteſt locator impedire reſtitutionem rerum cõductoris, quæ cùm illatæ non erant in domum conductam, obligatæ non fuerunt. l. 5. C. in quib. cau. pig. tac. Et e diuerſo, licet conductor dicat ſe dominũ rei cõductæ. tamen prius eam reſtituere debet, & poſtea de proprietate litigare. l. 25. C. de locat. Cæterum cùm Iuſtinianus ſtatuerit. ſi quis ſine vitio rem poſsideat, poſſe etiam in iudiciis in rem, excepta depoſiti cauſa, vti cõpenſatione. l. vltima. C. de compenſat. non temerè dixerim, creditori, qui rem ſui debitoris ſine vitio habet, concedi retentionem, præſertim vbi quod ſibi deberi ait, liquidum eſt, nec controuerſum. Eſt enim hæc retentio, minus quippiam, quàm ſit compenſatio: & compenſationem veluti antecedit, cùm nondum res æſtimata eſt, vt compẽſentur. Fateor hic excipi iudicia dotis & depoſiti. Sed quod ſingulari fauore his tribuitur, vt retentionis aut compenſationis exceptione nõ impediatur. non temerè aliis actionibus cõmunicandum eſt. Sanè reſponſum eſt, vbi aliqua iuſta & rationabilis cauſa eſt non reddendæ rei commodatæ; eum qui eam recuſat reddere, non videri poſſeſsionem interuertere, dominoque eripere. l. ſi quis rem. de acquirend. poſſeſsio. Ius retentionis de quo hactenus dixi, non niſi aduerſus debitorem valuiſſe videtur, Olim ſanè cùm pignora non dicebantur, niſi quæ manu & veluti pugno tenerentur, etſi ꝑſecutio hypothecaria fortaſſe non daretur, tamen retentio pignoratitia ea erat, quæ alios etiam creditores ſummoueret atque repelleret. Nunc cùm perſecutio detur, quæ pluſquam retentio eſt, de retentione minus laborant creditores hypothecarij. Interdum tamen qui in perſequendo potiores non eſſent, ſunt in retinendo, vt magnum eſſe dicitur commodum poſſeſsionis. Sed id poſteà ſuo loco viderimus, cùm exponemus, qui potiores in pignore habeantur. Nunc de vi & iure & natura & vtilitate, & denique poteſtate pignoris recte conſtituti, vel hypothecæ vtiliter contractæ videamus. Hoc enim huiuſce totius commentationis præcipuũ caput eſt, quod eſt hoc loco tandem explicandum.

## De pignoris perſecutione, & actione hypothecaria, ſiue Seruiana, Saluianoque interdicto. Cap. 14.

CVM veteres Iuriſconſulti ſcribebant de pignoribus & hypothecis ſcribere ſe profitebantur de formula hypothecaria: vt ipſæ adhuc in Pandectis inſcriptiones indicant. Erat autem hæc formula non tã cõtrahẽdæ hypothecæ, quã perſequẽdi pignoris. Fuit eñ actio in rẽ, quę dabatur concepta formula à Prætore, poſteaquã receptũ fuit, vt pign⁹ eſſet iuris vinculũ, quo res, vbi eſſent, obligarẽtur. Et certe valde infirma & prope inanis fuiſſet cautio creditorũ, & magna eorũ captio, ſi cum poſſeſsione ius pignoris amiſiſſent, nec niſi rẽ tenentes. Illud tenuiſſent, nulla alioqui vel adipiſcendæ vel recuperãdæ poſſeſsiõis, nulla rei perſequendæ ꝑtãte hypothecaria cõmuniti. Caius itaq; dixit pignus nullũ eſſe, ſi nulla eius ſit ꝑſecutio. l. 27. de noxal. Ac ſepe quidẽ fit, vt in pignore contrahẽdo noĩatim etiã cõueniat, vt creditor ſua authoritate poſsit manũ rei iniicere, neq; eſt oĩno vtile hoc pactũ. Saltẽ eñ creditorem, qui hoc fecerit, excuſat, ne vim feciſſe videatur: ſed multo tamen eſt conſultius, vt per iudicem ius ſuum exequatur. l. 3. C. de pignor. l. pignoris. C. de pignor. action. Paulus narrat, quendã, qui ratiario crediderat, cùm ad diem pecunia non ſolueretur, ratem in flumine ſua authoritate detinuiſſe. Quęſitum autem fuiſſe, cùm flumẽ creuiſſet, & ratem abſtuliſſet, cuius eſſet periculum? Reſpondet, ſi creditor inuito ratiario retinuiſſet, creditoris eſſe periculum. Sed ſi debitor ſua voluntate conceſsiſſet, vt retineret, culpam duntaxat ei præſtandam eſſe, non vim maiorem l. 30. de pignoratitia actione. Vt creditor iudicio ordinario poſsit rem pignori obligatam perſequi, eiúſque cõſequi poſſeſsionem, & interdictum & actionem, Prætores dant. Interdictum hoc appellatur Saluianum, actio vero Seruiana. Qui ſint authores, certò affirmare non poſſum. Sed quidam nominant Seruium Sulpitiũ & Saluium Iulianum, duo profectò maxima columina iuriſprudentiæ Romanæ. Nos de re ipſa potius videamus. Vtrunque poſſeſſorium iudicium dici poſſet. Nã & actio hypothecaria ſolam nudámque poſſeſsionem auocat, vt paulò poſt dicam. Verùm quia in ea eſt neceſſe probare, eum qui pignori dedit, fuiſſe dominum, & de eius dominio hac ratione quæritur: magis petitorium, quàm poſſeſſoriũ, iudiciũ eſſe dicitur. Ideóq; acceſsit Saluianum interdictum, quod merè poſſeſſorium eſt. Eſſe autem vtilius, interdicto prius experiri. ſæpe proditum eſt. Sed quorſum actio Seruiana, ſi Saluiano interdicto poteſt facili⁹ creditor cõſequi, quod perſequitur? Certè interdum eſt difficilius ꝓbare poſſeſsionem, quàm dominium. Quid enim, ſi is qui pignori dedit, non poſsideat? Quid ſi iam poſſeſsionem ſuam ita amiſerat, vt ne interdicto quidem vllo recuperare eam poſſet? etſi is pignori obligaſſet bona omnia ſua, nomina, iura & actiones, creditor tamen Saluiano interdicto non vteretur. Deinde nõ tam facile datur Saluianum interdictũ aduerſus omnes poſſeſſores, quàm actio Seruiana. Propriè enim non niſi creditori aduerſus conductorem vel colonum, qui res inuectas obligauit, directo dari dicitur. l. j. C. de precariis. ſicuti & interdicta ſolent eſſe perſonalia. Dari tamen vtiliter aliquando aduerſus alios poſſeſſores rei obligatæ, non nego. l. j. de Saluia. interdict. Sed frequentior paratiorq; eſt actio Seruiana. Prima in rẽ actio, ciuilis & directa, propriè eſt illa vĩdicatio, quę datur ei qui ex iure. Quiritum dominus eſt. l. j. § j. de rei vindicat. Vindicantur & ſeruitutes & iura prædiorum. Sed propter ſimplex ius pignoris in rem agi aduerſus ipſum etiam dominum poſsidentem, nouũ magis & inſolens fuit. Placuit tamen hoc prætoribus, ne inanis eſſet cautio hypothecaria. Paulus l. 17. §. de pignore. De pact. ait, ex pacto de pignore actionem naſci iure Honorario. Ac primum quidem Seruiana dicta eſt, quæ dabatur in rem ab inquilino illatam, & propterea obligatam. Sed ad eius exemplum introductæ ſunt & aliæ actiones hypothecariæ, vt Gordianus Imperator fatetur. l. j. C. de preca. Iuriſconſulti in Pandectis plerunque Seruianã vocant omnem hypothecariam, quam & non ſolum actionem in rem vocant, ſed etiam vindicationem. l. 16. & 28. de pig. l. 12. quib. mod. pig. vel hyp. ſol. Nam & ſi creditor non dicat ſe ipſius rei dominum eſſe, eum tamen à quo ius pignoris habet, dominum eſſe contendit, & eius dominio hypothecariam ſuam actionem confirmat, adeo vt ſi rem euincat, poſsit qui pignori dedit, eius rei iudicatæ exceptione vti: & illum qui victus abs creditore eſt, ſi ſe dominum nihilominus eſſe dicat & vindicet, repellere. l. ex ſextãte. §. j. de re iud. Quod certẽ non poſſet, ſi in iudicio hypothecario, de ſola poſſeſsione pronuntiatum fuiſſet, neque eſſet de dominio quæſitum. l. exitus. de acqui. poſ. Interea tamen creditor vindicans & euincens, ſolam nudámq; poſſeſsionem auocat, vt Papinianus ait l. 66. de euict. & ego mox dicam. illud nunc vrgeo, vt intelligamus hypothecariã actionem



nem in rem eſſe, & ſequi atque impetere poſſeſſorem, cùm alioqui obligationes ex contractu non niſi perſonã, quæ ſe obligauit, eiúsve hæredẽ ſequantur. Elegans eſt hac de re locus Vlpiani, l. j. §. ſi hęres. ad Treb. Cùm hæres ꝑcepto fundo rogatus eſſet hæreditatẽ reſtituere, & is illi fundus in quartã imputaretur: hæres vero obiiceret pignori oppoſitũ abs defuncto eſſe: primum Vlpianus viſus eſt contemnere hanc hæredis obiectionem. Nec multum (inquit) facit, ſi fundus pignori datus eſt Neq; enim ęris alieni actio perſonalis fundum ſequitur, ſed eum cui hæreditas ex Senatuſconſulto Trebelliano reſtituta eſt. Atqui, quod Vlpian⁹ diſsimulat, ſubiicere, iterúmq; excipere hæres rectè ita poterat: ſaltẽ actio hypothecaria fundũ ſequitur, & creditor eũ hac ratione euincere poterit Quid hic Vlpian⁹? Cedit, & hæredi cõſulendum eſſe tãdem fatetur: Cur ita? quia ſentit, licet taceat, in propoſito actionem aliquam ſubeſſe, quæ fundũ perſequetur, nõ eum cui reſtituta erit hæreditas. Vt actiõis hypothecariæ partes ſingulas diligentius explicemus, primùm videamus, cuinam illa detur. Conſtat dari creditori, cui obligata pignori res fuit, eiúsve hæredi. Sed quid ſi ſint plures hæredes? Singulis datur in ſolidum. Eſt enim indiuiſa, & apertè reſcriptum eſt l. j. C. ſi vnus ex pluribus hæredibus, defuncto creditore multis relictis hæredib⁹, actionem quidem perſonalem inter eos ex l. 12. tabula. diuidi: pignus vero vnicuique in ſolidum teneri. Legẽ illam de diuiſione obligationis hæreditariæ copioſè expoſui in Commentariis ad 12. tabul. Sed nõne etiam diuidit dominium inter hæredes ipſius domini, vt ſinguli non niſi pro ſua parte rem vẽdicent? Diuidit. Cur igitur ſimiliter non dicimus, diuidi ius pignoris inter creditoris hypothecarij hæredes, præſertim cùm & principalis ipſa obligatio diuidatur? Cauſa hæc mihi eſſe videtur, quòd ius pignoris indiuiduum ſit, vt ius ſeruitutis. Dominiũ habet ſuper partes indiuiſas, Seruitus non habet: quia meri facti ſit. Ius pignoris, vt nõ diuidatur, præterea hoc habet, quod non principaliter aliquid & purè perſequatur, quod perpetuum propriúmque teneat creditor: ſed ſub alternatione quadã, & veluti ſub cõditione, atque etiam ad diem: hoc eſt, ſi non ſoluatur, & donec non ſoluatur, quod debetur. Indiuiſam pignoris cauſam eſſe ait Vlpianus, l. 65. de euiction. Quæ res in hoc tractatu ſæpè nobis eſt repetenda: nam latiſsimè patet. In propoſita certè quæſtione non temere id dici nunc intelligimus, éſtque ſingulariter obſeruandũ, indiuiſam illam eſſe tã ex parte creditoris agẽtis, quàm poſſeſſoris conuenti. hoc eſt, ſi ex parte ſim hæres creditoris: etſi principaliter non agam in ſolidum, tamen in ſolidum perſequor pignus. Peto enim vt poſſeſſor mihi cedat toto pignore, quod tenet: ſi quod mihi debetur, non ſoluat. Vel ſi quis poſsideat tantum partem rei obligatæ, nihilominus creditor agit in ſolidum: vt niſi ille poſſeſsione partis cedat, ſoluat creditori in ſolidũ. Porrò actio hypothecaria datur etiam ei, cui creditor nomen, ſuíve pignoris ius, pignori dederit. Et quidẽ qui nomen habet pignori, cùm habeat vtilem ad exigendum principalem actionem, habet & per conſequens hypothecariam, ſi qua acceſſit. Qui vero habet pignori pignus, ſolam hypothecariam. Denique qui in ius hypothecarij creditoris ſuccedit, non ſolùm ſi hæres ſit, ſed & ſi alia ratione hoc conſequatur, ſicuti & multis modis id acquiri poſſe poſtea oſtendam: non eſt dubium, ei quoque dari hypothecariam. Vbi nullũ pignus habet creditor, in res ſui debitoris nihil habet iuris, quo eas perſequatur. Itaque chirographariũ hypothecario cedere debere. dicimus Chirographarium, vt debitorem, ſic & creditorem vocant Iuriſconſulti, vbi perſonalis tantum eſt obligatio: Sed obſeruaui beneficio ſeparationis tamen fieri poſſe, vt chirographarius aliquando potior ſit hypothecario. Veluti ſi defuncto aliquid crediderim ſine pignore, hæres deinde alteri ſuo creditori rem hæreditariam pignori det. Ego ſi impetrauero ſeparationem bonorum defuncti, potior nihilominus ero, vtpote euerſo alterius pignore. l. prima §. ſciendum. de ſeparat. Sed videamus contra quem detur hypothecaria. Ac vno quidem verbo reſpondere poſſem, contra poſſeſſorem dari. Sed res longiorem explicationem requirit. Quid enim, ſi plures poſsideant, veluti plures hæredes debitoris? Certè, non quia hæredes ſunt, ſed quia rem obligatam poſsident, conueniuntur. Si non poſsident, aduerſus eos non intendetur hypothecaria. Si poſsident, ita tenentur, vt etiam ſinguli in ſolidum conueniantur. Non enim inter eos diuiditur hæc obligatio, quæ rei eſt, non perſonæ. Lex 12. Tabularum, inter hæredes debitoris diuidit hæreditarias obligationes perſonales, vt non teneantur niſi pro qua parte hæredes ſunt. Sed non diuidit hanc in rem actionem inter hæredes creditoris, ſic neque inter hæredes debitoris. Nam & ſi de dominio ageretur, ſolus teneretur vindicatione, qui poſsideret. Ius pignoris indiuiduum eſſe paulò ante dixi. Sed tam hic etiam indiuiſum eſt, vt qui ſolam rei obligatæ particulam poſsidet, non minus conueniatur hypothecaria, quam ſi totam poſsideret. Hic itaque non quæritur, quantum quis poſsideat, ſed an poſsideat. Vnde reſcriptum eſt l. ſecunda C. de hæred. act. ſi intercedit pignus vel hypotheca, non teneri hæredes pro portionibus hæreditariis, ſed poſſeſſorem obligatæ rei conueniri. Diocletianus Imperator id etiam magis explicat l. ſecunda C. ſi vnus ex pluribus hæredib. Ait, actionem quidem perſonalem inter hæredes pro portionibus ſcindi: pignoris autem iure multis obligatis rebus, quas diuerſi poſsident, cùm eius vindicatio non perſonam obliget, ſed rem ſequatur: eos qui poſsident, nõ pro modo ſingularum rerum quas poſsident, conueniri, ſed in ſolidum, vt uel totum debitum reddat: vel eo, quod detinent, cedant. Sed hic obſeruandi ſunt duo ſingulares caſus, vbi actionis hypothecariæ vis nonnihil infringitur, quorum & anteà mẽtionem feciſſe me memini. Legatario tacitè obligantur res hæreditariæ. Sed hæc hypotheca diuidua eſt, diuiditurque inter hæredes rerum illarum poſſeſſores, vt non niſi pro qua parte hæredes ſunt, hypothecaria, ſicuti & principali actione conueniantur. l. prima. C. commu. de leg. Si ciuitas mutuam pecuniam dederit, debitoris bona ſaltem in ſubſidium obligantur. Sed hæc ſubſidiaria hypotheca diuiditur, vt eorũ bonorum poſſeſſores non teneantur, niſi pro qua parte poſsident. l. 2. C. de debi. ciui. Porrò eſt & vbi poſſeſſor rei obligatæ nullo modo cõuenitur. Nã ſi eã emerit ab hærede qui & inuentarij iure vtitur, & rem hæreditariam vendidit, ſecurus eſt. l. vlt. §. ſine autẽ. C. de iure delib. Non adiiciam, cum qui rem emit, creditore venditioni conſentiente, etiam non teneri. Tum enim potius dicendum eſt, nullum eſſe pignus, quia remiſſum intelligatur. l. ſi eo tempore. C. de remiſ. pign. Sed dicam, eũ qui abs creditore hypothecario priori emit, ab ſecundo non conueniri, à quo neque prior ille conueniretur. l. j. C. ſi antiq. credi. pigno. vend. l. 12. §. ſciendum. qui pot. in pign. Poſtremo addam, quod reſponſum eſt l. 15. §. ſi qua. de damno infecto. ſi quis iuſſus ſit poſsidere: quia damni infecti non caueretur, hoc eſt, neque debitor repromitteret, neque creditor ſatiſdaret, pignoris perſecutionem denegari qui potiores in pignore habeãt. ſuo poſtea loco dicam. Proximum eſt, vt videamus, an creditor poſsit relicto reo principali, agare hypothecaria, & impetere ſtatim poſſeſſorem. Certè Iuriſconſulti olim hoc illi liberum eſſe voluerunt. Nam & Scæuola meminit creditoris hypothecarij, qui cum poſſet debitoris hæredes idoneos cõuenire, ad fundũ tamen venit. l. 19. qui pot. in pig. Paulus ſingularem quendã caſum excipere videtur. Quædã (inquit,) Moſchis fiſci debitrix ea conductione vectiga-

lis,heredes habuerat,à quibus poſt aditam hæreditatem Faria Semilla,& alij prædia emerant.Cùm conuenirentur propter Moſcidis reliqua,dicebant & hæredes Moſcidis idoneos eſſe,& multos alios ex iiſdẽ bonis emiſſe. Aequum putauit Imperator noſter prius hæredes conueniri debere:deinde in reliquum, poſſeſſorem omnem,atque ita pronuntiauit. Hæc Paulus. Vnde intelligimus,hypothecam fiſci veluti ſubſidiariam eſſe.Quòd emptor cauſabatur multos alios emiſſe,vt ſaltem diuideret hypothecariã actionem, non videtur admiſſum fuiſſe. Nam indiuiſam eſſe pignoris cauſam,conſtat.Sed quod ad differendam hypothecariam actionem obiiciebat, prius conueniendos eſſe reos principales,æquis auribus exceptum eſt.Hoc verò exemplo Iuſtinianus videtur & de omnibus hypothecis,ſicuti & de fideiuſſoribus,idem ſtatuiſſe, Nou. conſtit ut.quarta.An poſsit fideiuſſor ante reum conueniri,dubitatum olim fuiſſe,ipſe quoque Cicero ſignificat,libro 16.ad Atticum.vbi de Dolabella & eius ſponſoribus loquitur.Poſſe tamen,Iuriſconſulti poſtea conſtanter reſponderunt,& Cęſares reſcripſerunt. l.Iure.l.alienam.C.de fideiuſ.Iuſtinianus ita demum id admiſit, ſi reus abſens eſſet: Si adeſſet, voluit hunc prius excuti,vt ſi non ſoluendo eſſet, tunc fideiuſſor conueniretur.Quandiu autem duret actio hypothecaria,poſtea dicemus,cùm quæretur, cuius temporis præſcriptione tolli poſsit.Certè durat diutius, quàm vindicationes dominorum.interdum etiam diutius, quàm actiones in perſonam.vbi actioni hypothecarię nihil obiicitur,& ea rectè intenditur, ecquæ tandem eius vis & victoria eſt?Vlpianus l.trigeſimaſexta. De noxali action.ait,poſſe Seruiana rem auocari à poſſeſſore etiam domino.Ius ſeruitutis etſi dominum interturbet in rei ſuæ vſu,tamen poſſeſſorem eum eſſe patitur.Sed ius pignoris poſſeſsionem illi totam veluti eripuit:& propterea plus quippiã quàm ſeruitus detrahere domino videtur. Quod & ſupra notaui:& inde conſequi dixi,quo reſponſum eſt.l.66.§.fundo, de leg. 2.Certè dicitur res euinci non ſolum ſi dominus eam vindicet,ſed & ſi hypothecarius creditor auferat.l.j. §.ſi hæres.Ad Trebellia.l.65.de euict.túncq; etiã committitur actio de euictione,& ſtipulatio duplæ.l.34.§. vltim.de euict.Sed meminerimus interea,quòd Papinianus ait,hac actione hypothecaria nudam tantum poſſeſsionem auocari,l.66.de euic.Nudam vocat,quę & euicta manet nuda atque ſola. Cùm dominus rem ſuam vindicat,poſſeſsionem etiam auocat : verum ea tunc coniungitur cum dominio. Sed & fructuarius cùm rem vindicat,poſſeſsionem petit:verum eam conſecutus,nudam non habet. Vtitur enim & fruitur. Creditoris vero hypothecarij nulla eſt talis poſſeſsio. Interea tamẽ vt fundum obligatum, ſic & ſeruitutem ei debitam ſuo iure vindicat:& ne ei vicinus noceat, rectè nuntiat nouum opus. Nam & creditoris intereſt,conſeruari & augeri potius,quàm imminui rem pignoratam. Quod tamen dixi de vindicatione ſeruitutis,& nuntiatione noui operis, opus habet maiori explicatione.Ei,cui fundus pignori obligatus ſit,dari vtilem ſeruitutis vindicationem vel petitionem, Iulianus ſcripſit.l.decimaſexta.de ſeruitutib.l. vnica.ad fin.de remiſ.Exiſtimauerat idem Iulianus, eandem & fructuario dari.Sed magis placuit ſententia aliter exiſtimantium,l.Si vſufruc.peta.Hic itaque hypothecario creditori plus tribuitur,quàm fructuario:quaſi ad dominij cauſam propius accedat,& eius magis interſit.Qui ſeruitutem vindicare poteſt,poteſt & nouum opus nuntiare.Iulianus itaque & creditori pignoratitia & fructuario hanc nuntiationem dedit.l.9.de operis noui nuutiatione.l.vnica.de remiſ.Sed vt ſuperior in creditore fuit recepta hęc illius ſentẽtia,in fructuario repudiata.l.j.ad fin.de ope.no.nunt.Quæ & qualis ſit poſſeſsio creditoris pignus tenẽtis,& quę eius poſſeſsionis vtilitas ſit,dicam paulò poſt.Nunc illud dicendum eſt,qualiſcunq; tandẽ ea ſit,tamẽ creditorem iure pignoris nõ tam præfractè eam petere, quàm ſub quadam veluti conditione, aut alternatione. Diocletianus Imp.quaſi cõciperet formulam hypothecariã, ait,hoc peti, vt poſſeſſor vel totum debitum reddat, vel eo quod detinet,cedat,l.2.C.ſi vnus ex pluri.hære. Ergo creditor rem ita petere,ſi poſſeſſor nolit ſoluere, videtur & poſſeſſori liberum eſſe,ſi ſoluere malit,non cedere creditori.Nam etſi non poſſideret, tamen offerendo quod debetur, infringit totum ius pignoris. Sed magna quæſtio eſt,quid ſtatuendum ſit,ſi hic poſſeſſor,offerẽs creditori quod debetur,petat etiam ius pignoris ſibi cedi?Scæuola l.19.qui potiores in pigno. reſpondit iuſtum poſſeſſorem creditori, quod debetur,offerentem,non iniuſtè poſtulare ius etiam nominis ipſius ſibi cedi. Si hoc nomen habeat adiunctum ius pignoris,& illud ſimul transferri dubium non eſt. Verum adhuc quæritur,quisnam ille iuſtus poſſeſſor ſit?An bonę fidei emptor,an alius etiam chirographarius creditor?Illud certum eſt,non omnibus rei obligatæ poſſeſſoribus creditori debitum offerentibus cedẽdum eſſe aut ius nominis,aut ius pignoris. Omnibus tamẽ licet tali obligatione repellere agentẽ creditorem,eiúſque etiam hypòthecam diſſoluere. Itaque Paulus ait,creditores à vindicatione rei,quam pignoris iure perſequuntur,remoueri ſolere,ſi qualiſcunque poſſeſſor offerre debitũ velit.Neque enim debere quæri de iure poſſeſſoris,cùm ius petitionis remoueatur ſoluto pignore.l.12.§.vltim.Quibus mod.pign.vel hypo. ſol.Verum etſi ſoluenti,pignusq; liberanti, propterea non detur in eandem rem ius pignoris,aliquod tamen ius retentionis datur.l.j.quibus mod.pign.vel hypot. ſol.quod & ſuprà notaui.Sed vt exitum& excuſsionem actionis hypothecariæ ſemel finiamus, repetẽdum eſt eſt quod Martianus docet l.16.de pign.Ait,in vindicatione pignoris quæri,an is cum quo actum eſt, poſsideat rem de qua eſt actum.Si nõ poſsideat,nec dolo fecerit,quominꝰ poſsideat,abſolui debere:Si poſsideat, & aut pecuniam ſoluat,aut rem reſtituat,æquè abſoluendum eſſe.Si neutrum horum faciat,condemnationem ſequi.Sed & ſi dolo deſiit poſsidere,proptereaque rem reſtituere non poſsit:condemnari,quanti actor in litem iurauerit,ſicut in cæteris in rem actionibus.Sed & ſi reſtituere poſsit,nec velit,in litem iurari propter talem cõtumaciam exiſtimo,exemplo aliarum in rem actionum.Martianus tamen ait,ſi pluris condemnatus ſit debitor non reſtituendo pignus,quam computatio ſortis & vſurarum faciebat,& poſteà ſoluere velit,quãtum debebat,audiri,vt id ſoluendo hypothecam liberet.Hic itaque non valdè vrgetur re iudicata:ſed ex æquo & bono habetur eo loco,in quo ante condemnationem erat,quanquam ſummo iure res iudicata nouã actionem daret.Verùm etſi ſimplex fuerit condemnatio rei reſtituendę,creditoris hypothecaria actio non nouatur. Inquit idem Martianus: Creditor hypothecam ſibi per ſententiam adiudicatam, quẽadmodũ habiturus ſit,quæritur.nam dominium eius vindicare non poteſt.Sed hypothecaria agere poteſt: & ſi exceptio obiiciatur à poſſeſſore rei iudicatæ,replicet, Si ſecundum me iudicatum non eſt.

## Qualis ſit poſſeſsio creditoris pignus tenentis. Cap.15.

AGE verò,conſecutus eſt rem creditor iure pignoris,eáque tenet & poſsidet:quid tum?Dixi anteà ex Papiniano,nudam eſſe hanc poſſeſsionẽ.Nõ eſt tamẽ inutilis. Dicere poſsẽ,naturalẽ magis quã ciuilẽ eſſe:vel potiꝰ,eſſe corporis magis quã animi.Sed Iuriſcõſulti variè appellãt poſſeſsionẽ corporalẽ,naturalẽ ciuilem, & propterea confuſe & obſcure loqui videntur.Fructuarium poſsidere,& non poſsidere, dicunt. l.6.& 12.de acquir. poſſeſſ.Non poſsidet animo domini,ſed corporaliter tamen poſsidet:& ita rem tenet,vt etiam commoda & fructus poſſeſsionis conſequatur tãquam dominus.Dicíque & naturalis & ciuilis eius poſſeſsio poteſt · quæ & corporalis & iuſta & ipſi vtilis eſt.Creditor corporaliter primum pignus tenet,& naturaliter & denique ciuiliter poſsidet: quia iure id habet,non tamen tãquam dominus, neque animo aut nomine domini : ſed non inutiliter tamen, non quòd vtatur fruatur vt fructuarius, ſed quod tamen huius ſuæ poſſeſsionis quædam commoda conſequatur.Agamus apertius & explicatius.Satis conſtat, non eſſe inanem pignoris perſecutionem.Quę vtilitas ſit,videamus.Principio communis regula dicta,tutius ſemper eſſe rei incumbere,quàm actionem habere. Et qui pignus poſsidet, non metuit illam interea præſcriptionem temporis, quæ hypothecariæ actionis obiici dicitur & opponi .Deinde ſæpe in pari cauſa creditorũ, melior eſt poſsidentis conditio, l.10. de pig.l.14. Qui pot. in pig. Certè poſsidenti facilius dari retentionẽ, vbi actio etiam non daretur, ſuperius oſtendi. Denique ſi rem pignoratam vendere velit,& venditam ( vt fieri ſolet)tradere,qui poterit, ſi eam ipſe non habet? Sed & ea eſt creditoris pignus tenentis poſſeſsio,vt actione in rem veluti vindicatione, aut ad exhibẽdum recte conueniatur,ſi alius agat, quam qui pignori dedit. Si tamen in tali vindicatione condemnetur creditor poſsidens, debitoris dominio non nocebit res iudicata.l.ſæpe.de re iudic.Denique talis eſt hæc poſſeſsio, vt etiam aduerſus dominũ debitorem creditor furti agere poſsit,ſi rem ille ſuam ſurripiat.Saltẽ enim furtum facit naturalis & alienæ poſſeſsionis. Sed res tamen propterea nõ tam fit furtiua, quin vſucapi poſſit.Immo vero etſi debitor dominus non eſſet,ſed fortaſse fuiſſet rei poſſeſſor bonæ fidei,& rem pignori datam ſubtraxiſſet atque vendidiſſet,furtum quidem facit:ſed res ita furtiua non eſt,quin ab emptore vſucapiatur. nam & hic debitor pro domino eſt:& cum res in eius poteſtatem peruenit,vt deſinat furtiua eſſe, & deinde vſucapi poſsit, videtur in poteſtatem domini reuerſa:quaſi hic qui furtum facit,alia ratione furti vitium tollat.Certe non eſt neceſse, vt in creditoris poteſtatem res reuertatur. l.4.§. ſi rem pignori. de vſurpat.l.ſi rem.pro empt. Quanquam ea de re olim dubitatum ſit,cum alioqui dubium nunquam fuerit, quin ſi in creditoris poteſtatem reuerſa ſit, multo magis deſinat eſſe furtiua,& poſsit vſucapi. l.vlt. de vſurpat. Sed quid eſt,quòd Philip.Imp. reſcripſit l.6.C. de vſucap.pro empt.rem pignori obligatam, & poſtea à debitore diſtractam, non poſſe quaſi furtiuam vſucapi? Id,qui ſubtiliores ſunt,dictum accipiunt, vbi rem creditor non tenebat. Quid igitur? an tunc multò magis furtum facit debitor ? & quale tãdem hoc furtum eſt? Certe hic quoque furtũ poſſeſsionis eſſe potuit. Quid enim ſi creditor rem illã debitori locauerat, aut precario dederat?Certe etſi non teneat, poſsidere tamen tunc per debitorem, vt per conductorem aut colonũ, intelligitur.l.37.de acq.poſ.l.33.§.vlt. de vſurp. Sed cur ſaltem,non cenſetur hic purgatum furti vitium, vt in caſu ſuperiori? Quia poſtquam eſt cõtractum, non eſt reuerſa in domini poteſtatẽ.Immo verò cùm res tranſferretur in alium, primum eſt contractum furti vitiũ. Iam illud obſeruandum eſt,vt hic creditor per debitorem tanquam per conductorem intelligitur poſsidere ſic ediuerſo debitorem per creditorem pignus tenentem,multò magis poſsidere vt vſucapia.Iulianus. leg. 36.de acq.poſ.ait,eum qui pignoris cauſa fundum tradidit,intelligi poſsidere,neque creditoris poſſeſsione impediri vſucapionẽ.Immò verò ad vſucapionis cauſam videtur debitor adhuc poſsidere rẽ alioqui corporaliter datam pignori,vt Paulus ait l.j.§.per ſeruum corporaliter.de acquir.poſſ.Certè creditor cum animo domini non poſsideat,ſed alieno potius nomine, ſi poſsidet,ſibi non propriè neque omnimodo poſsidet.Itaque & Paulus:Rem,inquit, pignori acceptam, quia pro alieno prorſus poſsidemus,non vſucapimus, l.13.de vſurpa.Vſucapiunt autem,qui eam nobis pignori dederunt:quia per nos,vt per conductores aut commodatarios,adhuc poſsidere videntur.Paulus dict.§. per ſeruum.ait ad hanc vnam vſucapionis cauſam debitorem poſsidere,hic intelligi, ſicuti & Iauolenus l. 16.de vſurpa.ait,eum qui pignori dedit, ad vſucapionem tantum poſsidere:quantum verò ad reliquas omnes cauſas pertinet,eũ qui accepit,poſsidere.Ne quis hic fallatur,quænam hæ cauſæ ſint,anteà notaui.Certè,quòd ad cauſam dominij pertinet,nullo modo poſſidere intelligitur,qui rem pignori tenet.Et vt non poteſt vſucapere,ſic neq; vti Publiciana. Caius ait,iuſtas quidem eſſe pignoratitias & precarias poſſeſsiones, ſed ex iis tamẽ nõ competere Publicianã actionẽ:quia neq; creditor,neq; is qui precario rogauit, eo animo nãciſcatur poſſeſsionẽ,vt credat ſe dominũ eſſe.l.13.§. j.de publ.in rẽ actio.Nõ diſsimili rõne Paul.probat,noxali actione nõ teneri eum qui pignori ſeruũ accepit, vel precario rogauit,ſed dominũ,in cuius adhuc poteſtate ſeruus eſſe intelligitur,ſicuti & ſi depoſitus aut cõmodatus eſſet.Licet enim(inquit)iuſte poſsideant, non tamen opinione domini poſsident.l.22.§.j.de noxa.act.Denique cùm receptum eſſet,poſſeſſores rerum immobilium non cõpelli ſatiſdare iudicio ſiſti, adiectum eſt,creditorem qui pignus accepit, poſſeſſorem non eſſe, tametſi poſſeſsionem habeat.l. 15.§.creditor. Qui ſatiſda.cog.Quid igitur?Ipſe dominus,qui pignori dedit,in eo adhuc caſu ꝓ poſſeſſore habetur,vt non ſatiſdet.Porro adeo nuda eſt poſſeſsio creditoris pignus poſsidentis,vt nullo modo poſsit vti pignore,& ſi vtatur,furti teneatur.l.56.de furt.Et tamen in re adſeruanda non ſolum præſtat dolum,ſed & culpam. Poteſt rem ſibi obligatam locare.l.23.de pign.Sed merces erit domini,ſicuti & fructus omnes pignoris,non creditoris ſunt,de eius qui pignori dedit, ſiue dominus rei ſit,ſiue poſſeſſor bonæ fidei.

## De antichreſi. Cap.16.

FIT tamen aliquãdo,vt maior vtilitas pignoris ſit,& creditor rem obligatã nõ ſolum teneat,ſed & proprie vt fructuarius poſsideat,hoc eſt,ea fruatur.Non fit hoc quidem ex natura pignoris,ſed fieri poteſt ex conuentione & pacto,neq; propter huius vtilitatis acceſsionẽ pignus eſſe deſinit.Iuriſconſulti appellant ἀντίχρησιν, nempe cùm conuenit,vt pecunia debitor vtatur fruatur,& creditor loco vſurarũ percipiat fructus pignoris,eóque interea ſimiliter vtatur fruatur. Papinianus l.j.§.pacto.de pig.meminit cuiuſdã pacti,quo placuit, vt creditor fructus hypothecarum,vſuris compenſaret fini legitimæ vſuræ,talémque conuentionẽ vtilem eſſe ait. Modeſtinus quoque mentionem facit ſimilis conuentionis,vt creditor pignus in pecuniæ ſuæ compenſationem certo tempore poſsideat,& fructum capiat.l.39.de pig.act. Denique Paulus meminit pignoris,quod in vſu creditoris eſt,voluntate debitoris.l.9. §.vlt.de ſupel.leg.Sed & in reſcriptis principum legimus,interdum poſſeſsionem ea lege creditori obligari,vt fructus inuicem vſurarum conſequatur. Item, pecuniam ea pactione mutuo dari,vt vice vſurarũ creditor domum debitoris inhabitaret. l.ſi ea lege.l.ſi ea pactione.C.de vſuris.Martianus,ſcribens de formula hypothecaria,duobus locis hanc pignoris conuentionem appellant ἀντίχρησιν. l.11.§.primo.De pign.l.ſi pecuniam.de pig.act.& pignus nihilominus dici poſſe ait, & hypothecariã actionem cõpetere,& ſoluto debito,

pignoratitiam actionem:videturq; ἀντίχρησιν etiam deſcribere,cum ait ita dici,vbi creditor retinet poſſeſsionem , donec illi pecunia ſoluatur,& in vſuras interea fructus percipit.Non eſt abſurdum , vt vſura alterius rei ſit & generis,quàm ſors ipſa.Sed multo erit fortior ratio ἀντιχρήσεως,ſi ad modum & ( vt Papinianus loquitur) finem legitimæ vſuræ reuocetur.Quid enim alioqui,ſi cum centum aureos mihi mutuo dederis, fundum pignori acceperis, qui quotannis ſolebat fructum viginti aureorum reddere? Certe iniuſta eſſe ἀντίχρησις, & in fraudem legitimæ vſuræ contracta videri poſſet.Quanquam propter incertum fructum leges patiantur,vt ſi fortè fructus excedant modum vſurarum,nihilominus creditor eos habeat,tanquam periculi pretium,cũ etſi minus fructuum naſceretur, eo tamen contentus eſſe deberet.l.ſi ea lege.C.de vſuris. Sane Cicero ſecunda ſua in Catilina oratione quoſdam Catilinarios reprehendit,qui cum in magno ęre alieno eſſent, ſed maiores tamen poſſeſsiones haberent, nihil ex eis vẽdere volebant, quo ſe liberarent, ſed errarent cum vſuris ( vt ait)fructibus prædiorum. Hoc ſtultiſsimum fuiſſe ait. Si fructus prædiorum multo maiores eſſe ſoleant fœnore debito, ſtulta eſt ἀντίχρησις.Sed alioqui nõ eſt iniqua.Cæterũ certas vſuras promittere,& in ſolutum fructus ita dare,vt quod ſupereſt fœnoris,etiam ſoluatur , vel ſequentium annorum fructus ſemper oneret, hoc verò ſtultiſsimum eſt.Illud poſtremò eſt memorabile.quod obſeruaui in Iuſtiniani Nou.conſti.120.partim eſſe pignus merum & ſimplex,partim ἀντίχρησιν ,Iubet Iuſtinianus , vt domus eccleſiaſtica debitis obnoxia,cum alioqui ex mobilibus rebus Eccleſię diſſolui æs alienum non poteſt, ita creditori detur pignori,vt fructus partim imputet in ſortem,quæ debetur,partim in vſuras,ſed quadrantes tantum.

## De pignorum lege commiſſoria.Cap.17.

IVS & vtilitas pignoris augetur,vt dixi,pacto & conuẽtione ἀντιχρήσεως.Sed vt etiam dominium occupet captioſa aliqua conditione,ferẽdum temere non eſt.Dixi anteà,pignus ſæpè appellari fiduciam, cùm ea lege detur,vt debito ſoluto reſtituatur.Nihil eſt captionis in ea fiduciaria pignoratiõe. Sed ſi creditor paciſcatur,vt ſi ad diem pecunia non ſoluatur,fiducia illa deſinat,& pignoratio pro mancipatione ſit,hoc eſt, res ſit creditoris pro eo quod debetur,non eſt obſcura in tali pactione captio.Legem aut conuentionem cõmiſſoriam ſæpè Iuriſconſulti vocant,cùm rem ea conditione tibi vẽdo atque trado,vt ſi intra certum diem precium non ſoluas,res ſit inempta,eámque mihi reſtituas.Hæc dici etiam poſſet quædam fiduciaria mancipatio,vt veteres loquebantur.Noſtri,vt dixi,vocãt pactionem commiſſoriam.Impe.Alexan.vocat commiſſoriam venditionem.l.4.C.de pact.int.emp.& ven.Nam committendi verbo vtuntur,quoties quid alicui adimitur,& alteri datur:quia quippiam vel factum nõ ſit, quod debuit:vel factum,quod non debuit.Sed & committit conditionem dicunt,cùm euenit. Hanc autem ſiue legem ſiue conditionem venditionis,Si ad diẽ precium non ſolueris,rem vt inemptam reſtitues;tolerãt. Fatentur aliquandò eſſe odioſam l.Aemilius.de mino. Sed iniquam non eſſe putant,neque certè captioſa eſt. Nam & ediuerſo emptor ita paciſci poteſt: Si ad diem non tradideris fundum venditum,tua domus eius loco mihi empta eſto.l.ſecunda C.de pact.pignor . Eſt enim hæc principalis quædam conuentio legitimæ cuiuſdam veluti permutationis,ſub conditione contracta:vt fundus purè,domus ſub conditione vendi intelligatur.Sed ſi creditor pignus ea lege accipiat,vt ſi ad diẽ pecunia non ſoluatur,ſuũ id faciat,propriumq; habeat,iniquam & captioſam pactionem eſſe dicimus, qua pro pignore dominium quæratur: vocamúſque commiſſoriam,neque patimur tali commiſſo tolli fiduciam,hoc eſt,pignus fieri creditoris.Paulus libr.2. ſentent.cùm titulum propoſuiſſet de lege commiſſoria,non niſi de fiducia & pignore tractat.Fortaſsis fiduciam appellat,cùm pignus ea lege datur,vt ſi ad diẽ pecunia ſoluatur,lui poſsit,poſtea nõ poſsit. Poſſétq; etiam dici talis conuentio,lex commiſſoria. Certe aliquàm legem commiſſoriam in pignoribus receptam fuiſſe,Paulus eo loco ſignificat,& ex Iſidor.colligi poteſt.Et vero Cicer.lib.13.Epiſto.ad Att.& in Orat. pro Flac.commiſſam fidutiam dicit. Sed vt ingenue loquar,quid hic veteres ſenſerint,obſcurum eſt. Conſtantini hæc conſtitutio eſt. Quoniam inter alias captiones commiſſoriæ pignorum legis creſcit aſperitas,placet infirmari eam.l.vlti.C.de pact.pignor.Nos hoc conſtitui interpretamur, vbi conuentio ita cõcepta eſt,vt ſi ad diem pecunia non ſoluatur, pignus ſit creditoris. Certe talis lex commiſſoria eſt captioſa,cùm & debitor rem ſuam amittat præter ſpem, nec eam iuſto pretio vendat , ſed pro debito cogatur veluti in ſolutum dare. Quid igitur? Iuriſconſulti ante Conſtantinum tale pactum non improbauerant ?Non exiſtimo probaſſe.Sed obſcurè,quid hic ſentirent, ſignificarant,& interea creditores abutebantur eorum veluti patientia. Sanè cùm ſtipulanti vxori vir ſpondiſſet, dirempto matrimonio, prædia , quæ doti erant obligata, inſolutum dare , reſpondit Vlpianus, viro nihilominus integrum eſſe,dotis quantitatem offerre,& prædia ſua liberare atque retinere l.45.de ſolu.Rectè ſane poteſt maritus ea prædia vxori vendere iuſto pretio,ſicuti idem Vlpia.fatetur.l.7.§.ſi vxor.de do.inter vir.& vxo.Sed iniquum eſſet,eum cogi in ſolutum pro dote ea dare,cùm & pignus ſoleat eſſe maius debito,& iniquum etiam multo magis fuerit,talẽ obligationem deſcendere ex hac conuentione, Si ad diem pecunia debita non ſoluatur. Rectè ſanè pignus in ſolutũ dari purè poteſt,cùm ita placet debitori atque creditori.l.ſi prædium.C.de euiction.l.j.C.de pignor. Nam & rem pignoratam,ſi velit,poteſt debitor donare creditori.Poteſt & pure vendere,neq; integrũ poſtea erit,venditionem reſcindere, etſi offerat quod antea debebat.l.34.de pigno.act.Sed & ſub hac conditione,Si ad diem non ſoluat debitum,poteſt vendere, modò iuſti tũc pretij ratio habeatur. Captioſa vero ea conditio eſt, cum ſub ea pignus in ſolutum daretur.Martianus l.16.§.vltim.de pign.Poteſt(inquit) ita fieri pignoris datio,vt ſi intra certum tempus non ſit ſoluta pecunia, iure emptionis poſsideat rem iuſto pretio tunc æſtimandam.Hoc enim caſu videtur quodammodo conditionalis eſſe venditio. Hanc venditionem obſeruemus iuſtam etiam eſſe,neq; temere in ea fieri mentionem iuſti pretij.Scæuola l.vlti.de contrahen.emp.meminit debitoris cũ ſuo fideiuſſore,qui pignus alioqui nõ rectè ſibi emeret à creditore, paciſcentis ſub tali conditione,vt pignus emptum habeat. Sed intelligamus emptum iuſto pretio , non etiam ea pecunia,quam creditori ſoluerit debitoris pignoríſque liberandi cauſa. Illud ergo dicimus,creditorem poſſe fieri dominum pignoris,ſi iuſte & ſine captione id emat.Eum poſſe abs debitore pignus emere,ſimpliciter reſcriptum eſt.l.reſcriptum.de diſtractio.pigno. Sed etſi executor pignus in cauſam iudicati captum vendat, creditor vt alius quiuis ad licitationem admittetur.l.ſecunda.C.ſi in cauſ.iudic.pign.quanquam ſi ipſe vendat,ſibi vendere non poſsit, ac ne quidẽ per ſuppoſitam perſonam emere.l.ei qui.C.de diſtractio. pignor.

## De diſtractione pignorum, Cap.18.

Locus



LOCVS nũc poſtulat ,vt de diſtract.pig. videamus. Nam & hoc pręcipuum ius eſt hypothecarij creditoris, & cùm rem pignori obligatam vendit, dicitur ius ſuum exequi.l.7.§.j.de reb.eor.Et iure creditoris,legéque pignoris vendere, cùm ita vendit.l.10. de diſtract.pigno.l.59.§.creditor.mand.Primum ergo hic agemus de creditore,deinde de debitore pignus vendente.Ac creditor quidem interdum non tam rem ipſam vendit,quàm ius ſuum ſicuti & ius pignoris poteſt pignori dare,& ipſum principale nomen etiam vendere.Quod vbi fit,emptor rem non conſequetur.vt dominus eius fiat,neque tanquam ſuam vindicabit, ſed tantum hypothecaria actione perſequetur vt obligatam. Verum poteſt etiam creditor ipſam rem alienam quidem,ſed ſibi obligatam,vendere.Quid quantumq; interſit inter hanc & ſuperiorem vẽditionem,paulo poſt latius dicam.Certé tantum,quantum inter rem ipſam & ius pignoris intereſt.Nunc illud tantum dico,facultatem rei quoque diſtrahendæ creditori dari : dependetq; etiam hæc poteſtas,& deſcendit ex iure pignoris,vt huius quoque acceſsio quædam videri poſsit. Certê cùm Papinianus negare vellet rem pignori obligatam fuiſſe alicui,dixit hunc fruſtra rem diſtrahere. l.j.§.j.de pig.Et ediuerſo,ex pacto rei diſtrahendæ colligit,tanquam antecedens,rem pignori obligatam eſſe.l.3.§.vlt.qui pot.in pig.Adeo ius hoc diſtrahendi,cũ iure pignoris cõiunctum eſt.Itaque & cùm Prætor ex cauſa permittit rem pupillarem obligari,ſimul intelligitur creditori ius deinde vendendæ eius rei dare:neque in eius alienatione nouo Prætoris decreto eſt opus.l.7.§.j.de reb.eor.qui ſub tut.Sanè quòd attinet ad pignus illud Prætorium,quod in cauſam iudicati capitur iuſſu magiſtratus,non poteſt ipſe creditor priuatim id vendere:ſed ab ipſo executore,eiuſdem Prætoris mandato,publicè diſtrahitur.l.2.C.fin.in cau.iudi. Verum alia pignorum genera creditor iure ſuo vẽdit. Ac moris quidem fuit,vt in contrahendo pignore nominatim quoque paciſceretur de eius vendendi poteſtate,ſi ad diem pecunia non ſolueretur.Itaque & Impera.Alexander,pactum hoc vulgare fuiſſe ait l.4.C. de pigno.act.Nec diſsimilis conuentio extat apud Demoſthe. περὶ ἐλαίου. Verùm etſi nominatim hoc non conuenerit,tamen pro conuento habetur,& pignoris iure iucluditur.Immò verò etſi expreſsim conueniſſet,ne creditor pignus venderet, tamen ſubeſt tacita veluti conditio,ſi debitor interpellatus ſoluat : ſicuti & cum pactus eſt locator,non expellere conductorem.Et profecto nulla ꝓpe vtilitas pignoris eſſet,ſi creditor ſemper id ſeruare debitori teneretur:nec vnquam detrahere,vt debitum conſequeretur,poſſet. Quid igitur? Et ſi tale pactum interuenerit,tamẽ Vlpianus pignus vẽdi poſſe ſignificat,ſi ter interpellatus debitor in mora ſit.l.4.§.vlt.de pigno.action. Quo etiam loco,cùm dixiſſet creditorem furti obligari,ſi vendat,cùm conuenit,ne venderet,addit hanc conditionem atque exceptionem,niſi debitori ter fuerit denuntiatum.Vnde intelligi poteſt,quomodo ſit accipiendum, quod alio loco ſimpliciter dixit,furti eum teneri ſi vendat.l.75.de furtis. Cæterum Iuſtinianus etiam adiecit,poſt triplicem illam denuntiationem,expectandum eſſe biennium.l.vltima.§.ſancimus.C.de iure domin.imperat. Sanè & cum ſoluendæ pecuniæ dies pacto confertur (inquit Papinianus) conueniſſe videtur,ne prius vendendi pignoris poteſtas exerceatur.l.4.de diſtra.pign. Conferri dixit,pro Differri. Sic & vbi dies ſoluendæ ſortis, nouo pacto profertur atque diffunditur , dictũ in Papiniani auditorio fuit,dilatam quoq; videri diẽ vſurarum committendarum.l.lecta.ff.ſi certũ. pet.Sed vbi debitor in mora eſt,creditor,qui pignus perſequi poteſt,poteſt id etiam vendere:quanquam rurſus iubeatur,cum venditurus eſt, illud ipſum de venditione,debitori denuntiare,& omnia bona fide agere.l.4. C de diſtractio.pigno.Impediri vero quo minus vendat,nulla vel appellatione,vel denuntiatione, vel pœnæ comminatione , vel teſtamentaria denique interceſsione aut debitoris,aut alterius creditoris, poteſt. l.j.& 2.C.de debit.vend.pig.imp.non poſ.l.vlti.§.vlti. de appela.recip.Vna eſt ratio impediendæ huius venditionis,ſi quod creditori debetur,in ſolidum offeratur.Sed alioqui ſi ſummo iure agere is velit,poteſt pro minima etiam debiti parte reliqua,rem pignori obligatam totam diſtrahere:& ex multis etiam deligere, quam vendere potiſsimum velit.l.8.de diſtraction.pigno.Id vero,quia durum videri poſſet,paulò diligentius excutiamus. Dixi antea,indiuiduam eſſe pignoris cauſam ex vtraque parte;hoc eſt,etſi mihi pars tantum debeatur,veluti ſi pro parte ſim hæres creditoris ex multis vnus,vel tu partem ſolum aliquam rei obligatæ poſsideas:tamen ſic inſolidum agi,vt & qui rem integrã poſsidet,ea mihi cedere tota debeat,niſi quod mihi debetur perſoluat:& tu,qui partem tantum poſsides,ab eo cui debetur,ſolidum conueniaris, perinde atque ſi etiam poſsideres totum pignus. Iam vero qualis eſt perſecutio pignoris , talis & diſtractio eſſe ſolet,& hanc cum illa coniungere ſolemus. Vbi igitur poſſum perſequi totum pignus,poſſum & vendere totum. Nam etſi plus ex pretio conſequar, quàm mihi debeatur,quod ſuperfluum eſt,debitori reddam:ſicuti ſi minus conſecutus eſſem,reliquum nihilominus ab eo peterem.l.tertia.C.de diſtractio.pignor. Sed ſi plures ſint res pignori obligatæ,an æque potero vniuerſas & perſequi & diſtrahere?Certè ſi mea interſit, non eſt dubium me poſſe.Si vna poteſt mihi ſatisfacere,iniquum eſſet omnes diſtrahi.Quid igitur,an ſaltẽ deligere poſſum,quam puto commodius mihi eſſe vt vendam?Dixi,me poſſe.& Modeſtinus hoc dixit.l.8.de diſtraction.pigno,Sed & interdum ne perſequi omnes quidem poſſem.Nam ſi vnam aliquam rem tuam ſpecialiter mihi obliges,& deinde generaliter omnia bona tua,ſi ex illa vna poſſum conſequi vniuerſum debitum,reliqua auferre non poſſum.l.ſecunda.C.de pign. Porro non ſolum priores, ſed & poſteriores creditores poſſunt pignus vendere. Nam vt illis ceſſantibus, hi rem perſequi non prohibentur:ita,quam conſecuti ſunt,vendere poterunt,ſine illorum tamẽ fraude,quibus integrum erit emptorem poſsidentem perſequi.Itaque fateor longe tutius eſſe,emere à priori creditore,vt mox dicam. Sunt & quædam in venditione pignoris obſeruanda,quæ tamen ad venditorem magis pertinent,quàm emptorem.Iubetur creditor bona fide vendere pignus.l.4.C.de diſtraction. pig.Si tamen dolo malo aliquid tunc faciat,ipſe tenebitur,non autem emptor bonæ fidei.l.ſi ceſſante.C.de diſtract.pig. Sed ſi emptor fraudis conſcius colludat cum venditore,ſaltem in ſubſidium tenebitur domino debitori.l.j. & 3.& vltim.C.ſi vend.pigno.aga.Et quidem vt creditor vendens de dolo tenetur debitori, ſic & executor diſtrahens rem captam in cauſam iudicati.l.ſi pignora.de euiction.l.3.§.ſi executor.de negotiis geſtis. Sed quid bona fides hic poſtulat?An vt pignus publica auctione & licitatione tanquam ſub haſta diſtrahatur? Certè ſi ab executore rei iudicatæ vendatur,ita vendi ſolet.Sed ſi ſit pignus priuatim cõtractum, ſatis eſt creditorem vendere,vt bonus paterfa.venderet. Sane in cõuentione diſtrahendi pignoris olim apud Athenienſes illud nominatim cauebatur, vt creditor iuſto pretio venderet. Nam formula pacti, quæ apud Demoſthenẽ extat,meminit ὑπερεχούσης τιμῆς.Sed id ſatis intelligi poteſt,retineri bona fide. Quanquam & ſæpè apud Romanos quoque hic mentio fieret pretij iuſti.l.ſi fundus.§.vlt.de pign.Porro quæritur,an quemadmodum vendere pignus creditor poteſt , ita etiam poſsit debitor rem ſuam, licet alteri obligatam, ven-

dere?Dixi antea,ſi vendat,& alteri tradat,cùm tradere potius creditori deberet,furtum committere videri. Sed & crimine ſtellionatus tenetur,ſi emptorem fefellerit:hoc eſt,diſsimulans rem obligatam eſſe,vendiderit. Verùm quæſtionem & furti & ſtellionatus nunc mitto.non enim ea perpetua eſt.Quid igitur?an ſaltem ſine alterius fraude rectè vendet? Certè poterit.Nam & ſi creditor rem poſsideat, nec vendere ipſe velit,(non enim cogi poteſt) cogitur eam ſaltem exhibere debitori vendere volenti præſertim, cùm hoc agatur,vt ex pretio ſatisfiat creditori.l.ſexta. de pignoratitia actione.Sed quid ſi nominatim conuenerit,ne debitor pignus venderet?Martianum reſpondentem audiamus.l.ſeptima.§.vltimo.de diſtraction. pignor.Quæritur(inquit) ſi pactum ſit à creditore, ne liceat debitori pactum vendere,vel pignus,quid iuris ſit.& an pactio nulla ſit talis,quaſi contra ius ſit poſita,ideóque venire poſsit,& certum eſt,nullam eſſe vénditionem,& pactioni ſtetur. Hic Martianus iudicat non quidem talem pactionem,ſed ipſam potius venditionem,nullam eſſe. Fuit tamen olim inter noſtros Interpretes dubitatum de huius loci lectione:dicitúrque Bartolus Piſas miſiſſe, qui cõſulerẽt archetypum, quod tunc illic erat,nunc Florentiæ adſeruatur. Sed dubium iam non eſt,in eo ita legi,& legi etiam ita debere. Dubitationem fortaſſe faciebat,quòd Pomponius ſcribat,neminem paciſcendo efficere poſſe,ne vicino inuito prædium alienet.l.penultima,de pactis. Sed Iuſtinianus interpretatus eſt;id accipiẽdũ eſſe,vbi ſine cauſa tale pactum fieret,& vbi vicini paciſcentis nõ intereſſet.l.vltima,C.de pactis inter emptorem & vẽditorem.Intereſſe autem creditoris, ne ad alium debitor rem obligatam transferat,quis dubitat?Nam etſi ſemper rem ſequatur hypothecaria, tamen facilior eſt aduerſus debitorem ipſum victoria. Deinde, cùm hic dicimus valere pactionem,ne debitor pignus alij vendat,ciuiliter id interpretamur, cùm creditor ipſe venderet, aut abs debitore emere ſuo tempore non recuſat. Nam ſi neutrum velit, & interpellatus recuſet vtrunque:æquius eſt concedere debitori venditionem,vt aliquando ſe liberet. Non diſsimilis interpretatio pactionis non vendendi,eſt in l.centeſima vigeſimaſecunda.§.cohæredes.de verborum obligationibus.& antea dixi, cùm debitor paciſcitur,ne creditor vendat: hoc intelligi, ſi debitor interpellatus ſæpiúſque admonitus ſoluat. Dictum eſt hactenus de venditoribus pignorum. De emptoribus nunc videamus. Ac principio quidem diſtinguendum eſt, vtrum debitore,an vero creditore, vendente emant. Et vtrum debitor vendat,creditore expreſsim conſentiente,an vero ſine hoc eius conſenſu. Et rurſus, ſi ſit creditor hypothecarius,qui vendit: videndum eſt, an prior,an vero poſterior ſit. Denique,vtrũ ſuum ius pignoris, an vero rem ipſam vendat. Sed & qualis emptor ſit,conſiderandum eſt: quia ſi eſſet alius creditor hypothecarius, vel debitoris fideiuſſor, aliquod ius ſingulare eſt. Ac ſuperius quidem dixi, multum intereſſe, vtrum creditor ius ſui pignoris, an rem ipſam diſtrahat. Id nunc diligentius repetendum eſt, & primo loco expediendum: dabimúſque operam, vt & reliquas diſtinctiones ſuo ordine exponamus atque complectamur. Creditor ſuum ius pignoris, ſicuti & nomen ipſum,libere, cui & quando vult, vendere poteſt, Rem ipſam non ita ſemper poteſt: Illud ſæpe cogitur cedere offerenti debitum,hanc nulli vẽdere cogitur. Illius emptor,non domini,ſed creditoris vendentis locum occupat.Huius vero emptor, debitoris dominium conſequitur. Ex hiſce differentiis multa præterea dependent, quæ mox occurrent. Cùm debitor ipſe vendit, certum eſt, rem ipſam vendi. Sed vtilius eſt, plerùnque eam emere ab ipſo creditore hypothecario,præſertim primo. Cum debitor vendit,vendit obligatam,niſi ſi creditor nominatim conſenſerit.Tum enim tali eius cõſenſu poteſt intelligi pignus remiſſum,vt poſtea dicam.At cùm creditor vendit, non ſolum vendit liberam à ſuo pignore,ſed & à poſterioribus hypothecis. Nam tunc emptor cum debitoris dominio cõſequitur ius ipſius creditoris,ad ſummouendas poſteriores hypothecas. Si tamen ipſe debitor pignus ita vendat,vt ex precio ſoluat priori creditori,emptor ab hoc creditore quidem emiſſe videbitur:ſed ius pignoris potius quam ipſam, hoc eſt,ſimpliciter in eius creditoris locum ſucceſsiſſe,ſic vt poſteriorem alterius hypothecam ſummouere poſsit:ſed recuſare non poſsit cedere poſteriori debitum offerenti,ſicuti neque creditor ipſe prior id recuſare potuiſſet. Porrò debitor rectè poteſt rẽ ipſam vendere ſuo fideiuſſori.l.vltima de contrahend.empt. Creditor non item poſſet:neque fideiuſſor rectè ab eo ſibi emeret. Liberare enim magis debet vt debitori reddat, & huius potius negocium gerere in hoc genere,quam ſuum,ſicuti etiam ſpopondiſſe videtur.l.in debitam.de condictio.indebit.Nam & debitor intelligitur ei mandaſſe, vt ſoluat. Et ideo vltro citróque mandati iudicium hic competet.l.ſecunda de pignorib.l.59.§.primo.Mand.hoc eſt,debitor mandati iudicio rem abs fideiuſſore,qui redemit,repetet cum ipſis etiam fructibus:& fideiuſſor contrario iudicio repetet precium quod dedit,cum vſuris,quales alioqui debebantur creditori vendẽti.l.Paulus.de fideiuſſ. Nam & in eius locum hic fideiuſſor ſimpliciter ſucceſsiſſe intelligitur:& ius pignoris quidem ipſum habebit,ius vero dominij nullum. Paulus ait,non eſſe habendum ſimilem extraneo emptori.dicta l.59.§.primo. Sed neque per omnia ſimilis eſt ipſi creditori. Non enim ius dominij tandem impetrat, ſicuti creditor.l.vigeſima de pignorib. Satis ſupérque eſt, ſi fideiuſſori conſulatur atque caueatur,vt nihil amittat.Rem ipſam præripere debitori,pro quo interceſsit,nullo modo debet. Immò verò eam debitori cuſtodire diligenter debet, nõ minus quam creditor ipſe,& eandem culpam præſtare.l.ſecunda de pignorib. Quid multis? Non poteſt non improbè,rei quam habet,reſtitutionem, cum ipſis etiam fructibus,recuſare. Si recuſat,fidem datam ſe fefelliſſe oſtendit,& propterea etiam de dolo teneri poteſt.l.prima. C.de dolo. Sanè ſi cohæres vnus fundum aliquem hæreditarium adhuc communem,abs teſtatore obligatum, emat à creditore, rectè ſibi emit, vt proprium habeat: neque ipſi ſocietati aut communioni redimere intelligitur, aut liberare.l.cohæredes.Commu.diuid.l.26.§.quod pro empt. familercis.Emere autem cum tota re etiam noſtram partem poſſumus,licet rem plane noſtram non rectè emamus. l.40.de pigno.action.l.13.de in diem addict. Sic plus iuris habet hic cohæres,vt rem communem ſibi comparet,quàm fideiuſſor,vt rem debitoris emat.Sed minus tamẽ iuris habet hic cohæres,quàm alius emptor extraneus.Cohærede ita,vt dixi,emente,non extinguitur ius fideicommiſsi.Nihilominus enim poteſt fideicommiſſarius,ſi pretium datum illi offerat,rem conſequi:quam tamen alio emente,petere non poſſet.l.vlti. §.quatuor.de legat.2.Quanquam tunc poſsit hæredes ipſos conuenire,neque plane peremptum ſit ius totũ illius fideicommiſsi. Nam etſi ij non tenerentur rem illam abs teſtatore obligatam luere.l.58.§.vlt.ad Trebellia.tenentur tamen præſtare quanti res pluris fuit, quàm ad creditorem peruenire oportuit.l.78.§.Titia. ad Trebel.Sed ad fideiuſſorem redeo:eumque in hac cauſa rectè comparari poſſe puto cum adminiſtratore rei alienæ,vel procuratore:qui etſi ſua pecunia rẽ abs creditore emat,liberare intelligitur,vt domino pretiũ reſtituẽdi reddat.Hoc enim bona fides poſtulat.Quid autem ſi non debitor dominus, ſed ſecundus hypothecarius creditor fideiuſſori,qui emit abs priori creditore,



ditore offerat prætium?Certè ſi appareat fideiuſſorem emiſſe rem ipſam retinere poterit,& huius creditoris oblationem repudiare.Non enim tenetur eius negotium gerere.Sed ſi ius pignoris aut nomen tantum emerit,non minus ei,quàm illi qui vẽdidit, rectè offert ſecundus.vt in eius locum ſuccedat. Et quidem ſi obſcurum ſit,quid venditum ſit,& fideiuſſor ſimpliciter emerit,facilius interpretamur, non tam rem ipſam, quàm ius creditoris vendentis, vẽditum emptumque eſſe,quaſi vltro hic fecerit creditor, quod vt faceret, cogi abs fideiuſſore etiam poterat.Si fideiuſſor offerat creditori debitum totum,pro quo pignus tenetur,tenetur creditor ius ſuum totum in eum transferre,ius dico pignoris & actiones omnes perſonales,quas habet contra debitorem, vel alios fideiuſſores.l.2.C.de fideiuſ.l.Stichum.§.vlti.de ſolu.l.fideiuſſores.§.idem reſpondit.de fideiuſſoribus,Sed vt Paulus reſpondit, fideiuſſorem,in quem pignora à confideiuſſoribus data tranſlata ſunt, non emptoris loco ſubſtitutum videri,ſed eius qui pignora accepit.l. Paulus reſpondit fideiuſſorẽ.de fideiuſſ.ſic etiam dicemus,ſi ab eo emerit,non tam rei ipſius,quàm iuris quod is habebat,emptorem eſſe videri.quod & Papinianus reſpõdit, cùm fideiuſſor conuentus, officio iudicis adſecutus eſſet, vt emptionis titulo prædium pignori datum ſuſciperet.Nihilominus enim alteri creditori facultatem eſſe offerendæ pecuniæ,quia huiuſmodi venditio transferendi pignoris cauſa neceſſario fieret.l.2.de diſtrac. pignor.Non cogitur creditor rem ipſam vendere. Si quid itaque vendere cogatur,nomen ipſum & pignoris ius vendere intelligitur.Porro in hac cauſa creditorem ementem cum fideiuſſore Iuriſconſulti comparant.Martianus l.5.§.vltimo.de diſtraction. pignor. Si (inquit) ſecundus creditor vel fideiuſſor ſoluta pecunia pignora ſuſceperint,rectè eis offertur,quanuis emptionis titulo ea tenuerint.Sed & Modeſtinus reſpondit,cùm poſterior creditor à priore pignus emit, non tam acquirendi dominij quàm ſeruandi ſui pignoris cauſa,intelligi pecuniã dediſſe,& ideo offerri ei à debitore poſſe.l.6.de diſtraction.pignor.Hinc intelligimus,creditorem ementem,non tam rem ipſam emere videri,quàm ius alterius creditoris vendentis. Sed ſi expreſsim hoc actum eſſe appareat,vt rem ipſam emeret:non video cur emere non poſsit,& dominium conſequi,aliter quàm in fideiuſſore, qui nullo planè modo poteſt rem ſibi emere,quia teneatur potius gerere negotium debitoris,pro quo interceſsit. Vbi creditor rectè rem vendidit ei qui emere potuit,conſtat emptorem cum iure vendentis conſequi dominium eius qui pignori dedit:neq; aliis integrum eſſe illi offerre pretium,vt res euincatur.l.ſecunda.de diſtraction.pigno. l.j.2.&3.C.ſi antiq.credi.l.ſi à creditore.C.de diſtract. pignor.Nam & ſi res non tam debitoris fuiſſet, quàm ipſius creditoris,euinci abs creditore tanquam domino non poſſet,quæ ab eo tanquam creditore diſtracta eſt.l.decima.de diſtractio.pigno.quanquam re ab alio euicta,cùm nõ fuiſſet eius qui pignori dedit, creditor qui vendidit,de euictione non teneatur.l.prima & ſecunda.C.credit.euict.non deb.Cùm enim iure pignoris bona fide rem vendat,vendit qualem pignori accepit.Cùm quis rem vendit tanquam ſuam,teneri de euictione non eſt dubium.Sed cum vendit iure creditoris,& vt ſibi obligatam,aliena quodammodo fide vendit.Sic idem erit,vendere lege pignoris,& iure creditoris.l.10.de diſtract.pig.l.59.§.creditor Mãd.& vtrouis modo creditor vendiderit,euictionem nõ præſtat. Si euictionem præſtare nominatim promiſerit, certè præſtabit,ſed debitor indemnem eum præſtare debet. eique etiam hoc nomine ni caueat,creditor ius habet retentionis.l.2.§.ſi pignori.de pignorat. actione. Sed & ſi duplam euictionis nomine creditor promiſiſſet, cùm alioqui rem commodè vendere non poſſet, debitor creditori tantundem præſtabit.l.vigeſimaſecunda §.vltimo de pignorat.action.Neque ſanè intereà liberabitur,et ſi præcium creditor receperit,quandiu incertum eſt,an id retinebit.l.decimaſecunda.§.vltimo. de diſtractio.pignor. Sed & ſi fideiuſſorum obligatio ſuſpendetur,quanquam Paulus de ea re conſultus,vix audeat id affirmare,l.59.§.ſi creditor.Mand.Quærebatur,cùm creditor pignus vẽdidiſſet,& euicta eſſet poſſeſsio emptori,an regreſſum creditor ad mandatorem habere poſſet: & an interſit, creditoris iure vendiderit,an communi iure promiſerit.Qui vitioſam eius loci interpunctionem nuper emendauit,notat intereſſe, vtrum creditoris iure vendat,an lege pignoris: quaſi lege pignoris vendere ſit,quod hic dicitur, communi iure promittere.Ego verò exiſtimo,lege pignor.vendere nihil aliud eſſe,quàm iure creditoris vendere.Nam neque teneri de euictione creditorem lege pignoris vendentem,reſponſum eſt:l.decima de diſtract.pigno. Sed cõmuni iure promittere dicitur creditor, qui euictionem præſtare promittit,ſicuti venditores promittere ſolent,vel qui tanquam rem ſuam vendit. Certe tunc commune ius eſt,vt euictio præſtetur. Quid autem Paulus ad quæſtionem propoſitam?Si (inquit) ex precio pignorum debitum conſecutus non ſit, mandatorem liberum non videri. Audio,ſi euictione ſecuta preciũ reſtituere coactus ſit,regreſſum habere ad mãdatorem.Sed quæſtio erat, quando euictione ſequuta non retineat precium:& quid ante euictionem ſtatuẽdum ſit? Certè reſpondendum apertius fuiſſe videtur,ſi iure creditoris vendiderit,de euictione non teneri,& propterea mandatorem ſtatim liberari.Si vero communi(vt dixi)iure promiſerit,euictionem præſtare:neque ſolum ea ſecuta regreſſum habere aduerſus mandatorem,ſed neque hunc interea liberari,cùm immineat euictionis periculum. Nam & propterea reſponſum eſt,in ſuſpenſo eſſe ipſius debitoris liberationem.l.decimaſecunda ad fin.de diſtract.pigno.Verum ſuperiori Pauli reſponſo illud tantum colligi potuit, quod ipſis quoque Pandectis adſcriptum eſt,ſi euictionis nomine creditor non teneatur,proficere eam rem ad liberationem. Sanè interdum creditor expreſsim cõueniebat,ne de euictione teneretur.l.12.§.primo de diſtract.pignor.l.68.de euict.Sed etſi ita non conuenerit,nominatim,ſi tamen iure ſuo vendat,hoc eſt,tãquã creditor diſtrahat pignus,non tenetur de euictione,vt dixi,ac ne precium quidem reſtituit.l.11.§.denique.de action.empt. Præſtat tamen pignoratitiam ſaltem actionem contrariam, quam cõtra debitorem,qui rem non ſuam pignori dedit,habet l.38.de euiction. Quod de euictione non præſtanda hic dicimus, locum habet & cum prætorium pignus publicè diſtrahitur.Nõ enim de euictione tenetur executor,qui pignus in cauſam rei iudicatæ captum vẽdit.Sed de pretio aget emptor aduerſus eum,cuius nomine res eſt diſtracta.l.50. & 74.de euiction.l.ſi ob cauſam.C.de euicti. Denique ſi fiſcus creditor iure pignoris prædium obligatum vendat,euictionem non debere, quia & priuatus creditor eodem iure vtatur,reſcripſit Alexander Imperator l.prima. C.credit.euict.non deb.Sed & ſi fiſcus ſuo nomine vendat, vix eſt vt nunc euictio nulla eſſe poſſit.l.bene.Codic.de quad.præſcript.atque vbi euictio erat.ad ſummum tamen ille non præſtabat niſi ſimplam, etſi eius procurator vendens promiſiſſet duplam.l.quinta.de iure fiſci.Si pupillo res obligata ſit, non dubium eſt rectè abs tutore vendi:quia debitoris ſit,non pupilli.l.quinta.§.ſi pupillo. de rebus eorum. Sed etſi res pupillaris rectè fuerit obligata,vendi abs creditore poteſt.Si verò res pupilli erat cũ minori daretur,talis diſtractio reſcindi poterit per in integrum reſti.Si abs patre pupilli data fuiſſet,non reſcindetur: quia tunc cum pupillo nihil geſtum eſſe videatur. Vtrunque expreſſum eſt duobus Diocletiani reſcri-

ptis l.j.& 2.Cod.ſi adu.vend.pign.Verum & antea hoc dixerat Paulus in auditorio Caracallæ,licet quod volebat,non potuerit alio id trahere.l.38.de mino.Immò verò oratio Seueri Imperat.in ſenatu recitata,de prædiis pupillaribus ſine decreto non diſtrahendis, hanc habet exceptionem:Si creditor, qui pignori agrum à parente pupilli accepit,ius exequatur,nihil nouãdum cenſeo.l.j.§.j.de reb.eor.Sed neque ea oratio impedit, rem pupillarem pignori captam ex cauſa iudicati,diſtrahi.l.3.de reb.eor.l.j.C.de præd.min.Et licet minor 25.ann.facilè reſtituatur aduerſus priuatam venditionem eius pignoris,quod ipſe dederat,abs creditore diſtracti,non reſtituitur tamen aduerſus publicam diſtractionem pignoris prætorij,quod rei iudicatę executor diſtraxit,niſi aliquando ex magna & ſingulari cauſa.l.ſi ex cauſa.de min.Ac vtile eſt ſanè,diligenter conferre diſtractionem pignoris,quam priuatim creditor,& quam publicè executor facit.Multa enim & ſimilia & diſsimilia ſunt.Præcipuè autem deſcribitur ratio diſtrahẽdi pignoris in cãm rei iudicatę capti.in l.15.de re iudic.Iubetur executor primum bona mobilia,deinde immobilia,poſtremò iura & nomina capere & diſtrahere:neque immobilibus manum iniicit,ſi mobilia ſufficiant.Nam & ſæpè alias,cùm de diſtrahendis alicuius bonis agitur,humaniter & benigne hic ordo ſeruatur,vt primum diſtrahãtur mobilia: vt quam minimo domini incõmodo fieri poteſt,alteri fiat ſatis,l.ſi quis ſepulcrum.§.vltimo de relig.l.prima.§.diminutio autem. de vent.in poſſeſ.mit.l.vltima.§.ſin autem.C.de bon.quæ liber.Sed non legimus creditorem qui pignori habet mobilia aut immobilia,teneri illa prius, quã hæc,diſtrahere. Immò verò eius arbitrio relinquitur vt in hoc genere faciat,quod ſibi commodius eſſe putabit.l.octaua de diſtraction.pigno. Sed & anteà dixi, priuatim poſſe vendere. Executorem verò magis ſolenniter vendere,& public.auctione veluti ſub haſta & creditorem quoque ipſum,cuius res alioqui agitur, licitatorem tunc eſſe poſſe,& emptorem.l.ſecunda.C.ſi in cau.iud.licet alioqui ipſe ſibi vendere non poſſet. Præterea executor priuſquam vendat, iubetur audire intercedentes, tum eos qui ſe rei ipſius dominos eſſe contendunt, negántque eum eſſe dominum, qui condemnatus eſt: tum creditores alios, qui eam rem ſibi prius obligatam eſſe aiunt. Sed illorum interceſsio (quam vulgo vocant oppoſitionem) remoratur & impedit interea diſtractionem,horum non item: quia hi hoc tantum agere videantur, vt ex pretio ei prius ſatisfiat, cui res prius obſtricta eſt. Vendere autem executor iubetur pecunia præſenti. Nam & cùm poſt addictionem deſinat tota eius poteſtas & officium,non poteſt fidem habere de pretio.Vnde & apud Plautum in Menæch.in formula præconij auctionarij eſt.Omnia vænibunt, quiqui licebunt,præſenti pecunia.Sed neque procuratori,cui ſimpliciter mandatum eſt,vt rem vendat, liberum eſt,fidem de pretio habere.l.ſi procurator.de iure fiſci.Sed cum creditor pignus vendit,ſatis eſt eum facere quod bonus paterfamilias faceret:etſi nulla eius culpa fiat,vt pretium rei venditæ & traditæ recuperari non poſsit,periculum debitoris,cuius res erat,erit l.9.de diſtraction.pign.Executor rem adiicit pluris licitanti.Sed ſi aut iuſtum pretiũ nemo offerat,aut nullus occurrat emptor idoneus, tandem rem dat in ſolutum ipſi creditori,cuius res agitur. Hæc etiam addictio appellatur: ſed non tam venditionem veram, quàm dationem in ſolutum continet. Cæterum exiſtimo rem ipſam ex vero æſtimandam eſſe, vt ſi pluris ſit,quàm id quod debetur,reliquum reddatur domino:ſin minoris, in reliquũ creditori integra ſit aduerſus debitorem actio.quod etiam dicitur, cum creditor pignus vendidit.l.tertia.Cod.de diſtraction.pign. l.9.de diſtraction. pignor.l.24.§.ſi vendiderit.de pignoratitia actione.Scio equidem Iuriſconſultos non omnino id exprimere,cùm loquuntur de hac, de qua loquor,addictiõe.l.15.§.ſi pignoratitia.de re iudicata. Sed nemo negare poteſt iuſtiſsimum illud eſſe, vt & debitori & creditori conſulatur. Certè Iuſtinianus Nouel.conſtitut.quarta ita etiam ſtatuit rem æſtimãdam eſſe,cùm pecuniæ creditæ loco res datur in ſolutum creditori.Iam vero vt illa addictio fit, ſi pignus in cauſam iudicati captum commodè vendi non poteſt:ſic & cùm creditor pignoris,quod diſtrahere vult, nullum idoneum emptorem inuenit, tandem ſibi ius dominij impetrare ipſe poteſt.Scæuola l.centeſimaprima.de legatis tertio. meminit pignoris in proprium creditoris patrimonium redacti,ceſſante debitore.Et Vlpianus mentionem facit creditoris impetrantis, vt fundum pignoratum poſsideat iure dominij,leg.5.§.j.de rebus eorum.Quo loco etiam docet,quanuis à tutore vendi poſsit quod pupillus pignori habet:nõ poſſe tamen,ſi pupillus vel eius pater impetrauerit,vt iure dominij poſsideat:quia iam nõ debitoris,ſed ipſius pupilli prædium ſit.Idémque eſſe, etſi fuerit ex cauſa dãni infecti iuſſus poſsidere.Sanè cùm quis ex aliqua cauſa mittitur abs prætore in bonorum poſſeſsionem, contrahi pignus prætorium,ſuprà dixi. Si aduerſarij contumacia perſeueret, tandem etiam qui miſſus eſt, impetrat ius dominij ex ſecundo decreto.l.15.§.poſtea.de damno infecto.l.2.§.vltimo.Si ex noxa.cauſa.l.5.communi diuidũ.l.j.de fund.dotal.Porro creditorem, qui dominij iure pignora poſsidere deſiderat, debere exprimere nomen debitoris qui in ſolutione ceſſauit, & ſolennia peragere,reſcripſit Alexander Imperator l.prima.C.de iure do.impe.Qualia ſint ea,Iuſtinianus diligentius exponit,qui & totam hãc impetrationem & eius conditiones copioſe deſcribit l.vltim.C.de iure dot.impe.

## Qui potiores in pignore habeantur. Cap. 19.

HACTENVS pignoris rectè conſtituti vim & vtilitatẽ deſcripſi:qualis eius perſecutio ſit,qualis creditoris poſſeſsio,qualis venditio pignoris,& denique dominij tandem impetratio. Sed cùm plerunque res eadem multis obligetur,( vt obligari poſſe ſupra diximus) & inter eos magna ſæpe ſit contentio,& veluti conflictus,videndum nunc eſt,ad quem ordinem reuocentur,& quis quem præcedat. Vbi ſunt creditores chirographarij, quæritur inter eos qui priuilegiarius ſit,hoc eſt,quis habeat priuilegium exigendi, quod Plinius ad Traianum vocat πρωτοπραξίαν. Ac ſi ſunt plures priuilegiarij,quis potior ſit, ex cauſa magis quàm ex tempore ęſtimatur.l.priuilegiar.de rebus authoritate iudic.poſsiden. Sed priuilegiariis omnibus conſtat præferri hypothecarios in re obligata.l.eos qui.C.qui potior.in pigno.Ac ſanè cùm diſceptarent creditores,an debitoris ceſsionem bonorum acceptarent,an vero quinquennales illi potius inducias darent,& Iuſtinianus ſtatuiſſet,maioris partis creditorum ſententiam præualere:adiecit,nihil tunc intereſſe inter hypothecarios alióſque creditores.l. vltim. Codic.qui bonis cedere poſſ.Sed vbi de re maiori quęreretur, non eadem eſſet confuſio. Conſtat,ſi hęres debitoris nolit adire hæreditatem, niſi pars aliqua debiti remittatur, quàm partem maior pars creditorum cenſuerit remittendam, alios probare debere. excipiuntur tamen hypothecarij,non etiam priuilegiarij:quia etſi non adeatur hæreditas, illis ſatis proſpectum ſit,non etiam his.l.7.vltima.& l.10.de pactis. Ac Paulus quidem in hac cauſa videtur aliquando

idem



idem tribuere voluiſſe priuilegiariis, quod hypothecariis tribuitur:ſed ab ea tandem ſententia recedit, vt Vlpianus tacitè cedit.l.58.§.vltimo.mand.Porrò multa hîc repeti poſſent de actione tributoria. Sed quod inſtat,agamus:& vbi inter plures hypothecarios quæſtio eſt de ordine & prælatione, quid ſtatuendum ſit, breuiter videamus. In primis autem occurrit vulgaris illa reg.Priorem eſſe potiorem. Eam in libris iuris Ciuilis ſæpè variéque repetitam lego: Potiorẽ eſſe in pignore,qui prius credidit pecuniam,& accepit hypothecam.l.11.qui pot.in pign.Fortiorem eſſe priuilegiis temporis.l.10.Qui pot.in pign.Tempore eſſe potiorem.l.2.C.qui pot.in pign.Præualere qui præuenit, & potiorem eſſe qui prior eſt.l.licet.C.eod. Priorem tempore, potiorem eſſe in iure.l.3.Cod.eod. Denique potiorem rationes temporis.l.4.Cod.ad Mace. Sed eadem ſemper regul. eſt: pertinétque etiam ad prætoria pignora.vel quæ in cauſam iudicati capiuntur. dicta lege 10. Nam & in cauſa rei iudicatæ,occupantis eſt melior conditio: vt licet ante pignora capta conſideremus,cui quis prius condemnatus ſit, tamen vbi illa capta ſunt, eum in iis potiorem eſſe, cuius cauſa prius capta ſunt,dicimus l. 19.& 61. de re iudic. Sed & ſi vnus, quia in poſſeſsionem à prætore miſſus ſit, ius pignoris habeat:& alter,quia ex cauſa iudicati pignora capta ſint,eadem reg.locum habebit.l.2.C. qui po.in pign.quemadmodum & vbi pignus vnum prætorium eſſet,& alterum ex conuentione l.3. Cod. vt in poſſ.leg.Denique idem dicimus,etſi prior hypotheca generalis ſit,& poſterior ſpecialis.l.2. qui pot.in pign.l.ſi generaliter.Cod.eodem titulo. Ac quidem ſi tam illa generalis ſit,vt & bona futura complectatur, horum obligatio ſæpius retrotrahitur ad diem conuentionis, ſicuti & de hypotheca conuentionali ſuprà dictum eſt. Sed eſt ſingulare quod Papinian.reſpondit, l.ſi qui mihi.de iur.fiſc. Si qui mihi obligauerat quæ haberet, habiturúſve eſſet, & cum fiſco contraxerit, in re poſtea quæſita fiſcum potiorẽ eſſe debere. Nam fiſcum præuenire cauſam pignoris. Cæterum ſi aut præſens aut ſpecialis ſit hypotheca, non autem bonorum futurorum: certè tum quoque locus erit ſuperiori regulæ.Nam & priuatum,qui prior eſt, potiorem eſſe fiſco dicemus.l.8.l.vltim.§.vltimo.qui pot. in pign.Quid ſi ſit tacita hypotheca dotalis? Certè Iuſti. plus ei quippiam tribuere videtur.Nam ait mulierem potiora iura contra omnes habere mariti creditores, licet anterioris ſint temporis(vt loquitur) priuilegio vallati.l.vlti.C.qui pot in pign.Si tamen fiſcus creditor prior ſit, prior eius tacita hypotheca præferretur dotali poſteriori.l.2.C.de priuile.fiſc. Sed fieri poteſt, vt alia ratione interdum vincatur. Obligata eſt res mea primùm Titio,deinde fiſco, poſtremo vxori. Titius fiſco præferetur iure communi, mulier vero Titio iure ſingulari. Sed & Iuſtinianus apertè fatetur, tacitam hypothecam quæ pro dote materna filiis datur in bona patris,alteram vxorem ducentis, præferri ſecundæ huius vxoris hypothecæ.l.vltima. C. qui po. in pign. Sic videmus fiſcum, ſæpius mulierem perfringere ſuperiorem regulam:non tamen ſemper. Vlpianus porro leg.5.qui pot.cùm diceret interdum poſteriorem potiorem eſſe priori : exemplum ſingulare proponit: Si poſterior credidit ad rem obligatam conſeruandam.Quale ſit huius creditoris pignus, ſuprà oſtendi, & modo pluſquàm pignus eſſe,modo etiam minus quippiam dixi. Itaque ſi in eo locum non habeat ſuperior regula,mirari non debemus.Sed ſingularis eſt altera ſpecies apud Tryphonium, in quo etiam regula ſuperior ceſſat.leg.12.§.7.de capt.& poſt. reu. Dictum eſt ſuprà, eum qui ab hoſtibus redimitur, quodam pignoris vinculo teneri redemptori, donec precium redemptionis perſolutum ſit. Hoc pignus tale eſt, vt etiam priores aliorum hypothecas infirmet. Nam ſi ſeruus mihi datus eſſet pignori, & deinde abs hoſtibus captus abs te redimatur, tu in eo potior eris.Si tamen ego tibi precium redemptionis ſoluero, recidet in veterem obligationem, atque etiam in eam ſummam mihi tenebitur, quam tibi ſolui : vt & cùm poſterior.creditor priori ſoluit. dicto §. ſeptimo. Sanè & illa huius loci eſt regula,cum qui in ius prioris hypothecæ, vel locum prioris creditoris hypothecarij ſuccedit, eodem antiquitatis iure vti. Sed vt magis intelligatur quis ita ſuccedat, diſtinguẽda & obſeruanda ſunt quatuor capita.Primum,ſi quis mihi pecuniam credat,vt creditori meo hypothecario ſoluam:non propterea in eius locum & ius ſuccedit,ſed ita demum,ſi expreſsim hoc pactus ſit cùm pecuniam daret, & pecunia ad illum creditorem verè peruenerit.l.3. quæ res pign.l.12.§. à Titio. qui pot. in pign.l.j.C.de his qui in prio.credi.loc.ſucc. Præterea ſi quis non mihi pecuniam credat,ſed veluti meo nomine ſoluat meo creditori, rectè quidem ei ſoluit, & me liberat, ſed in eius propterea locum non ſuccedit: neque ius pignoris,quale ille habuit,habebit: niſi nominatim ſibi id cedi,& ipſe transferri curarit. Cæterum tali ceſsione fieri poteſt,vt in illius locum ſuccedere intelligatur.l.3.& vlt.C.de priuil.fiſc.l.ſecund.Cod.de iure Reipub. Quod ſi cum iam aliunde meus creditor eſſes, ſolueris alteri priori meo creditori hypothecario:diſtinguẽdum eſt,an tu quoque hypothecarius tunc creditor eras, an vero chirographarius tantum.Si hypothecarius,ſoluẽdo priori, omnimodo in eius locum & ius vniuerſum ſuccedis.leg.3.§.prim. quæ res pign.l.11.§.vlt.qui pot.in pig. l.j.Cod.qui pot. in pign.l.vlt.C.de his qui in prior. cre. loc.ſucceſ. Si vero tantum chirographarius, ſoluẽdo non ſtatim fies hypothecarius. Quanquam ſi rem poſsideas, poſſis agenti hypothecario debitum offerre, & id offerẽdo impetrare,ius agentis in te transferri,leg.mulier.Qui pot.in pign. Sane ſi tertius creditor pignora, quæ habet,diſtrahi permittat,vt primo ſoluatur, & eius aliud pignus ipſe conſequatur; conſequetur, in eiúſque locum ſuccedet,vt iam ſecundo præferatur. Sed ſecundus ei offerendo, quod priori ſolutum eſt, ſuccedere in primum illum locum poteſt.lege.12.§. ſi tertius.qui pot.in pignor. Hucque pertinet illa Pauli elegans diſputatio lege.16.qui pot.in pignor. Accidit,vt quo iure, qua iniuria tertius creditor in iudicio hypothecario vicerit primum: Quærebatur, an propterea etiam ſuperior eſſet ſecundo? Quidam putabant eſſe perinde atque ſi primo ſoluiſſet, & in eius locum ſucceſsiſſet. Paulus vero contra ſenſit. Vidit enim, victoriam illam ſucceſsionem non eſſe, ſed ſimplicem alterius depulſionem: & quod contra ius primi iudicatum eſſet, non obeſſe ſecundo. Hunc itaque nihilominus eſſe adhuc potiorem tertio. Potuiſſet hîc fortaſſe rurſus opponi Paulo vulgatum illud Scæuolæ: Qui me prior eſt, cum ego te ſuperaturus ſim, multo magis, aduerſus te obtinere debet. lege.14. de diuerſo. tempor. præſcription. Sed illud dixit Sceuola,cum probare vellet,eum qui pignus pignori accepit, quia iam ſit Caio potior, à quo accepit, potiorem eſſe Titio, qui Caio rem pignori primo dederat. Nam eo iure Caium vincit, quo Caius Titium vinceret. Verum in quæſtione propoſita vidit Paulus aliud eſſe. Nam tertius vincit primum propter rem iudicatam. Primus vero vincit ſecundum alio iure, nempe prioris hypothecæ. Et vero ſi primus vltro paſſus eſt ſe vinci à tertio, ídque fortaſſe non noluit,cur id noceret ſecundo?Sed neque ſi qua temporis pręſcriptiõe tertius ſummouit primum,propterea & ſecũdũ repellet. Vt ſuperiorem regulã,que docet priorem hypothecam eſſe potiorem

perſequar illud adiiciendum eſt, etſi prior obligatio, quæ hypothecam habebat, nouata ſit, ſed in obligatione nouante repetitum expreſsim pignus fuerit, pignus non nouatum videri. & quia ſuam antiquitatem retineat, nihil de ſuo iure amittere, ſi quidem de ea pecunia, quæ priùs debebatur, quæſtio ſit. Nam ſi ſit ea aucta, & maior ſit obligatio ſecunda, quæ priorem nouat, eius cauſa pignus non ita videbitur antiquum. l.3. l.12. §. Papinianus. l.vlti. Qui potior. in pignor. Sic fieri poteſt, vt hypotheca eadem modo prior, modo poſterior ſit: & propterea etiam modo potior, modo inferior. Credidi tibi hodie centum ſub pignore. Tu deinde abs Titio quinquaginta mutuo accipis, & ei rem eandem pignori das. Poſtremo ego nouata mea priori obligatione, repetendo idem pignus fio creditor ducentorum. Certè quòd ad priora centum attinet, prior ero Titio: non etiam, quòd ad altera centum. Vt enim nouatio non eſt mihi fraudi, ſic neque alteri eſſe debet. Poſtremo, cùm antea dictum ſit, hypothecam ſola conuentione contrahi: ſequitur, nihil poſteriori prodeſſe, ſi ei res prius tradita ſit. Fit tamen interdum, vt poſſeſsionis potior hîc cauſa ſit. Si non dominus (inquit Paulus) duobus eandem rem diuerſis temporibus pignorauit, prior potior eſt, quamuis ſi à diuerſis non dominis pignus accipiatur, poſſeſſor melior ſit. l.14. Qui pot. in pign. Dixi antea ſuo loco, eum qui pro domino habetur, poſſe rem pignori dare: vt quemadmodum ipſe habet Publicianam, creditor habet hypothecariam. Cæterùm ſi duo tales non domini, qui Publicianam tamen habent, duobus ſeparatim rem pignori dederint: non erit potior qui prius accepit, ſed qui rem poſsidet, ſicuti & ſi eam emiſſent. l. ſine autem. §. ſi duobus. de public. in rem actio. Sed ſi ab eodem vterque creditor rem pignori acceperit, regulæ ſuperiori locus erit, vt is potior ſit, cui res prius obligata eſt: ſicuti vbi ab eo emiſſent, potior eſſet, non qui iam poſsidet, ſed cui prius res tradita eſt. Sanè vbi duobus ſimul & in ſolidum res aliqua ita obligata ſit, vt alter altero prior poſteriorve non ſit, non poteſt ſuperiori regulæ locus eſſe. Quid igitur? In pari cauſa potior erit conditio poſsidentis. l.10. de pignor. Si tamen quod vni debetur, prius ſit, erit & eius prior hypotheca. veluti ſi tibi debeam, quod proximo anno naſcetur in fundo meo, & Titio, quod anno ſecundo, & vtrique propter ea ſimul obligem domum: tua potior erit, quia prior eſſe videatur hypotheca, ſicuti & obligatio principalis tua prior eſt. l.13. qui pot. in pigno. Si non res eadem duobus in ſolidum obligetur, ſed diuiſim & pro diuerſis partibus: tunc non quæritur, quis prior poſteriorve ſit, neque ij concurrunt: ſed ſinguli in ſua parte ſoli ſunt, & res diuerſæ diuerſis obligatæ eſſe intelligũtur. Hucque pertinet elegans & ſubtile Papiniani reſponſum l.3. §. vlt. qui pot. in pign. Poſt diuiſionem (inquit) regionibus factam inter fratres conuenit, vt ſi frater agri portionem pro indiuiſo pignori datam, à creditore ſuo non liberaſſet: ex diuiſione quæſitæ partis, partem dimidiam alter diſtraheret. Pignus intelligi contractum exiſtimaui, ſed priorem ſecundo non eſſe potiorem: quoniam ſecundum pignus ad eam partem directum videbatur, quam vltra partem ſuam frater non potuit obligare. Hæc Papiniani verba recito, quia interpretem requirunt. Primùm, quòd ex conuentione rei diſtrahendæ colligit conuentionem pignoris, ſuo antea loco expoſui. De illo non dubitat, quòd Caius dixit: Si quis communis rei partem pro indiuiſo dederit hypothecæ, diuiſione facta cum ſocio, non vtique eam partem creditori obligatam eſſe, quæ ei obtingit, qui pignori dedit, ſed vtriuſque partem pro indiuiſo pro parte dimidia manere obligatam. l.7. §. vlti. quibus modis pignor. vel hypoth. ſolu. Quæ ergo eſt Papiniani ſententia? quæ quæſtio? Cùm frater cohæres meus, partem ſuam fundi alicuius hæreditarij nondum inter nos diuiſi Titio obligaſſet: egoque facta deinde diuiſione intelligerem, meæ quoque portionis partem eſſe pro indiuiſo obligatam: conueni, niſi eam lueret ac liberaret, dimidia eius portionis, quam ex diuiſione habet, pars viciſsim mihi eſſet obligata. Hic fraterna portio Titio & mihi obligatur ſed diuiſim: hoc eſt, pro partibus indiuiſis. Non ergo concurrimus: ſed quiſque partem diuerſam ſolus habet obligatam. Itaque quod Papinianus ait, priorem non eſſe ſecundo potiorem: potuiſſet etiam, quod alibi dixit leg. ſecunda. qui pot. in pign. hic dicere, ſecundum creditorem in pignore poſtea dato non tam potiorem quam ſolum inueniri. Deligat ſane pro indiuiſo quam partem volet Titius. Altera ſemper ſupererit, quę mihi pignori erit. Quorſum? vt quod mea intereſt, conſequar. leg. 66. §. diuiſione. De euiction. leg. ſi fratres. Codic. com. vtr. iudic. Si vnus creditor chirographarius, alter hypothecarius ſit, non queritur, quis in re debitoris potior ſit. nam eam alteri tantum obligari conſtat. Diocletianus Imp. ait, eos qui acceperunt pignora, cum in rem habeant actionem, priuilegiis omnibus, quæ perſonalibus actionibus competunt, præferri. l. eos qui. C. qui pot. in pign. Obſeruari tamen, beneficio ſeparationis fieri poſſe, vt chirographarius pręferatur. Vlpianus enim l. prim. §. ſciendum. de ſepa. Sciendum eſt (inquit) etiam ſi res obligata eſſe proponetur ab hærede pignoris iure vel hypothecæ, attamen ſi hæreditaria fuit, iure ſeparationis hypothecario creditore potiorem eſſe eum, qui ſeparationem impetrauit. Si res hæreditaria iam fuiſſet vendita, ſeparationem fruſtra deſiderari, ait Papinianus l.2. de ſepar. Sed Vlpianus tanti non fecit ius pignoris, quin putaret infringi poſſe per ſeparationem, cum chirographarius defuncti creditor impetrat ſeparationem defuncti abs bonis hęredis: vt & licet iam hęres bona defuncti obligarit ſuis creditoribus, talem tamen obligationem ſeparatio diſſoluat. Itaque & ad locum ſequentem id pertinet.

## Quibus modis pignus vel hypotheca diſſoluitur Cap. 20.

SVpereſt vt de diſſolutione pignoris videamus. Nō enim pignus eſt perpetuũ. Cùmque quæri ſoleat, quibus modis ſeruitus amittatur: multò magis de pignore id quærẽdum eſt. Finitur autem interdum cum principali obligatione, cui acceſsit: vt acceſsioni finiri per cõſequens (vt ita loquar) ſolet: interdum etiã ſolùm ſeparatimq; finitur, durante adhuc obligatione principali. Et rurſus vtroq; modo finitur, modo creditore inuito, modo etiam ex eius volũtate: eáque etiam vel expreſſa vel tacita. Martianus ait. Suas conditiones habet hypothecaria actio, id eſt, ſi ſoluta eſt pecunia, aut ſatisfactum eſt. Quibus ceſſantibus durat l. 13. §. etiam. de pign. Iis ergo exiſtentibus, deficit. Et Pomponius l. nona §. omnis. de pign. acti. Omnis (inquit) pecunia exoluta eſſe debet, aut eo nomine ſatisfactum eſſe. Sed & Prætor in ædicto ſuo de migrando, Si inquit merces tibi ſoluta, eóve nomine ſatisfactum eſt, aut per te ſtat quo minus ſoluatur, &c. l. prima de migrand. Deniq; & Vlpianus l.6. quib. mod. pig. ſol. Liberatur, ait, pignus, ſiue ſolutum eſt debitum, ſiue eo nomine ſatisfactum eſt. Martianus alio loco, & item Iulianus, pro ſatisfactum, ſupponunt, ſatiſdatum, l.49. de ſolut. l.2. Pro hæred. Sed id paulo poſt videbimus. Nunc de prima illa conditione, ſi ſoluta ſit pecunia, videamus. Martianus ſcribens ad hypothecariam formulam dicta l. 49. Solutam, inquit, pe-



pecuniam intelligimus naturaliter, ſi numerata ſit creditori, vel ſi iuſſu eius alij ſoluitur, vel tutori &c. Pomponius exprimit, omnem pecuniam exolutam eſſe debere. l.9. §. omnis. de pigno. actio. Oportet itaque in ſolidum eſſe perſolutam. Nam & ſi principalis obligatio pro parte quam recepiſſet creditor, tolleretur: tamen perduraret integra hypotheca pro altera parte. Tam enim eſt indiuiſa, vt quandiu reliquum aliquid debetur, in ſolidum pro ea teneatur. l. quandiu. C. de diſtraction. pignor. Dixi antea, quàm ſit indiuiſa actio hypothecaria, cùm rem obligatam, vel eius partem perſequitur. Nunc dicimus indiuiſam quoque eſſe, cùm de diſſolutione illius agitur. Diuidua eſt obligatio quantitatis & certæ ſpeciei: vt ſi partem recipiat creditor, pro parte eam diſſoluere intelligatur. At hypotheca quæ acceſsit, indiuidua eſt. Poteſt quidem pro parte etiam indiuiſa pignus liberari, ſi ita omnino conuenerit. l.7. §. penulti. l.8. §. ſi cõuenerit. quibus mod. pigno. vel hypoth. ſolu. Sed tacitè hoc non fit, neque in re dubia creditor cenſetur id velle. Itaque non prodeſſe ad pignus liberandum, partem creditori ſoluere: ſicuti neque prodeſt, vt pœna non committatur. Papinianus ait, leg. 85. §. item ſi. de verborum obligationibus. Quid ergo eſt, quòd idem Papinianus alio loco ait, pro parte pignus liberari? l.65. de euiction. Hoc dixi, cùm intelligeret pro parte ſoluta pignus amplius non teneri. Sed pro reliquo debito nihilominus in ſolidum tenetur. Ac eo quidem etiam loco Papinianus ſatis ſignificat, nihilominus manere rem pignori obligatam, etſi vnus hæres perſoluerit quod debet, ſi alter adhuc pro ſua parte debeat. Nam & ſpectamus quantum creditori debeatur, qui pignori rem habet: non autem quantum debeat, qui ſoluit lege prima C. de luit. pignor. In commentario ad duodecim Tabul. id latius expoſui, ſicuti & in Commentar. de conditionibus fuſius explicui, quod huc quoque pertinet, non impleri conditionem pro parte, ſed eius explendæ rationem planè eſſe indiuiſam. Ineptus eſſem & moleſtus, ſi nunc pluribus verbis rurſus eadem inculcarem. Hoc ſatis eſt, ſi teneamus, quod Vlpianus ait, omnem pecuniam exolutam eſſe debere, priuſquàm de aliqua pignoris liberatione quæratur. l.9. §. omnis. de pigno. action. Nam etſi plures fuerint res obligatæ, tamen tam tenentur omnes & in ſolidum ſingulæ pro aliqua parte non ſoluta, quàm pro toto. l.29. de pignoribus. Ac ſi quidem non ſolùm pro ſorte principali, ſed & pro vſuris vel etiam pro pœna commiſſa pignus obſtrictum intelligatur, non eſt dubium, debere vniuerſum eſſe perſolutum, priuſquàm pignus liberari vllo modo poſsit. l.13. §. vltimo. de pignoribus quanquàm ſi in ſortem duntaxat, vel in ſolas vſuras teneatur, diſſoluatur eo, pro quo obligatum fuit, ſoluto. l. ſolutum. §. in ſortem. de pignoratitia actione. Quid igitur, ſi debitum in ſolidum offeratur creditori, & is ſine cauſa recuſet? Certè optimum erit, conſignatum deponere: neque tunc dubium eſt, pignus liberari. Vlpianus leg.6. §. j. quibus modis pignus vel hypothec. ſolu. ait, eum qui paratus eſt ſoluere, merito pignus videri liberaſſe. Sed paratum interpretamur, qui etiã re ipſa offert quod debetur. l.5. Codice de diſtraction. pignor. & obligatum conſignat, depoñitque, ſi non accipiat creditor. Nam oblationis obſignationiſque coniũctim mentio fit l. ſi prius. C. de diſtract. pignor. l. vltim. C. de pignor. action. l. vltim. C. de luit. pignor. l. acceptam. C. de vſur. Si ageretur de ſiſtendo curſu vſurarum, vel pœna vitanda, facilius interpretaremur ſolam oblationem ſufficere: neque illam depoſitionem obſignatam etiam requireremus. l.2. C. de pac. inter emptor. & venditor l. qui Romæ. §. Seia. de verb. obligat. l. penultima. De naut. fœn. l. Celſus. de arbo. l. traiectitiæ. de act. & obligat. Sed tam fauorabilis non eſt pignoris diſſolutio, & propterea non eſt tam facilis. Nam cùm Caius l. potior. §. vltim. qui pot. in pign. ſimpliciter dixiſſet, ſi paratus ſit poſterior creditor priori ſoluere, ius prioris finiri: adiectum eſt alio loco, ita paratum eſſe debere, vt & offerat, & obſignatum deponat. l. j. C. qui pot. in pignor. Sane in edicto perpetuo ſcriptum fuiſſe, Pignus diſſolui, vel ſi pecunia ſoluta creditori ſit, vel ſi per eum factum ſit quo minus ſolueretur, indicat Dioclet. l.3. C. de luit. pig. & ita etiam ſcriptum eſt in edicto De migrando. Quomodo illud accipiendum ſit, iam dixi. Nunc videamus de altera hypothecæ diſſoluendæ conditione. Martianus l.13. de pignor. ait, Si ſoluta eſt pecunia, aut ſatisfactum eſt. Sic & in le. nona. §. omnis. de pig. actio. & l.6 quibus mod. pign. ſolu. & leg. j. de migrand. Sed vt ſuprà quoque monui, pro ſatisfactum, ſuppoſuit ſatiſdatum Marcellus le.49. de ſolutio. & Iulianus l.2. Pro hæredit. Latius certe patet verbum Satisfaciendi, quam Satiſdandi: & illud hoc continere ſolet. Sed cum ſoleat proprie is dici ſatisdare, qui fideiuſſores dat. l. prim. qui ſatiſd. cogã. & ita etiam ſæpè vtantur Iuriſconſulti verbo ſatisfaciendi: tamen in hac quæſtione dici id non poteſt, niſi ſi ſatisdatum ita accipiamus, vt ſit etiam vltro ſatis acceptum, quo à pignore recedatur. Pomponius dicto. §. omnis ſatisfactum hîc accipi ait, quemadmodum voluit creditor, licet non ſit ſolutum: ſiue aliis pignoribus ſibi caueri voluit, vt ab hoc recedat, ſiue fideiuſſoribus. Sed adiicit Caius debitorem, qui non ſoluere, ſed alia ratione ſatisfacere paratus eſt, veluti ſi expromiſſorem dare vult, nihil agere. Non enim cogitur creditor, ſi nolit. Sed & Vlpianus l.6. §. j. quibus modis. pign. vel hypothec. ſolu. Qui (inquit) paratus eſt ſoluere, merito videtur pignus liberaſſe. Qui vero non ſoluere, ſed ſatisfacere paratus eſt, in diuerſa cauſa eſt. Ergo ſatisfeciſſe prodeſt, quia ſibi imputare debet creditor, qui ſatisfactionem admiſit vice ſolutionis. At qui non admittit ſatisfactionem, ſed ſolutionem deſiderat, culpandus non eſt. Quid eſt ergo quod adiicit, non eſſe receptam Atilicini ſententiam, qui putabat, ſi ſatiſdetur alicui, recedere eum à pignoribus debere? Certè hoc non rectè dicitur, cùm offertur ſatiſdatio, quam creditor non admittit. Sed & ſi ita acceptus eſſet fideiuſſor, vt non appareret acceptum eſſe animo relinquendi pignoris, potius exiſtimaremus vtranque cautionem coniungi, vt ſæpè olim prædiis & prædib. cauebatur, quemadmodum antea dixi. Sanè cùm colonus nominatim inuecta tibi obligaſſet, donec merces ſoluta, aut ſatisfactum eſſet: deinde mercedis nomine à colono fideiuſſorem acceperis: ſatisfactum tibi videri, & pignus deſinere, Labeo ſcripſit l. penulti. quibus mod. pign. ſolu. Tum enim ſatis apparebat ſatiſdatum eſſe, & ſatis acceptum, vt à pignore recederetur. Illud negari non poteſt, ſi quis tantum teneretur ſatiſdare, non poſſe oblatum fideiuſſorem non admitti, ſicuti qui debet ſoluere, non liberatur, ſi offert talem ſatisfactionem, vt ait Paulus l. 21. §. vltimo. De conſtit. pecun. Sed obſeruemus multum intereſſe inter oblatam & inter admiſſam ſatiſdationem. Nam propriè ſatisfactum eſt, vbi creditoris deſiderio factum eſt ſatis: vt mirari non debeamus, ſi ſatisfactio q̃ non ſolùm oblata, ſed etiam admiſſa eſt, vice ſolutionis habeatur Si vero non admittatur, dicimus nõ prodeſſe, ac ne ſatisfactiõis quidem nomine dignam eſſe. Sed & ſi admiſſa ſit, tamen non pertinet niſi ad pignus diſſoluendum, manente nihilominus principali obligatione, & alia cautione accedente, & veluti ſubſtituta. Si creditor acceptum ferat ꝙ debetur rectè etiam ei dicetur ſatisfactũ. Martianus ad formulã hypothecariã, acceptilationẽ hãc nõ ſolutionis, ſed ſatiſdationis verbo contineri ait, l.49. de ſol. Sed eſt tamen pluſquàm ſatisdatio iam admiſſa: & talis eſt ſatisfactio, q̃

etiam diſſoluat principalem obligationem. Quid ſi principalis obligatio nō erat ex ſtipulatu? Certè tunc ſummo iure non eſt vtilis acceptilatio, quæ propriè inuenta eſt ad diſſoluendas verborum obligationes. Sed quia tamen, ſi aliis obligationibus adhibeatur, ſaltem valet, vt ſimplex pactum de non petendo, l.8.&19. De accep.l.27.ad finē.de pact.l.5. de reſcinden. vendi. pertinebit etiā ad pignus diſſoluendum, quaſi & tunc creditori ſatisfactum eſſe videatur. Quod & Martianus obſcurè indicat, dict.l.49. Idem autem apertè tradit ſolui hypothecam, ſi creditor paciſcatur non petere pecuniam.l.5.quib.mod.pig.vel hypot.ſolu. Saltem enim exceptio, quæ principali obiicitur, obiicietur & hypothecæ.l.17.§.de pignor. de pact. Nam & tale pactum fideiuſſoribus prodeſt.l.& hæred.§.vlt.de pact. Sed & nouata obligatione, pignus, quod ei acceſſerat, ſimul intercidit: nec cum noua obligatione reſtituitur, niſi ſi expreſsim fuerit in ea repetitum. l. ſolutum.de pignor.action. l.18.de noua.l.vna. C. etiam ob chirog.pec. Quod & de fideiuſsione dicitur, l.nouatione.C.de fideiuſſo. Cæterum ſi inutilis ſit nouatio, cōſtat priorem obligationem cum ſua hypotheca durare. Vnde cùm mulier ſuſcepiſſet alienam obligationem, quia efficax non ſit hęc nouatio, non ſolum priorem obligationem reſtitui, ſed & eius hypothecam manere, reſponſum eſt l.13.§.de pignorib.Ad ſen.Vell. Verùm illud ſingulariter obſeruandum eſt, quod ex Gordiani reſcripto colligi poteſt.l. ſi paternam.C. ad Velleian. Si talis nouatio ſit, quæ pro parte valeat, pro parte non valeat: prioris obligationis pignora durare, pro qua parte nouatio eſt inutilis, & nihilominus obligari alia pignora, quæ inutili etiam nouatiōi adiiciuntur, perindè atque ſi priori obligationi acceſsiſſent. Cæterùm cùm diximus, vtili nouatione perimi priorem obligationem, & eius pignus, propriè loquimur de voluntaria nouatione. Non eadem vero cauſa eſt nouationis neceſſariæ, quæ ex re iudicata naſci dicitur.l.aliam.de nouat.l.j.C.de iudi.l. 13.§.etiam.de pignor. Nam neque tunc fideiuſſor liberatur. Fit ſanè interdum, vt confundatur obligatio fideiuſſoria, eius tamē pignus duret. Inquit enim Aphricanus: Qui pro te apud Titium fideiuſſerat, pignus in ſuam obligationem dedit. Poſt idem te hęredem inſtituit, quamuis ex fideiuſſoria cauſa non tenearis, nihilominus tamen pignus obligatum manebit.lege.38.§. vltimo de ſol. Si ille creditorem feciſſet hæredem, certè pignoris obligatio nulla eſſe poſſet, cùm dominus pignoris factus eſt creditor: ſicuti & cùm debitoris pignus eſt, & creditor fit hæres debitoris. Nemo enim rem ſuam habet pignori. Si tamen interſit adhuc creditoris, pignus non confundi, vel quia non eſt perpetuum certúmque quod habet dominium, vel vt iure prioris hypothecæ depellat alterius hypothecam, ſeruari poterit l.debitor.Ad Trebel.l.ex ſextante.§.vlti.de excep.rei iud. Tum itaq; licet principalis obligatio confuſa extinguatur, ſingulari tamen ratione ſupereſt, durátque ius quoddam hypothecæ, quod alioqui ſolet cum illa intercedere. Immo vero interdum fit, vt quod ad perimendam principalem obligationem non valuit ad quam tamen tollendam referebatur, valeat nihilominus ad tollendum pignus. Papinianus lege j. §.primo quibus mod.pign.vel hypot.ſolu.narrat, cùm quidam reſiduum debitū donaſſet, eoque defuncto, donationem quibuſdam modis inutilem eſſe cōſtitiſſet, nihilominus ſolutum eſſe ius pignoris prima voluntate donatoris: quoniam inutilem pecuniæ donationem lex tantum faceret, cui non erat lacus in pignore liberando. Lex vetat, ne coniunx coniugi aliquid donet. Pignus remitti non vetat.leg. etiam.C.de ſena.Vellei.l.Lucius, quibus modis pignus vel hypotheca.ſolut. Nec pignoris remiſsio eſt aliqua alienatio, de qua in fraudem ſuam facta queri creditores ex edicto poſsint. l. ſi pignus. de ijs quæ in fraudem credi. Nec aliqua donatio eſt, propter quam poſsit abs legatario relinqui aliquid.l.tertia.§.vlt.de legat.3. Quāquam non ſit inutile legatum, quod ad diſſoluendi pignoris cauſam pertinet.l.prima. de liber.leg. Sed illud nunc dicimus, ſi vxor remittat viro quod is debet ſub pignore, principale debitum non tolli, tali tamen pignus: quia illud remittere non poſsit mulier, hoc verò poſsit. Cæterum ſi iure communi inutilis eſt remiſsio debiti, & ex ea cauſa quæ pignoris quoque remiſsionem impediat, certe etiam pignus durabit.l. debitum.C. de remiſſ. pignor. Dixi, quomodo hypotheca finiatur cum principali obligatione cuius acceſsio eſt. Nunc dicendum eſt, quomodò ſola tollitur, manēte obligatione principali. Ac quidem etiam ratione acceſsionis interdum fit, vt finito iure illius qui pignori rem dedit, ius quoque pignoris finiatur: veluti ſi is ita dominus eſſe deſinat, vt nunquam anteà fuiſſe videatur: veluti ſi fundum vectigalem pignori dedero, cuius fundi lex eſt, vt propter non ſolutum vectigal committatur: eo commiſſo, pignus etiam extinguetur.l.30.de pigno. Si ſtatu liberum obligauero: exiſtente eius conditione, pignus euaneſcet. lege.13.§. primo de pignor. Si res in diem mihi addicta erat, quam pignori dedi, & alius deinde emptor meliorem conditionem adferens, rem illam auferat, pignus quoque intercidet.l.tertia.quibus.mod.pignorib. vel hypothec.ſolut. l. quarto.§.ſed & Marcellus. De in diem addit. Dubitari magis poſſet, an idem dicendum ſit: ſi emiſſem lege commiſſoria, cui deinde non paruero. Et magis eſt, vt idem dicatur. Quanquam ſi res ſic diſtracta eſſet, Niſi emptori diſplicuiſſet: & emptor poſtquam pignori dedit, ſibi emptionem diſplicere dicat: pignus non finiri, reſpondit Vlpianus l.tertia.§. vlti.l. quarta quibus mod.pign.vel hypoth. ſolut. Sed & pignus manere obligatū, etiam ſi redhibitus fuerit ſeruus, ait Paulus l.bouem.§.pignus.de ædil.edict. Nempe volūtaria eſt redhibitio, neque inuito emptori res tunc aufertur. Immo verò ex eius volūtate noua quædam veluti venditio eſt. Sanè ſi noxale inſtituatur iudicium de ſeruo pignori dato, & creditor præſens defenſionē ſuſcipere noluerit: ſic ſeruus noxę deditur, vt pignoris perſecutio denegetur, & propterea ipſo iure pignus liberatum intelligatur, vt ait Caius leg. 27. De noxal.acti. Sed maior quæſtio eſt, an ſententia lata cōtra debitorem de dominio rei litigantem, perimat ipſius quoque creditoris hypothecam. Id ſuperius expoſui. Sed reſpondendum iterum eſt. Papinianus quodam loco ſignificat, non nocere creditori, ſi eo nō admonito, iudicium peractum ſit.l. iudicatæ. §. vltimo. de exceptio.rei iud. Scienti vero & admonito nocere, Marcellus reſpondit.l.ſæpè.de re iud. Sed Papinianus alio loco ſine vlla diſtinctione ait: Si ſuperatus ſit debitor, qui rem ſuam vindicabat, quòd ſuam non probaret æquè ſeruanda erit creditori actio Seruiana, ꝓbanti rem eo tempore, quo pignus contrahebatur, in bonis illius fuiſſe. Sed etſi victus ſit debitor vindicans hæreditatem, iudex actionis Seruianæ, neglecta de hæreditate dicta ſententia, pignoris cauſam inſpicere debebit. Enimuero fieri poteſt, vt pignus rectè ſit acceptum, nec tamen ab eo lis bene inſtituta.lege tertia de pigno. Poſſumus ſanè huic loco ſuperiorem diſtinctionem non adhibere, ſi intelligamus tātum hic agi de eo, qui à vindicatione inſtituta ſimpliciter repulſus eſt, quia rem ſuam eſſe non ꝓbat: ſicuti actore non ꝓbante, ſolet abſolui reus. Si tunc debitor non omnino dominium propterea ſuum amittit, vt non amittit, nec iterum vindicare prohibetur: certè multo minus creditor repelletur. Sed & poteſt debitoris dominium ab alio vſucaptum eſſe, manente nihilominus hypotheca creditoris. Papinianus leg.xliiij. §. non mutat. de vſurpat. ait, vſucapionem ſuperuenientem non mutare, quo minus pignoris perſecutio ſalua ſit. Nam perſecutionem pignoris, quæ nulla ſocietate dominij, ſed ſola conuentione conſtituitur, vſucapione rei non perimi. Idem inculcat in l.j.§.cùm prædium.de pignor. Equidem fateor, quod & mox latius dicam, hypothecariam quoque perſecutionem præſcriptione temporis ſummoueri poſſe. Sed eam non ſtatim is ſummouet, qui rem vſucepit: Neque eadem vtrobique eſt præfinitio temporis. Et poſt inchoatam iamdudum rei vſucapionem, potuit inſtitui pignus. Sanè ſi res ipſa pignori data planè perierit, manifeſtum eſt, eius non minus hypothecam, quàm dominium, perire, & nihilominus ſupereſſe principalem & perſonalem obligationem debitoris.l. ſicut quibus mod.pig.ſol.l.quæ fortuitis.C.de pign.act. Sed ſubtilis eſt in hoc genere diſputatio Papiniani in d. §. cum prædium. Ait: Cùm prędium pignori daretur, nominatim vt fructus quoque pignori eſſent, conuenit: eos conſumptos bona fide emptor vtili Seruiana reſtituere non cogitur. Pignoris enim cauſam nec vſucapione perimi placuit: quoniam quæſtio pignoris ab intentione dominii ſeparatur. Quod in fructibus diſſimile eſt, qui nunquàm debitoris fuerunt. Quod hic Papinianus interſerit de diuerſa cauſa dominij & pignoris, agnoſco eſſe quādam veluti anthypophoram: ne miremur, quæſito rei dominio & vſucapto, nihilominus durare hypothecam. Sed quid eſt quod ait non idem dici de emptore prædij, qui fructuum, quos, percepit, bonáque fide conſumpſit, ſic dominus factus intelligitur, vt eorum etiam hypothecā extinguat? Videtur enim Papinianus notare, quoddam hîc eſſe diſcrimen inter fundum & eius fructus, intérq; illius & horum hypothecam: An qui fructuum dominiū quæſiuit, ſtatim perimit eorum pignus neque huius quæſtio ab illius intentione tunc ſeparatur? Cur igitur Papinianus conſumptionem eorum requirit, ſola perceptione contentus? Si conſumptio interuenit, certè & ea fundi pignus perimet. Nam ſi fundus chaſmate pereat, non poteſt eius hypotheca ſubſiſtere, vel ſi hic emptor bona fide eū poſsidere deſiit, deſinit quoque teneri pignore. Quid igitur diſsimile hîc eſt inter fundi & fructuum hypothecam? Equidem non inuitus fateor, non videre me multa, quæ Papinianus ſubtiliter premit. Sed illud dico, fructuum perceptionem cum conſumptione coniunctam eſſe ſolere, & propterea eorum pignus facilè intercidere: quamuis qui percepit ex iis, locupletior fiat. Verùm fundus non ita conſumi facilè poteſt. Si res obligata non omnino perierit, ſed ita tamen mutata ſit, vt non eadem amplius, quæ fuit, eſſe videatur: (nam & formæ mutatio interdum dicitur ſubſtantiam rei interimere, l.Iulianus. §.ſi quis rem. Ad exhib.) certè fatebor, hac ratione dominium & hypothecam amitti. Vt ſi ſylua aut lignum rude detur pignori, & nauis ex ea materia fiat, dicemus pignus conſumi, neque nauem teneri: quia aliud ſit materia, aliud nauis.l.ſi conuenerit.§.ſi quis ſic cauerit.de pignor.actio. Sanè Martianus l.16.§.ſi res.de pignoribus ait, ſi res hypothecæ data poſtea mutata fuerit, æquè actionem hypothecariam competere, veluti ſi de domo data hypothecæ, fiat hortus: vel ſi de loco conuenit, & domus in ea facta ſit, vel vineæ poſitæ. Verùm hæc ipſa exempla ſignificant, Martianum de ea tantum rei mutatione loqui, quæ non niſi ſummam faciam immutat, ſicùti & cùm color mutatur, res eadem nihilominus manet.l.ſed ſi ex meis.de acquirend. rer. dom. Sanè etſi domus mihi pignorata comburatur, area manebit obligata.l.domo.de pignorib.action.ac ſi deinde domus fuerit reſtituta, ea quoque, vt prior, obligabitur, l.29.§.domus.l.vltima de pignorib. Porro & tempore finiri pignus, ait Vlpianus.in l.6.quib.mod.pig.ſol. Vt ſub conditione vel in diem poteſt contrahi hypotheca, vt prius non naſcatur: ſic etiam poteſt ad diem vel conditionē, vt ſcilicet de veniente, vel eueniente conditione, finiatur. Sed & ſi principalis obligatio ita contracta ſit, eadem exceptio temporis obſtabit hypothecæ, quæ principali obligationi obiicitur. Nam & ſi obligatio ipſo iure non finiatur tempore, per exceptionem tamen infirmatur. l obligationum fere. §. placet.de obligati. & actio. Sed & ſi de tempore nihil conuenerit, tamen creditorem præſcriptione longæ poſſeſsionis poſſe à poſſeſſore pignoris ſummoueri, ait Paul.l.12.de diuturn.temp.preſcript. Paulo ante dixi, eum qui dominium rei vſucepit, non poſſe propterea ſummouere hypothecam. Non enim eadem vtriuſque cauſa eſt. Sed illud nunc dico, etſi veteres Iuriſconſulti nullam agnoſcerent temporis præſcriptionem aduerſus actiones in perſonam, aduerſus tamen actiones in rem, quæ ex obligatione deſcenderent, aliquam agnouiſſe. De vindicatione domini iam non loquor. Vſucapio plane eam tollebat. Sed de actione hypothecaria, quam dixerūt ſummoueri poſſe longi temporis pręſcriptione, ſi quis tandiu rem obligatam poſſederit, nec abs creditore conuentus ſit. Longum tempus intelligi: decem annorum inter prȩſentes: viginti, inter abſentes, ſatis notum eſt. Hanc Iuriſconſultorum ſententiam de hypothecaria actione ſummouenda, confirmarunt Impp. Gordianus & Diocletianus l. prima.& ſecund.C.ſi aduerſ.creditor.prȩſcriptio.oppo.leg.vltim.C.de action.& obliga. Sed exceptionem hanc addiderunt, extra quam ſi debitores aut eorum hæredes rem poſsideant. Viſum eſt enim, eos patiētia creditoris abuti non debere: neque ſi hic benignè paſſus ſit pignus abs domino poſsideri, ius propterea ſuū remiſiſſe videri. Poſtea edita eſt conſtitutio Theodoſij & filiorum eius, leg.tertia.C.de preſcriptio. triginta vel quadraginta annor. Vt perſonales quidem actiones, ſaltem triginta annorum prȩſcriptione, ſummouerentur: ſed tantum etiam temporis requireretur vt extraneus aliquis poſſeſſor rei obligatæ ſummoueret hypothecariam. Sic prȩſcriptio, quæ ad ſummum erat viginti annorum, facta eſt triginta. Quid autem ſi debitor ipſe poſsideret? Non idem tunc dici, innuit Theodoſius. Sed nihil prȩterea definit. Certe ſi principalis obligatio extinguatur annis triginta, non poteſt non ſimul intercidere hypotheca. Sed ſi creditor in perſonam egerit, non in rem: tunc merito quæritur, an interrupta preſcriptione obligationis principalis, conſeruetur etiam hypothecaria. Theodoſius ſignificat, non propterea magis conſeruari aduerſus extraneum poſſeſſorem. Sed debitore poſsidente, ſimul eam durare indicat. Tandē vero Iuſtinianus le.7.C.de prȩſcriptio. triginta vel quadraginta annor. ſtatuit, vt tunc ad ſummum non niſi annis quadraginta duraret: & adiecit, idem dici, ſi poſterior creditor hypothecarius poſſideat, quandiu quidem debitor, qui pignori dedit, viuit. Nam & tunc debitorem ipſum poſsidere videri. Sed ſi eo mortuo, creditor poſterior annis triginta rem poſſederit, eum iure communi vti: hoc eſt, preſcriptione triginta annorum repellere priorem alterius hypothecam. Si tamen partim viuo debitore poſſederit, partim eo mortuo, & coniungere tempora velit, opus eſſe poſſeſſione annorum quadraginta. Idémque ediuerſo obſeruari. & cùm quæritur de iure offerendi, cum ſcilicet poſterior vult priori poſsidenti offerre debitum, vt in eius locum ſuccedat. Nunc ergo intelligimus, quo tempore tollatur actio hypothecaria, & quando ſit annorum triginta, quando quadraginta. Iuſtinianus in alia poſtea conſtitutione ſimpliciter dixit, hypothecariam actionem annis 40. durare, leg.prima.§.primo.Codi.de annal. exceptio. Sed, adhibenda eſt, quam iam dixi, & prius ille tradiderat, diſtinctio. In Græcis Collectaneis Suidæ, vbi deſcribitur Priſc⁹ ille Emeſenus, qui tēpore Iuſtiniani falſari-

inſignis fuit,ſcriptum etiam eſt,legem tũc fuiſſe, quę annis quadraginta hypothecaria omnes actiones excluderet,aliàs vero annis triginta. Sed ab Iuſtiniano impetraſſe quoſdam eccleſiæ Emeſenæ procuratores, vt ad annos centum in eius cauſa producerentur. Cuius conſtitutionis memoria pertinet ad l.vltim. C. de ſacroſanct.eccl. Porro vt inuito creditore ſuperioribus modis hypotheca tollitur, manente etiam obligatione principali,ſic & plerunque ex mera eius volũtate finitur. Dixi antea,ſola conuentione contrahi pignus. Inde quoq;,intelligi poteſt ſolo conſenſu remitti & tolli. Atque vt dixi,tacito etiam conſenſu conſtitui,& ſic & euerti poſſe dicendum eſt. Si creditor chirographum reddit debitori, vel legat: cenſetur obligationem,quæ eo continetur, remittere. l. 2. de pact. l.3.de liber.lega.& ex conſequenti colligemus, hypothecam ſimul eſſe remiſſam. Si pignus debitori reddat creditor,ius quoque pignoris remittere intelligitur,non etiam principalem obligationem.l.3. de pact. l.7.C.de remiſſ.pig.quãquã ſi pignus ei legat, interdũ & debitum principale legare intelligatur,vt & liberatio & luitio legata videatur.leg.j.de liber.legat. Sed vtroque caſu pendet ex coniectura volũtatis, an cum pignore intelligatur remitti debitũ. Si creditore conſentiente debitor rem pignoratam vẽdat,vel alienet, pignus quoque remiſſum creditur.l.4.7.8. & 10. quib. mod.pign.ſol.l.2.C.de remiſſ.pig. Nam quorſum alio qui interuenit eius conſenſus? Conſenſiſſe autem tacitè intelligitur,tacitéq; propterea pignus remittere, ſi illius vẽditionis tabulis ſciens prudénſque ſubſcribat.l.8.§.non videtur.quib.mod.pign.ſolu. Nam & ſi pater rem filij obligaret,filiuſquè conuentioni ſubſcriberet, conſentire, & tali ſuo conſenſu pignus confirmare intelligitur.l.26.§.j.de pignor. Si quis tamẽ ſubſcriberet vt alius quiuis, veluti vt teſtis quilibet,alia eſſet interpretatio.l.39.de pigno.acti.l. Titia.§. Lucia de legat.2. Sed quid ſi creditor tantùm præſens fuerit,cùm res abalienatur, vel eam abalienari ſciuerit, & tacuerit? Certè ſi manumittatur ſeruus pignori datur creditor,qui id ſciens patitur,pignus remittere videtur.l.j.C.remiſſ.pignor. Sed ſi vendatur,ſola creditoris præſentia pro conſenſu non habebitur,qui quidem ad remiſsionem pignoris valeat. dicta l.8.§. non videtur:niſi ſi res publicè tanquã ſub haſta væniret,& creditor publico progrãmate admonitus tacuerit.l. ſi eo tempore.l.ſi hypothecas.C.de remiſſ.pignor. Denique ſi debitor duobus,quibus rem obligauerat,eam ſimul vendiderit, pignus planè diſſolui reſponſum eſt l.9.quib.mod.pign.ſol. Quid ita? Pro qua parte quis emit,pignus ſuum cõfundit. Pro qua parte alter emit, ſocius conſentiendo id amittit. Sic partim alter alteri intelligetur hîc remiſiſſe pignus,partim acquiſitione dominij confudiſſe: vt intelligamus in ea ſpecie duos concurrere finiendi pignoris modos. Quod profecto dignum eſt obſeruatione. Porro vt ſuo vel tacito conſenſu,ſic ex delicto interdum pignoris ius amittit creditor, vt ſi ancilla pignorata turpiter abuteretur.l.24.§.vlti.de pignor.act.l.fœdiſsimæ.C.de poſtli. Atque hæc olim cauſa etiam fuit, cur ſenatus Roma. vetuerit filiosfami. credito nexos oppignorari. Non poteſt omninò cogere creditor debitorem, vt pignus luat,niſi quatenus eũ cogere ad ſoluendum, quòd debetur,poteſt,ſed cogi aliquid ad pignus luendũ aliunde poteſt. Si enim pro alio rem meam obligauero, tandem agere potero, vt eam luat, ſicuti & ſi pro eo fideiuſſero,vt me liberet.lege 38.mand. Vel ſi tibi rem commodaui, vt pignori dares tuo creditori, omnino teneris re pignorare, hoc eſt, luere. leg.5.§.nunc videndum.Cõmo. Sed & hæres plerunque tenetur rem legatam,ſi pignori obligata ſit,liberare.l.ſi res.de leg. j.l.66.§.fundo.de lega.2.l.prædia.C.de fideicom.l. qui poſt.C.de teſta. Sed poteſtne ſemper, ſi velit, rem liberare,qui eam obligauit? An hæc facultas luitionis, ſi creditor dominium non impetrarit, nullo tempore circumſcribitur? Fuit hac de re vetus inter noſtros interpretes iuris controuerſia. Sed nihil eſt cauſæ, cur tempore adimi finiríque hanc facultatẽ exiſtimemus. Nam neque pecuniam ſemper habet debitor, quam ſoluat, nihil vt illi imputandum ſit, ſi diutius ceſſet, præſertim cùm creditor non vrget. Neque poſsidente creditore, rem propterea ſuam amittere debet, cum etiam alienam vſucapere eo poſsidente poſſet. Deniq; vt creditor rem ſibi non vſucapit, ſic multa temporis præſcriptione eius liberationem impedire poteſt. Ius offerendi, quod poſteriori creditori datur: vt in prioris locum ſuccedat, non niſi ad ſummum annis quadraginta durare voluit Iuſtinianus, vt paulo ante dixi. Sed ius luendi pignoris, quod ipſi debitori, qui rem pignori dedit,aut eius hæredi competit, iiſdem cancellis non includit. Cæterùm vbi diſſolutum eſt pignus, & actio pignoratitia ad id repetendum nata eſt,fatemur hanc actionem longiſsimo deinde tempore tolli poſſe. Non excludi præſcriptione longi temporis,indicat Diocletianus l.neque. C. de pign.actio. Sed poſtea introducta (vt dixi) eſt longiſsimi temporis præſcriptio. Verùm antequam actio aliqua nata ſit,finiri tempore non poteſt.

## De pignoratitia actione. Cap.21.

DISSOLVTO pignore, tenetur creditor debitori pignus reſtituere. Ob chirographariam pecuniam adhuc retineri illud poſſe,ſupra dixi:vbi & alias retentionis cauſas expoſui. Sed alioqui reſtitutio neceſſaria eſt. Obligatio autem,qua creditor tenetur rem reddere,re cõtrahi dicitur,quòd nulla eſſe poſsit,niſi ſi rem creditor receperit. Perſonalis tamen eſt,ex eáque deſcendit actio,quę pignoratitia appellatur,& in creditorem eiúſve hæredem datur, non etiam aduerſus alium rei poſſeſſorem.l.vltima.C.de diſtraction.pigno. Ac ſi quidẽ abs creditore accepiſſem pignori pignus: quia eius creditoris loco eſſe videar,non minus quàm is,tenerer pignoratitia. Sed ſi alio titulo rem poſsiderem,non idem eſſet dicendum. Sane interdum, antequam etiam,quod debetur,perſolutum ſit, tamen pignoratitia competit:veluti ſi creditor pignore abutatur,& debitor,quod ſua intereſt,perſequatur.l. vltim. de pignoratitia actione. Vt autẽ hæc actio,quia perſonalis eſt,non datur contra poſſeſſorem, alioqui non obligatum,ſic & ei datur,quicunque rem pignori dedit,etſi dominus non ſit,ſed potius prædo.l. pignoris. §.ſi prædo.de pignoratitia action. Sed & ſi pignus fuerit prætorium,nõ eſt dubium competere.l.inquilino. &.l.ſeq.de damno infect.l.is cui.§.queri poterit.vt in poſſeſ.legat.l.ſi pecuniam.de pignor.actione. Sicuti & αὐτίχρησις fuiſſet,hæc actio æque daretur. Verum cùm quęritur,quid in eam veniat,& an creditor non de dolo tantum, ſed & de culpa condemnetur, diſcrimen obſeruandum eſt. Solemus dicere,creditorem cõdemnari doli & culpæ nomine,& vt cum re fructus reſtituat,vel in debitum imputet, non ſolum quos percepit,ſed & quos percipere potuit. Culpam autem, quã præſtat,æſtimamus ex conſuetudine bonorum frugíque patrumfami.quorum exemplum in pignore tractando creditor ſequi debet.l.5.§.j.commodat.l.14.de pignor.action. Cæterum ſi creditor in bonorum poſſeſſionem miſſus ſit,in hoc pignore nõ niſi dolum malum præſtat.l.prætor ait.§.eſt præterea de rebus auth. iudic.poſsid. Nam cum hoc pignus veluti inuitus accipiat,non eſt obligandus,vt culpam etiam aut negligentiam ſimplicem pręſtet. Neque certe hoc meretur debitoris contumacia. Quod de fructibus imputandis dictum eſt, nullo modo poteſt habere locum, vbi



vbi eſt antichreſis. Tum enim vſurarum loco fructus ſunt creditoris,vt ſuperius dictum eſt. Porrò cùm creditor pignus reddit,de dolo etiam debet repromittere debitori.l.15.de pign.action.ſicuti & cũ emptor rem redhiberet venditori.l.redhibere.§.j.de ædili edi. Sane interdum olim fiebat,vt debitor cùm pignus daret, nominatim conueniret,vt ſibi redderetur ſoluta pecunia. Sed hæc conuentio neceſſaria non eſt. Eius tamen meminit Vlpianus l.4.§.8.de dol.mal.excep.vbi etiam ait,ſi cùm creditor ſua culpa pignus perdidit,pecuniã petat,obiici illi poſſe exceptionem doli. Vt autem diximus,debitori pignoratitiam actionem directam cõpetere,ſic & creditori contrariam dari dicimus:vt conſequatur impenſas,in pignoris cauſam factas,vel perſequatur quod ſua intereſt:quia vel alienam rem,vel vitioſam debitor pignori dederit.l.8.16.22.25.31.de pign. action. Sed & ſi creditor,tanquam prædij tributarij, quod erat pignori datum,poſſeſſor aliquid fiſco ſoluerit,repetet à debitore. Ac ſolebant quidem creditores eo etiam nomine cum ſuis debitoribus paciſci, cùm talia prædia pignori acciperent,vt debitores onus tributi agnoſcerent & dependerent. Tale pactũ non imminuit iuſ fiſcale,neque creditorem,ſi rem poſsideat, liberat, ſed ſaltem valet,vt ex eo debitor quoq; teneatur creditorem exonerare.l.42, & 52.§.j.de pact. Vt finem aliquando faciam,illud vnum poſtremo adiicio, quemadmodum locatori datur interdictum Saluianum,vt inquilinus cum ſua ſupellectile emigrare non poſsit,antequam pẽſiones habitationis cauſa debitas (quarum nomine ſupellectilẽ obligari diximus) perſoluerit,ſic inquilino,poſteaquam locatori ſatisfecit, non ſolùm actio pignoratitia,ſed & interdictũ de migrando competit.l.j.de migrando.

FINIS.

# DE PIGNORIB. ET HYPOT. QVALITER EA CONTRAHANTVR: ET DE PACTIS EORVM: LIB. PANDECT. XX.

### *SVMMARIVM.*

1 *Hypothecaria formula æmula eſt actionibus pignoratitiis.*

2 *Hypothecaria actio quandoque principalis eſt,quãdoque acceſſoria.*

3 *Res obligata legata,quomodo quandoque ab hærede,quandoque verò à legatario luatur.in §.ſed & ſi rem ſuam.Inſtit.de legat.*

4 *Titu.de pignor.&c.tres habet partes,& quæ ad ſingulas partes pertineant.*

5 *Differentia inter pignus & hypothecam.*
*Item inter pignoratitiam & hypothecariam actionem.nu.15.16.*

6 *Pignoris obligatio re contrahitur,hypotheca verò cõuentione.*

7 *Auocare poſſeſsionem rei obligatæ, proprius eſt ſcopus hypothecariæ actionis.*
*Notatus Accurſi.*

9 *Hypothecaria quando cumulari poſsit cum perſonali actione.*

10 *Pignoratitia actio de pignore dato in perſonam eſt, & propterea non egreditur perſonas inter quas contracta eſt obligatio.*

11 *Pignus ſemper reſtituendum debitori offerenti ſoluere quod debebat,item hæredi eius ac etiam alteri creditori.*

12 *Creditor pignus tradens fideiuſſori,cenſetur illi ius ſuũ vendere,ac ob id liberatur pignoratitia actiõe.*

13 *Hæres cui ex iudicio fa.er.pignus obuenit,ſi cohæredi ſoluerit portionẽ debiti,cur nõ debeat cauere indemnem illum fore aduerſus illũ qui pignori dedit.*

14 *Fideiuſſor quatenus de culpa hic teneatur, & quatenus creditor,reiecta aliorum ſententia.*

15 *Hypothecaria ſtricti iuris eſt.16. & Prætoria, & quæ Fulgoſ.hic ſententia.*

17 *Hypothecaria in quẽcunque datur poſſeſſorẽ, quandiu ius debitoris durat in pignore.*

HYPOTHECARIA formu-
la æmula eſt pignoratitiis actio
nibus,in tractatu de rebus poſi- 3
tis,& circa eaſdem res ambabus
pene idẽ ſtudiũ eſt:in prooemio
Pandect.§.tertij inſuper anni. Et
prima cuiuſque tituli ad hunc
tractatum pertinentis reſponſa,
deſumpta ſunt ex Papinia.in eo.prooe.§.ne autẽ tertij
anni auditores.excelſi & acutiſs.ingenij Iuriſcõſulto,
l.cũ acutiſs.C.de fideicom.q̃ breuiſsimo puncto latiſ- 4
ſimum ſemper campum complexa ſunt, Accurſio verò
viſum eſt aliunde petere rationem ordinis titulorum,
nempe quod hactenus dictũ ſit de principalibus
obligatiõibus ex contractibus nominatis & innominatis,
meritò nũc de acceſſoriis(veluti pignorib.& hypothecis)
tractandum. Ne quem tamen id fallat,pręter-
2 tereundum non putaui, hodierno † vſu hypothecariam
actionem aliquando principalem cenſeri, vt in
redditibus perpetuis,ſuper certo prædio aſsignatis:
(Nicol.Boeri⁹, deciſio.296.verſ.nu.17.) ꝓpriè verò acceſſoriam
eſſe, quãdo obligata eſt res ꝑ debito,ſemel
vel aliquot penſionibus ſoluendo, quod non renaſci-
tur quotannis. Et huc ſpectare videtur, quod omnes
diſtinguunt(in §.ſed & ſi rem ſuam.Inſtitut.de lega.)
† in re legata,quæ obligata eſt,luenda:an ſit obligata
pro debito,quod nõ renaſcitur quotannis,& tũc luat
hæres:an vero pro reditu annuo:& tunc ipſe legatarius
feret onus: quemadmodum illud fert maritus ratione
rei dotalis:quia hoc debitum fructuum onus.l.
neque ſtipendium.de impen.in rebus dota.fact.eſt.&
vſufructuarij ſuo tempore.l.ſi pendente.§.ſi quid.de
vſufruct.l.quæro.de vſufru.leg.
† Prima autem huius, rubricæ pars generalis eſt,com
plectens omnia quæ in hoc tractatu ſequuntur,& hoc
titulo iſta potiſsimum habet capita: Quæ res, Pro quibus
obligationibus,& Ad quem effectum iure pignoris
ſubiiciantur,& Cuius ſit periculum interitus rei
obligatæ.

Ad ſecundam vero partem huius tituli hoc ſpectat, Quòd hypotheca non ſola ſubſcriptione cõtractus à domino facta,l.fideiuſſor.2.§.pater Seij.hoc titulo.ſed conuentione, l.contrahitur. hoc titulo. contrahatur: etiam inter abſentes,& per ſcripturam priuatam ſine die & conſule.l.cùm tabernam.§.idem quæſiit.hoc titulo. Idque vel pure,vel ſub conditione,& vt vel conformis vel difformis ſit principali obligationi, in cu-

tione,purè quoque obligata hypotheca, vel ſub con-
ditione,pro debito conditionali,vel pro pura ſub cõ-
ditione,& pro conditionali purè.l.res hypothecæ.§.
ſed & futuræ.l.grege.§.ſi ſub conditione.eodem titul.

Tertia verò pars huius tituli de pactis pignor.non
minus latè patens,meruit in Codice ſpecialem rubri-
cam.C.de pact.pign.in qua quod eſt additum de lege
commiſſoria in pignoribus reſcindenda, illius & hic
occurrunt exempla pactorum,quæ ad legem commiſ-
ſoriã videtur accedere.l.ſi is qui bona.in princ.l.ſi fun
dus.§.j.hoc tit.l.Titius.de pig.actio. Pignus ab hy-
potheca Marcellus l.res hypothec.§.inter pignus.di-
xit ſolo vocis & nominis ſono differre.Vlpia.aũt in l.
ſi rem alienam mihi.§.propriè pignus. de pignorati-
tiã actione.& l.plebs.§.pignus.de verborum ſignifi-
catio. propriè eſſe pignus quod ad creditorem tran-
ſit,hypothecæ vero non tradi poſſeſsionem creditori.
Vnde conſequitur,quòd pignori eſſe dicatur plerun-
que res mobilis, hypotheca vero conſtituatur in im-
mobilibus.quanuis ea differentia non ſit perpetua.nã
& pignori prędia leguntur apposita,in l.ſi conuenerit.
2.§.ſi fundus pignoratus.l.creditor cùm pignus.de pi
gnoratitia actione.l.cùm te.C.de pignor.Frequentio-
re autem vſu loquendi,Vlpiani differentiam tenemus
6 & in contractibus.Nam dicimus †pignoris obligatio
nem recontrahi.§.creditor. Inſtitut.quibus modis re
contrah.obligatio.l.prima,de pignoratitia action.hy
pothecam vero conuentione,dicta l.contrahitur, &
magis quidem in actionibus.Nam pignoratitiã actio
nem ab hypothecaria omnes diſtinguimus, pro nota
diſcriminis ab hypothecaria actione.Iuriſconſulti ſi
gnificare volentes eam,quam nunc vulgo pignorati-
tiam ſimpliciter vocamus,dixerunt actioné de pigno
re dato,in l.fideiuſſor.j.hoc titul.l.creditor.de pigno-
ratitia actione.in l.fideiuſſor.§.creditor.de negot.ge-
ſtis.generali nomine pignoratitiæ actionis aliquando
eam ſignificantes,in l.rem alienam.de pignoratitia a-
ctione.& in l.ſi Titio.hoc titu.quam nos hypotheca-
riam dicimus.Ea enim præcipua differentia eſt inter
has actiones,quòd pignoratitia cõſenſu debitoris nõ
contenta,requirit neceſſario datum & traditum eſſe
pignus:hypothecaria vero ſolum debitoris & credi-
toris conuentionem deſiderat,non quaſi ex ea cõuen-
tione proximè oriatur.Nam eſt in rem,l.pignoris per-
ſecutio.hoc titulo.quibus actionibus agimus cum iis,
qui nullo iure nobis obligati ſunt.inſtitut.de action.
in princip.Sed ex conuentione,vt pro debito res obli-
gata eſſet,naſcitur quoddam ius reale perſequendi eã:
quo res ſic eſt affecta,vt ad quemcunque eat, tranſeat
ſemper cum ſuo onere,& à quolibet auocari poſſeſsio
poſsit:qui proprius eſt ſcopus hypothecarię actionis.
l.ſi venditor.in princip.de euict.Ita vt non malè dixe-
ris,per hypothecariam actionem conuerti hypothe-
cam in pignus,quaſi ſcilicet ab initio fuiſſet traditum.
Et hanc proximam cauſam actionis hypothecariæ,nõ
quidem ex conuentione ipſa, ſed ex iure quod naſci-
tur ex conuentione,apertiſsimè ſignificat I.C.in dict.
l. pignoris perſecut.cùm diceret:quòd pignoris perſe
cutio parit actionem in rem:perſecutio inquam.i.ius
perſequendi,quo res ipſa affecta eſt: ſimulatque hy-
potheticæ ex conſenſu debitoris & creditoris eſt ſup-
8 poſita. †Et malè ibi Accurſi.perſecutionis vocabulum
conuertit ad conuentionem,in id incidens quod ſtu-
dioſe Iuriſconſultus vitauit.Sed nec ob id magis per-
ſonalis erit hæc actio,quòd fortè rem obligatam poſ-
ſideat adhuc debitor qui illam obligauit,licet hoc fa-
ciat ad lõgiorem vitam actionis hypothecariæ.l. cùm
9 notiſsimi.C.de preſcri.long.temp.& †hoc caſu cumu-
lari poſſet cum perſonali actione.§. ſed neque. in au-
then,de fideiuſ.quod alio poſsidente non eſſet permiſ
ſum.auth.ſed hodie.C.de act.& oblig.Euidentius au-
tem hoc apparet in hæredibus debitoris, quorũ vnus
perſonali actione non niſi pro hæreditaria parte cõue
niri poſſet,hypothecaria tamẽ actione in ſolidũ, ſi ſol⁹
rem hypothecatã poſsideat.l.2.de hære.act.& l.2. C.ſi
10 vnus ex pluribus hære. †Pignoratitia verò actio de pi
gnore dato eſt in perſona,nata ex obligatione pigno-
ris,q̃ contrahitur re:quo fit vt ea actio non egrediatur
perſonas,inter quas contracta eſt obligatio:& proin-
de debitor qui cũ creditore debitũ offerens ageret ve
ra pignoratitia actione:non eadẽ tamẽ agere poterit
cum fideiuſſore:ſi forte illa pignora à creditore ſit na
ctus,ſiue quaſi ſatisfacturus,& non ſatisfecerit.l.fide-
iuſſor.2.hoc tit.ſiue etiam ſatisfecerit creditori,pigno
ra ab eo ſuſcipiens.l.fideiuſſor.j.hoc tit.Nam id ei pro
deſſe nõ debet ad rationẽ pignoris perpetuo iure,nec
11 quidẽ ſi emerit, †quin ſemp̃ debeat pignora reſtituere
ipſi debitori offerenti ſoluere quod debebat.l.ſi mãda
to Titij.§.Paulus.mãda.l.Paulus reſpondit.de fideiuſ.
l.j.C.de dolo malo.& hæredi eius.l.fideiuſſor.2.& al-
teri quoque creditori,ſub eodem pignore.l.fideiuſſor.
j.de diſtract.pign.Et cùm pignoratitia actio aduerſus
fideiuſſorem deficiat,dabitur aduerſus eum mandati
actio.d.l.fideiuſſo.j.vel negotiorum geſtorum,ſi forte
alterius contractus,quam in quem ipſe fideiuſſerat,pi
gnora redemerit.l.fideiuſſor.de neg.geſt.Ipſe aũt cre-
ditor tradito pignore fideiuſſori,liberabitur à pigno-
ratitia actiõe.l.fideiuſſor.§.creditor ob id factũ de ne.
geſt.quia videt̃ ius ſuũ vẽdidiſſe,& fideiuſſorẽ in locũ
ſubrogaſſe:quod ſoluẽti fideiuſſori negare nõ potuit.l.
2.C.de fideiuſſor.Imò hoc ipſo id feciſſe videtur,ſaltẽ
quod ad retentionẽ pignora ei tradiderit:l.j.inf.Qui-
bus mod.pignus vel hypot.ſol.& idcirco à pignorati-
tia acti.liberatur,non ſecus,quàm ſi iure ſuo,cũ id poſ
ſet facere,ipſa pignora diſtraxiſſet.Et hoc in cauſa eſt,
13 †cur deducto in iudicium familiæ erciſcundæ pigno
re,quod accepit defunctus,hæres cui illud pignus ob
uenit,& cohæredi portionem debiti ei competentem
ſoluit,non debeat cauere indemnem eum fore,aduer-
ſus eum qui pignori dedit l.ſi pignori.in princ.verſic.
nec cauere debet famil.erciſ.Nimirum,quia cohæres,
qui accepta ſua parte crediti cedit pignori, ipſo iure
eſt tutus aduerſus debitorem. Porrò quanuis alicubi
mãdati actio ex omni genere culpæ detur,etiam leuiſ-
ſimæ,l.à procuratore.C.manda.ea tamen actio manda
ti,quæ hic tenet fideiuſſorem, non magis conſtringet
14 †eum,quàm creditorem(ſi adhuc ipſe poſſideret)con
ſtringeret vera actio pignoratitia:qui quidem vt nõ te
neretur ex leuiſsima culpa,l.ſi cũ venderet.§.vlt.de pi-
gnor.action.ſic quoque nec fideiuſſor cum quo agitur
mandati.nam culpam oportet æſtimari,exemplo credi
toris.d.l.fideiuſſor.1.hoc tit. & ibi.Fulgo.in 2.lectura.
Quãuis ſint,vt Alber.hic,qui,quod ad culpam attinet,
durius cum fideiuſſore pignora tenẽte putant agi, quã
cum ipſo creditore.quæ ſententia inhumana eſt, quòd
durius ageretur cum fideiuſſore,qui plenius eſt execu
tus mandatum,non fideiubendo tantum,verum etiam
ſoluendo pro debitore.

Sunt & aliæ harum actionum differentiæ: nam hy-
15 pothecaria ſtricti iuris eſt, †cùm ſit in rem,& non na-
ſcatur ex cõtractu,in quo bona fides exuperare debet.
Pignoratitia verò bonæ fidei:§.actionum,Inſti.de act.
Rurſus hypothecaria actio, quæ quaſi Seruiana dici-
16 tur, †prætoria eſt:l.ſi tibi decem.§.de pign.de pact.§.
Item Seruiana.Inſtit.de act.Pignoratitia verò eſt ciui-
lis.quod Fulgo.in l.rem alienam.nu.4.de pign.act.ve-
rum eſſe putauit,etiã de illa pignoratitia actione, quæ
eſt in rem:Cùm enim iure ciuili,pignoris obligatio nõ
niſi re contrahatur,& iure prætorio,etiam ex pacto,d.
l.ſi tibi decem.§.de pignore.ſi creditor eius pignoris
quod traditum accepit,poſſeſsionem aliquo caſu ami
ſiſſet,habiturum eum indubiè pignoratitiam actionẽ
aduerſus quemcunq; poſſeſſorem:quam ipſe ciuilẽ pu-
tat eſſe actionem,& ob id à Seruiana & hypothecaria
preto



prætoriis actionibus legitur diſtincta,l.3.§.eſt autem,
ad exhibendum.cuius certè pignoratitiæ actionis in
rem ciuilis,multis aliis locis,melioré eſſe cauſam,no-
tauit in d.l.rem alienam.de pig.act.l.naturaliter,in fi-
ne,de condict.indebiti.l.ſi Titio.hoc tit.l.duobus.l.ex
ſextante.§.Latinus,de exceptione rei iudicatæ.l.debi-
tor,ad Trebel.l.cum res.C.ſi aliena res.Sed in quibuſ-
dam ab eo notatis,facile eſt deprehendere pignus nõ
traditum fuiſſe,ſed ſola conuentione obligatum.Ne-
que tamen negarim,quin ſiue tantum de hypotheca pa
ctum conuentum interuenerit,ſiue etiam tradita fue-
rit poſſeſsio,quæ deinde ſit amiſſa,æquè hypothecariã
17 actionem conſiſtere †contra quẽlibet poſſeſſorem,ſci-
licet quàm diu durat ius debitoris in pignore, l.gre-
ge.§.& in ſuperficiariis,hoc eodem titu.

## LEX PRIMA.

### *SVMMARIVM.*

1 *Hypotheca male conſtituta ab initio an confirmari poſſit,& quo modo.*

2 *Pignus traditione conſtitutum continet tantum bona præſentia,non etiam futura,vt dominium in ſocietate omnium bonorum.*

3 *Duplex interpretatio verborum in prima parte legis poſitorum.*

4 *Vel,pro etiam.*

5 *Generalis hypotheca omnium bonorum,quando cõplectatur futura.*

6 *In re aliena ſpecialis hypotheca non poteſt conſtitui, niſi ſub conditione,cum ſua erit.*

7 *Generalis hypotheca omnium bonorum,quoad futura,eſt conditionalis.*

8 *In generali obligatione quædam tacitè inſunt , quæ ſi exprimantur,ipſam vitiant.*

9 *Res hæredis cum legari poſſit,cur non & obligari.*

10 *Cur donatio omnium bonorum præſentium & futurorum,item ſtipulatio non valeat æquè,vt hypothecæ obligatio.*

11 *Res debita obligata,ſi poſtea acquiratur,prodeſt ad prælationem,inter creditores,& quæ Fulgoſii hic ſit ſententia.*

12 *Res aliena ſub conditione obligata,ac deinde acquiſita,ſi antequã conditio extiterit,iterum alienetur, an confirmetur hypotheca.*13.

13 *Confirmatio pignoris,vel hypothecæ fit ex æquitate legis.*

14 *An pignoris obligatio coaleſcat,ſi pignoris dominus ſuccedat debitori,qui alienum obligauerat . Pauli & Modeſtini reſponſa in ſpecie pugnantia.*15.16.17.

16 *Conciliatio communis reſponſorum Pauli & Modeſtini à Fulgoſio impugnata.*

17 *Vtilis actio varijs modis dicitur.*

18 *Fulgoſij conciliatio reſponſorum Pauli & Modeſt.*

19 *Debitum ſi ſoluatur,pro quo res conuentione tantũ eſt obligata,liberatur pignus ipſo iure.*

20 *Doli actio quando cõpetit in ſubſidiũ pignoratitiæ.*

21 *D.Mudæi coniectura in reſponſo Pauli:& vera reſponſorum Mod.& Pauli interpretatio,*

22 *Hypothecaria conuenti etſi excipere poſſint, rem in bonis debitoris non fuiſſe,non tamen ipſe debitor conuentus,vel eius hæres hac exceptione vtetur.*

23 *Hypotheca minus idonea,ſi à defuncto conſtituta ſit, poteſt officio iudicis cogi hæres ad præſtandã idoneã.*

24 *Creditor quomodo ſibi proſpicere poſſit,ſi hypotheca in re aliena conſtituta fuerit.*

25 *Bonæ fidei poſſeſſor qui rem obligauit,ſi hypothecaria conuentus velit excipere,rem ſuã non fuiſſe cùm obligaret,reipſa dolum amittit,atque ob id replicatione doli repellitur.*

26 *Creditor nõ debet probare rem debitoris fuiſſe,quãdo cum debitore agit,ſecus ſi cum alio poſſeſſore pignoris.*

27 *Creditor ſi ſciuerit pignus alienum vel hypothecam, nõ cõfirmatur hypotheca ex ſuperuenienti dominio,*

28 *Ex conuentione inutili etſi non naſcatur efficax obligatio,talis tamen naſcitur quæ proſit debitori ad liberationem.*

29 *Res aliena pignori data,ſoluto debito,qua actione repetatur à creditore poſſidente.*

30 *Retentio cur hic detur in re aliena pignori obligata, non tamen cùm vitioſè pignus eſt cõſtitutum.l. cùm vitioſè.infra eod.*

OFFERT ſe mox in exordio huius tituli
multum difficilis huius materiæ articu-
lus,de cõfirmatione hypothecæ malè ab
initio conſtitutæ in re aliena.Et quanuis
recto iuſtóque doctrinæ ordine diſcutiẽ
dum fuera illud,an res aliena poſsit pignori dari,vt-
pote de quo dubitari poſſet, detractis etiam cæteris,
de illo tamen aliqua in alium locum ſeruabimus.l. &
quæ nondum.§.quod dicitur.hoc titu.Et interim hic
præſupponentes regulariter illud fieri non poſſe,aga-
1 mus tantum de eo, †an confirmari poſsit,etiamſi ma-
le ab initio conſtituta ſit hypotheca.Et certe confir-
mabitur,debitori poſtea quæſito dominio rei obliga-
tæ:diuerſimode tamen, ita ſcilicet vt creditori dece-
pto,& ignorãti alienum eſſe quod obligabatur, detur
actio hypothecaria ĩ pleno ſuo robore aduerſus quoſ
cunque poſſeſſores:ſcienti vero, & qui cum debitore
dedit operam vt deciperetur dominus rei,nulla actio
detur,ſi non poſsideat:ſed ſi ipſe poſsideat,retẽtio de-
tur:ne debitori reddere cogatur aliter, quàm debito
prius ſoluto.

*In pignore dando.*) id eſt conſtituendo per conuen
tionem:de hypotheca enim loquitur, quæ contrahi-
tur conuentione,non de pignore cuius obligatio re
2 contrahitur. †Nam quæ adhuc acquirenda ſunt bona,
in iis non poſſet dici pignus traditione eſſe conſtitu-
tum,quando nec in eo contractu ex quo cõtinuo trã-
ſit dominium,vel communicatur,vt ex ſocietate om-
nium bonorum communicetur tantum, l.j.in fin pro
ſocio.aut tranſeat dominium rerum præſentium,non
etiam poſtea acquiſitorum,Glo.d.l.j.pro ſocio.& An-
gelus hic.

3 *Bonorum vel poſtea.*) †Duplici modo quidã,vt Bar-
tolus hic,tradunt,hæc verba intelligi poſſe,Vno ſcili
cet modo,quod conuentio generalis hypothecæ om-
nium bonorum poſsit dupliciter fieri,vel omniũ bo-
norũ ſimpliciter,vel etiã nominatim & expreſſe expri
mendo de futuris ſiue acquirendis,l.pen.§.vlt.hoc tit.
& l.idẽq;.§.ſi tibi q̃ habiturus ſum.qui pot.in pig. ſic
vt particula *vel* cõſeruet hic ſuã propriã vim cõnectẽ
4 di diuerſa.Alio verò modo quòd † *vel* acccipiatur p̃
*etiam*:eaq; ſola vera eſt interpretatio ex mente Papi-
niani,qui hic voluit differentiã facere inter generalẽ
5 hypothecã & ſpecialẽ.An ſcilicet quod †generalis hy
potheca *omnium bonorum*, cõplectatur etiã futura,
non ſolũ ſi ſic ſimpliciter facta ſit,(quod expediti⁹ pro
cedere, †vt Fulg. hic cõtra Bar.ex l.ſi ſeruit.De ſeruit.
vrb.p̃di.) verũ etiã ſi debitor adiecerit,ſe obligationẽ
facere *omnium ſuorum bonorum*.l.vlt.C.quę res pig.
oblig.poſ.quãuis alioqui ea adiectio videretur reſtri-
ctioné facere ad ſola præſentia,l.ſi ita.de aur.& argen.
6 leg. †Specialis verò hypotheca non conſtituitur in re

aliena:quod tamē ſi expreſsè hoc adiiceretur, quod o-
bligata eſſet tunc cū ſua erit facta,admittendū eſſet l.
ſi fundus.§.aliena res,hoc tit.indiſtinctè:& non ſolūm
ad effectū exceptionis ſiue retentionis,verū etiā ad ef-
fectum actionis hypothecariæ contra quoſcunq; poſ-
7 ſeſſores ,Alberi.in d.§.aliena res.Quēadmodū etiā † ge
neralis hypotheca omniū bonorū cenſetur,quoad fu-
tura,contracta eſſe conditionaliter.Nā in hac obliga-
tione,eorū quæ quis acquiſiturus eſt,vel quæ habitu-
rus eſt relatiuū iunctū futuro tēpori,facit tacitè con-
ditionē,l.Stichum qui meus erit,de leg.j.Et licet in ge
nerali obligatione,veniāt oīa poſtea acquiſita quocun
8 que titulo,etiā ex ſucceſsione hęreditaria: †non poſſet
tamē in ſpeciali obligatione hic titulus nominatim ex
primi:velut obligādo rē patris,matris,vel alterius,cui
ſperet ſuccedere,eo addito,vt ſit obligata cum ſucceſ-
rit,hoc enim genus conuentionū improbatū eſt,l.vlti.
in fine.C.de pact.
*Quæſitorum.*)Vel ab ipſo debitore qui illa obliga-
uit,vel ab hærede eius,ſed ex hæreditaria cā , vtputa ſi
debitor emerit quæ primum poſt mortē eius à vendi-
tore hæredi ſunt tradita,hæc enim cū reliquis defun-
cti bonis veniunt in iudicium familiæ herciſcun-
dæ l.veniunt in fi.famil.herciſ.l.penates,ad l.falcid.&
antequā exacta & ſoluta ſunt,ipſum nomen creditoris
qui illa debuit,venit in obligationē generalē oīm bo-
norū:quare & ipſa corpora quæ debitori debebantur,
iam ſoluta,hæredi eius venient in obligationē,Fulgo.
in l.Paulus.infrà eo.per l.ſi conuenerit.2.de pig.acti.&
l.grege.§.cum pignori,in fin.infrà eo.Sed ſi non ex ea
cā.i.hæreditaria,& tanquā defuncto debitori debita,
ab hærede primū eſſent acquiſita,ita quod ipſe contra
xiſſet,non veniret in obligationē generalem omnium
bonorū à defuncto factā l.Paulus.in princip.inf.eod.
etiamſi ex pecunia hæreditaria eſſent acquiſita,Salice.
ibi.& alij,ex gl.l.aſsiduis.C.qui potior.in pig.Imo quā
uis indubitatū ſit teſtatorē poſſe legare rē hæredis ſui,
9 l.vnum,ex familia.§.ſi rē,de leg.2. †obligare tamen illā
non poſsit , ſic vt cum effectu hypotheca cenſeretur
cōſtituta,Salicetus ,ibi.ad l.Paulus.Cū nec dominium
rei hæredis legatæ,recta via in legatariū tranſeat,ęquē
vt propriæ rei,& ſic nec ius pignoris validè conſtitui
in re hæredis,ſic vt ſic affecta,quanuis in hoc articulo
ſint qui aliud ſenſerit.Iaſon in l.cū alienā rē.C.de leg.
10 *Recepta eſt.*) Aliter ſanè quàm † donatio omniū bo
norum præſentium & futurorum, aliave quælibet ſu-
per omnibus illis ſtipulatio aut promiſsio,quæ adime
ret liberam teſtandi facultatem , & ob id recepta non
eſt.l.ſtipulatio hoc modo concepta,de ver.obl.l.ſi fra-
tres.§.idē reſpondet,pro ſocio.& Ang.hic.Rei verò o-
bligatę pignori non impeditur alienatio, neq; inter vi
uos,neq; in vlti.voluntate:ſed res tranſit cum onere.
*Si non fuerit ei,qui pignus dabat debita.*)A cōtra-
rio ergo,ſi debita fuerit,pignori obligari (licet adhuc
aliena eſſet)etiā in ſpecie& nominatim potuit.l.3.§.cū
ex cā mād.Qui potior.in pig.Sic quidē,vt tantiſper dū
adhuc debita res eſt,intelligatur obligatū nomē , quo
exacto & diſſoluto,res ipſa quæ fuit debita:Bart.hic &
Fulg.per l.ſi domus.§.vlt.de leg.1.&.l.cū in fundo .§.ſi
11 fundus,de iure dot.†Re tamē acquiſita,proficit ad p̄la
tionē īter creditores,quod adhuc debita domino fue-
rit obligata,vt is p̄feratur oībus,quib⁹ idē debitor eā-
dem rē iā ſuam factā,obligauerit.d.§.cū ex cauſa man-
dati.Sanè ſi nō ex ea ipſa cā ex qua fuit debita,acquiſi-
ta ſit debitori,ſed ex alia.Verbi gratia:Debitor rē, quā
emerat,obligauit,q̄ deinde ei nō eſt ex cā venditionis
tradita,ſed venditoris teſtamento legata.l.apud Iulia-
nū.§.ſi Titius rē à me emiſſet.de lega.j.iam quidā,Bart.
hic,putant perinde eſſe,atq; ſi ab initio fuiſſet obliga-
ta res prorſus aliena,& ne debita quidē debitori:quaſi
hic non inſpiciatur,ꝙ iam ex illa ipſa cauſa,ex qua de-
bebatur,non eſt acquiſita.Cui cōſequens eſſet,ſic con-
firmari quidē adhuc hypothecā,etiā ad cōmodū acto
ris,creditori ignorāti:ſed nullo ordinis beneficio in-
ter creditores,ex eo,ꝙ prius eſſet obligata.Sunt alij,vt
Fulg.hic,quibus videtur hic euaneſcere prorſus obli-
gationē hypothecæ,tanquā nulla fuiſſet nata, cùm ea
ipſa obligatio rei debitæ,& quæ hoc prætextu, ꝙ de-
beretur,fuit obligata,in effectu fuerit conditionalis,
ſi ſcilicet ex ea cauſa acquireretur:q̄ conditio videtur
defeciſſe,quod tn̄ durū eſt,cōditionē(ſi qua inſit)ad il
lam ſolā cām reſtringere,ex qua res debebatur, & pe-
iore loco conſtituere debitorē,quàm ſi rem penitus a-
lienā,& ne debitā quidē debitori,pignori accepiſſet.
Niſi dicas,non ignoraſſe eū alienam,in qua hypothe-
cam ſibi conſtitui permiſit,vt in re debita debitori, &
ſic in effectu in ipſo noīe.*Debitori dominio quæſito.*
& tandiū retento,vt adhuc tunc fuerit in bonis eius,
cùm incepiſſet obligatio hypothecæ vim ſuam habe-
re,ad præſentem effectum,ad quā reſtrictionē nos co-
git quoddam Africani ſatis obſcurū reſponſum.l.Qui
balneum.§.Titia.Qui pot.in pig.in quo ad confirma-
12 tionē pignoris deciditur† non ſatis eſſe,ꝙ dominium
rei obligatæ cùm non eſſet debitoris, aliquando ſit ei
acquiſitum,ſi videlicet eo tempore, quo confirmatio
hypothecæ incepiſſet habere vim ſuam ad commodū
creditoris,inueniatur res rurſum alienata , & ab alio
bona fide pignoris ignaro,acquiſita,non in fraudem.
Bar.Sal.Ang.Fulg.& alij in d.§.Titia.Verbi gratia:Ti-
tia p̄diū alienū pretij aureorum centū primū Titio de
dit pignori,non ad modicū æris,ſed fere ꝓ debito æ-
quiualenti pretio,deinde obligauit & Meuio,non ce-
lās(vt p̄ſumere debemus in dubio,vt ne putetur in cri
mine ſtellionatus incidiſſe)quod prius Titio obligaſ-
ſet.l.ſi quis in pig.§.ſed etſi quis rē alienā.de pign.act.
Hic iā vis hypothecæ huius,quo ad Titiū primū cre-
ditorē,impedita eſt vna ſola rōne,nēpe quod res obli-
gata ſit aliena: quo ad Meuiū verò ſecundū creditorē,
impedita eſt adhuc alia rōne,nempe ꝙ deberet Titio
primo creditori eſſe ſolutū,antequā aliquē fructum ex
hypotheca ſibi cōſtituta habere poſſet Meuius , quaſi
quodā modo ſub ea cōditione videatur Meuio eſſe o-
bligata.d.l.& que nondū.§.qui res ſuas.hoc tit.Acqui
rit deinde Titia hoc prædiū quod obligauit,& ſic cō-
firmatur mox hypotheca quo ad Titiū,nō quo ad Me-
uiū:cui duo diximus obſtare: quorū poſterius adhuc
militat,quā diu Titio ſolutum non eſt.Dat deinde Ti
tia idē prædium marito cui nubit in dotem,nihil cer
te hoc mutat cām hypothecæ Titij,ſemel cum effectu
confirmatæ:ſed manet adhuc inefficax hypotheca Me
uij.ſoluitur deinde Titio quod ei debebatur.Hic nūc
primum poſt illum creditorē dimiſſum,ſublatū quidē
eſt poſterius impedimentū,& ſic nunc videretur etiā
quo ad Meuiū confirmari pignus.At non eſt ita:nā an-
tequā poſterius impedimentum tolleretur,rurſus cœ
pit reuiuiſcere prius,iterúmq; inuenitur prædiū eſſe
alienū,nēpe mariti,eiq; in dotē datum:quod licet na-
turali ratione permanſerit in bonis vxoris.l.in rebus.
C.de iur.dot.non potuiſſet tamen iā in dotē datū obli
gari cuiquam in præiudiciū mariti,cui cum bona fide
in dotē acceperit,non obligatū cū effectu: quandoqui
dē tunc cùm acciperet,adhuc obſtat ius prioris credi
toris:quo non dimiſſo,poſterioris creditoris quodam
modo nullū ius eſt.l.j.in verbis nullo iure.infra de di
ſtra.pig.& Fulg.in d.§.Titia.non dictat æquitas cōfir-
mari aduerſus eū obligationē hypothecæ,quā eo ipſo
tp̄e nō potuiſſet vxor de nouo facere,& ſic nec lex vo
13 luit tacitè confirmari.Cū ergo hæc † confirmatio fiat
ex æquitate legis.l.rē alienā.de pi.act.& l.ſi Titio.hoc
tit.& æquiſsimū ſit primū creditorē p̄ferri ſequētibus.
tot.tit.Qui pot.in pig.vlq; adeo vt ſequentibus credi-
toribus nō niſi id videatur obligatum, in quo excedit
pretiū hypothecæ quantitatē debitā primo creditori:
vel ſub conditione tota res,ſi priori fuerit ſolutum.d.
l.&



l.& quę nondū.§.qui res ſuas,hoc tit.merito hoc impe
dimentu pręcedētis creditoris tāti eſt,vt obligatio pi-
gnoris ob illud nequeat confirmari,aduerſus eū qui bo
na fide accepit,ſ.ignorans obligatū eſſe.Sed quid ſi nō
ſit debitor factus dominus rei quā obligauit,ſed ė di-
uerſo dominus rei obligatæ fact⁹ ſit poſtea debitor,vt
pote quia poſtea ſucceſsit debitori,†An ęquè pignoris
14 obligatio coaleſcat?Et certè ad exceptionē rei venditę
& traditæ,conſtat nihil referre an venditor fiat domi-
nus rei,quā alienā vendidit,an contra dominus ſucceſ
ſerit in venditoris obligationē,l.j.in prin.de excep.rei
ex priore capite,nempe tanquam acceſsiones rei obli-
gatæ:Facta igitur redintegratione,non eſt quærendū
vnde ea facta ſit.Sed cum fieri debeat ab vſufructua-
rio,vetus eſt quęſtio,an ex ſolo fœtu,ſi quis ſit,an etiā
aliunde fieri debeat:& quicquid dixerit Accurſ.& plu
res eum ſequentes,verum eſt ex ſolo fœtu fieri,vt alio
loco,in §.ſed ſi gregis, Inſtit. de rerum diuiſ.latius
probabimus,ex l.qui ergo.§.item ſi fortè, de vſufr. &
l.vlt.quib.modis vſufr.amit.

Sed hæc ita p̄cedunt,ſi totius gregis ſub vno colle-
ctiuo noīe obligatio ſit facta,ſicut gregis vnū eſt lega
tū & vna ſtipulatio,vt Ang.in hac l.grege.Secus vero
ſi aliquot capita,veluti q̄ quis in aliquib⁹ p̄diis habet
mācipia,nominatim fuerint obligata, hoc enim caſu
nō erūt obligata,q̄ ſubſtituta ſunt,ſi nō ſint ex obliga-
tis nata,l.fideiuſſor impetrauit.§. Lucius Titius. hoc.
titul. Quamuis & hic aliud dici poſsit, ſi obligatio
ea facta eſſet ſub aliquo nomine collectiuo, vt forte
familiæ ruſticæ ſeruorum, vel ſimili, Si tamen
ab ipſo debitore ſurrogatio facta eſſet, & non ab

hærede eius,( Ang.& Fulg.in d.§.Luci⁹ Titius,ex ver-
bis hæredes alia ſubſtituerunt )qui ſua ſurrogatione
hypothecam non auget, imo nec conſeruat ; ſi fortè
merces ſub appellatione tabernæ obligatæ ſint, nō e-
nim obligabuntur quas hæres debitoris intulit, ſed
eæ ſolæ,quæ tempore mortis ibi fuerunt,l.cum taber-
26 nam.hoc tit.in princip. †Vnde nec grege obligato,ea
capita quæ poſt mortē debitoris,ab hærede eius ſub-
ſtituta ſunt,in obligationem hypothecæ venire viden
tur.Fulgo.in fine princip.d.l.cū tabernam:ſed illa tan
tum, quæ viuo debitore, gregi adiecta ſunt, exemplo
legati gregis , in quo non comprehenditur acceſsio,
niſi qui viuo teſtatore facta eſt.l.ſi grege.in princ. De
27 legat.j.†Porro quod obiter attigimus,appellatione ta
bernæ intelligi obligatas merces quæ in ea ſunt , hoc
quidā,vt Salic.in d.l.cum tabernam. procedere putāt,
etiamſi in ipſa taberna.i.ædificio (l. tabernæ.de verb.
ſignificat.debitor ius habeat,quamuis vendita taber-
na, aliud dicendum eſſet)l.qui tabernas,de cōtrahen-
da emptione & vēditione.idque,vt putant,propterea,
quòd minoris ſit præiudicij hypotheca rerum , quàm
venditio,argumento.l.vlti.C.quæ res pignor.ob.poſſ.
Sed aliter viſū eſt aliis,vt Fulgo.ibi.qui idcirco putāt,
ibi continens accipi pro cōtentis , & merces intelligi
obligatas,ne alioqui prorſus inutilis ſit, & nihil ope-
retur hypothecæ conuentio , idq́ue ſatis intelligi ex
quęſtione Iuriſconſulto propoſita,in principio.d.l.cū
tabernam.in verbis,quæſitum eſt, vtrum eo factu ni-
hil egerit,quę præſuppoſuit,debitorem nihil iuris ha
buiſſe in ipſa taberna,præterquàm quod ad modicum
tempus illam fortè conduxiſſet,aut precario teneret:
alioqui ſi ius habuiſſet in taberna,quod vendere po-
tuiſſet, idipſum quoque cēſeretur obligatum, & non
merces:ſicut etiam hoc cenſeretur legatum , & nō ea,
quibus inſtructa eſt taberna,niſi inſtructa legata eſſet:
vel addita mercium expreſſa mētione.l.tabernam. de
fundo inſtruct.& inſtrumēto lega.Sed mirabitur for-
tè aliquis,quod in altero illo reſponſo l. fideiuſſor.§.
§.Lucius Titius.legatur,primo quidem creditorē di-
28 ſtraxiſſe pignora , cùm nondum † per hypothecariam
actionem, poſſeſsionem ad ſe aduocaſſet, aliáue ratio
ne poſſeſsionem eſſet adeptus,& præterea vendicare
eum qui ſic emit pignora ab hæredibus debitoris ad-
huc poſsidentibus,cùm tamen videatur, quòd credi-
tor non faciat emptorem pignorum dominum, abſq;
traditione vacuæ poſſeſsionis,l.qui prædium.C.de di
ſtratione pignorum.Sed ſanè prius horum nemini mi
rùm videri debet,cùm creditor vendere poſsit nō tan
tum pignora ſibi tradita,ſed & hypothecas obligatas,
non traditas:vt manifeſtè demonſtrat inſcriptio rubri
cæ, infrà de diſtractione pig.vel hyp.& multæ in hoc
ſcriptæ leges,l.penul.infrà de diſtract.pig.l. ſi à credi-
tore.C.de actionib. & oblig.l.ſi in hoc.C.de diſtract.
pignor.ſcilicet vel ex conuentione,vel ex iudicis iuſ-
ſione.l.pignoris.in fi.& ibi.gloſ.ad verbum præſidia-
lem.C.de pignora.act.& d.l.ſi in hoc.Poſterioris vero
nodi difficilior eſt ſolutio,propterea ,quòd quamuis
cōmunius obtinuerit , à domino poſſe tradi prædiū,
ſic vt tranſeat in accipientem dominium, non tradita
vacua poſſeſsione:l.ſi fundum.& ibi gloſ.j. verſic. ſed
quomodo fuit dotalis.& dd.de fundo dotali.attamen
à non domino,vt creditore,nō videtur transferri poſ
ſe dominium abſque inductione in vacuam poſſeſsio
nem.l.qui p̄dium.C.de diſtra.pig.& ibi Fulgo. Quod
autem hic quæritur,de vendicandis mancipiis nouis
illis,& in priorum locum ſurrogatis, intelligi poſſet,
de vendicatione,quæ fiat non iure dominij,ſed p̄ hy-
29 pothecariam actionem,nam† hęc vendicatio dicitur,
& huic melius quā illi cōuenit reſpōſio Iuriſcōſulti,
qui interrogatus an mācipia noua & ſurrogata vēdi-
cari poſsēt,reſpōdit:in d.§.Luci⁹ ſi nō eſsēt ex priorib.
nata,minime creditoribus obligata eſſe : q̄ reſponſio
proxime pertinet ad hypothecariam actionem: quam
uis & ad rei vendicationem,longiore quodam ductu,
poſſet referri: videlicet, quod ſi ea non fuerint credi-
toribus obligata , non iure ergo ab eis diſtracta ſunt:
ideóque nec emptor eorum dominus factus.Hypothe
cariam autem actionem competere emptori rei obli-
gatæ, quam creditor non poſſidens nequiuit tradere,
ſatis apparet ex eo , quod creditor cedere debuit em-
ptori quicquid habuit iuris,ſiuę perſonali actione,ſi-
ue hypothecaria,l.penulti.& ibi Bartol.in princ. ver-
ſicu.Secundo modo poteſt intelligi, infrà de diſtract.
pignor.Sed an dominium quoque transferat abſque
vacua poſſeſsione,magis dubitatum & cōtrouerſum
eſt,Caſtrēſ.in l.ſi conuenerit.j.circa medium.verſi. I-
tem quæro ſi tempore.Fulgo hic in §.Lucius. & in d.
l.qui prædium.& ibi Salic.

Poſtremò nunc de mutatione rei obligatæ, quæ
30 ſparſim leguntur,colligenda hic erunt,†hinc faciēdo
initium,quòd ſi res obligata omnino & funditus in-
tercidat,extingui quoque pignus & hypothecam,l.ſi-
cut.in princ.Quibus modis pig.vel hypoth.ſolu.etiam
ſi dolo malo,vel culpa debitoris interierit. Fulgo. ibi
contra Accur.nam licet ſic non pereat perſonalis obli
gat.(l. ſeq.§. effect.de verb. oblig.)hypotheca tamen
quæ ius in re conſtituit, & ad quam vendicatio com-
petit,plane interiit:extinctæque res vendicari nō poſ-
ſunt,§.ſi tamen alienam propriam.Inſtit.de rerum di-
uiſione.vt per naturam eſt impoſsibile , quòd res quæ
non eſt,ſit pignori ad ſecuritatem creditoris. Ad exhi
bendū tamen tenebitur hoc caſu debitor,& nonnun-
quam actione legis Aquiliæ,vel in factum,leg.Seruum
hoc tit.ſcilicet de eo quod non ſuo iure,nec male me-
renti ſeruo fecit ipſe dominus,idémque debitor , quo
fieret deterior.l.ſi dominus.ad l.Aquil.De eo vero dā-
no quod dat alius,datur ipſi debitori illa actio,nō cre
ditori,niſi in ſubſidium,cum debitor ſoluendo nō eſt.
l.qui occidit.§.j.ad l.aquiliam.

31 Sane ſi mutetur†tātum res obligata, durat adhuc
hypotheca , & hypothecaria competit actio. l. ſi fun-
dus.§.ſi res hypothecæ data. hoc tit. ſiue ea actio con-
tingat in vrbanis prædiis(vt pote ſi de loco.i. area) cō
uenerit quod eſſet pignori , & poſtea domus in ea ſit
facta,vel domus iterum reducta ad hortum) ſiue in ru
ſticis,vt ſi conuenerit de loco.i. agro(ſic enim ruri lo-
cus vacuus appellatur)Alciat.ad.l.loc.de verb. ſignif.
& deinde vineæ in eo poſitæ ſint.Imo non pignus tan-
tum durat & hypotheca , ſed & acceſſoria conuentio
de vendendo pignore æque permanet, & extēditur ad
rem nouam,& in quam mutatio facta eſt.l.vltima hu-
ius tituli.de pignor.vt plerique omnes tradunt,ſ. Bal.
Salic.Fulg.in d.l.vltima,Labeonem voluiſſe.Quamuis
merito dubitari poſſit, an in eo Labeonis reſponſo , q̄
ſic interpretantur,pactum illud conuentum , quòd li-
ceret inſulā vendere,fuerit pactum acceſſorium ad hy
pothecam,an potius principale pactum,quo conſtitu-
ta eſt ipſa hypotheca: vt ſunt ad illam contrahendam
& conſtituendam bene congrua,l.creditor.§.poſt diui
ſionem.infrà.titu.2. neque vllis aliis verbis legitur ibi
inſula hypothecæ ſuppoſita.Sed eodem res recidit,&
vis eſt eadem, nempe, quod ſi res obligata eſt mutata,
nō tantum generaliter hypotheca duret,verum etiam
quod duret in ea ipſa forma in qua primum facta eſt:
& ſic vt liceat nouam inſulam,ſecundum formam con
uentionis,vendere:cohæret enim ea facultas venden-
di iure hypothecæ,cum qua tranſit per ceſſionem,& ſi
prēſcriptum fuerit hypothecarię actioni,ipſa quoque
ſublata erit.l.ſi à creditore.& ibi Bald. C.de action. &
obligat.

32 At inquies:Vſufructuario†nocet mutatio rei le-
ge repeti.§. rei mutatione de vſufruct. nocet & lega-
tario:l.ſi ita legatū.§.ſi domus.de legat.1.cur ergo non
& creditori,in iis quę diximus?ęque vt in alia facti ſpe

cie,



cie,ſi ex ſylua obligata nauis facta ſit,hæc enim obli-
gata non eſt.l.ſi conuenerit.2.§.ſi quis ſic cauerit.de pi
gno.act.Ordine hæc tria diſſoluēda ſunt.Et in primis
cur vſufructuario noceat mutatio rei(rationibus Ac
curſij,in d.l.ſi fundus. §.ſi res hypoth.reiectis , vt Bar.
& Sali.ibi.)Reſpondet paucis,ſed obſcuriſsimè Bal.in
eo.§.ſi res hypothec.quòd vſusfructus ſit ius formale,
pignus caſuale.apertius Bartolus , quod in vſufructu
ſpectemus commoditatem & vtilitatem quam res per
ſe præſtat.In hypotheca verò & pignore,ſolam credi-
toris ſecuritatē,quod licet non omnibus placeat,vt Sa
lic.ibi,eo quòd mutatæ quoque rei ſit aliqua, quamuis
forte minor vtilitas,non video tamen cur non ſequa-
mur,ſi paululum adiuuantes rationem Bartoli addide
rimus,quod ſtatim vel ſolo nomine vſusfructus audi-
to,intelligimus in illo vſum & fruitionē rei. Alia aūt
res alium vſum & aliam fruitionem præbet, veluti &
area & domus,ager & vinea,lances argenteæ & ſcy-
phi:meritò igitur,mutatione rei mutari quoq; vſum-
fructum.Creditor autem non poteſt pignore vti, nec
aliud quicquam ex eo ſpectat,quàm ſecuritatē ſui cre-
diti,quæ quidem etiam ex re multum mutata ſemper
aliqua eſt ſecuritas. Adde quod ius hypothecę ſic eſt
creditori conſtitutum in re,vt paribus ſemper regulis
ſequatur ius dominij,vel quaſi dominij,quod in re ob
ligata habet debitor.l.ſi ab eo.hoc tit.Caſt.in l.domo.
de pign.act.Quare vt dicimus in dominio id quod ſu
pereſt ex re noſtra,noſtrum eſſe,l.ſolū.§. meum.de rei
vendica.& quod inædificatur ſolo noſtro.l.2.C.de rei
vendic.Ita quoque de re obligata dicendum,quod ſu-
pereſt ex ea(veluti aream ex domo obligata ) manere
obligationem:& domum, quæ in eadē area extruitur
incidere in hypothecam:ſed vſusfructus à regulis do
minij multo longius recedit.l.recte dicimus. de verb.
ſign.l.qui vſumfructum areæ,de vſufruc.l.ſeruum filij.
§.ſi pocula.de leg.j.l.vlt.quibus mod.vſusfruct.amitt.
iuncta l.ſi grege.de lega.j. Legatæ autē domus ab ob-
ligata diſcrimen,deduxit Accurſius in d.§.ſi res hypo
thecæ.ex differentia lucratiui tituli ab oneroſo: quaſi
congruat rationi ius creditoris,qui de damno vitādo
ſolicitus eſt,plenius eſſe & firmi⁹,quàm legatarij, qui
certat de lucro.Sed hoc aliis non placet: quid enim ſi
hypotheca acceſſerit in ſecuritatē illius,quod ex cau-
ſa donationis ſtipulanti promiſſum eſt?An hic recede-
mus à regulis iuris noſtri,& fatebimur mutatione rei
obligatæ hypothecā extingui?Certe id magis placet
Bart.Salic.Fulg.in d.§.ſi res.q̄ mutatio rei legatæ ma-
33 gis conſideranda†ſit,cùm ſit viuo teſtatore,& cū nō-
dum legatario debetur:immo adhuc libere teſtator le
gatum reuocare poſſet,ſed in hypotheca iam præſens
ius habet creditor,quod ſolius debitoris volūtate au-
ferri ei non poſſet.Quare ſi poſt mortem teſtatoris,&
cùm iam confirmata eſt cauſa legati,mutatio facta ſit
ab hærede,non ſic extinguetur legatum:ſed ſumptum
quē fecerit hæres in extruendo,refundet ei legatari⁹.
l.qui exceptionē.§.ſi pars,de cōdi.inde.l.domos.de le.
j. Nauis aūt quæ facta eſt ex ſylua obligata,nimiū ab
ea diſtat,nec manet idē principium nec fundamētum,
Ang.in d.§.ſi res hypothecæ.Fulgoſi.in dicto §.ſi quis
ſic caueri.quod tamen vnum idemque permanet in ſu
perioribus exemplis,in quibus rei mutationem dixi-
mus iuri hypothecæ non nocere.Nec tamen negaue-
34 rim,quin ſic poſsit obligari domus,vt non ſit obliga-
tum ſolum in quo ſita eſt, veluti ſi debitor ſolam ſu-
perficiem habuerit,& non ius proprietatis ſoli.l.gre-
ge.§.& in ſuperficiariis. hoc titulo. quod ſit abſque
præiudicio eius qui certa mercede conceſsit ſuperfi-
ciem,is enim potior eſt, & præferendus.l.tutor.§. vl-
timo.cum lege ſequenti.de pignoratitia actione. Su-
perficiariæ autem ædes quæ ſint,deſcripſit Iuriſcōſul-
tus eſſe eas,q̄ in conducto ſolo ſunt poſitæ, quarum
proprietas & ciuili & naturali iure eius eſt,cuius eſt
35 ſolum.l.vlt.de ſuperficieb.l.ſuperficiario.de rei vendi
ca.†Sed quod de ſumptibus ædificationis dictum eſt,
paulò latius venit explicandum.Et quidem ſi cōuenia
tur hypothecaria actiōe debitor,vel eius hæres adhuc
poſsidens hypothecam,non habet quod conqueratur
domum nouam in area obligata extructam,obligatam
eſſe,etiam ſi nihil deducat ex ſumptibus in extructio-
ne factis.Nam principale debitum eorū periculo eſt,
& ſciuerūt,vel ſciuiſſe prēſumuntur,q̄ in obligata a-
rea ædificauerint.Sed cū ad alium peruenit poſſeſsio
areæ obligatæ,qui in illa bōa fide,& eius obligationis
ignarus,ipſe ædificat,æquum eſt,vt nō aliter cogatur
ædificiū creditori reſtituere,quā ſi ſumptus in extru-
ctione factos,quatenus pretioſior res eſt facta,recupe-
ret.l.Paulus.§.domus.hoc tit.Sicut bonæ fidei poſſeſ-
ſori & ædificatori competit retentio aduerſus domi-
num vendicantē prædium ſuum,donec recipiat pre-
tium materiæ,& mercedes fabrorum.l.Paulus.de doli
mali & met.except.& §.certè.de rer.diuiſione . Ita vt
hac in parte iterum conueniat iure hypothecæ credi-
36 toris,cum iure dominij debitoris.†Videtur tamen ex
diametro repugnare reſponſum Africani in l.cùm po
ſtulaſſem.verſi.cum ergo.de damno infect.quo reten-
tio ſumptuum permittitur ei,qui in poſſeſsionem do-
mus ruinoſę ob id miſſus eſt,quòd ei non caueretur de
damno infecto:ſed emptori negatur.Quæ vt concilię̄t
DD.varia diuinarūt.Et acutè quidē Fulg.in d.§.dom⁹.
expendit ea verba (in quibus ſe inueniſſe putauit ratio
nē conciliādi.) *Quatenus pretioſior res facta eſt* )quæ
in Africani reſponſo non ſunt addita,quaſi ibi nihil in
terſit,an res melior facta ſit,nec ne.& cū eſt melior fa-
cta,iure retentionis conſequatur,non ſolùm quatenus
melior facta eſt,ſed integrè omnem ſumptum quem fe
cit:etiamſi is maior ſit,quā pretium quod rei acceſsit,
emptor verò non niſi quatenus res eſt facta melior,cō-
ſequi poterit,etiam ſi plus impenſum ſit.Nec id ratio-
ne carere videtur,cur magis faueamus miſſo in poſſeſ-
ſionem,qui ex neceſsitate ſumptum fecit in reparanda
domo ruinoſa,quàm emptori qui ſponte & emit, & æ-
dificauit.argument.l.ſi fideiuſſor.§.ſi neceſſaria. Qui
ſatiſdare cogantur.vt rurſus in hac parte,creditor ſi-
mile ius habeat cum domino fundi,qui poſt ædifica-
tionem bonæ fidei poſſeſſoris fundum ſuum ab eo vē-
dicat.l.in fundo.in principio.de rei vendica. Alij aliò
detorquent reſponſum illud Africani , de emptore vi-
delicet,ad pretium fundi:nempe quòd hoc emptor bo
næ fidei non conſequatur à creditore hypothecaria a-
gēte,vt nec à domino conſequeretur ſuam rem vendi-
cantem. l.ſuper empt.C.de euictionibus.Sed ne cui vi
deatur ſumptum ædificationis in fundo nimium diſta
re à pretio fundi aut domus,magíſque quàm vt meri-
to debuerit inter ea fieri comparatio,ſunt qui,Rapha.
ſcilicet Cuma.in dicto verſic.cùm ergo.eam compa-
37 rationē in aliis terminis ſic explicent:† quòd qui ex
decreto prætoris poſsidet domum, cuius nomine ei
non eſt cautum de damno infecto,conſequatur à cre-
ditore( antequam ei relaxet poſſeſsionem hypothecę)
omne illud,per quod eſt conſecutus domum illam alij
creditori obligatam,nempe ſumptum refectionis,quē
quia facere noluit prior dominus,nec de damno infe-
cto cauere, idcirco tranſlata eſt domus in eum vici-
num cui cauere debuiſſet : eoque modo ( velut pretio
quodam) conſecutus eſt domum,qua maluit prior do
minus carere,quàm ſubire ſumptum refectionis. Sed
emptor fundi obligati conuentus hypothecaria actio
ne à creditore,nōn conſeruat ab eo illud,quo ipſe ob-
ligatum fundum eſt conſecutus ,nempe pretium quo
emerat, & ſic explicata differentia ſub aliis terminis
& vocabulis recedit,ad ſumptum ædificationis, & ad
pretium emptionis:& nihilominus apparet eſſe rerum
ſatis coniunctarum,vt meritò inter eas diuerſitas illa
notari potuerit:quamuis alioqui res ſubiectæ lōgè la-

teque differant,& pretium fundi non veniat appella-
38 tiõe†ſumptuum factorum in fundo l.quibus diebus.
§.1.de conditio. & demonſtrat.

Sed his omnibus,quamuis acutiſsime ſint inuenta,
39 poſthabitis:magis placet,†quòd ibi Africanus compa
ret miſſum in poſſeſsionem domus ex decreto præto-
ris cum emptore domus,reſpectu creditoris,qui illam
habet obligatam,ſi vterq;,antequam ſumptum faciat,
ſciat domũ alij eſſe obligatã videlicet quod miſſus in
poſſeſsionem domus,etiamſi ſciuerit illã creditori eſ-
ſe obligatã,recuperet tamen ſumptus à creditore,ante
quam ei relaxet, & obtinere eum ſinat hypothecam:
vt pote quos fecit non ſponte,ſed neceſsitate quadam,
vt conſuleret periculo imminenti vicinis ſuis ædibus,
& quibus ſumptibus non factis,æquè creditor verſaba
tur in periculo amittẽdæ hypothecæ,ex veriſimili rui-
na ædium,argumento l.interdum, cum l.ſeq.infrà qui
potior.in pignore.Sed emptor etiamſi bonæ fidei ſit,
quod ad rationem attinet dominij,putaueritque prius
non alium quàm venditorem,& nunc non alium quã ſe
eſſe dominũ,ſi tamen ſciuerit areã eſſe obligatã (& ſic
non ſit bonæ fidei,reſpectu creditoris) non retinebit
ſumptus quos in ædificando fecit, eritque rurſus hac
in parte ius hypothecæ creditoris ſimile iuri dominij
debitoris,& quemadmodum qui in alieno ſolo mala fi
de ædificat,non habet aduerſus dominum retentionis
exceptionem ob ſumptus quos fecit d.l.Paulus.de do-
li mali & metus exceptione.ſic nec aduerſus creditorẽ,
cui ſciuit aream eſſe obligatã:& vt dominus ſoli ven-
dicans illud,obiicere poteſt poſſeſſori culpã,ꝙ temere
ædificauit,in eo quod intelligebat alienũ d.§.certè.in
fine.ita vt creditor quoad ius hypothecæ obiicere ei
poſſet,ꝙ temere ædificauit in eo quod intelligebat alij
eſſe obligatum.Quod autẽ emptor,in reſponſo Africa
ni,ſciuerit rẽ fuiſſe creditori obligatã,facilè ibi colli-
gitur primũ ex illis verbis:*Si inſulã pignoratã emerit*,
deinde apertius ex illis,*ideòque diligentius à vendito
re ſibi caueri & poſsit & debeat*. Nam ſi non indicaſ-
ſet id ei venditor,inſulã pignoratã eſſe(quod nec celat
abſque crimine ſtellionatus,l.3.de crimine ſtellionat⁹.
&.l.& quæ nondũ.§.qui res.hoc tit.)non tã facilè po-
tuiſſet ſuſpicari obligatã eſſe:neq; ad culpã ei imputaſ
ſet Iuriſconſultus,ꝙ non diligentius curauerit ſibi ca-
ueri.Imò æquiſsimum eſſet,conſeruare,eum ſumptus,
quos fecit bona fide,creditore agente hypothecaria:
quemadmodum conſeruaret,domino agente rei vin-
dicatione,d.l.ſuper empti.C.de euictio.Sed hic poni-
mus emptorem eſſe bonæ fidei,qui à creditore conſer-
uet ſumptum ædificationis,bonæ fidei(inquam) reſpe
ctu creditoris.i.qui neſciuit,rem quam emit, alij eſſe
obligatam,vt alio loco in l.qui Balneum.§. Titia præ-
dium.in fi.qui pot.in pign.ipſe Africanus interpreta-
tur bonam fidem reſpectu creditoris,ſi videlicet is in
quẽ alienatio rei obligatæ facta eſt,ignorauerit ſe ob-
ligatam:atque ita reſpectiue interpretando † bonam
40 fidem,nunc reſpectu domini, nunc reſpectu credito-
ris, facile conſtabunt omnia quæ prima facie videri
poterant repugnantia.& ius creditoris in hypotheca-
ria actione imitabitur in hoc quoq; articulo ius ipſius
debitoris in rei vendicatione:in eo ſcilicet,quòd vter
que refundet bonę fidei ædificatori ſumptum ędificij:
& vt non audiretur bonæ fidei poſſeſſor, offerens do-
mino rem ſuam,vendicanti prætium ſoli in quo ædifi-
cauit,vt ſic ipſe retineat cum ſolo,inuito ei⁹ domino,
ædificium:ſed potius ſic ſint iure diſtincta rerum do-
minia,vt ſolo cedat ædificium:ita quoque nec empto-
rem ædificantem bona fide reſpectu creditoris,credi-
derim eſſe audiendũ,(licet aliqui,vt Bar.in l 2.C.de p̃-
diis & omnib.reb.manicular.lib.2.& Pau.Caſtrẽ.eum
ſecutus in l.ſi conuenerit.2.§.ſi fundus.de pig.act.con
trariũ doceãt)ſi forte offerat creditori pretium areæ,
aut ruinoſæ domus,qualis erat,cùm eam primũ eme-
ret,vt ipſe nunc nouum ædificium cum ſolo ſeruet ſi-
bi,ſed velit nolit,cogetur conuentus hypothecaria a-
ctione dimittere poſſeſsionem hypothecæ nunc pre-
tioſioris,refuſo ei quod impendit quatenus eſt pretio-
ſior.Nec moueat quenquam,quod alibi in d.l.2. C.de
prædiis & omnibus reb.manicula.lib.11.ſimile quiddã
permiſſum legitur,ei qui ex omnibus facultatibus de
bitoris hypotheca legati obſtrictus,tenet domum ali
quam ſuo ſumptu factam pretioſiorem,qui retinet do
mum,& creditori dat pretium dom⁹,qualis erat, cùm
41 primum eam acquireret:†quando in ea ſpecie hypo-
theca legalis ſic eſt ab ipſa lege contracta,quod nõ fa
cile trahẽdum eſt in conſequentiam,ad hypothecam
conuentionalem,quam quidem legimus liberari ob-
ligatione alterius,ſed integri debiti,quo oblato cui-
libet permittitur hypothecariam actionem effugere.
l.mulier.Qui pot.in pig.l.Paulus.§.Qui pignoris.Qui
bus modis pig.vel hypo.ſol.

Reſtat vna adhuc ſpecies mutationis hypothecæ,
videlicet cum res aliqua communis & indiuiſa ab v-
no dominorum, ſociorum vel cohæredum pro parte
42 ſua obligata eſt,eáque poſtea diuiditur inter eos.†Et
nec ſic mutatum putauimus ius creditoris, qui habe-
bit,vt ante,medietatem totius rei pro indiuiſo obliga
tam:nec quicquam ad ſe pertinere putabit diuiſionem
inter eos factã,quaſi nunc eã tãtũ habeat partem obli
gatam,quæ ex diuiſione ceſsit ſuo creditori.l.ſi cõſen
ſit.§.vlti.Quibus modis pignus.Licet quod contraxe
rit vnus eorum ſuper ſua portione,cùm adhuc indiui
ſa res eſſet:id vim ſuam habeat,quoad actiones perſo-
nales,in ea ſola portione quæ ceſſerit illi qui contra-
xit.l.communi diuidundo.§.ſi debitor.de cõmuni di-
uidundo.l.Iulianus.§.idem Celſus.de act.empt.tanto
ſcilicet potẽtius eſt ius hypothecæ,quod inhæret rei,
& in quo debitor non poteſt creditoris conditionem
deteriorem facere,l.ſi ſuperatus.hoc tit.quamuis non
ſponte ad alienationem(quæ in diuiſione continetur,
l.inter omnes minores.C.de prædiis & aliis rebus mi-
no.)proceſſerit,ſed inuitus ad eam iure compulſus ſit,
Raph.Cuma.in l.cùm poſtulaſſet.§.damni.in fi.de dã-
no infecto.Fecerit ergo conſultè,qui partem ſuam nõ
obligauit,nec in obligationem à cohærede vel ſocio
factam conſenſit,vt in diuiſione pro ſua ſecuritate pa
ciſcatur,quod niſi ſocius vel cohæres liberet hypothe
cam, quę in toto fundo pro indiuiſo,& ſic quoque in
dimidia ſuæ dimidiæ portionis permanet, ſibi licere
vendere dimidiam alterius dimidiæ,quam ex diuiſio
ne cohæres vel ſocius eius acquiſiuit.l.credito.§.poſt
diuiſionem.Qui pot.in pig.Sic enim hypotheca cenſe
bitur contracta ex permiſſa venditione,in qua nõ erit
is potior,qui ante diuiſionem dimidiam totius fundi
habuit obligatã.Nõ eñ ambo cõcurrũt in vno eodẽm
que pignore ſiue hypotheca:ſed prioris creditoris hy
potheca conſiſtit in parte illius ſolius,à quo hypothę
ca ante diuiſionẽ eſt cõſtituta.Poſterioris vero credi-
toris,nẽpe ſocij vel cohæredis hypotheca,dirigitur ĩ
eã partẽ,quæ in medietate nũc addiuiſa debitori fuit
ante diuiſionem factam illius ipſius qui ſibi de pigno
re vel hypotheca proſpicit,& ſic in quartam partẽ to-
tius fundi,quæ nunc primum per diuiſionem cœpit
eſſe eius debitoris,prout hæ partes magis cogitatio-
ne & intellectu,quàm re ipſa ſeparatæ ſunt.

## Quomodo hypotheca contrahatur.

*SVMMARIVM.*

1 *Hypotheca conſtituitur decreto iudicis, & vltima
voluntate.*
2 *In hypothecis abſque traditione conſtituitur ius in
re,& facilius quàm in aliis rebus traditionẽ requi-
rentibus,& quæ ſit cauſa.*
3 *Hypotheca omnium bonorum includit futura cum
præſentibus,ſed non venditio aut donatio.*
4 *Obligatio hypothecæ cur non referatur inter obliga-
tiones,quæ conſenſu contrahuntur.cùm tamen hypo-
theca etiam conſenſu contrahatur.*
6 *Inter ꝓmiſſionẽ pignoris & fideiuſſoris,eſt differẽtia.*
*Hypotheca conſtituitur hac verborum forma :* hæc
res tibi ſit hypotheca.*demõſtrando certam,vt in cæ
teris in rem actionibus.*
7 *An ad ſimilitudinem depoſiti, pignus quandoque
poſſit excedere notiſſimos ſuæ cõuentionis terminos,
veluti ſi quantitas aut genus pignori detur.*
8 *Verba,*pactum conuentum,*excludunt tacitum pa-
ctum:& quid Lorioto ſit pactum conuentum.*
9 *Eadem cauſa contrariorum effectuum allata à I.C.
in l.non ſolum,§.ſi rem tuam.ff.de vſucap.*
10 *Verus dominus Seruianam actionem rei ſuæ nomi-
ne habere non poteſt.*
11 *Per liberam perſonam licet acquiratur nobis poſ-
ſeſſio & dominium,non tamen ius hypothecæ.*
12 *Stipulatio naturam aſſumit legati conditionalis,ſu-
per quo interponitur.*
13 *Non refert,ſcripturáne, an viua voce contrahatur
hypotheca.*
14 *Legalis hypotheca tacitè contrahitur & inter abſen
tes,imo de hypotheca ne cogitates quidem.*
15 *Inter abſentes per epiſtolam contrahitur hypotheca,
& per nuncium.*
16 *Dies inſcriptus priuatæ ſcripturæ,nõ facit fidem de
tempore,in præiudicium aliorum creditorum.*
17 *Verborum proprietas non eſt ſtrictè ſequenda in hy-
potheca:ſed ſufficit quoquo modo intelligi, cõſenſum
eſſe in hypothecam.*
18 *Traditio hypothecæ non iuuat poſteriorẽ creditorẽ.*
19 *Verbum pertinere,conueniens eſt ad hypothecã con-
ſtituendam ex ſubiecta materia.*
20 *Verba enũtiatiua quandoque inducunt diſpoſitionẽ.*
21 *Fideiubens apud creditorem pro debitore,à quo ſci-
uit rem ſuam eſſe obligatam,cenſetur conſentire hy-
pothecæ,atque ita conualeſcit hypotheca, & quid in
hærede fideiubentis dicendum.*
22 *Fideiubens ꝓ euictiõe ſuæ rei,an videatur alienare.*
23 *Filius emancipatus ſcribens obligationem paternã,
quæ continet hypothecam ſuæ rei,an ſibi præiudicet,
antinomia conciliata.*
24 *Hypothecaria actio adeo in rem eſt,vt nihil habeat
perſonalis actionis admixtum.*
25 *Prædium ſiue vrbanum,ſiue ruſticum ex ſola cõtra
hentium voluntate non cẽſetur hodie obligatum,niſi
ſolenniter coram magiſtratu fiat,etiam decreto i-
pſius interpoſito.*

PERTINENT ad hoc caput multa Iu-
riſcõſultorũ reſpõſa,tã ex hoc 2.lib.l.gre
ge.§.ſi ſub cõditione.l.creditor prędia.§.
1.l.cũ tabernã.§.idẽ q̃ſiit.hoc tit.l.credi-
tor.§.poſt diuiſionẽ.qui pot.ĩ pig.quã a-
liis,l.ſi tibi decẽ.§.de pign.de pact.l.1.de pig.act.l.ĩ re.
de fid.inſtr.l.non ſolũ.§.ſi rẽ tuã.de vſucap.pręſertìm ſi
quod proximè huc ſpectat,cõiũxeris,qub.mod.dñs vi
deatur conſenſiſſe obligationi rei ſuæ ab alio factæ.l.ſi
deiuſſor impetrauit.§.pater Seij.hoc tit.l.Põpo.ſcribit
ſi gratuitã.§.ſi quis fideiubeat prox.ſeq.tit.Celeberri-
mum eſt aũt oĩm horũ,quod ſcripſit Caius Iuriſconſul
tus.l.contrahitur hoc titul.ad cuius interpretationem
reliqua oĩa obiter reducemus.

*Contrahitur.*)Nõ oĩs hypotheca cõtrahitur pacto,
1 ſed quæ contrahitur,pacto contrahitur.†Conſtituitur
aũt etiã decreto iudic.& vlti.volũta.l.non eſt mirũ.de
pig.act.ídq; vel expreſſe.l.Lucius titius.de alim.& cib.
leg.vel tacitè,vt pro legatis quibuſlibet,l.1.C.com.de
legat.& fideicom.

*Per pactum*) per quod ſimulatq; contracta eſt, etiã
conſtituta intelligitur,ſic vt protinus nata ſit hypothe
caria actio,quę eſt ĩ rẽ.Quod iure p̃torio receptũ eſt.d.
2 l.ſi tibi decẽ.§.de pig.†in hypothecis abſq; traditione
conſtitui ius in re potius,quã in aliis quibuſlibet reb.
traditionẽ requirentib.etiãſi fuerint incorporales,l 3.
§.dare.de vſufr.l.ſi partẽ.Quẽadmodũ ſeruit.amit.pro
pter modicũ præiudiciũ debitoris ex hypothecis,Sali
ce.ad l.1.de Pig.act.cũ hypothecę conſtituantur ad ſe
curitatem creditoris,ad conſequendũ qđ ex alia cã de
3 betur.Qua rõne fit etiã vt†hypotheca oĩm bonorũ in-
cludat non tm̃ præſentia,ſed & futura,l.vlt.C.quæ res
pig.oblig.poſsit.quæ tamen non cõprehẽduntur in vẽ
ditione aut donatione,etiãſi hæc teſtõ facta ſit.l.ſi ita.
de aur.& argen.lega.erítq; hoc differentiæ inter obli-
gationes quas dicimus conſenſu contrahi,& hypothe
carias,ꝙ hæ non producãt actionẽ ꝑſonalem ad implẽ
mentũ eius qđ conuẽtũ eſt,ſed mox ſecum trahunt ſuã
executionẽ:& ſimulatq; de hypotheca conuenit,iã hy
potheca eſt.ex illis verò agitur ad implementũ conuẽ
torũ.Quare I.C.non fecit hypothecariã obliga.ſpeciẽ
4 eã q̃†conſenſu contrahuntur,ſed has illis cõparauit,ve
luti diuerſas,vt in hac l.contrahiť. verſi.ſicut eſt in his
obligationib.Neq; tamẽ hæc ſic accipi velim,quaſi nõ
poſsit eſſe vlla promiſsio hypothecæ,quin mox hypo-
theca conſtituta ſit.Nã vt qui promittit ſe pignus da-
turũ,tenetur actione de conſtituto,l.qui aũt,§.ſi quis
conſtituerit.de conſt.pecu.& reſtat executio facienda
eius quod promiſſum eſt,ita quoq; qui in genere hy-
pothecam aliquam promiſerit actione de cõſtituto te
netur,vt exequatur quod promiſit,& hypothecam ali
quam conſtituat,quod nihil repugnat huic loco, vbi
præſentibus verbis conuenit,vt res eſſet ꝓ debito ob-
ligata,& quidẽ certa res & determinata, quod magis
videtur ſpectaſſe I.C.in d.§.ſi quis conſtituerit. quàm
qđ verba p̃ſentia à futuris diſtinxerit, vt clarè indicãt
ſubiecta verba:*Sed & ſi quis certã ꝑſonã fideiuſſorã ꝓ
ſe cõſtituerit*,quaſi oſtendere velit differentiã † quãdã
5 inter promiſsionẽ hypothecę,& fideiuſſoris,nempe ꝙ
ſi ita dixerim creditori,quo lubentius crederet: *Erit
tibi hypotheca aliqua*,iam hypothecæ ꝓmiſsio ſit,ſed
nondũ hypotheca ſit.Si verò ſic: *Erit hoc tibi pignus,
vel hæc res obligata pro debito*,ex huiuſmodi ꝓmiſsio
ne non ſit ꝑſonalis actio ad hypothecã conſtituendã,
ſed iã conſtituta ſit,ſi ius mihi fuit eã cõſtituẽdi,vt nõ
oporteat actũ agere.De fideiuſſore vero ſiue ſic dixe-
rit:*Erit qui ꝓ me fideiubeat*,ſiue ita:*hic erit pro me
fideiuſſor*,vtroq; modo ꝑſonalis tm̃ obligatio ſit nata,
cuius implementũ cõſiſtat in fideiuſsiõe futura,& nõ-
dũ facta.Neq; eñ,vt res noſtras obligare poſſumus,ſic
& alios ꝓ nobis dare fideiuſſores,niſi illi ipſi creditori
6 ſtipulãti ſpondeãt.†Rõ aũt cur nõ conſtituatur hypo-
theca hac verborũ formula:*Erit tibi aliqua hypothe-
ca*:æq; vt hac:*hæc res tibi hypotheca erit*,manifeſtiſsi-
ma eſt:vtpote,ꝙ hypothecę ꝓſecũtio ſit in rẽ.l.pigno-
ris.hoc tit.& ſic requirit hypotheca certũ ſubiectũ &
fundamẽtũ in quo reſideat,& rẽ q̃ demonſtretur & de
ſignetur ab actore,quã etiã poſsideat aduerſari⁹, vt o-
portet in oĩbus actionib⁹ quę ſunt in rẽ,deſcribere rẽ.
l.ſi rẽ.de rei vẽd,veluti p̃diũ ex vicinis p̃diis.l. forma.
de cẽſi.Quo fit vt licet valeat vẽditio,donatio aut quę
uis ſtipulatio rei in genere facta(deberi eñ poteſt ge-
nus)non tamẽ eſt vlla hypothecæ obligatio,quę ſic ſit
generis,Sali.& Ful.in l.j.de pig.act.Quod acute quidã,
vt Ful.in d.l.j.de pig.act.& pleni⁹ in l.2.ſi cer.pet.circa
finẽ prin.verũ eſſe dixit quoad hypothecariã actionẽ:

genus eñ in genere neq; vẽdicat̃,neq; poſsidet̃: ſed ni
hil eſſe quomin⁹ pignoratitia directa actio naſcat̃ ex o-
bligatiõe gñris,vt puta ſi cõmodato accipiẽs codicẽ,
dein pignori ducatos tres:nõ vt illa corpora nũmorũ
quæ dedi,debeant reſtitui,reſtituto cõmodato,ſed qđ
ſufficiat in genere tot ducatos reddere.Nã ſicut ex na
tura depoſiti eſt,vt nõ trãſeat rei depoſitæ dominiũ in
accipiẽtẽ.l.licet.§.rei depoſitæ.depoſiti.ſed idẽ nume
ro reddat̃:ſic nec pignoris dominiũ trãſit in creditorẽ.
l.cũ & ſortis.§.pignus.de pig.act. Egredit̃ tamen ali-
quãdo depoſitũ ſuos terminos,vt ſimile,nõ idẽ debea-
7 tur.l.Lucius.l.de ſpõſaliorũ.§.j.depoſit.†Cur ergo nõ
poſſet & pignoris obligatio eoſdẽ illos ſuos terminos
egredi,vt non eadem corpora nũmorum quæ pignori
ſunt,ſed tot quot data ſunt reſtituantur?qđ licebit aſ-
ſcribere aliis differentiis hypothecariæ actionis à pi-
gnoratitia,quas ſuperius enumerauimus.

*Conuentũ.)* Adiectũ hoc mihi videtur,ad ſignificã-
dã hypothecã quæ expreſſe contrahitur, & ad diſtin-
guendã eam ab illa,quę aliquot modis contrahit̃ taci-
tè,tot.tit.pxi.ſeq.qđ fit quidẽ etiã pacto vel conuẽtio
8 ne,ſed tacita.l.itẽ quia.de pac.Cũ aũt hæc duo†*pactũ*
*conuentũ* cõiungimus,excludimus tacitũ pactũ, & ta
citã conuentionẽ.Idẽmq; hic dixerit Iuriſconſultus,ſi
ſic interpretet̃,qđ aliis verbis alio loco,in l.eſt differẽ
tia.ĩfra ti.j.dixit.*Ex cõuentiõe manifeſta pignoris no-*
*mine teneri.*Sed & ſi quis mallet hic forte amplecti eã
deſcriptionẽ pacti cõuenti,quã nouiſsimè dedit quidã
ſ.Loriot.in tit. de pact.& tranſact.vt ſit illud qđ alicu
ius conuentionis gratia concipit̃,ſicut dicimus pacta
cõuenta ſup dote aut donatione ꝓpter nuptias.in ru-
bri.C.de pact.conuen.tã ſup dote.itẽ & in ſocietate.l.
duo ſocietatẽ.ꝓ ſocio.tranſactione.l.2.de trãſact.& cę
teris cõtractibus quibuſcũq;,ea quoq; ſignificatio nõ
male quadrabit.Acceſſoria enim eſt ſemp hypotheca
alterius alicuius obligationis.Quod aũt alio loco in l.
non ſolũ.§.ſi rem tuã.de vſuca.dicit̃,nuda conuentio-
ne hypothecã cõſtitui,non qđ id fiat pacto nudo.i.(vt
ille deſcribit) qđ non ob contractũ,neq; ob aliqđ ne-
gotiũ qđ ſine vlla cã factũ eſt, ſed ꝙ nõ interuenerit
traditio,in poſteriori parte illius reſponſi,qua agit̃ de
hypotheca,æq; vt in pignore,de quo in priore pte il-
lius reſponſi agitur.Vbi ſanè(vt id obiter addã ) mirũ
9 videri poſſet adferri à Iuriſconſulto†eandẽ cãm con-
trariorũ effectuũ,veluti ꝙ ſi quis rẽ alienã, vſucapione
eius inchoata,det vero domino pignori,deſinat vſuca
pere,ſed ſi eã obliget tñ hypothecę noĩe,& nõ tradat,
nõ deſinat vſucapere:hac addita vtriuſq; rõne,qđ nul
lũ pignus contractũ ſit.qđ Accurſ.ad poſſeſsionẽ retu
lit,& rectè quidẽ,vt ea rõ cõueniat tradito pignori. Si
enim ea res pignori data dño vero,eſſet creditoris,poſ
ſeſsio ſiue detentio non impediret vſucapionẽ debito
ris.l.qui pignoris cauſa.de acquir.poſ.At nunc cùm pi
gnori non ſit,non poteſt videri debitor eam per credi
torem poſsidere:ſed interrupta poſſeſsione, interrum
pitur vſucapio:ſed ad hypothecam cõuentione cõſti-
tutam,nõ ſatis rectè ea ratio applicabitur,ex ſola poſ-
ſeſsione,ita .ſ. quod quia nõ deſiit poſsidere debitor,
nec vſucapere deſierit:hoc enim pacto potius aliã ra-
tionem pro ratione.I.C.dares,quàm illam ipſam abeo
datam videres declaraſſe.Hoc igitur voluiſſe eum cre
diderim,ꝙ ſi cõuentione contracta hypotheca teneat
firmitatem,iam deſiit debitor vſucapere,quia ex neceſ
ſario antecedente,debuiſſet tempore cõſtitutæ hypo-
thecæ ius dominij habuiſſe in re obligata:& ſic quod
ſuum eſt,non amplius ſuum facere vſucapione: quan-
uis enim per Seruianam actionem tueatur pretor cre-
ditorem,cui hypotheca eſt conſtituta,ab eo qui habet
Publicianam.l.ſi ab eo.hoc tit.non tamen ob id putan
dum eſt,quod creditor verum ius hypothecæ habeat:
non magis quàm debitor verum rei dominiũ.Et vt Pu
bliciana actio nihil debitori valere poſſet aduerſus ve
rum dominum.l.vlti.de publiciana in rem actione.ita
10 quoq; non poteſt†verus dominus rei Seruianã actio-
nem eius nomine habere , quàm ſi non poſsideat iure
dominij,non pignoris,vendicare poteſt. l.neque pi-
gnoris.de regu.iur.Sed vt vnde digreſsi ſumus,matu-
rè reuertamur:ex eo quod dictum eſt,hypothecã con-
ſtitui pacto conuento,protinus inferri poterit, quod
non ſic ſit egreſſa metas perſonalis actionis,quin ſaltẽ
ex parte creditoris cohæreat perſonæ in eo ſcilicet, ꝙ
11 licet† per liberam perſonam acquirantur nobis poſ-
ſeſsio & dominium.l.j.l.per procuratorẽ.C.de acquir.
& retinen.poſſeſ.non tamẽ ius hypothecæ. l.ſolutum.
§.per liberam.de pign.act.præterquam vbi perſonalis
obligatio abſque ceſsione nobis per liberam perſonã
acquiritur.l.2.C.per quas perſonas nobis acquiritur.
Quod vſq; adeo verũ eſt,vt ſi pater legati cõditionalis
nomine relicti filiofamilias acceperit hypothecã,cœ-
perítque legatum deberi,non ei,ſed filio ſuæ poteſta-
tis facto,non poſſet hic vẽdicare hypothecam de qua
ſibi pater proſpexerat.l.ſi legati conditionalis.hoc ti-
tu.Nã videretur hypotheca cohærere legato,cui⁹ ac-
quirendi occaſio tranſit ad filiũ,ſimulátq; is in ſuã ve-
nit poteſtatem ante conditionis euentum.l.quæ lega-
ta.de regul.iuris.l.ſi vxor tua.C.de traditionib.inſert.
Nã licet hypotheca legalis in bonis defuncti teſtato-
ris tributa ſit oĩb⁹ legatariis,l.1.§.oĩb⁹ vero.C.cõia de
leg.& fide cõmiſ.& ſic filio famil.cõpetat,conuentio-
nalis tñ,hypotheca in reb⁹ hæredis,neq; patri,neq; fi-
lio proderit.Non quidẽ patri,cui legatũ non cepit de-
beri,cũ acquiſitionis initium conſtitui debeat tpe eue
niẽtis cõditionis.d.l.quæ legata.& d.l.ſi vxor.vt nõ po
tuerit hypothecaria actio naſci,antequã cõſiſteret ius
principalis obligatiõis,Ang.ĩ d.l.ſi legat.& facit.l.gre
ge.§.ſi ſub conditione.hoc tit.Imò & ſtipulationũ quã
uis ea vis ſit,vt quoad effectũ acquiſitionis ſpectes ini-
tium.l.ſi filius ſub conditione.de reg iur.l.vlt.de ſtipu.
ſeruo.vtilitas tamen fideiuſſoriæ ſtipulationis(ſi fortè
pater hoc caſu fideiuſſorẽ accepiſſet)nõ pertineret ad
patrem.d.l.ſi legati.in fi.Patri eñ legatorũ noĩe non ca
uetur,niſi cum ea adiectione,ſi cũ dies legati cedit,fi-
lius adhuc in ptãte ſit.Imò etſi abſq; illa adiectiõe fue
rit ei cautũ,exceptione tamen poſſet repelli:qm cautũ
ei eſſe iniquũ foret,quando alii deberetur legatum,l.1.
12 §.vlt.vt legat.noĩe caueat.†Et aſſumit huiuſmodi ſti-
pulatio naturã legati conditionalis ſuper quo interpo
nitur,l.1.§.ſi quis ſub conditione.eo.tit.Filio verò non
eſt acquiſita hypotheca,quod non ipſe ſibi,ſed pater ꝑ
ſua voluntate intelligitur conueniſſe:quanuis & filio,
ſi exegiſſet,cauendũ fuiſſet,l.ſed & ipſis vt legat.nomi-
ne caueatur.

*Nec ad rem pertinet quibus fiat verbis.)*Cõmodè,
obſcuritatis & confuſionis euitãdæ gratia , poterimus
13 in duo capita hæc diuidere,& hinc initiũ facere,† qđ
non refert viua voce,an per ſcripturã contrahatur hy-
potheca,ac deinde,quod in neutro genere vlla deſide-
retur verborum proprietas.Contrahitur ergo & inter
abſentes.l.creditor prædia.§.pignoris.hoc tit.quod de
14 †legati hypotheca quæ tacitè contrahitur,minus mi-
rum eſt,quã quidem lex ipſa non ſolum inter abſentes,
verum etiã de hypotheca nihil agentes nec cogitantes
hypothecã inducit,toto titu.prox.ſeq.Similiter de pi-
gnore quod traditur reipſa,ſi ad abſentẽ mittatur,mi-
nus quoq; mirum erit,contractam eſſe obligationẽ rei:
quã ſi dicas(quod hic deciditur)hypothecam conſti-
tui ſola conuentione abſenti,per nuncium,l.cõſenſu.
de act.& oblig.vel epiſtolam,l.cum tabernam.§.idem
quæſiit.hoc tit.quã licet ſcribatur prædiorum poſſeſ-
ſionẽ eſſe traditam,non tamen acquiſita eſt poſſeſsio,ſi
non fuerit apprehenſa,neq; dominium rei quæ per li-
teras donatur,acquiſitum erit,niſi miſſam rem accepe
15 rit donatarius,l.abſenti.de donatio.In†hypotheca ta-
men,vt inter præſentes,ſic inter abſentes ius cõſtitui-
tur



tur ex ſolo cõſenſu declarato per epiſtolã,eãq; vel ſcri-
ptã ab eo qui hypothecã ipſe ſuo creditori conſtituit,
vel tñ ſubſcriptã,vtrunlibet eñ ſufficit.l.ſi ergo.§.do-
tis.de iure dotali.l.cũ antiquitas.§.cũ autẽ.C.de teſta-
men.Iaſon.in l.emptor.§.Lucius.de pact.imò(ſi Fugo
ſio.in d.l.cum tabernã.§.1.credimus) etiã ſi eius manu
nec ſcripta nec ſubſcripta fuerit dũmodo ꝓbari poſsit,
voluntate eius,ſcribere forte neſcientis , ad creditorẽ
eſſe miſſam:vt quẽadmodũ miniſteriũ prębet nuncius
ad hypothecã contrahendã,qui tamẽ voce ſua nõ mit
tentis vtitur,l.qui autẽ.§.vlt.cũ l.ſeq. de conſtit.pecu.
ſic & epiſtola ab alio quocunq; ſcripta,ſi à debitore miſ
ſa ſit in hoc,vt per eã conſenſum ſuũ creditori explicet
in accipienda hypotheca ſatis demonſtrat,vel ſola re-
ceptione epiſtolæ,cui non contradicit , ſed diligenter
eã ſeruat,vt poſtea cũ opus ſit,in fidẽ contractæ hypo-
thecæ exhibeat.Nã vel illo argu.colligitur conſenſus
recipientis epiſtolã,non tñ in iis quæ ei vtilia ſunt,nẽ
pe quod ei acquiratur hypotheca,aliaue obligatio , l.
Titius.de cõſti.pecu.verũ etiã in iis quæ ei oneri ſunt,
& ad ipſius ſpectant obligationẽ,l.ſi filiusfamil.patre
abſente.ad Macedo.cle.1.de procura.Barto.in l.quo e-
nim.§.1.Rem ratã habere. Sed nec idcirco hypothe
ce obligatio ceſſabit,quod in priuata ſcriptura dies &
conſules additi non ſint,vel ꝙ ea ſignata non ſit.d.l.idẽ
16 quæſijt.in fi.Imò etiã ſi†inſcriptus ſit dies,& quæſtio ſit
inter creditores de prælatione ex tpe,nullã priuata ſcri
ptura fidẽ faciet de tpe in pręiudiciũ aliorum credito
rum,qui inſtrumentis publicis poſterioris nituntur,ni
ſi triũ teſtiũ integrę opinionis ſubſcriptione,& ſic qua
ſi publicè confecta ſit,l.ſcripturas.C.qui pot.in pig.ſci
licet ad excludẽdam fraudem,qua facile obligatio pi-
gnoris mentiri poſſet , prælato à debitore die priuatæ
ſcripturæ,l.repetita.de fide inſtrument.l.ſi à debitore.
de falſi.l.ſi creditor.C.ad l.Cor.de falſi.Quod ita extẽ
ſum legimus:ab Ancho.conſi.28.incipiẽte.rationes in-
ductæ.vt etiamſi procurator,de cuius mandato cõſtat
publico inſtrumento,obligauerit inuim illius bona do
mini per priuatam ſuam ſcripturã,quæ diẽ habeat,nõ-
dũ tñ creditur illi ſcripturæ de tpe in quæſti.prælatio-
nis,quanuis non parũ adiuta inſtrumento publico da-
ti mandati.Sufficeret tamen ad tpis probationẽ,ſi duo
tñ teſtes inſcripti ſint,& in locũ tertij alia ſint admini
cula maioris ponderis & autoritatis,quã ſit vnius teſti
monium,vt nuncupatim conſulit Fulgo.Conſil.133.in-
cipien.proponitur probatum.col.2.verſi.ad legem aut
ſcripturas .addítq; etiam,ſi nulla emiſſa ſcriptura tan-
tùm tribus teſtibus probetur confeſsio extra ius emiſ-
ſa.Ac nouiſsime id ſic latius extẽdit quidã,ſ.Tyraque.
§.1.de retract.conuentionali.in glo 7.num.vt ſatis ſit,ſi
duo teſtes deponánt de hypotheca & tempore illius,
cùm ad eam contrahendam non requiratur ſcriptura,
ſed teſtibus poſsit probari,videlicet duobus:cùm nul-
la lex maiorem numerum requirat ad probandam abſ-
que ſcriptura hypothecã contractã. An autem eadem
cõſtitutio , quæ reſtinguit fidẽ priuatæ ſcripturæ, quo
ad diẽ in cõuentione creditorum de prælatione in hy-
pothecis,extendi poſsit ad alia quælibet ſimilia nego-
tia,veluti ſi quæſtio ſit inter creditorẽ & emptorem rei
obligatæ,vẽdita ne prius an obligata ſit , aut quæratur
quando facultas redimendi ab emptore,venditori cõ-
ceſſa ſit(cũ iura non in ſingulas cauſas & perſonas con
ſtituant̃)cõtrouerſum eſt apud Soci.cõſi.75. quart. par
tis.nu 7.& nume.14.in fi.& non huius loci.Porro cùm
voluntates cõtrahentiũ iuſtũ ſit inſpicere,magis quã
conceptionẽ verborũ,nõ deſiderabitur in cõtrahenda
17 hypotheca†vlla verborũ ꝓprietas,ſed ſuffecerit eos
qui negotiũ hoc gerunt cõſtituẽdæ hypothecę cõſen-
tire.d.l.vlt.C.quæ res pig.obli.poſ.veluti ſi promittat
debitor fide & periculo rerũ ſuarũ,vel per earũ execu
tionẽ,vel adhuc occultius,quod niſi ſatisfaciat credi
tori,poſsit vendere rẽ aliquã debitoris ab eo deſigna-
tã.l.creditor.§.poſt diuiſionẽ.Qui pot.in pig.hoc eñ
eſt deſcribere & circũloqui ius hypothecæ à fine eius
& effectu.Bal.in l.creditores.C.de pig.Frã.Are.ſing.2.
Licet alioqui cũ aliis verbis hypotheca ritè cõſtituta
eſt,non faciat hæc actio,ꝙ vendere illã liceat, potiorẽ
eũ creditorẽ,cui id permiſſum eſt,aliis prioribus, qui
b⁹ id nõ eſt noĩatim ꝓmiſſum.l.ſi prio.§.vlt.qui pot.in
pig.his tunc ſufficit,ꝙ priores ſunt in hypotheca,cui⁹
virtute conſequent̃,vt vendere liceat,etiãſi id nõ ſint
18 pacti.†Vt nec illud adiuuat creditorẽ tpe poſteriorẽ,
ꝙ hypotheca ei tradita ſit:cũ eñ ſola conuentio hypo
thecæ conſtituat ius in re,traditio pignoris non facit
eũ qui poſterior eſt,potiorem Iaſ.in l.quoties.C.de rei
vẽdi,in 3.limi.Sed etſi quis promittat ſuper fundo,aut
alia re qualibet ꝓpria,vis & ſignificatio dictionis *Su*
*per* ea eſt,ꝙ importet hypothecã.l.fundus.de ann.leg.
l.codicillis.§.inſtituto.de leg.2.Sed non eadem vis eſt
ꝓpoſitionis *ex*,ꝗ hypothecam nõ ſignificat,neq; rẽ af-
ficit vllo iure,ex qua quid præſtandũ eſt.l.vlt.in.fin.de
contrahen.emp.l.Caius.& ibi Bar.de alimen.leg.l.fun
di Trebatiani.de vſu & vſufru.leg.Ac deniq; verbum
19 pertinere,†ex ſubiecta materia inuenit̃ non male con
uenire contrahendæ hypothecæ, vbi quis rogat credĩ
torẽ,ne fideiuſſore eũ oneret,cũ ſciat,ꝙ tabernam,ſer
uos,aliámve quãlibet rẽ eius,velut in ſuo arbitrio ha-
beat,& ad ſe pertinere putet.d.§.idem quæſiit.in l.cũ
tabernã.hoc tit.interpaete Budæo.ibi & Alciato.2.diſ
20 punct.c.17.Et hæc†enũtiatiua verba(videlicet ꝙ ſcit
creditor,ſe in ſuo arbitrio habere quę diximus)indu-
cunt diſpoſitionem,eo ꝙ per modũ cauſę prolata ſint.
Bar.& Fulg.in d.§.idem quæſiit.per l.emptor.§.vlti.de
rei vendi.& c.vlt.de ſucceſ.ab inteſtat. Quod adferri
poterit in confirmationẽ illius quod tradidit Ludoui.
Rom.cõſi.245.verbum *adiudicari* non male quadrare
petitionibus quæ fiunt in genere actionis hypotheca-
riæ,quod tantum confirmat ex cõioribus regulis , vi-
delicet verba in libellis impropriari poſſe vt teneat
intentio.Notatur in l.ſi quis intentione. qđ nunc pro
pius confirmabitur ex eo quod & induci poſsit ſiue
contrahi hypotheca ex forma,quam nouiſsimè dixi-
mus:nam ſi creditor cenſeatur rem ſibi obligatam in
ſuo arbitrio habere,& putare poſſet ad ſe pertinere,
cur petere non poſſet ſibi adiudicari?

Trãſeamus nunc ad vltimũ articulum huius capi-
tis,nẽpe ad modos occultiores approbationis hypo-
thecæ in rebus noſtris per alium cõtractæ.Et quidem
21 ſi quis fideiubeat†apud creditorẽ pro debitore,à quo
ſciuit rem ſuam eſſe obligatam,hoc ipſo quod fideiu-
bet,& ſic aperte agit,vt ſatiſdetur creditori, intelligi-
tur conſentire rem ſuam eſſe obligatam,vt ſic ſit ſatiſ
factum creditori.l.Pomponius ſcribit,ſi gratuitam.§.
ſi quis fideiubeat,infra titu.j.Cùm enim conſenſu do-
mini conualeſcat hypotheca prius inutiliter à non do
mino obligata.l.ſi fundus.§.ſi neſciente.hoc titulo.ne
gari non poterit,quin & is conſenſerit,qui cõtractum
vſque adeo approbauit,vt etiam ſe fideiuſſorem præ-
beret.l.exceptione.C.de euictionibus. Approbauit er
go cum ſuis qualitatibus & acceſsionibus , videlicet
cum hypotheca adiecta,quæ acceſſoria eſt principalis
obligationis,& quam ſi confirmare noluiſſet,cùm ſci-
ret contractam,debuiſſet excipere & proteſtari:ne ge
nerali & indeterminata approbatione contractus,quę
reſultat ex ipſa fideiuſsione,ſibi præiudicaret , etiam
in pignore ſiue hypotheca rei ſuæ,quanuis alioqui fi-
deiuſsio tam ſtricti iuris ſit,vt qui fideiubet pro debi-
tore,à quo & pignora data ſunt,non teneatur actione
pignoratitia cõtraria,ſi forte in pignore deceptus ſit
creditor,,nam in eam obligationem non interceſsit.
d.l.pignore de fideiuſſor.Sed ſi ipſiuſmet fideiuſſoris
ſit res quæ obligata eſt,ídque ſciat dum fideiubet,non
poterit ipſe,approbato ſemel toto contractu & nego-
tio,euincere eam liberam à nexu hypothecæ,dicto §.

ſi quis ſi lei iubeat Sed hic probabiliter dubites, anne
ſaltem hæres eius, qui ſic fideiuſsit, ſuſtinere poſſet eã
rem liberam ex ſuo ipſius iure: & quod nõ habuit à de-
functo cui ſucceſsit. Ex hoc enim indubiè non magis
quàm ipſe defunctus liberam poſſet dicere: & credide
rim hanc tacitam approbationem exercere quidem vi
res ſuas aduerſus ipſummet fideiuſſorem; ſi fortè re ve
ra res eius ſit quæ obligata eſt. Sed tamen, cum ſuam eſ
ſe putat, non ſit verè eius, ſed illius qui poſtea ei ſucce-
dit, non ob id magis cenſebitur eius res obligata, exẽ-
plo eius quod dicitur, de euincendo dominio rei per
hæredem eius qui fideiuſsit pro euictione, cùm ab alio
venderetur, l. vlti. C. de euictio. licet is ipſe qui fideiuſ-
ſit, euincere non poſſet, d. l. exceptione. C. de euict. Ita
vt meliore loco hic ſit hæres ſuo iure vtens, quod nõ
habet ex ſucceſsione, quàm eſſe poterat is cui ſucceſ-
22 ſit. Nam tacita illa † approbatio contractus venditio-
nis, quę ex eo ſolo colligitur, quòd quis ſe illius fideiuſ
ſorem præbuit, non tendit directe & ex profeſſo ſecun
dum intentionem fideiubentis, ad aliquam abdicatio-
nem dominij, quaſi hoc velit, qui ſic fideiubet, domi-
nium à ſe abdicare, & in emptorem transferre: etiamſi
res ſua ſit (ſicut factum venditoris directè ad hoc tẽdit,
atque ita fit, vt hæres venditoris nec ex ſuo ipſius iure
vendicet, l. mater. C. de re vendica.) ſed ſolũ cõſecutiue
induxit & ſecũ traxit ea fideiuſsio, tacitaq; cõtract⁹ ap
probatio, obſtaculum quoddã rei vendicationis, nẽpe,
quòd ipſe fideiuſſor, qui emptorem ſecurum voluit fa-
cere, ſemper habendæ rei pro ſua fideiuſsione euictio
nis nomine præſtita, non videretur dolo carere, ſi ipſe-
met tentet euincere. Quæ quidem ratio nõ porrigitur
ad illum qui poſtea ei hæres factus eſt: hic enim nihil
fecit, quo fidentius emptor emeret, nec eſt ad contra-
ctum venditionis & emptionis adhibitus: & ſic nihil
eſt in quo fidei ruptæ poſſet argui, vendicando ex ſuo
ipſius iure, quod à defuncto fideiuſſore non acceperat.
Quæ quidem omnia facile transferri poterunt ad hy-
pothecam. Sed vt verbis fideiuſsionis, ita & ſcriptura
hypothecariæ obligationis fiet, vt quis conſenſum vi-
deatur dediſſe obligationi rei ſuæ per alium factæ. l. fi-
deiuſſor impetrauit. §. pater Seij. hoc titu. Veluti ſi fi-
23 lius emancipatus † ipſe ſcripſerit obligationem pater
nam, quæ continet & hypothecam alicuius rei ſuæ. i.
filij, & ſub ea commemoratione quod filij eſſet. Cui
cũ implacabiliter videretur obſtare aliud reſponſum,
l. Caius. de pignorati. acti. in quo qui ſubſcripſit inſtru
mento dicitur nihil ſibi in ſuo iure præiudicaſſet: ten-
tata eſt à Saliceto & aliis in d. l. Caius. multiplex via &
ratio conciliandi, quæ omnes tendunt ad diſtinctionẽ
triplicem, videlicet ex perſona ſcribentis, genere con-
tractus aut negotij de quo ſcriptura fit, & denique il-
lius quod erit inſcriptum. Nam in caſu illius reſponſi
d. l. Caius. ſcripſerat extraneus: hic patri ſcripſit filius,
ſic vt neceſsitudo & ius ſanguinis faciat præſumi, ꝙ
filius piè voluit patri officium præſtare, & pro eo hy-
pothecam dare. Fulgoſi. in dicto §. pater Sei. per l. Pro-
cula. De probatio. l. ſi ſeruus communis. de dona. inter
virum & vxo. Illic ſcriptura, de cuius ſubſcriptione ſo
la à teſte quærebatur an noceret, confecta fuit ſuper
actu vltimæ volũtatis, ſiue teſtamento; in quo nullum
cum teſtibus geritur negotium. §. ſed neque hæres. In
ſtit. de teſtamen. legantur etiam res alienæ. l. cùm alie-
nam. C. de legat. & nihil nocet falſæ demonſtrationis
adiectio: l. demonſtratio falſa. de condit. & demonſtr.
veluti ſi dicat teſtator (vt ibi dixerat) ſe legare fundũ
quem à Lucio Titio emit, cùm non emiſſet, vel non ab
eo. Hic vero ſcriptura toto in genere contractus con-
tinens ſubſtantiam obligationis, quæ non potuit vale
re abſque conſenſu domini, cuius res obligabatur, fa-
cta eſt ad robur & firmitatem totius negotij à filio, e-
tiam ſub commemoratione rei ſuę, hoc eſt, expreſſe in
ſcribendo quòd ſua eſſet, ita vt non potuerit ignorare
eam obligari, cùm tamen ſæpè teſtamentarij teſtes i-
gnorent quid inſcriptum ſit teſtamentis, & vel inui-
tis eis res illorum legari poſſunt, vt ſcilicet hæres præ
ſtet æſtimationẽ, & ſic legatum teneat. res vero noſtrę
nobis inuitis poſſunt obligari, vt hypotheca teneat.

*Sicuti eſt in his obligationibus, quæ conſenſu con
trahuntur.*) Quæ licet omnes vno loco enumeratæ in
l. conſenſu. de actionib. & obligation. & in titul. Inſti-
tut. de obligation. iuris ciuilis ſint, hæc tamen ex iure
prætorio eſt. l. ſi tibi decem. §. de pignor. de pactis. In
illis quoque vltro citróque naſcitur actio, & alter alte
ri obligatur. Theoph. ibi. hic ex vna tantum parte con
ſiſtit obligatio. Immo nec ex vna quidem, cùm inita ſit
conuentio nõ ad obligationem perſonæ, ſed ſolius rei,
24 & adeo in rem † ſit actio, vt nihil habeat perſonalis a-
ctionis admixtum. Iaſon in dicto §. de pignore. contra
Accurſium ibi. & in §. item Seruiana. num. 119. inſtitut.
de action.

*Siue ſcriptura ſi conuenit.*) In rebus tamen immo-
bilibus, in quibus præcipuus ferè vſus eſt hypotheca-
rum, alio iure hic vtimur. Nam vt prædium ſiue vrba-
banum ſiue ruſticum cenſeatur aſtrictum ſiue affectũ
hypothecæ, non ſatis eſt de eo priuatim conueniſſe,
25 † etiam coram tabellionibus: niſi coram magiſtratu
ſemper aliquo, ſecundum eius iuriſdictionem, fiat ſo-
lennis obligatio, & plerunque etiam decreto fiat ac
confirmetur. Vt nec dominium prædiorum aliter trãſ
fertur, quàm ſolenni traditione, & (vt vocant) inhære-
datione coram magiſtratibus facta.

*Et probari poterit,*) Non temerè hic bis illud repe
titum eſt: nam præcipua quæſtio quæ ſolet ferè de hy
pothecis moueri, oritur inter creditores ſuper præla-
tione ex tempore, in cuius probatione ſcriptura po-
tior eſt teſtibus. l. Celſus. de probation. ob memoriæ
infirmitatem. l. peregre. in princip. de acquirenda poſ.

*Sicuti & nuptiæ ſunt.*) Legitimatio tamẽ nõ alia
ter noſtro iure fit, per conſequens matrimoniũ, quàm
ſi illud contrahatur nuptialibus inſtrumentis confe-
ctis. §. vlt. inſtit. de nuptiis. Salicetus in authent. maxi-
mis. C. de nupt. quod tamen communiore ſententia nõ
eſt Iure Canonico receptum. Panormitanus in princi
pio c. tanta. qui filij ſint legitimi. De aliis quoque mul-
tis, quæ ſcripturam requirunt, aut ad ſubſtantiam, aut
ad probationẽ nihil attinet hic plura dicere, quæ aliis
locis plenè diſcuſsimus, in l. in exercendis. & in l. con-
tractus. C. de fide inſtrumen.

## Pro quibus obligationibus res hypothecæ dari poſſunt.

### L. RES HYPOTHECAE.

### *SVMMARIVM*

1 *Differentia inter actiones in rem, & perſonales.*
2 *Vbi lex reſiſtit cõtractui, nõ tenet hypothecæ acceſſio.*
3 *Vbi exceptio competit aduerſus actionem principa-
lem, etiam datur aduerſus hypothecariam.*
4 *Cui non acquiritur obligatio principalis, illi nec hy-
pothecaria.*
5 *Adiectio non poteſt hypotheca obligari, quanuis illi
rectè ſoluatur.*
6 *Cui nõ eſt ſpes acquirẽdi obligationẽ principalẽ, illi
non debet quoque eſſe ſpes hypothecariæ acquirẽdæ.*
7 *Nomine in ſolũm dato, vendito, aut aliàs ceſſo, etiã
hypotheca adhærens ceſſa cenſetur.*
8 *Hypotheca pro ſorte conſtituta, quandoque porrigi-
tur ad vſuras.*
9 *Hypotheca pro vno debito conſtituta, quãdoque ad
aliud ab eodem debitum porrigitur.*
10 *Hypotheca pro hypotheca in ſubſidiũ cõſtitui poteſt.*

11 *Pro*



11 *Pro popularibus actionibus, vt non accipitur fideiuſ
ſor, ita nec hypotheca.*
12 *Vt fideiuſſores dotium dari prohibentur, an etiam i-
ta hypothecas, vide diſtinctionem.*
13 *Hypotheca non facit mandatum nõ eſſe gratuitum.*
14 *Hypotheca & præcedit & ſequitur principalem ob
ligationem vt fideiuſſor.*
15 *Si quis obſignauerit plures res hypothecæ futuras, &
quaſdem antequam mutuam pecuniam acciperet
alienauerit, tranſeunt ſine onere hypothecæ.*
16 *Dotis futuræ nomine, ſi plures res hypothecæ futuræ
deſignatæ fuerint, & quædam ante dotis dationem
alienatæ fuerint, tranſeunt cum onere.*
17 *Qui hypothecã dederit pro mutuo quod numeratũ
non eſt, actione in rem repetit hypothecam in qua
obtinet ſola probatione originis rei.*
18 *Accurſij excẽplum maximè dubitabile, de inuectis
quæ in partem debiti obligantur.*
19 *An in dote cauta non numerata priuilegio prælatio
tionis vtatur mulier, contrariæ doctorum ſententiæ.*
20 *Ciuili obligationi ex re iudicata accedit fideiuſſor,
non illi in qua naturalis eſt ſublata per pactum de
non petendo, vel iuſiurandum.*
21 *An debitũ ciuile tantum in cõſtitutum deducatur.*
22 *Differentia obſeruanda inter naturalem obligatio-
nem, quæ ciuili obligationi quandoque fuit coniun-
cta, & eam quæ ſemper ſola fuit.*
23 *Obligatio principalis interdum pura eſt, vt etiam
hypothecæ obligatio, interdum altera pura, altera
conditionalis, interdum vtraque conditionalis*
24 *Nihil agere & non rectè agere, quandoque eadem
ſunt quandoque diuerſa.*
25 *Qui rem ſemel vendicauit, ex noua cauſa vendica-
re non prohibetur.*
26 *Lex Zenoniana explicata de plus petentibus.*
27 *Pœna l. Zenonianæ, an habeat locũ in actionib. in rẽ.*
28 *Zenoniana conſtitutio, in quibus actionibus in per-
ſonam locum habeat.*
29 *In pigneratitia actione non duplicantur induciæ ex
Zenoniana. conſtitutione, & quid in conditionali-
bus obligationibus hypothecarum.*
30 *Cautio pro ſecuritate creditoris peti poteſt in obliga
tione hypothecaria conditionali, & qua actione.*
31 *Qui deſiit poſſidere ſine dolo & culpa, abſoluitur a-
ctione hypothecariia, vt rei vendicatione.*
32 *Penſionis vocabulo quid veniat.*
33 *An hypothecaria agatur ante diem obligationis.*
34 *In l. quæſitum. hoc tit. quæ appellentur pignora.*
35 *Perſecu. pignorum in rebus inuectis illatiſque, an fiat
per incluſionem, & quomodo cæteris fiat.*
36 *Quomodo æſtimãdum ſit, creditoris intereſſe, vt an-
te diem hypothecaria agere poſſit.*
37 *Concludi in hypothecaria ad ſolam declarationem
competentis iuris hypothecæ, vt in rei vendicatio-
ne ad declarationem dominij.*

PRINCIPIO nobis hęc conſtituenda e-
rit regula, quòd nulla eſt hypotheca, quæ
non ſit data aut contracta pro aliqua obli-
1 gatione. Et cum ea differentia ſit † inter actiones in rẽ
& perſonales, quòd in his exprimatur in libello actio-
nis, etiam cauſa obligationis ſiue contractus, ex quo
debeatur, ita vt cum ex pluribus cauſis eadem res de-
beri poſsit, ei qui ſuccubuit ex vna cã, non obſtat ex-
ceptio ſi iterũ petat ex alia. Illas verò ſic poſſum⁹ dedu
cere in iudiciũ gñaliter, vendicando ex ſola cã ꝓxima
nẽpe dñij, vt oẽs cauſas ei⁹ in iudiciũ deduxiſſe videa
mur: obſtétque rei iudicatę exceptio, ſi ſemel abſoluto
reo, ad idẽ iudicium petitor redeat, l. & an eadẽ. §. acti.
l. ſi mater. §. eadẽ cã. de excep. rei iud. Hac in parte hy-
pothecaria actio, alioqui mere realis, ſimilior eſt actio
nibus in perſonam, vt pote requirens neceſſario alle-
gari in libello actionis obligationem, pro qua dicatur
data & cõtracta, Accur. in d. §. actiones. in glo. ad ver-
ba, ex qua. & Bart. d. l. rem alienã. de pig. act. Quamuis
enim dominium non poſsit niſi ex vna cauſa continge
re, l. 3. §. ex pluribus. de acq. poſſeſ. nec duorum eſſe in-
ſolidum, l. ſi vt certò. §. ſi duob. commod. poteſt tamen
res in plures cauſas eſſe obligata & pluribus credito-
ribus, l. & quæ nondum. §. qui res ſuas. hoc titu. Ex hac
autẽ ſic conſtituta regula, pro latiore deductione ma-
2 teriæ inferimus, ꝙ vbi lex † voluit obligatione princi
pali occurrere. i. reſiſtere contractui, obligationi, aut
facultati contrahendi, ſicut non tenet accedens fide-
iuſſio, l. cum lex. de fideiuſſ. ita nec hypotheca, l. ſolutũ
§. ſiue autem. verſi. alia cauſa eſt. de pignor. act. In tur-
pem autem cauſam data pignora, an repeti poſſint, &
qua actione, alio loco tractauimus, in l. mercalem. C.
de condict. ob turpem cauſ.
3 Secundo inferimus ſiue addimus, quòd vbi † obligatio
in principali cauſa ſubeſt quidem, ſed ex ea agenti ob-
ſtat exceptio, obſtabit eadem hypothecariæ actioni,
l. ſi alius pro muliere. quæ res pign. ob. poſſ. vbi ſcilicet
& fideiuſſor eadẽ ſe exceptione tueri poſſet. hic enim
ſæpe iam nobis comparandæ erunt obligationes fide
iuſſoris & hypothecæ. Et vt facilius ſuccurritur fide-
iuſſori mulieris, quæ contra S. C. Velleianum fideiuſ-
ſit (nimirum indiſtincte, ſiue aduerſus eam fideiuſſor
regreſſum eſſet habiturus, ſiue non, l. ſi mulier contra
S. C. Velleianum pro me interceſſiſſet. §. j. ad Velleia.
quam fideiuſſori filijfamilias, qui contra Macedonia-
num pecuniam mutuam accepit, (hic enim cadit ea
diſtinctio vt fideiuſſori non habituro regreſſum con-
tra filium non proſit Macedonianum, l. ſed ſi pater. §.
penult. & vlt. ad Macedon.) ſic quoque de hypotheca
dicẽdũ erit, quã ali⁹ dederit vel ꝓ muliere vel ꝓ filio:
vt illi facili⁹ & indiſtincte ſuccurratur, huic vero ſub
eadem diſtinctione, quã nunc de fideiuſſore diximus.
4 Tertio addimus, † quod cui non acquiratur obliga-
tio principalis, ei nec hypothecaria acquiſita intelligi
tur: veluti ei qui ad ſolutionẽ eſt adiectus, l. is qui pro-
miſit. hoc tit. cui ſolui quidem poteſt etiam inuito cre-
ditore, & ſic vt liberatio ipſo iure contingat, §. plane.
Inſt. de inutil. ſtip. l. aliud. de ſol. vel exceptionẽ, quan-
do aliud adiecto aliud debitori conuenerat ſolui: l. vlt.
§. vlt. de verb. obl. ipſe tamen nouam obligationem ſi-
bi nõn quæſitam, locum aut tempus ſolutionis muta-
re non poteſt, l. qui Romæ. §. Calimachus. de verb. obl.
l. 3. §. idem Iulianus. de eo quod certo loco. neque ei
conſtitui debitum poteſt, l. ſed & ſi filiofa. §. j. cũ l. ſeq.
de conſti. pecu. neque fideiuſſor dari aut obligari, l. fi-
deiuſſor oblig. in princ. de fideiuſſ. nec denique (quod
5 huius eſt loci) † hypotheca obligari: & ſi pignus ei da
tum ſit, ſtatim etiam ante ſolutionẽ debiti principalis
repeti poterit: quamuis principalis obligationis pecu
nia ei ſoluta, quæ (vt diximus) parit liberationem, nõ
poſſit condictione indebiti repeti, ſaltem ſi nõ poſtea
cõſtituiſſet debitor illã ſoluere ſoli creditori, l. Titius.
de conſt. pec. Aliud adhuc eſt huius rei præceptum, Si
quis forte alterius pecuniam ſuo nomine det mutuo
ſub pignore aut hypotheca. Nam vt ei cuius pecunia
eſt non quæritur perſonalis obligatio, ita neque pigno
ris aut hypothecæ, l. etſi frater. C. de pigno. eo. tit. quã-
uis ſi nomine domini pecuniam mutuo dediſſet, actio
nem ei vtramque acquiret, hypothecariam & perſona
lem, l. fin. C. per quas perſon. nob. acquirat.
6 Quartò huc ſpectat, † ꝙ cui deſijt ſpes eſſe acquirẽdæ
principalis obligationis, ei quoq; hypothecariæ actio
nis ſpes amplius eſſe nõ debet. l. ſi legat. cõdit. hoc tit.

7 Quinto accedat, ꝙ in ſolutũ dato nomine vel vendito, aut ex alia cauſa ceſſo, cui adhæret hypotheca, hęc quoque ceſſa intelligitur, l. ſi in ſolutũ. l. ſi à creditore. C. de act. & obliga. Nõ tamen tam indiſſolubili vinculo hypothecaria actio ꝑſonali cõiuncta eſt, quin ea ſublata tẽpore, ꝑſeuerare adhuc poſsit hypotheca, l. intelligere. C. de luit. pig. imo & cedi alteri abſq; princi
8 pali obligatione. Sed cũ hypotheca † ꝓ aliqua obligatione cõſtituta eſt, porrigitur aliquãdo latius ad ea q̃ ꝓpriè in obligatione nõ ſunt, ſed ei acceſſoria: vt puta ad vſuras, l. ſolutum. §. ſi in ſorté. & ibi DD. de pign. act. ſic vt qui in ſorte eſt potior, ſit & in vſuris potior, etiam iis quarũ dies ceſsit, poſtquam & alij res cœpit eſſe obligata, l. Lucius. qui pot. in pig. locũ tamẽ habet diſtinctio in hypothecis, q̃ ſit in fideiuſsiõibus, l. quęro locati. l. cẽtum Capuæ. de eo quod cer. loc. l. fideiuſ. magiſtratuum. §. j. de fideiuſſ. Quin etiam in tacita hypotheca locũ iſtud habere poteſt: veluti ſi quęratur, an bona mariti ꝓ dote obligata ſint, & ꝓ alimẽtis ei præſtandis ei obligata? quãuis hoc cõtrouerſum eſt, Alex. & alij in l. ſi cum dotem. §. ſin aũt. ſol. matr. Adde quod
9 † ꝓ vna cõſtituta hypotheca, pro alio quocũq; eidem ab eodẽ efficaciter debito retineri poſsit. Quod quidem in pignore conſtitutum, l. vnica. C. etiam ob chirog. pec. pig. reti. poſsit. Accurſius ibi in fi. gl. vlt. (quẽ Sali. ibi in 13. q. & alij ſequuntur) trãsfert ad hypothecas: vt ſcilicet locum habeat, non tãtiſper dum adhuc res hypothecata eſſet, ſed cũ per hypothecariã actionem aduocata eius poſſeſsione ad creditorem tranſierunt, veluti in pign⁹ ꝙ ab initio creditori eſt traditũ.

*Res hypothecæ dari.*) Et vnoquidem ſemper modo videlicet per pactum cõuẽtum. l. contrahitur. hoc tit. quãuis eorum obligationum quibus hypothæcæ accedũt variæ formæ ſint, modíq; contrahẽdi multũ diuerſi, ſicut fideiuſsiones vno modo cõtrahuntur, verbis & ſtipulatione, l. blãditus. C. de fideiuſſ. qualitercunque cõtracta ſit principalis obligatio cui accedit.

*Pro quacunque obligatione.*) Atq; adeo etiã pro al-
10 terius hypothæce obligatione, nẽpe ſi detur † ſubſidiarium pignus vel hypotheca, quo ſecurior ſit creditor, ſi forte ex priori hypotheca ſatisfieri ei nõ poſsit: quẽadmodum pro fideiuſſore alius fideiuſſor ſubſidiari⁹ dari põt, l. grege in fi. de fideiu. Neq; hic refert faciẽdi an dãdi ſit obligatio, quæ vna diuiſio, recitatis hic a-liis multis omiſſa pene videri poſſet, niſi nos admonerent exempla obligationum ex venditione, locatione, & mandato ſuſcepto. Imo faciẽdis obligatiõibus videtur expeditius hypotheca accedere, quam fideiuſſor, propterea quod de forma ſtipulationis fideiuſſoriæ q̃ri poſſet, quid. ſ. fideiuſſor ꝓmittat, an factũ debitũ principalis & ſic inutiliter, vt videtur factũ alienũ: an verò ſuum ipſius factum, & ſic aliud quã principalis, quod alio loco ſatis excuſsimus, in §. in omnibus.
11 Inſtit de fideiuſſ. Sanè ꝓ popularibus † actionibus nõ accipitur fideiuſſor, l. ſi quis pro eo. in fin. de fideiuſſ. ideóque nec hypotheca, cum nec creditor ex genere actionum quiſquã dicatur ante litẽ cõteſtatam, l. ſi cui excepto. in fi. de verb. ſig. ſaltẽ ſi nõ eius peculiariter interſit, & ad eum res pertineat quaſi priuato iure. l. licet in prin. de procur. Obligationi verò ex crimine, q̃ ſpectat ad accuſationem pœnãque corporalẽ, nõ accedit in eandem pœnam fideiuſſor: vt Bar. in l. j. & l. 4. de cuſto. & exhi. reo. ita nec vllius hypothecæ diſtractio, dare poſſet fructum finẽmq; eius obligationis, ſed pecuniariæ pœnæ ſiue multæ, vt fideiuſſor ita & hypotheca accipitur. l. grege. in fi. verſic. idem & in pœna hoc tit.

*Siue mutua pecunia detur.*) Eáque vel illius ipſius qui eam mutuo dat, ſic ſtatim valeat mutuum, & hypotheca: vel aliena, vt ſic quemadmodum conſumptione pecuniæ conualeſcit mutuum, l. ſi à fuſorio, ſi cert. peta. illíque accedens fideiuſsio, l. ſi quis pro eo. §. nummos. de fideiuſſ. & hypotheca confirmetur.

*Siue dos.*) Sed an hic exceptionẽ parietur toties iam conſtituta regula, comparationis fideiuſſoriæ obliga-
12 tionis & hypothecariæ? † Prohibitum eſt enim fideiuſſores dotium dari: l. j. & 2. C. ne fideiuſ. dot. dent. at hypothecam dari poſſe crebro reſpõſum eſt, hic & in l. j. inf. qui pot. in pigno. l. quod aũt. §. ſi vxor à marito ſuo. de donat. inter virũ & vxo. l. quamuis. de ſolut. Sed hic triplex adhibetur diſtinctio, qua hæc quæ modo videtur differentia, concilientur. Et primo quidem diſtinguitur conſeruatio dotis à reſtitutione, vt huius ſecuritas fieri poſſit tam fideiuſſore, quam hypotheca acceptis: illius vero neutro modo. Cum enim hic dictũ ſit, hypothecam dari pro obligatione dotis, neceſſario intelligitur, vel de obligatione dotis dandæ, quæ pro muliere promiſſa eſt, vel ſoluto matrimonio reſtituendæ, quæ à marito accepta eſt. Ad cõſeruationem enim non oritur aliqua peculiaris obligatio, ſed tantum ad reſtitutionem, veluti ex ſtipulatu. §, fuerat. in verb. reddendis. inſtit. de act. Quinimo, vbi directe peccare videtur maritus aduerſus conſeruationem dotis, (ſcilicet quia ſua prodigere incipit) agitur conſtante matrimonio, non ad conſeruationem ſed reſtitutionẽ, l. vbi adhuc. c. de iure dot. ipſaque dos exigitur. l. ſi conſtante. in princ. ſolut. matrimo. Eiuſque reſtitutionis nomine vt hic hypotheca datur, ita & fideiuſſorem dari poſſe nonnullis placuit, æque conſtante vt ſoluto matrimonio. d. l. ſi conſtante. §. quoties. Sed quamuis ita demum conſtitui optime poterit, ſi bene fuerit conſeruata, in hanc tamen cauſam requirere fideiuſſorem aut hypothecam, haberet in ſe maiorem quandã duritiem eo quod nimis aperte videretur vxor de moribus mariti dubitare, ac diſſipationem ſuſpicari: quemadmodum creditor ſi ante diem obligationis deſideret ſibi caueri, l. in omnibus. de iudi. l. ſi creditores. de priuil. cre. Sed hac diſtinctiõe damnata à pluribus, à Bar. ſc. in d. §. quoties. Acc. Azo. Sali. in l. j. C. ne fideiuſſ. ſuccedit alia Accurſij, in eadem. l. j. C. ne fideiuſſ. ex perſona dantis, videlicet quis det hypothecã: Si maritus ipſe (cuius omnia bona, lege ſunt tacite obligata) in eandem cauſam videri recte datam, non ſi extraneus dederit. Sed & hac damnata ſupereſt tertia, quæ communius placuit, Sali. in d. l. j. circa fi. verſi. ego puto quod nec etiã. Paul. Caſt. in d, l. quãuis. de ſolut. nec fideiuſſores nec pignora à quoquam dari: & ne ab ipſo quidem marito, præterea quod generaretur facile in connubio cauſa perfidiæ, quoties vſum rei pignoratæ deſideraret maritus, quam ab vxore videt incluſam bene ſeruari. Sed hypothecæ obligari res poſſe á quocunque ſiue extraneo ſiue ipſo marito, cùm hypothecæ vſum & poſſeſſionem retineat debitor, & alienet ſi velit, ſic tamen vt res cum onere tranſeat.

*Siue emptio vel venditio.*) Trahit hic cõtractus quodammodo ſecum pignus in ipſa re vendita, donec pretium ſoluatur: l. Iulianus. §. offerri. de act. empt. vel in ea re quæ includitur ſiue comprehẽditur ſub eo quod venditum eſt, veluti in corporibus hæreditarijs vendito iure. i. hæreditate, l. hæreditatis. de hæred. vel actio. vend. Sed hoc venditori proficit ad ſolum ius retentionis, non vero quo ad ius hypothecariæ actionis, Ang. hic. niſi nominatim conuenerit, quod res empta ſit pro pretio obligata, l. prima. in ſi. et l. ſecund. de reb. eo. qui ſub tut. vel cur. ſunt.

*Vel mandatum.*) Ex quo vtrinque naſcitur obligatio mandati quidem ſemper directa, ei vero qui mandatũ ſuſcipit aliquando contraria: veluti ſi quid in explicando mandato de ſuo impenderit, & quamuis gratis ſuſcipiatur impleaturque, nihilominus recte vna cũ mandato quod ſuſcipitur, etiam ab interuallo accipitur hypotheca. ſicut & ab eo qui donandi animo ſtipu-
13 lanti promittit, † neque ob id minus dicitur gratuitum mandatum, quod contrariæ actionis quæ forte oriri poſsit accepta hypotheca ſit, vt Fulgo. in l. ſi rẽ alienã. §. non tantũ ob pecuniã. de pign. act. Nã ea non eſt accepta vt merces laboris & operę: ſed in ſalarij ſecuritatem, l. rogaiſti. §. j. de præſcrip. verbis. Recte ergo fideiuſſor à reo ꝓ quo internenit pignus accipit, l. ſi rẽ alienã. §. non tantum. de pig. act. quod nõ intelligitur directo acceptum in pecuniã, ſed vt fideiuberet: hoc eſt, interprete Fulgoſio, in obligationẽ mãdati qua debitor tenetur fideiuſſori: tenetur, inquam, in pecuniã, ſi ipſe eam forte ſoluat creditori, vt & ſoluendi mãdatum recepiſſe videtur, l. indebit. C. de condict. indeb. Interim verò ꝓ ſola fideiuſſoris indẽnitate ei tenetur vt liberet eum, ſi diu in fideiuſsiõe ſteterit, aut ex alia cauſa permittatur ei, antequam ſoluat, agere, l. Luci⁹. mãdat. l. ſi pro ea. C. eo. tit. Et hoc illud eſt quod dixit Iuriſconſultus, nõ ob pecuniam eſſe acceptũ pignus, ſcilicet directo & principaliter: & ad quam repetendam forte nunquam agetur, ſi ſcilicet nõ ſoluerit ipſe fideiuſſor, ſed ob aliam cauſam, nempe vt conſeruaretur indẽnis, ad quod mox cõtracta eſt obligatio inter reum & fideiuſſorem, dari pignus poſſe.



*Siue etiã procedat.*) Non ſolum ex cõuentione quę tẽpore ſit prior, quẽadmodum & fideiuſſor longo interuallo poteſt accipi poſt contractã obligationem principalẽ, l. ſtipulatus ſum. de fideiuſſ. verùm etiã vi & poteſtate, vbi alioqui ſimul & eodem tempore conuenitur de vtroq;, ſcilicet, ſic vt principale debitum ſit ꝑſens, obligatio vero acceſſoria conditionalis, ſiue hypothecæ, l. grege. §. ſi ſub conditione. verſi. ſed ſi patris. hoc titu. ſine fideiuſſoris, l. grege. §. idem accepto de fideiuſſ.

*Sed & futuræ obligationis nomine.*) Hac quoq; in parte ſimilis eſt hypothecę obligatio fideiuſsioni,
14 † nã & hæc ꝓcedit & ſequitur principalẽ obligationẽ, §. fideiuſſ. & ꝓced. inſti. fideiuſ. Et ne lõgè exẽpla petantur, fideiuſſor iudicati actionis aſſumitur in obligationem futuram, ſcilicet illam, quę oritur ex vi ſententiæ trãſeuntis rem iudicatã, ſi ꝓ actore iudicetur, l. grege. §. & poſt litem. de fideiuſſ. In eadem cã eſt hypotheca, quoties dominus ꝑſonam ſui ꝓcuratoris, à quo defenditur, firmauit ſua ipſius fideiuſsiõe ac ꝓmiſsiõe, ꝓ omnibus iudicatũ ſolui clauſulis, cum hypotheca rerũ ſuarum: §. ſi verò aliquis conuenit. Inſtit de ſatiſdat. & hac quidem vel generali vel etiam ſpeciali, q̃ ꝓ quantitate rei de qua agitur ſola ſufficiat, vt Fab. ibi arg. l. ſi verò. §. quę pro rei quantitate. qui ſatiſd. cogan. Hęc tamen cautio, pro omnibus iudicatum ſolui clauſulis, ſiue generalis hęc iudicatum ſolui, includens tres clauſulas, l. iudicatum ſolui ſtipulatio, tres clauſulas. iudicatum ſolui. accedit partim pręſenti quodamodo obligationi, nempe quatenus totius eſt cauſæ cautio, & ſic reſpicit exercitationem litis ꝑſentis, ac iam pendentis in iudicio, videlicet vt defendatur reus: partim verò futuræ obligationi, vt fiat quod iudicabitur, eaque in parte cautio actionis iudicati, quæ defenſionẽ executionẽmque litis non includit, d. §. & poſt litem. Sic vt ipſe fideiuſſor nõ debeat defendere, ſed ſi ſe defendens reus condemnetur, ſoluere.

*Dari poſſunt.*) Id eſt, Nunc poteſt de hypotheca conueniri, collato tamen effectu, vi poteſtate in tempus futuræ obligationis: veluti ſic, Hanc tibi conſtituo hypothecam in id quod credes mihi, ſiue numerabis ex cauſa mutui: quemadmodum fideiuſſor accipitur futuræ obligationis, & quidem verbis, vt quidam putat, Faber ſcilicet in §. fideiuſſor & præcedere. Inſtit. de fideiuſſo. in futurum cõceptis: quod tamen non eſt neceſſarium, nam & alia ratione, non conceptis in futurum verbis, poteſt fideiuſsio in pendenti eſſe, lege non quemadmodum. de iudiciis. Sane ſi de hypotheca conuentum fuerit, vt iam diximus, verius erit hypothecam deſtinatam eſſe, quàm cum effectu datam, ita vt qui mutuam pecuniam accepturus deſignauit hypothecam pluriũ rerum, ſi quas ex illis antequã ei numeretur pecunia ven-
15 diderit, non erunt obligatæ: † & ſi iterum alij obligauerit prius numeranti, potiorem eum faciet, quamuis hypothecæ conuentio tempore præceſſerit ad ſecuritatem prioris, l. Titius. quæ res pign. l. diuerſis. C. qui pot. in pig. & adde quoque ſi lubet, etiam ſi ſtipulatio dandi mutuum interuenerit, imo etiam ex alia parte reſtituẽdæ viciſsim pecunię promiſsio, nã adhuc liberũ fuit ei pecuniam nõ recipere, eáque nõ accepta nõ
16 obligari, l. qui pecuniã. ſi cert. pet. Secus † tamen eſt in dote, nam hic hypotheca cum effectu & cum ſuo inter creditores ordine obligatur, ex die conuentionis initæ de dãda dote pro muliere, & de hypotheca quæ danti dotem futura ſit pro dotis reſtitutione, l. prima qui potiores in pigno. Sed cur hæc tam variè? cum in vtroque genere (ſcilicet mutui & in dotem promiſſæ pecuniæ) locum habeat exceptio non ſecutæ numerationis. Non enim audiam ſi dixeris, quòd conuentio dotis dandæ mox obliget promiſſorem, nam ſic eſt & in eo qui mutuã promiſit pecuniã dare, l. ſi pœnam. de verb. obli. neque hi dant ſuæ obligationis hypothecã, ſed accipiunt à futuro. Itaq; ex huius capite quærenda eſt aliqua ratio diuerſitatis, quam non tam eſt difficile inuenire (nam ab ipſis Iureconſultis eſt monſtrata, in d. l. Titi⁹. verſ. cũ in poteſtate. & in d. l. j. qui pot. in pig. verſ. nec probè dici põt.) quam explicare: propterea ꝙ obſcurior data ſit in poſteriore dote. Sed hęc eſt differentia, ꝙ is cui mutuo danda erat pecunia, in ſua libera poteſtate habeat poſt interpoſitã cautionẽ non accipere pecuniã: & ſic ſua ſimplici nudáque abſtentione à pecunia, efficere, vt non obligetur ſicut fuerat deſtinatũ. Nec in ea re ſibi aut alij cuiquam facit iniuriam, ſi oblato beneficio nõ vtatur. Sed maritus, cui ab alio dos pro muliere eſt promiſſa, non probe diceret in ſua poteſtate libera eſſe dotem non accipere, etiam ſi forte ipſe illam vt modicam & tenuem, quam à principio erat ſtipulatus, auctis ex inſperato facultatibus, nunc contẽnat. Nam videtur velle efficere, vt minus dotata eſſet mulier, cui ſoluto matrimonio reſtitui dos deberet, ꝙ ſane ei permiſſum non eſt, in preiudicium mulieris. Quin potius ſi promiſſorem dotis liberaſſet, de ſuo refundere deberet, ſoluto matrimonio: perinde atque ſi accepiſſet. l. vir ab eo. de iure dot. l. pen. §. ſi à ſocero. ſol. matri. Hic ergo tempus conuentę hypothecę & dotis conſpicimus: in mutuo verò numerationis. Quid ergo ſi mutuum accepturus, de hypotheca non cõuenerit tantum, ſed tradiderit, nec ſequatur nume-
17 ratio? † Repeti ſane poterit actione in rem, l. j. C. de nõ numer. pecun. nẽpe vendicatione dominij, l. ne creditores. C. de pig. act. ſi modo probare poſſit qui pignus dedit, vel ſolam originem rei: hoc eſt, initium & modũ tranſlatæ poſſeſſionis ab agente velut futuro debitore ad reum conuentũ, tanquam futurũ creditorẽ ex mutuo, nẽpe vt titulo pignoris haberet: ita vt ſic conuentus rei vendicatione, nõ referat quæſtionem dominij, Caſtr. in l. pen. de cond. inſt. Neque nunc negare poſſit dominum eſſe eũ à quo accepit rem pignori, tanquã à domino, & quæ non niſi à domino potuiſſet obligari. Neque huic aduerſatur, ꝙ rei vendicatione cũ eo agatur, vt cum quolibet poſſeſſore, l. de eo. in fin. ad exhib. (ꝙ tamẽ alios ab hac opinione depulit, vt Fulg. in d. l. j. C. de non num. pec.) Nam eſto ſane ſic agatur cũ eo. i. eædem fiant allegationes, hinc dominij, illinc poſſeſſionis: fieri tamen poteſt, ꝙ allegati dominij facilior ſit probatio, ſi cum eo agatur, quam ſi ageretur cum alio quolibet, l. nã & poſtea. §. vlt. de iureiur. l. eum qui. §. ſi petenti. de Public. in rem act.

*Verum etiam de parte eius.*) Et quidẽ in ea ẽt ſpecie, in qua licet nihil eſſet cõuẽtum contraheretur tamen

tacite obligatio hypothecæ, omnis pecuniæ cauſa:
18 Quod hic deſignauit†Accurſius loco exépli,quo non
aliud dubitabilius poterat adferri: ſcilicet cũ volun-
tate.i.expreſſa conuẽtione domini ædium & inquili-
ni,ſic inuehantur & inducantur mobilia inquilini,vt
ſint in partẽ debiti obligata,l.Põponius ſcribit ſi gra-
tuitã.§.item illud.infra tit.prox.ſeq.Cùm enim Iuriſc.
dixerit,videndũ eſſe an ſic iuduci pignora poſſint,nec
in cõtrariã partẽ decidat,videtur in eã ipſam reſolue-
re q̃ ꝓpoſita eſt,Fulgo.ibi in d.§.itẽ illud.& DD.in l.cũ
fund⁹§. ſeruum tuum.ſi certum petat. Quin etiã ſic da
ri hypotheca põt,vt neque in omnem pecuniã,neq; in
aliquam partem eius propriè ſit obligata : ſed libere-
tur,nulla etiam parte pecuniæ ſoluta l.pen.quib.mo.
pig.vel hyp.ſol.Veluti ſi cum domino conuenerit in-
quilinus,inuecta & illata pignori eſſe , donec merces
ſit ſoluta,aut ſatisfactum.Iã enim fideiuſſore accepto,
quia ſatiſfactum domino intelligitur,obligata eſſe de
ſinent omni etiã modo:ita vt nec tacitè obligata ſint,
vt nec fuerunt vnquam cum inter dominum & inqui
linum conuenerit de alia hypothecæ forma,qua con-
tẽtum eſſe dominum oporteat.arg.l.vlt.verſi.& ſi qui
dem.C.de pact.conuent.tam ſuper dot.Quare & in ſu
periore ſpecie,d.§.item illud.cum inter eos conuenit,
vt in partem debiti eſſet obligata,non cenſebuntur in
reliquam partem ex iuris depoſitione obligata.

*Vel pro ciuili obligatione.*)Exemplum huius erit in
literarum obligatione,ſi ab initio ſolam ciuilem obli
gationem naſci dixeris,& ne poſt biẽnium quidem ac
cedere naturalẽ.Erit & in dote cauta,non numerata,
exẽplo lapſo tẽpore ꝓponendæ exceptionis: tunc e-
nim indubitatum eſt, hypothecariã actionẽ mulieri
19 cõpetere,licet dubitetur†an cõpetat cum ſuo priui-
legio prælationis,ex noua Iuſtiniani conſtitutione,l.
aſsiduis.C.qui pot.in pig.quod vtrinq; habet ſuos aſ-
ſertores,& rationes nõ improbabiles.Qui enim priui
legiũ ad hunc quoq; caſum porrigũt,vt Bar.in d.l.aſsi
duas,multũ iuuari videntur ea conſtitutione,l. pe. C.
de non num.pecu.quæ creditoribus dans exceptionẽ,
non addidit eis perpetuo cõpetere:alióve diuturnio-
re tempore,quàm ipſis debitoribus.Quorum vero di-
uerſa eſt ſententia,vt Lud.Ro.ad l.j.ſolut.matri.nu.22.
Iaſ.Zaſ.in §.fuerat.Inſtit.de actio.hoc ita euaderent,
admittentes,quod ad ordinem attinet,inter credito-
res mariti nunquam exceptioni non numeratæ dotis
eſſe locum:quæ ad hoc tantum tendit, ne quid omni-
no mulieri ſoluatur,néve reſtituatur dos quę accepta
non eſt:ita vt cùm nulla debetur, fruſtra fiat queſtio
de ordine inter creditores.Obtinebit ergo mulier,la-
pſo tempore, excipiendo de dote nõ numerata ſuum
inter creditores ordinẽ in hypothecaria actione.Sed
prælationem non habebit,niſi ipſa alleget pro ſua in-
tentione fundanda,& probet numerationem : nec ex
aduerſo debet excipi de non numerata,cùm hoc pri-
uilegium ſic ſit ab initio reſtrictum , vt non competat
niſi pro dote vere numerata,in dicta l. aſsiduas. ver-
ſicul. cum enim in perſonalib.in verb.ſi tamen re ipſa.

Aliud adhuc exemplum,ciuilis tantum obligatio-
nis,cui hypotheca accedit,erit in actiõe iudicati ini-
què:ſicvt condẽnatus ſit qui vere non erat debitor:cũ
ex re iudicata oritur obligatio & actio,l. actori. C. de
20 reb.cred.†accipitur fideiuſſor,l.grege.§.j. de fideiuſſ.
& pignora ſiue hypothecę,l.4.§.ſed & pignora. de re
iudic.etiam cum effectu,vt perſequi iudicio liceat &
obtinere. Ciuili autem obligationi, quæ aliquando
fuit coniuncta naturali,nunc ſublatæ per pactum non
petendi ,vel iuſiurandũ,nõ accedet efficaciter fide-
iuſſor aut hypotheca.Et hoc illud eſt ciuile debitum,
quod legitur in l.3.§.j.de conſtit.pecu. non venire in
conſtitutum:eo quòd per exceptionem non debeatur
hoc eſt , quod aduerſus illius petitionem excipiatur,
nec ſit,vt in pręcedentibus exẽplis,obligatio efficax &
21 firma. Vnde hic locus depellit me † ab illa ſententia
quæ nonnullis placuiſſe videtur,non venire in conſti-
tutum vllam obligationem ciuilem:& ne eam quidem
quæ ſemper fuit ſola , cui diximus hypothecam acce-
dere,quaſi Prætor ſemper & vbique pręoculis haberes
æquitatem.l.quod ſi.§.de eo.quod certo loco. (ex qua
etiam induxit conſtitutum,l.j.de conſtit.pecu.) nimi-
um recederet ab illa ſua profeſſione æquitatis, ſi per-
mitteret extendi conſtitutum ad eas quoque obliga-
tiones ciuiles,quæ licet ſummo iure efficaces ſint,pa-
riantque actionem , repugnant tamen quodammodo
naturali æquitati,dum poſt biennium ſoluere quis co
gitur velut acceptum , quod re vera non eſt numera-
tum:& parere iniquius iudicato.Nam certè, & hypo-
thecaria, æque vt illa de conſtituto honoraria eſt, &
ex iuriſdictione prætoris primum conſtituta : & nihi-
lominus competit pro obligatione tantum ciuili,& vt
fortè poſſet paulò iniquius videri , ad ſolutionem eos
compelli,actionemque dari.Cum tamen aduerſus eos
actio eſt prodita, non eſt iniquum accedere hypothe-
cã,& deduci in conſtitutũ,l.illud aut illud.§.ſi iureiu-
rando.in verbis,cũ habeas eo nomine actionẽ.de cõſt.
pecu.præſertim cũ id ꝙ videri poſſet natura iniquius,
nõ audiatur vnquã in verbis actionis,veluti cũ agas iu
dicati actione,nõ admittitur exceptio , quæ regredia-
tur ad initiũ rei,vt inquiratur iterũ, an debebatur néc
ne:ſed ſuficit ita iudicatũ eſſe,nec ab eo eſſe ꝓuocatũ.
*Vel tantum naturali.*)Quæ ſemper fuit ſola,ciuili ob
22 ligationi nũquam coniuncta. † Hæc enim licet actio-
nem non producat , ſoluti tamen repetitionem impe-
dit,l.naturaliter.de cõdict.indebiti.valeat ad compen
ſationem,l.etiam.de compenſat. recepit fideiuſſorem,
l.fideiuſſor obligari.§.fideiuſſor accipi.l.Marcellus.de
fideiuſſ.& hypothecam. Sed ſi fuiſſet naturalis obliga
tio aliquando coniuncta ciuili nunc ſublatæ per vſu-
capionem,non tenetur fideiuſſor,l . ſi quis poſtquã de
fideiuſſ.ideoque nec hypothec. Et ꝙ vtraque in ſuo ge
nere potentior ſit , ſi ſemper ſola fuerit , mirum videri
non debet:quando coniunctas ſi ſepares , non ſic tolli-
tur vna,quin multum quoque virium perdat altera.Vt
puta ſi vero debitori fiat pactum non petendi,commu
nius creditur naturalem obligationem ſublatam eſſe
pacto , & ciuilem ſuas vires ſic amiſiſſe , vt eam poſtea
elidat penitus oppoſita in iudicio exceptio pacti.Na-
turalis quoque obligatio impedit ſoluti repetitionem
vt dictum eſt:ſi tamen ex reliquijs ſit harum obligatio
num ſimul aliquando coniunctarum,veluti ciuili ob-
ligatione ſublata,tempore, eas vires non eſt habitura:
ſed ſoluti dabitur repetitio, l.vlt. §.j. & ibi Caſtren. rẽ
rat.hab.quin ſoluenti ſit ſimilis qui tempore liberatus
eſt,l.ſi pupillus.de adminiſt.tut.Hoc tamen interim te
nendum erit , quod quemadmodum vbicunque debi-
tor ſic liberatur,vt natura debitum maneat,tenetur fi-
deiuſſor,l.vbicunque de fideiuſſ.ita quoque hypothe-
ca perſeuerabit,l.quæſitum. §.ex quibus cauſis. de pi-
gnor.Verbo enim,*perſeuerare*, quo Iuriſconſultus eſt
vſus,in d.§. ex quibus cauſis. ſignificatur , vt bene ex-
pendit Fulgoſius,hypothecã acceptam eſſe,cum vtra-
que ſubeſſet obligatio naturalis & ciuilis : & ſic acce-
ptam durare adhuc,ſi vel ſola obligatio naturalis con
ſiſtat,& in ſtatu ſuo maneat, ciuili obligatione tempo
re ſublata,cum nondum exceſſerit ſuæ vitæ terminum
actio hypothecaria,lege ,intelligere. C. de luitio.pig.
*Sed in conditionali non alias obligantur niſi condi-
tio extiterit.*) Latius hoc explicatur in alio huius ti-
tuli reſponſo, l.grege. §. ſi ſub conditione . hoc titulo
vbi diſtinctim commiſcentur hypothecaria obligatio
& principalis,quoad formulas conuentionum.Quam
compoſitionem adhuc pleniorem facies , ſi iunxeris
quæ conformiter de fideiuſſore ſunt dicta, in l. grege.
§.item excepto.l.ſi à reo.in prin.&.§.prim. de fideiuſſ.
23 †Nã interdũ principalis obligatio pura eſt, & hypo-
the



thecæ obligatio quoque pura.Interdum hæc pura,il-
la conditionalis: & ediuerſo.Et interdum vtraq; con-
ditionalis:Et hoc rurſus diuerſimode.Vel ſub condi-
tione eadem : Vel ſub duabus penitus diſtinctis : Vel
ſub eadem & adhuc alia.idque rurſus vel coniunctim
vel diſtinctim. Cùm autẽ cõditionali debito hypothe
ca pure acceſſit, quoad formã conuentionis, non verè
tamen obligata eſt,antequam exiſtat conditio debiti,
ad ꝙ nec fideiuſſor pure obligari poſsit,d.§.itẽ accep.
Si tamen accipiatur fideiuſſor aut hypotheca,non re-
petita conditione , ſed ſub commemoratione princi-
palis obligationis , cui ineſt conditio , intelligitur in
effectu repetita : ſicut tempus & locus principalis ob-
ligationis inſunt fideiuſſoriæ obligationi , l. ſi teſta-
mento. §.quæſit.l.ſi vt propon.de fideiu. Non recte er-
go hypothecaria agetur antequam euenerit conditio:
imo verius nihil agetur. i. ipſo iure non competet a-
24 ctio. †Quæ licet alicubi diſtincta legamus,in l.vnic.in
fi.quãd.dies legati vſusfru.cedit.vt aliud ſit malè ,ſiue
non rectè agere:& aliud nihil agere,aut agere nõ poſ-
ſe:ea tamen diſtinctio non eſt perpetua.Et vt hic dici-
mus,male ante conditionẽ agi,ita alio loco,ſ.in l.cer-
ti condit.in prin.ſi certum pet. dictum eſt agi nõ poſ-
ſe ante diem:nõ quidem quod actio ipſo iure deficiat,
ſed quod pœnam incurrat : videlicet hodie legis Ze-
nonianæ,qui ante diem agit.Hoc ergo non poſſumus,
ꝙ de iure nõ poſſumus abſque pœna,Fulg.in d.l. certi
condit.Quamuis autem qui ante conditionẽ agit non
recte agat,per hoc tamen non cenſebitur actionẽ con
ſumpſiſſe,aut amiſiſſe,vt conditione eueniente nõ poſ
25 ſit rurſus agere.Sicut is † qui rem vendicauit iure do-
minij,cum dominus non eſſet,acquiſito dominio,ite-
rum vendicare non prohibetur : velut ex noua cauſa,
quam ei præbet poſt acquiſitum dominium, l.ſi mater
§.eandem de except.rei iudic. etiam ſi origo eius cau
ſæ ſuberat,fundamentúmque erat iactum acquirendi
dominij,tempore prioris litis. Nec id quidem ſolum
ex cauſa quæ retrò non trahitur,veluti ex cauſa legati
ſub conditione,d.§.eandem.verſi.ideo ſi forte.quam-
uis ita quibuſdam,vt Bart. ibi, viſum ſit : verum etiam
ex contractu conditionali , non enim hoc conſideran-
dum erit,an cauſa dominij quæ ſuperuenit , retro tra-
hatur : ſed an dominium ſuperuenerit , ex ea cauſa ex
qua actum fuit , priuſquam agi potuit : an verò ex alia
cauſa diuerſa,Raph.Cuma.in d.§.eãdem. contra Bart.
Sed an induciæ duplicentur, cum ante conditionis e-
uẽtum eſt actum,difficilius dixeris.Accurſius putauit
duplicari,in hoc.§.ſi ſub conditione. ad verb. cautio-
nes.& in glo.vlt.l.pecuniã.ſi cert.pet. poſſetque videri
iniquum,eum qui ante diem agit, cum vere actionem
ipſo iure habet,pati pœnam legis Zenonianæ : & eum
qui ante conditionem ſine actione experitur , meliore
eſſe loco,& hanc pœnam non ſuſtinere , Alcia. in d. l.
pecuniam.circa finem.In quam ſententiam ire nõ du-
26 bitauerim,propoſita generaliter quæſtione,† de agen
tibus ante conditionis euentum, qui plus tempore pe
tunt , cum in omnes plus tempore petentes Zenonia-
na conſtitutio ſit lata,§.ſed hæc quidem antea.verſi.&
ſi quidẽ.inſt.de act.Iure Canonico probat.c.vnic.in fi.
de plus pet.Plus autem tempore petunt, non hi ſolum
qui ante diem: ſed & qui ante cõditionis euẽtum pe-
tũt, vtroque etiam iure,§.plus,verſicul.tempo.Inſt.de
act.& d.c.vnic.verſ.tẽp.quoq;.Vt merito dixerit Fulgo
ſius,in fi.d.l pecu.non manifeſtius vno iure quã altero
deciſũ eſſe,duplicari inducias ratiõe cõditiõis nõ ex-
pectatę.quãuis ita nõnullis fuerit viſũ,et Alc.i d.l.pec.

Sed quod ad hunc locum attinet , magis lubet cre-
dere,cum Albe. hic,inducias nõ duplicari,nõ quidem
ea ratiõe,quaſi ob incertitudinẽ conditionis,an euen
tura ſit nec ne:& quantas inducias, cum adhuc pẽdet,
ſit datura:neque aut ex natura rei duplicari.nã id ſaltẽ
docebit euentus,vt cũ euenerit conditio, differas ad-
huc actionẽ,quãto pri⁹ tẽpore nimis feſtinaſti agere.
Neq; enim ob id,ꝙ olim nõ amittebatur actio agẽdo
ante cõditionẽ,cum nulla eſſet nata quæ poſſet amitti
(de quo hodie fruſtra diſputes:) ſed quod ea pœna
locũ tantũ habeat in iis,qui agũt in perſonã,petũtque
27 debitum:†& nõ in iis qui rẽ agunt.Quod hic trepidè
ſubindicat Fulgoſius:nec ſequi dubitauerim. Nã quo
modo dices plus debito petere eum, qui omnino non
petit debitum,ſed ſuum,vel ſibi obligatũ à quocunq;
poſſeſſore petit?Merito ergo hic,poſtquam euenit cõ
ditio,nulla alia mora rurſus iniicitur. Nec ei qui ven
dicauit antequam eſſet dominus , ſi poſtea dom⁹ fiat,
non ex eo ſolo,ꝙ eo tẽpore Zenonia lex non erat lata
ſed quia hi non petunt debitum,& ex conſequenti nõ
plus debito.Cui cõſonat,ꝙ quo loco omniũ pleniſsi-
mè recitatũ habemus conſtitutionẽ illã Zenonianã,
in §.hodie.Inſtit.de excep.omnia verba ad obligatio-
nes & ad perſonales actiones legimus relata : Veluti
ſic: *Qui ante tempus pactionis vel obligationis,litem
inferre auſus eſt* .Et paulo poſt: *Inducias quas actor
ſponte indulſit,vel natura actionis continet,* ) Indu-
cias,inquam,ſoluendi:vel præſtandi quod eſt in obli-
gatione. ſic enim paciſcimur ſuper his quæ deben-
tur nobis,l.ſi vnus.§.pactus ne peteret.de pact.§.præ-
terea debitor.Inſtit.de excep.Ad ea autem,quę noſtra
ſunt,rei vendicatio,non ſic ex natura actionis, quæ ex
conuẽtione nõ oritur, inducias ſua natura habet,qua
lex ex ſe frequenter habet obligatio in diem vel ſub
28 conditione contracta.†Quinimo crediderim , non ſa
tis adhuc eſſe ad duplicandas inducias, quod actiões
ſint ꝑſonales:ſed oportere,quod ex obligationibus in
diẽ,vel ſub conditione.ad earũ implemẽtum & ꝑſta-
tionẽ eius ꝙ cõuenit agatur.ſecus verò,ſi quid petie-
ris de illis, earúmve occaſiõe dari aut fieri. Verbi gra
tia:Res ſub conditione empta,ſi vitioſa ſit,& ad Aedi
litium edictũ ꝑtineat,egeríſq; redhibitoria ante cõ-
ditionis euentum:mox ea eueniente,rurſus agere po-
teris,non duplicatis iudiciis,quę ſæpè excederent tẽ-
pora vitæ illius actionis.Nẽpe ſimulatq; aliqua cœpe
rit eſſe emptio,quã pendente adhuc cõditione fruſtra
petiiſti reſcindi,& iudicis arbitrio imperfectam face
re,q̃ per ſe alioqui nequaquã perfecta fuit, l.bouem.§.
ſi ſub conditione homo emptus.de Aedi.edic. tũc e-
nim petebas quodammodo impoſsibile,Fulgo.in hac
l.grege.§.ſi ſub conditione. Eáque ipſa ratio Iuriſcon
ſultum mouit.in d.§.ſi ſub conditione homo emptus.
in verbis,quia nondũ perfecta emptio. Huc pertinet,
quod ſi de obligatione in diẽ vel ſub conditione, cir-
ca eiúsve occaſionẽ quicquam petas,cuius petẽdi ſit
in præſenti iuſta cauſa:recte vtique petiiſſe videberis,
non ſolum ſi in rem agas,(veluti petitione hæredita-
tis occaſione illius , quod defuncto debuit is qui ipſe
contendit ſe hæredem,& ob id obligationis ſpem eſſe
confuſam,l.quid ſi in diem.coniuncta l.ſi debitor hæ-
reditarius.de petit.hæred.)verum etiam ſi perſonam
agas veluti actione legis Aquilię,deletò chirographo
ſeruato in fidem obligationis,ad diẽ vel ſub cõditiõe
29 cõtractę,l.in l.Aquil.ſi deletũ.ad l.Aquil.Sic†quoque
vt pignoraticia actiõe obtineas,neceſſe eſt debitũ ſol
uas:ſi tñ egeris antequã ſoluiſti , nõ duplicabũtur in-
duciæ cũ ſolueris.Quæ enim poſſet eſſe iuſta cã credi
tori,vt diutius tuũ te inuito retineat?Imo ſi vel pendẽ
te iudicio ſolueris, ꝓderit tibi vt vincas, l.ſi rem alie-
nam.§.vlt.de pig.act.Et ſi empto agas nõ ſoluto adhuc
pretio obſtat quidẽ exceptio:ſed ſimulatq; ſolueris,ni
hil eſt cur iam diutius actionẽ differas:aut cur tibi no
ceat,quod aliquando nimium feſtinaueris agere. Re-
linquitur ergo,ꝙ non omnis & qualiſcunq; feſtinatio
efficiat vt induciæ duplicentur : ſed ea demum, qua
perſonali actione feſtinauit quis agere ad præſens im
plementũ obligationis,conceptæ in diẽ vel ſub cõdi-

tione.Niſi quod dubitari poſſet de nonnullis actionibus in rem, quæ perſonalibus actionibus ſunt coniunctæ: veluti, vbi ſpeciali ratione dominium tranſit ex ſolo titulo:vt in legatis,l.à Titio. in fin. de furt.venditione eccleſiæ facta,& paucis aliis caſibus.l. vlt. de ſacroſ.eccl.In his enĩ duplex agẽdi via patet,vel in perſonã ad traditionẽ,vel in rem tanquã ea,etiã ſi nõdũ ſit tradita,noſtra ſit.An ergo duplicẽtur induciȩ,vtracũq; via antȩ diẽ vel conditionẽ ſit actum? At cur non quemadmodum petitione hæreditatis, & ex lege Aquilia agi diximus antȩ diem,vel cõditionem obligationis, quæ occaſionem præbet agendi: ſic quoque hypothecaria poſſet agi? quando quidem non ex obligatione conditionali,nec ad illius implementum ageretur,ſed illius tantum occaſione, & ad ſecuritatem conſequendi ꝙ debetur, tunc cum dies venerit aut cõditio euenerit? Et nihil hic video quod melius reſpõdeas, quàm cum ipſo Iuriſconſulto,in hoc.§.ſi ſub conditione. propterea non recte agi,quod nihil interim debeatur, l. conditionalis.de verb.ſign.& hypotheca acceſſio ſit principalis debiti: vndȩ cum principalis cauſa non conſiſtit, non tenere quoque acceſſionem, l. cum principalis.de reg.iuris.Sed petitio hæreditatis,& legis Aquiliæ actio, non cenſentur acceſſoriæ earum obligationum in diem vel ſub conditione cõceptarum,quarum gratia exercentur:ſed ipſæ potius principaliores ſunt, vt vel ex eo haberi poteſt,quod cæteræ actiones in petitionem hæreditatis veniant,non cum ſua natura,ſed ſecundum naturam petitionis hæreditatis, l. item veniunt.§.cũ prȩdiximus.de petit.hæred.Si vero debitũ præſens ſit,& hypotheca ſub conditione contracta, iã proximiore aliquo gradu peruentum videbitur ad actionem hypothecariam: cum hic iam fundamentum ſit præſens eius actionis,nempe obligatio principalis, d.§.ſi ſub conditione.verſic.ſed ſi præſens, vt vere dici poſſet ( quod ſemper in actione hypothecaria allegatur)pecuniam deberi:eamque ſolutam non eſſe,ſed auferri hypothecam,& mox creditori eam tradi(qui ſcopus eſt actionis hypothecariæ, l. ſi cum venditor. de euict.)eſſetque prorſus iniquum,quia contrarium voluntati eius,qui hypothecæ nomine non niſi ſub conditione voluit rem eſſe obligatam, ſi in transferenda poſſeſsione & dominio expectari debeant dies & conditio,l.qui abſenti ſeruo.§.j.de acqui.poſſ.l.illud.C.de legat.Vbi tamẽ interuenit traditio præſens, qui actus eſt iuriſgentium ad trãſlationem ſpectans dominij,recipit ſuſpenſionem ex voluntate contrahentium,§.per traditionem.Inſti. de rerum diuiſ.quanto magis obtinere hoc debet in iure hypothecæ, quæ vt tota conſurgit & cõſiſtit ex ſola cõuentiõe abſq; traditiõe:ita quoq; facilẽ erit flectere eã in quaſcunq; leges,conuẽtiõe ſola quæ moderata ſit adiectiõe diei vel cõditiõis,vt in
30 ter emptorẽ & creditorẽ cõuenerit.Hoc † tñ caſu,nõ ſic debet ſilere penitus hypothecaria actio,quin obtinere poſsit cautio,quæ interponatur ad ſecuritatem creditoris.Quod ſi conditio euenerit,nec tunc pecunia ſoluatur, tradetur creditori hypotheca ſi in rerum natura ſit,d.§.ſi ſub conditione,verſi.ideoque.

Sed hic accuratius expendi debẽt ſingula,quæ obiter de hac cautione attigimus. Et in primis quidem, quamuis nulla hic eſſet iuſta cauſa petendi eam cautionem principalis debiti nomine,cum illud mox peti poſsit,& ſuperfluis cautionibus,vt alio loco diximus, in l.in omnibus.ad verb.cum nõdum dies.de iudiciis, non ſit vtendum:facile tamen euenire poſſet, quod ea actio,ob inopiam debitoris,eſſet inanis:l.nũ.is. de dolo malo.& ob conditionem adhuc pendentem,nondũ perueniri poſſe ad hypothecam:cum tamen de hac ipſa quoque per alium forte pro debitore data in rebus mobilibus,periculum eſſet ne ſubuertatur,occultetur aut ſic intricetur,vt eueniente conditione,vel non ſit, vel ignoretur poſſeſſor qui cõueniri poſſet,Sed an hȩc cautio obtineatur hoc ipſo iudicio hypothecariæ actionis,an verò implorato tãtũ officio iudicis,principaliter aditi ob hãc ſolam cautionem, difficilius dixeris. Accurſius,hic in glo.verbi,cautiones. voluit cautionem peti.In qua opinione non parum iuuari videtur,ex eo quod alio loco eſt dictum,in d.l. in omnib. *Si agat aliquis ad interponẽdã cautionẽ.*) Sũ tñ quibus magis viſum eſt vt Fulg.in d.§.ſi ſub cõditiõe.ipſam hypothecariã actionẽ, dũ per eã non põt ante cõditionem res obligata auferri,exire in hoc vt ſaltẽ cautio prȩſtetur:ſicut fit in iudicio petitionis hȩreditatis inſtitutȩ occaſione obligationis cõditionalis.Idque ſuadet hic contextus verborum Iuriſconſulti, in d. verſi. ideóque.qui dixit,ſi ante cõditionem agatur hypothecaria actione,rẽ obligatam debitori auferri iniquum eſſe:ſed arbitrio iudicis interponi cautionem.Vt manifeſtiſsimè videatur voluiſſe,arbitriũ iudicis in hac ipſa actione hypothecaria(q̃ inter arbitrarias actiões merito relata eſt,§.præterea quibuſdam.verſic.ſed iſtȩ acti.Inſti de act.)verſari etiã in eo,vt cum æquum ſit nondum auferri rem obligatam,præſtetur ſaltem cautio de ea tradenda creditori, cum euenerit conditio debiti. Aliud verò illud reſpõſum,in d.l.omnib.videtur dici poſſe ad perſonales actiones ptinere,& merito ibi cautionẽ peti,quoniam ſi quod in ea obligatione & actione principali fuit, ante diẽ vel conditionẽ peteretur,incideret actor in pœnam petentium plus tẽpore:& nõ tam iuuari iudicis arbitrio,quàm pœna affici dignus eſſet.hic verò diximus creditorẽ non incidere in pœnã plus petentium.Merito quoq; reſtricta eſt cautio hac adiectione, *Si tunc hypotheca in rerum natura ſit.*)Quoniã vt nõ debet creditori iniqua offerri conditio à debitore rem obligatam per dolum aut culpã pdente,aut occultante: ita viciſsim quoq; ȩquũ nõ eſt vt poſſeſſor pſtet omnẽ interitum rei obligatȩ,etiã ſi abſq; dolo eius hypotheca intereat. † Sed
31 vt in rei vẽdicatiõe,l.ſin autẽ.§.poſsidere.de rei vend. ſic in hypothecaria abſoluitur is qui nõ poſsidet,l. ſi fundus.§.in vẽdi.l.ſeruus hoc tit.nec dolo deſiit poſſidere.Et hinc defluxit qđ dixit Bart.in l.rẽ alienam.2.col.verſ.ſed cõtra hoc oppo.de pig ac.de poſſeſsiõe q̃ ſola obligata eſt,ſi ad illum aliquẽ peruenerit, hypothecaria actione cõueniri illũ non poſſe.quia, inquit, rei obligatæ interitu extinguitur hypotheca:& ſimul atque ad alium poſſeſſorẽ res peruenerit,illius eſt noua & alia poſſeſsio.quod & Iaſon cenſuit,in l. j.§. per procuratorem.in fi.de acquir.poſſ.

Poſtremo autem, cum in diem contracta eſt obligatio principalis, an hypothecaria agat creditor antequam venit dies,alio reſponſo creditur deciſum, l. quæſitum.hoc titulo. ſed tam ambiguè,vt de multis inter doctores non conueniat: & non ex vno tantum aut altero verbo,ſed penè ex omnibus,quibus Vlpianus in eo reſponſo eſt vſus,cõſurgit difficultas. Nam dubitatur quam pẽſionem intellexerit: quæ pignora: qualem perſecutionem: & denique quam cauſam, ex qua putauerit creditoris intereſſe,vt ante diem penſionis poſsit agere.Et in primis,quod attinet ad pen-
32 ſionis † vocabulum,Accurſius ſubindicat intelligi poſſe,in glo.j.et.2.d.l.quæſitum. vel de quolibet debito, vel penſione rei locatæ,vt & in l.eſt differentia. infra.tit.j.& in.l.inſulam.qui pot.in pig.Ex qua quidem ſtrictiore interpretatione,non æquè poſſet inferri quod aſſumptũ eſt,hypothecaria agi antequam venit dies obligationis principalis: propterea quod huiuſmodi penſiones videantur potius eſſe in pura & præſenti obligatione,l.ſi ſeruus communis meus.§.vlt.de ſtipu.ſeruo.l.ſi à colono.de fideiuſſ. Sed hoc expendendum relinquo,num poſsit id intelligi penſionis vocabulo, penſitatio & præſtatio quælibet in diem delata, illius tamen quod debetur,purè,veluti in dote ſoluto matrimonio reddenda,præſens eſt obligatio,& dilata tamẽ





exactio.l.in rebus.§. omnis autem.C.de iure dot.l.vnica.§.exactio.C.de rei vxo.act.Similiter in conſtituto purè facto,l.promiſſor Stichi.§.j.de conſti.pecu. & in re aduerſus debitorẽ iudicata,l.cum militi.§.j.de cõpenſat.& fortè in penſione quoque conductionis, l. vt Salic.in l.ædem.C.de locat.& conduct.In his ergo & ſi quæ ſint ſimilia,in quibus verum eſt diem obligationis veniſſe,ſed nondũ penſionis:hoc eſt, præſtationis,exactionis,& ſolutionis,cùm aliquod adhuc tempus ad ſolutionẽ indulgeatur humanitatis gratia,d.l. ſi cum militi.§.j.videri poſſe reſpondiſſe Vlpia. quòd medio tẽpore.i.cum venit dies obligationis,ſed nondum penſionis aut ſolutionis, putauerit dandam eſſe pignorum perſecutionem. Et ne ſic quidem intellectum eius reſponſum congruè ſatis poterit ad illud ꝙ
33 ex vulgo aſſumitur,hypothecaria † agi ante diem obligationis,ſed dicendum eſſe ante diem penſionis, i. exactionis & ſolutionis. Rurſus autem, quæ pignora
34 † Vlpianus intellexerit,non ſatis inter omnes conuenit.Communior eſt interpretatio, ꝙ eo nomine etiã hypothecam(vt nos diſtinguere ſolemus)comprehẽdere voluerit.Sed Fulgoſ.in d.l.quȩſitum.exiſtimauit, pignora accipi in propria & ſtricta ſignificatiõe, quæ & tradita ſunt creditori,& referri nihilominus poterit ad hypothecariam actionem: videlicet ſi creditor ab illorum poſſeſsione ſemel accepta ceciderit. Habet enim tunc hypothecariam actionem, l. grege.§.& in ſuperficiariis.in fin. hoc tit.& quidem expeditius, quàm ſi nũquam ei pignora tradita fuiſſent.nempe non facta excuſsione principalis debitoris,etiam ſi non ad ipſum,ſed ad tertium aliquem peruenerit pignorum poſſeſsio, Alex.in l.ſæpè.de re iudic.Idem Alex.& Bart.in l.j.C.de prætor.pig. Et meritò quidem poſſeſſa aliquando pignora creditor perſequi poterit, cum ſatis apertè ab initio hoc ſit actum,traditione pignorum,vt illa teneret,& haberet creditor,etiam priuſquam dies penſionis veniſſet,& ſic bono iure petat reſtitui pignora ſemel poſſeſſa, & deinde amiſſa: licet ſi tradita nunquam fuiſſent,non eſſet iuſta cauſa cur nunc,antequam venit dies obligationis, illa ſibi omnium primo tradi poſtulet.Et ſeruabitur quoquo hoc modo inter contrahentes æqualitas,maximè in locatione & conductione:eritque locatori cautum per pignora ab eo poſſeſſa, quemadmodum conductori eſt cautum per detentionem rei conductæ, vt Fulgoſ. in d.l.quæſitum. Sed ſi hæc ſequaris,non video cur non id quoque dici poſsit de debito ſub conditione contracto: in cuius ſecuritatem pignora ante euentum conditionis tradita ſint creditori,quorum deinde poſſeſsionem aliquo caſu amiſerit:cũ tamen ex contextu huius reſponſi cum præcedente appareat id eſſe actum, vt diſtingueretur debitum ſub conditione, à debito in diem vel purè, ſed cuius penſionis nondum veniſſet dies. Sed nec minus iure dubites, qualem perſecutionem pignorum Vlpianus hic intellexerit: idq̃ue ex præcedentibus dependet. Nam ſi intelligas penſionem conductionis, & pignora tacitè obligata, veluti quæ inducta & illata ſunt in prædium
35 conductum: † hæc perſecutio etiã abſque actione fit, videlicet includendo inuecta & illata nomine pignoris: vt deinceps ante ſolutam penſionem efferri aut alienari nequeat,l. eſt differentia. infra.titulo primo. Si vero intelligas alia quæuis pignora, in aliam cauſam obligata, hæc perſecutio pertinebit ad actiones, & perſequetur pignora creditori, id eſt, hypothecaria actione vendicabit, ſed non ad extremum vſque perſequetur: hoc eſt, non diſtrahet,l. cum ſoluendæ. infr.de diſtr.pign.l.Fulcinius.§.ſi in diẽ.quib.ex cauſ.in poſſ.eat.Idque conſtanter aſſerit Albericus hic in l. quæſitum.ante diem obligationis pignora vendicari, ſed non vendi. Sed obſtare videtur aliud reſponſum, in.l.ſoluitur.§. ſi paciſcatur. quib.mod.pig.vel hypot. ſoluitur.quo non venditio,ſed expreſse petitio hypothecæ eſt denegata: ſi creditor ſit pactus intra annum non peti pecuniam.Niſi dixeris hoc ſic intelligi,quod nec pignora petantur cum extremo illo effectu hypothecariæ actionis: hoc eſt, vt diſtrahantur.Ne ꝙ vna via non licet(videlicet contra pactum exigere ſolutionem à debitore ante diem,) id alia via per pignorum diſtractionem,videatur creditor velle conſequi.

36 Reſtat nunc vt diſpiciamus, † ex qua cauſa creditoris interſit,vt antequam dies penſionis venit,hypothecaria poſſit agere: quod etiam ex præcedentibus pendet.Albericus enim,bene ſibi conſtans, attulit rationẽ omnino generalem:& ob quam dicas ſemper creditorem hypothecaria poſſe experiri ante diem obligationis:nimirum quia intereſt eius, pignori potius incumbere,quam in perſonam agere,§.furti autem. Inſtit.de obl.quȩ ex delict.naſc.& vulg.l.plus cautionis.de reg.iur. Sed hic caue, ne ſic creditori faueas, vt iniquius opprimas debitorẽ, aliumve poſſeſſorem hypothecæ, per ſolam conuentionem conſtitutæ. Nam licet ſecurius eſſet creditori pignora tenere, ea tamẽ auferri ante diem poſſeſſori omnino iniquũ eſſet, præſertim cũ poſsit videri ob id ſola cõuentione conſtituiſſe hypothecam potius,quam tradidiſſe pignus,ne illius poſſeſsione ante diem obligationis ei eſſet carendũ.Nec puto hoc admiſſurum fuiſſe Albericum,ſed ꝙ intellexerit,vel vera pignora(vt & Fulg.cenſuit)tradita ab initio fuiſſe creditori: quæ poſtea amiſſa iã perſequatur. Vel ꝙ hypothecas ſola conuentione cõſtitutas, liceat
37 quidẽ perſequi, † ſed cõcludendo & agendo ad ſolam declarationem competentis iuris hypothecæ:vt in rei vendicatione,ratione dominij, ad declarationem dominij concluditur,vt Bar.in l.rem alienã.circa fi.verſi. q̃ro qualiter cõcludatur.de pig.ĩ rẽ act.Reſtitutio aũt rei,quȩ in vtroq; iudiciò venit officio iudicis,iã ex cauſa iuſtã,ꝙ dies nondum venerit, eodem officio differatur & ſuſpendatur. Sed & hoc forte dixeris de debito ſub conditione contracto, cui hypotheca acceſsit, ꝙ declarari poſsit,rem pro eo debito eſſe obligatã: ſaltẽ cõuentione & ſpe quadam naſciturȩ obligationis hypothecæ, ſicut ſpes eſt debitũ iri de quo principaliter conuenit,§.ex huiuſmod.Inſt.de obl. Quare omnibus tentatis,ſi ſequi non placeat paulo ante factam diſtinctionẽ inter diẽ penſionis,& diẽ obligationis: poterimus,communiora ſequentes, dicere: quod ante diem obligationis,non ſemper, paſsim & indiſtinctè hypothecaria agi poſsit:ſed tunc demum,cum intereſt creditoris.Ita vt ratio ĩ textu addita, *Quia intereſt mea*) reſtringat diſpoſitionẽ legis. Intereſt autem non ſemper, ſed tũc cum iuſtam ſuſpicionis cauſam agendi ad id præbuit poſſeſſor hypothecæ,vt Accu.Bar.Bal.Ang. Sal.in hac l.quæſitum. At inquies,eo caſu etiã pro debito ſub cõditione hypothecaria agi poſſe diximus. Verum quidem eſt & illud, ſed diuerſo exitu iudicij: illic enim conſequetur creditor ſolam cautionem,hic vero declarationem iuris hypothecæ efficacis. Imò forte & reſtitutionem hypothecæ,vt tranſeat velut in pignus,ablata debitori poſſeſſione:dum ne eam interuertat perdatve periculum eſt in mora:quod damnum ablatæ interim hypothecæ,non ſine ſua culpa & iuſta ſentiat:ne ſi aliter hic creditori cauendũ ſit,cautiones ex cautionibus naſcantur & nectantur. Nec multum eſt præiudicii debitori,ex ſolo commodo poſſeſſionis ablato,i nterdicta facultate vendendi creditori, antequam dies venerit, quem certum eſt venturum,quod in hypotheca obligata nomine cõditionalis debiti,nõ poſſis verè dicere,quod certum ſit conditionem euenturam,quod tamen latius examinandum relinquo.

# Quæ res obligentur, vel obligatæ intelligantur.

## *SVMMARIVM.*

1 *Quicquid emptionem venditionemque recipit etiã pignorationem recepit.*
2 *Res litigioſæ vt non venduntur, ſic nec obligantur hypothecæ.*
3 *Res quæ non eſt omnino prohibita vendi, ſed quibuſdam tantum poteſt obligari.*
4 *Prohibitus in teſtamẽtũ vendere, nẽ cenſetur prohibitus oppignorare, ſecus ſi alienare ſit prohibitus.*
5 *Cæſaris conſtitutio de immobilibus non acquirendis monaſteriis, non extendit ſe ad pignorationes.*
6 *Ciceronis locus elegans ad interpretationem legum frequentioris vſus gratia latarum.*
7 *Mudæus à communi opinione recedit, ſoluens in cõtrarium adducta de pignoris luitione.*
8 *Debitore in mora exiſtente, poteſt creditor petere poſſidere pignus.*
9 *Res aliena illata in domum conductam, quando obligari poſſit.*
10 *Vſusfructus an pignori vel hypothecæ dari poſſit, & qua ratione quiſue vſus.*
11 *Venditus vſusfructus vt non conſolidatur cum domino, ita nec pignori datus.*
12 *Seruitutes prædiales an obligari poſſint.*
13 *Seruitutes omnes perpetuam cauſam habere debẽt.*
14 *Seruitutes precario concedi, quomodo intelligendũ.*
15 *Seruitutes ipſo iure non conſtitui ad tempus, vel ſub conditione, quomodo intelligendum.*
16 *Seruitutes à iure pignoris multum diſtant.*
17 *Pignus pignori dari poteſt, etiam ſæpius in infinitum.*
18 *Pignus pignori datum redimere poteſt dominus à ſecundo creditore, & quæ iſtius vis ac vtilitas.*
19 *Pignus quandoque commodato ſimile, & eo nomine agi vel præſcriptis verbis, vel commodati.*
20 *Si pignus pignori datum ſit, denuntiatio fieri poſſit, ne ſoluatur alij, quàm primo creditori.*
21 *Nomen habere obligatum, & pignus pignori eſſe acceptum multum differunt.*
22 *Creditor hypothecaria agit ad rem, qui nomen habet obligatum, agit ad id quod eſt in nomine.*
23 *Excuſſio principalis debitoris an ſit neceſſaria, antequam ad nomen debitoris veniatur.*
24 *Quatuor formæ contrahendæ obligationis hypothecariæ.*
25 *Liberi in poteſtate exiſtentes an obligari poſſint quẽadmodum vendi in extrema famis inedia.*
26 *Liberi homines an dentur pignori.*
27 *Spes præmiorum, item ſtipendia publica an obligari poſſint.*
8 *Pecuniam in cauſam pignoris capi poſſe, & eſſe obligatam.*
29 *Qui iudicatum facere nolunt, quomodo coercendi.*

HVIVS articuli initiũ non video vnde melius fecero, quã ab illo, quod generaliter reſponſum, l. ſed & quod. §. quod emptionem.
1 hoc tit. l. j. §. eam rem. Quæ res pign. †quicquid emptionem venditionémque recipit etiã pignorationem recipere. & quod emptionem nõ recipit, eo ꝙ nõ ſit eius rei cõmercium, hoc pignorationem quoque nõ recipere, & merito, cùm finis hypothecæ, & ſecuritas creditoris conſiſtat in diſtractione hypothecę, ſi nõ ſoluatur quod debetur: Prohibito aũt fine, ꝓhibita cẽſentur q̃ ducũt ad finé: l. orat. de ſponſal. l. ſi ad reſoluend. C. de ꝓdiis & aliis rebus minor. Statuliber ergo hypothecæ obligari poterit, l. grege. §. Statu liber. hoc tit. Medio enim tempore, dum adhuc pẽdet libertatis conditio, vere ſeruus eſt heredis: l. ſtatuliberum medio tempore. de ſtatuliber. venditur, donatur, & permutatur, manente ſemper eadem conditione: hoc eſt, ſalua ſpe libertatis, d. l. ſtatuliberũ. §. j. & 2. eo. tit. qua adueniente, mox euaneſcit ius pignoris: ita vt non ſub conditione (quæ ſcilicet referatur ad initium) ſed vſque ad conditionem (quæ ſpectat finem)
2 ſit pure obligatus. † Litigioſa autem ſiue prædia ſiue mobilia vt vendi, ſic & obligari prohibẽtur, l. j. §. quid ergo ſi prædiũ. Quæ res pig. obl. poſſit. & in aliũ quemcunque contractum deduci, l. vlt. C. de litigioſ. Et ſi cõtra fiat; excipietur aduerſus petẽtem eam rem, ꝙ eam acquiſiuit litigioſam. ſi forte à poſſeſſione ceciderit, & ab alio vendicet, l. j. in fi. & ibi gloſa de litigioſ. quod ſcilicet eam ſibi obligari litigioſam paſſus eſt, dicto §. quid ergo.
3 Si qua tamen res †non omnino prohibita ſit vendi, ſed ſit aliquis prohibitus eam emere, vtique obligari poterit, & quidem illi ipſi qui eam emere prohibẽtur, l. in quorum. hoc tit. Cuius rei exempla peti voluit Accurſius, in d. l. in quorũ. ex prohibitione iudicis, facta forte in pœnam ex iuſta cauſa, l. moris. de pœnis. non ex prohibitione legis. Sed hoc modo nimis anguſte concluderetur vſus (vt plurimis viſum eſt, vt Bart. Fulg. & aliis in d. l. in quorum.) illius generalis reſpõſi, in quorum finibus emere quis prohibetur pignus, accipere non prohibetur. In quo nihil diſtinguit I. C. quis prohibeat, aut ex qua cauſa, vt nec diſtinguendum videtur, dũmodo emere tantũ, & nõ generaliter cõtrhaere ſit ꝓhibitus, aut vendere tãtũ, & nõ alienare. Hic enim iam ceſſat ratio paulo ante dicta, cur res ſimpliciter prohibita vendi aut emi, non poſſit pignorari, nempe quod ſic perueniretur ad vẽditionem, ſi debitor ceſſet ſoluere, nam qui pignori accepit, nõ facit illud ſuum, ſed alij vẽdit illius rei bene capaci. Vnde obſeruatum
4 eſt à Fulg. in d. l. in quorũ. & in teſtamentis, †quod vbi prohibitio fit, non quidem generali nomine omnis alienationis (quæ & pignorationem indubie includeret, l. vlt. C. de rebus alien. non alien.) ſed venditionis, ſoleat nominatim ſubiici mentio pignorationis, ſi & hanc vellet teſtator eſſe prohibitam, l. pater filium. §. fundũ. §. Iulianus. De leg. 3. l. voluntas. C. de fideicom. Quare etiam ſi quis lege vel ſtatuto prohibeatur emere, obligatum tamen habere non cenſebitur per hoc prohibitus. Atque ita ſeruatur in noua Cæſaris conſti-
5 tutione, † qua monaſteria, & non interitura collegia, & manus mortuæ (vt vocant) prohibentur emere bona immobilia, quæ tamé obligata poſſunt habere pro annuo redditu redimibili. Sic & eos qui officij cauſa in prouincia agunt, comparare quidem prædia nõ poſſe, notiſſimum eſt: l. qui officij cauſa. de cõtrahenda emptione. pignora tamen accipere, vel hypothecas habere, non recte dixeris prohibitos, niſi penitus illis tollas omne commercium, & quod ne mutuum quidem amico dare poſsint, nam ſi id poſſunt, cur non poſſint ſecuritatis cauſa, de pignore aut hypotheca ſibi proſpicere? Nec hoc forte negaſſet Accurſius, in d. l. in quorum. ſi ſatis perpendiſſet vnde ea prohibitio defluxe-
6 rit, & in quem finem facta ſit. † Quod elegantiſsime complexus eſt Cicero in Verrem, actione 6. qui cùm omnia corraſiſſet, hac vna defenſione vtebatur, ſe emiſſe. Cuius verba ſubiicere lubet, propterea quod non ad hanc tantum rem ſpectent, olim in ſolis non emendis mancipiis ſcriptam: ſed generaliter ad interpretationem quarumcunque legum. quæ de re aliqua, frequentioris vſus gratia latæ ſunt, vt ſcilicet non in illa ſola re conſiſtat earum legum vis atque poteſtas ſed & ad alias res extendatur, quod noſtri interpretes tradunt de lege Iulia, ſub nomine fundi dotalis, cuiuſcunque



cunque rei dotalis alienationem prohibẽte, Iaſon ad l. j. ſolut. matri. Neminem (inquit Cicero) qui cum poteſtate aut legatione in prouinciam eſſet profectus, tã amentem fore putauerunt, vt emeret argentum, dabatur enim de publico: vel veſtem, præbebatur enim legibus. Mancipium putauerunt, quo & omnes vtimur,
8 & non præbetur à populo, ſanxerunt, ne quis emeret mancipium, niſi in demortui locum. Et paulo poſt: Quæ fuit cauſa, cur tam diligenter nos in prouinciis ab emptionibus remouerent? Hæc Iudices, quod putabant ereptionem eſſe, non emptionem, cùm venditori ſuo arbitratu vendere non liceret in prouinciis, intelligebant, ſi is qui cum imperio eſſet, quod apud quemcunque eſſet, emere vellet: idque liceret, fore vti quod quiſque vellet, ſiue eſſet venale: ſiue non eſſet, quanti vellet auferret. Cum ergo qui pignus accipit, ex illo patrimonium ſuum non inſtruat, neque auferat illud, ſed debitore in ſolutione ceſſante, alij in publica actione plus auferenti vendat, l. 4. C. de diſtract. pig. & ibi gloſſ. in ver. bona fide. eíque ius ſuum cedere debeat, & ſi pignus poſsidet, tradere poſſeſsionem. l. penul. infrà. de diſtract. pign. Fructibus etiamſi quos perceperit extenuantibus ſortem, l. 2. C. de pign. l. j. C. de diſtract. pign. non putauerim quòd ratio qua prohibentur qui in prouincia officia gerunt, prædia emere, ſe extendat aut accommodari poſsit ad pignorationem, præſertim cùm impetratio iuris dominii, ob quam adire debet creditor culmen principale, &
9 precibus porrectis rem pignoratam expetere, l. vltim. verſi. ſin autem ſtatuto tempore. C. de iur. domi. impetrand. tam multa requirat ſolennia, támque longa indulgeat debitoribus luendi tempora, ea. l. vlt. verſi. & poſtquam. vt vix ſit veriſimile, prouenturam, aut certè non permanſuram rem obligatam in dominio creditoris, & ſi permanſerit, id nõ aliter fiet, quàm ſi hoc precibus impetrauerit. Sanè vno caſu poſſet eſſe dubitatio, cùm creditor inductus in poſſeſsionem prædij pignorati, ſic retinet poſſeſsionem, vt in vſuras percipiat fructus, l. ſi pecuniã (quam interpretatur Alciat. diſpunct. 2. cap. 3.) de pig. act. l. ſi is qui bona. §. j. hoc titulo. Cùm enim ex reddituum quantitate æſtimetur
10 prædium, l. ſi quos. C. de reſcin. vẽd. videri poſſet quodammodo venditum prædium ea lege, vt refuſo pretio reſtituatur, l. 2. C. de pact. inter emptor. & vendito. Sed hoc in alium locum ſeruantes, ad l. ſi quis bona. §. j. ſub. capit. de pact. pig. interim obiter addimus, quod Bartolo hic eſt viſum, rem obligatam vſque ad verum valorem & creditori traditam videri alienatã, & ven-
7 ditam, cùm non ſit veriſimilis ſpes luendi. † Sed ſi fas eſſet in hãc tam multis, (Angel. ſc. & Fulgo. hic in l. in quorum. Alberic. Bal. Alex. in l. ſciendum. §. poſſeſſor. qui ſatiſda cogant. Cy. Fulgoſ. Caſtrenſ. Alex. in l. qui poſt. C. de legat.) probatam ſententiam non ire, dubitarem vtique non ſequi: propterea quod nec illud pignus videatur alienatum, quod omnino inidoneũ eſt, & ad quantitatem debiti minimè ſufficit, l. creditor qui non idoneum. ſi certum petatur. cuius ſi in ſolutione ceſſetur, ſolenni nomine impetrandum adhuc eſt dominium, d. l. vlt. verſi. ſed ſi quid minus in pign. C. de iur. domi. impe. Non ergo mox ab eo tempore quo cœpit deſperari luitio, & multo minus ab eo tẽpore quo primum obligabatur, cenſeri poterit res ſic obligata redacta eſſe in patrimonium creditoris. Nec vidi ad communem ſententiam quicquam allegari, præter duo reſponſa, l. qui habebat de leg. 3. l leg. in fi. de ſuppelle. legata. q̃ tamen id nõ conuincũt: imo ptoius ex iiſdẽ colligitur contrarium, & magis quiddam contrario, videlicet, quod creditor nec habere quidem ea prædia cenſeatur, quæ aliquo loco habet pignori. Et ſi legauerit omnia prædia quæ aliquo loco habet, & licet habere multis dicatur modis, fiatque in teſtamentis latior interpretatio, non contineri tamen prædia quæ ibi pignori habet: d. l. qui habebat. ſi modo in proprium eius patrimonium non ſint redacta. ꝙ quidem quando factum cenſeatur, eo ipſo loco dixit I. C. nimirum ceſſante debitore, id eſt, moram ſoluendi faciente. Moram autem non dices eſſe commiſſam, ſimulatque deberi cœperit, datumque eſt pignus, ſed vetuſtiſſima fuit obſeruatio, † vt moras nectente debitore, creditor peteret poſſidere pignus iure dominij, non inuento emptore, d. l. vlt. C. de iur. domi. impet. & ſic in ſuum patrimonium redegerit. Alterum auté reſponſum, in d. l. legata. in fine. minus adhuc vrget, vbi à teſtatore legata omni ſua ſupellectili, deciditur argentum pignori acceptum non contineri: ſi receptum fuerit (vt debuit) propter fidem contractus, ſupellectili enim ſua vtitur paterfamilias, l. j. de ſuppellect. legata. pignore autem ſi vteretur, furtum faceret creditor, §. furtum autem fit. Inſt. de obligat. quæ ex del. naſcũt. Sed ſi, volente debitore, argentum pignoratum fuerit in vſu creditoris, iam vtique legatum videbitur: non quaſi eius argumentum ſit (neque enim ſub appellatione argenti ſui legatum reliquerat) neque quod obligatum ſit, vſque ad totum pene valorem, iuſtumque eius pretium (de quo nulla ibi mentio) ſed quia iam domini voluntate creditor illo vtitur. & ſic ſupellectili ſuæ & cæteris domeſticis inſtrumentis adieciſſe videtur, vt ſic comprehendatur ſub generali legato omnis ſui ſupellectilis, nam in ſua ſupellectili habere poteſt alienas res, quibus domini voluntate, vt ſuis vtitur. Cui conſonat, †quod & alienas res domini earum voluntate ab inquilino illatas in domum conductam, plærique obligatas eſſe volunt, pro penſione conductionis: ſi conſenſerit earum dominus, vt hic inquilinus in ſua ſupellectili habeat. & maxime ſi in fraudem locatoris paſſus eſt inferri, diſſimulans eſſe ſuas, vt ſic oſtentaret inquilinus ampliorem ſupellectilem, glo. in l. item. de pact. Salic. in l. certi iuris. C. de locat. & conduct. Faber. ad §. item Seruiana. Inſti. de actionibus.

Proximum nunc erit, deſcendere ad vſumfructum, an obligari poſſit. Et quidem non eſt dubium, quin fructus obligari poſſint, tã à domino proprietatis, quam fructuario, l. & quæ nondum. in princ. hoc ti. l. potior. §. ſi de futura. qui pot. in pign. Sed an †vſusfructus pignori hypothecæve dari poſſit, ſiue à domino proprietatis, ſiue ab eo qui vſumfructum habet, quæſitum eſt, & merito dubitatum de vtroq; l. ſi is qui bona. §. vſusfru. hoc ti. Nam quod ad dominium attinet, ſi quidem nudæ proprietatis ſit dominus, vſufructuarij ius non poteſt deterius facere, & ſic nec obligare vſumfructũ, antequam ad eum redeat, ſicut nec vſusfructuarius proprietatem obligare poſſet, l. intereſt. C. de vſufruct. Plenæ verò proprietatis dominus ipſe vſumfructum non habet. Et ſi dixeris, quod eum creditori conſtituat obligando ex cauſa pignoris, ſicut conſtitueret vendendo, dando, aut ſtipulanti promittendo: l. quod noſtrum. de vſufru. id tamen non poterit adhuc ſuccedere: & ne in pignore quidem tradito, nam quomodo poſſet creditori obligari vſusfructus, qui ipſius eſſet, l. neque pignus. de reg. iur. In hypotheca vero, quæ creditori non traditur, ſed ſola conuentione obligatur, multo minus dixeris, verum vſumfructum eſſe obligatum. Nam nihil ad creditorem tranſijt, ſed hypotheca manſit apud debitorem, qui nõ poteſt ſuæ rei vſumfructum habere, l. vti frui. ſi vſusfructus petatur. Vſusfructuarius vero, quamuis vſumfructum verũ habeat, vendere tamen nequit alij: imo cedendo alij rediret ad proprietatem, §. item finitur. Inſt. de vſufruct. Quare nec pignori dabitur, cuius omnis vtilitas in eo conſiſtit, quod ceſſante debitore liceat vendere. Sed nihilominus deciſum eſt, in vſufructu & pignus & hypothecam conſiſtere, & ab vtrolibet poſſe obligari. A domino quidem plenæ proprietatis ad duplicem effectum. Primo quidem ſic, vt creditori cõcedatur com-

moditas vtendi fruendíque, qualem haberet vſufru-
ctuarius:ſed an verus ſit vſusfructus creditoris, variè
reſponſum inuenio. Sunt enim (Salice. in dict. §. vſus-
fructus. per l. pri. C. ſi pignus pignori datum ſit. & ibi
Bal. & Salic.) qui non negãt verum eſſe vſumfructum,
conſtitutum ex cauſa pignoris, quoad pecunia ſolua-
tur: ſicut ex qualibet ea cauſa, vtputa ex emptionis,
donationis &c. poſſet conſtitui non ſolùm purè, ſed
& ſub conditione, ex tempore certo, & vſque ad tem
pus certum, vel incertum, l. 4. de vſufruct. l. & puto.
§. j. famil. Herciſcun. ſicut & dominium, l. qui abſen-
ti ſeruo. §. j. de acquirend. poſſeſſ. cuius in multis ca-
ſibus pars eſt, dict. l. 4. de vſufruct. Sed aliis (vt Fulgo.
in d. §. vſufruct.) viſum eſt, quòd ſit vſusfructus qui-
dam ſub dominio, & non ille quem vocamus forma-
lem: vel ob id, quod qui verum vſumfructum habet,
vtatur & fruatur ad ſuam ipſius vtilitatem: Creditor
verò habeat commoditatem vtendi, fruendi. ſubor-
dinatam iuri dominij: & in effectu, ad opus & vtilita-
tem domini, eiuſdémque debitoris, cui fructus à cre-
ditore percepti proficiunt ad diminutionem ſortis
debitæ: quando non aliter eſt conuentum, d. l. ſi is qui
bona. §. j. hoc titu. Vel quod pignoris ea natura ſit, vt
monente eo dominio debitoris, tranſeat ad credito-
rem ſola poſſeſsio, l. cum & ſortis. §. pignus manente.
de pig. act. Et idcirco dici non poſſe, quod ad credi-
torem tranſierit verum ius vſusfructus ſibi obligati.
Niſi dicas, ſufficere quod apud debitorem manſerit
ipſa res, cuius vſusfructus eſt obligatus. Argum. l.
potior. §. ſi de futura. qui potior. in pigno. Alter verò
effectus vſusfructus, à domino plenæ proprietatis o-
bligati, talis eſt, quod poſsit creditor, ſi in ſolutione
ceſſetur, & ipſe vti fruíque nolit, vſumfructum alij
vendere, ſed non rem, aut poſſeſsionem, cuius vſum-
fructum habet, dict. l. j. C. ſi pignus pignori datum ſit.
Vendere, inquam, ſic vt in emptorem tranſeat verus
& formalis vſusfructus ad uitam (vt opinor) credito-
ris, non autem cuiuſlibet emptoris: Nam ad credito-
ris vitam reſpexit debitor, qui ei vſumfructum obli-
gauit: : quem ſi ipſe creditor teneat, ipſéque vtatur
& fruatur, & non diutius quàm tempore vitæ ſuæ fe-
cerit: ergo nec ſic vendat, diutius vſumfructum ha-
bebit emptor, argument. l. ſi vſusfructus. de nouatio-
nibus. ſed ſi in creditorem dicas tranſiiſſe virtute pi-
gnoris verum vſumfructum in emptorem, cui ipſe
vendit, non transfertur: ſed ſola commoditas & v-
tilitas vtendi fruendíque. Si verò is qui vſumfructum
habet, pignori illum det difficultati tr̃aſlationis eius,
ab vſufructuario in alium, ſic occurreretur, vt ne-
ceſſario in aliis contractuum generibus inuenienda
via eſt: qua vſusfructus cenſeatur quodammodo in
aliam perſonam transferri: Veluti ſi in dotem ſit
datus, & quæratur, quomodo ſoluto matrimonio
reddatur. l. ſi vſusfructus. de iure dotium. l. vſusfruct.
ſoluto matrimonio. Et maximè quidem ſic venditur à
creditore, ſicut ab ipſo vſufructuario venderetur: vi-
delicet, non ſeparato ab eo iure vſusfructus, neque
tranſlato in emptorem, ſed ad eum tranſeat commo-
ditas vtendi fruendíque, l. arboribus. §. vſufruct. ad
vitam vſufructuarij, l. neceſſario. §. vltimo de peric. &
commod. rei vendit. Quemadmodum ergo ſic vendi-
11 ditus vſusfructus, †non conſolidatur cum dominio,
ita nec pignori datus: nam id fit lege permittente, vt
Bal. in dict. l. j. C. ſi pig. pign. datum ſit. & meritò: nam
cùm & hoc numeretur inter fructus rei, qui poſsint
pignori dari, l. vlti. de vſur. l. fructus de regulis iuris.
permittendum fuit & vſufructuario, cuius ſunt om-
nes fructus fundi, obligare, ſed non rem ipſam quoad
dominium, l. intereſt. C. de vſufruct. Neque etiam om-
nino propriiſsimè vſumfructum (qui tamẽ ipſius eſt)
pro quo actiones ei competunt & exceptiones: eo
quod à perſona ſit inſeparabilis, ſaltem quoad vtilita-
tem vtendi fruendique, ſic vt verius dixeris tuitione
prætoris eam pignorationem defendi, vt in d. §. ſi vſuſ-
fruct. in verbis his repetitis. prętor tuetur. ſicut & aliis
locis, in l. ſi vſusfructus mihi legatus ſit. §. illud ſcien-
dum. vſusfruct. quẽadmodum caueat. l. prima in prin
cip. quibus modis vſufructus amit. diſtinguitur du-
plex modus habendi vſumfructum, videlicet, vel
ſtricto iure, vel per tuitionem prætoris: ſed pari vbi-
que vi & poteſtate.

Sed nunc incurrunt in ordinem iura prędiorum, ſi-
12 ue ſeruitutes prædiales, de quibus dubitatur, †an o-
bligari poſsint, l. ſi is qui bona. §. iura prædiorum. hoc
tit u. Non quidem vna cum prædiis, de quo non eſt
dubitatio, quin æquè, vt ad quemlibet emptorem
tranſeunt iura eius & ſeruitutes: l. ſi aquæ ductus. de
contrahenda emptione. quæ alioqui non niſi vicinum
prædiũ habenti vendi & cõſtitui poſſent, §. pen. & vlti.
mo. Inſtit. de ſeruit. prædior. & ad eũ qui longo vſu ſu-
um fecit, tranſeunt ſeruitutes, quæ per ſe tamen lon-
go vſu non vſucapiuntur: l. ſi aliena. §. hoc iure. de v-
ſucapion. ita & ad creditorem, vna cum obligato præ
dio tranſeunt iura eius, ſic vt, ſeruitutibus ei compe-
tentibus, creditor vti non tantum poſsit, l. ei qui. de
ſeruit. l. creditori. de operis noui nuntiat. ſed & de-
beat. alioqui teneretur debitori de damno ſeruitutum
non vtendo amiſſarum, l. creditor cum pignus reddit.
de pign. act. Sed an per ſe pignori dari poſsint, dubita-
tum eſt. & videtur quòd non: quia naturæ pignoris &
hypothecæ per quam peruenitur ad pignus, dum cre-
ditor poſſeſſionem aduocat (vt ſic merito de vtroque
ſit idem iudicium, di. §. iura. in verbis igitur nec con-
uenire.) repugnant omnino perpetuam habere cau-
ſam: cum ſolum dentur, quoad pecunia ſit ſoluta: ſed
iura prædiorum ſiue ſeruitutes, prorſus contrariæ na-
turæ ſunt, nempe quod ipſo iure, neque ex tempore, ne
que ad tempus, neque ſub conditione, neque ad cer-
tam conditionem poſſint conſtitui: l. 4. de ſeruitut. &
nõ vrbanorũ tm̃, ſed oĩm p̃diorũ ſeruitutes ſua natura
13 †perpetuas cãs habere debẽt, l. foramẽ. de ſer. vrb. pręd.
l. certo generi. de ſeruit. ruſt. prędior. quare videbitur,
quod nullæ ſeruitutes prædiorum poſsint obligari,
aut pignori dari. Aliter ſane, quàm vſusfructus, qui ex
tempore, & ad tempus poteſt conſtitui: & ſic quoque
quoad pecunia ſoluetur, vt diximus. Nec moueor, ſi di
cas, ꝙ concedi poſſint precario, l. 3. de precario. cuius
adhuc maior eſt inſtabilitas, cũ ex mera volũtate con-
14 cedentis dependeat. leg. j. de precario. †nam id verum
eſt, precario concedi iter, actum, viam, ius ſtillicidij,
&c. ſed hoc tãtum vt ire, agere, vehere, & ſtillicidium
habere liceat. per quæ quidem verba ſignificatiua fa-
cti magis quam iuris, nõ cenſetur conſtitutum ius ſer-
uitutis, qđ prędio inhęreat: ſed poti⁹ facultas q̃dã, ſiue
cõceſsio pſonę facta, nõ rei, ſiue p̃dio, & perſonæ cohę
rẽs, l. Luci. Titius. de ſeruit. ruſt præd. quã ſic intelligit
Alciat. diſpunct. 2. ca. 7. §, ſed cũ factũ. Inſtit. de ſtip. ſer
uor. Ad quem quidem modum obligari quoque poſſet
ſeruitus, cum eo effectu, vt quam diu pecunia non erit
ſoluta, creditor, non quiuis, ſed qui vicinũ habet pre-
dium prædio debitoris, illis ſeruitutibus vtatur, hoc
eſt, ſic eat, agat, ſtillicidium immittat, vel tignum, quẽ-
admodum id faceret, qui vere eas ſeruitutes iure con-
ſtitutas haberet: quamuis vere eas non habeat, tam ex
natura ſeruitutum, quam ex natura pignorum. Non
quidem ex natura ſeruitutum, nam ille deberet perpe-
tuas cauſas habere, vt diximus. Non etiam ex natura
pignoris aut hypothecæ, quæ conſtituuntur perſonis
in rebus, nempe creditoribus, ad eorum ſecuritatem.
Sed ſeruitutes in prædiis conſtituuntur, & in aliis præ
diis dominantibus, verius quam perſonis, l. qui alie-
na. §. vlt. de negotiis geſtis. Non obſtat quoque, ſi di-
xeris, quamuis ſeruitutes ipſo iure non conſtituantur
15 ad tempus, † repelli tamen qui contra formam pacti
eas



eas vendicant, l. 4. de ſeruitut. Nam id verum quidem
eſt, repelli exceptione pacti vel doli, ita quod ſummo
ſtrictóque iure ſint verè ſui natura perpetuæ, poſt-
quam ſemel ſunt conſtitutæ, & ſic quoque ſummo iu-
re dari vendicationem, quæ exceptione excludatur.
16 †Sed pignoris hic rurſus eſt alia natura, nempe quod
ſoluto debito, deſinat ipſo iure eſſe pignus, quod ſic
liberatum eſt, ſicut ipſo iure tollitur obligatio prin-
cipalis, ſolutione eius quod debetur. Sed ob vtilitatẽ
contrahentium, & vt quàm latiſsimè pateant huma-
na commercia, receptum eſt, l. ſed an viæ. hoc tit. ſer-
uitutes (& maximè quidem ruſticas, à domino præ-
dij, quod ſeruiat, eodémque debitore, & minimè qui-
dẽ ab eo, qui ſeruitutẽ ſuo prædio debitã habet, quam
abſque prædio in alium non transferet, l. ex meo. de
ſeruit ruſt. prædior. cùm non tam ſua ſit, quàm prædij
ſui, dict. l. qui alienam. §. vlt. de negot. geſt.) dupliciter
poſſe obligari, nempe creditori habenti vicinum prę-
dium: vt, quoad pecuniam ſoluatur, ipſe eat, agat, vel
(vt puto) immiſſum tignum habeat, vel ſtillicidium
(quod ad factum pertinet magis quàm ad ius) quem-
admodum faceret alius quiuis, qui huiuſmodi ſerui-
tutes ſuo prædio verè debitas haberet: non quidem,
quod creditor hic habeat conſtitutas ſibi iure ſerui-
tutes, ſed commodum tantum vtendi. Accurſi. Angel.
& Fulgoſ. in l. qui filios. C. quæ res pig. oblig. poſſ. Vel
alij cuicunque creditori, permittendo ei, ſi intra diẽ
pecuniam non ſit ſoluta, vt vendere poſſet ſeruitutem
alij vicinum fundum habenti. vẽdere, inquam, veram
perpetuamque ſeruitutem, cùm ſemel erit conſtituta:
quaſi permiſſu domini prædij eiuſdemque debitoris
tam bene poſsit creditor, qui ſeruitutem in potentia
habet obligatam, cõſtituere illam verã: ſicut potuiſſet
ipſe debitor, prædij dominus in ſuo conſtituere. Et ſi
hæc ſic intelligas, differẽtiam habebis inter vſumfru-
ctum, & iura prædiorum, potius quàm inter iura vrba
norum prædiorum & ruſticorum. Cuius quoq; diffe-
rentię ratio, inter prędia vrbana & ruſtica, vix vlla aſ-
ſignari poteſt, quæ firma ſit & ſtabilis: Cùm illa, de nõ
deformanda vrbe ruinis, longè petita ſit & parum ad
rem faciat. Quamuis interim hoc negari non poſsit,
quin multo facilius in ruſticis prędiis omnia ad ſuam
naturam redeant, ſi creditor deſinat ire, agere, vehe-
re, vtputa prius in nullo deformata: quàm in ſeruitu-
tibus vrbanis, quibus aptari debent prędia. & ſic ceſ-
ſantibus eis, forma ædificiorũ nonnihil mutari: quod
& in aquæductu ruſtica ſeruitute vſu veniet, qui ta-
men obligari poteſt.

17 Sed & pignus pignori dare placuit, † l. grege. §. pi-
gnori. hoc titulo. l. j, & 2. C. ſi pignus pign. dat. non qui
dem ſemel tantum, aut bis, aut ter (quamuis ita non-
nullis, vt Spec. in tit. de pig. ſub fi. verſ. ſed cum pignus
pignori. Ludo. Rom: in l. qui bona fide. §. vlt. de dam-
no infect. viſum ſit, vt euitetur infinitas, d. l. qui bona
fide. §. vlt. & l. fidei commiſſa. §. ſi quis decem de legat.
3.) ſed decies centies, & quoties vſus poſtularit: vt
iterum atque iterum per ſequentia tempora, is qui pi-
gnus pignori accepit, ſiue à domino, ſiue ab alio quo-
cunque ſub eodem illo pignore creditore, pignori il-
lud dari poſsit, Alex. in d. l. qui bona fide. §. vlt. Bald. &
Ang. Perusi. in d. l. j. C. ſi pignus pig. datum ſit. Nam in
pignore ius eſt reale, l. eos. C. qui potior. in pig. cuius
eſt facilis tranſlatio in alios, per multorum manus. Ne
que hic intelligitur, pignori datum ius tantum pi-
gnoris, ſed ipſa res quæ pignorata eſt, & pignori o-
bligata. Vt alio loco, in princip. dict. l. primę. C. ſi pi-
gnus pign. datum ſit. clarius dicitur, & hic non ob-
ſcurè ſignificatur, cùm dicitur, competere eo nomine
actionem & exceptionem, quod indubiè ex eo pen-
det, an creditor, cui pignus eſt pignori datum, illud
poſsideat, vt ſic habeat exceptionem. an verò non
poſsideat, vt ſic actionem habeat, Argumen. l. rem in
bonis. de acquirend. rer. donat. Sed vi ipſa & pote-
ſtate eodem ferè recidit, ac ſi dicas ius pignoris pi-
gnori eſſe datum, cùm apud ſequentes creditores pi-
gnus pignoris vim non habeat, niſi & prima pecunia
debeatur à domino pignoris ſuo creditori. Quod hic
ſignificatur apertè his verbis: *Quatenus vtraque
pecunia debetur.* quaſi dicas, alterutra ſoluta, pignus
pignoris per ſe concidere. Ineſt enim illis verbis mo
deratio ſiue reſtrictio: primo quidem, quoad tempus
duraturæ obligationis pignoris: Ineſt præterea mo-
deratio quoad quantitatem pecuniæ debitæ: Nam re
ipſa & effectu non tenetur pignus pignori, niſi qua-
tenus concurrunt quantitates vtriuſque pecuniæ de-
bitæ, l. nomen. in fin. in verb. quatenus tamen ipſe de-
bet. C. quæ res pigno. oblig. poſsit. Ac denique ineſt
moderatio quoad leges, pacta & qualitates, primi pi-
gnoris: nimirum, vt qua lege à domino creditor pi-
gnus accepit (ſcilicet an, quando, & quomodo vende
re poſsit) eadem lege, & non alia (ſaltem domino pi-
gnoris) duriore poſsit creditor ſuo creditori illud pi-
gnus pignori dare, gloſſ. & Salice. in dict. l. j. C. ſi pign.
18 pignori datum. Liberatur † ergo pignus à ſecundo
creditore, ſiue ei ipſi ſolutum fuerit (quod & do-
minus pignoris facere poteſt, & ſic ſe ſuúmque pi-
gnus à ſuo creditore cum quo contraxit liberare, l. ſo-
lutum. §. ſolutam. de pignoratia actione.) ſiue primo
creditori, qui pignus pignori dedit: ſic enim reſoluto
iure primi creditoris, qui ſecundo creditori author
eſt eius pignoris, reſoluitur & ius ſecundi creditoris,
qui ab eo pignus pignori accepit, ſic affectum, vt quã-
docunque pecunia, in quam erat obligatum, ſoluere-
tur, pignus hoc reſolueretur, l. lex vectigali. hoc tit.
Aliter ſane, quam in alia quadam facti ſpecie, l. peten-
ti. de pignor. act. huic primo intuitu multum vicina
(videlicet vbi creditori repetẽti mutuam pecuniã, de
bitor ad manus non habens quod ſoluat, dedit ſpecies
auri, aliamue quamlibet rem, vt pignori apud alium
creditorem poneret) ſed re ipſa differente, & non pa-
rum diuerſa, Nimirũ in eo, quod hic bis ſit res pigno-
ri, ibi ſemel tantum: hic ſit pignus pignori à creditore
ſuppoſitum, ſuo ipſius iure, abſque conſenſu expreſſo
debitoris, à creditore, cui ipſa res pignori non eſt, ſup-
poſitum, inquam, alii ſuo creditori, ita quod ſolutio à
domino pignoris facta ſuo creditori, non reſoluat ius
pignoris, ſed ſecundo creditori debet eſſe ſolutum, vt
pignus liberetur. Præterea eſt differentia in genere a-
ctionis. hic enim dominus pignoris, ſi ſuo creditori
ſoluerit, repetet rem pignoratitia actione: nam fuit ei
vere pignori: ibi vero ad exhibendum agat, & exhibi-
tam rem vendicabit, ſi iam eam creditor à ſuo credito
re receperit. Sed ſi nondum illam redemerit, agetur
cum eo propria actione (videlicet præſcriptis verbis
ex contractu quodam innominato, multum ſimili con
tractui commodati) vt liberatam rem tradat. i. vt pri-
19 mum liberet, & deinde tradat domino. † Quin etiam,
commodati actio videtur plæriſque, (Accur. Sal. Paul.
Caſtrenſ. in d. l. petenti.) ad eam rem bene commoda:
cum etiam vtriuſque gratia fiat commodatum, l. ſi vt
certo. §, nunc vidẽdum. 1. Commodati. quod & pignus
quoque fieri pluſquam notum eſt. d. l. ſi vt certo. §. nũc
videndum. 2. Sed ſunt qui commodati actionem hic
negant dari, propterea quod nõ commodetur pignus
ex mero officio, ſed potius ex neceſsitate quadam: vt
ſic obtineatur adhuc dilatio ſolutionis mutuæ pecu-
niæ, quæ repetebatur: cum enim minus ſoluat qui tar-
dius ſoluit, l. ſi cui exemplo. §. vltim. de verbor. ſignifi-
cat. non omnino abſque mercede erit huiuſmodi cõ-
modatum: quam tamen noluit Iuriſconſultus interue-
nire in commodato pignore, in d. §. nunc vidẽdum. 2.
Poſtremo autem ex genere actionis diuerſo cõſurgit

& alia differentia, quæ non parui momenti eſt, videlicet, quod debitor non repetat rem obligatam, antequam ſoluerit: agit enim pignoratitia actione, quę ſolutionem requirit eſſe factam, l. ſi rem alienam. §. omnis. de pign. acti. ibi verò, etiã antequam ſoluat dominus pignoris, repetit rem quam dedit non pignori, ſed oppignorandam. Atque omnium conſenſu receptum eſt, ſi iam creditor, qui pignori dederat eam rem à ſuo creditore liberatam receperit, quòd tunc vendicari poteſt, & nihil eſt quod remoueretur quin mox reſtituatur res ſuo domino, quæ apud alium eſt ſine cauſa, cùm pro debito domini pignoris non ſit apud ſuum creditorem obligata. Sed ſi nondum creditor hic pignus à ſuo creditore redemerit iam variant opiniones. Communius enim eſt traditum, ab Accur. Caſtrenſ. Fulgoſio in dict. l. petent. adhuc agere poſſe dominum pignoris, antequam ſoluat, ſiue ei des actionem commodati, quæ celerem habet exequutionem, nullius alterius debiti prætextu dilatam: l. vltim. Cod. de Commodato. ſiue actionem præſcriptis verbis ortam ex contractu innominato, qui ſimilimus erit contractui commodati, cuius aſſumet naturam, exemplo aliorum contractuum innominatorum, quos metimur eiſdem regulis, quibus contractus nominatos eis proximos, l. prima. §. ſi quis ſeruum. depoſiti. l. eum qui. §. primo, commodat. Neque hic dices retentionem competere creditori: nam licet ad eum peruenerit res quali quali occaſione debiti ſatis remota, non tamen accepit eam in ſolutum, vt in l. ſi non ſortem. §. ſi centum. de condic. indeb. neque in pignus, vt in l. prima. C. ſi res aliena pig. data ſit. Sed ſunt (Salicet. in dicta l. petenti) quibus magis placuit hoc caſu agi non poſſe ante ſolutioné: ſed quod creditor excipere poſſet, tacitè hoc videri actum vt tam diu res ſit apud creditorem ſuum, donec dominus pignoris ſoluerit quod debet, quaſi in hoc quodammodo fuerit commodata: & quæ fuit domino pignoris cauſa primum commodandi pignus creditori, quod ille alij ſuo creditori daret, nimirum quod nõ pignus vnde ſolueret, eadem ſit & cauſa dimittendi rem apud creditorem creditoris in cauſam pignoris, donec ſoluat: vt ſic creditor ea ipſa pecunia quam à domino pignoris ſuo debitore recipiet, eam rem à ſuo creditore liberet, quod ſanè habet rationem.

20 Sed an poſſet † ſecundus creditor, cui pignus pignori datum eſt, denunciatione facta debitori ſui debitoris, impedire ne ei ſoluat, ſed ſibi potius, ne alioqui inutile fiat ei pignus pignoris? Et ſi quidem obligatum eſſet nomen, notiſſimum eſt, denuntiationem fieri poſſe: l. nomen. C. quæ res pigno. non nuda aſſertione, ſed exhibitis documentis, quibus poſſet debitor certior fieri, nomen ſuum alij eſſe obligatum. In pignore verò pignori dato, maior eſt difficultas: nec omnes idem ſentiunt. Communius eſt creditum, à Batol. in §. cum pignori. & Salicet. ibi. in tertia quæſtione, denũtiationem nullius hic eſſe momenti, propterea quod creditor creditoris pignori habens, non nomen, ſed pignus nominis, nihil iuris habeat in ipſum nomen: neque de illo ſe poſſet ingerere, quid faciat aut conſtituat creditor cum domino pignoris ſuo debitore. Sed quò firmius ſit pignus pignoris, nec pro lubito debitoris qui illud dedit, inutile fiat creditori. Sunt (Fulgoſius in fine huius §. cum pignor.) quibus viſum eſt, & hic creditori ius eſſe denũtiandi, æque vt nomine obligato quaſi & hoc obligato pignori cenſeatur in conſequentiam obligatum. Eóque magis quod ea denuntiatio poſſit creditori: & nemini iniquè aut cum iniuria noceat, argum. l. 2. §. item Varus. de aqua plu. arcend. Quò ſpectat & illud, quòd quemadmodum ſolui poteſt ei qui nomen habet obligatum: l. ſi conuenerit. ſecund. de pign. action. ſic & ei qui pignus nominis obligatum habet, d. §. cum pignori. verſ. quod ſi dominus. & vtrique competit actio & perſequutio pignoris, nec non facultas vendendi pignus, l. ſecund. C. ſi pign. pig. datum ſit. Vnde ab vna obligatione ad alteram ducitur argumentum à ſimili, eod. §. cum pignor. verſ. verum eſt. vt quemadmodum creditor qui obligatum habuit nomen, ſolutam ſibi pecuniam compenſat cum debito: rem vero ſolutam, ſiue ſpeciem aut corpus cenſetur habere pignori: d. l. ſi conuenerit. Ita quoque is qui pignus nominis habet obligatum. In genere tamen actionis plerique intereſſe putant, tribuentes creditori, cui pignus eſt datum pignori, hypothecariam actionem: ad quam conſtat referendum eſſe quod dictum eſt, in d. §. cum pignori. *tam exceptionem, quam vtilem actionem eſſe dandam.* ) vt quemadmodum exceptio non niſi ad ipſum pignus obligatum poſſeſſumque referri poteſt, ſi forte, antequam ſoluatur, debitum repetatur: ita quoque actio ad idẽ pertinere intelligatur, dum illius non poſſeſſi à ſe creditor poſſeſ-
21 ſionem petit, l. ſi cum venditor. de euict. Sed qui † nomen habet obligatum, communius cenſetur perſonalem actionem habere vtilem, quam haberet directam is qui nomen obligauit. Sed & huic hypothecariam actionem dari exiſtimant pauciores, & forte rectius. Inhærent enim regulæ, quæ habet, quod perſonalem actionem fruſtra deſiderat ſibi dari creditor, contra ſui debitoris debitores, tot. tit. C. quando fiſc. vel priuat. etiam ſi nomen eorum habeat & obligatum. hoc enim mulieri pro dote agenti negatum eſt, l. hæredem mariti. C. de hæred. action. quæ tamen & nomina debitorum mariti habet generaliter obligata, vt alio loco, in d. l. hęredem mariti. contra Azonis ſententiam defendimus: nec videtur vrgens aliqua ratio, cur, nomine obligato, magis dicas creditori competere vtilem perſonalem actionem, quam vtilem rei vendicationem iure dominij, ſi habet obligatam rem corporalem, à debitore, eoque domino non poſſeſſam: & quam hic vendicare directo poſſet. Cur enim hic actio creditoris, actioni debitoris non tam ſit vicina re & nomine, quam obligato nomine debitoris? Nam quod attinet ad obligationem hypothecariam, nihil omnino intereſt, quæ quidem eſt cauſa dandæ actionis. Quod autem ex aduerſo allegatur hypothecaria actione auocari poſſeſsionem, dict. l. ſi cum venditor. plus momenti habere putarem, ſi ſola nomina non poſſiderentur: at nunc generaliter eſt traditum, res incorporales non recipere traditionem, l. ſeruus. §. incorporales. de acquir. rer. donation. ex quarum tamen numero pleræque obligantur, & hypothecaria actione petuntur, l. ſi is qui bona. §. vſuſfructus. hoc titul. & ſi in nomine ſit res corporalis, illius vtique veram poſſeſſionem adſe vocat creditor. An igitur hic diſtinguemus, quid ſit in nomine? an pecunia, vt illam petat creditor vtili perſonali actione ſibi dari, an corpus certum, vt iam hypothecaria agat ad poſſeſſionem? Sed quid ſi in nomine obligato inſint vi & poteſtate partim res corporales, & partim incorporales? Veluti hæreditatem emit aliquis, & traditione nõ facta, obligauit nomen venditoris, an nunc ex vna eademque obligatione hypothecaria dices vtramque dari actionem? Profecto vix inuenies vbi ſiſtas, ſi ſemel ceperis deflectere à vero tramite. i. veris & communibus iuris regulis, ſi-
22 ne cauſa. † At inquiunt, hypothecaria competit ad ipſam rem obligatam: creditor autem non ad nomen agit, quod eſt obligatum: ſed ad illud quod eſt in nomine. Agat ergo perſonali actione, quæ nomini & obligationi reſpondeat. Argutè quidem, ſed ſi ea, quæ peculiaria ſibi habet actio perſonalis, ceperis ſpectare: euidenter apparebit obligato nomine, creditori competere hypothecariam, & nõ perſonalem vtilem. Nam ſi debeatur corpus aut ſpecies, non petet creditor ſibi dari quod debetur, ſic vt eius fiat (qui proprius eſt ſcopus perſonalis actionis ex obligatione dandi) ſed petet tradi poſsidendum tenendúmque, donec debitum ſoluatur. Si verò pecuniarium nomen obligatum fuerit, hic iam vti non poſſet creditor ſolito medio agendi, nempe contractu, ex quo nata eſt perſonalis obligatio. Neq; etiam proprie dixeris, quod petat pecuniam ſibi dari, ſed potius tradi. alioqui ſolutione illa fieret ſua, quod verum non eſt, ſed ſolum compenſatione. d. l. ſi conuenerit. 2. Et hoc §. cum pignori. verſicul. & verum eſt. Neque tam diſtat quaſi poſſeſsio nominis, à vera poſſeſsione rei, quæ eſt in nomine. vt ob id mori debuerint, ad mutandam hic actionis ſpeciem. Quandoquidem & petitio hæreditatis (quæ indubiè in rem eſt, & contra poſſeſſorem exercetur, l. hæreditatis. C. de petit. hæredit.) etiam ob nomina datur, l. ſi debitor hæreditarius. de petit. hæreditat. vis tamen & poteſtas eius actionis in id exit, vt qui egit, conſequatur illud ipſum quod debetur, l. quod ſi in diem. de petit. hæred. non vt habeat nomen. nam ius nominis vi ſucceſsiõis factum eſt eius.



23 His igitur conſentaneum erit dicere, † quòd excuſſio principalis debitoris ſit neceſſaria, antequam veniat creditor ad obligatum nomen. Sed hic plures habeo cõſentientes, etiam Salicetum in dict. l. nomen. & hoc quoque verbis nouæ conſtitutionis magis in §. ſed neque. verſicul. idem eſt dicere. in Authen. de fideiuſſ. accedit. Sed nec illud omittendum putaui, concurre-
24 re hic † quatuor formas contrahendæ obligationis hypothecariæ, quæ verbis magis quàm re, aut vi & poteſtate differunt. Interdum enim obligatur nomen, interdum cautio nominis, l. ſecund. C. quæ res pign. l. poſtquam. C. de hæred. vel actione vẽdit. interdum pignus nominis, & nõnũquã id quod eſt in nomine, ſiue quod debetur. l. cum conuenit. hoc titu. veluti ſi ei qui credidit in refectionem domus, obligetur penſio quã inquilinus debet, domum enim ipſam tacitè habet obligatam, l. prima infrá titulo primo in quibus cauſis pignus tacitè. etiam ſic, vt aliis creditoribus præferatur. l. interdum. qui pot. in pig. Ipſas verò penſiones, an tacitè obligatas haberet, difficilius dixeris. Fulgoſius enim, in dicta l. cum conuenit. negat: Odofredus in dicta l. cum conuenit. videtur occultius hoc admittere, dum dixit ob id creditoré de pẽſionib. agere, ꝗ ipſum ædificiũ habeat obligatũ, credẽs fortè quod hæ pẽſiones velut fructus ædificij. l. ſi nauis. de rei vendicat. veniant conſecutiue in obligations pignoris, ſed neceſſe non eſt eò confugere, cùm dicat Iuriſcõſultus in dicta l. cum conuenerit. conueniſſe, vt penſiones iure pignoris tenerentur, immo vt ipſe creditor reciperet, & ſic tacite intelligitur eis ceſſa perſonalis actio.

25 Incurrunt nunc in ordinem † filij nepotes, cæteriſque liberi, qui in poteſtate parentis ſunt. l. vlti. Quæ res pigno. l. qui filios. C. eodem titulo. quos licet vendicare poſſet pater, ſicut & ſuos ciues vẽdicat ciuitas. l. de iure. ad munici. addita cauſa, ex iure. Quiritum l. j. §. per hanc. j. de rei vendication. videlicet ratione patriæ poteſtatis, quæ fuit olim vitæ neciſque. l. in ſuis. in fin. de liberis & poſthumis. obligare tamen non poteſt, & ne tunc quidem, cum ob extremam inediam, victus cauſa vẽdere filios pater poſsit. l. 1. & 2. C. de patribus qui filios diſtraxe. Quanuis plerique (Accurſius, Bartó. & alij ad dictam l. primam. C. de patrib⁹ qui filios diſtraxe.) omnes aliter exiſtimauerint, argumento ducto, vel à maiori: quaſi maius ſit vendere, quàm oppignorare: vel ſignificatione vocabuli venditionis. Fulgoſius in dicta l. prima, quo omnis alienatio continetur. l. ſtatuliberi à cæteris. in fine, de ſtatuliberis. Sed re ipſa plenius cognita, facile apparebit non recte argumentum duci à maiori, ex conſtitutione tam odioſa, ne dicam irrationali, qua ratione Alciatus tradidit lib. ſecundo de verborum ſignificatione. in ea parte de limitatoria diſpoſitione in tertio caſu excepto à prima regu. quòd prouectioris ætatis filij olim vendi non potuerint victus cauſa, ſed tantum ſanguinolenti, id eſt infantes, & iamiam in lucem editi. Quare oppignorationis etiam & venditionis non omnino eadem ratio. Nam cum venditur iamiam natus infans, nihil in ea ætate intelligit, qui quod videt ignorat. l. prima, in fine. C. de falſa moneta. vt non tam dura neque luctuoſa ei ſit abſtractio à maternis vberibus, potuitque pater totum luctum abſorbere ſemel: Vbi tamen, ſi oppignoratus eſſet filius, frequentibus denuntiationibus vendendi pignoris cauſa patri factis, recrudeſceret hoc malum ſępius.

Adde quod facultas vendendi ſic eſt reſtricta, vt re ipſa, & quo ad commodum patris debitoris non multum ab oppignoratione diſtet: Semper enim ſic venditum filium licuit redimere, non patri tantum, ſed & alij cuilibet reſtituto pretio, quod iuſtum videri poſſet, ſi vere ſeruus eſſet: vel æque bono mancipio dato. Et cùm infantis nullæ ſint operæ (adeo vt dubitatum ſit, an infantis vſusfructus relinqui poſſet. l. ſi infantis. de vſufructu.) ſed in alendo ſumptus, quem refundere oporteret in liberatione pignoris, l. ſi neceſſarias. de pignoratitia actione. certe ſi id facere velit pater, eodem ferè recidet redemptio venditi filij, quo luitio oppignorati. Quare in his tam exorbitãtibus conſtitutionibus, præſtat inter earum metas conſiſtere: quod non obſcure ſignificatum eſt, cum probatione generaliter facta, in dicta l. prima. C. de patribus qui filios diſtraxerunt. ne quo titulo parentes transferant liberos in alios: neque venditionis, neque donationis, neque pignoris etiam ſub ignorantię prætextu, poſtea ſolum permittitur vendere ſanguinolentos. in l. ſecunda eiuſdem tituli. propter nimiam paupertatem victus cauſa. Friuolum quoque eſt, quod dictum eſt de ſignificatione generali venditionis. licet enim aliquando comprehendat omnem alienationem. dicta l. ſtatuliberi. & Alciatus Parerg. 3. capite vigeſimoſecundò. non ſolum per contractum, ſed & per vltimam voluntatem, l. ſicut. §. venditionis. quibus modis pignus vel hypotheca ſoluitur. vſitatior tamen eſt ſtricta ſignificatio: tenendáque non ſolum in conuentionibus humanis. l. ſi quis fundum. de contrahenda emptione. verum etiam in conſtitutionibus odioſis, & quæ contrarię ſunt regulis iuris communis. Baldus in l. voluntas. C. de fideicommiſſ. Panormitanus in capitulo primo, de his quæ fiunt à prælatis. & Felinus in capitulo vltimo, columna penultima, de accuſationibus.

Eadem eſt conditio omnium liberorum hominum:
26 † nulli enim pignori dari poſſunt. dicta l. qui filios. capitulo ſecundo de pignoribus. l. ob æs. C. de actionibus & obligationibus. licet aliud quidam magis abominabile antiquiſsimis legibus conceſſum fuerit, ſcilicet vt corpus debitoris inter creditores diuideretur: quam legem, inquit Quintilianus libro ſeptimo. capite quarto. mos publicus repudiauit. Videtur tamen ſubinde irrepſiſſe iterum aliquid de oppignorandis liberis hominibus aduerſus conſtitutiones, vt Iuſtinianus etiam in poſtremis ſuis cõſtitutionibus in authentic. vt nulli iudi. §. quia vero. hoc rurſus putauerit prohibendum, etiam ſub grauiſsimis pœnis: Nempe vt qui liberum hominem pignori cœperit, aut ob æs alienum in ſeruili miniſterio retinuerit, non tantum amittat debitũ, ſed tantũdem quoque inferat ei quem pignori retinuit: & adhuc corporalibus ſubdatur pœnis. Cui affine eſt qđ ſcriptum

eſt in l.nemo carcerem.C.de exact.tribut. libro deci-
mo.neminem perhorreſcere carcerem ob debita: niſi
contumacia acceſſerit,dum cõdemnati debitores ob-
ſtinata mente nolunt ſoluere,Alciatus ad l.vinculorũ.
de verborum ſignification.nam ſi facultates non ſuf-
ficiant,& ſic non contumacia,ſed inopia ceſſent ſolue
re,liberatur à carcere,cedẽdo bonis.l.prim.C.qui bo
27 his cedere poſſunt.† Spem quoque præmiorum, quæ
pro coronis athletis penſitanda ſunt,pactione priua-
ta non dixeris pignorari.l.ſpem.C.quæ res pign.quod
rectè interpretatur quidam,ſcilicet Salicetus ibi. non
obligari ea præmia,donec adhuc in ſpe ſunt.Sed ſi de-
bitor ſit illa adeptus,iam vtique obligari poſſe: immo
etiam,ſi quis illa nondum ſit adeptus,ſed fecerit,ſic vt
ei debeantur,placuit & hic condemnato debitori in-
terdici commodis illorum præmiorum.l. commodis.
de re iudicata.id eſt,vt interpretantur Accurſius, Iaſ.
Zaz.& alij in dicta l.commodis.non ei ſolui:ſed credi-
tori qui aduerſus eum ſententiam obtinuit. idque in
vltimum ſubſidium,& ſi alia bona deſint,Sicut ſtipen-
dia publica condemnatoria,cùm res iudicata,aliis ra
tionibus executionem non inuenit,capiuntur in cau-
ſam pignoris.l.ſtipendia. C.de execut.rei iudicatæ. &
hæc interpretatio omnino ſequenda erit, ſi cum Ha-
loandro ibi legamus in fine dict.l.commodis.*Et eam
pecuniam)* videlicet ex præmiis debitam,ac ſolutio-
ni paratam,vt per Bartolum & Cuman.ibi.*iure pigno
ris in cauſam iudicati capi.)* At in aliis exemplaribus
ſic legitur,quaſi diuerſum quiddam à priore parte re-
ſponſi adiectum ſit,& in effectu duo reſponſa ſint,hoc
ſ. modo:*etiã pecuniæ iure pignoris in cauſam iudicati
capi poſſunt.)* quod poterat habere dubitationem, cũ
pignora in cauſam iudicati capta vendi ſoleant.l.à di
uo Pio.de re iudicat.Pecunia autem non tantum non
venditur,nec æſtimatur aliquo precio,l.ſi ita fideiuſſo
rem accepto.de fideiuſſor.ſed nec pignori eſſe poſſet,
vt videtur,quaſi potius ſoluta victori,quàm pignora-
28 ta credi poſſet.†Sed aliter tamen deciſum eſt,capi pe-
cuniam poſſe, in cauſam pignoris.Quid enim ſi con-
demnatus debeat certæ formæ aureos, & inueniatur
aliam habere pecuniam,vel etiam ſi quod debet,qua-
libet pecunia ſoluere poſſet:non tamen ob hoc,ſtatim
& recta via,diceretur pecunia,in cauſam iudicati ca-
pta,cedere in ſolutionem:ita vt pignori eſſe non poſ-
ſet:ſed compenſaretur,vt diximus ex l.ſi conuenerit.
de pignorati.action.cum debito.Atque ita cederet pri
mum in cauſam pignoris,& deinde via compenſatio-
nis in ſolutum.Itaque ſi potiorem partem illius reſpõ
ſi ſic ſepares à priore,huius putauerim longè aliam eſ-
ſe ſententiam,nempe quod contumacia eorum qui cõ
demnati nolunt iudicatum facere,ſicut captis pigno-
ribus,& apprehẽſione perſonæ:ſic hac quoque via poſ
ſent coerceri,ne pro gloria cum aliis certare poſſent,
quod magnum ſæpè calcar addet ad parendum rei iu-
29 dicatæ:ſicut meminimus eſſe, † vbi qui condemnati
ſunt,non admittuntur ad exercitium artis quam pro-
fitentur,& qua quæſtum faciunt,antequam ſententiæ
paruerint. Qui quidem mos,& in pœnam contuma-
ciæ non pateat condemnatis acceſſus ad certamen,
quod propoſito præmio virtutis cauſa fit: videri poſ-
ſet fluxiſſe ex Athenienſium more,quo ij quorum no-
mina in arcem relata erant,vt apud Romanos ad æra-
rios,notabantur interim ignominia,quoad iudicatum
facerent,hoc eſt,omnia ex ſententia perſoluerent.Bud.
in prior.annot.vbi de Cæſar.ait.& non parum hæc iu-
uatur ex verbis Cæſaris,libr.ſeptimo commentariorũ.
vbi quorundã mores & ritus deſcribens ita ait,Si quis
aut public⁹,aut priuatus eorũ decreto nõ ſtetit ſacrifi-
ciis interdicũt:hæc pœna apud eos eſt grauiſsima.qui
b⁹ ita eſt ĩterdictũ,hi nũero ĩpiorũ & ſceleratorũ habẽ
tur:his omnes decedunt.aditúmque ſermonémque de
fugiunt,neque his petentibus ius redditur,neque ho-
nos vllus communicatur. Quod proximè accedit ad
viã executionis rei iudicatæ,quæ ab Eccleſiaſticis iu-
dicibus obſeruatur per excommunicationes.

## Quæ res obligatæ intel-ligantur.

*SVMMARIVM.*

1 *Obligatione generali quæ contineantur.*
2 *Obligationi generali ſimiles ſunt generales conceſſio
nes,priuilegia,mandata,diuiſiones,remiſſiones gene
rales,& venditiones.*
3 *Obligatio generalis & vniuerſalis an pro eodem ac
cipiantur.*
4 *Rei appellatio latior quàm pecuniæ.*
5 *Obligatione generali cõtinentur bona futura,etiam
ſi id non exprimatur.*
6 *Obligatione generali non continentur ea quæ quis
ſpecialiter obligaturus non fuiſſet,niſi alia nulla ha-
buiſſet debitor.*
7 *Quod ex futura ſucceſſione obuenturum eſt, an &
quomodo obligari poſſit.*
8 *Res obligata,ſi conſenſu creditoris ſemel vendatur,
poſteáque redimatur,an cenſeatur iterum obligata.*
9 *Sub obligatione generali an cenſeatur comprehen-
di ea ipſa pecunia,quam dat creditor debitori,pro
qua obligat ſe & ſua omnia.*
10 *Quæ quotidiano vſui ſunt deſtinata,quomodo obli
gata cenſeantur.*

DESCENDENDVM nunc erit
1 ad poſteriorem partem huius capi
tis,vt examinemus,quæ res in gene
rali obligatione†intelligãtur com
prehẽſæ.Et hic primum locum ob-
tinent reſponſa quædam Vlpiani.l.
obligatione generali.cum ll.ſequẽ-
tibus.hoc titu.quibus,non quæ veniant decidit, ſed q̃
non veniant,vt iis ſolis exceptis (quæ pauca ſunt nu-
mero) reliqua omnia,quæ generalibus verbis emiſſæ
obligationis continentur,obligata cenſeantur: perin-
de atque ſi ſingula eſſent enumerata.argumen.l.ſi cho
rus.in princ.de leg.3.& ibi dd.Excepta autem compre
hendit certa quædam regula,videlicet:In obligatione
generali,non contineri ea,quæ veriſimile eſt quenquã
ſpecialiter obligaturum non fuiſſe,multis additis exẽ
plis,quæ omnia manifeſtius apparebunt, ſi ſingulis
verbis congruam interpretationem adaptauerimus.
*Obligatione.)* Non in ea tãtum,ſed & in aliis ple-
2 riſque negotiorum generibus † ſimilis regula tradi-
tur,veluti in quibuſcunque conceſsionibus.l. qui pe-
culij.de pecul.capitul.in generali.de regulis iuris,lib.
6.priuilegiis,Fulgoſius hic.mandatis.l.creditor.§.Lu-
cius.manda.diuiſionibus.l.poſſeſsionum.C commu-
nia vtriuſque iudicis.& Albericus hic.atque adeo in
remiſsionibus ſiue liberationibus generalibus, vt An
gelus hic.ex l.tres fratres.de pactis. (quanuis hæ ob-
ligationibus fauorabiliores ſint)ac deniq; (quod ma-
gis eſt huius loci) in bonorum venditionibus.l. Aufi-
dius.l.bonis vẽditis.de priuilegiis creditorum. quod
& hic ſignificatur non obſcure, cùm dicitur: *Veſtis
relinquenda eſt debitori.)* Relinquenda,inquã, in di-
ſtractione pignorum.Nam ipſa obligatio hypothecæ
generalis.nihil non relinquit apud debitorem,cũ ſola
conuentione fiat,non traditione pignorum.

*Gene-*



3 *Generali.)* id eſt indefinita & indeterminata.† Sed
an idem ſit in vniuerſali?Non dubiũ eſt,quin ſit ex ſen
tentia,quam plerique omnes recipiunt,renitente ſolo
(vt puto)Philippo Decio, ad legem omnia.ſi certum
petatur.& in conſilio ſuo trigeſimo.ſub fine.verſiculo
ſecundo non obſtat.qui extentioni vniuerſalis ſermo-
nis addictior,alio quoque loco, conſilio ſcilicet 389.
cenſuit, feuda quæ in generali diſpoſitione non in-
telliguntur incluſa.§. in generali.ſi de feud.conten.
ſit inter do.& agnat.vaſal.comprehendi in vniuerſali.
Nã qui dicit omne,nihil excludit.l.à procuratore. C.
mand.l.Iulian.de leg.3.Sed cũ indefinita vniuerſali æ-
quipolleat.l.ſi pluribus.de leg.2.& ibi Bart.nõ videtur
hæc diſtinctio recipienda. Cùm & vniuerſalis ſermo
reſtringi poſsit ad ea,quæ ſubiectæ materiæ cõgruũt.
D.Zaſ.quodam cap.intellect.ſingularium,cuius inſcri
ptio eſt vniuerſalis ſermo ſeu enuntiatiua,&c.
*Rerum.)* Crediderim hic rerum appellationẽ ſic
4 accipi,vt† latior quàm pecuniæ, contineat etiam ea,
quæ extra computationem patrimonij ſunt.l.rei appel
latio.de verbo.ſignifi.Veluti filius naturalis ex ancil-
la,atq; ipſam ancillam concubinam,quanuis verè ſint
in patrimonio,ſunt tamen quodammodo extra cõpu-
tationẽ patrimonij,aliáq; arctiore affectione tenentur
& habẽtur,quã vt ex illis,ſicut ex aliis quibuslibet mã
cipiis,velit pater familias inſtruere familiam ſeruo-
rum,& augere patrimoniũ. Quin & liberos homines
appellatione rei cõtineri,vtputa filios legitimos & co
gnatos,dixit Alciatus.in d.l.rei appellatio.ſi quis ali-
cui commendet res ſuas: atq; ita accommodare poſſe
ſequens Caij reſponſum in l.ſed & quod.hoc titul.ad
iſtud Vlp.vt hic videaẽ obligatio latius concepta ge-
neralioribus verbis:*Rerum quas quis habet.)* ſcilicet
quolibet modo,atque etiam extra ſupputationem pa-
trimonij. In ſequenti verò Caij reſponſo ſtrictior ſit
obligatio,earum tantum rerum,quas quis in bonis &
patrimonio habet:vt ſcilicet æquè ab vtraque obliga-
tione intelligãtur excepta,quæ hic enumerantur.Non
enim puto vim faciendam eſſe in eo quod additur de
tempore his verbis,*Quas eo tempore cum paciſceba-
tur.)* Nam & in reſponſo Vlpiani,quo dicitur obligaſ
ſe quem omnia quæ habuit,referendum eſt ad tempus
contractæ obligationis,ſcilicet,quæ nunc adhuc ha-
bebat,non quæ tunc habere deſierat:& ſic in ea parte
nulla eſt differentia inter reſponſa Vlpiani & Caij.
5 *Habiturúsve ſit.)* † Hæc ſemper intelliguntur in ge
nerali obligatione comprehendi æquè vt præſentia,e-
tiam ſi id non exprimatur.l.prima.C.quæ res pignor.
Imo etiam ſi quis ſe dicat obligare ſua.l.prima.hoc ti-
tulo.quæ particula reſtrictionem ſolet inducere,ad ea
quæ tempore diſpoſitionis ſua ſunt.l.ſi ita.& ibi Bart.
de auro & argento legato.Sed & ſi conſtituat ſe nomi-
ne creditoris illa poſsidere,ea enim adiectio nondum
reſtringit( ex veriore ſententia.) Ludouicus Roman.
& Iaſon in l.tertia.§.etenim incertam.de acquirenda
poſſeſsione.obligationem ad ſola præſentia. Sed hoc
efficit hic expreſsio rerum quas quis habiturus eſt, vt
per eã apertè ſignificetur,hic agi de obligatione quæ
eſt in actu inter viuos:& cùm quis ſperat,aut cogitat
de aliis acquirendis. In ea vero diſpoſitione quæ fie-
ret in vltima voluntate,& confertur in id tempus quo
affectio,ad res,hic enumeratas, ſi qua fortè vnio fue-
rit, non maior tamen eſſe præſumitur,quàm ad alias
quaſlibet:videtur nonnullis,Philip.ſcilicet Corn.con
ſilio ſexageſimoprimo,volumine 2.quòd earum exce-
ptio non debeat recipi.
*Quæ veriſimile eſt quenquam ſpecialiter obliga-
turum non fuiſſe.)* Sanè,quia non potuiſſet obligare,
teſtamento forte prohibitus,vt per Bartolum in l. co-
dicillis.§.inſtituto.de legatis ſecundo. ſiue quia no-
6 luiſſet.†Si tamẽ nulla alia bona habeat quàm quæ hic
excepta recenſentur, iam vtique omnia illa obligata
erunt,ne irrita ſit & inutilis obligatio. Sane generali
obligatione contineri nonnunquam, id quod ſpecia-
liter obligare non potuiſſet,tradunt nonnulli,Franci-
ſcus ſcilicet Curtius Iunior,in l. vltima C.de pactis.
7 numero 8.in hac ſpecie:videlicet†quod quæ ex ſucceſ
ſione qualibet acquirenda ſunt,ſub generali obligatio
ne bonorum ſunt comprehenſa, non potuiſſet tamen
ſpecialiter obligari in ſpem obuenturæ hæreditatis.
eadem l.vltima,verſicu.iubemus. Quanuis forte non
malè dici poſſet, quòd cùm ea res ex ſucceſsione
quæſita eſt,& ſic continetur ſub generali obligatione,
poſſet quoque ſpecialiter obligari.Antequam vero ac
quiſita eſt,obligari poſſe,non modò generaliter,ſed &
ſpecialiter:hac ſola in genere addita conditione, cùm
ſua erit.l.ſi fundus.§.aliena.hoc titulo.Specie vero ac-
quiſitionis expreſſa,nẽpe ex ſucceſsione ſua erunt,ob-
ligari nõ poſſe:nõ ſolũ ſpecialiter,ſed nec generaliter,
præſertim ſi deſignetur perſona ex cuius ſucceſsione
ſperentur obuentura.arg.l.3.§.de illo.pro ſocio. Res
autem ſubiectæ fideicommiſſo conditionali,pendente
conditione obligari ſpecialiter poſſunt,l.vltima §.ſin
autem ſub conditione.C.commun.de legatis & fidei-
commiſſ.ſub generali tamen obligatione non conti-
nentur.Alexander de Imol.in l.ſi conſtans.numer.26.
ſolu.matri.Vt nec feuda.d.§.in gñali. in titu. ſi de feu
do cõt.ſit inter domi.& agna.etiã vbi ſpecialiter corã
domino aut locum tenente eius,& paribus curiæ,poſ-
ſent ex conſuetudine obligari ſine conſenſu proximio
ris agnati.Ea verò res,quæ generaliter obligatis bonis
præſentibus & futuris,ſemel à creditore liberata eſt,
8 vtpote eius conſenſu vendita:†etiam ſi poſtea iterum
acquiſita ſit, non recidit tamen in generalem obliga-
tionem,ſub appellatione futurorum,l vltim.C.de re-
miſ.pig.Ne in eadem re duplicetur(inquit Fulgoſius,
in dict.l.vltim.& in l.ſicut.§.ſuperuacuum.quibus mo
dis pigno.ſolut.) & geminetur pignus:hoc eſt, ne ea
res quæ generali obligatione continebatur, primũ ſub
appellatione præſentium,cenſeatur poſtea comprehẽ-
di ſub altera parte eiuſdem obligatiõis futurorum bo-
norum.Nec eſt quod dicas admitti debere,hac diſtin-
ctione temporum ſeruata,vt cum adhuc eſſet in patri-
monio res ſub priore parte obligationis : ac deinde a-
lienata & iterum recuperata,ſub altera parte obliga-
tionis futurorum cẽſeatur comprehenſa.Nam tota ea
obligatio præſentium & futurorum vnica eſt,ideoque
creditor qui ſemel conſenſit,vt vna res obligationem
ſic conceptam egrederetur,eſſetque liberata,videri de
bet conſenſiſſe,vt perpetuo ab ea obligatione eſſet li-
bera,nec aliqua mutatio fieret,néve ex vna parte gene
ralis obligationis incideret in alteram.Sane in nouam
poſteáque conceptam obligationem,ſiue ſpecialem ſi
ue generalem omnium bonorum,incidere deinde poſ
9 ſet. Adde exceptorum numero†eam quoque pecuniã
qua accepta, debitor creditori in eam obligat omnia
quæ habet,& quæ habiturus eſt.Non enim veriſimile
eſt,quòd eam ipſam pecuniam erat obligaturus,qua ni
ſi eguiſſet in alios vſus,non eam mutuo accepiſſet.Albe
ricus in hac l.obligatione,& in l.cum tabernam.§.vlti
mo hoc titu.& ibi quoque Fulgo.Quanuis ab alio quo
libet accepto mutuo,pecunia in generali obligatione
contineretur.d.l. cum tabernam.§.vlti.& l.idémque.
in fin.qui potio.in pigno.Poſtremò autem,quòd nume
ro exceptorum adſcripta hic legimus ea, quæ in vſum
quotidianum habentur,referendum eſt ad obligatio-
nem generaliter conuentam: quæ quidem,his etiam
exceptis,non admodum multa perdit reſpectu omniũ
bonorum,quæ obligatione generaliter conuenta con-
tinentur,ſiue mobilia,ſiue immobilia.Ex ea verò, quæ
tacitè oritur ex lege omnium inuectorum & illato-
rum in ædes conductas,pro penſionibus domus,ſi hæc
10 eximas † quæ in vſum quotidianum habentur,vix ali-
qua relinques ſub regula eius obligationis ſtrictiſsi-

ma.Nam non eſt omnium bonorū obligatio,ſed tantū
mobilium:non oīm etiā,ſed quæ inuecta illatáq; ſunt:
& nec horum quidem adhuc oīm, ſed quæ ſunt illata
vt ibi eſſent perpetuò.Meritò ergo etiam minuta queq;
ex ſupellectili inquilini(quæ I.C.friuola appellauit,
in l.ſolutum.§.ſolntam.de pig.act.)dices eſſe obligata.
Imo ea quæ inferuntur in ædes conductas,ſic tamē vt
in vſu patriſfamilias & in eius ſupellectili non ſint,ma
gis dices in ea obligatione legali inuectorum & illato
rum non contineri.Vt nec cōtinentur in legato earum
rerum quæ in domò ſunt,vtputa merces,l.generali.§.
vxori.de vſufru.legat.pecunia numerata,l.ſi mihi Me-
uia.§.vlti.de lega.3.& noīa debitorū,l.Caius.de leg.2.

## Quis hypothecam conſtituat.

*SVMMARIVM.*

1 *Vt hypotheca conſiſtat,neceſſe eſt rem in bonis fuiſſe conſtituentis.*

2 *Seruiana datur ſi quis poſſeſſione rei pignoratæ ceciderit,ad exemplum Publicianæ.*

3 *Qui vtile dominium ſeu quaſi dominium habet,hypothecam conſtituere poteſt,ſuperficiarius,emphiteuticarius,vectigalis,& ſimiles.*

4 *Vectigalis fundus quis dicatur.*

5 *Venditione reſciſſa ex l.2.C,de reſcindend.vend.an reſoluatur ius hypothecæ:contrariæ ſententiæ.*

6 *Creditor pro conſeruatione ſui pignoris poteſt ſoluere vectigal.*

7 *Vſufructuarius nō obligat rem in qua vſumfructum habet,ſed obligationi domino conſentit.*

8 *Mulier obligare hypotheca poteſt, item conſentire obligationi per alium factæ in rem ſuam.*

9 *Ratum haberi quādoque quod ſuo noīe geſtū nō eſt.*

10 *Tutor & curator pignori obligare poſsūt res minorū.*

11 *Qui præponitur adminiſtrationi rerum eccleſiaſticarum,eas obligare poſſunt.*

12 *Qui generale mandatum omnium bonorum habēt, hypothecæ obligant res alienas.*

SAEPE iam auditum eſt, quòd dominus
rei eam conſtituat,& obligationē pigno-
ris non cōſiſtere,† niſi in eis quæ quis ex
1 bonis ſuis facit obnoxia, l.qui filios.C.
quæ res pigno.oblig. hypotheca enim rē
afficit quod nequit facere qui eius rei non eſt dn̄s. Et
hoc illud eſt qđ dicūt Bal.in l. ſi ſine.C.ad Vellei.An-
ge.in fi.d.l obligatiōe generali.DD.de hypotheca cō-
ueniri verbis effectiuis,nō ꝓmiſsuiis:veluti ſi cōuenia
tur vt res ſit obligata.l.cōtrahit.hoc tit.nō aūt ſi obli-
gare ꝓmittat.Sed vt nō eodem modo oēs dn̄iū habēt,
ſed quidā directū & plenū,alij vtile,alij quaſi dn̄ium:
Ita quoq; nō eodē modo,& pari ꝑ oīa vi & poteſtate
cōſtituit ab oībus his hypotheca,licet ſingula dn̄ij ge
nera ꝑ ſe ſufficiāt ad cōſtituendā hypothecā,ſine ꝑiu-
dicio iuris alij prius q̄ſiti.Itaq; ſi quis à non dn̄o bona
fide emerit,aliiq; eā rē obligauerit,ac deinde à poſſeſ-
ſione ſemel traditæ rei ceciderit,quēadmodū hic em-
ptorē quaſi dominiū Prætor tuet̄ Publiciana actione:
2 †ita & creditorē tuebitur Seruiana.l.ſi ab eo.hoc tit.
eáq; cōparatio arctiſsimè ſeruāda eſt.Ita vt vbi Publi
ciana dari poſſet aduerſ⁹ bonę fidei poſſeſſorē,qui ſuę
poſſeſsionis titulū habet,vt in l.ſiue aūt.§.ſi duob⁹.de
Publicia.ibi quoq; aduerſus eundē cōpetat creditori
Seruiana.i.hypothecaria.Fulg.in hac l.ſi ab eo.Immo
etiā,vbi aduerſus verum dominū Publiciana cōpetere
poſsit,vt in l.ſi à Titio.de rei vend.& aliis not.in gloſ.
l.vlti.de Publici.in rem actio.Nā vt cōfirmatur ius &
cauſa emptoris ſuperueniēte vēditori dn̄o.d.l.ſi à Ti-
tio. ſic & ius creditoris confirmatur , qui ab empto-
re nondum domino pignori accepit,l.creditor.§.cum
cauſa.qui pot.in pig.Quod autem hic dictum eſt, Pu-
blicianam competere ei qui dominium non habuit,
nemo putet pertinere ad excluſionem veri domini
ſi fortè is velit nō ex iure dominij (quod difficilis eſt
probationis)rem vendicare:ſed leuiore iure conflige
re,& Publiciana agere,allegando tantum, q̄ bona fi-
de emptam traditámque rem aliquamdiu poſſederit,
ſcilicet ſi aduerſarij conditio patiatur,vt illis ſolis me
diis poſsit vinci: nempe quod ipſe dominus non eſt,
nec iuſto titulo poſsidet.Sed voluit Iuriſconſultus de
cidere,in d.l.ſi ab eo.in ſpecie magis dubia, videlicet
creditorem defendi poſſe, etiam ſi pignori acceperit
ab eo qui dominium nō habuit,ſed ſola potuit vti Pu
bliciana actione,quā non neceſſario deſiderat,qui do
minium plenum habet,l.j.§.merito.de Publici.in rem
actio.†Et hec ſpectant ad illam ſæpius factam compa
rationē iuris creditoris in pignore, cū iure debitoris
in re pignorata,vt Fulgo.hic & latius Caſt. in l.ſi fun
dus.§.ſi res.hoc tit.Eoq; referendū eſt qđ diximus, e-
tiam in ſuperficiariis rebus conſiſtere hypothecam:ſi
cut vtiles actiones ſuperficiarij habent,l. tutor.§. vlt.
de pig.act.Ita tamen vt potior ſit cauſa domini ſoli, ſi
ei non ſoluatur ſolarium,l.etiā qui potio.in pig. Rur-
ſus qui dominium habet , quod alia de cauſa non ſit
omnino firmum & ſtabile , ſed ex aliqua antecedente
cauſa retractabile.poteſt quidam illam rem hypothe-
cæ dare:ſed ita, vt reſoluto ſuo iure, reſoluatur & ius
creditoris.Veluti non ſoluto Canone in emphiteuti-
cis rebus:quę licet vendi nō poſsint,l.3.C.de iure em-
phyteu.aut ſic alienari vt in alium transferantur , pi-
gnorari tamen eas poſſe communius obtinuit,Iaſ.latè
in d.l.3.colū.24.verſi.de aliis autem quæſtionibus.nū-
quid emphyteuſis poſsit pignorari,&c.& in venditis
cum pacto addictionis in diem.l.ſi ex duobus.§. ſed &
Marcellus.de in diem addictio.vel legis commiſſorię.
his enim modis redit ipſo iure dominium ad priorem
dominum.l.ſi quis hac lege.de rei vendicat. Ac deni-
que in vectigali fundo,cui lex data eſt, vt ſi poſt certū
tempus vectigal non eſſet ſolutum,is fundus ad domi
4 num rediret.l.lex vectigali.hoc tit. † Vectigalem aūt
fundū hic vocamus,non publicum, de quo Cicero in
Verrem act.5.ſcripſit,quid inter prouincias interſit in
rationibus agrorum vectigalium,videlicet aliquibus
impoſitum fuiſſe vectigal certum,quod ſtipēdiarium
dicitur,quaſi victoriæ præmium & pœna belli: aliis
Cenſoriam locationem conſtitutam fuiſſe,ſed fundū
priuatum,qui alteri cuicunque priuato homini debet
vectigal,id eſt reditum annuum.In qua ſignificatione
multis locis,vt l.arbores.§.vlt.de vſufruct.l.item prę-
dia.famil.erciſcundæ.l.commun.diuidundo.in princ.
& §.j.de communi diuidundo.l.j.§.j.quibus modis v-
ſusfruct.amit.l.j.§.j.qui ſatiſdare cogantur.& in rub.
ſi ager vectiga.in iure noſtro,de vectigali & vectigali
bus fundis legimus.Sed quid ſi nō ipſo iure redeat do
minium ad priſtinū dominum:ſed ad hæc tantum cō-
petat perſonalis actio vt reſtituatur,an idem adhuc di
5 cendum erit,Verbi gratia,†qui ſic emit,vt vēditor in
pretio deceptus , poſſet irritam facere venditionem,
pignori dedit rem emptam,an reſtituta re,ex l.2.C. de
reſcin.vēdi.hypotheca quoq; creditoris reſoluat̄?An-
ceps multum eſt quæſtio,aliis aliud opinantibus:ne-
mine tamen hoc aſſerente,quod eo caſu pereat empto
ri electio,malítne rē reſtituere,au pretiū iuſtū ſupple-
re,quāuis ſi pretiū ſuppleat:expeditiſsima eſſet via cō
ſeruandi ius omniū ſine cuiuſquā iniuria. Ita enim &
creditori conſeruaretur hypotheca,& ad vēditorem
non iret grauamen,quod ipſe rei non impoſuit.Sed in
alias cōtrarias opiniones itū eſt,tenentibus nōnullis,
inter quos Bar.in d.§.ſed & Marcellus.in l.ſi res diſtra
cta.quib.mod.pig.vel hyp.ſol.Et in l.in diem.de aqua
pluuia arcend.Fulgo.in d.§.ſed & Marcellus.& in di-
cta l.ſi res.Albericus in l.2.C. de reſcindenda vendit.
quòd



quòd pignoris ius creditori maneat ſaluum,non qui-
dem ex eo ſolo,quòd nō ipſo iure redeat dominium ad
venditorem:ſed quia nec ex neceſsitate redit,cum poſ
ſit emptor precium ſupplere & ſic rem retinere.Res au
tem quæ perſonali actione alicui debita eſt;fortè dona
ta,ſi obligetur à domino antequam tradatur,tranſit cū
nexu pignoris.l.penultim.§.Lucius Titius.de donat.
Sed aliis,vt Bald.Caſtr.Salicet.in l.2.C.de reſcind.ven-
ditio.contrarium placuit,nempe pignus reſolui.Neq;
tam hoc inſpici debere an ipſo iure res redeat ad prio-
rem dominum,quàm illud,an libera volūtate eius qui
accepit.d.l.ſi res diſtracta.in 2.reſponſo.an ex neceſſi-
tate antecedētis cauſæ redeat:& hoc ſanè de re ſic em-
pta dici optimè poteſt,quanuis enim emptor facultá-
tem habeat retinendi rem,ſuppleto pretio:non ſequi-
tur tamen,quod ſi reſtituat eam,id libera faciat volun
tate,quādoquidem ad id cogi poteſt iure actionis,quę
præcipuè competit ad reſtitutionem rei , permiſſa fa-
cultate emptori ſupplendi pretium iuſtum. Et licet di
xeris,pretij ſupplementum iure actionis venire,quod
vni Fulgoſio in d.l.2.C.de reſcinden.vendi.nu.9.cōtra
omnium ſententiam , placuit:id nihil hic obſtat,cùm
etiam ſi duorum alterum facere omnino oporteat , v-
trumque hic eligatur,id non dicitur ſpontanea volun
tate factum,ſed potius neceſsitate quadam . arg.l quæ
ſub conditione.§,ſed ſi ſub iuriſiurandi.de condi.inſti.
Poteſtq; emptor qui ſub pacto addictionis in diē emit,
meliore conditione venditori oblata,ipſe adhuc lici-
tatione vincere eum,qui meliorem conditionem obtu
lerat,& ſic rem retinere.l.item quod dictum.§.vlti.de
in diem addict.ſi tamen reſtituat rem,nemo negauerit
id eum ex neceſsitate facere,& non libera voluntate.
Porrò cum hic videamus verſari periculum,nō ſolius
debitoris qui vectigalem vel emphiteuticum fundum
poſsidet,ſed & creditoris qui pignori habet,ſi non ſol
6 uitur vectigal:meritò †permiſſum eſt creditori , vt vel
ipſe ſoluat,& ſic debitori ius vtilis dominij , & ſibiipſi
ius ſui pignoris conſeruet.Idque non obſcurè ſignifi-
catur cum dicitur,in d.l.lex vectigalis. *Si in exolutio-
ne vectigalis tam debitor quam creditor ceſſaſſent.)*
Ad conſeruationem enim iuris realis,ſi quid fieri aut
dari debeat,non refert per quem id fiat aut detur.l.qui
fundum.quemadmod.ſeruit.amitt.l.forma.§.ſed ſi cū
eo.de cēſib.Iaſon in l.vlt.C.de iure emphiteu.Non du
bium ergo,quin quod in conceſsione aquæ ducendæ
è prædio in diem addicto,conſulte fieri reſpōſum eſt,
in d.l.in diem.de aqua plu.arcen.nempe vt exquiratur
voluntas vtriuſque, & emptoris & venditoris:id quo-
que non conſultè fiet in pignore,vt ſiue manſerit apud
emptorem,ſiue receſſerit,certum ſit voluntate domini
conſtitutum eſſe pignus.Nam hoc generale eſt, quòd
domini voluntas,etiam ſi ſequatur hypothecæ obliga
tionem à non domino factam,confirmet,l.ſi fundus.§.
ſi neſciente domino.hoc tit.eam:& retrocurret ratiha
bitio ad illud tempus,quo de hypotheca conuenit in
præiudicium ipſius domini,non autem in præiudiciū
alterius creditoris,cui forte ipſe medio tempore obli
gauerit.Ang.in dicto §.ſi neſciente.per l.ſi partem.§.ſi
per fundum.in fi.in verb.vt iam nec ius,quemad.ſer.
amit.Qua quidem in re,voluntas eorum demum ſer-
uabitur,qui & pignori dare ipſi poſſent. Cùm enim
præcipuè ex illo conſenſu confirmetur obligatio pi-
gnoris,cui obligare non liceret,ei nec in obligationē
conſentire licebit,ſic enim obligaret.Sed vſufructua-
7 rius,qui ex defectu iuris rem ipſe obligare non poteſt
l.intereſt.C.de vſufruct.conſentire domino proprie-
tatis rem obliganti poteſt.Accurſius,Bartolus,Angel.
Salicetus in dicto §.ſi neſciente.ita videlicet,vt mox
non ſola proprietas,vt in l.ſi conuenerit. ſecundo §.ſi
nuda. de pignoratitia actione. ſed tota res pleno
iuris effectu, & in præiudicium quoque vſufructua
rij, cenſeatur obligata. Quod ſufficit reſponde-
re Fulgoſio in dict.§.ſi neſciente.qui aliorum ſenten-
tiæ obiecit,quod & ſine voluntate vſufructuarij , do-
8 minus proprietatis obligare rem poſſet.Sanè † mulier
vbi ipſa hypothecam conſtituere poſſet,nēpe pro ſuo
debito:cōſentire etiam poſſet obligationi pro eodē
debito,ab alio(forte procuratore vel negotiorum ſuo
rum geſtore) conſtitutæ.Et è contrario,vbi ipſa hypo
thecam non poſſet dare, ſcilicet pro debito alterius:
conſentire quoque nō poterit in hypothecam datam
è rebus ſuis:præterquam,quòd ſi prædium marito do
natum receperit ab eo melius factum,maioribus ſum
ptibus,quàm fructus fuiſſent,& illud pro viri debito
obligauerit,rectè contractum erit pignus,in ea pecu-
nia quam ipſa viro debuit ob prędium factum melius
l.j.§.cùm prædiū vxor.hoc titu.Neque hic erit eadem
conditio mariti & alterius poſſeſſoris,qui in alieno ę-
dificat:hic enim,ſi id ſciens faciat, perdit ſumptus &
materiam:nam donare videtur.Maritus verò,quia do
nare nō poſſet vxori,ſumptum repetit, Ful.in d.§.cùm
prædium vxor.Nec miretur hic quiſquam vim tributā
9 eſſe voluntati domini,qui †ratum habuit quod ſuo no
mine non eſt geſtum:nam id tunc non licet , quando
negotium quod geſtum eſt,non alia ratione ad eū qui
id approbat pertinere poteſt, quàm ex ſolo animo &
intentione gerentis. Verbi gratia,ſi quis ſua pecunia
emat ab aliquo rem,ad me nihil hoc pertinet,ſi non e-
mat mihi.l.ſi pupilli.§.ſed ſi ego.de neg.geſt.At quan-
dò in eo negotio quod geſtum eſt, inuenitur aliquid
meū,vel quod me res ipſa concernat,etiam ſi nihil in-
tenderit is qui geſsit mihi gerere,tunc ratione ipſius
rei quæ ad me pertinet,poſſum ratū habere quod meo
nomine non eſt geſtum:non ſolum ad incommodum
meum,vt hic in cōfirmanda obligatione pignoris,qđ
alius pro ſua obligatione dedit, verum etiam ad meū
commodum,& ad actionem acquirendam.l.mater.C.
de rei vend.

Poſtremò,qui res aliorum adminiſtrat,pignori quo
10 que eas dare poſſunt: † Veluti tutor & curator.l.tu-
tor.de pig.act.l.3.C.ſi alie.res pig.& quidem interdum
immobiles abſq; decreto.l.vlt.§.defenſionem.C.de ad
min.tut.Filiusfamilias,liberam peculij adminiſtratio
nem habens,in cauſam peculij obligare poteſt.l.ſi con
uenerit.2.§.ſi.cum l.ſeq.de pig.act.pro alio nō poteſt.
l.j.§.j.quæ res pig.Qui bona Reipu.adminiſtrat,hypo
thecam pro mutuo quod in eam cauſam accepit, con-
ſtituere poteſt.l.ſi is qui bona.in prin.hoc tit.non ſo-
lum quidem generalem omnium bonorum, verū etiā
ſpecialem in vna re,eadem l.ſi is qui bona. in verbis,
11 rem eius. Qui vero †præponitur adminiſtrationi ec-
cleſiaſticarum rerum,tātum generaliter illas obligat.
§.ſi autem creditor.in auth.de non alie.Alcia.in l.cun
ctas.ſi cert.pet.Procurator autē priuati,cuiuſque ho-
minis,non poteſt in rebus domini conſtituere hypo-
thecam.l.3.quod miſi.quanuis pignoris ab eo dati in-
12 terdū conceſſa ſit retentio.l.j.C.ſi aliena res.Sed ſi †ge
nerale mandatum habeat omnium bonorum,vel con-
ſuetudo patris familias mandantis,vel etiam regionis
hoc admiſerit,hypothecæ dare poteſt.l.ſolutum.§.vl-
ti.cum l.ſeq.de pig.act.

## Cui conſtituitur hypotheca, & quatenus obligetur,& pro ea agatur.

*SVMMARIVM.*

1 *Pupillo pignus capienti,neceſſaria eſt tutoris authoritas.*

2 *Res vni obligata,poteſt alteri obligari,etiam ſi ſecūdum creditorem non fuerit certiorem prioris obligationis.*

3 *Crimen ſtellionatus non infamat, nec habet pœnam ordinariam.*
4 *Vendens rem duobus, falſi crimine tenetur, & grauius punitur, quàm qui duobus rem obligat hypothecæ.*
5 *Deceptus in pignore accepto, perſonalem actionem ſaluam habet.*
6 *Pignori accipiens rem quam ſcit alteri obligatam, cenſetur pignus contrahi in eo tantum, quod priorem obligationem excedit.*
7 *Si duo pariter de hypotheca pacti ſint, an pro portione debiti partes cenſentur obligatæ, an pro dimidiis cenſeantur pacti.*
8 *Si duobus res ſit obligata, ſinguli inſolidum agant, an pro parte.*
9 *In hypothecis melior eſt conditio primi occupantis.*
10 *Res duobus in ſolidum nõ obligatur, niſi expreſſe hoc actum eſt.*
11 *Coniuncti quales ſint,* Illi & illi fundum do lego, *cõtrouerſum eſt.*
12 *In pignore duobus conſtituto, aliud eſt quàm in legato duobus relicto.*
13 *Tranſlatio hypothecæ quomodo fiat, & quæ vis.*

1 QVANVIS† pupillo capiẽti pignus ne
ceſſaria ſit tutoris authoritas, ꝑpter me
tum pignoratitię actiõs.i.ne ipſe pigno
ratitia actione cõueniatur.l.pupillo.de
pig.act.Si tamẽ hypotheca ei conſtitua
tur, non eſt dubitandum, quin hypothecariam habeat
actionem. Sed illud potius examinandum hic erit, ſi
duobus obligetur eadem res hypothecæ nomine, qua
2 tenus vtrique ſit obligata & actio competat. Poteſt† au
tem res vni obligata, obligari adhuc alij, etiam ſi non
fecerit certiorem ſecundum creditorem prioris obli-
gationis: ſi ampla res fuerit, & ad modicum æris prius
obligata.l.ſi quis in pignore.§.vlti.de pigno.act. Nam
ſi illo non expreſſo, captus eſſet in aliquo qui hypothe
cam ſecundo loco accepit: committeretur crimen ſtel
lionatus.l & quæ nondum.§.qui res ſuas. hoc titulo.
3 † quod tamen debitorẽ non facit famoſum.l.2.de cri-
min.ſtellio.nec ordinariam habet pœnam, & exilij tan
tum temporalis pœna imponitur de iure.l.vlt.eod.tit.
etiã ſi debitor, iurata aſſertione quod ſua res eſſet, cre-
ditorẽ fefellerit. Qui vero vendit duobus eandẽ rem,
4 †falſi crimine tenetur.l.qui duobus.ad legem Corne.
de falſis.& ob id quidem acerbius (ſi Gulielmo anti-
quo interpreti credimus in dicta l ſi quis in pignore.§.
vltimo, quem etiam ibi refert Bartolus. quia magis fal
lit, & grauiore præiudicio alterum emptorem afficit
cui ſcilicet rem non tradit.l. quoties. C. de rei ven-
dicatione. cùm venditio tendat ad tranſlationem
dominij, quod apud duos inſolidum eſſe non poteſt.l.
ſi vt certo.§.ſi duobus.commodat. At in pignore dece-
ptus†creditor, obligatiõem perſonalem habet ſaluã:
5 & non rarò pignus in ſolidũ pluribus obligari poteſt.
Quæ ratio diuerſitatis, quanuis non ſatis probetur Bar
tolo, qui alias ſuas ſupponit, in d.l.ſi quis in pignore.§.
vlt. ſunt tamen, Salic.ſc.& Fulgo.ibi, qui aduerſus eum
Guilhelmi rationem magis probent. Quanuis enim nõ
ſit ex ſubſtantia venditionis, quòd in emptorem tran-
ſeat dominium, manifeſtũ tamen eſt, quod hoc ſpectãt
& intendunt, quicunque emunt & vendunt. Quod au-
tem Iuriſconſultus, de crimine ſtellionatus agẽs, in d.
3.verſi.maximè.de crim.ſtellion. meminerit & permu-
tationis, & dationis in ſolutum (quæ magis requirunt
dominij tranſlationem, vt quicquam actum cenſeatur:
l.1.verſic.ideoque Pedius.de rer.permut.l.libera.C.de
ſentent.) id feciſſe creditur, non quòd hoc crimen com
mittatur, ſi bis eadem res diuerſis in ſolutum detur, ver
bis permutetur, (quod nec fieri poteſt commodè, cum
hæc habeant nomen ab executione facti: licet conue-
niri poſsit cum pluribus de permutãdo aut in ſolutum
dando) ſed quòd ſic potius committatur hoc crimen,
ſi res prius obligata, eo celato, permutetur cũ alio: vel
in ſolutum ei detur tanquã libera.

Porrò ſi quis omnem criminis ſuſpitionem euitare
ſtudeat, prædicet non de ea tantùm obligatione prio-
re, quam contſta eſſe contractam, verùm etiam eas de
quibus dubitat an ſint contractæ: Sicut qui prædia ven
dunt, prædicunt de ſeruitute aliqua, non ſemper ani-
mo excipiendi illam, ſed quia verentur ne ex empto te
neantur, mentione illius non facta, ſi quãdo fortè emer
ſerit ſeruitutem illam deberi, l.ſi in vẽditione. circa fi.
commun.prædi.l.fundum, mihi cum vendere.& ibi Ca
ſtren.de act.empt. Cùm autem prædicitur ſecundo cre
ditori, rem alij prius obligatam eſſe, †tunc videtur po
6 ſterior obligatio in id tãtùm contracta, quod priorem
excedit: etiam ſi ſimpliciter ſecundo obligata ſit, ſed li
berata res à primo debito, in ſolidum obligatur ſecun
do: etiam ſi expreſsim in id tantum quod excedit obli-
gata ſit, & ſic aliud verba ſonent. Plenius autem habe-
ri hæc poterunt, ex alio quodam Martiani reſpõſo, l.ſi
fundus.§.ſi duo pariter.hoc tit. ſi illi congruã inter-
pretationem adaptauerimus. *Si duo* (inquit) *pari-*
7 *ter de hypotheca paciſcantur.) pariter,* hoc† Ac-
curſius retulit ad tempus, videlicet ſi ſimul & eodẽ tẽ
poris momẽto fuerint pacti. Quæ ĩterpretatio quãuis
nonnullis parum probetur, quaſi non ſatis congruẽs
diſtinctioni quæ ſequitur, de obligatione hypothecæ
pluribus facta, vel ſimul vel ſeparatim: & tamẽ impro
batio non magni effectus eſt, cùm id non ſit infrequẽs
in iuriſconſultorum reſponſis, quòd excedant termi-
nos propoſitæ q̃ſtionis ad deciſionẽ, diſtinctiõe aliqua
adhibita, pleniorẽ & perfectiorem. Intelligenda quoq;
eſt hæc quæſtio, de pariformi hypothecæ obligatione
pluribus facta: nempe vt vtrique purè vel ſub eadẽ cõ-
ditione & vtrique tota res obligata ſit: non vero ſic, vt
vni purè, alteri ſub conditione, vni tota res, alteri pars
rei obligata ſit.

*Vtrunque pro quantitate debiti.)* Non eodem mo-
do omnes hæc verba intelligunt: in quorum interpre-
tatione variat Accurſ. qui tamen hoc magis exiſtimaſ
ſe videtur, quod his verbis voluerit ſignificare Iuriſcõ
ſultus, obligationem totius rei in ſolidum: eúmque ſe
quitur apertè Bart.in princi.d.§.ſi duo pariter. ſed non
eſt veriſimile, qđ apertiſsimis verbis dici ſic poterat,
*vtrique in ſolidum obligari.* (quibus in hoc ipſo §. Iu-
riſconſultus etiam vſus eſt) quòd illud ſic voluiſſet I.
C. dicendi peritiſsimus, intelligere verbis tam obſcu-
ris, vt ex illis hoc ſignificari non poſſet neque in-
ferri. Ex eo enim, quòd res pro toto debito, ſiue tota
quantitate debiti obligata ſit, non rectè inferes, quòd
etiam in ſolidum ſit obligata. ſemper enim, quando nõ
conuenit expreſſe vt pro parte ſit obligata. Sicuti in l.
res hypothecæ.hoc tit. cenſetur obligata pro toto de-
bito, etiam ſi verba magis ſonent in partem, veluti in
reſiduum debiti.l.vlti.in quibus cauſis pignus vel hy-
pothec.tacite. Sed nec ſatis conuenit hæc interpreta-
tio alteri parti quæſtionis quæ ſequitur, *An pro parti
bus dimidiis.)* quæ præſupponit, quòd omnino pro
parte & nõ in ſolidum, res ſit vtriq; obligata: ac quod
de modo conſtituendarum partium ſit quæſtio: An ſci
licet viriles erunt partes & æquales in pignore, etiam
ſi vni plus quàm alteri debeatur. An verò pro quanti-
tate debiti vtriuſque cenſeatur res obligata, & ex ma-
iore parte ei cui plus debetur: & hoc verius eſſe reſpõ-
ſum eſt in d.§.ſi duo pariter. Aliter ſanè quàm vbi ex-
preſſe conuenit, vt duobus res eſſet pro partibus obli-
gata, ibi enim dimidiam partem poſſeſsionis.i.poſſeſſi
pignoris apprehendent ſinguli.d.l.ſi debitor.in fi.hoc
tit. quia parti appellatione venit dimidia.l.nomẽ filia-





rum.§.portionis.de verborum ſignificatione. At hic
nulla partium mentione facta in conſtituenda hypo-
theca, ſolo creditorum concurſu, dum iis ſimul obliga
tur vna eadémque res, fiunt partes quatenus concur-
runt & pro quantitate debiti vtriuſque. Nam etiam ſi
ex interuallo res eſſet eis obligata, & creditor ſe-
cundus certior factus prioris obligationis, cẽſeretur
ei res obligata in id ſolum, quod prioris creditoris ob
ligationem excedit.l.& quæ nondũ.§.qui res ſuas.hoc
titu. Quando autem in diſparem quãtitatem res ſimul
obligatur duobus, neuter hic ignorare poteſt, in quã
ſummam alteri res ſit obligata. neceſſe eſt ergo quòd
vtrique intelligatur obligata in id quod alterius obli
gationem excedit: & ſic pro rata debiti vtiuſque. Ad-
de cum Fulgo.in hoc §.ſi duo pariter. quod cæteris pa-
ribus hoc ſeruatur in duabus perſonis quod in vna, &
e diuerſo.l.ſingularia.ſi certũ peta. Sed in vna perſona
conſtat hoc ſeruari, quòd ſi cui eodem tempore eadẽ
pignora obligentur duobus contractibus, (veluti in
centum ex empto, & in quinquaginta ex locato vel a-
lia cauſa) cenſentur pro modo cuiuſque pecuniæ obli
gata: & ſi fuerint diſtracta à creditore, debebit pretiũ
pro modo cuiuſque pecuniæ acceptum ferre.l. pupil-
li debitor.§.cùm in tempore.de ſolu. Idem ergo dicẽ-
dum erit, ſi eodem tempore duobus creditoribus ob-
ligẽtur in diſparem quantitatem. Quin etiam lex ipſa,
quæ ex eodem facto rem aliquam duobus creditoribꝰ
ſtatuit eodem tempore obligari: huius ſuæ tacitæ obli
gationis ſimilem omnino modum ponit. veluti, ſi ex
duorum pupillorum pecuniis diſparis quantitatis de-
bitor prædium comparauerit, hoc eis obligatum erit
pro his portionibus, quæ in pretium rei fuerint expen
ſæ.l.idémq; ver. quare ſi duorum pupillorum, qui pot.
in pig. Ad eandẽ ergo normã interpretabimur pigno-
rum conuentionẽ dubiũ, quã lex ipſa ſtatuit: & ſequi-
tur in ſuis pignoribus, hoc eſt, tacitè & citra conuen-
tionem contractis.

*Sed vterque ſi cum poſſeſſore agat.)* Cur hic ſepara
tim de actione quæritur? nonne quòd effectus confor-
8 mat ſe ſuæ cauſæ? †ita vt ſi inſolidum ſit obligata, inſo
lidum quoq; agatur, ſi verò pro parte, de parte tãtum?
Equidem ita crediderim & hoc illud eſſe quod hic Iu
riſconſultus velit, argumentum ducens ab obligatio-
ne ad actionem, ita ait, *An de toto quaſi vtrique inſo-
lidum res obligata ſit.)* Sed videri quoq; poſſet, quoad
tertium poſſeſſorem pignoris, cenſeri obligatam eſſe
rem vtrique creditori inſolidũ, vt verè quoque eſt in-
ſolidum obligata vni, dimiſſo altero.d.§.qui res ſuas.
verſi.& ſolida res ineſſe conuentioni cùm à primo cre
ditore fuerit liberata. atque ita has partes obligatio-
nis hypothecæ, quas creditores concurſu faciunt, ma
gis conſiſtere inter ipſos creditores. videlicet, ſi alter
alterius actionem inſolidum inſtitutam impedire vel-
let, & concurreret, quàm reſpectu tertij poſſeſſoris rei
obligatæ.

*Quod erit dicendum.)* Nempe quod vterque de
totò agat, cùm ſit vtrique inſolidum res obligata. Sed
quem exitum habere poterunt hæc iudicia, quibus v-
traque contendit aduocare poſſeſsionem.l.ſi cũ vendi
tor.de euict. quæ ſimul apud duos pluréſve eſſe nõ po-
teſt.l.3.§.ex contrario.de acquiren.poſſeſ. An hic prius
vincenti tradetur pignorum poſſeſsio, accepta cautio
ne, de defendendo poſſeſſore aduerſus alterum? Certe
eam cautionem hic non præſtari volunt Barto. & Ful-
goſ.& alij in hoc §.ſi duo pariter. quanuis ita ſeruetur
in iudicio rei vẽdicationis, à duobus velut dominis cõ
tra eũdẽ poſſeſſorẽ inſtituto. Nõ enim poteſt res in do
minio vtriuſq; in ſolidũ eſſe.l.ſi vt certo loco.§.ſi duo-
bus.cõmod. At in pignore poteſt res verè duobus eſſe
obligata, atq; ita iniquũ eſſet creditori, qui prior litem
vicit, in relaxanda poſſeſsione ſui pignoris, fieri aliquã
difficultatẽ præſtandæ cautionis. quandoquidem etiã
ſi alter probet rem ſibi in ſolidum eſſe obligatã, ex eo
tamen non ſequitur, ꝙ non fuerit in ſolidum obligata
priori. Quare quemadmodũ in noxalibus actionibus,
l.ſi quis à multis.de noxa.act. ſic & in iſtis hypotheca-
9 riis † melior erit conditio occupantis: & qui prior ad
ſententiam peruenerit. cuius virtute cùm traditam ha
bebit poſſeſsionẽ, potior erit altero, vel hoc ſolo quia
poſsidet.l.ſi debitor res ſuas duobus.hoc titulo.

*Sed ſi ſimul illi & illi.)* Hic ſufficit nõ eſſe dictum
quicquã: an inſolidũ, an pro parte obligeẽ vnicuique
10 res, vt cẽſeatur pro parte obligata: †vtriq; autẽ inſoli-
dũ non obligabitur res: niſi expreſſe hoc actũ ſit, vt ꝑ
Salic.hic. At inquies, ſi eadẽ res ſimul legetur duobus,
intelligitur vtriq; inſolidũ legata.§.ſi eadem res. inſti.
de leg. quare ergo nõ æq; vtriq; inſolidũ obligata? cùm
ſimul vtriq; obligaẽ, quaſi hoc tacitè ſemꝑ agi puteẽ.
Hãc obiectionẽ mouit Accurſius in gl.verb. ꝓ parte. q̃
nos facile traheret ad prolixiorem diſputationẽ con-
iunctorum in legatis, videlicet qualis ſit cõiunctio in
11 hac ſpecie, *Illi & illi hunc fundum lego.)* † quod con
trouerſum eſt, opinantibus nonnullis, Bar.ſ.hic.& Cy.
in l.vni.§.vbi aũt.C.de cad.tol. ſolis verbis eſſe coniũ-
ctos, & re diſiunctos: quaſi copula (&) diuiſionem fa-
ciat.l.reos.§.cùm in tabulis.de duob.reis. ꝑinde atq; ſi
partiũ mẽtio facta eſſet in gñe, & addidiſſet teſtator,
*Ex æquis partibus,* l.legata inutiliter.§.vlt.de lega.j.l.
cui fundus.de condit.& demonſtr.) quo caſu re diſiun
ctos eſſe nemo negaret.l.re coniuncti.verſ.item verbis
non etiam re.de lega.3. Cui opinioni adhærens hic Bar
to. dixit inter legata & pignora non eſſe diſcrimen, cæ
teris paribus. Nam ſi vtriq; ſeparatim ſit obligata vel
legata res, intelligi in ſolidum vtriq; legatam aut obli
gatam: ſi verò ſimul, iam pro parte vtrique, hoc ſolo ſer
uato diſcrimine (vt alij addunt, ſc. Fulgo.hic.) quod le-
gato ſeparatim facto, adhuc legatarij partes ſibi faciãt
concurſu, l.ſi fortidianum.C.de legat. In pignorib. ve-
rò præfertur in totum qui vel minimo tẽpore eſt prior.
Alij verò. Accur.ſc.hic.& Caſtren.in l.ſi plurib.de leg.
j.Salic.in l.vnic.§.ſin aũt diſiunctim.C.de cadu.tollen.
Iaſ.in l.planè.§.ſi coniunctim.de leg.j. Alciat.in l.tripli
ci, ad verb.videantur.de verbo ſignifi. quorum opinio
& numero & pondere rationum præualet, arbitrantur
in iam dicta legati ſpecie, legatarios & re & verbis eſſe
coniunctos: ad ſolidum legatum vtroq; ſuo iure voca-
tò. ita vt repudiante altero, nihil cõſequatur ex iure ac
creſcendi, ſed ſuum retineat ex iure non decreſcendi.
Quã quidẽ opinionẽ ſequentibus, quærenda eſt aliqua
ratio diuerſitatis inter legata & pignora: & hanc vide-
tur optimè deſignaſſe Accur.in gl.ad verb.pro parte. ſi
paululũ iuueẽ: videlicet, ꝙ nõ ſtatim cum legatur in te
ſtamẽto aut codicillis, ius quæſitũ ſit legatario: cũ oĩa
& diuerſo tpe ſcripta, vno tpe, ſ. mortis teſtatoris, vires
capiant, l.2.de teſta.tute.& ne tunc quidem ſtatim, ſed
demum acceptato legato, quod repudiatum videtur re
tro nunquam acquiſitum, l.1, §.vtrum autem. ſi quid in
fraudem patr.factum ſit. Sed hypotheca, quia per con
uentionẽ contrahitur, præſentem ſemper habet cõſen
ſum duorum, creditoris & debitoris: & mox conuẽtio
12 ne abſoluta, cenſetur conſtituta hypotheca. †Quare ſi
duobus ſimul conſtituatur, neceſſe eſt hic ilicò cenſe-
ri factas eſſe partes, quæ in legato longo poſt tempore
fiunt, dum ſ. concurrunt ad petendum legatum: & ſi nõ
concurrant, ſed alter legatum repudiet, nunquam fiẽt
partes. eáque ipſa eſt ratio, cur re obligatã duobus ſe-
paratim, præferetur in totum qui tẽpore prior eſt: Nã
mox conuentione pignoris abſoluta, quæſitum fuit ei
ius hypothecæ, quod ſolius debitoris voluntate, non
potuit ei auferri nec alij communicari. Sunt autem &
alij modi concurrendi in hypothecis, etiam ex conuẽ
tionibus ſeparatis, & longo interuallo factis: videlicet,
cum earum conditio vno eodémque tempore purifica
tur: vt ſi quis vni omnia quæ habet & quæ habiturus

eſt,alij autem;fundum aliquem cum in ſuum dominiũ
peruenerit,obligauerit.l.idémque.§.ſi tibi.qui pot.in
pi gno.Et conuentione quoque,non quidem conſtitu-
tæ,ſed pro parte in alium † tranſlatæ eíque commu-
13 nicatæ:vt ſi quis inſulam quam locauerat vendens pa-
ctus ſit,prioris anni penſionem ſibi,ſequentium anno
rum emptori ceſſuram:& ius pignorum vtrinque con
ſecuturum.l.inſulam tibi vendidi.qui potſo.in pigno.
dubitari hic poſſet,quatenus emptori ex hac tranſlati
tia conuentione pignora ceſſura ſint.An pro parte de-
biti vtriuſque,vt minus habeat in pignoribus vendi-
tor,cui vnius tantum anni ſeruata eſt penſio,quàm em
ptor qui plurium annorum penſiones habet. An pro
partibus dimidiis cedent eis pignora,vt ſuperius eſt
diſputatum.Sed hic neutrum placuit,immo potius o-
mnium pignorum ius pertinere inſolidum,ad vẽdito-
rem,quatenus exigit vnius anni penſio: & ſi quid ad-
huc ſuperſit pẽſione illa perſoluta,id ad emptoris ſpe-
ctabit ſecuritatem.Dubiam enim cõuentionem ſuper
pignoribus,interpretamur ex aperta conuentione ſu-
per principali debito penſionum ab inquilino debita
rum:quæ non numero tantum,ſed & ordine annorum
fuerunt diſtinctæ.Sicut ergo primi anni penſio vendi
tori eſt ſeruata,ſic quoq; eodem ordine prima ſit eius
cauſa in pignoribus:& quod ſupereſt tantum, id ha-
beat emptor,qui ſequentium annorum penſiones ha-
bet,ſequatúrque in pignore, ſicut ſequitur in ordine
penſionum.

## De pactis pignorum & hypothecarum.

### *SVMMARIVM.*

1 *Pacta pignorum quadruplicis generis.*

2 *Pacta executiua qu[illegible] ſiunt de poſſeſſione rei obligatæ authoritate propria.*

3 *Creditorem poſſe pignus ex pacto ſua authoritate debitori auferre.*

4 *Mancipium venditum cum pacto iniectionis manuum,an poſſit abduci renitente tempore.*

5 *An vidua defuncti mariti ſui bona pro dote tanquã pignora poſſideat.*

6 *Pacta circa venditionem pignorum varia.*

7 *Pacta de vendendo pignore,ex interuallo poſſe interponi.*

8 *Creditor contra pacta venditionis faciens, au furti teneatur.*

9 *Pactum in rem tranſit ad quemcũque ſucceſſorem, non autem pactum in perſonam.*

10 *Creditor cenſetur procurator debitoris,in vendendo pignore.*

11 *Quando pignus vendendum ; æſtimatur ex conditione quæ in conuentione eſt adiecta.*

12 *Conditio*, ni ſua quaque die pecunia ſoluta eſſet, *an eadem ſit cum hac*,Si qua pecunia die ſua ſoluta nõ erit:*& quis effectus harum conditionum.*

13 Stipulatio Annua bima trima pie dari,*vna ne ſit an plures,inter veteres dubitatum fuit.*

14 *Mora & factum creditoris non accipientis debitũ, impedit alienationem pignoris.*

15 *Pignus à creditore vendi ex conuentione poteſt , ſed non debet,niſi forma conceptæ obligationis id requirat.*

16 *Pactum,ne liceat pignus vendere vel hypothecam, an ſeruari debeat.*

17 *Pandectæ Florentinæ Piſis olim fuerunt, eas conſuluit in dubia lectione Bartolus.*

18 *Saliceti diſtinctio probata Mudæo circa reſponſum Marcelli.in §.quæritur,l.ſi creditor.de diſtract.pignor.*

19 *Nouo iure excutitur prius debitor,fideiuſſor mandatórque ac ſponſor,antequam pignorum poſſeſſores cõueniantur.*

20 *Pactum de ingredienda poſſeſſione pignoris, an ſine iudice poſſit exerceri.*

21 *Pactum in venditione adiectum,ne res creditoribus emptoris obligetur,aut ne cui obligetur quàm vni creditorum,an iure ſubſiſtat.*

22 *Pactum à creditore in vendendo pignore appoſitum , vt refuſo pretio recipere rem liceat,quid operetur.*

23 *Ex pacto,vt refuſo pretio res reſtituatur à creditore in pignoris venditione appoſito,an actio detur debitori ſeu domino pignoris ſine ceſſione.*

24 *Vlpianus quadruplicem actionem dat debitori, ad pignus recuperandum.*

25 *Rei vendicatio non concurrit cum perſonali actione, niſi aduerſus furem.*

26 *Ex pacto de reuendendo,an res redeat ipſo iure, ita vt rei vendicatio competere poſsit,an verò ſola perſonalis actio detur.*

27 *Ex pacto de reuendendo,res reſtituta remanet eiuſdem naturæ cuius ante fuerat,patrimonialis vel hæreditaria ſcilicet.&c.*

28 *Actio præſcriptis verbis , an cum rei vendicatione concurrat.*

29 *Ex pacto in bonæ fidei contractu appoſito,an duplex actio naſcatur,præſcriptis verbis ſcilicet & ex contractu.*

30 *Pactum,ſi meliorem conditionẽ attulerit quis,quid efficiat.*

31 *Creditor vendendo pignus & cauendo de euictione, ſi duplum promittat,grauat debitorem.* 38.

32 *Creditor vendens pignus de euictione non tenetur,niſi cauerit promiſeritue:ſed pignus ſibi obligatum eſſe,& creditorem ſe eſſe præſtare tenetur,atque etiam cæteris creditoribus potiorem.*

33 *Creditor fraudem committens circa venditionem, de euictione tenetur.*

34 *Creditor ipſe non poteſt euincere pignus venditum.*

35 *Vendicare quis non poteſt quod alienatum eſt ab eo in cuius hæreditatem ſucceſſit.*

36 *Re aliena pignori data & vendita , tenetur debitor vel emptori,vel domino,vel ipſi creditori.*

37 *Phil.Decij ratio improbata.*

38 *Creditor vendens pignus,& contra morem regionis promittens duplum in cautione de euictione,nõ grauat debitorem.*

39 *Creditor ſi euincatur pignus venditum ſemper conſequitur debitum,ſed an etiam vſuras:& quid ſi excedant duplum quod ob euictionem promiſit.*

40 *Vſuræ ſi excedant duplum ob euictionem à creditore promiſſum,non cedunt creditori, authore Accurſio.*

41 *Ratio boni & æqui eandem poſtulat proportionem in toto & in parte.*

42 *Simplo reſtituto ex cauſa euictionis agit quidem creditor ad vſuras,ſed repellitur exceptione ex bono & æquo.*

43 *Creditor vendens pignus cũ dilatione pretij ſoluendi,facit id vel cum onere ſuo vel creditoris.*

44 *Debitor inuitus non mutat ſuum debitorem actionis pignoratitiæ.*





45 *Creditor debitori mandat actionem ad ſuperfluum pretij,ex vendito pignore prouenientis ſuo periculo.*

46 *Pacta de fructibus pignorum ſiũt dupliciter,vel vt cum debito compenſentur,vel cum vſuris.*

47 *Accurſius à Mudæo notatus.*

48 *Quid antichreſis Iuriſconſultis appelletur, pro quo vulgò perperàm lectum eſt antiphonam.*

49 *An retineatur poſſeſſio pignoris donec ſoluta ſit pecunia,quando conuentum fuit vt certo tempore fructus pignoris in compenſationem debiti cederent.*

50 *Alciati ſententia probata Mudæo.*

51 *Creditor poſſidens pignus,non releuatur ab onere ſatiſdandi,quaſi immobilia poſſideat.*

52 *Facultati redimendi rem reſtituto pretio,an præſcribatur triginta annis.*

53 *Prædium an poſſidendum dari poſſit loco reditus anni quoad ſors ſoluatur.*

54 *Gageria quid ſit in conſtitutione Innocentij,eáque à Mudæo explicata.*

55 *Gener non tenetur ad computandum in ſortem dotis fructus poſſeſſionum.*

56 *Debitor vtens gratuita pecunia,an poſſit creditor de fructibus rei pignoratæ vſuras ad modum legitimũ retinere.*

57 *Diſpar ratio vſurarum in mutuo & in depoſito.*

58 *Vſuræ pacto nudo promiſſæ,debentur in pignoribus.*

59 *Pignus ſimpliciter conſtitutum,non in pecuniã tantum principalem vel ſortem,ſed etiam in vſuras cenſetur datum.*

60 *Pignoris & ſolutæ pecuniæ,an eadem ſit ratio quoad vſuras per rationem conſequendas.*

61 *Quomodo vſuræ poſſint deberi ex gratuita pecunia ſine ſtipulatione & pacto.*

62 *Error communis omnium interpretum.*

63 *Ratione incertitudinis & dubij euentus,ſuſtinentur quædam pacta,quæ alioqui vſuraria viderentur.*

64 *Dolo aſcribendum eſt,ſi quis nolit perſequi exigere, aut percipere quod poteſt.*

QVANVIS hæc pacta tã ſint varia , vt
in ordinem aliquem redigi, aut certis
regulis comprehendi vix poſsint,in v-
tu tamen frequẽtiore inueniũtur† qua
1 druplicis generis:videlicet, Super oc-
cupatione hypothecarum authorita-
te propria,Super venditione rerum obligatarum , vel
ſola cõuentione,vel traditione:ídque multum adhuc
variè:Super fructibus pignorũ.Ac denique De acqui-
rendo eorum dominio.De luitione vero nõ addo,pro-
pterea quòd ſi de illa paciſci contingat,id pręcipuè fit
aut fructuum gratia,aut dominij ipſius rei pignoratæ.
2 Primi generis pacta vocamus † executiua , nempe de
poſſeſsione rei obligatæ apprehendenda authoritate
propria:quod præberet actio hypothecaria,eiúſq; ſen
tentia ritè executa.Non poteſt autẽ creditor citra con
uentionem vel præſidialẽ iuſsionẽ,debiti cauſa res de
bitoris ſuo arbitrio auferre.l.pe.C.de pig.act. † Sed qñ
3 ita conuentum eſt,tunc poteſt creditor legẽ conuẽtio
nis exercere,ingrediendo poſſeſsionẽ authoritate pro
pria.l.3.C.de pig.Neq; dicetur vim facere(quę alioqui
cenſeretur cõmitti.l.ex ſtipulatione. de acquirẽ.poſ.l.ſi
quis in tantã.C.vnde vi.)neq; clã poſſeſsionem ingreſ-
ſus ,Bar.& Salic.in d.l.3.C.de pig.Sed non impunè ex-
ercebitur latius,quàm forma cõuentionis permittat.
Ita vt ſi de ſolo ingreſſu,primáq; apprehenſione poſſeſ
ſionis conuentum ſit,nõ poſsit creditor in vera poſſeſ-
ſione pſiſtere abſq; iudicis authoritate,Bart.in ea.l.l.3.
Quod tñ licebit,ſi ita conuentum ſit,ꝙ poſsit creditor
fundũ obligatũ ingredi,poſsidere,& poſſeſsionem re-
tinere.Sed neque in ſolis pignoribus hæc pacta rece-
4 pta ſunt,verum etiam in aliis:nam vendi poteſt† man
cipium cum pacto iniectionis manuum,vt liceat abdu
cere,ſi contra legem venditionis fiat.l. Titius.de ſer-
uis exportandis.Poteríſque exerceri hoc pactum con-
tradicente debitore:ſed non ita vt ad vim res veniat,ſi
de facto debitor reſiſtat,ne occaſio ſit maioris tumul-
tus, ſi priuatæ perſonæ concedatur quod per magiſtra
tum publicè fieri deberet.l.non in ſingulis.de regulis
iuris.niſi forte creditor haberet hypothecæ poſſeſsio-
nem,velut forte ex clauſula conſtituti.l. quod meo.de
acquirenda poſſeſsione.ſic vt non admiſſus ad ingreſ-
ſum poſſeſsionis cenſeretur ſpoliari , illi enim ſpo-
lio poſſet in tẽpore occurrere & vi reſiſtere.Quòd au-
tem quidam,Anto. ſ. Neguſan.in tract.de pign.& hy-
po.in.4.parte princip.nume:27.verſi.quintadecima &
vltima concluſio.retulit Sozinum Conſil.ſuo.131.volu-
mi.primo in ea eſſe ſententia,quòd creditor ingrediẽs
poſseſsionem pignoris,non aliter iuuari poſſet ex hu-
iuſmodi pacto,quàm ſi exprimat ſe vti velle facultate
hac ſibi à debitore conceſſa:non poſſum ex verbis So-
zini colligere,quòd dubitauerit de animo ingredien-
tis poſſeſsionem,ſi modò conſtet,quòd hoc pacto mu-
nitus verè apprehenderit poſſeſsionem.Nam quis du-
bitet interpretationem ſic eſſe faciẽdam,vt id iure pa-
cti potius,quam per iniuriam feciſſe putetur.arg l.me
rito.pro ſocio.& l apud Labeonem.§.ſi cõmunem. de
iniuriis.ſed hoc potius voluit,quòd quãdo quis prius
in detentione rerum fuit,ſic tamen:vt verè non poſsi-
deret,vtputa iure familiaritatis,l.qui iure familiarita-
tis.de acqui.poſſ.ſicut vxor cum marito:tunc nõ facilè
præſumi , ꝙ cœperit poſtea verè poſsidere , & illius
qualis qualis poſſeſsionis,p̃cedentis cauſam ſibi muta
re,detentionémque in veram poſſeſsionem conuerte-
re,niſi id verbis vel factis teſtatum vel declaratum ſit.
5 Diſputat enim Sozinus de vidua quadam, † an ſui ma
riti defuncti bona pro dote tanquam pignora verè poſ
ſideret,nec ne:cum animum veræ poſſeſsionis à morte
mariti non declaraſſet,neque tũc aliter tenere illa cœ
piſſet cum hæredibus mariti,quàm ſolebat prius vxor
cum marito tenere.
6 Secundi generis†pacta circa venditionem pignorũ
varia ſunt:Quædam enim ſunt de vendendo.quid ſci-
licet in ea parte poſsit debeáťve creditor, & quid non
poſsit debitor.Alia ſunt pacta ipſius venditionis à cre
ditore factæ,& rurſus varia:videlicet,vel ad commo-
dum debitoris,vel vtriuſque:ad grauamen debitoris,
7 vel vtriuſque.†Conueniri autem poteſt de pignore vẽ
dendo,non ſolum in ipſo contractu dati pignoris,aut
contractæ hypothecæ, verùm etiam poſtea, l.ſi con-
uenerit.j.de pig.act.Quid enim refert quando conue-
nerit,cùm etiam ſi nihil conueniſſet,vendi tamen poſ-
ſet:imo etiam ſi conueniſſet,ne vendere liceat:ineſt e-
nim tacita conditio,ſi ſoluatu,.Alberi.Bal.& Fulgo.in
d.l ſi conuenerit.arg.l.quæro.§.inter locatorem.loca-
ti.& l.qui Romæ.§.cohæredes.de verb.obli . Diligen-
ter tamẽ tenenda eſt forma conuentionis de vendẽdo
8 præſcripta,ne † furti obligetur creditor:ſi vel in ſum-
ma,vel in conditione,vel loco,vel ex alia aliqua parte
contra conuentionẽ fecerit.l.idémq; iuris.de pig.act.
ſi tamen poſſet creditor emptorẽ inuenire , conuentis
modis,vt Fulg.ibi,aut nõ inuento,nõ denũtiauerit ter
debitori,antequã vendat aliter.quàm eſt conuentum.
Circa formã aũt conuentionis,potiſsimum erit ſpectã
dum,cui quo modo,& qñ p̃miſſum ſit vẽdere pignus:
9 & ſi quidẽ cõcepta ſit†in rẽ pactio.l.ſi neceſſarias.§. de
vendendo.de pig.act.veluti hoc modo, Si nõ ſoluatur
ad diẽ pecunia,pignus vendi poſſe ; cõtinebuntur oẽs
ſucceſſores,ad quoſcunq; tranſit obligatio principalis
cum hypotheca.Si vero in perſonã duntaxat credito-
ris (.i.ſolius creditoris,vt ipſe vẽdere poſſet, mẽtione

facta & aliorum omnium omiſſa) continebitur adhuc
indubiè hæres eius:nam quiſque præſumitur non ſibi
ſoli,ſed & hæredi ſuo ſtipulari & paciſci.l. ſi pactum.
de probat. Si vero cum omnium aliorum excluſione
conuenerit,vt ſoli creditori vendere liceret,iam diffi
cilius dixeris de hærede eius,an adhuc incluſus ſit,ſic
enim excludi hæredem per dictionem taxatiuam alicu
bi traditum eſt in l.non ſolum tale.de libe.lega à.Bar-
to.in l.ſi ſic ſtipulatus.2.& ibi Angel.de verbor. oblig.
& idem in l.qui in furtum. §.j.de pactis Aliis vero,Ia-
ſoni ſcilicet in l.2.§.item ſi in facto.de verbo. obligat.
Bart.Ludo.Roman.Paul.Caſtren.in l.ſtipulatio iſta ha
bere licere.in princip.eod.titul.Philip.Decio in l.hæ-
redem.de regulis iuris.videtur hæredem non excludi.
Certe hoc conſtat,quòd etiam ſi dicas,hoc pactũ tam
reſtrictum non porrigi ad hæredem creditoris, is ta-
men facultatem vẽdendi habebit,qualem creditor nõ
facta conuentione de vendendo,habuiſſet, vt per Ful-
goſ.in d.§.de vendendo.nempe ſi in ſolutione ceſſaue-
rit debitor,& creditor ei denuntiauerit,aut ſaltẽ quẽ-
admodum poſſet ipſe creditor,ſi conueniſſet, ne ven-
dere liceat,videlicet ter denuntiando debitori.

Quomodo vendat,plerunque caueri ſolet in pactio
ne:idq; obſeruari debebit,ſiue de tempore,ſiue de lo-
co,ſiue quid aliud fuerit preſcriptum.l.vlt.§.ſancimus
itaque.C.de iure do.impet.

10 Nam in vendendo pignore †creditor eſt procurator
debitoris.l.ſi pignori.in fin.famil.erciſcund. fines au-
tem mandati diligenter ſeruandi ſunt:l.diligenter. mã
dati.Itaque ſi conuenerit vt creditor abſque vlla denũ
tiatione vendat,& nõ auctione publica,ſed priuatim,
valebit conuentio,vt per Barto.ad l.Titio.§.vltimo,ad
Municip.Paul.Caſtren.in dicta l.ſi conuenerit.j.de pi-
gnor.action.gloſſ.in l.creditor.2.ad verb.teſtato.C. de
diſtraction.pignor.Ita tamen,vt ſi per ſordes aut gra-
tiam abiiciatur res,eámque creditor alicui amico ad-
dicat minore pretio quàm oportuerat,teneatur etiam
emptor debitori,ſi fortè fraudis ſit particeps, & nõ ſit
ſoluendo creditor,qui ſic rem abiecit.

11 †Quando autem vendi poſſit,indicabit ſemper ipſa
conditio,quæ in conuentione eſt,veluti plerunq; iſta,
*ſi ad diem non ſoluatur pecunia:*Sed difficultatem fa
cit diſtributio temporũ,quibus quid dari debeat, qua
in re Iuriſconſultus in l.ſi neceſſarias.§.ſi annua. de pi
gnoratitia actione.diſtinguit ſeparáque conuentio-
num formulas,veluti,ſi creditor accepto pignore ſti-
pulatus ſit triginta annua bima trima die,refert an pa-
12 ctum de vendendo pignore ſic conceptum ſit,†*Si qua
pecunia die ſua ſoluta non erit*, & tunc clarum eſſet,
quòd ſimulátque vel in prima vel ſecunda præſtatione fue
rit ceſſatum,pignus vendi poſſe.An vero ſic,*Niſi ſua
quaque die pecunia ſoluta eſſet.*) Hoc etiam caſu re-
ſpondit,quòd etiam ſi in prima aut ſecunda penſione
ceſſetur,vendi tamen pignus non poſſe, antequam om
nium penſionum dies venerit:& ſi tũc tota pecunia ſi-
mul ſoluatur,vendi non poſſe.Quod ſanè mirum vide
ri poteſt,nam ſi vel in vno termino ceſſetur,verum erit
non eſſe ſua quaque die pecuniam ſolutam:quare ergo
purificata conditione,non æque licet pignus vendere,
ſicut ſi purificata cõditione diceremus pœnam, ſi qua
permiſſa eſſet,commiſſum.l.ſi ſeruus §.ſi pluriũ.ſi quis
caut.l.ſi is qui ducen:a.§.cum ita.de rebus dubiis.Tor
quet hic nodus multum Doctorum ingenia,aliis aliud
diuinãtibus,nec multum fortè à vero abeſt Fulgoſius
in d.§.ſi annua.qui fatetur hoc pronuntiatum eſſe ve-
rum,quòd non ſit ſua quaque die pecunia ſoluta, & ob id
quoque pœnam mox eſſe commiſſam.quia non eſt lo-
cus purgationi moræ,ex qua in nouam obligationem
iam cum effectu venit quoq; pœna:ſed in hac conuen
tione vendendi pignoris,purgari poſſe moram.argu.l.
ſed & ſi alia die.in fi.ver.vt illa verba neq; hoc feciſſe.
de cõſti.pecu.ex qua nulla alia obligatio priori aduol-
uitur,nec in eius locum ſuccedit.Sed cum Iuriſconſul
tus in diſtinctione formularum conuentionis, nõ fun
det ſe in purgatione moræ,ſed in ipſis verbis concepte
conditionis in d.§.ſi annua.verſicu.nec verum eſt,&c.
propius vero eſſe videtur,ſi dicamus hoc intereſſe in-
ter iam dictas formulas conditionum,quòd in ea quæ
priore loco dicta eſt,duplex ſit diſtributio expreſſa.Pri
mum quidem pecuniæ his verbis, *Si qua pecunia:* Et
deĩde tp̃ris,in his verbis,*die ſua.*In altera vero formu
la vnica eſt diſtributio expreſſa,nẽpe temporum. pecu
nię verò diſtributio non exprimitur in ipſa condirio-
ne imò nec in principali obligatione,niſi quatenus eã
ſecum trahunt hæ dictiones ,*Annua bima trima die.*
ita vt accipi debeat,perinde atque ſi in effectu duplex
ineſſet conditio, vel potius vna duarum partium : vi-
delicet niſi tota pecunia inueniatur tertio anno ſolu-
ta,idque tribus præſcriptis penſionibus. Oportebit er
go expectare tempus quo tota pecunia quæ promiſſa
eſt,& ad quam totam refertur indiuiſim conditio,ſo-
luta eſſe debuit.quod ſi factum ſit,nõ refert iam an ſin
gularum pẽſionum termini ſeruati ſint,nec ne:quia cũ
tota obligatio principalis ſopita ſit & extincta, credi-
tor fruſtra ſollicitus eſſet de vendendo pignore. Adde
quòd cùm variatum legamus apud veteres de hac ſti-
13 pulatione †*annua bima trima die dari,*vnica eſſet an
tres,l.pluribus §.de hac ſtipulatione.de verb.obli.po-
tuit fortaſſe Pomponius,has formulas conuentionum
ita diſtinguens,vt diximus,in ea opinione fuiſſe:quòd
non tres eſſent ſtipulationes,ſed vnica,plurium tamen
penſionum,quarum ſubinde meminit. Quemadmodũ
alio loco ad l.ſc.quæſitum.hoc titul.de pignorib.dixi-
mus,aliud eſſe penſionem , aliud obligationem : & ex
die penſionis,non rectè inferri diem obligationis,cùm
etiam pura obligatio & præſens habeat nonnunquam
diem penſionis ſiue ſolutionis faciendæ. Aut certè id
ſpectauit,quod vno orationis ductu conditio refera-
tur ad totam pecuniam,de qua non dices vere,quod in
ea ſoluenda ceſſatum ſit,antequam oportuit eam id eſt
totam eſſe perſolutam.quaſi dies non minus quàm con
ditio debeat in conſideratione eſſe,argum.l.in illa ſti-
pulatione.ſi calendis.de verb.obligat.Præſertim cum
venditio pignoris ſpectet ad executionem negotij,nõ
ad alicuius ſtipulationis commiſsionem.Fulgoſ.in d.
§.ſi annua.in fin.Et hoc forte voluit hic Fulgoſius , in-
ducens mentionem moræ.Quanuis enim ſe fundet Iu
riſconſultus in ſermonis proprietate,id tamen non e-
rit à mora alienum,quoniam hæc verba: *Sua quaque
die non eſſe ſolutam pecuniam,*habent ſignificationẽ,
qualem hæc verba edicti prætorij: *Non feciſſe reum
quod conſtituit.*quæ quanuis ad tempus cõſtituti per-
tineant,l.ſi duo.§.vltimo de conſtit.pecu.eam tamen ſi
gnificationem habent ſi neque in diem in quem conſti
14 tuit fecerit neque poſtea.† ita vt factum creditoris no
lentis accipere debitum oblatum.vſque ad tempus iu-
dicij,ipſi noceat,l.ſed & ſi alia die,in fin.de conſtit.pe-
cun.quod maxime debet obtinere in conuentione vẽ-
dendi pignoris,cùm etiam ſi debitor paratum ſe dicat
ſoluere debitum,examinatum à iudice quantum ſit,ſi
creditor ceſſauerit ad iudicem venire:improba ſit ven
ditio,ad quam proſiliit,l.ſi reſiduum.C.de diſtra.pign.
ne ſolutio debiti vnquam ſit ſera,ad impediendam pi-
gnorum alienationem,ſi offeratur priuſquam diſtra-
cta eſſent,l.ſi priuſquam.C.de diſtract.pign.

Quæ autem hactenus de conuentione vendendi pi-
15 gnoris diximus,referenda ſunt ad† facultatem credi-
toris,vt poſſit,non vt debeat vendere,l.quanuis.de pi
gnoratitia acti.poteſt enim illis quæ in fauorem ſuum
conuenta ſunt,non vti,vt in multis ſimilibus legimus.
in l.lex vectigali.in fin.hoc titulo.l.ſecunda l.Sabius.
de in diem addict.l.ſecunda de leg.commiſſ.l.4.§.ſed
& ſi pigno.de re iudic.





Inter quæ tamẽ incõſideratius videtur relata à Pau-
lo Caſtren.in dicta l.quanuis.ea quoque ſpecies , cùm
quis vina emens exceperit aliqua,quæ fortaſsis habe-
re magis expediebat:hæc enim ſi mutato conſilio acci
pere vellet,id ei non permitteretur inuito venditore.
l.ſi vina.de pericul.& commod.rei vendi.Nam quid iu
uat,ſi exceptionis factæ emptorem pœniteat, cùm ni-
hil ſuperſit ei iuris, quo poſt pœnitentiam conſequa
tur vina ſemel excepta,& quæ non ſunt vendita,vt Ful
goſius in dicta l.ſi vina. Sane vno caſu cogitur credi-
tor vendere pignora,antequam in perſonam agat , vi-
delicet cum forma concepte obligationis requirit ex-
cuſſa eſſe pignora,veluti ſi fideiuſſor acceptus ſit in id
quod minus ex pignoribus venditis eſſet redactum. l.
inter creditorem.de fideiuſſor.

16 Poſtremo fit aliquando pactum à creditore,†ne liceat
debitori hypothecam vẽdere vel pignus.l.ſi creditor.
§.quæritur.de diſtractio.pignor.de quo meritò dubi-
tes,quid iuris ſit,an nulla ſit pactio quaſi cõtra ius po-
ſita.l.nemo paciſcendo.de pactis,l.vltima.C.de pactis
inter emptorem & venditorem compoſitis. præſertim
cùm & creditor qui dominus non eſt,poſsit pignus vẽ
dere,licet conuenerit ne vendat.l.ſi conuenerit.j.in fi
ne,de pignor.actione.an potius nulla ſit venditio con-
17 tra pactionem inita.Et certè†Bartolus multis locis in
dicto §.quæritur,in dicta l.nemo paciſcẽdo.in l.filiuſ-
famil.§.diui.de lega.j.in l.ſi ita.§.ea lege.de verborum
obligat.& in l.ea lege.de condiction.ob cauſam.teſta-
tum reliquit,ſe miſiſſe Piſas,vbi tunc erant Florentinę
Pandectæ,vt dirimeretur contentio orta ſuper reſpon
ſo Marcelli in dicto §.quæritur.an in eo legi deberet:
*Nullam eſſe conuentionem.*(quod quibuſdam , Baldo
ſcilicet in d.§.quæritur.& in d.l.ea lege.placuiſſe vide
tur) an potius:*Nullam eſſe venditionem?* ſic vt impe
diatur dominij tranſlatio , ob pactum cum eo initum,
qui ius habet in re.Quod pluribus(Bart.omnibus prę-
allegatis locis.Ang.& Iaſ.in l.qui Romę.§.cohæredes.
de verborum obligatio.) placuiſſe video.Mihi omniũ
18 optimè videtur diſtinxiſſe† Salicetus in dicto §.quæ-
ritur.vtranque lectionem quadam diſtinctione appro
bans:nimirum,quòd quemadmodum aliis aliquot lo-
cis,vt in l.hanc legem.l.cum ab eo.§.menſa.l qui offi-
cij.§.qui neſciens.de contrahenda emptione. id quod
dicitur,nullam eſſe venditionem aut emptionem : in-
terpretamur ſubaudito moderamento alicuius reſtri-
ctionis:ſic vt aliquo reſpectu teneat venditio ,'alio
reſpectu non teneat.Ita quoque hic interpretabimur.
nullam eſſe cõuentionem reſpectu emptoris,in cuius
præiudicium conuentio non habet vim impediendi
tranſlationem dominij rei pignoratę,quin tranſeat ad
emptorem cum ſuo onere,& nullam quoque eſſe ven-
ditionem ſcilicet in præiudicium creditoris, hoc eſt,
non obſtare eam quominus perſequi poſſet hypothe-
cam,etiam rigoroſius contra emptorem,quam alioqui
perſequi potuiſſet,non facta conuentione, ne debitor
venderet.

Nam perſequeretur hypothecam creditor, non ſo-
lum pro debito & vſuris.l.ſi neceſſarias.§.cùm pignus.
de pignoratitia actione.verum etiam pro eo quòd in-
tereſt eius ex hypothecæ diſtractione,Salicetus in di-
cto §.quæritur.Nempe quòd quas actiones habuit cõ-
iũctas,perſonalem & hypothecariam,aduerſus vnum
eundémque debitorem , tantiſper cùm is poſsideret,
ſic vt cumulare quoque eodem iudicio has potuiſſet.
§.ſed neque.verſicu.contra principales tamen in ver-
bis ſiue ambabus,in auth.de fideiuſ.nunc inuenit ſepa
ratas,& difficilioribus aſtringitur probationibus, vel
domini debitoris:vel quod ſaltem obligatiõis tempo-
pore fuerit res in bonis debitoris,l. & quæ nõdum.§.
quod dicitur.hoc titulo. de quo nullam cõtrouerſiam
mouere potuiſſet debitor,ſi adhuc poſsidens ipſe eſſet
19 conuẽtus.†Ac deniq; nunc iure , oportet prius excu-
tere debitorem,fideiuſſores,mandatores,& ſponſores,
antequam perueniat creditor ad alios pignorum poſ-
ſeſſores.in auth.ſed hodie.C.de actio.& oblig.In quo-
rum excuſsionibus magno ſumptu eſt opus,ac tędium
multarum litium:Quem quidem ſumptum , & quanti
intereſt creditoris,hypothecaria actione poterit con-
ſequi ab emptore,quemadmodum ſumptum in re pi-
gnorata factum potuiſſet cõſequi.d.l.ſi neceſſarias.in
princip.& §.cum pignus.de pignor.action.Et hanc Sa
liceti diſtinctionem ſatis innuunt vltima verba eiuſ-
dem reſponſi:*Vt pactioni ſtetur.*quæ reſtrictionis cau
ſa videntur addita eſſe:vt ſignificetur,non prorſus nul
lam eſſe venditionem,quin naſcatur obligatio: Imò &
tranſeat in emptorem dominium rei venditæ,ſi trada-
tur,ſed nullam eſſe quatenus poſtulat vtilitas credito-
ris,qui pactus eſt non vendi, & vt metu eius quod inte
20 reſt pactioni,ſtetur. †Sed an hoc caſu pactum executi-
uum,de ingredienda poſſeſsione rei obligatæ authori
tate propria,exerceri poſsit contra emptorem ſine Iu-
dice,difficilius dixeris.Sunt enim,vt Barto.in l.3.C.de
pigno.in 4.quæſtio.verſi.ſed an poſsit adhiberi reme
dium.numer.25.qui ita aſſerant indiſtinctè,etiamſi nõ
ſit diſcuſſum,nec liquidatum ſummariè coram iudice,
quòd is emptor cauſam habeat à debitore,qui credito
ri promiſerat non vendere:quanuis nõ prohibita alie-
natione debitori,de illo ſummatim conſtare deberet.
Barto.eodem loco.verſicul.aduertere tamen quòd con
tra ipſum debitorem.Sed aliis,Salice.ſc.in dict.l.3.nu-
me.19.C.de pignor.viſum eſt,indiſtinctè,conuentionẽ
illam ingrediendæ poſſeſsionis authoritate propria,
nunquam exerceri poſſe contra ſingularem ſucceſſo-
rem:& vbi exerceri poteſt,nullam iudiciariam liqui-
dationem,ne ſummariam quidem requiri.Salice.in ea
dem l.in 11.quæſtione.

Aggrediamur nunc pacta venditionis,ſcilicet quæ
in ipſa venditione rei obligatæ apponit creditor, non
autem quæ apponit dominus in vẽditione rei ſuę,qui-
bus creditoribus emptoris futura ſit res pignori , aut
non ſit,niſi quòd de hoc genere pactorum id obiter at
21 tingendum ſit,controuerſum eſſe,†an res ea lege em-
pta,ne creditoribus emptoris obligaretur.incidat ni-
hilominus in generalem obligationem bonorum eius
præſentium & futurorum.& ſi dictum ſit à venditore,
ne cui ſit obligata,præterquã vni creditorum,qui for-
tè in ratione pignoris poſtremus fuit:an hunc faciet
ea conuentio , vel ſolum,vel potiorem eſſe in iure pi-
gnoris,quo ad rem ſic emptam.Cur enim nõ poſsit vẽ-
ditor dicere legem rei ſuæ,dum tradit ,quam vellet,l.
in traditionibus.de pactis.l.legem.C.eodem titu.l.qui
abſenti.§.j.de acquiren.poſſeſsione.& vt poteſt debi-
tor præiudicare chirographariis creditoribus in non
acquirendo.l.qui autem.quæ in fraudem creditorum.
cur non æque hypothecariis?præſertim cùm non pen-
det ex ſuo ſolius arbitrio,quomodo acquirat emátve:
ſed & venditoris,quomodo vendat,etiam ſi admittas,
quòd forte non poſſet debitor præiudicare creditori-
bus hypothecariis omittendo acquirere,quę libere, ſi
voluiſſet,acquirere potuiſſet.l.in fraudem.§. idémque
iuris.de iure fiſci.Petrus de ancharano conſilio 101.Ex
aduerſo videtur vrgere , quòd eiuſmodi lege vendita
aut donata,ne alienentur,tranſeant in dominium ac-
cipiẽtis,ſi contra fiat:obligato eo qui contrà fecerit in
id quod intereſt.l.ea lege.C.de condictio.ob cauſam.
Quanuis ergo conuenerit,ne pignori ſint,ſimili ratio-
ne non impedietur ius veri pignoris aut hypothecæ,
neque ex obligatione poſtea contrahenda, neque ex
obligatione prius contracta. Vnde hæc quæſtio mul-
tum anceps vtrinque ſuos aſſertores habet,Petr. ſcili-
cet Anchar.præallegato conſilio 101.Soci.conſilio 75.
vol.4.Ant.Neguſant.in tract.de pigno.4.parte princi-
pali.ver.quarto,quæritur.nu.33.Et forte ſecuriſsimum
hic eſſet,ſi quis ie alienatione rei ſuæ id velit efficere,

ne creditoribus acquirentis valeat ad hypothecam dominium rei:ſic in traditione reſtringere,vt nō diutius ſit accipientis,quàm donec eam ſeruauerit non obligatam,neque obligare eam tētauerit,alio aliquo in dominium eiuſdem rei ex eo tempore ſubſtituto , vt iure fierí receptum eſt.l.qui abſenti.§.j.de acquirenda poſſeſsione.l.illud.C.de lega.Salic.in auth.ſi quas ruinas. numer.3.C.de ſacroſanct.eccle.

Porro in eo genere pactorum,quę apponit creditor in vēditione pignoris,occurrit primo loco illud,quod
22 conuenit,†vt refuſo pretio rem reſtituat emptor , vel vt recipere eam liceat.Et hoc quidem duplicetur, vel conceptis verbis in perſonam creditoris,vt ſibi liceat reddere pecuniam,& pignus recuperare,vt in reſponſo Marcelli.l.ſi creditor.in princip.de diſtraction.pig. Vel in perſonam debitoris,vt ſi emptori ſoluerit pecuniam pretij ,liceat ei recipere rem ſuam,vt in reſponſo Vlpiani.l.ſi cùm venderet.de pignoratitia action.Et vtrolibet modo verba conceperis,certum erit, actio-
23 nem competere creditori,quam debitori præſtet.†An autem ipſi debitori aliqua actio cōpetat,ſuo ipſius iure,etiamſi non præſtetur ei à creditore,plus habet dubitationis:nam in reſponſo Vlpiani,quo verba conuētionis ad debitorem ſunt relata,aſcriptum eſt,quŏd & ipſe debitor actionem habet,quaſi dicas,ſine ceſsione. In altero vero Marcelli reſponſo hoc tacetur:& ſolum datur debitori aduerſus creditorem actio. v ſi quas actiones habeat,ei cedat:quaſi nullam niſi ceſſam à creditore habere poſsit. Quod etiam quidam,ex quibus Salicet.in dicta l.ſi creditor.fatentur: ſed communius placuiſſe video,Accur.ſcilicet,ibi in gloſ.verbi cedat. quem ſequuntur ibi Barto.Ang.& Fulgo.etiam hoc caſu,debitorem ſuo nomine habere actionem,non quidem ex eo ſolo,quôd in vendendo pignore ſit procurator debitoris:( quôd ſolum ad actionem perſonalē ei non ſufficeret.l.poſſeſsio quoq;.§.& ſi poſſeſsio.de acquirend.poſſeſsione.l.j.C.per quas perſonas.)Sed quia etiam cōtrahit ſuper re domini,l. quod procurator in re.de procurat.Fulgo.in d.l.ſi creditor.& repreſentans imaginem debitoris,vt Salice.in l.j.C.per quas perſonas.plus iuris habet in re obligata vēdenda,quàm ſimplex & nudus procurator,Caſtren.ibi num.9.Hic enim fines mandati cuſtodire debet, aut nō trāsferet dominium.Creditor vero,etiam contra domini volūtatem vendit:imo & contra pactum,ne venderet. & de pretio fidem habet.l.eleganter.§.ſi vendiderit.de pignor. actione.Vnde clarum fit,quòd in vendendo pignore, domini loco ſit:quoad facultatem vendendi.Procuratoris verò loco,quoad vtilitatem:quæ cedit debitori. Sed Marcellus in ſuo reſpōſo nullam deſignauit actio-
24 nis ſpeciem.Vlpianus vero quadruplicem. † Vnam, qua cogatur creditor debitori præſtare actionē:& hęc eſt pignoratitia actio:ne quid ſcilicet lucri vel commodi,ex pignore,vel qualibet illius occaſione, apud creditorem permaneat:cum ei debitum perſolutū eſt.Argu.l.creditoris.de fur.& l.qui proprio.§.procura.vt in cæteris.de procur.Alia eſt quæ præſtatur,& hæc eſt actio ex vendito,formata ex pacto in venditione ex incontinenti appoſito.d.l.ſi cum venderet.Aut actio præſcriptis verbis,vt fiat quod pacto cōuenit.l.2.C.de pactis inter empto.& vendi.Aliæ vero duæ,nempe rei vēdicatio,& in factum actio,debitori competunt,ſuo ipſius iure,& abſque alia ceſsione creditoris. At inquies,quomodo defendi poterit,rei vendicationē dari,quæ non niſi domino datur,cum virtute pacti de reuendendo,non redeat dominium ad debitorē ipſo iure ,& ſine traditione?Hoc enim,ſpeciali iure,in duplici tantum pactorum genere receptū dicitur, vt per Alex.conſi.10 vol.j.latè Iaſ.in l.ab emptione.de pact.videlicet in pacto legis commiſſoriæ , & addictionis in
25 diem.l.ſi quis hac lege.de rei vēdicatione.†Neque videtur rei vendicationem poſſe concurrere cum perſonali actione,quæ condictio vocatur.§.appellamus.Inſtit.de action.cùm receptiſsima ſit regula,quòd nemo rem ſuam cōdicat,niſi à fure,l.vltim.vſusfruct.quemadmod.caue.Variè ad hæc reſponſum eſt. Sunt eñ,in quibus Paulus Caſtrenſ.in d.l.ſi cum vēderet.Gui.Pa. conſi.49.qui exiſtiment,non ſolùm ex duplici illo pactorum genere reſolui dominium,verum etiam ex pacto de reuendendo,quaſi & illud ad rationem dominij pertineat,& rem afficiat,ſimili ratiōe qua dicitur hoc ſpeciali iure conſtitutum,de lege commiſſoria , & addictione in diem,nimirum ob frequentiam illorū pactorum,vt per Barto.Ang.& alios ad l.1.de donat.quaſi frequentiæ fuerit indulgendum,& aliquid peculiaris iuris tribuendum,l.iuſto.in princip.de vſu capt.Nam hodie videmus hæc pacta redimendi rem , ſiue rurſus emēdi eodem pretio,frequentiſsima eſſe.Communiore tamē calculo probatur diuerſa ſententia:l.ipſius.& Caſtrenſ.in l ſi à te.C.de pact.inteempt.& vendit.Fulgo.in dict.l.ſi cum venderet.Cuma.in d.l.1.de donat.Iaſon in l.ab emptione.colum.tertia verſic.& ex hoc cō-
26 funditur.de pact.Zazi.conſi.12.volumi.prim.†ex pacto reuendendi ſolam perſonalem actionē oriri:nec quicquam illud facere ad tranſlationem dominij:vt refuſo pretio redeat ipſo iure,& abſque traditione ad priorē dominum.Alia igitur via tentata eſt à Fulgoſio in d.l.ſi cum venderet.quæ quanuis ipſi authori pene diſplicuerit,Iaſoni in d.l.ab emptio.de pact.tamen placuit,videlicet quòd in reſponſo Vlpiani creditor vendidit non rem pignoratam,ſed pignus ideſt ius ſuum quod in pignore habuit,illo manente in dominio debitoris, quaſi hoc indicet forma pacti,quo adhuc res ſua dicitur. Neque enim creditore vendente ius ſuum , tranſit in emptorem dominium rei obligatæ.Caſtrenſ.in l.ſi conuenerit.j.de pig.act.Sed non video,quomodo huic interpretationi accommodari poſsit quod ſequitur:creditorem mandare debitori actionem ex vendito,ad rē ſuam recuperandam,ſi non ea ipſa vendita ſit : ſed ius tantum pignoris,cuius ipſe debitor in re ſua eſt incapax.l.neque pignus.de regulis iuris. Dicendum ergo, quôd non ſolum virtute legis commiſſoriæ,aut addictionis in diem,redeat dominium rei venditæ ad priorem dominum,verum etiam vbicūque aliud pactum, ſic eſt conceptum,vt ſonet in reſolutionem cōtractus ipſo iure.vt Albericus in l.traditionibus.C.de pactis. Cyn.in l.j.C.de rebus alien.non alien.Bald.& Salicet. ad l.ea l.C.de condiction.ob cauſam.Caſtren.ad l.qui abſenti.§.primo.& Alexand.de acquirenda poſſeſsio. Rapha.Cuman.ad l.j.de donatio.Sicut enim non tranſfertur ex nuda traditione dominium abſque titulo:ita nec poteſt conſiſtere apud eum qui empti titulo. l. nunquam nuda.de acquirend.rerum dominio.accepit,reſoluta ipſo iure emptione.Argu.l.veſtranius.in verbis vt quemadmodum incipere.de fideiuſſo.tunc enim re-
27 cipitur res non nouo aliquo & acquiſitiuo titulo:†ſed veteri iure, quo poſsidebatur antequam venderetur: & perinde,atque ſi non eſſet facta venditio, redit res in priſtinam cauſam.l. voluntate.verſicul. idémque eſt in omnibus.quibus modis pignus vel hypotheca ſoluitur.aſſumpta iterum propria natura, ita vt ſi prius patrimonialis res fuerit,talis quoque cenſeatur , poſtquam recepta eſt,Philippus Decius conſilio octogeſimooctauo.ſicut redhibita res hæreditaria eſt.l.ſi poſſeſſor.§.ait ſenatus.in fine, de petitione hæreditatis. venítque in reſtitutionem fideicommiſſariæ hæreditatis,reſtituto hæredi pretio redemptionis:perinde ac ſi ſemper in bonis teſtatoris manſiſſet. Philippus Deci. conſilio ducenteſimo trigeſimoſecundo. Huiuſmodi autem eſt pactum in reſponſo Vlpiani, vt debitor rem ſuam reciperet,ſiue rurſus caperet,cum effectu acquiſitionis.l.aliud eſt capere.& ibi Alciatus in principio, de verborum ſignificatione.In reſponſo vero Marcelli,non fuit conuentum, vt debitor rem ſuam reciperet:



ſed vt recuperaret reddita pecunia , & ſic in effectu,vt rurſus emptam haberet , eodémque pretio tranſcriptam.l.ſi vir vxori.& ad illam Budęus de præſcript.verbis.

Quarti quoque generis actio in factum ſiue præſcriptis verbis,non minus ſecum dubitationis trahit,
28 quomodo illa hic competat:&†maximè quomodo cū rei vendicatione concurrat: quum nemo rem ſuam, niſi à fure cōdicat.Sunt,in quibus Salic.in d. l. ſi cum venderet.qui tradunt alternationem illam in Vlpiani reſponſo,*Vendicare rem,aut in factum agere*, pertinere non ad vnū eundéq; caſum, in quo ſimul vtrique actioni ſit locus:ſed ad diuerſos,ita vt nūnc huic, nūc illi actioni ſit locus,pro diuerſitate caſuum.Vendicationi quidem cum ipſo iure redit dominium ad priorem dominum.Actioni verò in factum,cùm ſola obligatio perſonalis eſt nata ad reuendendam rem. Sed ne id ſequendo notetur tacitè Vlpiani reſponſum,tanquàm non ſatis conueniens propoſitæ quæſtioni , de vi & effectu huius ſolius pacti, ſi ſoluerit debitor pecuniam prætij emptori , licere ei rem ſuam recipere, præſtabit fortè admittere hic concurſum earum actionum in vna eadémque ſpecie. Vt quemadmodum legatarius rem legatam vendicat ratione dominij ciuilis,id eſt,quod habet artificio ſolius iuris ciuilis , & in perſonam agit,tanquam non habeat, ſed nanſciſci velit dominium naturale , idem per traditionem hæredis & ſic iure gentium:Iaſ.in l. qui exceptionem. §. ſi pars.de cōdict.inde.Ita quoque hic debitor vendicet rem tanquam iuris artificio ſuam , non expectata traditione aut reſtitutione , & in perſonam agat , vt emptor adimpleat quod cōuenit,& rem reſtituat aut tradat:quod etiam non inutiliter quis ſtipulari poſsit de re ſua,l.ſi rem tradi.l.nemo rem ſuam.in 2. reſponſo.de verbor.obligat.Et quamuis variè tractatum ſit,
29 cùm pactum adiicitur contractui bonæ fidei, †an duplex naſcatur actio:vna ex eo ipſo contractu: & altera in factum, ſiue præſcriptis verbis. Communius tamē eſt creditum duas naſci, l.2.C.de pact.inter empto. & vendit.l.ſi vir vxori.de præſcrip.ver.Bartol.& alij in l. in bonæ fidei.C.de pact.& alij in l.iuriſgētium.§. quinimo.de pact.Et qui id non ſic paſsim in quocunque pacto recipiendum putant,vt eſt Alciat.cap.1.5. paradox.& in d.l.in bonæfidei.ſed ſolam ex contractu naſci actionem.In hac tamen ſpecie , vbi de reſoluendo contractu pactum eſt,admittunt & alij , vt Loriot. in tit.de pact.tranſact.axio.26. vbi contrahens vt fidem ſeruet contractus,præciſe cogi poteſt, quod in hac ipſa ſit ſpecie,quòd emptor qui ex contractu rem recipit,non poteſt illius fidem fallere:ſed omni modo cogendus eſt implere quod conuenit , & refuſo pretio rem reſtituere. Et præſertim vbi res rurſus rediit ad priorem dominum, ſic vt vendicare poſſet. quamuis alioqui non ſatis tutum eſſet generaliter aſſerere , ex huiuſmodi pactis ſemper præciſè cogi emptorem , vt reuendat & tradat:& non liberari ſoluendo quod intereſt,Philip.Corne.conſil.4.241.246.volu.j.Franciſc. Aret.conſil.6.Ludo.Bel.conſil.25.in 4.dubio.

30 In communem fauorem addidit†creditor emptori pignus in diem,ſi fortè alius meliorem conditionem interim obtulerit,quam oblatam , licet alius qui rem ſuam diſtraxit , poſsit ſpernere,& primi emptoris ius firmare:creditoris tamen arbitrio,in re debitoris ſic diſtracta, relinqui hoc non debet,ſi modo is idoneus ſit , qui meliorem conditionem obtulit,leg.Sabinus, cum l.ſequen.de in diem addict. Quo argumento , ſi quis pactus reſolutionem venditionis,promiſerit alicui ſeruitutem in re ſic vendita,ſi ad eum redeat, non poſſet iure reſolutionis obueniente non vti , Raph. Cum ad l.in diem.in prin.de aqu.plu.arcen.

In grauamen vero vtriuſque,ſuum & debitoris,paciſcitur creditor,quādo de euictione cauit,& duplam
31 promittit.†Debitoris enim hic eſt grauamen,vt qui tametſi de euictione teneretur, etiam non promiſſa:le. ſi plus.§.1.de euict.l.reſcriptum.§.ſi alieno. de diſtract. pignorum.ceſſante tamen promiſsione creditoris,nō teneretur ad duplam.Imo nec fortè in totum id quod intereſt emptoris:ſed de pretio tantum & vſuris eius à tēpore moræ.Quod quidem ſic cōſtitutum in pignore iudiciali,in d.l.ſi plus.§.j.quod ab apparitore iudicatum exequēte diſtractum eſt. Accurſius in dict. l.reſcriptum.§.ſi aliena.in gloſ.ad verbum tenetur. auſus eſt extendere ad pignus conuentum,à creditore diſtractum:& nemo,inquit Fulgoſius,in d.§. ſi aliena.ei contradicit.Ipſe tamen dubitat,propterea ꝙ in cauſam iudicati capiantur & diſtrahantur pignora, inuito debitore condemnato:ideoque non eſt æquum teneri eum amplius quam in rem eius verſum eſt:hoc eſt : Quatenus liberatus eſt à creditore ex precio rei. Pignus vero conuentum venditur à creditore , vel ex debitoris mandato,ſi vendi conuenit: vel ex tacito eius conſenſu,cum pignori daret.Sic enim qui voluit antecedens cenſetur quoque voluiſſe & conſequēs:nempe,vt vendi poſſet,ſi in ſolutione ceſſetur.æquum ergo eſſet, durius cum eo agi,& teneri in id quod intereſt emptoris quaſi ipſemet debitor vendidiſſet , quod vendidit creditor,ipſius procurator.

In grauamen vero creditoris cedit ea conuentio,vt qui ſe ſubiicit duplæ periculo , nonnunquam abſque regreſſu aduerſus debitorem,l.ſi pignore.§.ſi creditor cū venderet.de pig.act.cū tamē ſuo iure immunis eſſe poſſet ab omni euictionis periculo quoad emptorem.

*Creditor enim verus ſub pignore cæteris potior , iure creditoris vendens,cum poſſit,rem pignoratam bona fide, & neſciens alienam eſſe , ipſe quidem non euin-*
32 *cit:ſed†de euictione à domino facta,non tenetur amplius , quam vt cedat emptori contrariam pignoraticiam actionem,niſi de eu,ctione promiſeoit.*

Quo quidem breui axiomate multa ſum complexus, quæ, de hac re,ab alijs diffuſe ſunt tradita. Et imprimis quidem,quod de creditore diximus, obtinet, ſiue ipſe conuentum pignus vendat , ſiue curet in cauſam iudicati capta pignora vendi,l.qui erat.famil.erciſc.l. ſi pignora.de euict.d.l.ſi plus.§.j.eod.tit. l. à diuo Pio. §.ſi poſt addictum. de re iudicat. l. ſi ob cauſam.C. de euict.Præſtare enim debet ſe verum creditorem,& pignus ſibi obligatum eſſe.ſicut qui vendit, vt procurator aut tutor,debet præſtare ſe talem.Bart. in leg. procurator.§.qui pro euictione.de procurat.Fulgo.in fin. leg.primę.C.creditor.euiction.pignor.non debe.Nec hoc tamen ſatis eſt , ſed & cæteris omnibus ſe in pignore potiorem præſtet,neceſſe eſt, dict.leg. prima.in fin.Et euincente alio creditore per hypothecariam actionem,vtique de euictione tenetur,qui alij in pignore cædens,diſtraxit rem pignoratam,tacens alium eſſe potiorem. hoc enim ius ſuum concernit , ſuumque eatenus negotium gerit creditor,leg. penultim.de pignor.action.Et quidem hoc nondum ſatis eſt , ſed reſtrictionis cauſa addit : *Si iure creditoris vendat.* non in iure cōmuni,l.ſi mandato Titij.§.mandat. hoc eſt,eo iure,quo quilibet venderet rem ſuam,vt Salice. in l.penul.de diſtr.pign.ex l.j.§.j.ſi ager vectig.vel. emphiteu.petat.ſicut in dubio cenſeretur vendidiſſe , ſi ſimpliciter vendat.Niſi quod putant nonnulli, vt Salicetus in dicta lege penultima, per l. poſt mortem.§. j.Quando ex fac.tut.ſatis eſſe , ſi vel ex adiecta tantū mētiōe qualitatis creditoris,deprehēdi poſsit,ꝙ iure creditoris vēdiderit.Quod equidē admiſerim, ſi ſatis conſtare poſsit,quod ipſam rem pignoratam vendidit ſolēni more,quo ſolēt vēdi pignora.Secus verò ſi ven

didiſſet,vt creditor & iure ſuo, ius quod habet in pi-
gnore:quod in dubio quidam putant,ex quibus Caro
lus Molinæus in tracta.de contractibus vſurariis. nu.
343.ſolum eſſe venditum,etiamſi dicat creditor ſe pi-
gnus vendere.argum.l.cum poſterior creditor.de di-
ſtra.pig. Rem autem pignoratam ita maximè videtur
iure creditoris vendidiſſe,ſi hoc exprimat ſe facere ſe
cundum iura conuentionis,vel legis:hoc eſt,ex pote-
ſtate ſibi à debitore vel à lege conceſſa,& ſolenni mo-
re,quem penè ſingulæ regiones habent vendendi pi-
gnora.Subieci,*cum poſſit*.Nã debet ritè facta eſſe ven
ditio rei pignoratæ, vt euictionis periculum non re-
dundet in creditorem,d.l.pen.de pig.act.Adeo vt du-
bitem,num ex hac reſtrictione aliquid relaxari poſsit,
videlicet,vt ſatis ſit,quòd ſaltem iuſto errore creditor
putauerit ſe poſſe vendere. Licet enim quidam,Salic.
ſc.in l.j.C.creditor.euict.pig.non debe.ita relaxent:a-
lij tamen,vt eſt Fulg.in ead.l.j.per l.ſeruos. C.ſi vendi.
pig.aga.& ipſe Salic.in d.l.pe.de diſtract.pig.omnino
reſtrictioni adhærent.Certè ſi fraudem admiſceri, vel
ceperit emptorem creditor,vbi reſciuiſſet ſe à debito
re deceptum in pignore,eo quòd is rem alienam obli-
gaſſet,malítque hoc periculum ad emptorem redun-
dare,fretus beneficio legis, quæ à periculo euictio-
nis eum eximit: iam abutitur legis beneficio, & ſe i-
pſe decipit: ſicut enim æquum eſt, inſcium credito-
33 rem vinculo euictionis non aſtringi: † ita quoque
eum qui fraudem admiſit,vel decepit,nõ excuſari,l.2.
C.credito.euict.pign.non deb.ſicut ad euictionem e-
iuſque periculum aſtringitur venditor, ob dolum, e-
tiamſi cum emptore pactus ſit,ne euictionem præſtet,
l.emptorem.§.ſententiam Iuliani.& in fi.eius l.de act.
empt.Sic & curator bonis datus,& creditor in poſſeſ
ſionem bonorum miſſus, de dolo tenentur, l. prætor
ait.§.eſt pretereа.de bonis auth. iudi.poſsi. Accur.ad
l.de curatore de curat.bon. dand. & ex eiſdem veræ
philoſophiæ præceptis dolum deteſtntibus emana-
uit Pauli reſponſum,in l. ſeruus tuus,de dolo malo.&
ibi.Alberic.quo doli dat actionem in dominũ, cuius
conſilio ſeruus domini debitor in peculio mutuam
accepit pecuniam,vt domino ſoluat,decepto alio,qui
ei ſeruo credidit. quod reſponſum ad liberos quoque
homines extendunt.Alberic.in d.l.ſeruus tuus.Quod
34 autem ipſemet creditor non euincat, æquiſsima ra-
tione eſt inductum,l.ſed etſi is. de diſt. pign. ſiue iure
dominii euincere vellet, per rei vindicationem: ſiue
iure creditoris, ex alia cauſa crediti, per hypotheca-
riam actionem. Priore enim caſu obſtaret ei excep-
tio rei venditæ & traditæ,vt per Odofri.in dicta l. et-
ſi is.cùm nulla ſit ei iuſta cauſa vendicandi, cuius re-
plicatione aduerſus eam exceptionem vtatur: vt in l.
prima,in fin.de except.rei vendit. & tradit. quando-
quidem nec fideiuſſor euictionis audiretur, ſi ex ſuo
ipſius poſtea obueniente vel cognito iure, vendicare
rem vellet,l.exceptione.C.de euict.

Poſteriore verò caſu, ſi ad hypothecariam actio-
nem confugeret ipſe creditor, iam de euictione te-
neretur, cùm præſtare debeat, ſe cæteris omnibus
potiorem in pignore, ex ea cauſa, ex qua pignus di-
ſtrahit.dict.l.prima,C.credito de euictio.pignor.non
debe.Ita vt in hac vna ſpecies, eluceſcat duplex ra-
tio illius conſtitutionis, l.cum à matre.C.de rei ven-
35 dicat.& ibi Caſtren. † qua quis prohibetur vendica-
re id quod alienatum eſt, ab eo, in cuius hæredita-
tem ſucceſsit:Nimirum,quia teneret eum de euictio-
ne actio, l.vendicantem.de euictio. & huius periculo
ceſſante,nõ poſſet adhuc cõtrauenire facto defuncti,
ex cuius perſona lucrũ ſentit,l.ex qua perſona. de reg.
iur.Quarum quidem rationum priorem, accomoda-
bis ad creditoré,qui vendidit,eiuſque hęredem,ſi ipſe
tentet euincere hypothecaria actione. Poſteriorem
vero,ſi iure dominij vendicare intendat. Sane euicta
re ab alio iure dominij, hoc debet creditor præſtare
emptori,ꝙ abſque ſuo incommodo potuit: Scilicet,vt
actiões,quas aduerſus debitorem habet(habet autem
ſemper ad minus contrariam pignoraticiam)ei cedat
l.in creditore.de euict. nõ quidẽ ſolum cũ ab initio de
cedendis actionibus cõuenit: l. Modeſtinus. de ſolut.
verum ẽt ſi id nõ cõuenerit. Nam licet inutilis videri
poſsit actio creditori,qui iam ſuũ recepit,ꝙ nec cogi-
tur cuiquã reſtituere,cum de euictione non teneatur:
fit,vt actio inutilis cedenti,proſit ceſſionario. quia nõ
eadem eſt ratio repellendi vtrunque:Ang.in d.l.in cre
ditore. Cum magna enim iniuria emptoris locupleta
retur debitor, liberatus à creditore, ſi & ab emptore
omnino cenſeretur liberatus: ſicut ab eo liberatus eſt
creditor, vſque adeo, vt etiã nondũ ſolutum pretium
poſsit creditor petere,poſtquam res euicta eſt, l. cũ ea
conditione.de euiction.Neque hic dicas,cum Fulg.in
d.l.in creditor.ſolutione debiti ipſo iure tolli ſolã ob-
ligationẽ principalis debiti,ꝙ ſolutum eſt:nã ea ſubla
ta, ex conſequenti quoque tollitur hypothecæ obliga
tio,l.item liberatur.in princip. quib.mod. pig.vel hy-
36 poth.ſoluit.Igitur † re aliena pignori data & vendita,
ſemper tenetur debitor:l. reſcript.§. ſi aliena. de di-
ſtract.pign.vel emptori, ſi euicta res ſit, & à creditore
debitor fuit liberatus, eo ꝙ creditor non debeat em-
ptori reſtituere pretiũ ex aliqua cauſa:videlicet,vel ex
cauſa euictionis ab eo promiſſa:d.§.ſi aliena.& di.l.e.ſi
mandato Titij. §.credit. mand.vel quia res ſit in cauſa
redhibitionis: vel quia alia qualibet ratione poſsit in-
empta fieri,l.ſi creditor.in 2.reſponſ.de ſolut.vel domi
no rei pignoratæ & venditæ,ſi nõdum ea euicta ſit:ve-
litque ratam habere venditionem rei ſuæ,non ſuo no-
mine factã, etiam ſtatim, & non in vltimũ ſubſidiũ re
perempta aut vſucapta,Fulg.in d.§.ſi aliena.et in l.ma
ter.C.de rei vendic.vel denique ipſi creditori, ſcilicet
euicta re pignorata,cum de euictione teneretur credi
tor,vel alia aliqua ratione factũ ſit, vt apud creditorẽ
non ſit permanſurũ pretium.Eſt ergo in ſuſpenſo libe-
ratio debitoris à creditore, quam diu, creditore eui-
ctionis nomine obligato,incertũ eſt,an euincetur res,
necne:d.§.ſi aliena.in fi.in verb.arbitror interim quid
ratio.ita vt ſi euictionis tempora lapſa ſint, & in ſecu-
ro ſit res emptori,videatur ab initio venditionis, pre-
tijq; accepti,debitor à creditore liberatus.Sed ſi euin-
ci eã contingat, nulla cenſeatur vnquam facta libera-
tio:& durat interim ceſſans potius quã extincta, l. qui
res.§.aream.de ſolutio.cedi quoque poſſet:Anto.Neg.
contra Riuium & Decium.in j.membr.6.partis ſui tra-
ctatus.de pig.verſ.ſiue num.42.ſed non exerceri,ante-
quam velut in lucem reducta per euictionem,vel abla
tum à creditore pretium,ex alia qualibet cauſa. Nam
ꝙ dicitur reſpondiſſe † Philippum Deciũ,non veterem
37 actionem tunc exerceri,ſed aliam, nempe vtilẽ ex em-
pto,minime ſequendũ puto: neque in illius improba-
tione multum laborandum erit cum apertiſſime reſ-
ponderit I.C.in fi.d.§.ſi aliena:quis cũ quo,& ad quid
agat eo caſu,quando creditori eſt ablatum pretiũ, vi-
delicet quod creditor cum debitore agat, & debi-
tum perſequatur. Quibus verbis,tam clare deſcripta
priſtina actio perſonalis ex obligatione principali
cui hypothecaria acceſſerat,ſed inutilis, quia rei alie-
næ,vt non poſsit alijs verbis clarius exprimi aut deſi-
gnari. Sed & pignoraticiam contrariam actionem eo
caſu dari,ex alio reſponſo,lege ſi pignore.§. ſi creditor
cum venderet. & ibi Caſtrenſ. de pignor.action. ma-
nifeſtum eſt. Multumque diuerſa eſt ab hac illi facti
ſpecies, in qua poſt euictionem venditi pignoris, ex
empto agit contra debitorem,vel ipſe creditor,ſi in ſo
lutum acceperit pignus, & ſic quodammodo emerit:
l.eleganter.in princip.de pignor. action.vel emptor ſi
ab apparitore emerit iudicatum exequente, & ex pre-
tio liberatus ſit debitor à creditore,lege ſi plus.§.j. de
euict



euict.Nã & ſic videbitur in effectu emiſſe ab ipſo de-
bitore:quãdoquidem vulgo dici ſolet: *Quod factum
iudicis reputetur factum partis.* hoc eſt, quod fit à
iudice pignus creditori addicente in ſolutum,vel alij
vltimo licitatori,hoc cẽſeri factum. i. ſolutum datum
aut venditum ab ipſo debitore, qui ſponte contraxit
obligationẽ, in cuius conſequentiã cũ mora ſoluendi
ſit ad diſtractionem pignoris conuenti vel iudicialis
deuentum eſt.
38 Sed † non ſemper ad debitoris grauamẽ ſpectat,quòd
creditor,cùm pignus venderet,duplum promiſerit:l.
ſi pignore.§.ſi creditor cum venderet.de pig. ac. quid
enim ſi præter omnem conſuetudinem & regionis &
debitoris ita promiſerit?nec vllum emolumentum ta
lis venditio attulit,ſed potuiſſet eo pretio vendere,e-
tiamſi non tam ſecurum emptorem feciſſet. Certè nõ
poſſet videri id feciſſe,vt bonꝰ paterfamilias, & pro-
inde regreſſum pignoratitiæ cõtrariæ actionis nõ ha-
beret,ad id quod intereſt eius in pignore deceptũ nõ
eſſe:videlicet ad id quod ex cauſa ꝓmiſsionis euictio
ne ſecuta,ſoluere emptori debuit.Si quid aũt illorum
trium quæ iam diximus,habeat creditor,quo ꝓbabi-
liter dici poſsit motus,vt tantã ſecuritatẽ emptori ꝓ-
mitteret: recuperabit à debitore quicquid emptori
præſtiterit.Imo etiã,antequã præſtet,alio remedio cõ
ſultũ ei erit:l.ſi neceſſarias.§.j.de pig. act. videlicet vt
ſi quæ alia habeat pignora,ab eodẽ debitore,& in ean
dem cauſam,non vendita:illa perſoluto etiam debito
principali retineat,donec ei caueatur ab eo quod eui
ctionis nomine promiſit indẽnem eum futurũ, & ſic
perſoluto debito principali,retinetur adhuc pignus
propter debitum quod incidere poſſet,Bal.in d.l. ſi ne
ceſſarias.§.j.Qualis quidem cautio præſtatur etiam in
ter cohęredes de luendis pignoribus,l. hæredes.§.idẽ
obſeruatur in pignorib.famil.erciſcun. & marito re-
ſtituenti vxori domum dotalem,cuius gratia de dam-
no infecto cauerat,l.cum mulier.de dotis repetitione.
ſolut.matrim.

Nõ poteſt tamen tanta eſſe culpa creditoris in pro-
miſsione dupli,contingente euictione,quin ſaltem de
biti ſummam conſequatur à debitore, l. nec enim. de
pig.act.qui euictione ſecuta,cenſetur ab eo nunquam
liberatus,l.reſcriptum.§.ſi alienam.de diſtract. pign.
39 † An aũt & vſuras ĩ debito hic includamꝰ,ſic vt& illas
ſtipulatꝰ creditor,petat cũ ſorte poſt euictionẽ, diffici
liꝰ dixeris.Erit diſtinguẽdũ,an ſimplũ,an duplũ,ex cã
ſa euictionis creditor promiſerit:Si ſimplum tantum,
repelletur ab vſurarum petitione,d.l.nec enim verſic.
ſed ſi ſimplum.quaſi non debeat debitor cenſeri feciſ-
ſe moram ſoluendi ex tempore,quo pretium pignoris
percepit creditor,donec illud, euictione ſecuta red-
dat emptori.Nam nec ſic aufertur ab eo commodum
quod fuit in medio tẽpore in vſu pecuniæ pretij.Nam
conſequitur ab eo emptor precium,cum vſuris totius
temporis, vt qui medio tempore perceperit fructus
venditi pignoris,quos vt bonæ fidei poſſeſſor (qualis
quilibet præſumitur) fructus interim fecerit ſuos.
Compenſabit ergo vſuras ſibi debitas creditor, cum
vſu pecuniæ pretij:ne qualecunque commodum è pi-
gnore apud eum remaneat,ſed cedat potius debitori,
à quo cauſam habet,etiamſi res fuerit aliena,d.l.reſcri
ptum.§.ſi aliena.verſic.& ſi maiores fructus.& verſic.
& cum per iniuriam.Et in illo conſiſtit doli exceptio,
quã ea in parte dicimus obſtare creditori, in d. lege
nec enim.in fin. qui contra bonum & æquum vſuras
pecuniæ peteret, pro eo tempore quo fuit ſoluta,v-
ſumq; pecuniæ habuit,initiata liberatione debitoris
atque ſuſpenſa ex eo,an res pignorata vendita euince
retur,nec ne.Si verò duplum pręſtitit creditor ex ſua
promiſsione emptori iam petet à debitore quas ſtipu
latus eſt vſuras,medij quoque tẽporis,quo poſt pigno
ris venditionem,vſq;ad euictionẽ,tenuit.*Quia ei ni-
hil ſolutum eſſe,vt auferri nõ poſſit, palam factũ eſt.*
Nihil,inquam,ei ſolutum eſſe:hoc eſt, nullum ex ſolu
tione commodum habuiſſe,& ne vſum quidem pecu-
niæ pretij medio tempore:cũ dupli nomine plus fue-
rit emptori ſoluendum, quod abſorbet omnem vtili-
tatem,quam medio tempore ex vſu pecuniæ cenſere-
tur habuiſſe,Accur.in dict.l.nec enim.adverb.factum
eſt.Quid ergo, ſi in vſu pecuniæ medij temporis plus
fuerit commodi,quàm in duplo præſtando diſpendij?
quod facilè in hac regione euenire poteſt,vbi ex con-
ſuetudine,non niſi triginta annis,etiam inter præſen-
tes completur vſucapio rerum immobilium, videli-
cet,ſi ea penè completa, incipiat primum contra em-
ptorẽ bonæfidei agere dominus:an integras adhuc v-
ſuras,totius medij tẽporis,cõſequetur creditor, quia
duplum ſoluit emptori: An potius id quod amplius
eſt in vſu pecuniæ,tanti temporis commodi, quàm in
duplo pretij id nõ conſequetur,quaſi, quoad illud reſi
duũ,putet tñ ſimplũ præſtitiſſe? Scīdit hic ſe opinio.
Nãſunt(Barto.& Salicet.cum Ricard.in d.l.nec enim)
qui velint quod reliquas vſuras conſequetur adhuc
creditor,neque eas cum vſu pecuniæ compenſabit. vt
quemadmodum ipſius eſſet iactura,ſi dupli onus vtili
tatem excederet vſurarum,híſque ſolis contentus de-
beret eſſe creditor, ita quoque eius commodo cedat,
ſi forte vſuræ excedant duplum,vt integras eas habeat
nihil ob vſum pecuniæ pretij diminutas,& vt non au-
diretur creditor, ſi priore caſu reliquum onus dupli,
quatenus excedit vſuras,vellet in debitorem reiicere:
Ita nec poſteriore caſu audiendus ſit debitor, ſi velit
effugere onus vſurarum ab eo promiſſarum,quatenus
40 excedunt duplum,Arg.l.1.C.de ſol. † Accurſius tamẽ
in 1.allegata gloſſ.ad verb.facta, & cum eo nonnul-
li,Alber.ſc.& Fulg.in d.l.nec enim.in contraria ſentẽ-
tia ſunt:videlicet,quod non conſequetur creditor eas
vſuras,quæ duplum,quod emptori præſtitit,excedunt
Quod vt manifeſtius fiat,ſic habete.Ex pretio pigno-
ris venditi perſolutum ſit creditori,ita quod ſi euictio
non eſſet ſecuta,debitor plene liberatus eſſet à credi-
tore:oportet pretiũ diſtracti pignoris,quod apud cre-
ditorem remanſit,æquale fuiſſe pecuniæ ei debitæ:at-
que ita quantæ ſunt vſuræ pecuniæ debitæ, tantũ quo
que eſt emolumenti in vſu pecuniæ pretij medij tem-
poris:duplum ergo emptori à creditore præſtitum,cu
ius occaſione permittitur creditori petere vſuras, ea-
tenus peti eas permittet,quatenus cũ dupli quantita-
te concurrunt:vt effectus reſpondeat ſuæ cauſæ.In ex-
ceſſu vero eadem ſubeſt æquitas,quæ eſt in ſimplo ſo-
luto:eaque ſuadet,vt vſuras debitas compenſet credi-
tor cum vſu pecuniæ pretij.Nam eadem eſt ratio toti-
us & partis,l.quæ de tota.de rei vendicat. Et ſic,eo ca
ſu,doli exceptio æque obſtat in vſurarum parte, exce-
dente alterum ſimplum:ſicut cum in ſimplum tantum
eſt ſolutum,obſtat in totum,ne vllæ vſuræ petatur. Et
hæc deductio bene expenſa inuenietur apertior & ſo
lidior,quam aliorum quorundam,(Fulgo.ſ.in d.l. nec
enim.)qui Accurſio quoque adhærendum putarunt.
Nam quod illi dicunt,reſpondentes aduerſarijs,ad ra
tiones eorũ quas paulo ante attulimus, quomodo dã-
num ſi quod ſua culpa ſentiant,procurator,negotiorũ
geſtor,ſocius,id ſibi merito imputare debeant. Lucrũ
vero non æque ſit eorum,ſed domini aut ſocietatis,l.ſi
quis negotia.de nego.geſt.l.qui proprio.§. procurat.l.
non ob eam rem.pro Soc.quaſi ſic quoque creditor du
pli,damnum,quod inconſultius promiſit,ferre debeat
ſed commodum vſurarum non ſit habiturus: ſubuerti
facile poſſet,ſi dicas,quod creditor non expectat vſu-
rarum cõmodũ,ex eadẽ cauſa,ex qua dupli dãnũ ſuſti-
net.In hoc enim dãnũ incidit ex im ꝓuida ſua ꝓmiſsio
ne, quã in vẽditiõe pignoris fecerat. Vſuras vero cõle

quetur ex ipſius ſtipulatione,cũ primum contraheret
eam obligationem, in quam accepit pignus vel hy-
pothecam. Et velis nolis ad rationem boni & æqui
41 hic ſolum eundum eſt,†quæ ſanè,ſeruata proportio-
ne, eadem eſt in toto & in parte. Nam ſi ſola verba
ſpectes rationis à Iuriſconſulto adductæ,in d.l. nec e-
nim.in verb. quia nihil ei ſolutum, cur duplo ſoluto
emptori petat creditor vſuras debiti,quas eſt ſtipula-
tus:videbitur vtique non male quoq; conuenire ſim-
plo ſoluto. Illo enim reſtituto à creditore emptori
poſt euictionem, palam per eam euictionem factum
eſt, nihil ſic eſſe ſolutum creditori, vt auferri ei non
poſſet:imo quòd non ſit re ipſa iam ei ablatum. Reſti-
tuit enim pretium quod non cenſetur vnquam per-
uenisſe ad eum cum debuerit reſtituere,Fulgo. in d.l.
nec enim.l.ſi poſſeſſor. §. bonæ fidei. de petit. hæred.
Atque ita,ſi in cortice verborum conſiſtas,eadem ra-
tio videretur ſuadere,quod vel ſimplo ſoluto,reuiuiſ-
ceret priſtina debitoris obligatio,cum omni ſua cau-
ſa:hoc eſt,cũ vſuris, præſertim ſtipulatis, & quæ non
dependet ex ſolo iudicis arbitrio:ſed in neceſsitatem
obligationis ſunt deductæ.cùm ablato creditori pre-
tio putetur nihil vnquam ei ſolutum,cur non exerce-
retur nũc priſtina actio,quemadmodum ei potuiſſet,
ſi nunquam vendidiſſet pignus quòd nunc eſt euictũ?
Atque ita quidem ſummo iure res ſe haberet, & ad v-
ſuras quoque ſimplo tãtum reſtituto emptori, agi poſ
42 ſet†, & verè agi poſſet: Ita quòd ipſo iure actio com-
petat. Sed vſuras petenti creditori obſtabit doli ex-
ceptio, ex ratione boni & æqui. propterea quod ab
omni æquitate ſit alienum, quod creditor duplex refe
rat commodum occaſiõe vnius eiuſdémque pecuniæ,
& eodem tempore,contra l.qui his idem. de verbor.
oblig.Nempe quod vſuras illius habeat ex ſua ſtipu-
latione,tanquam moram ſoluendi feciſſet debitor,ita
quòd medio quoque tempore quo pignus fuit vendi
tum & nondum euictum, in mora fuiſſet, & quod ni-
hilominus retineat vſum pecuniæ pretij pignoris,
quod ad conſequendam ſolutionem (quæ aliquandiu
43 etiam firma ſtetit)ipſe creditor vendiderat. Aliud†ad
huc eſt pactũ creditoris in venditione pignoris,quod
ſemper alterutrius oneri eſt,vel creditoris, vel debi-
bitoris,videlicet quando vendit data dilatione ſoluen
di prætij,quibus enim modis fit, vt non improbetur
in venditione creditoris promiſsio dupli,in euentum
euictionis (nimirum ſi quid maioris emolumenti ſic
facta venditio attulerit,vel ex more regionis, aut de-
bitoris ita facta ſit.)eiſdem quoque modis excuſabi-
tur,data emptori dilatione ſoluendi pretium. quam-
uis alioqui non poſsit creditor,in præiudicium debi-
toris,de alieno vllam gratiam facere emptori:ſed tan
tum in ſuum ipſius præiudicium.l.eleganter.§.ſi ven-
diderit.de pignorat.actio.& ibi Caſtrenſ.Quando er-
go creditori ad culpam imputari non poteſt,quod fi-
dem de pretio habuit, non liberabitur ab eo debitor,
antequàm pecuniam prætij ſoluerit emptor, l. quæſi-
tum.in princ.de diſtr.pig.Si pluris vẽdiderit creditor,
quàm ei debebatur, reſiduum ſi non accepit,non red-
dit debitori:ſed actionem ei aduerſus emptorem man
dat.d.§. ſi vendiderit. Si verò delegare velit,non au-
diet eum ſi nolit debitor:l.penult. de pign. actio.ſic e-
nim liberaretur creditor, qui mandata tantum actio-
44 ne ipſo liberatur.†Non cogitur autem debitor, idém
que creditor pignoraticiæ actionis, mutare inuitus
debitorem, videlicet vt pro creditore, quem obli-
gatum habuit, ex recepto pignore, nunc debitorem
habeat emptorem pignoris,& de relicta pignoraticia
actione,aſſumat ſibi ſolam ex vendito actioné,contra
emptorem,Fulgo.in d.l. penult.de pig.act.ex l.ſi man-
45 dato meo.manda. †Mandat itaque debitori creditor
actiõem,ad ſuperfluum pretij,periculo ſuo, i. credito
ris. dict. §. ſi vẽdiderit.Aliter ſanè, quàm ſi vẽdita res,
venditori per vim auferatur, antequam eam emptori
tradat. Hic enim mandabit actionem emptori, peri-
culo emptoris,l.ſi ea res.de action. empti. & ibi Ca-
ſtrenſ.Nulla enim interuenit venditoris culpa, etiam
ſi ſuſcepiſſet cuſtodiam, quæ aduerſus vim non æque
valet, vt aduerſus furta.Aequum eſt ergo, vt vendi-
tor liberatus non ſuſtineat periculum, aut ſumptum
litis ab emptore inſtituendæ, aduerſus raptorem: ſed
in pignore vendito, & fide de pretio habita, Aequum
eſt adhuc teneri creditorem, cuius fortè aliqua cul-
pa detegetur, quòd inconſultè de pretio fidem ha-
buerit ei,qui nunc inuenitur non eſſe ſoluendo, cùm
venit dies ſoluendi pretij: & præſumitur retro quo-
que non ſoluendo fuiſſe,niſi probet creditor lapſas po
ſtea facultates.

Incurrunt nunc in ordinem pacta de pignorum fru
46 ctibus,†de quorum compenſatione dupliciter paciſci
mur,Videlicet vel vt cum debito compẽſentur, vel vt
cum vſuris eius.Prioris generis pactũ, de quo in Mo-
deſtini reſponſo,l.Caius.de pig.act.legimus,Accurſio
ibi in gloſſa.i. viſum eſt ſuperuacaneum:cum idipſum
fieret,etiã ſi non ita conueniſſet.Nempe quod fructus
ex quibus conſecutus eſt creditor debitum, le.j.C. de
diſtr.pign. (vt puta ſi functioné recipiãt cum eo quod
debetur,vel à creditore ſint conſumpti, vt ſic deſcen-
dere oporteat ad æſtimationem pecuniariam)imputa
retur creditori in ſortem,ſi non debeantur vſuræ,l.j.&
2.C.de pign.act.vel quatenus excedunt vſuras,in quas
primo imputantur:& deinde quod ſupereſt in ſortem,
l.is cui.§.quæri poterit.Vt in poſſ. legat.cauſa. At non
47 ſatis†expendit Accurſius integrã pacti formam,vide-
licet:*Vt creditor pignus ſuum in compenſationem pe
cuniæ ſuæ certo tempore poſſideret.* In compenſatio-
nem,inquam, veræ adæquationis: Ita vt non imputet
in partem tantum debiti,ſi interim pauciores fructus
percipere eum cõtingat,nec reddat ſuperfluum,ſi ma-
iores perceperit:ſed ex poſſeſſione pignoris,certo tẽ-
pore conuento retenta,ſibi integre ſatisfactum putet:
quaſi ab initio totius illius temporis fructus,quantoſ-
cunque naſci interim contingeret, in ſolutum acce-
piſſe putetur:& in effectu emiſſe,pretio eius quantita-
tis pecuniæ, quæ debebatur ei, vt expectet vtrunque
euentum, ſiue vbertatis, ſiue ſterilitatis. quod vti-
que ſic non fieret, niſi eſſet cõuentum. Et quamuis
fructus imputentur in debitum, vel vſuras eius, non
ſic tamen compenſantur, vt adæquentur,niſi ita con-
uenerit.

Poſterioris generis pactum, videlicet, cum conue-
nit vt creditor perciperet fructus pignoris aut hypo-
thecæ in vſuras debitæ pecuniæ, vocarunt Iuriſcon-
ſulti,in l.ſi pecuniam.de pignor.action.& l.ſi is qui bo
48 na.§.1.de pign.antichreſim:† vbi inepte legerunt ple-
rique,& non minus ridicule interpretati ſunt antipho
nam pro prætorio pignore, quod ex primo decre-
to contrahitur, & præparatorium eſt ſecundi de-
creti.Cui quidem prætorio pignori, ex omnibus quæ
in Martiani reſponſo leguntur,l.ſi is qui bona.§.prim.
leguntur, nihil conuenit, quam illud ſolum, quod in
fine dicitur, in factum actionem dari. Nam ea actio,
ad omnia quæ incidunt circa prætorium pignus,dan-
da eſt:leg.prætor ait.in principio. de bon. authorita.
iudic. poſsidẽ. ſiue vtilis actio exemplo pignoraticiæ,
dict. leg. is cui. §.quæri poterit. vt in poſſeſſ. legat. &
non pignoraticia,Accurſ.ad leg. prim.de pignor acti.
& ibi Fulgoſ. Quod autem à Martiano eſt dictum,
49 †retineri poſſeſsionem,donec ſoluta ſit pecunia: non
poſſes in vniuerſum attribuere pignori prætorio, hoc
enim ob varias cauſas contrahitur. Aliquando ob cõ-
tumaciam non ſiſtentis iudicio, & tunc tollitur, cum
ſe defendit,& expenſas refundit is,in cuius bonis præ
torium pignus eſt conſtitutũ,Auth. & qui iurat.C. de
bonis auth.iud.poſſ. Aliquãdo ob debitũ nõ ſolutũ &
tunc



tunc illo ſoluto tollitur,l.eum qui de priuileg.credit.
Idque generalius definit I.C.his verbis, *Nam quòd
ſi integra re fieret,in poſſeſſionem non mitteretur:id
cùm offertur, à poſſeſſione diſcedere debet.* Rurſus
quod in Martiani reſponſo ſubiicitur,creditoré in v-
ſuras percipere fructus, id quoq; in prętorio pignore
non dixeris obtinere,ſi intelligas, quéadmodum ipſe
I.C.ꝙ quãtocunque tẽpore creditor poſſederit, mul-
toſque fructus perceperit,nũquam minuetur aliquid
ex ſorte ſed vſuris tantũ.Et contra quoq; etiãſi ex pre-
tio fructuũ nõ cõperiatur ſatisfactũ legitimę quanti-
tati vſurarum,id quod deeſt,nõ ſupplebitur, ſed in v-
ſuras pecunię ꝑcipiet creditor fruct⁹ pignoris, quos
naſci cõtinget:adęquata illorũ inter ſe cõpẽſatione,ꝑ
conuentioné ab initio factã.Quod vtiq; non ſic ſerua
tur in prætorio pignore,cuius fructus imputantur in
vſuras primũ,& deinde quod ſupereſt in ſortem.d.l.is
cui.§. qri poterit.vt in poſſ.legat.& l.Titia.de ſolutio.
Quod vſq; adeo eſt verũ,vt quẽdmodũ creditor tene-
tur de fructibus cõuenti pignoris quos potuiſſet per-
cipere:l.2.C.de pig.act.ſic quoq; teneatur de fructib⁹
prętorij pignoris,hoc ſolo diſcrimine,ꝙ conuento pi
gnore teneatur,ſiue culpa, ſiue dolo omiſerit percipe-
re.Sed qui p̃torium habet pignus,ita demũ tenebitur,
ſi dolo nõ ꝑceperit de quo ſolo tenetur.l.prætor præ-
terea.de bon.auth.iudi.poſsi.

Reiecta ergo hac interpretatione,de p̃torio pigno-
re,alia erit ſequẽda,quã docuit Alciatus,c.3.diſpũct.2.
50 †videlicet vt dicatur antichriſis cõtracta,cũ vſus pi-
gnoris ꝓ vſu pecunię cõceditur.hoc eſt,cũ ita pignus
datur,vt eius vſum & fructum ꝓ vſuris pecunię cre-
ditor ſibi cõputet.Et hic iã inuenietur magna vicini-
tas huius cõuẽtionis,cũ illa,qua venditur res ſeruata
facultate recuperandi eam refuſo pretio.l.2.C.de pa-
ctis inter emptor.& vendit. In re tamẽ ipſa nõ parum
eſt diſcriminis.Nam per venditioné non ſolùm poſſeſ
ſio,ſed dominiũ rei verè tranſit ad emptoré,Per oppi-
gnorationé verò ſic cõtractã,nullo modo dominiũ,&
nec poſſeſsio quidẽ omnimodo trãſit,ſed poſsidet ad-
huc debitor quoad implendam vſucapioné.l.ſerui no
51 mine.de vſucap.†nec releuatur creditor ab onere ſa-
tiſdandi,qui ſic pignori ré poſsidet, quaſi immobilia
poſsideat,l.2.§.creditor.qui ſatiſd.cogantur. Adde,ꝙ
ſimulatque debitum eſt ſolutum,vel creditore noléte
recipere depoſitũ,deperit per ſe qualis illa poſſeſsio
creditoris,vt Fulgo.in dict.l.ſi is qui bona.§.j.ex verb.
text.eo vſq; retinet,&c. quod non dixeris de emptore,
antequam à poſſeſsione recedat.In ratiõe quoq; prę-
ſcriptionis parũ ineſt.nã vẽdita re cũ pacto de reuen-
dẽdo,verior eſt in iure opinio eorũ, quibus viſum eſt
52 illi†facultati quã ſibi vẽditor ſibi ſeruauit,vt rẽrefu-
ſo pretio recuperet,pręſcribi 30.annis,vt per Fel.ad ru
br.de pręſcrip.col.ante pen.ſub finé & in c. ſi diligẽti.
col.4.verſi.2.corollariũ de foro cõpetenti. Ang.conſi.
55.incipiente Guilhelm⁹ & Frãciſc. vẽdiderunt,Ioan.
Balb.in tractatu præſcrip.in 4.parte.5.partis principa-
lis.3.quæſt. Pignori vero accepta res, quantocunque
tempore debitor in ſolutione ceſſauerit,nunquã vſu-
capitur à creditore,l.pignori.& ibi Caſtren.de vſuca.
Sed quo hęc manifeſtiora fiant, operæ prætium duxi
ſingulis verbis Martiani,cõgruam adaptare interpre-
tationé. Quod ergo ait:*Si antichreſis facta ſit*,ita ac-
cipiemus.*ſi facta*.i.ſi expreſſè cõtracta ſit.Nẽpe ſi con
53 uenerit,†vt cùm pro centum aureis à te acceptis,quo
tãnis ſex tibi ſoluere debuiſſem, tu, velut annui redi-
tus nomine, quoad ſolam, poſsideas prædium ali-
quod meum, faciáſque fructum tuũ,quem ſe rè ſolet
quotãnis eius pretij reddere. Hic iam,ex conuentio-
ne noſtra commodum vſus pecuniæ æquatũ eſt cõmo
do fructuum pignoris.Cuiuſmodi conuentio princi-
pum conſtitutionibus non fuit incognita, l. ſi ea pa-
ctione. & l.ſi ea. C. de vſur.& nec fortè ſacris Cano-
nibus.Nam talis conuentio ſignificari videtur in cõ-
ſtitutione Innocentij,in cap.j.de feud. vbi eam vide-
tur vocaſſe gageriam,loquens de pignore rei immo-
bilis conſtituto eccleſiæ in re quã ab ea debitor tene-
bat in feudum.Nam ferè ſemper fit,vt res immobiles
fructum ferẽtes,non aliter creditoribus pignoris titu
lo tradantur,quam vt fructus eius habeat creditor ꝓ
vſuris debitæ pecuniæ.Nã alioqui,quis creditor vel-
let multis in colẽdo fundo pignorato moleſtiis,parti-
culatim ſibi ſolui,& vix tandem ex fructibus multo-
rũ annorũ colligi creditũ,quod vna vice numerauit,
cũ particularis ſolutio multa habeat incõmoda,l.pla-
nè famil.herciſ.Atq; ita intellecto vocabulo illo Galli
54 co magis quam Latino†*Gageria*,videri poſſit(de quo
tamen latius erit cogitandũ) ſententiam illius conſti-
tutionis Innocentij hanc eſſe, quod antichriſim quam
in pignoribus paſſim permiſſam legimus, iuſta ꝓpor-
tione ſeruata(vt nonnulli tradũt,Alberic.ſ.in l.ſi ea le-
ge.C.de vſur.)voluerit quoque permittere prælatis ec
cleſiæ,non ſic paſſim,& in quibuſlibet prædiis pigno-
ratis, c.cum quæſtus.de vſur. ſed in iis quæ ab ipſa ec-
cleſia ad debitorem peruenerunt, eique in feudũ ſunt
conceſſa,& adde,ſi lubet,in emphiteuſim. ſic vt eccle-
ſia ſibi ſemper directum dominiũ retinuerit, quaſi res
facile redeat ad ſuã naturam.Alioqui contentio finem
nõ accipiet,ſi ſurſum & deorſum illius conſtitutionis
interpretationem vertere cœperis. Imo nec ea forte
interpretatio ſatis cõuenire videbitur verbis eius Ca
nonis, quem hodie nonnulli in vſum reducere tẽtant,
ab antiquioribus tamen, Panor.ſc.in d. c.j. de feud. in
2.interpre.& Io.Imolenſ. in 3. excogitatũ, ſed parũ eis
probatum:videlicet,quod ibi onus ſeruitij,in quo de-
bitor idemq; vaſallus eccleſiæ ratione feudi teneba-
tur,correſpondebat emolumento fructuũ feudi:atque
ita prælatus inueniens aliud cũ quo cõpenſet fructus,
(nẽpe cũ ſeruitio debito,ꝙ interim vaſallus non præ-
ſtat)nõ debeat fructus imputare in ſorté:ne duplex in
de commodũ referat debitor, videlicet, vt & minua-
tur ex fructibus ꝙ creditori debet, & vt à ſeruitio in-
terim exhibẽdo ſit liber.Hoc tamẽ ſequi dubitauerim
nõ quin per ſeueriſſimũ ſit,ſed ꝙ deciſio illius canonis
non videatur fundari in remiſſione ſeruitij,tanquã in
cauſa finali,vt ex eo dicas effectum ſuæ cauſæ cõmen-
ſurari debere,& quatenus remittitur onus ſeruitij, fru
ctus non imputari in ſorté. Sed cõſecutiue potius hæc
verba canonis,*Ita videlicet quam diu, &c.* accipi de
bere,vt ſignificetur,ꝙ donec fructus, vel dum fructus
cõputantur,non in ſorté,ſed in vſuras ſortis(cum ſcili
cet ita cõuentũ eſt,iuſta & ſolida proportione ſeruata
qualis adhiberetur in penſione annua empti reditus)
Hoc quoque fieri,& cõſequẽs eſſe,ꝙ interim debitor,
idemq; vaſallus, qui ſic domino directo oppignorauit
feudum, nullũ præſtet pro eo ſeruitiũ, tum quia illud
fructuum eſt onus(quos non percipit) tum etiã ne re-
ſurgat inæqualitas:& nõ ſit iuſta proportio fructuũ pi
gnoris,cum annua reditus empti penſione & ſeruitio.
Et hæc quidem videntur prima facie ęquiora,vt dicas
conuentum,in caſu conſtitutionis Innocentij, credi-
torem ſuos facere fructus, veluti loco reditus annui,
qui ea pecunia poterat emi:quam ꝙ dicas,abſque con
uentione ſola ratione directi dominij fieri,vt creditor
non imputet fructus pignoris in ſortem. Neque enim
ad acquiſitionem dominij multum facit directum do-
minium,ſed ea in parte præualet vtile, quod etiam ab
ea vtilitate nomen habet.

55 Porro ꝙ alio loco,in.c.ſalubriter.de vſur.conſtitutũ
eſt,†generum non cõpelli ad computãdum in ſortem
dotis fructus poſſeſsionum pro dote obligatarum, cer
tiſsimum eſt à pleriſque,(à Io.And.de Butr.in d.c.ſalu
briter.Imol.in l.in inſulam.§.vſuras.ſolut.matrim. A-
lexand.conſilio.27.volu.quart.Sozi.88.volu. quarto.)
intelligi tunc locum habere, cum pactus eſt gener

de lucrandis fructibus.Sed & ſi id non conuenit,cùm tamé nõ oĩno confidat ſocero abſque pignore videri poteſt accepiſſe, vt Caſtr.in l.de pig.acti.confiſus iuri ſcripto,quo permittitur ei lucrari interim fructus, atque ita accipi quaſi id tacitè eſſet conuẽtum. Quod verò Paulus iuriſconſultus reſpondit, in l. cum debi-
56 tor.in quibus cauſis pig. tac. cum debitor † gratuita pecunia vtitur,poſſe creditorem de fructibus rei ſibi pignoratæ,ad modum legitimũ vſuras retinere:Id ſanè tam generale eſt,& ex generalitate nimia obſcurũ, vt quod voluerit diuinari vix poſsit. Vt minimè mirandum ſit,quòd alij aliter hoc explicant. Et quidem in primis Accurſius in glo.j.d.l.cum debitor. dubitare videtur, depoſitámne pecuniam an mutuo datam intelligat, non paruo periculo & diſcrimine,quando
57 in his contractibus tam † diſpar ſit vſurarum ratio. In depoſita enim pecunia non tenetur depoſitarius ad vſuras,niſi vel ex mora,iudicis officio,l.die ſponſaliorum.§.qui pecuniam.depoſi. vel ex ſtipulatione, vel pacto iure actionis,l.Lucius.in fi.eod.titu.cùm vt vtatur pecunia permiſſum ei eſt:l.ſi ſacculum. §.j. depoſ. vel extrinſecus id euenit, propter delictum furti, in contrectanda pecunia depoſita commiſsi,qua vti non poterat,l.3.C.depoſ. Extra hos caſus vſque adeo non debet vſuras,vt nec conuentione expreſſa ad eas obligari poſſet. Cùm ſine ſorte non conſiſtant vſuræ, & depoſitarius nullius hic ſortis vſum aut dominium habuit,quare id eſſet,nedum contra naturam depoſiti,verùm etiam omnino contra bonam fidem: deſiderari vſuras ab eo qui reſtituendi moram non fecit, & qui purum beneficium in ſuſcipienda pecunia prçſtitit,abſque vlla mercede & facultate vtẽdi,d.l.Lucius. ſub fin.depoſ.Cùm ergo vſurę in depoſita pecunia vel omnino non veniant, (ſcilicet vbi nec moram fecit reſtituendi debitor, nec facultaté habuit vtendi, nec vſus eſt) vel vbi veniunt(ſcilicet mora reſtituendi facta, vel cum conueniſſet vt vti poſſet vſuris præſtitis) iure actionis aut iudicis officio peti poſsit: viſum eſt Alberi.& Fulgo.in d.l.cum debitor. reſponſum illud Pauli,qua conceditur ſola retentio non petitio vſurarum,non pertinere ad contractum depoſitæ pecuniæ ſed potius referri debere ad mutuã pecuniam: cuius vſuræ non petuntur, niſi in ſtipulationem venerint l.quamuis.C.de vſuris.Sed hic rurſus ſe ſcidit opinio, opinantibus quibuſdam,ex quibus Accur.in d.l. cum, debitor.in glo. verbi,retinere.verſic.dic. tamen ſecundum Irreanum, & bene,quod ſaltem pacto.&c. quod ſaltem nudo pacto promiſſæ ſint,quòd licet ad efficacem obligationem earũmque petitionem non ſufficiat,dict.l. quamuis.ad retentionem tamé, (id eſt, ad hoc vt retineri pro vſuris æquè vt pro ſorte poſsint pignora vel fructus eorum)vtique ſufficere. Quod ra-
58 tionem habet,cum pignora † conuentione pacti ( etiã nudi &ad actioné nõ efficacis) vſuris quoque obſtricta ſint:l.per retentionem. C. de vſur.hoc eſt, cum in vſuras quoque ſunt accepta,quod etiam ſemper in du-
59 bio intelligitur eſſe factum, quando ſimpliciter ſunt accepta. quaſi debitoris ſit vſuras excipere, & oppignorationem reſtringere ad ſolam ſortem, ea lege apertè dicta,ſi nolit videri in omnem cauſam pignora eſſe data.Accur.in d.l.cum debitor.& Caſtren. in d.l.
60 per retentionem. Sed an ſolutę † ſimpliciter pecuniæ eadem ſit ratio,(hoc eſt,an præſens in vſuras quoque facta eſſe intelligatur) difficilius dixeris in hac ſpecie,in qua vſurę non debentur ſummo iure vt poſsint eximi.Accurſius enim,in d.l.cum debitor.in glo. verbi retinere.in verbis,aliud eſt pecunia ſoluta. &, cum eo alij nonnulli,Caſtr.ſc.in d.l. per retẽtionem. putãt diuerſam eſſe rationem in ſolutione, quæ non intelligitur ſic facta,niſi in id quod ſummo iure debetur, & exigi poſſet: pro quibus ſtat apertiſsimè reſponſum Iuriſconſulti,in l.in his.§.eidem autem reſcripto. de ſolu.quo ipſum interpretatur,quomodo intelligi hoc debeat quod dicimus, ſimpliciter ſolutam pecuniam, intelligi primum ſolutã in vſuras, népe in eas vſuras, quas debitor cogeretur exoluere iure actionis, cùm naturaliter & ciuiliter ex ſtipulatu debeantur:non verò in eas quarũ noïe nulla eſt actio,ſed competit tantum facultas retinendi. Itaque mirum eſt inueniri qui dicant,videri & in eas vſuras ſolutum:& in his Accurſius.in d.§.eidem.ad verb.exoluere.& Fulgo. in d. l.cum debitor.interpretantes verba Iuriſconſulti, in d.§.eidem, de omnibus vſuris quas debitor cogitur exoluere: ſiue iure actionis, ſiue ſolius retentionis. Nam ſi tam generaliter intelligas,nulla erit reſtrictio ex illis verbis Iuriſcõſulti,in d.§.eidem. *Ad eas vſuras videtur pertinere,&c.* quæ tamen, inſpectis præcedentibus, omnino dici debent cauſa reſtrictionis appoſita : eritque notiſsima reſtrictio, ſi dixeris, adiecta ad diſcrimen earum vſurarum, quarum ſola retentio conceditur creditori, ex eo quod poſsidet: velut ex pignore aut fructibus eius. Sed ſi nihil poſſideat,non eſt ei conſultum actione,neque permiſſa petitio.Alij vero intelligunt illud Pauli reſponſum, cum nullo modo vſuræ ſunt promiſſæ, nec ſtipulatione, nec pacto nudo, ſed omnino gratuita eſt pecunia, id eſt,gratis credita, non fœnerata. At quomodo hic
61 iam,inquies,induces † mentionem vſurarum gratuitæ pecuniæ? Certe quia liberalitas vnius,videlicet creditoris,qui ſine fœnore pecuniam credidit, deſiderat & prouocat alterius quoque,vt puta debitoris, aliquam liberalitatem,arg.l.ſi vero nõ remunerand.§.idem Papinianus. Mandat.nempe, vt non tam acerbe fructus dati pignoris repetat,aut in ſortem imputet,quin ſaltem aliquam eorum partem, vſque ad modum legitimum vſurarum, relinquat creditori. Nam inhumanum eſſet,debitorem cum creditore,à quo gratis mutuum habuit,tam exacte fructuum pignoris rationem inire velle:quod adhuc cogeret eum, velut ad nouum beneficium:nempe vt pecuniam totam, vna vice creditam, recipiat creditor per particulares ſolutiones ex fructibus collectas,tam exacte & rigide, vt nullam fructuum partem poſſet creditor acceptam ferre in vſuras,ſed in ſortem imputare deberet omnes.Hic ergo vſuræ, quæ nullius conuentionis iure debentur, nunc ſaltem tradito pignore retinebuntur ex fructibus eius, ſicut ex ipſo pignore poſſent retineri: ſi ſaltem nudo pacto eſſent promiſſæ.Ita vt hic ſint tres velut gradus conſequendarum vſurarum. Nam ſi ſtipulando promiſſæ ſint, iudicio & iure actionis poterunt peti, l.j. C. de iudic. Si vero pacto nudo promiſſæ ſint etiam in ſtricti iuris contractu,retẽtio dabitur pignoris, quoad ſoluantur,l.per retentionem.C.de vſufruct. Si vero nullo modo promiſſæ ſint, dabitur retentio ex fructibus pignoris,d.l.cum debitor.

*Et in fundum aut in ædes aliquis inducatur.* ) Hæc verba mouerunt doctores, vt vulgo putarent omnes prætorium pignus hic intelligi:cum,ceſſante aut latitante debitore, mittitur creditor à prætore in poſſeſ-
62 ſionem bonorum debitoris. † Sed errant tota via, nec hic ab ipſo debitore inducitur creditor in poſſeſſionem pignorum,quæ non ſola conuentione,ſed re ipſa, & traditione ei obligantur. Porro cum ruſtici prædij fructus plerumque incertiores ſint, ex ſterilitate vel vbertate,quam vrbani : inueniemus alia ratione hanc conuentionem excuſari ab exceſſu legitimi modi vſurarum,in vno genere prædiorum,quam in alio. In ruſticis quidem prædiis, propter incertum natura fructuum euentum,l.ſi ea lege.C.de vſur. In vrbanis verò in quibus penſio aut merces conductionis conuentione conſtituitur, ſi vberiore ſorte poterat contrahi locatio,quam pro modo legitimo vſurarum,non cenſebitur tamé creditor, qui pro vſuris inhabitat domum ſui debitoris,contraxiſſe fœnus illicitum: ſed potius condu-



ctam vilius habere habitationem l.ſi ea pactio. C.eod.tit.de vſuris,.

*Cum in vſuras percipiat.*) Hoc eſt, in locum vicemque penſitationis vſurarum,quas à debitore conſequeretur, ſinit debitor vt fruatur creditor incerto commodo fructuum pignoris. Sed an ea conuentio permiſſa ſit? Et quidem puto non dubitandum,quin quòd Cæ.conſtitutiones eas tolerant,d.l.ſi ea lege.& l.ſi ea pactione. C. de vſur.ita intelligi debeat, quod excuſent eas ab exceſſu legitimi modi vſurarum: non autem in totum ab vſura.Et proinde vbi in vero mutuo ita conueniſſet, pactio rata non eſſet:Bal.in fin.ad l. ſi ea pactione.& quod nonnulli, in quibus Alberi.ad l.ſi ea lege.& Tiraq.in repet.l.ſi vnquã.ad verb.donatione largitus.num.113. C.de reuoc.donat.aliter tra-
63 diſſe videtur, † ratione incertitudinis & dubij euentus,ſuſtineri ea pacta,ſic vt non tantum tollatur ſuſpicio,ſed & ipſum crimen vſuræ : verum eſſe poterit in alio genere contractus,quàm mutui:videlicet in emptione reditus annui permiſſa,in extrauag.duab.Marti.H.ſub titu.de empt.& vendit. vel in venditione rei cum pacto reuendẽdi eodem pretio.nam loco annuæ penſionis, quæ empto reditu ſolui deberet, poſsit conueniri, quòd vſque ad redemptionem ſiue extinctionem reditus,ſorte reſtituta poſsideat creditor aliquod prædium debitoris,ex quo fructus faciat ſuos: quorum pretium,deductis impenſis ſeminis & culturæ,ſolet vt plurimũ reſpondere quotannis annuæ penſioni. Nam, re penitius inſpecta, nihil aliud hoc eſt, quàm volenti creditori aliud pro alio, videlicet fructus prædij pro pecunia reditus annui ſoluere: quod indubiè eſt permiſſum.l.2.§.j.ſi cer.pet.l.j.§.an poteſt. de conſtit.pecu.l.pretij cauſa.C.de reſcin.vend.l.eum à quo.C.de ſolut.

*Aut locando.*)Qui hęc ad prætorium pignus referũt, hinc notarunt, creditorem miſſum in poſſeſsioné bonorum debitoris,locare illa poſſe. Quod alio loco, in l.in venditione.§.j.de bon.auth.iud.poſſ. manifeſtius eſt deciſum,ita vt non ſolum poſsit, verùm etiam debeat locare:præſtat enim dolum malum,l. prætor ait. §.eſt præterea.eod.tit.& fructus imputat in vſuras vel
64 ſortem,l.j.§.quæri poterit.vt legat.nomine. † Dolo autem aſcribitur,in l.dolus. manda. ſi quis nolit perſequi quod poteſt:ſi nolit exigere quod poteſt:& ſic quoque,ſi nolit fructum percipere ex pignore quem poſſet,gl.in d.l.in venditione.§.de tempore.ad verba, ex culpa.& ibi Bart.& quem perceptam deberet imputare in ſolutionem. Quare non rectè videtur tradidiſſe Baldus,ad Authé.& qui iurat.colũ.antepen.verſi. pone miſſus ſum in poſeſsione cuiuſdam domus, &c. C. de bon.auth.iud.poſſ.creditori miſſo in poſſeſsionem domus debitoris ſui,non imputari ſi illam non locauerit:cùm neſciat, quanto tempore ſit in poſſeſsione manſurus. Nam de tempore prætor locutus non eſt, ſed arbitrio permiſit creditoris, vt boni viri, quanto tempore locet.d.§.de tempore.

*Aut ipſe percipiendo habitandoque.* ) Ecce qui inhabitat dicitur ipſe fructũ percipere,& habitare quoque dicitur creditor.Vnde nõ omnino plena eſt & abſolutiſsima deſcriptio Iuriſconſulti,in l.j.§. habitare. de his qui ſui vel alie.iur.quòd habitare dicamus vel in ſuo,vel in conducto,vel in gratuito.Non enim conſtat omnibus ſuis membris,cum & in fundo pignorato dicatur habitare creditor.niſi quod fortè hic dici poſſet habitare in conducto,quaſi cõduxiſſe videatur domũ quãtitate vſurarũ ſuę pecunię,quę alioqui quotãnis ſoluenda ei eſſet à debitore,d.l.ſi ea l.in fin.C.de vſufr.Ac neſcio an iuri ſatis cõſonũ ſit ꝙ nonnulli,vt Bal.in præall.Authé,& qui iurat.Pau.Caſtr.in fi.l.j.C. de pig.act.& in fi.d.l.ſi ea pactiõe.& ibi quoq; Fulgoſ. tradũt,creditorẽ qui domũ pignoratã inhabitauit,cũ nec aliam erat cõducturus, nihil eo nomine imputare, aut in ſortem,aut in vſuras, ſed integrum debitum æquè percipere:nã hic inhabitatio habetur ꝓ fructu.

## De pacto legis commiſſoriæ.

*SVMMARIVM.*

1 *Pactum legis cõmiſſoriæ generale eſt,conſtans variis formis ſub cõditione ſi ad diem nõ ſoluatur pecunia.*
2 *Pactum legis cõmiſſoriæ, in pignoribus reprobatum eſt,tam directum quam indirectum.*
3 *Leges quandoque non ſolum in futurum quid prohibent,ſed etiam præterita reſcindunt.*
4 *Pactum legis cõmiſſoriæ reprobatum in pignoribus, non habita vlla diſtinctione cauſæ debiti.*
5 *Pactum legis commiſſoriæ non ſolum prohibitum eſt in pignoribus ſed quibuſlibet alijs rebus debitoris.*
6 *Quæ frequentioris vſus gratia in conſtitutionibus referuntur,non reſtringunt conſtitutionem.*
7 *Pactum, vt liceat rem aliquam debitoris creditori habere,ſi ad diem pecunia ſolueretur,prohibetur,& tacitam continet hypothecam.*
8 *Pactum legis commiſſoriæ, etiam in generali obligatione pignoris prohibetur.*
9 *Pactum legis commiſſoriæ, etiam iuramento non firmatur.*
10 *Pactum legis cõmiſſoriæ cõſuetudine non firmatur.*
11 *Pactũ legis cõmiſſoriæ, vt ſi ad diem pecunia nõ ſolueretur,dominium vtile maneret apud debitorem, directo tranſeunte ad creditorẽ,etiam improbatur.*
12 *Conuentio hæc cũ debitore inita, ſi intra certũ tempus pecunia ſoluatur pignus reſtitui,quid operetur.*
13 *Pactum legis commiſſoriæ prohibitum inter creditorem & debitorem, an prohibeatur etiam inter debitorem & fideiuſſorem.*
14 *Promiſſio vendendi,à venditione multum diſtat.*
15 *Mudæi diligens & acuta obſeruatio, in verbis Sceuolæ.*
16 *Fideiuſſor ſi ſoluerit pro debitore,an credi debeat ſoluiſſe veluti in pretium emptionis pignoris, in caſu Sceuolæ.*
17 *In reſponſo Sceuolæ ponendam eſſe negationem putat Mudæus.*
18 *Cur pactum legis commiſſoriæ toleratur potiùs in fiiuſſore,quam creditore.*
19 *Creditor ſi per fideiuſſorem tanquam tertiam perſõnam fraudem faciat legi commiſſoriæ,nihil agit.*
20 *Pactum legis commiſſoriæ ex interuallo contractui pignoris adiectum, prodeſſe ad exceptionem & retentionem vulgo creditum eſt.*
21 *Pactum legis commiſſ.ex interuallo appoſitum, non ſemper facit ceſſare fraudis ſuſpicionem.*
22 *Mudæus communem opinionem impugnat, ab eaque recedit.*
23 *Auaritia creditorum & artes prauæ.*
24 *In cauſam dotis,cur potius pignora, quam fideiuſſores dentur.*
25 *Verba legum ita componenda, vt notabilior ſit deciſio,& de caſu magis dubio.*
26 *Ex Marcelli reſponſo in l.Titius.de pig.act. communem opinionem non probari oſtendit Mudæus.*
27 *Verba ambigua conuentionũ,interpretanda vt actus valeat potius quam pereat.*
28 *Pactum,vt niſi intra certum tempus pecuniam mutuam ſolueret, ceſſurum ſe hypothecæ,quid operetur*
29 *Pactum,vt poſſit pignus dari in ſolutum creditori inuito,non improbatur.*
30 *Pactum,vt pignus pro debito ſoluatur, quatenus tolerari poſſit.*

31 *Venditio fieri poteſt hac conditione, vt ſi eius menſu-
ræ fundus non tradatur, ex alio fundo eiuſdem men-
ſuræ fundus ſeu fundi portio tradatur.*
32 *Locator præſtando ædes æquè commodas inquilino,
liberatur euictis prioribus ædibus.*
33 *Conſtante matrimonio dos cõmutari poteſt vel ex re
in pecuniam, vel ex pecunia in rem.*
34 *An dos commutari conſtãte matrimonio poſſit ſub
hac conditione, ſi ad diem pecunia non ſolueretur.*
35 *Quædã permittũtur acceſſoriè quæ nõ principaliter.*
36 *Accurſii lapſus volentis reſtringere hanc conditio-
nem, ad contractum mutui tantum.*
37 *An pacto effici poſſit, vt intra certum tempus ſors nõ
ſoluatur, vel pignus redimatur.*
38 *Pactum legis commiſſ. quando improbatum in uni-
uerſum ſit in pignoribus.*
39 *Qui promiſit, die obligationis cadente pignora in ſo-
lutum dare, non contraxit legem commiſſoriam.*

POSTREMO veniamus ad pacta quæ ſpe
ctant & tendunt ad acquiſitionem dominij
rei pignoratæ, †latiſsimè à multis tractata,
ad l. Titius. de pig. act. l. vlt. de cõtrahẽ. emp.
l. fundus. §. vlt. de pignõ. l. quãuis. de ſolut. c. j. de feud.
dat. inuicem. l. commiſſo. c. ſignificate. de pign. & vno
nomine appellata Legis cõmiſſoriç, in rubr. & l. vlt. C.
de pact. pig. ad ſimilitudinẽ emphiteuticç rei quç do-
mino directo cõmittitur, quãdo ceſſatur in ſolutione
canonis, l. 2. C. de iure emphit. & mercium, quç ob nõ
ſolutum vectigal cadunt in cõmiſſum, & deſinũt eorũ
eſſe, qui vectigal fraudare voluerũt, l. cõmiſſa. de pu-
blic. vectig. & cõmiſſ. Nã ſic quoq; pign⁹ cẽſeretur cre
ditori cõmiſſum, n õ ſoluta ad diem pecunia. Igitur le
gem cõmiſſoriam licebit venditori dicere, & appone-
re venditioni rei ſuæ: ſiue directis verbis id fiat, veluti
ſi ad diem non ſoluatur precium, res ſit inempta: quo
caſu venditori dabitur vendicatio rei ſuç. l. cõmiſſo.
C. de pact. inter empt. & vend. Siue verbis obliquis &
inflexis, veluti quòd emptor non ſoluens ad diem pre
tium, cogatur rem reddere: quo caſu dabitur in perſo-
nam actio ex vendito, ad rẽ recuperandam, l. qui ea l.
C. de pact. inter empt. & vend, Alex. toto cõſi. 10. vol. j.
2 †Sed in pignoribus hãc legem creditori non licet di-
cere, neque directis verbis: veluti vt ſi ad diem nõ ſol-
uatur pecunia, pignus ſit creditoris. Neq; obliquis, vi
dedelicet vt in ſolutum tunc dare debeat vel vendere
debitori pro debito. Nam vtraque forma conuentio-
nis, eãdem habet capionem & aſperitatem: neq; in re
ipſa multũ intereſt, cùm vis atque poteſtas vtriuſque
pacti eo recidat, vt creditor pro debita pecunia ad diẽ
non ſoluta, conſequatur dominium pignoris. Quod ſa
ne nimimis aſperum durumque viſum eſt, cùm ferè
non oppignoretur res, niſi ſuperualens debito: & de-
bitores conſtituti intet ſpem conſulendi neceſsitati
rerum familiariũ, habita pecunia: & metũ amittrndæ
occaſionis inuentç & oſtenſç pecuniç, quam creditor
non alia lege dare vellet mutuam: facilime, dũ huc &
illuc impelluntur, cõſentient in leges mutui nimium
graues. & ſic exercercerẽt impune creditores deteſta-
bilem auaritiam, & ſæpè plus quàm vſurarariam. L i-
cet enim iſtud pactum non contineat in ſe formalem
vſuram (quia hic non eſt debitum ſucceſsiuum pro ra
ta temporis & ſortis) continet tamen veram pœnã in
fraudem vſurarum: & ſæpè quidem ſupra legiti-
mum modum earum. Quæ res tanto odio digna viſa
eſt, vt nõ tantũ negotiis lata ſit lex quç huiuſmodi pa
cta improbat, ſed nec ante facta petiebatur eſſe rata:
voluitque Conſtantinus lege, d. l. vlt. ad populum lata,
etiam præteritis mederi: ſi quis fortè tunc, mole le-
gis commiſſoriæ preſſus, laborauerit debitor. Vt vidi-
3 mus †aliquando in aliis legem ſic ferri, in capit. cum
tu. de vſur. vt quid in præteritum tempum reprehen-
dat, ſcilicet eam rem quæ ſua ſponte ſcelerata ac nefa
ria eſt, vt etiam ſi lex non eſſet, magnopere vitãda fue-
rit, Cic. in Verrẽ act. 3. Sortis tamẽ petitio, etiã ſub pi-
gnoris (vt credo) ſecuritate, manet ſalua: reiecta tantũ
adiectitia lege pignorum cõmiſſoria, d. l. vlt. in ſi. C. de
caduc. pign. quæ non in ſolo contractu mutui eſt pro-
hibita, quamuis in eo apertius tenderet ad improbum
fœnus, ſed & in alio quolibet genere cõtractuum aut
obligationum, in quarũ ſecuritatem creditor ſibi de
pignore aut hypotheca proſpexerit, Alex. cõſ. 178. nu. 7.
4 †Nam conſtitutio hæc prohibens generaliter & indi-
ſtincte, lata eſt aduerſus creditores, nõ diſtinguẽdo ex
qua cauſa eis debeatur: & de pignoribus, nõ diſtinguẽ
do in quam cãm accepta aut conuentione ſola ſint ob
ligata. Sed & in pignoribus doti obligatis, legimus, in
l. quamuis ſtipulando. de ſolut. conuentionẽ legis cõ-
miſſoriæ ſimilem, & obliquis verbis factã: videlicet de
eo vt pignora in ſolutũ dentur, eſſe inanẽ & abſque ef-
fectu: & hæc ſit prima extenſio regulæ prohibentis in
pignoribus legem commiſſoriam.

Secũdo extenditur, vt non ſit prohibita tantum hęc
5 conuentio †in pignorib. i. in rebus debitoris, quæ ex-
preſſim pignori aut hypothecæ ſunt obligatæ: ſed & in
aliis quibuſlibet rebus debitoris. Ita vt de pignoribus
credi debeat eſſe dictum gratia frequentioris vſus: eo
ꝙ vt plurimum euenire ſolet, vt de rebus obligatis pro
6 debito, & non de aliis ſic conueniretur. † Quæ autem
gratia frequentioris vſus dicta ſunt, nõ habent vim re
ſtrictionis in cõſtitutionibus, glo. j. l. j. C. de his qui ad
eccl. conf. & in cle. j. ad verb. præſidentes. de reſcri. Iaſ.
ad l. j. ſol. matrim. Ideoque ſi nullo conſtituto pignore
aut hypotheca, cõuenerit, ꝙ res aliqua debitoris, ſi ad
diem pecunia nõ ſoluatur, ſit creditoris: quamuis ſint,
(Bal. in tit. de feud. da. in vicem legis commiſſ.) quibus
ea conuentio placuit, minime tamẽ probanda erit. Nã
eadem eſt ratio captionis & illaqueationis debitoris,
ſiue res prius fuerit expreſſe obligata, ſiue nõ: Alioqui
facile eſſet fraudem huic legi facere, & auaritiam ca-
ptioſam exercere. ſi, omiſſa tantum obligatione & op-
pignoratione, liceret paciſci, aut ſtipulari acquiſitio-
nem dominij alicuius rei, ad debitorem pertinentis &
ſic æque ad ſcopum ac finem, quem ſpectat creditor,
pertingere, hoc ſolum cauendo, ne qua mentio fieret
oppignorationis expreſsis verbis conuentionis. cum
7 interim tamen fructũ pignoris haberet creditor. †Nã
ſi ea conuentio valeret, non male quis diceret contra-
ctã eſſe hypothecam illius rei de qua conuenit, vt do-
minio creditoris adiiceretur, ſi non ſoluat ad diem de
bitor. Quandoquidem hypotheca ſolo conſenſu con-
trahitur, & nullã deſiderat verborũ ꝓprietatẽ. l. contra
hitur. de pig. eſſet enim creditor factus ſecurior, & qui
dem rebus: Securitas autẽ, quæ nõ perſonis, ſed rebus
ei facta eſt, pignoraticia eſt, l. habere. §. cautũ. de verb.
ſign. Et huc ſpectat, ꝙ hypothecam dicimus eſſe cõtra
ctã, quando conuenit, vt debitore in ſolutione ceſſan-
te, liceat creditori aliquam rem debitoris vendere, l. e.
creditor. §. poſt diuiſionem. qui pot. in pig. Bal. in fine.
l. creditoris. C. de pignor.
8 Tertio nihil refert, ſpecialiter, an generaliter † res ſit
obligata, de qua conuenit, vt pro debito nõ ſoluto fie-
ret creditoris. Et æque improbata eſt pactio, licet non
deſint qui contrarium aliquando reſponderint, vt eſt.
Steph. Bertr. conſ. 154. in. 4. volum. qui & opinionẽ mu-
tarint, idem. ſc. Bertr. conſi. 97. vol. 4. Quod ſatis colligi
poteſt ex præcedẽti extenſione, argumẽto ducto à ma-
iori. Si enim non admittitur talis conuentio de re nul-
lo modo obligata, multo minus admittitur de ea quæ
in genere eſt obligata.

Quarto, quamuis debitor huic legi commiſſoriæ ſic
ſe ſubdiderit, vt etiam promiſerit, nõ vſurum ſe aduer
ſus eam legis auxilio, cui ſponte renunciauit: nihilo fir
mior



mior ob id erit cõuentio, Odofre. & Sali. ad. l. vl. C. de
pact. pig. cùm non ſolum debitorum fauore, ſed & cre
ditorum magno odio lex lata ſit, quæ omnem memo-
riam legis cõmiſſoriç in pignoribus prorſus abolet.
9 Quintò, †imo nec iuſiurandum, tam iniquæ conuen-
tioni, vinculum firmitatis addit, vt multorũ fert opi-
nio, Alberi. ad rub. C. de pact. Bar. ad l. ſi quis ꝓ eo. nu.
10. ver. 4. dixi. de fideiuſſ. & ibi quoque Ang. Pa. in c. ſi-
gnificante. de pig. etiã ſi iuſiurandũ eſſet ſeruandũ, ꝙ
tamẽ relaxare cogitur creditor, arg. c. j. & c. debitores
de vſuris.
10 Sextò, †cõſuetudine quoq; multò minus firmabitur,
arg. c. vlt. de cõſuet. Bal. ad l. 2. C. q̃ ſit lõg. cõſuet. col. 3.
verſi. 3. ſi apertè peccet conuentio in ꝓhibitionẽ legis
cõmiſſoriæ, licet in dubio aliquid tribuendum ſit cõ-
ſuetudini, ad excuſationẽ conuentionũ, q̃ in aliqua re
gione paſsim ab optimis & grauiſsimis quibuſq; viris
in cõmerciis ineuntur: etiam ſi aliquã ſpeciẽ videan-
tur habere illicitæ cõuentiõis, Bar. ad l. ſi quis fugiti-
uus. §. apud labeonẽ. de Aedil. euict. Phil. Deci⁹ cõ. 170.
Et contra quoque, pacta inuſitata & inſolita, fraù-
dis ſuſpicione non carẽt, Bart. & Ange. ad l. ſi quis ſub
conditio. inſtit. Ang. ad l. pe. C. de euict.

Deniq;, nõ tũc ſolũ improbanda eſt cõuentio, cũ ple
no ꝑpetuóq; dominio creditoris rẽ pignoratã adiicit:
verum etiã, cum ei tribuit directũ tantum dominiũ, &
11 vtile ſinit eſſe apud debitorẽ. †Ita videlicet, vt dein-
ceps eam rẽ, velut beneficiariã, teneat in feudũ à cre-
ditore, c. j. de feud. da. inuicẽ l. commiſſ. quãuis hoc to
lerabilius videri poterat, cũ debitor maneat in poſſeſ
ſione rei, & fructus, ratione vtilis dominij, ſuos faciat.
Sed nihil lucri voluit lex creditori cedere ex pignore,
& ne tãtilum quidem, quod beneficio eius poſsideret
debitor, & aliquod ſeruitium creditori, vt domino di
recto pro feudo exhiberet.

Poſtremo, vix hoc creditori cõcedendũ videtur, vt
cõueniat cũ debitore, ſi intra certũ tẽpus pecunia ſol-
12 uatur, pignus reſtitui: †nam ſi hoc ſpectes ꝙ expreſsis
verbis continet cõuentio, ſuperflua videri poſſet: cùm
hoc inſit cõtractui pignoris, vt debito quãdocunq; ſo
luto, pignus reſtituatur. niſi quis fortè dicat, valere ad
cõmodũ debitoris: quaſi videatur tacitè cõuentum, ꝙ
nõ ante diẽ pignus vẽdetur. Si vero reſpicis ad id ꝙ à
cõtrario ſenſu cõuentiõi ineſt, nẽpe poſt illud tẽpus,
etiã ſi pecuniã debitã offerat debitor, pignora nõ reſti
tui: inuenies cõuentionẽ peccare in cõſtitutionẽ, q̃ ꝓ-
hibet legẽ cõmiſſoriam in pignoribus, & quã viderẽ-
tur cõtrahẽtes, qui luitioni certo tẽpore reſtrinxerint,
reſpexiſſe. Argumẽtũ enim à cõtrario ſenſu rectè duci
tur in cõtractibus, nõ ſolũ bonæ fidei, l. inter ſeruũ. §.
cum inter. de pact. dot. ſed & ſtricti iuris, l. pecuniã ſi
cert. pet. Vnde legimus, in l. 2. C. de pact. pig. de cõuen
tione quadã dubitatũ, non tã ob id ꝙ expreſsis verbis
continebat, (videlicet reſtitui venditori prædium, ſe-
cundo traditũ emptori, ob euictiõis periculũ: ſi prius
non eſſet euictum. hoc enim tã apertè ꝑmiſſum eſt, vt
imperiali deciſione nõ egeat) quàm ob id quod ex con
trario ſignificabatur: videlicet non reſtitui, ſi prius
traditum euinci contingeret. de quo mox plura.

Sed nũc videamus, an è diuerſo reſtringẽda quoq; ſit
ꝓhibitio legis cõmiſſoriç, ꝙ bene cõſtituta definitio
ne ei⁹ de quo q̃ritur. ſ. verç legis cõmiſſoriç pignorib.
rariſsimè imo potius nunquã fieri dixeris, licet ſubin-
de occurrat forma aliqua conuentionis, legi cõmiſſo
riç ſatis vicina, quç iure eſt recepta. Itaq; vt plenius &
ꝑfectius conuẽtiones ꝓbatas ab improbatis dinoſ-
camus & ſeparem⁹, iubet aliquas cõuẽtionũ formulas
ſubiicerere, ex quib. vulgo creditũ eſt, ꝓhibitionẽ le-
gis cõmiſſoriç relaxari. Quç quidẽ oẽs ad triplicẽ di-
ſtinctionẽ ſpectãt, videlicet ꝑſonarũ contrahentium,
temporis quo contrahitur, & formæ contractuum,
Perſonarũ diſtinctio ea adhiberi ſolet, vt ſolũ inter crç
ditorẽ & debitorẽ putaretur prohibita lex cõmiſſoria
13 †& nõ inter debitorẽ & fideiuſſorẽ. Cũ Sceuola reſpõ
derit, in. l. vlt. in princ. de cõtrah. emp. ſi prædia credi-
tori pignorata creditor permiſerit fideiuſſori empta ſi
bi habere, ſi ſtatuto tẽpore eũ nõ liberaſſet, emptionẽ
eſſe cõtractã. vbi cũ pretij nulla ſit mẽtio, ſine quo ta-
mẽ emptio nõ cõtrahitur, veriſimile eſt, ꝙ pro debito
per fideiuſſorẽ credtori ſoluto, intelligantur eſſe em-
pta. Sic enim pleriq; omnes, vt Bar. Bal. Caſtr. Sal. & a-
lij. ad d. l. vlt. & ad l. Titius. de pig. act. hactenus reſpõ-
ſum Sceuolæ ſunt interpretati, exceptis paucisſimis,
Io. ſc. Imol. in. ſignific. de pig. Andr. de Iſer. Aluaro. &
Præpoſ. in. c. j. de feud. dat. in vic. leg. commiſ. qui, cum
nulla ſit mentio facta pretij, quo pignora fideiuſſori eſ
ſent empta, intellexerunt ab initio cõueniſſe, vt iuſto
pretio tunc æſtimanda eſſent empta. Qualem conuen
tionem Martianus, in l. ſi fundus. §. poteſt. de pig. etiam
inter creditorem & debitorem in ipſa pignoris datio-
ne, inire permiſit. Sed bene expenſis verbis, quæ legun
tur in illis reſponſis Iuriſconſultorũ, inuenietur nõ pa
rũ inter ea diſcriminis. Nam vbi id fideiuſſori permiſit
debitor, legimus ſub cõditione emptionẽ eſſe factã, &
contractã eſſe obligationem. Vbi vero ſic inter debi-
torẽ & creditorẽ cõuenit, nõ aliud dicitur, quã videri
quodãmodo conditionalẽ eſſe venditionẽ: cõiunctis ſi
mul his verbis, *videri quodammodo*. ex quorum vtro
que licet notare aliquã improprietatẽ. Nimirũ, ꝙ ibi
nõdũ ſit cõtracta vẽdit. ſed aliquod eius initiũ factũ ex
promiſsione, de vẽdẽdo pignore iuſto pretio: quç qui-
14 dẽ †promiſsio vẽdẽdi à vẽditione multũ diſtat. Iaſ. ad
l. in bonæ fidei. de eo ꝙ certo loco. Sed & fortius ꝓ cõ
muni opinione & interpretatiõe vrgẽt illa verba Sce-
uolæ, *Non vt in cauſam obligationis, ſed vt empta
habeat.* Ad quæ referendũ eſt indubie verbũ principa
le totius orationis *ſoluerit*. Iã autẽ ꝙ ſoluit fideiuſſor,
vt empta haberet pignora, quis iure negabit id pretiũ
fuiſſe emptionis: & ſic liberationẽ debitoris, quã fide-
iuſſor apud creditorẽ fecit, ceſſiſſe ei in ſolutionẽ ꝑtij
pignorũ: quæ quidẽ pignora fideiuſſor à debitore fir-
mo iure emere potuit. Sed non æque creditore vẽden-
te, nã tunc ipſe emere non potuiſſet, quin ſemper luen-
di facultas manſiſſet ſalua: non debitori tantũ, l. ſi mã-
dato Titij. §. Paulus reſpond. mãd. l. Paulus. de fideiuſ.
l. j. C. de dolo malo. ſed & ſequentibus creditoribus, l.
2. de diſtr. pig. In cauſam autem obligationis intelligẽ
remus eſſe ſolutum, ſi fideiuſſor ſoluiſſet animo repe-
tendi à debitore, & vt ipſum debitorem haberet obli-
gatũ, §. ſi quis autẽ. Inſt. de fideiuſſ. & pignora quoque
quæ pignori obligata fuerunt. l. fideiuſſ. j. & 2. de pig.
l. 2. C. mandat. Sed quando ſoluit pretium emptionis,
vt empta haberet pignora, abdicauit à ſe ꝑpetuũ pe-
cuniã q̃ ſoluta eſt, nec de repetitione cogitauit. Vnde
15 veriſimile mihi ſit, †ꝙ hic ab initio non fuerit contra-
cta, aut concluſa aliqua venditio & emptio, vt nec ſub
conditione quidẽ. Sed quod debitor iuſſerit, id eſt, ex-
preſsè conſenſerit & fideiuſſori eam cõditionem ob-
tulerit, vt poſsit pignora q̃ creditori dederat, habere
empta, ſi intra triennium non liberatus, ipſe creditori
ꝓ debitore ſoluiſſet. fideiuſſor autẽ nõdum aſtrinxe-
rat ſe, neque apertis verbis cõſenſerat, ꝙ vellet habe-
re empta. acceptauerat tamen oblatã conditionem, vt
poſsit habere empta: reſeruans hoc ſuo arbitrio. Ita
Iuriſcõſultus, ad eliciẽdum conſenſum fideiuſſoris in
emptionẽ, quem nullis verbis declarauerat, colligere
nititur ex interuallo interueniſſe: idque ex reb⁹ & fa-
ctis ipſis. Et idcirco diſtinguit, quo animo ſoluerit fi-
deiuſſor creditori, an, vt in cauſam obligationis habe
ret pignora, hoc eſt, vt ei obligata eſſent ſimul cum de
bitore, ſimul ad reſtituendum quod ſoluerat: an vero,
vt empta haberet pignora, ſecundum conſenſum de-
bitoris ab initio verbis declaratum. At quomodo, in-
16 quies, dinoſci poterit? an †in cauſam cõtrahẽdæ obli-

tionis, an vero magis in pretium fideiuſſor ſoluerit?
Tacet hoc Sceuola, velut à cõſulente nõ ſatis fortè de
claratũ. Sed etſi verbis declaratũ. hoc non eſſet à fide-
iuſſore, vidẽdum tamen erit, num apparere poſsit ex
circunſtãtia facti, ꝙ cũ ipſo creditore geſtum eſt. Velu
ti ſi fideiuſſor curauerit cũ ſolueret, cedi ſibi actiones
cõtra debitorẽ, & pignora: credi poſſet, in cãm obliga
gationis ſoluiſſe, cediq; ſibi actiõe voluiſſe: quibus ali
quãdo à debitore repeteret, ꝙ ꝓ eo ſoluiſſet. Sed ſi ſo-
la pignora creditori tradita, curauerit ſibi tradi, negli
gẽs obligationẽ ꝑſonalem, tanquã ea nunquã vſurus,
magis credi poſſet ſoluiſſe, vt empta haberet, quam in
cãm obligationis: atq; ita ea ſolutione ſic eo animo fa
cta, non eſſe contractã obligationẽ, ſcilicet reſtituẽdæ
pecuniæ. Nam veriſimile eſt, in fine reſponſi Sceuolæ
17 deeſſe negationem, †q̃ addi deberet, vt legamus, *& nõ
contracta eſſe obligationẽ:* Quaſi ſemꝑ alterutrum fa
ciat ſolutio, videlicet emptionem, ſi ſoluerit in preciũ
pignoris: vel obligationem debitoris, ſi ſoluerit credi
tori animo repetendi à debitore. vtrumque aũt ſimul
nõ põt hic operari vna eadẽq́ue ſolutio: ſicut nec cõdi
ctionẽ indebiti: & liberationem: l. ſi nõ ſortẽ. §. ſi decẽ
aut Stichũ. de cõdict. indeb. l. qui hominẽ. §. vlt. de ſol.
18 †Sed cur magis cũ fideiuſſore: quã cũ creditore ſic cõ
trahi poteſt? An quia lex, vt putant nonnulli, vt Io. de
Imol. recitãs hãc com. interpret. in d. c. ſignific. de pig.
nõ tam ſuſpectam habuit cauſam fideiuſſoris, de ſola
indẽnitate & liberatione ſolliciti, quã creditoris, cap-
tioſe inhiantis ad lucrũ ex acquiſitione pignorũ: ma-
ximè cùm hic ſit veriſimilis coniectura, ꝙ quantitatẽ
debitæ pecuniæ, quæ adhuc triennij vſuris creſcere po
tuit, non exceſsit precium pignorum, quibus ſolis no-
luit creditor eſſe cõtentus, niſi & fideiuſſorem ad pi-
gnora adiiceret debitor. Adde, ꝙ fideiuſſor ſui officij
quod fideiubendo p̃ſtet, poteſt aliquã remunerationẽ
habere, ab eo ꝓ quo ſatiſdedit, l. hoc iure. §. Labeo. de
donatio. & ibi Bar. Taceo, ꝙ cũ debitor in tam magnã
quantitatẽ pecuniæ, & vſq; ad verum valorẽ pignorũ
ea obligauerit, videatur quodãmodo alienaſſe. Licet
enim ita teneat cõmunis opinio, Cy. Fulg. Caſt. Alex.
& aliorũ in l. qui poſt. C. de leg. Bar. in l. qui habebat.
de leg. 3. Albe. & Bal. & Alex. in l. ſciendum. §. poſſeſſo.
qui ſatiſda. cogan. illum tamen errorem alio loco con
futauimus, ſc. ad §. ſed & ſi rem ſuã. inſtit. de leg. & ſuf-
ficit magis hic eſſe periculum à creditore, quã à fide-
iuſſore: atque ita cautius ei fuiſſe prohibendum. ita
19 tamen, vt ſi qua fraus †creditoris per fideiuſſorem, vt
interpoſitam perſonam, poſsit apparere: ea quoq; ma-
gis deteſtanda ſit tanquã fraus legi facta. arg. l. pupill.
§. ſed & ſi per interpoſitam. de author. tuto.

Secunda diſtinctio, quæ vulgo hic adhiberi ſolet,
eſt temporis. Nã ſtatim & in initio cõtractus, dicta lex
cõmiſſoria pignorũ, nullas habet vires: neque ad actio
nem, ſi de conſequendo dominio hypothecæ conue-
nerit, neq; ad exceptionem vel retentionem traditi pi
gnoris. Ex interuallo vero dicta lex commiſſoria, ad
actionem quidem non valet, l. quamuis de ſolut. ſed
20 ad exceptionem & retentionem traditi pignoris †cre-
ditur valere: l. Titius. de pignor. actio. hac data ratio-
ne diuerſitatis, à Bartol. in dicta lege quamuis. ab eo-
dem. Fulgo. Caſtren. Saliceto in dicta lege Titius. in-
ter legem quæ confeſtim, & quæ ex interuallo dicitur:
quòd in principio contractus, cum debitor pecunia
indiget promitteret quiduis cupido creditori captio
ſas leges præſcribendi: accepta vero pecunia non æ-
què. Quare legiſlatores occurrere voluerunt præ-
ſenti periculo, quod facilius frequentiuſq́ue eueniret.
Sic S. C. Velleiano prohibetur mulier pro aliis fideiu-
bere: non ſoluere: quia facilius ſe obligat, quam ſol-
uat, l. ſed ſi ego. leg. quamuis. §. interdum. ad Velleia.
Sic quoque renũciationẽ exceptionis nõ numeratæ pe
cuniæ volunt, Bar. ſc. ad fi. l. ſi ex cauti. C. de nõ nu. pec.
firmiorem eſſe, ſi ex interuallo fiat, q̃; ab initio, debito-
re ad pecuniã anhelãte: Et pactũ reuendendi, à princ.
venditionis factũ, ſi & modicũ ſit preciũ, magis appo-
ſitũ eſſe ad fraudẽ ſimulatæ vẽditionis, & veri cõuenti
pignoris, q̃; ſi ex ĩteruallo fiat, vt ꝑ Pa. cõſ. 69. vol. 3. verſ.
3. me mouet interuall. quãuis nec hoc mõ effugere poſ-
21 ſit †oẽm fraudis ſuſpicionẽ, ſed minuere tãtũ. Alb. ad l.
2. C. de pact. inter emp. & vẽd. Imo etiã nõnũq; augere,
ꝓ facti varietate & ꝑſonarũ cõditione, dũ nihil nõ ex-
cogitãt callidi & cupidi creditores, quo liberius & ali
quo iuris colore ſuã exerceãt auaritiã. Ale. cõſ. 119. et in
ſe. cõſ. vol. 4. Sed cõmuniori & hactenꝰ receptæ opiniõi
22 accedere hic nõ poſſum, †vt tanti referre nõ credã, an
traditũ ſit pignus, an ſola cõuentiõe obligatũ. & ã n in
initio cõtractus, & an ex interuallo lex cõmiſſ. dict. ſit.
Nã ſi creditor ipſe pignus poſsideat, nõ minor, ſed ma
ior eſt cã captiõis, maiuſq; ꝑiculũ, maiorq; rõ ſuccurẽ
di debitori. Et ꝙ ex interuallo, poſt numeratã pecuniã
creditor nõ ſic ſuis legibꝰ & cõdition. vt in ipſo articu
lo tẽporis debitorẽ aſtringeret, id nõ niſi ad mutuã pe
cuniã ꝑtinet. Prohibitio vero legis cõmiſ. in pignorib.
ad quoſlibet cõtractus, imo nec oĩum moribus id qua-
drat: ſed ijs tãtũ debitoribus cõuenit, qui diſſolutiores
in re familiari, famæ atq; noĩs diſpendiũ negligũt. Alio
qui ſi viri bõi debitores ſint, nõ minꝰ ſtimularet eos rõ
tuendi honoris, accepta pecunia, ne fideiuſſores appel
lẽtur, ne debiti cauſa in ius vocẽtur, q̃; ab initio ſtudiũ
cõſequẽdæ pecuniæ. Et ſi vſq; eo feruet ferturq; auari-
23 tia creditoris, †vt nolit vllã ſui cõmodi ocaſionẽ amit
tere: inueniet ſane ẽt poſt numeratã pecuniã, quo faci-
le debitorẽ ſuis legibus captioſe cõſtringat. ſi ſimulet
ſe illico velle ad p̃torẽ ire, & poſtulare, vt ex edicto bo
na poſſidere liceat: & decurrere ad alia extrema & ini
micisſia debitori iura: Nã p̃clare ait Cic. ꝓ Pub. Quin
tio, ꝙ cuius bona ex edicto poſſidẽtur, huius oĩs fama
& exiſtimatio cũ bonis ſimul poſſidetur. De quo libelli
in celeberrimis locis ꝓponũtur, huic ne perire quidẽ
tacite obſcureque cõceditur, cui magiſtri fiunt, & do-
mini cõſtituuntur, qui, qua lege, & qua cõditione, pe-
reat pronũciant. De quo homine præconis vox prædi-
cat, & preciũ cõficit, huic acerbiſsimũ viuo vidẽtique
funus ducitur, ſi funus id ſit habẽdum, quo non amici
conueniunt ad exequias cohoneſtandas, ſed bonorum
emptores, vt carnifices, ad reliquias vitæ lacerandas,
& diſtrahendas. hæc ille. Cui cõſonat in iure noſtro, ꝙ
tametſi lex nullum fraudibus locũ det, & ne libertates
quidem in fraudem creditorũ dare ꝑmittat, vnũ tamẽ
ſeruũ permittit domino multa debenti habere heredẽ
cuius potius noĩe quã defuncti, bona vendantur: vt vel
ſic ab ea ignominia liberetur dominus. §. licet aũt. In-
ſtit. quib. ex cauſ. manu. nõ licet. Taceo hic grauiſſimã
excõicationis pœnã, imo & carceres quibus hodie cõ
pelluntur debitores iudicatum facere. Num hæc om-
nia virum bonum, ſed multa debẽtem, ad tam iniquas
pactiones creditorum traherẽt? tam ex interuallo poſt
acceptam pecuniam, quam ab initio ſpes accipiendi
mutui? Certe in conſtitutione Conſtantini, ad popu-
lum, qua legem commiſſ. in pignore prohibet, d. l. vlti.
C. de pact. inter empt. & vendit. nullo verbo ſubindica
tur huiuſmodi diſtinctio temporum. neque ibi quic-
quam ad relaxandam prohibitionem, ſed ad eam intẽ-
dendam ſpectãt omnia. Alioq; loco, in le. 2. C. de pact.
inter. empt. & vendit. defenditur conuentio ex inter-
uallo inita, non ex tempore quo facta eſt, ſed & mate-
ria quam in ſe continet: de quo mox plura. Et rurſus a-
lio loco, in d. l. quamuis. vbi ex interuallo omnes faten
tur legem commiſſoriam ſic prohiberi, ne valeat ad a-
ctionem conſequendi dominij rei obligatæ: nihil inue
nitur in ipſo Iuriſconſulti reſponſo diſtinctum, ſolàne
conuentione, prædia obligata eſſent hypothecæ, an re
ipſa contracta eſſet obligatio, & creditrici tradita pi-
gnori. hoc enim ſolum ibi dicitur, quòd doti erant
obliga-



obligata. Tametſi non ignorem eſſe qui doceant, & in
his Pau. Caſt. ad d. l. quamuis. Salic. ad l. j. verſi. ego pu-
to. C. de fideiuſſo. dot. dent. dotis cauſa hypothecam
conuentione conſtitui, & obligari poſſe: ſed non pi-
gnori tradi. ne qua cauſa perfidiæ in connubio gene-
retur, deſiderante fortè marito vſum rerum, quas pi-
gnori fortè marito dedit. Quod licet aliquando obi-
ter ſecuti videamur ad l. res hypothecæ. hoc titulo
nũc tñ obſtare videtur, quòd aliis locis in l. quod aũt.
§. ſi vxor à marito. & §. ſi tibi maritus. de don. inter vir.
& vxo. Iuriſcõ. aptiſsimè dixit, maritũ ob dotẽ pigno
ra dediſſe, vxorẽ accepiſſe, quibus quidem verbis ſi ſi-
gnificari poſsit non traditum, ſed ſola conuentione
obligatum pignus. meliore ratione dices quod in eo
reſponſo, d. l. Titius. de pig. act. (quod vnicum habent
alij, quod ſuſtineant ex interuallo legẽ commiſſoriam
recte dici à creditore pignus poſsidente) nõ ſatis quo
que appareat, ꝙ ibi re cõtracta eſſet pignoris obliga-
tio: Nam ibi alterũ tantum dicitur, videlicet quòd cre
ditor pignus accepiſſet. Et licet addatur, *futurum-
que eſſet vt id diſtraheret,* non eo magis tamen ſigni
ficari debet pignus quã hypotheca: cùm creditor nõ
minus hypothecam, quàm pignus poſsit vendere, l. fi-
deiuſſor. 2. §. Lucius Titius. & ibi latius diximus. hoc
tit. Vnde fortaſsis alia ratio diuerſitatis poterit dari,
24 †cur in cauſam dotis obligentur, aut dentur pignora,
& non æquè fideiuſſores: Quòd ipſa pignora non pe-
tant ſe liberari: Fideiuſſores verò, vel paululum laben
tibus magíſve ſuſpectis facultatibus, & moribus de-
bitoris pro quo interceſſerunt: ipſi importunè inſtant
vrgentque vt liberentur, vel vt idoneè eis de indemni-
tate caueatur, l. Lucius in verb. ex perſona debitoris
manda. Vel fortè quòd pignora dando legem in hoc i-
mitetur maritus, cuius omnia bona tacite ꝓ dote ſunt
obligata, ſic vt etiam cæteris creditoribus mulier ſit
potior. l. aſsiduis. qui pot. in pig. Sed nec illud ſatiscõ
ſtat in Vlpiani reſponſo, d. l. quamuis. quo tempore de
prædiis doti obligatis conuenerit, vt in ſolutũ ꝓ dote
darentur: nam ea verba, *Dirempto matrimonio,* re-
ferunt plerique omnes ad verba, *dare in ſolutum,* &
quod ſpoponderit id ſtipulando vxori maritus cõſtan
te adhuc matrimonio. Quod tamẽ ſequi dubitauerim:
Nã ſi lubeat ſic interpretari illud reſpõſum, quaſi in eo
improbetur lex cõmiſſoria pignorum, non video, cur
nõ æquè dici poſſet, ſtipulatã eſſe mulierẽ, cum dos da
retur, & in initio contractus, quàm alio quolibet tem-
pore cõſtantis matrimonij. Quare potius crediderim,
ſtipulatam eam fuiſſe ſoluto matrimonio, vt ea verba,
*Dirempto matrimonio,* iungãtur verbo, *ſpoponderit,*
cui proximè cohærent. Hoc enim pro regula traditur
à Domino Præſ. in loco à ratione legis larga, in ter-
tio caſu princip. de extenſione in pœnalibus. verſicu.
Circa quod ſcias, quòd quando lex poteſt duplici-
25 ter punctuari. verba †quæ aliter atque aliter compoſi-
ta, alium ſenſum reddunt, ſic componi debere, vt
notabilior ſit earum deciſio: & de caſu magis dũ-
bio. Vt certè hic erit notabilior ſi dirempto matri-
monio dicas maritum ſpopondiſſe: quàm ſi dicas, con
ſtante matrimonio ſpopondiſſe, dare in ſolutum
dirempto matrimonio. Nam hoc in genere ſatis
cognitum eſt, regulariter non niſi ſoluto matrimo-
nio reddi dotem, aliúdve pro ea quod conuenerat. Et
ſi tempore conſtantis matrimonij dixeris ita conuen-
tum, inuenietur duplex ratio prohibitionis, cur ea
conuentio non teneat. Vna quidem generalis qua
prohibetur inter coniugẽs, quæſito etiam alio titulo,
donatio, qua alter pauperior, & altera fieret ditior.
hoc ergo qualiquali commodo habendi in ſolutum
prædia pignorata pro dote, non potuit donari vxor à
marito: Et alia cauſa ſpecialis, quæ ſpectat ad hanc
legem commiſſoriam. Vnde quàm diu ſubeſt ge-
neralis illa ratio, & ſtat adhuc matrimonium, il-
li potius cauſæ in probationem pacti attribuimus vt
ex aliis Iuriſcõſultorum reſponſis, in d. l. quod autem. &
§. ſi vxor à marito. & §. ſi tibi maritus. de donat. inter vi
rum & vxo. Sed cum dirempto matrimonio, ſtipulatur
id vxor, & ſpondet maritus, hic iam generaliore cauſa
prohibitionis ceſſante, magis eluceſcit & vim ſuam
exercet altera ſola, quæ ſpecialis eſt: §. affinitatis. Inſti.
de nupt. & tunc primum vere conſpicimus, ob id ſolũ
improbatam eſſe pactionem, quod cõtineat legẽ com-
miſſoriam in pignoribus.
26 Porrò in reſponſo Marcelli, di. le. Titius. †quod fere
hactenus omnium oculos obfuſcauit, vt crederent, pa
ctum legis commiſſoriæ in pignoribus ex interuallo
ad retentionem valere, manifeſtiſſimum erit, non inue
niri legem cõmiſſoriam, ſi vel ſolum cõmiſſi nomen ex
penderimus. Hoc enim ſemper futurum reſpicit, nem
pe vt non mox addicantur creditori pignora, ſed
ſint addicenda ſi ad diem ſoluta non fuerit pecu-
nia. A quo ſane longiſſime abeſt facti ſpecies, de qua
in eo reſponſo, nam continebat præſentem venditio-
nem: vt in verbis *Quæro an hanc venditionem,* & ite-
rũ in verbis, *Vt fundum certo pretio emptũ haberet*
ſcilicet mox in præſenti & pure, nõ adddita (vt alio lo
co, in prin. ſ. l. vlt. de cõtra. emp.) aliqua conditione, ni
ſi intra tẽpus debitor creditori ſoluiſſet, & pignus li-
beraſſet. Multis autẽ locis, vt ĩ l. eleg. in prĩ. de pig. act.
in l. cũ duran. C. de pig. l. ſi præd. C. de euict. teſtatũ eſt,
æque pignus vt aliam quamlibet rem, ex bonis debito
ris in ſolutũ dari poſſe, vel vendi pro debito: Sed nõ li
cet ab initio paciſci ceſſurum id in ſolutũ, vel venditũ
iri pro debito, ſi ad diem non ſoluatur pecunia. Quod
quidẽ eſſet verè legis cõmiſſoriæ pactum: ſolentq; cau
tiores eſſe homines ad præſens damnũ, quam ad futu-
rum periculum præcauendum. cum tenebras offundit
ſpes melioris fortunæ, & conſequendæ alicunde pecu
niæ, quam ſi in tẽpore debitor creditori ſoluat, vt ve-
riſimiliter ſperet, nõ euenturam conditionem, ſub qua
promiſit ſe in ſolutum daturum pignus pro debito. Ita
que in eo reſponſo Marcelli, habemus ſpeciem facti il
lius, ꝙ generali conſtitutione eſt deciſum: in l. non id-
circo minus. C. de reſcind. vend. non idcirco minus ra
tem eſſe vẽditionem, ꝙ ſumptibus neceſſariis vrgẽtib.
vel debito, ea facta ſit. Et quamuis retractari poſſit vẽ-
ditio pignoris à creditore facta fideiuſſori. l. ſi manda-
to. §. Paulus. mand. l. j. C. dol. mal. hanc tamen venditio
nẽ, ſic ab ipſo debitore creditori factam, reuocari non
poſſe: etiam ſi poſtea ſortẽ & vſuras debiti offerat. Sed
nec ſatis conſtat, ꝙ in eo reſponſo Marcelli cõuenerat
de ipſo pignore, vt illud emptũ haberet creditor, imo
potius contrariũ colligitur ex eo, ꝙ debitor ne diſtra-
heretur pignus, conſenſit creditori, vt fundũ potius ha
beret emptum: fundum (inquã) aliũ & diuerſum ab op
pignorato: vt hunc cõſeruare poſſet nõ diſtractũ. Niſi
intelligas. ꝙ maluit debitor ipſe vendere creditori, q̃;
pati vt à creditore ſuo iure vẽderetur: ꝙ plerunque nõ
ſine nota verecundiæ debitoris fit. Ac denique non ſa-
tis conſtat, ꝙ in reſponſo Marcelli, fundus fuit credito
ri addictus pro debito. cum dicat conuentum, ꝙ certo
precio haberet emptum, & forte maiore pecunia, quã
ei debebatur. præſertim ſi id dicas nondum ſolutum
fuiſſe, neque fundum traditum: ſed ſtetiſſe adhuc con-
tractum in finibus conuentionis. Alioqui enim, ſi pre-
cium diceres ſolutum, vel cum debito compenſatũ, ne
ceſſe eſſet fateri, quod illud non maius debito fuiſſet.
alioqui enim nulla ratio admitteret reuocare eam vẽ-
ditionem, offerendo tantum ſortem & vſuras, quæ de-
bebantur: ſi quid amplius creditor pretij nomine de-
bitori ſoluiſſet. Nec ſane digna fuiſſet quæſtio, tanto
iuriſconſulto, an reuocari ea venditio poſſet, offeren-
do ſortem & vſuras quæ debebantur: niſi alterum præ-
ſupponas, videlicet vel rem fuiſſe adhuc vtrinque inte
gram, vel precium æqua compenſatione cum debito,

fuiſſe contributum.

Succedit nunc tertiũ & vltimum caput diſtinctio-
nis,ex formulis conuentionũ ad legẽ cõmiſſoriã tra-
dẽdũ:Quarũ aliquę receptę,alię prorſus reiectę ſunt.
Quas quo melius ſeparemus,quibuſdam velut gradi-
bus à permiſsis conuentionibus paulatim ad impro-
batas progrediemur.

Imprimis autẽ hic erit tenendũ,ꝙ vt in cæteris omni
27 bus,ſic in hoc quoq; genere verba ambigua † cõuen-
tionũ in ea parte ſint interpretanda:vt actus potius va
leat quã pereat,l.quoties.de reb.dub.& in partem me-
liorem,quæ ſuſpicione delicti caret,l. merito ꝓ ſocio.

Qui igitur pactus eſt,niſi intra certũ tẽpus pecuniã
quã mutuã accepit ſolueret,ſe hypothecæ ceſſurũ cre
ditorib.generaliter locut⁹ de cedẽdo,nec expreſſo mo
28 do quo cederet,†nõ debet credi hoc pactus, ſic ſe ceſ-
ſurũ,vt hypotheca transferatur illicita pactione legis
cõmiſſorię,in dominiũ creditoris:ſed poti⁹ relaxaturũ
ſe poſſeſsionẽ hypothecę,ſiue ipſi creditori, ſi fortè is
poſsidere malit,& hypothecã in pignus vertere : ſiue
emptori,ſi ſuo iure vẽdere creditor eã malit , l.j. C.de
pact.pig.vbi nulla eſt lex cõmiſ.nec aliud pactũ illi ſi-
mile,vt per Fulgo.in d.l.j.(quamuis aliter vulgo inter
pretari ſoleat)ſed tantum ambiguitatẽ.quæ ex genera
litate ſermonis cõſurgit,flectim⁹ in meliorẽ partẽ : vt
cõuentũ videatur id poti⁹,de quo cõueniri poterat,&
ꝙ legib.eſt cõforme,quam ꝙ illis maximè aduerſatur.

29 Pactũ vero illud,†ꝙ inuito creditori debitor poſsit,
ſed non debeat inuitus dare pignus in ſolutum , tam
procul abeſt ab omni ſuſpicione captionis & aſperita
tis creditoris,aut illaqueationis debitoris,vt dici non
debeat hoc pactum probatum eſſe,tanquam legi com
miſſoriæ repugnans.

Quinetiam ſi conuenerit in effectu,quòd debeat pi
30 gnus pro debito ſolui,†nondum id ſatis erit ad hanc
ſpeciem legis cõmiſſorię improbandam,ſi id non ex-
torſerit creditor ſui commodi gratia: conſenſerítque
debitor ad facilius obtinendum dilationem ſoluẽdi,
velut acceſſorie,in cõpenſationem conceſſæ dilatio-
nis,ſed ęquè principaliter de illo conuentum ſit,vt de
alio quod in contractu eſt principale.Quod vt mani-
nifeſtius fiat,prçuię cognitionis gratia,aliã ſpeciẽ cõ-
uentionis attingã,quę minime videtur accedere ad pi
gnora & hypothecas:ex qua tamen quod de pignore
quærimus & agimus , facilius cognoſcetur. Videli-
31 cet.†ſi cui vendidero pauca iugera terrę,ex agro meo
Titiano multũ amplo,ita pactus, vt niſi ad diem tradi
dero ex eo agro, ttadere debeam ad eandem menſurã
ex alio aliquo meo agro:nõ erit illicita cõuentio , etiã
ſi ex poſteriore agro ego magis nolim vendere, tu ve-
ro magis deſideras empta habere. Cùm hic nihil ac-
ceſſoriè in fraudem vſurarum vel quęſtus,ex conceſſa
dilatione cõuentũ ſit,vendi enim poſſunt diſiunctiuè
res plures,data electione emptori quam velit habere
emptam,vel venditori quam malit eſſe vẽditam,l.ſi ita
diſtrahatur.l.ſi in emptione.§.ſi emption.de contrah.
empt.quare ergo non poſſet ad tempus venditori,po-
ſtea vero emptori , electio tribui? Erítque apertius
quod dicimus,ſi res quæ ſic vẽditę ſunt,eiuſmodi ſint,
vt conſtet,quòd earum vna vno tempore emptori po-
tuit eſſe vſui,& alia alio tempore:ſic vt nullam earum
(niſi ſuo tempore traderetur)empturus fuiſſet. Et vt
hæc nunc applicemus ad materiam pignorum , ſi cui
fundum vendideram,cũ proprietatis quæſtionem ab
alio pateretur,alium fundum tradidero,ea lege , vt ſi
prior non euincatur,hunc obtineam , & iterum mihi
reſtituatur.ſed ſi priorẽ euinci contigerit,vt illius lo-
co hunc ſeruet emptor,non erit improbanda conuen
tio.l.2.C.de pact.pig.& hunc tamen fundum,ſecundo
loco traditum,trãſtuli ad emptorem ad ipſius ſecuri-
tatem , titulo pignoris & hypothecæ , pro euictione
prioris.& quidem non abſque emptionis inſtrumẽtis,
hoc eſt,conuentione habita,ꝙ hic, loco illius forte e-
uincendi,cenſeretur vẽditus.Ita,vt hic,in effectu,duæ
ſint venditiones diuerſarũ rerũ,vt Fulg.in d.l.2. prior
quidem pura,& vtrinque prima traditiõe adimpleta:
poſterior vero ſub conditione euictionis rei prius vẽ-
ditæ,quæ non minus in fauorem debitoris,qui vendi-
tor eſt : quam in fauorẽ creditoris emptoriſque facta
videri poteſt.nimirũ , vt venditor periculo euictionis
liberaretur, alio æque bono fundo tradito emptori lo
co venditi & euicti.Quo quidem modo venditor cui-
cta re liberari ſummo iure nõ potuiſſet:ſed in pecunia
numerata præſtare debuiſſet,quanticunque intereſſet
emptoris,fundum primo loco venditum non eſſe eui-
ctũ : quamuis locator ædiũ liberari poſſet euictis ædi-
bus,præſtando alias æque cõmodas inquilino.l.ſi quis
32 domũ.in princ.& l.cum in plures.in fi.prin.loc. † Cõ-
ductor enim ſolum vſum ſpectat rei conductæ, quẽ æ-
que explere ei poteſt alia res nõ minus ipſi commoda,
quam quæ locata fuit:Salic.in d.l.ſi quis domum.ſicut
& ſecuritatem quam creditor expectat ex ſatiſdatione
vnius fideiuſſoris, explere ei poteſt ſatiſdatio per aliũ
æque idoneum,l.qui autẽ.§.j.de conſt.pecu.l.illud.§.ſi
metu.de eo ꝙ met.cauſ. At emptor ſpectat dominium
fundi,vt in eo ædificet,& pro libito ꝙ volet de illo cõ-
ſtituat:ſic vt non omnem vtilitatem, quam ex emptio-
ne ſperauit,explere ei poſsit alius fundus non emptus
& niſi placuerit illũ empti loco habere,ad id cogi non
poſsit.Ergo iſta conuentio in commodum venditoris
facta(per quam ſe reduxit ad ſimilem cauſam obtinen
dæ liberationis à periculo euictionis , in qua , ex iuris
benigna diſpoſitione,conſtituitur locator, etiamſi ni-
hil ſuper eo conueniſſet ab initio ) non ſubiicit ipſum
legi commiſſoriæ.

Huc quoque pertinet,ꝙ quæri ſolet de dote in pecu
nia promiſſa:& de re aliqua,loco illiuſpecuniæ ad diẽ
33 non ſolutæ,danda.Nam † conſtante quidem matrimo-
nio,permutari dotem poſſe,ex pecunia in re , aut ex re
in pecunia,omnino probatum eſt,l.ita conſtante.de iu
re dot.l.ſi mulier dotis cauſa.l.cum mulier.in.j.reſpon
34 ſo.de pact.dota.Sed † an permitti ea permutatio poſſit,
ſub hac conditione , ſi ad diem pecunia non ſoluatur,
cõtrouerſum eſt,à Neg.in tract.de pig.in 4. parte prin
cip.nu.8.verſ.quinto fallit reg. & à dño Moli. in tract.
de contract.vſur.num.372.Et verius eſſe videtur,inſpi-
ci debere qua mente & fine ita contractum ſit , an vt
dilationem aliquam obtineret , qui dotem in pecunia
promiſit, quam ad manum non habebat , vt tunc con-
uentio non valeat.An vero non ob defectum pecunię,
ſed quod forte generi mores vellet cognoſcere , ante-
quam fundum daret ſocer,bene perpenſam habens ra
tionem ſui patrimonij:ſic vt illud pactum videatur ad
iecisse,tanquã partem principalem contractus, veram
que dotem,ab initio ſub conditione,conuentam: non
vt dotis acceſſionem,ac veluti vſurarium commodum
dilatæ ſolutionis pecuniæ,vt his modis valeat conuẽ-
tio:quæ certe ſi ex interuallo interponeretur, poſt do-
tis obligationem ſemel pure in ſola pecunia conſtitu-
tæ acquiſitam,magis videretur apponi, ad redimendã
dilationem,vel nimis rigidam ſtrictamque debiti exa
ctionem,quando autem à principio apponitur, cenſe-
tur pars principalis contractus, & extremum legitimę
conuentionis.

Sed etſi acceſſorie , ac velut in pœnam moræ de-
bitoris,conuenerit creditor de hadendo pignore:non
quidem perpetuo,ſed ad tempus,donec pecunia ſolua
tur,non hæc improba lex cõmiſſoria,ſed permiſſa an-
tichreſis cenſebitur contracta, l. ſi is qui bona.§.prim.
hoc titul.

Ac denique,ſi conuenerit de habendo pignore,etiã
in perpetuum,non tamen pro debito , ſed iuſto pretio
poſtea arbitrando,valebit adhuc conuentio,le. ſi fun-
dus.§.poteſt.de pignor.quamuis non nominetur per-
ſona



ſona,cui æſtimatio pretio ſit relicta,licet enim in ven-
ditione hoc non toleraretur,neque ea ſic contracta va
leret,niſi nominaretur is cui detur arbitrium conſti-
tuendi pretium.§.pretium autem conſtitui.Inſtitu. de
empt.& vendit.l.ſi merces loca.Attamen in pacto de
vendendo( quod hic potius factum eſſe intelligitur)
nulla eſt ratio,cui illud non valeat , etiamſi in genere
conuenerit,de vendenda re,nulla pretij mentione fa-
cta,ne in genere quidem.quãto magis ergo valere de-
bebit,ſi hoc addatur , quod iuſto pretio venderetur:
quanuis taceatur,cuius arbitrio illud ſtatui debeat.
Vel,vt alij volunt,vt Bal.in l.in vendentis.C.de cõtra-
hen.emptio.& vendi.Fulgo.in hoc §. poteſt. tolerari
hoc nõ poſſe,in venditione per ſe principaliter facta,
nulla alterius contractus gratia :ſed hic ſuſtineatur
ratione principalis cõtractus,tam eius,ex quo princi-
palis obligatio naſcitur,quàm pignoris,cui acceſſoriè
hæc conuentio & quodammodo conditionalis vendi
35 tio adiicitur.Sicut & aliis locis videmus † nonnunquã
permitti in acceſsione,quod nequaquam in principali
permittendum eſſet,veluti quod etſi de alia re,quæ rei
principaliter venditæ accederet, venditor ſenſerit , &
de alia emptoa,hoc tamen non nocere contractui ven
ditionis,quanuis noceret diſſenſus in re principali l.ſi
in empt.in princ.de contrahen. empt.l.inter ſtipulan-
tem.§.j.de verb.oblig.Imò forte non male dixeris, hic
non tam pretium,quàm pretij augmentum , cõferri in
alterius arbitrium:quaſi directum eſſet,pignus emptũ
eſſe pro debito,& quanti pluris æſtimatum erit : quod
quidem augmentum,videtur poſſe cõferri in arbitriũ
incertæ perſonæ,vel non nominatæ,cùm etiam quodã
modo arbitrio alterius contrahentiũ tacite poſsit cõ-
mitti:cùm ita conueniri poſsit,vt res ſit empta aureis
centum,& quanti pluris eam emptor vendiderit.l.hęc
venditio.§.vlt.de contrah.empt.Vnde etiam nõnullis,
vt Salic.ad l.vltimam.in 2.q.C.de contrahen.empt.cõ-
tra Bal.ibi,viſum eſt,quòd ſi arbitrio certæ perſonæ cõ
miſſum eſſet augmentum pretij,& is non arbitraretur,
non tantum ob id irritam fieri venditionem,quaſi ſuf-
ficiat pretiũ eſſe certũ,quanuis incerta ſit cauſa accidẽ
36 talis augmenti pretij.† Lapſus eſt ergo Accurſius, hic
in glo.verbi æſtimãdum.qui hæc ſpeciali ratione per-
mitti in mutuo putauit,eò ꝙ debitores vix aliter inue-
nirent pecuniam.Nam cur non eadem ratione credi-
toribus aperit legẽ cõmiſſoriam,in mutuo,vt ſic quoq;
facilius mutuũ detur?Certè alij,dominus.ſ.Molinæus
in præalleg.tract.nu.360.melius ſolum contractũ mu-
tui hic penè exceperunt,propterea quod qui mutuum
dat,nullũ certũ lucrũ ſtipulari poſsit,ꝓpter officiũ da
ti mutui,etiã ꝑtextu dilatiõis ſoluẽdi,ꝑſertim quod de
bitori ſit damnoſum:Ius autem emendi & acquirendi
rem debitoris,etiam iuſto pretio,lucrum eſt, ſiue com
modum in iure conſiderabile,damnũ adferens debito
ri,qui vel inuitus,ſi ad diẽ non ſoluat,re ſua carere de-
beret.Nam ſi hæres æquo pretio iubeatur rẽ aliquam
vendere,legatũ erit vtile legatario.l.etſi æquo pretio.
de leg.j.cui addo,ꝙ niſi commodum aliquod expecta-
ret ex ea conuentione,creditor facile contentus eſſet
vulgari pacto.l.pactũ vulgare.C.de pig.act.vt ceſſan-
te debitore,poſſet rem obligatam cuilibet vẽdere:nec
ab illo pacto recedens,curaſſet ſibi ſoli ſeruare facul-
tatem emendi. Ita vt præpoſtera ſuperſtitione hic in
manifeſto periculo videantur ſecuri,Bartol.ſcilicet in
l.3.C.de pign.& ibi Salic.qui commendant conſilium,
quo vti conſueuerunt fœnoratores paciſcentes,ſi non
ſoluatur ad diem pecunia,pignus emptũ foret,eo pre-
tio,quod tunc arbitrabitur communis aliquis amicus
debitoris & creditoris.

Poſtremò,an ſicut valet conuentio,vt quàm diu de-
bitor vſuras ſoluet,creditor non poſsit ſortem petere,
37 l.tt em quia.§.vlt.de pact.ſic quoq; e diuerſo,valet,† vt
aliquandiu ſors non poſsit ſolui, nec pignus redimi:
ſed oporteat debitorem vſuxis incumbere:etiamſi ſol-
uere paratus ſit,iuſtam habet dubitationem.Sunt qui,
vt Caſtrenſ.in dicta l.item quia.§.vltimo.negent vale-
re,cùm adimat debitori libertatem liberãdi ſe ab obli
gatione.Sed communius receptum eſt à Barto.& aliis
in l.qui Romæ.ad princ.de verborum obligat.Alexan.
ad dictum §.vlt.l.item quia.diſtingui debere,qua mẽ-
te & fine ita ſit contractum:nam ſi id factum ſit ad ob-
uiandum damno creditoris,vtique valere.veluti ſi ve-
riſimilis fuerit ſuſpicio mutatiõis monetæ,in qua cre
ditor mutuũ dedit,quod paulò poſt cum dãno ſuo reci
peret.aut ſi qua alia ſimilis iuſtáque cauſa fuerit , ob
quam videri poſsit creditorem fuiſſe ſolicitum,non tã
de lucro captando,quàm de dampo vitando.

Relinquitur ergo ex iam dictis,tunc demum legem
38 commiſſoriam in pignore cenſeri improbatam,† quã-
do conuenit inter creditorem & debitorem,vt res pi-
gnorata perpetuò abdicatur creditori, pro quantitate
debiti,non pure,& in præſenti: ſed in futurum, & ſub
hac conditione,ſi ad diem non ſoluatur pecunia, vt ſic
creditor,aliquo ſuo commodo acquirẽdo dominium
pignoris,facilius indulgeat debitori dilationem ſoluẽ
di.Et certe hæc conditio,ſi pecunia ad diem nõ ſolua-
tur,potiſsimum in hac lege commiſſoria , videtur ex-
ſpectanda. Alioqui,ſi promittatur aliud pro alio ſol-
ui,etiam in futurum , & forte pignus pro eo debito,
pro quo eſt obligatum,non tamen mox erit improban
da conuentio,ſi ea non ſit ad obtinendam dilationem
ſoluendi facta, ſub conditione nunc dicta. Ideoque
qui promiſit die obligationis cedente pignora in ſo-
lutum dare,non contraxit legem commiſſoriam hic
39 improbatam.† Non enim conuenit committi pigno-
ra,ſiue in commiſſum cadere creditori,niſi ad diem
ſolueretur pecunia,imo conuenit , non ſolui vnquam
pecuniam,quæ debebatur . ſed conditione eueniente
obligationis,vel die,ſolui pignus loco pecuniæ. Qua
ratione potiſsimum fieri puto,quod excuſetur conuen
tio,à vitio legis commiſſoriæ in duobus caſibus,dicta
l.quanuis.de ſolution.& l.ſecunda C.pact.pig.quos ſu-
perius latius attigi,nempe quod ibi conuenerit pignus
in ſolutum dari,non quidem ſi non ſolueretur ad diem
pecunia debita:ſed potius,ne illa vnquam ſolui debe-
ret.& vt ab illius obligatione videretur quodammo-
do receſſum,alia re pro alia promiſſa , vt iam dici non
poſsit committi pignora,niſi pecunia ſoluatur , cuius
nulla expectatur ſolutio.

## De vi & effectu pignorum,& hypothecarum.

### *SVMMARIVM.*

1 *Effectus pignorum ad tria membra redigitur , quæ variè iterum ſubdiſtinguuntur.*
2 *Quicquid commodi vel incommodi fortuito accidit in pignore,id omne ad debitorem pertinet.*
3 *Probatio amiſſionis pignoris cui incumbat , quando conuenit vt amiſſio pignorum liberet debitorem.*
4 *Reſidui appellatione venit etiam totum.*
5 *Pignoris oblatio ex euentu quandoque creſcit.*
6 *Pignus expreſſe obligatum pro eo quod ex trãſactione promittitur,an cenſeatur pro veteri debito obligatum.*
7 *Tutoris omnia bona tacitè ſunt obligata pro admiſtratione bonorum pupilli.*
8 *Interpretatio acuta reſponſi Sceuolæ , in l.fin.ff.in cauſ.pig.ta.con.*
9 *Tranſactione facta animo nouandi,quandoque re-*

*diri poſſe ad priſtinam obligationem, ex doli cauſa.*
10 *Tacitam pignorum obligationem reuiuiſcere quan*
*doque cum principali actione.*

QVAERENTI aliquem huius tracta-
tus exitum, quem difficilius fuit inue-
nire, quàm principium: tandem viſum
eſt, conſtitui poſſe hoc vltimum caput,
de vi & effectu pignorum & hypothe-
carum. quod tametſi latiſsime pateat,
1 †aliquo tamẽ ordine in tria potiſsimum membra par
tiri poſſe credimus: diſtinctis tribus tẽporibus, videli-
cet ante actionem, in actione, & in iudicati executio-
ne. Ante actionem quidem, vel nullo ad eã habito re-
ſpectu, maximẽ de duobus quærimus, cuius periculo
ſint pignora & hypothecæ, de quo extant reſponſa Iu
riſconſultorum, in l. ſi inter colonũ. §. quicquid. de pi-
gno. & in l. amiſsi. de fideiuſ. & conſtitutiones princi-
pum, in l. quę fortuitis. l. pignus. C. de pig. act. l. ſicut. C.
de pig. Et quandiu obligata maneãt. Et hic præter ali-
qua reſpõſa ĩ l. ſi ſuperatus. l. qui pignori plures res. l.
grege, C. etiamſi creditor. de pig. l. cum quis ſibi. §. vlti.
de ſolu. & conſtitutiones l. præſes. l. quanuis perſonali.
C. de pign. offerent ſe integri tituli de remiſsione, de
luitione pignorũ. Quibus modis pignus vel hypothe-
ca ſoluatur, Si antiquior creditor pign. vend. &c. In a-
ctione autem facilis erit diſtinctio per vulgaria capi-
ta, quibus detur actio, (referendo huc titulũ: Qui po-
tiores in pignore. & iterum alium: De his qui in prio-
rum creditorum locum ſuccedunt.) Contra quem de-
tur actio, (quod vno atque altero reſponſo eſt expedi-
tum. l. ſi fundus. §. in vendicatione. l. pignoris perſecu-
tio. de pignor). Ad quid detur actio, (quod nec ipſum
late patet. d. §. in vendicatiõne. & §. ſequenti.) Et deni-
que, quid probandum ſit agenti. quod paucis quidem
locis. l. ante omnia. de probat. l. & quæ nõdum. §. quod
dicitur. de pignor. l. cum res. C. ſi aliena res pign. data
ſit. propoſitum habemus, ſed difficilem habet tracta-
tum, & in quo præclara ingenia ſudaſſe leguntur. In e-
xecutione vero iudicati, hoc potiſsimum quæritur, ſi
res obligata non reſtituatur creditori, qualiter lis æſti
manda ſit. Quomodo in litem iurandum. l. ſi fundus. §.
ſi pluris. l. ſi inter colonum. §. ſi res pignorata non reſti
tuitur. de pignor. Ac denique, de diſtractione pigno-
rum. Reuertamur nunc ad primum articulum, Cuius
periculo ſint pignora: ſiue ad quem ſpectet eorum in-
teritus. Et hic quidem ſe offert Iuriſcõſulti regula. l. ſi
inter colonum. §. quicquid commodi. de pignoribus.
2 quòd †quicquid commodi ſiue incommodi fortuito
acceſsit, id omne ad debitorem pertinet. Taceo de do
lo, & culpa creditoris, qui ex ipſis cauſis ipſe obligatur.
d. l. ſi cum venderet. §. vlt. cum l. ſequent. de pig. action.
l. ſicut. C. de pigno. ſicut & ex caſu fortuito, cuius peri
culum in ſe ſuſcepit, vel apertis verbis, vel paulò laten
tius, ſcilicet ſi conuenerit, vt amiſsio pignorum libe-
ret debitorem. l. qui fortuitis. in fin. C. de pig. actio. Di-
ſtinctionem vero caſuum fortuitorum, quæ lucem ad-
3 ferre poſſet quæſtioni hactenus controuerſæ. †cui in-
cumbat probatio amiſsionis pignoris, & fortuiti ca-
ſus, alio loco tradidimus, in d. l. qui fortuitis. In qua o-
pinione ac diſtinctione, viſo poſtea elegantiſsimo Phi
lippi Cornei conſilio ſiue reſponſo. 318. lib. 4. magis at-
que magis confirmor. Porro quod legitur in l. amiſsi.
de fideiuſſor. amiſsi ruina pignoris damnum, etiam ad
fideiuſſoris periculum ſpectare, non ita accipiendum
eſt, teſte Paul. Caſtren. in d. l. amiſsi. quaſi plus debeat,
vel ſtrictius obligetur, nũc fideiuſſor amiſſo pignore,
quàm prius. Sed quod exciderit à ſecuritate pignoris,
quòd alioqui à creditore ad eum pro debitore ſoluen-
tem transferendum fuiſſet, ſi non interiiſſet. l. 2. de pig.
l. 2. C. mandat. & quod iam ſtatim recta via conueniri
poſſet, nõ excuſſo pignore, etiamſi forma fideiuſionis
ad excuſsionem pignoris aperte remittat. Veluti ſi ita
ſit acceptus fideiuſſor, quanto minus ex pretio diſtra-
cti pignoris ſeruare poſsit. Quibus quidem verbis di-
ctæ l. amiſsi. totum debitum eo caſu continetur, cùm,
certum ſit, nihil ex pignore poſſe ſeruari, quod interiit,
4 & †reſidui appellatione veniat etiam totum. l. cætero-
rum. de verborum ſignificatione l. 2. de hæredibus in-
ſtituendis. ita vt quodammodo ex euentu creſcat fide-
iuſſoris obligatio, propter pignoris interitum. Sicut
& alio loco, in l. vlti. in quibus cauſis pignus vel hypo.
tacitè contrahatur. creſcit præter expectationẽ pigno
6 ris obligatio, † videlicet, vbi inter hæredes tutoris &
pupilli, cùm ex adminiſtratione tutelæ dicerentur ad-
huc centum debere, ſic eſt tranſactum, vt quinquagin-
ta darentur, & ex ea ſumma maiore parte ſoluta, nem-
pe quadraginta, pignus eſt acceptum in reſiduã quan-
titatem: obligabitur hoc pignus in veterem contra-
ctum, hoc eſt, in omni illo, quicquid ex adminiſtratio-
ne tutelæ inueniret deberi, ſi trãſactioni nõ ſtetur. Quę
ſanẽ mira vis eſſet obligationis pignoris, & vere mirã-
dũ incrementũ, ſi ex illo Sceuolæ reſpõſo inferre veli-
mûs, vt pleriſq; viſum eſt, Bart. ſ. Salic. Fulgo. ꝙ pignus
expreſſe obligatum pro eo quod promittitur ex cau-
ſa tranſactionis, cenſeatur tacitè eſſe obligatũ pro ve-
teri debito, de quo fuit tranſactum: ſi tranſactioni non
pareat is qui pignus dedit, quod ſanẽ, ſi pro eo alius ſic
pignus dediſſet, rationem non haberet. argumẽ. l. item
quæritur. §. qui impleto. verſicul. ſed hoc ita verum. lo
cat. At nec ſatis compertum habeo, an etiam eo ipſo pi
gnus dante qui trãſigit, tam late ad quaſlibet trãſactio
nes de quacunque obligatione factas extendi poſſet.
Quod ibi Sceuola reſpondit, more ſuo, ſecundũ ea quę
proponerentur. Proponebatur autem de tali ſpecie ve-
teris contractus & obligationis, quæ pro ſe tacitam pi
gnorum obligationem habet annexam: nimirum de a-
ctione tutelæ, cùm †tutoris omnia bona tacite ſint o-
7 bligata pro adminiſtratione bonorum pupilli, l. pro of
ficio. C. de adminiſtrat. tuto. Vnde quæſtio ibi propoſi-
ta ſic poteſt intelligi, an in veterem contractum res o-
bligata eſſet, hoc eſt, an ea ipſa res, nunc in cauſam trã-
ſactionis obligata, adhuc maneret obligata in veterem
cauſam, pro eo quod actione tutelæ peti poterat: obli-
gata, inquam, non quidem expreſſa conuentione nunc
primum facta in tranſactione, ſed iure ideſt tacite, &
obligatione quadam legali: ſicut prius ea ipſa res, cum
cæteris omnibus bonis tutoris, nunc ad hęredem eius
tranſlatis, fuerat obligata: Vt veriſimillimum ſit, aduer
ſus aliorum ſententiam, Alberic. ſc. & Fulgo. in dict. l.
vltim. hoc pignus in cauſam tranſactionis datum fuiſ-
ſe, ex iis rebus quæ à defuncto tutore ad hæredem eius
8 peruenerant. †Alioqui ſi de propriis hæredis rebus da
tum eſſet, non recte dubitatum fuiſſet, an eſſet (ſicut ad
huc poſt tranſactionem) in veterem contractum iure
obligatum, ſi nunquam antea pro illo fuiſſet. Nam di-
ſcurrendo per reliquas omnes ſpecies principalium
obligationum, quæ ſecum trahunt tacitum pignus, ap
parebit, quòd ſemper illud ab initio habeant annexũ,
& quod non ex interuallo temporis acceſſerat. Neque
ob id ſtatim putabimus cum Fulgo. ibi. nullam ratio-
nem dubitandi eſſe in reſponſo Sceuolę, ſi intelligatur
de pignore, quod ex bonis tutoris ab initio generaliter
& tacite obligatum datum ſit. nã videri poterat in to-
tũ à veteri obliga. receſſum: & ꝑ trãſactionẽ fuiſſe deci
ſam actionẽ tutelæ: ita vt extincto principali debito ex
adminiſtratiõe tut. cõtracto, extĩcta quoq; ſit tacita o-
bligatio pignorũ, quæ illi acceſſerat. Poterat quoq; pri
ma facie videri, quod hęc res nunc expreſſe pignori da
ta eidẽ creditori, in aliã cãm, nẽpe trãſactionis, cõſenſu
creditoris liberata eſſet à generali obligatione tacita:
etiamſi vſu veniat, vt ad priſtinã obligationẽ actionẽq;
tutelæ aliquando tranſactione non ſeruata redeundũ
ſit. Sed nihilominus à Sceuola aliud reſpõſũ eſt, durare
adhuc



adhuc taciti pignoris obligationem, in ea etiã re, quæ
in aliam cauſam, nempe tranſactionis, eidem creditori
poſtea conuentione data eſt pignori. Idq; reſpondit ſe
cundũ ea quæ præponerentur, & reſpiciens, vt opinor,
ad naturã tranſactionum, quæ non perimunt ipſo iure
actiones, ſed exceptione ſubmouent, l. qui cum tutori-
bus. de tranſact. l. cũ proponas ab ea. in fi. C. de tranſa.
niſi Aquiliana interceſſerit ſtipulatio. & deinde acce-
ptilatio. l. vt reſponſum. C. de tranſact. quæ vtiq; in re-
ſponſo Sceuolæ, non proponebantur interueniſſe: ſed
hoc ſolum, ꝙ tranſactio eſſet facta. quod intelligi põt,
ſimpliciter pacto conuento: & non Aquiliana ſtipula-
tione, l. 2. de tranſact. & ſic animo nouandi veterẽ actio
nem tutelæ. Non tamen negauerim, quin etiã ſi nouan
9 di animo †trãſactio facta eſſet, aliqua adhuc via ſuper-
eſſe poſſet, qua redeat aliquando vſus veteris obliga-
tionis, actioniſq; tutelæ, & cũ ea quoq; vſus taciti pi-
gnoris: videlicet, ſi dolus hæredis tutoris in tranſigen-
do interueniſſet, Fulg. in d. l. vlt. ſic enim ſola ſupereſſet
de dolo actio, qua vetus illa actio tutelæ reſtituatur; l.
ſub prætextu. 1. l. fi. C. de tranſact. & quidem cũ ſuis pi-
gnoribus tacitè obligatis, & aliis qualitatibus. Sanẽ re
ſtitutio in integrũ, quæ ceſſante dolo immodicè læſo
hæredi pupilli concederetur, viſa eſt nonnullis, vt Bar.
to. & Fulg. in d. l. fi. eo referri non poſſe: cũ illa reponat
vtrinq; oĩa in ſtatũ priſtinũ, in quo erant, antequã tran
ſigeretur, l. vnic. C. de reputat. quæ fi. in iud. in integrũ
reſtit. & tunc, vti illi opinantur, ea res quæ nunc in cau
ſam trãſactionis eſt pignori data non fuit obligata in
cauſam adminiſtrationis tutelæ: eo ꝙ hæredis eſſet, &
nunquam defuncti tutoris fuiſſet. In quo falli eos iam
diximus, & latiorem huius reſponſi vſum facimus. Nã
cum eis nõ diſtinguimus, quomodo, quáue ratione id
factum ſit, quod vires receperit vetus tutelæ actio: An
quia hæres tutoris ipſe tranſactionis placitis non ſte-
tit, neq; paruit: an quia dolum in tranſigendo commi-
ſerit: an verò ꝙ re ipſa immodice hæredẽ pupilli læſe-
rit: ſic vt beneficium reſtitutionis in integrũ mereatur.
Vt nec diſtinguit Sceuola: ſed hoc tantũ in genere pręſ
ſupponit (quod & omnino neceſſariũ eſt) veteri actio-
ni tutelæ rurſus datum eſſe locum. Et ſi quid fortè di-
ſtinguendum putaſſet, in modo quo vires recepiſſet
priſtina actio, id vtique vel vno verbo obiter atti-
giſſet. Et præſertim cum reſpondere ſe diceret ſecun-
dum ea quæ præponerentur. Vnde non video, qua
ratione trahi poſſet reſponſum illud Sceuolæ ad tran-
ſactiones initas ſuper quaſcunque obligationes; e-
tiam quæ tacitam hypothecam non habeant annexã,
& pignus quod expreſſe datum eſt, in quantitatem re-
ſtantem ex cauſa tranſactionis, dici poſsit obligatum
in veterem cauſam. Niſi forte hæc verba *pignoratitiæ*
*obligationes* in reſponſo Sceuolæ *in reſiduam quanti-*
*tatem* referas, non ad eam tantum, quæ ex tranſactio-
ne ſoluenda adhuc reſtat: ſed ad omnẽ, quæ adhuc de-
betur: debetur autem re vera, & ſummo iure, ex veteri
quoque cauſa adminiſtratæ tutelæ, cùm ex tranſactio-
ne non agi, ſed excipi tantum poſsit. l. qui cum tutori-
bus. de tranſactio. l. ſiue apud acta. l. cùm proponas. C.
de tranſact ita vt vbi ea exceptio ceſſat, obligetur pi-
gnus cum effectu in quantitatem reſiduam, hoc eſt, ex
veteri cauſa adhuc debitam. Sed hanc interpretatio-
nem nec alij pro ſe aſſument, quoniam ſic dicere opor
teret expreſsis verbis, licet generalibus, de pignore in
veterem quoque cauſam conuentum eſſe, non autẽ iu-
re & lege, hoc eſt, tacitè, quod Sceuola dixit, obligari.
Magis ergo conuenire putauerim noſtram interpreta-
tionem, ſecundum quam reſponſum hoc Sceuolæ per-
tinebit ad ſequentem articulum quem nunc aggredi-
10 mur. †Quandiu pignora obligata maneant, quod tam
conſtans ac firma ſit taciti pignoris cauſa, vt etiam ſi
ſuper debito principali cui adheret, tranſactum ſit, ſi
tamen aliquando redeat, ex quacunque cauſa, vſus pri
ſtinæ obligationis, & actionis, illi adhuc dicamus in-
hærere tacitè pignorum obligationem, etiam ſi forte
receſſum fuiſſet, aliquando à priſtina illa obligatione,
per nouationem: quæ non tam facile ſe extendit ad pi-
gnus tacitum legale: quàm ad conuentum. l. nouatio.
de nouatio. l. vnica. in principio. C. etiam ob chirogra.
pecu. pig. reti. poſ. vel ad fideiuſſores acceptos, qui ipſi
in ſe ſpõte certam obligationis formam ſuſceperunt.
l. nouatione. C. de fideiuſ. Quando enim ipſa actio, cui
ex iuris diſpoſitione inhæret pignus, reuiuiſcit, & ite-
rum cum effectu exercetur, reſurgit & pignus illi inhę
rens, ſicut quando iure reſtituitur actio in patrem, lo-
co filiæ emãcipatæ, quæ in ſe paternam obligationem
contra Senatuſconſultum Velleianum ſuſceperat, pi-
gnora dante patre. Hęc tenebuntur pro reſtitutoria a-
ctione, quę in patrem datur, loco inutilis actionis, quã
in ſe filia pro patre acceperat. l. ſi paternã. verſi. pigno-
ra tantum. cum verſi. ſequent. C. ad Velleianum. inſpe-
cta potius prima cauſa & origine obligationis, (quæ
ab initio tenebat patrem qui pignora dedit) quàm ti-
tulo obligationis. argu. l. 3. C. ad Maced. Salic. ad dictã
l. ſi paternam.

## Quibus modis pignus uel hypotheca ſoluatur.

*SVMMARIVM.*

1 *Soluitur pignus directo & in conſequentiam princi*
*palis debiti, idque vel expreſſe, vel tacitè.*
2 *Pignus vel hypotheca ſola conuentione conſtans, an*
*ipſo iure tollatur pacto de non petendo, vel ſi pignus*
*remittatur, an ſolum per exceptionem.*
3 *Conſenſus ſolius tutoris, an ſufficiat ad pignoris re-*
*miſſionem.*
4 *Procurator in rẽ ſuã paciſcitur remiſſionẽ pignoris.*
5 *Procurator omnium bonorum, an pignus remittere*
*poſſit.*
6 *Procurator etſi ſolutionem accipere poſſit, non tamẽ*
*gratis, vel alio recepto quàm debeatur, debitorem li*
*berare poteſt.*
7 *Procurator debitoris rectè paciſcitur domino libera*
*tionem, idque pactum domino prodeſt ad doli exce-*
*ptionem in ſubſidium.*
8 *Remiſſio debitori facta prodeſt & hæredi, & fideicõ-*
*miſſario vniuerſali.*
9 *In parte pro indiuiſo poſſeſſa, ſi fiat remiſſio pigno-*
*ris, reliqua pars nihilominus in ſolidum pignori ma*
*net ſubiecta.*
10 *Pacta quæ tacitè inducunt pignoris remiſſionem. ve-*
*luti ſi creditor conſentiat alienationi pignoris.*
11 *Creditor conſentiens alienationi, poteſt modum præ*
*ſcribere alienationi, quò hæredẽ debitoris excludat.*
12 *Venditionis verbum ex lege duodecim tab. omnem*
*alienationem complectitur.*
13 *Vxor conſentiens alienationi prædij dotis nomine ſi*
*bi obligati, cùm illud in dotem datur communi fi-*
*liæ, & filia abſtineat poſtea hæreditate paterna, ad*
*uerſus filiam omnem actionem admiſit.*
14 *Creditor conſentiens hypothecam ſibi cõſtitutam a-*
*lij obligari, quid hic operetur conſenſus.*
15 *Titulo debet congruere legis interpretatio, quæ ſub*
*eo eſt poſita.*
16 *Renũtiationes omnes ſtrictè ſunt accipiendæ, & ha-*
*bent in ſe donationis vim, quæ nunquã præſumitur.*
17 *Occaſio conſenſus præſtiti in renuntiatione pignoris*
*inſpici debet.*

18 *Creditor conſentiens ſimpliciter alienari pignus, an ſi debitor donauerit, videatur ſibi præiudicaſſe.*
19 *Creditor conſentiens intra certum tempus alienari pignus, tempore illo elapſo debitor vendere non poterit.*
20 *Conceſſa ad tempus, poſt tempus cenſentur prohibita, & prohibita ad tempus, poſt illud cenſentur permiſſa.*
21 *Conſenſus creditoris expreſſus requiritur in alienatione pignorum, non ſufficit illum ſcire pati venditionem.*
22 *Fiſco hypothecas vendente, cur creditores ſilentio amittant hypothecariam actionem.*
23 *Creditor tabulis venditionis pignoris ſubſcribẽs, ius pignoris remiſiſſe credendus eſt.*
24 *Creditor quando tacito conſenſu cenſeatur ius pignoris remiſiſſe.*
25 *Duo creditores pignus ſimul ementes, an inuicem cẽſeantur remiſiſſe ius pignoris.*
26 *Creditor vtens proteſtatione, quod ſaluo iure pignoris conſentiat venditioni, ſeruat ius ſuum pignoris.*
27 *Conſenſum creditoris ſequi debet effectus venditionis, donationis, vel alterius contractus, non ſimulatio.*
28 *Debitor ſi poſt venditionem inueniatur pignus adhuc poſſidere, ſimulata cenſetur vẽditio, antinomia hac in parte à Mudæo conciliata.*
29 *In vna eademque re, & ex vnica obligatione pignus non duplicatur.*
30 *Mudæi paraphraſtica interpretatio reſponſi Marcelli, in l. ſicut. §. ſuperuacuum. quibus modis pigno. & hypoth. ſol.*
31 *Simulatione aut fraude interueniente, iuuandus eſt creditor, qui conſenſit alienationi.*
32 *Debitor vel eius hæres non debent in lucro verſari, cum iniuria creditoris.*
33 *Creditor ſi conſenſerit venditioni, eaque venditio reſoluta fuerit, retinet ſaluum ius pignoris.*
34 *Venditione per iudicem reſoluta, manebit quandoque ſaluum ius pignoris creditori, cuius duo exempla adfert Iuriſconſultus.*
35 *Creditor chirographum pignorationis reddens debitori, remittit ius pignoris.*
36 *Plus operatur reſtitutio chirographi pignorationis, quam ipſius pignoris reſtitutio.*
37 *Modi qui pertinent ad diſſolutionem pignoris.*
38 *Creditor vendẽs pignus pro debito, deſinit habere ius pignoris in ea re.*
39 *Interitu rei obligatæ ſoluitur pignus, & etiam mutatione.*
40 *Præſcriptione tollitur hypothecaria actio, item iureiurando.*
41 *Sola oblatiõe alterius ſatiſdatiõis nõ tollitur pignus.*
42 *Si pignora obligata ſint, donec pecunia ſoluta, vel ſatisfactum ſit, quid hæc verba operentur.*
43 *Conſtitutum non inducit prioris obligationis nouationem.*
44 *Modi quibus pignora & hypothecæ tollãtur ad duo genera referri poſſunt.*
45 *Paratus ſoluere, videtur pignus liberaſſe, & quis dicatur paratus.*
46 *Obligatio quæ verbo tantum fit, quid operetur, & ea quæ reipſa fit tam extra iudicium, quàm in iudicio.*
47 *Solutio debiti liberat pignus.*
48 *Negotiorum geſtor debitoris, ſi à creditore emerit nomen debitoris etiam pignora habet obligata.*
49 *Nego. geſtor poteſt emere pignora debitoris: ſed non fideiuſſor.*
50 *Poſſeſſor rei obligatæ offerendo debitum, repellit creditorem ab hypothecaria actione.*
51 *Poſſeſſor rei obligatæ, an ſi ſoluere paratus ſit debitũ, cogere poſſit creditorem, ad cedendas actiones contra debitorem.*
52 *Creditori non tantum ſolui debet ad pignoris liberationem, ſed etiam alij voluntate eius.*
53 *Inducta & illata in partem ædium conductarũ, ſunt priori locatori obligata.*
54 *Solui debet integrum debitum, & in proba moneta, ad hoc vt pignoris liberatio fiat.*
55 *Conditio, item pœna indiuiduam faciunt obligationem.*
56 *Plurium fideiuſſorum ſingulæ ſunt obligationes, ac ob id vnus ſuam partem ſoluendo liberatur.*
57 *Remiſſo debito, ſoluitur hypotheca, etiamſi ea remiſſio fiat nudo pacto.*
58 *Remiſſio inutilis eſt, quæ fit dolo, vel metu.*
59 *Inutilis remiſſio quandoque pignus liberat. Accurſij hac in re exempla expenſa à Mudæo.*
60 *Remiſſio debiti, quod excedit quingentos ſolidos, debet inſinuari.*
61 *Exemplum ad reſponſum Papiniani, à Mudæo adductum.*
62 *Acceptilatio debiti, item compenſatio, ſoluit hypothecam.*
63 *Debitore per ſententiam abſoluto à debito, ſoluitur hypotheca.*
64 *Si iuratum ſit, pecuniam non haberi, ſoluitur hypotheca.*
65 *Mutatione iudicij, veluti ſi dominus in ſe illud transferat, ſoluitur hypotheca.*
66 *Confuſione debito ſublato, extinguitur hypotheca obligatio: & quid de fideiuſſoria obligatione.*
67 *Fideiuſſoria obligatione extincta, cur duret pignoratitia, in reſponſo Africani.*
68 *Creditor etſi actionem perſonalem in iudicium deduxerit, & obtinuerit reum, fideiuſſores, aut mandatores eius cõdemnari, nihilominus hypothecaria actio adhuc ſupereſt.*
69 *Si cum debitore actum fuerit rei vendicatione, & ſuccubuerit, ſeruatur nihilominus creditori hypothecaria actio.*
70 *Creditor ſi vendiderit ius obligationis, manet tamẽ hypothecaria actio in ſuo robore.*
71 *Perſonali actione ſublata, quomodo dicantur vincula pignoris durare, apud Gordianum in l. intelligere, Cod. de luition. pignor. noua conſideratio Mudæi.*
72 *Hypothecaria actio competit creditori, hæredibus eius, & ei cui nomen debitoris in ſolutum datum, venditum, aut ex alio quolibet titulo ceſſum eſt.*
73 *Qui in priorum creditorum locum ſuccedant.*
74 *Ordinem inter creditores dat ipſa lex, non conuentio contrahentium.*
75 *Paulus Iuriſconſul. recedit à Neruæ & Proculi ſententia, in l. inſulam. qui pot. in pig.*
76 *Hypotheca in quam ſuccedit poſterior creditor, an ſit eadem numero, cum hypotheca prioris creditoris.*
77 *Nouatione non extinguitur legatum debitori factum.*



78 *Negotiorum geſtor debitum alienum cum vſuris ſoluens, an repetat vſurarum vſuras.*
79 *Regulæ quibus ordo inter creditores breuiter explicantur.*
80 *De ordine creditorum non eſt diſputandum, niſi plures creditores concurrant in eodem pignore, & inter ſe de pignore certent.*
81 *Exceptio de iure tertij, non excluſiuo iuris agentis, non eſt recipienda.*
82 *Prior creditor etiam auocat pignoris poſſeſſionem à poſteriore creditore, qui hypothecaria actione agendo, illud conſecutus erat.*
83 *Exceptio hypothecaria quæ ſit: Item Replicatio.*
84 *Axioma compendioſè continens prælationem creditorum, & quid in ea ſpectandum.*
85 *In pignore prætorio, prælatio ex ordine temporis non habet locum.*
86 *In pignore quod in cauſam iudicati capitur, illi potiores ſunt, qui reum habent condemnatum.*
87 *Tria requiruntur, vt prior tempore reum condemnatum habens, prælatione vtatur.*
88 *In pignore conuento, non intereſt, an generaliter, an ſpecialiter bona debitoris pignori accepta ſint.*
89 *In pignore conuento, ſi quædam expreſſe ſint, deinde vniuerſa obligata, quid iuris ſit.*
90 *Prior creditor, ſi in conuentione non ſit expreſſum, vt pignus diſtrahat, non ob id poſtponetur alteri creditori, cui hoc expreſſe cautum fuit.*
91 *Traditio pignoris non facit quem præferri alteri, qui ex conuentione prius illud obligatum habebat.*
92 *Fiſcus non præfertur reipublic. aut priuato tempore priori.*
93 *Res pecunia pupilli à debitore eius comparata, pupillo eſt obligata.*
94 *Creditores qui credunt in conſeruationem rei prius obligatæ, ex priuilegio præferuntur alijs creditoribus.*
95 *Ad prælationem in hypotheca, oportet impenſum eſſe in refectionem pignoris, neque ſufficit in eam cauſam creditum eſſe.*
96 *Poſterior creditor, credens in refectionem, an præferatur quibuſuis creditoribus.*
97 *Mulier ratione dotis præfertur cæteris creditoribus, etiam expreſſam hypothecam habentibus.*
98 *Mulier vt gaudeat priuilegio prælationis ex cauſa dotis, probare debet veram numerationem.*
99 *Exceptio non numeratæ dotis, quãto tempore obiici poſſit, ſi de prælatione agatur.*
100 *Prælatio ex tempore conſideratur, quo principalis obligatio cœpit eſſe efficax.*
101 *Credens ſub vſuris, præfertur etiam quoad vſuras, illi creditori, cui poſtea eadem res obligata fuit antè diem obligationis vſurarum venientem.*
102 *Reſpiciendum ad fundamentum principalis obligationis, in prælatione hypothecæ ad tempus contractæ obligationis, ſiue in diem, ſiue ſub conditione fuerit cõtracta obligatio.*
103 *Hypotheca ob legatum conditionali conſtituta, ſi pẽdente conditione alij conſtituantur purè, potior eſt tamen legatarius, tanquam prior creditor.*
104 *Si debitum principale purum ſit, hypotheca ſub cõditione, præfertur tamen hic creditor poſteriori, cui eadem hypotheca purè eſt obligata.*
105 *Sola conuentio in rebus à colono inferendis, non facit res hypothecæ eſſe pro penſione, niſi accedat inuectio aut inductio.*
106 *Mudæus Fortunio Garſiæ adhærens, à recepta receſſit opinione, in tacitis hypothecis.*
107 *Illata in prædium ruſticum, non obligãtur, niſi expreſſa conuentione: in vrbanum verò tacita conuentione.*
108 *In prælatione creditorum inſpiciendum quoque eſt, quomodo bona acquiſita ſint, de quorum prælatione agitur.*
109 *Res futuræ in dominio alicuius, pluribus pignori obligari poſſunt, in quibus etiam ſpectatur prior tempore.*
110 *Creditor habens generaliter omnia futura obligata, concurrit cum eo, cui fundus hac conditione, cùm in dominiũ debitoris perueniſſet, ſpecialiter obligatus eſt, cùm neuter altero ſit prior tempore.*
111 *Argumentum ſurrogationis locum nõ habet in prælatione pignorum.*
112 *Fiſcus in acquiſitis poſt ſuam & alterius hypothecã an præferatur, Vlpianus & Sceuola contraria videntur edidiſſe reſponſa.*
113 *Tutelæ ineſt tacita hypotheca, in bonis tutoris eã adminiſtrantis.*
114 *Pupilli priuilegium non tranſit ad hæredem.*
115 *Mudæi explanatio reſponſi Sceuolæ.*
116 *In obligatione generi omnium bonorum ſiue tacitã ſiue expreſſa, veniunt etiam futura.*

PROXIMVM nũc erit videre, quibus modis pignus vel hypotheca ſoluatur. Quod
1 quidem dupliciter fit. †Nam vel ſoluitur directo, & per ſe, manente etiam debito principali, vel ſoluitur in conſequentiam principalis debiti, & vtroque modo adhuc variè. imprimis enim directo & per ſe ſoluitur pacto conuento, eoque vel expreſſo vel tacito. Expreſſo, ſi cõuenerit, vt à pignore diſcedatur. l. ſoluitur. in princip. quib. modis pignus vel hypotheca ſoluitur. vel ne res pignori vel hypothecæ ſit. l. ſicut. §. creditor. eod. tit. Sane ſi conuenerit, vt pro hypotheca, (hoc eſt. loco hypothecæ, non autem in ſecuritatem hypothecæ, vbi forte dubitabat creditor in ea decipi à debitore) fideiuſſor daretur, non ſufficit ſola hæc conuentio, ad liberationem pignoris, niſi & executio fuerit ſecuta, & fideiuſſor datus ſit. d. l. ſoluitur. §. ſi conuenerit. in prin. Priores autẽ conuentiones ſtatim ſecum ducunt ſuam executionem, & liberant ipſo iure hypothecam. l. maio. C. de pig. quæ vt ſtat ſola pi-
2 gnoris conuentione, l. cõtrahitur. de pig. †ita quoque naturali ratione. l. prout quiſq;. de ſolu. contraria conuentione diſſoluitur: ſic vt perſequi eã creditor omnino, & ipſo iure deficiente actione, non poſsit. Non autem vt ver. ſequẽti obſtet exceptio, per quam tamẽ tollitur hypotheca, ſi nõ aperte ad eã relatis verbis remittat: ſed paciſcatur tñ creditor relatis ad actionẽ verbis ne petat, neue hypothecaria agat. l. ſi tibi decem. § de pig. & ibi Iaſ. de pact. Vt ſicut debitor, cui creditor facit pactum non petendi, nihilominus obligatus manet, etiã vtroq; obligationis genere naturali & ciuili, vt Fortunius Gartia, ad l. ſi vnus. §. pactº. ne peteret. de pact. acquiſita tantum exceptione. §. præterea debitor. inſtit. de exceptio. ita & nexus hypothecæ maneat, impedita tñ hypothecaria actiõe, quã repellat exceptio. Pignoris vero, obligatio re contracta, videtur Accurſio, in fin. gloſſ. magnæ. dict. §. de pignore, non ſic peri-

mi,ipſo iure,ſed potius exceptione elidi:ſiue creditor
remittat pignus ſiue debitũ.Sed cũ creditor nullã niſi
hypothecariã actioné habeat de pignore, ad quã im-
pertinés eſt,an aliqñ id traditũ ſit,nec ne,l.j.in prin.de
pignor.actio.l.grege.§.& in ſuperficiariis.de pign.l.ſi
prior.qui potior.in pignor.imo actionem habere non
poteſt,tradito pignore,niſi cùm ceciderit à poſſeſsio-
ne.d.§.& in ſuperficiariis.pleriſque illa opinio Accur-
ſij non placuit,& eandem vim eſſe putant,ſiue quis re-
mittat pignus,ſiue hypothecam.Et leuis momenti eſt,
quo Accurſij opinionem nititur defendere Fulgoſius
in dicto §.de pignor.videlicet,eo quòd etiam ad obli-
gationem venditionis emptioníſque,traditio ſuperua
canea ſit:& hæc tamen ſi facta ſit,impedit,ne ſolo con
ſenſu venditio reſoluatur.l.ab emptione.de pact. nam
certe pignus æque traditione,vt conuentione contra-
hitur.dicta l.j.de pignoratitia actione. & res pignori
tradita,vtique obligata eſt. Venditio vero traditione
non contrahitur:ſed conſenſu contracta, adimpletur
traditione,& obligatio extinguitur,tanquam ſolutio-
ne eius quod debetur.adeo,vt ſi poſtea à poſſeſsiõe ca
dat emptor,non amplius ex empto agat:ſed vendicet
eam à venditore forte poſsidente.glo.verbi cuſtodian
tur.ad authen.ſacramenta puberum.C.ſi aduerſus ven
dit.Non poteſt ergo dici traditio impertinens ad obli
gationem venditi,quam fundus tollit.

Sed refert qui paciſcantur pignoris remiſsionem,
imprimis enim conſenſus pupilli hic ratus eſſe non de
bet,niſi tutore authore cõſenſerit.l.ſi conſenſit.in prin
3 cipio.Quibus modis pign. Conſenſus †vero ſolius tu-
toris,qui loco domini eſt,cùm bene adminiſtrat,l. qui
fundum.§.ſi tutor.pro empto.l.interdum.§. qui tutelã.
de furtis. ſuffecerit etiam abſque iudicis authoritate
interueniéte ad pignoris remiſsionem.Fulgoſius ad di
ctam l.ſi conſenſit.Si tamen vſu veniat, vt in iudicio
quęratur,an à ſolo tutore pignus rectè remiſſum ſit,e-
xiſtimatio erit iudicis,an ſatis cõmodum pupillo fue-
rit remitti pignus.Sicut filiifamilias,& ſerui,qui libe-
ram habent peculij adminiſtrationem,& in eo hypo-
thecam aliquam,hanc liberaliter,& donationis cauſa
non remittent.l.ſicut.§.an paciſci.quibus modis pign.
Sicut nec res peculij obligari poſsit.l.prima.§.primo.
quæ res pignor.obligar. Sed ſi,vt ita paciſcerentur &
remitterent non minus emolumenti acceperint,& ve-
luti pretium cedendæ actionis,valebit remiſsio hypo
thecæ.cùm & ipſum debitum ſic poſſent remittere.l.
contra.§.ſi filius.in fine.de pact. Licet enim pignoris
remiſsio propriè donatio non ſit,nec inter coniugeș
prohibita.l.ſi pignus. Quæ in fraudem creditorum.
nec in teſtamentis adnumerata lucris,quorum ratio-
ne quis poſſet fideicommiſſo grauari.l.tertia.§. vltim.
& ibi Caſtren.in fin.de legatis tertio.in iis tamen quę
aliorum res adminiſtrãt,hæc remiſsio pignoris,ſi gra-
tis fiat,donationi comparata eſt.

Porrò procurator,ſi quidem in rem ſuam datus ſit
†(qui loco domini habetur,l. ſed etſi tãtum.§.ſed ſi in
4 rem.de pact.)& ſuo nomine vtiles actiones intédit,ſic
vt ei non ſit præferẽdus dominus,l.procurator.de pro
cura. paciſcitur remiſsionem pignoris,ex quacunque
parte interuenerit,ſiue debitoris,ſiue creditoris.d.l.ſi-
cut.§.ſi procurator.Ex parte quidem debitoris, veluti
ſi hic donauerit alicui pignus,ea lege, vt ipſe credito-
ri ſatisfaceret, iam enim iſte,ad obligationé principa-
lem,datus eſt in rem ſuam procurator paſsiuè,hoc eſt,
vt ipſe debeat,arg.l.Stichus.§.Titius de cõdict.indebi
ti.ſi verò donaſſet ſolum pignus,iam dices, non tradi-
tam adhuc ei poſſeſsionem, alioqui ipſe pignoris do
minus,eiuſdémque poſſeſſor directo teneretur credito
ri,ſuo ipſius nomine,non vt procurator, actione hypo-
thecaria, vt per Fulg.ad d.§.ſi. ꝓcura.vel ſi emptori hæ
reditatis,qui in rem ſuam procurator eſt,creditor hæ-
reditarius remittat pignus.Ex parte verò creditoris, ſi
emptor hęreditatiș debitori hęreditario pignus remit
tat, l.ſi cũ emptore.in princ. de pact.vel ſi perſonalé &
hypothecariam actioné creditor ceſſerit alicui,& hic
debitori pignus remittat.

Simplex verò ꝓcurator creditoris,nec ſi generaliter
5 mondatum habeat omniũ bonorũ,†pignus remittere
poterit.d.l.ſi cõſenſit.§.videamus.in prin.ſicut nec vllã
ferè rem domini alienare,l.procur.totorũ.de procur.
nec vllam obligationem domini nouare,l.non abſtu-
lit.C.de nouat.niſi& libera ei bonorum adminiſtratio
ſit commiſſa,l.procurator cui.de procurator.At poteſt
procurator generalis,etiam ſine libera adminiſtratio-
ne,dominum contrahendo obligare,l.ſi pupilli §.item
ſi procuratori de nego.geſt.l ei qui.§.alioqui.C.quod
cum eo.Eſto ſanè,ex eo tamen non ſequitur,quod poſ-
ſet debitorem domini aliter,quàm ſolutione accepta
liberare:talis enim liberatio ſimilis eſt ſpontaneæ alie
nationi rerum,quam facere non poteſt.d.l. procurator
totorum.Nam & ſeruus habens peculium, etiamſi il-
lius liberam adminiſtrationem nõ habeat,obligat do-
minum peculio tenus:ſed non alienat res peculij, nec
liberat debitores peculij,niſi liberam adminiſtratio-
nem habeat,l.ſi conuenerit,vt no.§.vlt.de pig.act.l.li-
bera.de peculio.Fulgoſi⁹ ad l.reſcriptum.§.plerunque
de pact.

Quod autem ſolutionem recipere poſſet procura-
tor.d.§.videamus. in verbis,cui & ſoli.ex eo nõ ſequi
6 tur,vt gl.in l.quia & ſolui.de pactis. † quòd gratis,vel
alio recepto,quàm debeatur,debitorem liberare poſ-
ſet.Sicut nec procurator conſtitutus ad mutuum reci-
piendum dominum obligabit,ex ſola confeſsione re-
cepti mutui.Bartol.& alij ad l.2.§.creditum.ſi certum
petatur.Ange.hic in §.videamus.In quo tamen articu
lo inuenio quoſdam,vt Franciſ.Curtium Iuniorem,in
dicto §.creditum.tradidiſſe diſtinctioné,quæ & apud
D.Zazium in intellect.ſingul.in eo ca.cuius inſcriptio
eſt.de procuratore conſtituto ad mutuam pecuniã ac-
cip.an poſſet.legitur.Debitoris autem procurator,etiã
ſi liberam adminiſtrationem non habeat,recte tamen
de liberatione domini ſui,cum creditore paciſcitur.d.
§.videamus.ver.ſed ſi cum debitoris procuratore.ſi nõ
ad acquirédam directo pacti exceptionem (cùm nihil
ipſe pactus ſit,nec aliquis quem in ſua habeat poteſta-
te) ſaltem ad doli exceptionem: quæ plerunque ſolet
eſſe in ſubſidium exceptionis pacti,vbi ſcilicet obſtant
ſummæ iuris anguſtiæ,quo nemo niſi ſibi,vel ei in cu-
ius eſt poteſtate,ſtipulari aut paciſci poſsit.d.l.reſcri-
ptum.§.plerunque.de pactis.Ita vt quacunque ratione
procurator debitoris à creditore liberatus ſit,id debi-
tori prodeſſe poſsit.l.quacunque ratione.de procurat.
Neque hic ipſius procuratoris vtilitas ſpectanda erit,
& an eius interſit,nec ne,( contra Accur.in d.l.quacũ-
que ratione.) ſicut in conuentione, quam ſuo nomine
fecit fideiuſſor.l.fideiuſſoris.de pactis. ſed an interſit
eius,cui,vel cuius rebus liberationem eſt pactus. arg.
l.ſi procurator. ſi qui caut.quo fit, vt hæc ſubſidiaria
doli exceptio,directo,& abſque ceſsiõe procuratoris,
competat debitori,vt quæ ipſimet procuratori,nõ ob-
ligato,non potuit directo acquiri,licet actio ipſi pro-
curatori directo acquiſita.l.quęcunque gerimus.de a-
ction.& oblig.non niſi ab eo ceſſa,domino acquiratur.
l.j.in fine.de inſtitut.l.Iulianus.§.ſi procurator.de act.
empt.

Hoc ſanè in dubitationem vocari nõ debet,quin pi-
gnoris aut hypothecæ remiſsio facta debitori, proſit
8 & hęredi,† (quia plerunque tam hæredibus noſtris,
quàm nobiſmetipſis cauemus.l.ſi pactũ.de probatio.)
& fideicommiſſario vniuerſali,cui hæreditas eſt reſti-
tuta,& qui effectu quodammodo hæres eſt.l.ſi filiusfa
milias.§.j.quod cum eo qui in alie.Quin etiam ſi hære
di creditor pactus fuerit,ei quoque pactum proderit,
cui ex Senatuſconſulto hæres reſtituit hæreditaté.d.l.
ſicut.



ſicut.§.primo.Quod enim actiones hæredi primũ quæ
ſitæ,reſtituta hæreditate tranſeant in fideicommiſſa-
rium,niſi peculiariter cedantur, l.ſi hæres pecuniam.
verſi.ſed aliqua eſt dubitatio.ad Trebel.l.hæres à de-
bitore.de fideiuſſo.ex eo eſt, quòd non ſint hæredita-
riæ,cùm nunquam defuncto competierint. Reſtitutio
autem hæreditatis nihil niſi hæreditarium tranſmit-
tit in fideicommiſſarium. Sed hæc conuentio remiſsi
pignoris ad exceptionem valet,& cùm pactum in rem
conceptum ſit( videlicet ne res pignori hypothecæve
ſit) liberab tur,& ſoluitur hypotheca:ita vt fundamé
to hypothecariæ actionis ſublato,non ſit cum quo am
plius agatur.Fulg.in d.l.ſicut.§.j..Quòd ſi pactus eſſet
creditor hæredi,de non agendo hypothecaria actio-
ne cum eo(quomodo non tollitur funditus actio) hoc
pactum fideicommiſſario non prodeſſet,cum non in-
terſit hæredis,non peti à fideicommiſſario.Fulg.eo lo
co,per l.& hæredi,in fi.verſi.& in rem pacta.de pactis.
Refert etiam de quo quis pactus ſit,videlicet an de to
to pignore:an de parte.Et hic iterum refert,an de par-
te diuiſa,an indiuiſa.Priores conuentiones nullam ha
bent difficultatem.Si vero de parte indiuiſa conuene-
rit,vel quòd alienari poſsit.dicta l.ſi conſenſit.§.ſi con
uenerit.vel ne pignori aut hypothecæ ſit.dicta l. ſicut.
9 §.ſi conuenerit.† reliqua ſemper pars iuri pignoris in-
ſolidum ſubiecta manet,nec obſtat creditori,hãc per-
ſequenti,exceptio conſenſus de alienanda alia parte.
Sed cùm hic ea pars,quæ obligata manet, nõ poſsit ad
oculum ſecerni ab alia,in qua pacto conuento pignus
remiſſum eſt,fit,vt quæcunque eius fundi pars, à quo-
cunque poſſeſſore petatur,dimidia recte petatur, & di
midia non recte,erítque ſic temperanda actio,& inſti-
tuenda,vt nullius poſſeſſoris tota pars quam ipſe poſ-
ſidet:ſed cuiuſcunque partis pars petatur.argument.
libr.j.§.quinimo.ſi pars hæreditatis petatur.Quod vti
que verum erit,quando conuenit,ne pars rei pro indi-
uiſo ſit pignori:vt in dicta l.ſicut.§. ſi conuenerit.quia
tunc quiſque liberam quoque partem,in ſua parte in-
diuiſa poſsidere intelligitur.Sed ſi conuenerit de par-
te pro indiuiſo alienanda,vt in dicta l.ſi conſenſit.§.ſi
conuenerit. idem adhuc videtur putare Accurſius in
gloſſ.ad verb.oportere.in hoc §.ſi cõuenerit. quod vix
ſequendum puto.

Iam enim quanuis non poſsit ad oculum decerni,a-
liquo tamen argumento & ſigno, extrinſecus aſſum-
pto,poteſt dinoſci,cuius poti⁹ pars libera eſſe debeat:
nempe quæ eſt alienata conſenſu creditoris. ita vt de
reliqua,quam retinuit ſibi oporteat agere,& nõ liceat
perſequi partem emptoris, qui ſtatim obiiceret pacti
conuenti exceptionem,remittendo creditoré ad par-
tem indiuiſam ſolius debitoris,vt illam euincat,& di-
ſtrahat pro debito:vel ſibi pro iure dominij addici cu
ret,& ſic vel emptor,vel ipſe creditor, loco debitoris
eum fundum poſsideat indiuiſim cum emptore. Cui
conſonat,quod ſubiungitur in dict.l.ſicut.§.ſi plures.ſi
plures rem communem,quã pro indiuiſo poſsidebãt,
pignori dederunt:& cũ vno creditor ſit pactus,ne hy-
pothecę ſit,an huic ipſi proſit exceptio,Diſtinguitur in
effectu,an ſuã tm̃ parté, vel potius totũ fundũ pro ſua
parte cũ alio cõiter poſsideat,& tunc ei exceptionem
prodeſſe.An vero ſolidũ fundũ poſsideat.i.ſolus totũ
poſsideat,ſuã & ſocij parté,& tunc agédo creditorem
nõ repellat exceptio à toto,ſe à parte tm̃ dimidia: quæ
vere ipſi⁹ eſt ꝓ indiuiſo,de reliqua vero parte ſocij,ad
quã ſe non extendit pactũ creditoris,poterit hypothe
caria cõueniri.Simili ergo ratiõe,emptoré nõ niſi pro
ſua parte fundũ cũ debitore poſsidenté iuuari dicim⁹
exceptione:ꝙ cõſentiente creditore parté habendã ꝓ
indiuiſo emerit.Nã & hic poteſt extrinſecus,videlicet
à poſſeſſore fieri diſtinctio partis liberatæ nexu pigno
ris à non liberata.Veniamus nũc ad ea, quæ tacite in-
10 ducũt pignoris remiſsioné,†quorũ numero pręcipuè
haberi meretur cõſenſus creditoris in alienationé pi-
gnoris,de quo iã aliquid deguſtauimus.l.ſi cõſenſit.§.
ſi conuenerit.Conſentire aũt is poteſt, qui poſsit aper
tè pignus remittere,eadem l.ſi conſenſit.in princ.& §.
videamus.& quod debitori cõceſſum erit,extendetur
quoq; ad hæredé eius.d.l.ſicut.§.ſi debitor.etiãſi forte
cũ adhuc res veniſſet,ipſi roganti nõ æque cõceſſurus
fuiſſet creditor,imò potius ab eo exacturus pignus.Si-
cut plerunq; fit,vt qui defuncti fidé fuerit ſecutus, ab
hærede exigat cautioné,cũ ſępe fiat, ꝙ probo ſuccedat
improbus.arg.l.generali.in prin.de reb.cred.&iureiu.
& ſatis diuiti plane inops.& qui nulla debeat quam in
rem.& ſoleat impetrari ſeparatio bonorũ per credito-
res defuncti.toto titu.de ſeparat.Sed hic eſt quod ſibi
imputet creditor,cur ſuæ conceſsionis nõ dixerit tam
11 ſtrictum modũ,†quo hæredé ſibi ignotũ quis futurus
eſſet excluderet:quod ſi feciſſet iudex, eam allegatio-
nem iam non reſpueret,vt ſubtilioré,qñ manifeſta eſ-
ſet creditoris voluntas.Sed in re ſuapte natura ad hæ-
redem tranſmiſsibili,vt per Fulg.hic ob l.ſi marito.§.ſi
voluntate.Sol.mat.non audiet creditorem, qui effuſo
ſermone conſenſit vendi.ſi poſtea, aliquibus ſignis &
argumentis ſubtiliter excogitatis, conetur perſuade-
dere,ꝙ ſoli debitori,& non eius hæredi conſentire in-
tenderit:ſed verbis generalibus,conſenſus indiſtinctè
præſtiti,omnino adhærebit aduerſus creditorem, qui
legem potuit apertius dicere,l.veteribus.de pact. Sed
ad nouum poſſeſſorem conſenſus ille non porrigitur
d.l.ſicut.§.ſi debitor.in princ.nouũ,inquã,qui poſsidc
re cœpit:cum debitor poſsidere deſiiſſet.Nõ quod hic
alienauerit,aut aliquo titu.in eum tranſtulerit ré obli-
garam:ſic enim prima illa alienatione,ab ipſo debito-
re facta,conſumpta eſſet facultas alienandi ſemel à cre
ditore data,arg.l.boues.§.hoc ſermõe.de ver.ſig.& fru
ſtra quæretur,an eiuſdé conceſsionis virtute iterũ alie
nari poſſet à nouo poſſeſſore qui ſemel ſoluto pignore,
non egeret amplius conſenſu creditoris: ſed debitor,
nulla alienatione facta,caſu aliquo cecidit à poſſeſsio
ne,quæ ad alium peruenit:cui ſi promiſerit creditor
vendere,& vendiderit,exceptio proderit omnibus,ad
quos poſtea ea res peruenit.d.§.ſi debitor.verſ.nam ſi
nouo poſſeſſori,vtpote ſemel liberato in totum pigno
re,quod remitti poteſt,non ei tantum qui contraxit,&
illud conſtituit:ſed & cuilibet alij poſſeſſori,qui nõ ni
ſi pignoris poſſeſsi gratia,& donec illud poſsidet,tene
tur hypothecaria actione,non perſonali,quæ fundum
non ſequitur.

Quo aũt genere,aut titu.alienationis res obligata,
ad alium ex conſenſu creditoris transferatur,nihil fe-
rè ad diſſolutioné pignoris refert,ſiue in vlt.volun.le-
getur,aut per fideicõmiſſum relinquatur,l.ſicut.§.vé-
ditionis.Nã véditionis verbum ex lege duodecim ta-
bul.oém alienationé cõplectitur,l.ſtatu liberi à cæte-
12 ris.in fi.de ſtat.lib.†ſiue contrahatur vendendo,donã-
do,permutando,aut in doté dando,l.debitor.§.ſi in vé
13 ditione.in prin.quib.mo.pig ſol.Quo fit,vt ſi vxor†ma
ritum ſub hypotheca prædiorũ habens conſenſerit ei,
dotem dãti,illa prædia futuro marito cóis filiæ,& hęc
mortuo patre,ab hæreditate eius ſe abſtineat: vtramq;
actionem amiſiſſe putetur contra filiã,l.Lucius Titius.
eo.tit.hypothecariam quidem,quia in totum hypothe
cam amiſit,conſentiendo prædia obligata in dotem da
ri filiæ:perſonalem verò,licet non remiſerit, exercere
tamen non poteſt contra filiam,ob debitum paternum,
quæ patris hæreditate abſtinuit,l.ſi ſucceſsione.C.de
reuocand.his quæ in fraud.cred.Nec per dotis reten-
tionem cenſetur ſe immiſcuiſſe hæreditati,cùm dos vi
ui adhuc patris,patrimonium exierit,ſic vt non poſſet
amplius de illa diſponere,l.rem quã.C.de iur.dot.cœ-
pitq; in patrimonio eſſe filiæ,l.3.§.verum.verſic.proin-
de.de minorib.ita vt illam abſq; onere æris alieni à pa
tre cõtracti,retineat,etiam ſi cum dotaretur,adhuc in

poteſtate eſſet patris,l.Pōponius philadelph.famil.er-
ciſcund.

De actione autem Pauliana, ſiue reuocatoria (quā-
uis & ea locum habere poſſet,dote in fraudem credi-
torum conſtituta.d.l.ſi in ſucceſsione.& l.vlt.§.ſi à ſo-
cero.Quæ in fraud.credit.)nullam hic mentionem fe-
cit Iuriſconſultus,vtpote qua non poſſet vti mater,quę
conſenſit filiæ in dotem dari, atque ita nihil in ipſius
14 fraudem factum eſt.Porro ſi conſenſerit†creditor, hy-
pothecam ſibi conſtitutam,adhuc alij obligari,l.Pau-
lus in prin.quib.mo.pig.l.creditori qui prior.§.ſi tecū.
qui pot.in pig.non facilè dixeris,quid hic operet u cō
ſenſus,an remiſsionem pignoris,quo ad omnes:an ve-
rò remiſsionem tātum ordinis inter creditores:Ita ſci
licet,vt is,cui obligari conſenſit,fiat prior & potior:eo
ipſo tamen ſemper maneat creditor,ſub pignore & hy
potheca,quoad debitorem,aliumve quemlibet pigno-
rum poſſeſſorem,atq; etiam quoad creditores ſequen-
tes ordine temporis illum,cui ex conſenſu primi credi
toris,pignus obligatum eſt.Nec vlla lege ſatis manife
ſtè iſtud deciſum eſt.Nam quòd vno loco,ſc.in d.l.Pau
lus.in prin.dicitur,eum qui ſic conſenſit ius ſui pigno-
ris remiſiſſe,interpretantur.nōnulli,Sālic.d.l.3.C.de re
miſſ. pignor. non quia pignus remiſerit, ſed tantum
ius ſui pignoris,quod putant eſſe ius prælationis,ex or
dine temporis,cum ei omnium primo hypotheca eſſet
obligata,reſtricta,quantum fieri potuit,pignoris renū
tiatione.l.iubemus.C.ad Velleianum.Quæ interpreta
tio tolerabilior eſſet.ſi hoc Pauli reſponſum in eo eſſet
titulo,quod de ordine creditorum agitur,& qui potio
res in pignore habeantur.At nunc titulus ipſe,cui de-
15 bet congruere interpretatio,†ſuadet omnino ſolui,&
remitti pignus,eoque tendit argumentatio Pauli Iuriſ
conſulti,qui ſi primus creditor cōſenſerit rem obliga-
ri tertio,tradit medij creditoris meliorem cauſam eſ-
ſe effectam,ex eo,quòd primus ius ſui pignoris remi-
ſiſſe videatur.Nihil autem expreſſe cum medio credi-
tore egit primus.Igitur ille conſenſus primo pręiudi-
cat,non ſolum reſpectu tertij,cui conſenſerat eandem
rem obligari,ſed generaliter,reſpectu oīm,etiā eorum
quibus cū nihil eſt pact⁹,& in quorū fauorē nihil con-
ſenſerat.Et in hanc partē citatur,quod alio loco eſt re
ſpōſum,ſc.l.Titius.in fi.hoc tit.quib.mo.pig.eum,qui
ſic conſenſit pignus minimè retinere poſſe.Non autem
hoc ſolū à Iuriſconſulto dictū eſt,quod non poſsit or-
dinem ſuū in pignore,inter creditores retinere.& hęc
opinio communis placuit.vt Odofre.hic,Bart.in d.§.ſi
tecum.Alberic.ad l.iubemus.C.ad Velleian.P.Caſtrē.
ad l.vir vxori.§.j.ad Trebellia.Monuítq; ab ea non re-
cedendum eſſe Fulgoſius.l.3.in fin.] quam coniunxit.l.
2.C.de remiſ.pign.quanuis acute diſputauerit in con-
trariam ſententiam,hic in l.Paulus.& latius in d.§. ſi
tecum.quam bonis rationibus inſtruit & defendit Sa-
licetus ad dictam l.3.C.de remiſ.pign.& nouiſsime eū
ſequutus Carolus Molinæus in tractat. commerciorū
& vſurarum,num.683.tanquam naturali rationi, etiam
ſi lex deeſſet,magis amicam.Et hanc ſi teneas,facile e-
rit reſpondere ad ea quæ in contrarium ſunt adducta.
Nā mirum videri non debet,cùm primus creditor cō-
ſenſit tertio obligari,meliorem eſſe medij conditionē:
licet cum eo nihil expreſſe ſit actum.quia cum primus
conſenſerit poſthaberi tertio,non mirum ſi & medio
creditori,qui tertio anteſertur,poſthabēdus ſit. Nam
medius vincit tertium,à quo vincitur primus. Et rur-
ſus à Modeſtino in dicta l.Titius.§.Titius.in fine.non
eſt reſponſum,quòd pignus retinere non poſsit ſuū, is
qui eandem rem,ſibi obligatam, alij obligari conſen-
ſit: ſed quod non poſsit retinere pignus, cui conſen-
ſit, hoc eſt, alienum pignus,alterius creditoris,cui il-
lud conſtitui conſenſit, hoc, inquam, pignus non po-
teſt retinere,hoc eſt,nō poteſt ſic hypothecaria age-
re( de actione enim ibi quæritur in verb. dicti §.
Titius.Quæro an actio aliqua ratio.) vt per hypothe-
cariam ipſe poſſeſsionem aduocet, & rem obligatā re-
tineat aduerſus illum cui conſenſerat obligari.Et cer-
te ſi indiſtincte,& quoad omnes,quorum intereſt,cre-
ditor ius pignoris perderet, dum rem ſibi obligatam
cōſentit & alij obligari:fruſtra dixiſſet Modeſtinus ſe-
cundum creditorem pecuniam reipublicæ exoluiſſe,
& quòd in locum & ordinem reipublicæ Meuius pri-
mus creditor ſuum pignus obligari conſenſerat. Nam
etiam non facta tali ſurrogatione,tertius & quiuis a-
lius creditor,quantumuis lōgo ordine poſterior, eſſet
primo præferendus,ſi hic omnino à iure pignoris ce-
cidiſſet,nec amplius ſub pignore creditor eſſet.Quare
cum dixerit Iuriſcōſultus hanc facti eſſe quæſtionem,
in d.§.ſi tecum.cogitari poterit, num poſsit in dubio
reſponderi,ex communibus regulis,de eo qui obſcure
locutus,potuiſſet legem dicere apertius:& renuntia-
tionem iuris creditoris,qui alij obligari rem cōſenſit,
potius reſtringere,quā ampliare.Sunt enim omnes re-
16 nuntiationes ſtricti iuris,†nec in his veniunt alia,quā
quæ expreſſa ſunt,vt per Soci.cōſ.96.in fi.per l.emptor.
§.Lucius.de pact.l.ſi ex pluribus.de ſolu.& habet om-
nis renuntiatio in ſe vim quandā donationis,quæ nun
quam præſumitur vbi alia coniectura capi poteſt.l.cū
de indebito.de proba.Et quod hac in parte de mulie-
rum renuntiatione legimus,in l.iubemus.ad Velleian.
non putabimus conſtitutū ſpeciali aliquo fauore mu-
lierū,ſed potius ex generalibus iuris regulis,de inter-
pretāda generali renuntiatione,vt reſtringatur & co-
arctetur ad caſum ſubiectum.glo.ad verb. coarctetur.
17 in d.l.iubemus.†Certe occaſio conſenſus præſtiti, &
quæ fuerit creditori cauſa conſentiendi,inſpici omni-
no debet:vt ex ea conſenſum interpretemur,& amplie
mus,vel reſtringamus, receptis argumentis ex conie-
cturis mentis creditoris, qui id veriſimiliter æque vel
minus vel magis erat conceſſurus.d.l.ſicut.§.ſed & ſi
permiſerit. Neque enim hic tam ſtricte interpretabi-
mur conſenſum creditoris,quàm prætoris,qui res pu-
pilli certo modo permiſit alienari.l.ſi pupillorum.§.ſi
prętor.de reb.eo.qui ſub tute.hoc enim ex decreto fit,
quod præuia cauſæ cognitione pronuntiatum, ſuis fi-
nibus conſtringendum eſt:hic vero à verbis conſenſus
creditoris vſque adeo recedimus,vt ſi vendere permi-
ſerit,& debitor donauerit,facti quæſtio ſit, an remiſ-
ſum ſit pignus.Nam ſi ideo conſenſerit vendi, vt hoc
quoque ipſi expediret,ſolutione ei forte ex pretio fa-
cienda:& debitor donauerit pure & liberaliter,mane-
bit vtique res obligata:nā ſi vtilitas expectata aut ſpe
rata,ad creditorem non poteſt venire.Sed ſi in dotem
dederit,non omnino videri debebit debitor receſsiſſe
ab eo quod fuit conceſſum,non ſolum ob id quod dos,
quoad maritum,oneroſam cauſam habeat.l.ex promiſ
ſione.de act.& oblig.verū etiam quod attinet ad vtili-
tatē creditoris.qm̄ dū prædium obligatū datur in do-
tē,parcitur pecuniæ,quā alioqui veriſimiliter pater da
turus erat,(oīno enim dotanda erat filia.l.qui liberos.
de rit.nup.)eáq; pecunia facili⁹ quā ex prędio id quod
debetur ſolui poteſt.Fulg.in hoc §.ſed & ſi permiſerit.
18 Sed an extra hos caſus,†ſi vendi ſimpliciter cōſenſerit
creditor,& donatū ſit pignus,ſibi p̄iudicauerit, Iuriſ-
conſultus nō ſatis aperit:niſi ex eo colligas quod vno
caſu negauit in d.§.& ſi permiſerit.in ver.quo caſu nō
nocebit.videri hoc eū aliis caſib⁹ aſſeruiſſe.Colligi ta
men poſſet cum Fulg.hic,in contrariā partē veriſimile
argumētū,ex eo,quod deciditur hic in verſi.ſ.quod cō
ſenſerit decē vendere,ſi debitor minoris vendat quàm
creditor conſenſerit vendi,nihil ei nociturum conſen
ſum,cur ergo non multo minus noceat ſi nihil recepe-
rit,ſed gratis donauerit debitor?Niſi dixeris, ꝙ quan-
do creditor ſimpliciter cōſentit vēdi,nō ſolicitus quò
vertatur pretium,videatur quoq; non curaſſe, an illud
reciperet debitor nec ne,an forte emptori remitteret,
an alio



an alio modo cōmitteret:& ſic, aut ſuas facultates per
hoc augeret,an minueret,ſequens omnino fidem debi
toris pignore remiſſo.Sed quando non aliter conſenſit
vendi,quàm præſcripto pretio, indicium eſt quòd fa-
cultates debitoris habuit ſuſpectas,eáſq; nollet minui,
neque omnino fidem debitoris ſequi:alioqui enim ni-
hil eius intereſſet,conſenſum ſuum ſic reſtringere, vt
non niſi præſcripto pretio vendat debitor.

Refert etiam quomodo conſenſerit creditor, ſimpli
citer & ſine præfinitione temporis, vendi aut donari:
19 †an vero intra certum tempus,puta annum aut bien-
nium.d.l.ſi debitor.verſic.ſed ſi intra annum.tūc enim
poſt tempus id non licebit,non tam vi augmenti à cō-
trario ſenſu,quàm ex vi & natura limitati temporis,ſi-
cut & aliis locis eſt traditum,conceſſa ad tp̄s, cenſeri
poſt tempus prohibita.l.ſi vnus.§.j.de pact.l.qui fun-
20 dum.de contrahen.emp.†& è diuerſo,prohibitum ad
tempus,poſtea permiſſum cenſeri.l.pater filium.§. fun
dum.de leg.3.Sic quoq; qui intra tempus non vtitur fa
cultate,ad tempus reſtricta,renuntiare intelligitur.l.ſi
ea quæ crimen.C.qui accuſ.non poſ.Bald.ad l.2.in 8.q.
C.de reſcin.vend.Sed expreſſe conſentire debet credi-
21 tor,†ſcire autem & pati non ſufficit ad remiſsionem
pignoris,cùm ob id tacere potuerit,ꝙ ſciret ius ſuum
vbiq; durare.d.l.ſicut.§.non videtur.Sanè vbi ſcire de-
buit quòd ius ſuum nō poſſet durare,vt puta, ſi ſeruus
obligatus manumittebatur,& præſente & tacente,qui
iam liber homo,nō poteſt eſſe pignori:facilius ex ſciē-
tia & præſentia colligeremus conſenſum.l.j.C. de re-
miſ.pigno.Quod ſic malim dicere cum Sali.in dict.l.j.
quàm quod fauore libertatis,ſpeciali ratione hoc con
ſtitutum ſit.Nam ſic facile idem extenderes,cum Bald.
ibi in l.j.non tantum ad ea quæ religioſa fiūt,verū etiā
ad ea quæ ſcientibus creditoribus,alienantur in pau-
peres:hos enim pari fauore iura proſequuntur. Quod
tamen durum eſſet admittere,cùm facile fiat vt credi-
tor adſit,vbi quicquam ei obligatum,relinquitur teſta
mento pauperibus.Sed nec fiſci fauore factum puto,
quòd eo hypothecas vendente, alij creditores hypo-
thecariam actionem amittant ſilentio.l.ſi hypothecas.
22 C.de remiſ.pigno.† Sed ob id potius,quòd haſtæ fiſca
lis fides non facile debeat conuelli.Solēniter enim di-
ſtrahit pignora fiſcus ſub haſta & auctione publica,
omnibus ad eam vocatis.Sicut etiam ſi priuatus quiſ-
piam creditor illa diſtraxerit,aliis omnibus program-
mate admonitis,(non ſola voce præconis, quæ paucis
innoteſcit.l.cōſentaneum.C.quomodo & quādo iud.)
præſentes creditores ius ſuū non exequētes,illud amit
tant.l.ſi eo tempore.C.de remiſ.pig.Porro ſi non tan-
tum tacuerit creditor,ſed aliquid etiā fecerit,quo con
fidētius emeret emptor:( veluti ſi tabulis venditionis
ſubſcripſerit.d.§.non videtur.verſi.ſed ſi ſubſcripſerit.
23 † vel ſecūdæ obligationis & impignorationis,cum in
his forte contineretur,quod nulli alij res eſſet obliga-
ta.l. Titius.§.Titius.quib.mod.pig.ſol.) iam vtiq; ius
ſui pignoris remiſiſſe credetur,quod etiam poſteriore
caſu,videri poteſt affirmaſſe ſe non habere.Ange.in d.
§.Titius.per l.non alienum.de interior.act. Sicut hæ-
res,pretium recipiens rei à ſolo cohærede vēditæ, ius
ſuæ partis perdit,vt rectè venditæ,nec euincere eā po-
teſt.l.quidam ex parte. de euict.Alberic.ad d.§.non vi
detur. Ac denique, vt ſuccurritur creditori decepto,
etiam vbi præter ſilentium aliquid fecit.dict.§. non vi
detur.verſi.niſi.ita æquum eſt,vt cùm tacuit decipien
di creditoris gratia,non iuuetur quo pignus amittat.
l.2.C.ſi aliena res pign.data ſit.l.ſi ſine.C.ad Velleian.
l.mulier.C.de diſtract.pign.

Eſt tamen,vbi tacito conſenſu creditor ius ſuum re
24 miſiſſe putetur:†nempe,vbi cum alio creditore, cui
edē res inſolidum obligata eſt,eā à debitore in aſſem
& indiſtinctis partibus emit.l.Titius Sempronio.qui-
bus mod.pig.ſol,vel debitor cum creditore alienat.d.
l.Lucius.tit.eo.in verb.cum vxore ſua.ſic enim alter al
teri conſenſiſſe videbitur,vel ex eo ſolo,ꝙ ſimul & in-
diuiſim rem ipſius obligatam emerit:vel debitor cum
creditore vendiderit,aut in dotem dederit. quod etiā
trahi ſolet ad ius retractus,multis locis ex conſuetudi
ne vigentis,vt ſi fratres commune prædium ſimul di-
ſtrahant,neutri ius ſit retrahendi dimidiā à fratre ven
ditam,quaſi in venditione vterq; alteri conſenſerit: cū
tamen retractui eſſet locus,ſi alter ſine altero portionē
ſuam diſtraxiſſet:vel ſi non in aſſem,id eſt, totum fun-
dum ſimul,ſed diſtinctis cōtractibus,ſuam vterq; par-
tem vendidiſſet.And.Tiraq.in cōuen.retract.§.j.in gl.
j.nu.253.Molin.in tit.primum cōſuetudi.Pariſien.§.13.
nu.item 13.Sed an hæc tantum obtineant,inter plures
creditores ſub eodem pignore illud ſimul ementes,ve
lut iure quodam mutuæ compenſationis,vtroq; ad al-
25 terius cōmodum pignus ſuū remittēte:†an vero etiā,
ſi alter eorū qui ſimul emunt,non ſit venditoris credi-
tor ſub pignore, difficili⁹ dixeris.Et quidē prius illud
longe expeditius eſt.cū ſic quoq; ſit inter plures fidei-
commiſſo grauatos, & ſimul rē fideicōmiſſo ſubiectā
vēdentes.Nā & hic vterq; alteri conſenſiſſe.& ius ſuū
remiſiſſe creditur.l.cū pater.§.liberis.l. codicillis.§.j.
de leg.2.Sed vbi à debitore rem obligatā emit creditor
cum alio quouis cui obligata non eſt,nulla hic recen
ſeri poteſt mutua compenſatio:neq; ab vtroque alteri
quicquam eſſe remiſſum,cum non haberet aliter quod
remitteret,ideoq; videri poſſe ꝙ ipſius portio adhuc
manſerit creditori,cū quo totam rem emit, obligata.
Si tamen hic in cauſa eſſe dicas,cur pignus remiſſum
putetur,non tacitam aliquam cōpenſationem,nec mu
tuam remiſsionem:ſed tantum cōſenſum mutuum (in
quo ſolo vtrobique,tam in d.§.Titius.quàm in d.l.Lu-
cius.ſe fundat Iuriſconſultus)& hunc ex eo ſolo colli-
go,quòd ſimul in aſſem emerit, vno eodémque contra
ctu(quod omnes fatentur)neceſſe eſt admittas idem
eſſe iuris,etiam ſi is qui ſub pignore creditor non eſt,
cum vero creditore pignus emat In quam ſententiam
hoc etiam adducitur à Fulgo.in dict.l.Titius.quòd po
ſterior creditor non ſit in effectu creditor reſpectu cre
ditoris prioris in pignore,nec egeat prior creditor vt
poſterior ei quicquam de ſuo iure remittat.aut relaxet
ſed perinde ſit quo ad priorem creditorem,an cum eo
emat poſterior aliquis creditor ſub eodem pignore,an
alius quiuis qui creditor non ſit.

Debet quoque conſenſus creditoris,qui ei præiudi-
26 cet in pignore,ſimpliciter eſſe præſtitus,† & non hac
proteſtatione adiecta,ſalua cauſa ſui pignoris,l.ſi debi
tor.§.in venditione.quibus mod.pign.In quo quidem
conſenſu creditoris ſic præſtito,licet Accurſius in glo.
verbi,ſalua.exiſtimet eſſe nugationem quandam,veri-
ſimile tamen hoc non eſt:cùm additum ſit.quòd multi
ſoleant ſalua cauſa pignoris conſentire.Quis autē cre
dat,quod Iuriſconſultus recitare voluiſſet in frequen
ti vſu eſſe,(velut approbans illum)id quod vere nuga-
torium eſſet?Proinde melius alij,inter quos Fulgoſ.ad
d.§.ſi in venditione.exiſtimant,hoc ſaltem operari cō
ſenſum creditoris,ſic præſtitum,vt excuſetur debitor
à furto,quod aliàs faceret creditori,l.ſi is qui rē pigno
ri dedit.in princ.de furt.ſicut à crimine ſtellionat⁹ ex-
cuſatur apud ſecūdum creditorem,ſi ei prædixerit ad-
huc alij rem eſſe obligatam.l.& quę nondum.§.qui res
ſuas.de pignor.

Videamus nunc quæ ſequi debeant conſenſum cre-
ditoris,vt ei præiudicet in pignore.Et certe ſequi de-
27 bet†effectus venditionis,donationis,aut alterius cu-
iuſque contractus,à creditore permiſsi in d.l.ſicut.§.ſi
voluntate.non quidem vltimus ille effectus,& quo pla
ne perficitur alienatio,& ſit dominij tranſlatio eadem
l.ſicut.§.ſi debitor vendiderit.ſed quod in primis con-
tractus iure teneat d.l.ſi debitor.§.quæritur.vel ſaltem
tenere poſsit,altera parte,quanuis dolo inducta, con-

tractum approbante vt Angel.in dict,§.quæritur.ex l.
Iulianus.§.ſi quis colludente.de act.emp.& quòd tra-
ditionis neceſsitas incumbat venditori, etiam ſi forte
neuter ſit ad implendum contractum paratus:nec ven
ditor rem tradere,nec emptor ſoluere pretium, quã-
diu alter alterum non liberauit.d.§.ſi debitor vendide
rit.Si vero legari,aut per fideicommiſſum relinqui cõ
ſenſerit creditor,debebit legatum aut fideicommiſſum
eſſe acceptatum.d.l.ſicut.§.venditionis.vt ſic,quæ non
interuenit ab initio voluntas legatarij aut fideicõmiſ
ſarij( cùm etiam ignoranti legetur.l. cùm pater.§.ſur-
do.de leg.2.) ſaltem poſtea accedat.Nam repudiatum
legatum cenſetur velut nũquam eſſe relictum.l.j §. v-
trum.ſi qui in frau.patrona.l.liber homo ſuo nomine.
ad legem Aquil.

Si ergo venditio ſimulata tantum ſit,nequaquam no
28 cebit creditori in iure pignoris.†Simulatam autem vi
deri,ſi poſt venditionem inueniatur debitor rem ven-
ditã adhuc poſsidere,reſpondit Marcellus in d.l.ſicut.
§.ſuperuacuum.Cuius reſponſum interpretes voluũt
& reuoluunt,ſed parum expediunt,conſtituuntq; præ
cipuam difficultatem ex Conſtitutione noua Iuſtinia
ni.l.vlt.C.de remiſ.pign.qua rem quæ ſemel exiit è bo-
nis debitoris conſenſu creditoris,etiam ſi poſtea recu
perata ſit,conſtituit non incidere rurſus in obligatio-
né,cũ tamen re vera maior ſit difficultas in cõtextu hu
ius reſponſi & longiore ratiocinatione Iuriſcõſulti,vt
mox dicetur,cõciliata prius antinomia de qua dictum
eſt,q̃ ſic fere cõciliatur à Fulgo.hic in §.ſuperuacuum.
Quod Iuſtinianus p̃ſupponit, velut notũ & indubita-
tũ,ré obligatã ſemel exiiſſe cõſenſu creditoris,obliga-
tioné,a c vere alienatã eſſe.In Marcelli auté reſponſo,
de hoc ipſo dubitatur,& quærit,num credi poſsit rem
alienatam eſſe,& in cõtrarium adducitur præſumptio
ex pręſenti poſſeſsione venditoris,& nõ ſoluta adhuc
pecunia,quaſi credi poſsit aut ſalté probabiliter de eo
dubitari,nũ ea ſola lege creditor vendi conſenſerit, vt
ex pretio ei ſolueretur.Vnde de ſola véditione in hoc
reſponſo proponitur:In Iuſtiniani vero cõſtitutione,
etiam de donatione,pmutatione & quocũq; alio mo-
do trãſlationis rei obligatæ ad alios.ita vt ibi omnem
dubitationé faciat generalis cõceptio verborũ hypo-
thecarię obligationis,q̃ noĩatim cõprehendit etiã fu-
turas res,in d.l.vlt.in verb.propter verbũ futurarũ re-
rũ.quaſi ea res quæ ſemel cõſenſu creditoris exiit prę-
ſentem obligationem rerũ tũc poſſeſſarum,videretur,
cùm iterũ acquiſita eſt,incidere rurſus in aliam parté
generalis obligationis rerum futurarũ:quod Iuſtinia
29 no non eſt viſum cõgruere.†vt ſic in vna eadémque re,
& ex vnica obligatione,pignus quodammodo dupli-
cetur.Quod autem in reſponſo Marcelli tacitè fuerit,
vel ſaltem dubitetur an ſit actum,ꝙ ex pretio credito-
ri ſolueretur,putatur à Fulg.ibi,ex eo cõſtare,quod du
bitationem faciat,nõ tñ præſens poſſeſsio debitoris,
qui ſe dicit conſenſu creditoris alienaſſe,verum etiam
illud quod pecunia adhuc ſoluta non ſit.Indiciũ eſt er
go,ꝙ tempore adhibiti conſenſus de eo fuerit actum:
alioqui id nihil ad rem,quod dicitur in d.§. ſuperua-
cuum.in verb.veruntamen cùm pecunia ſoluta nõ ſit.
de non ſoluta pecunia.Non deſunt tamen,vt eſt Bald.
ibi,qui interpretantur in Marcelli reſpõſo, pecuniam,
non quidem illã quæ creditori debetur,& pro qua res
fuit obligata,ſed quam pretij nomine dare conuenit,
quaſi,ſi poſt longius tempus inueniatur venditio neu
tra ex parte adimpleta,neq; ſolutũ pretium,iam præſu
matur venditio ſimulata.Sed ſi pretium ſolutum ſit,di
luitur ſuſpicio ſimulationis,concepta ex præſenti ad-
huc poſſeſsione debitoris,qui ſe vendidiſſe dicit.Non
quod ſit imaginaria venditio,pretio interueniẽte, nec
ſit veriſimile quòd emptor ſoluto pretio relinqueret tã
diu poſſeſsionem apud venditorem.Aliter quàm mu-
tato titulo,ita ſcilicet,ꝙ vel conduxiſſet vel precario
rogaſſet,vel alio quolibet nouo titulo noĩe emptoris,
& eius cõſenſu teneret.Quo quidem caſu nulla eſt vis
in p̃ſumptione ſimulationis,ex præſenti adhuc poſſeſ-
ſione,q̃ nõ veteri ſed nouo titulo cõtinuata eſt.Et hęc
ferè ſunt p̃cipua,quæ adferunt interpretes ad huiꝰ re-
ſponſi interpretationé.Ex quibus tamé non intelliges
facilè contextũ totius reſpõſi,quo in diuerſas partes,
nunc ꝓ creditore,nunc vero ꝓ debitore, pulchrè ra-
tiocinat̃ Marcellus,ac tandẽ ſubiicit ſalubre cõſilium,
30 quod creditori putat eſſe tutiſsimũ.† Sequamur ergo
& nos paraphraſticè diſputationem Iuriſconſulti, vt
nunc in hãc nunc in illã parté inclinat.Et quidé prin-
cipio,ſi creditor cõſenſerit debitori,vt pignꝰ alienet,
& poſtea id alius inueniatur poſsidere,ſufficit vtputa
huic poſſeſſori ad declinãdã actioné hypothecariam,
ꝙ alleget creditoré conſenſiſſe in alienationé.An autẽ
debitor verè alienauerit,cùm iã inueniatur alius id pi
gnus poſsidere,magnoperè q̃rẽdum nõ eſt,ſed prõptiſ
ſimum eſt credere,ꝙ debitor non ſua negligẽtia à poſ
ſeſsione ceciderit:ſed eam ſciens prudẽſque iuſto
aliquo titulo in alium tranſtulerit. At ſi in pignoris
poſſeſsione, creditor cum cogitat & parat actionem
hypothecariam,inueniat adhuc ipſum debitoré: tunc
vtiq; non ſufficeret ad repellendum creditoré,ꝙ con-
ſenſerit rem vendi ac eadé.l.ſicut.§.ſi voluntate.in fi.
ſed meritò quæri poſſet an etiã vendiderit debitor.Et
hic proniores ſumus vt concedamus non vendidiſſe,
quãdoquidé adhuc poſsidet:itavt ab extremis tꝑibus,
videlicet quo poſsidet debitor,cũ ei permitteret cre-
ditor alienationem,& nunc adhuc poſsidet,cum para
tur actio:liceat præſumere,ꝙ medio quoq; tꝑe ſemper
poſſederit,nec vnquã tradiderit:& ſic nec vendiderit,
niſi fortè ſimulatè.Hæc tamen præſumptio non tã po-
tés eſt,quin cedat veritati.ſi poſsit debitor ipſe docere
ꝙ verè vẽdidit & reddidit,hoc.§.ſuꝑuacuũ.ver niſi q̃d
põt fieri.cogẽte forte anguſtia rei familiaris:ſed poſtea
bona fide(veluti,cũ forte ex inſperato creuiſſet hæredi
tas)eam rem redemit ab eodem,cui vendiderat:vel ab
alio,ad quem poſtea ea res pertinere cœpiſſet,aut etiã
ſi ipſe debitor,idemq; venditor,emptori hæres poſtea
extiterit,ꝙ non põt aliter quam bona fide eſſe factũ,
neq; põt concurrere aliqua ſuſpitio fraudis,qualis fa-
cile in venditione & redẽptione cõmiſceri poſſet.ver.
veruntamen cum pecunia.nẽpe ꝙ debitor idcirco fa-
cultatem vendendi impetret à creditore,vt eũ iure ſui
pignoris priuet in perpetuum:ipſa aũt re ſua obligata,
nec non fructibus & emolumentis eius nõ careat diu,
ſed ilicò redimat,ac velut ſoluto ſemel pignoris nexu,
deinceps ſemper liberam ré habeat,atq; poſsideat.Ita
vt merito in his inſit doli mali ſuſpitio:nimirum vel ſi
mulationis,ſi vere nihil fuerit actum:ſed ſimulata tan
tum venditio(vtroq; videlicet debitore,vt eo qui emiſ
ſe diceretur,id intelligente)vel fraudis,ſi vere quidem
res ſit empta,ſed vendita à debitore in fraudem credi-
toris:vtputa nulla alia neceſsitate ad venditioné cogé
te,nec oportunitate aut cõmoditate inuitante, quam
quòd ſic ſperabat rem à nexu pignoris liberare: & ab
initio animo conceperat ſtatim illam liberam redime-
re,etiam ſeruans forte in idipſum apud ſe integrũ pre
tium,quo ab emptore receperat.Quibus quidem caſi-
bus creditorem vti replicatione doli mali æquiſsimũ
eſt.Nam ſi pignus,quod ab initio inutiliter à debitore
conſtitutum eſt,cum non eſſet dominus, conualeſcat,
acquiſito ei poſtea dominio, ita vt tunc improbe &
non abſq; dolo reſiſteret debitor creditori actioné mo
uenti,l rem alienam.de pig.act.multò fortius in pigno
re quod ab initio valuit,dices,ꝙ magis improbe reſi-
ſteret & exciperet de beneficio creditoris,quo permi-
ſit ei vendere,& quo ipſe debitor tam inuerecunde eſ-
ſet abuſus:facilius enim replicatio quam actio conce-
ditur.l.ſi vnus.§.pactus ne peteret.de pact.Sed ita de-
mum in conſideratione erit hæc fraus aut ſimulatio,ſi
pecu-



pecunia adhuc non ſit ſoluta creditori, qua ſoluta, nõ
lęditur creditor,nec in aliquo ei p̃iudicatũ eſt.Quor-
ſum ergo pertineret de conſilio quærere fraudis, quæ
non inuenit exitum aut ſucceſſum, nec quenquam re
ipſa læſerit?Hic ergo permittemus debitori in re ſua li
berrimum arbitrium.l.in re mandata.C.manda. vt ho
die vẽdat,cras redimat,modò ne alij noceat. Vſque a-
31 deo autem,†vbi fraus aliqua aut ſimulatio verè con-
currit,iuuandus eſt creditor:vt etiam hęc nonnunquã
egrediantur ſuum authoré.d.l.ſicut.§.illud videamus.
In prin.hoc eſt,vt non tãtum iuuetur creditor aduer-
ſus debitorem,qui ſic in fraudem ſuam fecit:verum e-
tiam aduerſus ſucceſſorem eius,ſed vniuerſalem,vt hę
redem,vel bonorum poſſeſſorem, qui quòdammodo
ſucceſſor eſt vitiorum defuncti.l.cùm hæres.in princ.
de diuer.& temp.præſcrip.Quod expeditiſsimum erit
ſequi,ſi in ea ipſa re obligata,quæ ad debitorem per ſi-
mulationem tantum vel fraudem vendita,mox rediit,
habeat quoq; titulũ generalem ſucceſsionis. At quid
ſi aliunde ſit eam rem nactus,antequã fieret hæres de-
bitoris,atq; ita illã nõ habeat titulo hæreditario?Hic
quidem videri poſſet eum,qui in extranei locũ ſucceſ-
ſit,non debitoris,qui dederat pignori, & in eo credi-
torem fefellit,non debere metuere allegationem hu-
ius fraudis.arg.l.an vitium.§.ex facto propoſitũ.verſi.
dicebam hunc hæredem.de diuerſ.& temp.præſcript.
Poſſet tamen ea eſſe fraudis ſpecies,quæ etiã huic poſ-
ſeſſori rectè obiiceretur.verſi.poteſt tamen dici.nẽpe,
ſi in eo verſabatur dolus debitoris,vt non poſſet credi
tor à poſſeſſore pecuniam recipere, eo quòd, quanuis
forte hoc actum eſſet inter creditorem & debitoré, vt
hic ipſe creditor pretium rei venditę vſque ad ſummã
ſui debiti ab emptore perciperet,ſuo dolo tamen feſti
nauit debitor illud totum recipere ab emptore,igna-
ro conuentionis habitæ inter debitorem & creditoré.
& ob id rectè debitori qui vẽdiderat,ſuo quidem cre-
ditori ſoluit emptor antequam denuntiaſſet ei credi-
tor ne ſolueret.l.3.C.de nouatio.Imo etiam ſi nihil e-
iuſmodi actum eſſet,nec conueniſſet inter creditorem
& debitorem,adhuc forte non male dixeris,quòd po-
tuiſſet emptor ſoluere creditori,& ſic liberari à debi-
tore eodémq; vẽditore ſuo creditore.arg.l.ſi liber ho-
mo.de neg.geſt.l.ſolutum.§.ſolutũ.de pig.act.l.ſi ope-
ra.de dol.& met.except.Hoc igit̃ ſi aliqua arte aut via
impedierit debitor,feceritq; idem creditor ab empto-
re nouo poſſeſſore pretium vſque ad ſummam debitã
ſperet,iniquiſsimum ſane hic eſſet ludificari credito-
ré,& in lucro verſari hæredem debitoris cũ creditoris
32 iniuria.†Sed ei qui titulo ſingulari ſucceſsit, in ſolam
ré obligatam,atq; adeo alij creditori,qui ab emptore,
cui ex conſenſu creditoris venditio facta eſt,admixta
creditoris fraude,nihil ei nocere poterit.verſi. quod ſi
ſis fundus.ſed audietur obiiciens,exceptionem his aut
ſimilibus verbis concetp.*Rectè ageres ſi non volũta-
te creditoris hic fundus vaniſſet*.q.d.olim quidem ob-
ligatus tibi fuit,at tuo conſenſu venditus,iã liberatus
eſt,& ſi quid habeas iuſtæ quærelæ de dolo debitoris,
qui non ſoluit,vel ſolui tibi ab emptore non eſt paſſus,
perſequere doli authoré. Tutius tamé fuerit cũ debi-
tor à creditore petit permitti ſibi venditioné, vt id nõ
aliter faciat,quàm hæc expreſſa lege,quo magis ei ſa-
tisfaciat,verſi.tutius tamen eſt,ſic enim nõ ſe ſubiiciet
(vt in ſuperioribus caſibus ) aduerſus debitoré aut hæ
redem eius agens,in anguſtias probãdi dolum,ex per-
ſpicuis indiciis.l.quoties.§.qui dolo.de proba.l.dolũ.
C.de dol.ma.Sed aperto iure cõuentionis vtet̃:neq; re
plicatio ei neceſſaria erit,ſed prõptius habebit reme-
dium.nã applicabit oẽm occaſioné acquirendæ exce-
ptionis debitori hærediq; eius, qm̃ tota conuẽtione re
citata,qua ei facta fuit vendẽdi poteſtas,audiet ſtatim
iudex legẽ appoſitã ſoluẽdi ex p̃tio creditori,cui ſi non
adderet debitor ſe paruiſſe,iam nulla exceptiõe tutus
erit,quæ mereat̃ impugnari replicatione. Quòd ſi eo
amplius, etiã cautioné acceperit creditor ab emptu-
ro,vt p̃tium rei vẽditæ vſq; ad ſummã debiti ei ſoluat:
id ſane tutiſsimum erit,proderítq; ei aduerſus empto-
rem,etiam ad perſonalem actionem,quanuis prius il-
lud cum ſolo debitore conuẽtum prodeſſe exiſtimem
etiam contra emptorem,& quemlibet poſſeſſorem ad
hypothecariam actionem:ſicut limitato conſenſu cre
ditoris,de quo aduerſus eum exciperetur.

Sed & alia via manet ſaluum creditori ius pignoris
etiam poſt venditionem factam, non in fraudem eius,
neque ſimulatè:videlicet,ſi cùm adhuc res eſſet inte-
gra,& neutra ex parte adimpletus cõtractus,receſſum
ab eo ſit:ſiue debitor vendiderit.l.voluntate. quib.mo
dis pign.ſiue ipſe creditor.ead.l.§. creditor quoque. &
ſiue placuerit contrahentibus à vẽditione & emptio-
ne recedere.l.ab emptione.de pact.non inita noua re-
uenditione,ſed priore tantum reſoluta,vt Bald.in hac
l.voluntate per dictum §.ſuperuacuũ.ſine iudicio ac-
cepto receſſum ab ea fuerit.Vtroque enim caſu, ſicut
priſtinum ius dominij vel quaſi dominij reſtituitur de
33 bitori:ita quoque creditori ius pignoris redditur:†q̃d
ita demum remiſiſſe intelligitur,ſi emptor rem conſe-
quatur,& retineat, non ſi apud venditorem maneat,
dum rebus integris à cõtractu receditur, vel ſi reddat
emptor venditori.Iudicij autem quo venditio vel re-
34 ſoluitur,vel non inuenit exitum,†duo adfert Iuriſcon
ſultus exempla,vbi vendidit debitor in ead.l.volunta-
te.verſ.& ideo ſi iudicio.& vnicum vbi diſtraxit credi
tor.in d.verſicul.creditor quoque.Videlicet ſi debitor
vendiderat,conuentus ex empto fuerit abſolutus,non
quidem(vt opinatur Accurſius in gl.verbi,abſolutus.)
ex eo capite ꝙ venditionem aliqua iuris ratio impedie
rit,nam hoc alio loco,in l.ſi debitor.§.vlt.eod.tit.ſatis
cautum eſt,hic autem maius quiddam voluit Paul.vi-
delicet,etiam ſi venditio valuerit,ſed fortè per iniuriã
iudicis venditor ex empto conuentus fuerit abſolutus
Fulgo.hic in l.voluntate.Nõ enim refert quomodo fa
ctum ſit,ꝙ rem venditam retineat,vſque adeo,vt etiam
ſi cõdẽnatus(quod erit ſecundum exemplũ accepti iu-
dicij)rem tradere omnino noluerit:ſed quod intereſt
emptoris præſtare(quod ſemper ei permiſſum eſſe nõ-
nulli vt Ange.hic.& Alciat.de eo quod intereſt.eo.ca.
quo explicat hæc verba.l.vn.C.de ſentent.quæ pro eo
quod intereſt feruntur,certam quantitatem vel natu-
ram.tradunt)æquè adhuc maneat apud eum obligata:
licet pro re cõſenſu creditoris vendita præſtiteris em-
ptori æſtimationem:& ſic ex ſua parte venditioné quo-
dammodo impleuerit.Quæ quidem exempla accepti
iudicij,etiam ad creditorem qui pignus vendidit, ap-
plicari poſſe crediderim.Sed & aliud de eo vendente à
Iuriſconſulto additum eſt,nempe ſi ſeruus qui pigno-
ri datus erat,& á creditore venditus,redhibitus fuerit
ob aliquod vicium,nam id fit inuito venditore qui a-
ctionem pati debuit:Vnde non mirabimur in debitore
ſecus eſſe,l.ſi debitor.quib.mo.pig.videlicet ꝙ ſi gene-
raliter obligatus omnibus ſuis bonis ſeruum emerit,
quem ſibi traditum(& ſic iuri pignoris innexum)po-
ſtea non conſentiente creditore redhiberi curet,pote-
rat enim non agere redhibitoria,& ſic qualemqualem
ſeruum in bonis ſuis ad pignus creditoris relinquere.
Sed creditor qui vendidit ſeruum vitioſum debuit vel
inuitus iudicium hoc pati.Neque hic dicas, dominiũ
redhibiti ſerui qué creditor vendiderat,rediiſſe ad cre
ditorem:(vt ſic nequeat ei ſua res eſſe pignori)potius
quã ad debitoré.vt nec diceres rediiſſe ad procuratoré
negotiorũ geſtoré,tutoré vel curato.ſi hi aut alij quibꝰ
cõceſſum eſt alienã rẽvendere,ſicut creditori,eã vendi
diſſet:ſed ad dominũ pupillum,alioſve quorũ res fuit
antequã venderetur,& ad hos quidem redit,non nouo
aliquo titulo,vt credi poſsit,ꝙ res aliquãdo emptoris
fuit nouo titulo acquiſita.eadem l.voluntate.verſicul.

idémque eſt in omnibus.& ſic à nexu pignoris libera.
d.§.ſuperuacuum.& l.vlti.C.de remiſ.pig.ſed redit in
priſtinam cauſam,hoc eſt,habebitur ab eis priſtino iu
re,ac titulo dominij,remoto tantum obſtaculo aliena
tionis,per quam prius in alium tranſierat,ſed apud eũ
reſoluta & irrita facta venditione,neq; ſine titulo per-
ſiſtere,vt Fulgo.hic.& in l.j.C.per quas perſonas.per l.
Vrannius.in verb.vt quẽadmodum incipere.de fidei-
commiſ.vt nec potuiſſet ab initio abſque titulo acqui
ri.l.nunquam nuda.de acquiren.rerum domi. Alia
eſt adhuc ſpecies taciti pacti,quo pignus remiſſum cẽ
ſetur,ſi creditor debitori chirographũ pignorationis
35 reddat.l.creditorem C de remiſ.pigno.† ac ſi non red
dat quidem,ſed iubeat tantum reddi,vt Fulgoſ.in d.l.
creditricem.in verbis,iubentem reddi.ſic enim libera
tur hypotheca ſolo conſenſu,ſicut & contracta fuit.A
debito tamen principali non intelligetur receſſum re
ſtituto pignore.l.Labeo.cum l.ſeq.de pact. immo nec
ab ipſa pignoris obligatione,ſi Iaſoni credimus, ad d.
l.Labeo.cum l ſeq.col.vlti.verſic. item pondera quod
ex ratione.vt hac in parte plus operetur reſtitutio chi
36 rographi pignorationis,†( quæ non poteſt in alium ſi
nẽ,qua remiſsi pignoris videri facta ) quàm reſtitutio
ipſius pignoris:quæ vtique facta videri pôt,vt eo vta-
tur debitor,maneátque obligatũ nunc hypothecæ no
mine,cùm eſt redditum,quod prius traditum fuit pi-
gnori.

Sunt præterea alij modi qui directò faciunt ad pi-
37 gnoris diſſolutionem,†veluti ſi antiquior creditor pi
gnus vendiderit,ſequentis perit pignus.l.j.C.ſi antiq.
credit.ſi inquam vendiderit iure creditoris non ꝙ ipſe
pri⁹ à debitore emiſſet.Nã tũcqueãdmodũ ipſe à ſequẽ
tibus creditorib.hypothecaria cõueniri poſſet:ita nec
ſecuros faciet emptores, nã cũ ipſe diſtrahit creditor
antiquior,id facit ex iure ſibi quæſito antequã ſequen
ti obligaretur.At quando ipſe emit à debitore ,tũc pri
mum adipiſcitur ius dominij eius rei,quæ tunc obli-
gata eſt ſequentibus creditoribus,vt non poſsit abſq;
38 eo onere cenſeri rẽ cõparaſſe.Sanè quicũq;† creditor
vendit rẽ pignoratam pro debito,ei ſuum pignus pe-
rit.l.ſi debitor.§. ſi in venditione.verſicu.ſed & ſi ipſe.
quib.mod.pign.niſi ita vendiderit,vt non aliter dece-
deret à pignore,quàm ſi ei ſatisfactum eſſet.Qua pro-
teſtatione omiſſa,ac ſimpliciter & abſolutè re vẽdita,
quanuis idẽ adhuc iuris eſſe ſubindicet Accurſius,ibi
in gloſ.ad verb.ſatisfiat.rectè tamen fecit , quod velut
ſeſe corrigens,ilico ſubiunxerit hoc Iuriſconſulti re-
ſponſum.l.quæſitum.de diſtra.pign.ex quo videbatur
hoc poſſe deduci,loqui tantum de actione perſonali,
quæ adhuc ſalua manet,etiam ſi in venditione prote-
ſtatio non fuerit adiecta: non autem de hypothecaria
actione,à qua niſi excideret creditor , qui non addita
proteſtatione pignus vendidit,nõ ſic locutus eſſet Iu-
riſconſultus,*Sic tamen venditionem fecit ne decede-
ret, &c.*Sed & ſi in ſolutum pign⁹ acceperit creditor;
vel ius dominij eius impetrauerit, pignoris obligatio
ſtatim finita eſt,& ſi poſtea euinci contigerit , vtilis a-
ctio exempto ei dabitur.l.eleganter.in prin.de pig.act.
39 Interitu †quoque rei obligatæ pignus ſolui notiſsimũ
eſt.ex l.ſicut,in princip.quibus modis pignus.& l. ſer-
uo.C.de pignor.

Quali autem mutatione rei obligatæ intercidat, alio
loco,ad l.ſi fundus.§.res hypothecæ data.de pign.ple-
40 nè diſcuſsimus.De temporibus† præſcriptionum hy-
pothecariæ actiõis,diſtinctione facta poſſeſſorum qui
hypothecaria conueniuntur,cõſtitutiones ſunt pecu
liares.l.1.& 2.C.ſi aduerſus creditorem.libro 7.& l.cũ
notiſsimi. C.de præcription.30.vel 40. annorum. Ac
denique iureiurando perit,ſi delato iurtur rem non
eſſe obligatam.l. ſoluitur.in fine . quibus modis pi-
gnus.

41 Non interit † autem pignus ſi ſolum offeratur alia
ſatiſdatio quam nolit accipere creditor,qui vt non co
gitur mutare debitorem,aut obligationem,l.ſi manda
to meo.mandat.ita nec acceſſoria obligationum. Niſi
quod in conſtituto alium pro alio fideiuſſorem dare
poſsit,qui ſatiſdari conſtituit re ita exigente.l.qui au-
tem.§.ſi quis conſtituerit.de conſtituta pecunia.& li-
bertatis fauore conditio mixta faciẽndi dandíque im-
pletur,ſi de incerto ſatiſdetur.l.ſtatu liber.de ſtatu li-
ber.Porro ſi qua pignora obligata ſint donec pecunia
42 ſoluta,vel ſatisfactum ſit,†iam ex formula conuentio
nis intelligi poterit,quod alterutro facto , ea pignora
liberata ſint,l.cum colono.quæ eſt penulti.quibus mo
dis pignus. & non ſolum quidem,ſi alia pignora data
ſint( quibus propriè ſatisfieri dicitur) verum etiam , ſi
ſit datus fideiuſſor, ( quod ſatiſdare vocant ) qui vt i-
doneus eſt acceptus. Nam ſatisfactum intelligimus
hic,quemadmodum voluerit creditor,ſiue aliis pigno
ribus,ſiue fideiuſſore,ſiue ex promiſsione.l.ſi rem.§.ſa
tisfactum.de pignoratitia actione.Idque obtinet,non
ſolum vbi ſimul de vtroque ſit mentio de ſoluendo,vel
ſatisfaciendo,verum etiam vbi ſolum eſt verbum ſatiſ
faciendi,hãc ipſam ſignificationem habet,& quidem
etiam in contractibus,contra Alciatum ad l. cui præ-
cipua.§.vltimo,ad verbum perſequi.de verborum ſi-
gnificatione.
Veluti ſi quis conſtituerit ſe ſatisfacturum,liberatur ſi
pignora det,vel fideiuſſorem.l.promiſſor Stichi.§.vlt.
de conſtit.pecu Vt merito dubites accedere eorum o-
pinioni,Barto.ſcilicet ad l.quanuis.de pignorat.actio.
ac Zaſi.ad l.4.§.ſi ex cõuẽtione.de re iud.qui dicũt ꝙ ſi
debitor promittat creditori ſolutionem pecuniæ debi
tæ ad calendas Martias,vel tunc dare pignora aut fide
iuſſores,veniente die non cogi creditorem vt accipiat
pignora vel fideiuſſores:ſed vrgere poſſet debitorem,
vt omnino ſoluat,eo quòd pignora vel fideiuſſores da
re conuentum ſit,in fauorem creditoris,quod non de-
bet redundare in eius iacturam. Qui ſi velint pignori
bus,aut fideiuſſoribus non ſatisfieri poſtremæ obliga
tioni,ex conſtituto alternatiue facto : indubie hoc re-
pugnaret apertis Iuriſconſultorum reſponſis.d.l.cum
colono.d.l.promiſſor Stichi.§.vltim.Si vero putent nõ
ſic liberari debitorem à prima obligatione,cuius debi
ti ſolutionem vel ſatisfactionem conſtituit,omnino id
43 admiſerim.Notiſsimum enim eſt,quòd conſtitutũ †nõ
inducat prioris obligationis nouationem,ſiue quis cõ
ſtituat quod ipſe debet.l.item illa.§.vltim.de conſtitu.
pecũn.ſiue quod debet alius.l.vbi quis conſtituit.eod.
titu.Sed an ilico primam illam actionem exercere poſ
ſit creditor,veniente die,etiam ſi tunc offerat debitor
pignora vel fideiuſſores,hic equidem ſubſiſto,& cum
Iaſone in dicto §.ſi ex conuentione.& in l.prima pau-
lo poſt princip.Qui ſatiſdare cogant.crediderim non
mox agi poſſe,ſed incertum aliquod tempus ineſſe iu-
dicis arbitrio moderandum , quod ex forma conuen-
tionis,ad dilationem videatur indultum debitori,ſi ad
diem det pignora vel idoneos fideiuſſores.Et quod a-
iunt conuentum id eſſe in fauorem ſolius creditoris,
dubitauerim & illud ſequi,quanuis enim ſi de diſtra-
hẽdo pignore conuenerit,id redundet ad ſolius cre-
ditoris fauorem,vt poſsit non debeat vendere , dicta l.
quanuis.ſi tamen conuenerit pignus dari,hoc in vtri-
uſque fauorem conueniſſe eſt veriſimile ex §.vltimo
Inſtit.quibus modis re contraha.oblig.creditoris,quo
magis ei in tuto ſit creditum:& debitoris,quo facilius
inueniat qui pecuniam ei credant.vel pro re hic ſubie
cta,qui creditæ pecuniæ libentius adhuc differat: qua
ſi reciproca intelligatur conuentio,& dandi pignoris
à debitore & accipiendi à creditore.

In ordinem nunc incurrũt modi,quibus pignora &
hypothecæ tollantur , in conſequentiam principalis
debi-



44 debiti:†qui licet multi & varij ſint,ad duo potiſsimũ
genera reduci cõmodè poſſent. Nam omnes ſpectant
ad debiti ſolutionem , aut quod ſolutioni æquiua-
lens eſt & vicinum: vel ad iudicia, quæ de principali
debito eſſent accepta. In priori genere habemus de-
bitum obligatum , ſolutum,remiſſum, acceptilatum,
compenſatum , nouatum , & confuſionis iure ſubla-
tum:his enim omnibus modis cum debito principa-
li perit & pignoris obligatio. Et in primis quidem
45 †qui paratus eſt ſoluere,videtur pignus liberaſſe,l.i-
tem liberatur.§. qui paratus. quibus modis pign. vel
hypothec. Paratum autem variè pro ſubiecta mate-
ria,dicimus cum Bart.& aliis ad l. prætor ait,§. ſi quis
paratus fuerit.de ope. noui nunc. aliquando eum qui
verbo offert , ſed re ipſa non ſtatim preſtare vult , l.ſi
debitori.de iudic.l.fundus.quæ eſt pen.C.de reſcind.
vendi.l.reſiduum.C.de diſtr.pign.Aliquando vero in
præſenti reipſa,l.penult,qui pot.in pig.l.ſtatu liber.de
ſtatu liber.& cùm non ſit par horum vis & effectus,ſic
ferè quod ad noſtrum inſtitutum pertinet, diſtingui
46 ſolet cum Fulgo.in d.§.qui paratus.verbo†offerre pe-
cuniam debitam,non in re præſenti & extra iudiciũ,
hoc operatur vt venditio pignoris, quæ ea oblatione
ſpreta eſt facta,poſsit retractari,d.l.fundus. & d.l.ſi re
ſiduum.Offerre autem in præſenti pecuniam extra iu
dicium , plus operatur ne hypothecaria poſsit inſti-
tui,l.potior.§.vlti.& l.penul.qui pot.in pig.pignus ta
men traditum non liberat,vt actiõe pignoraticia poſ
ſet repeti,à creditore poſsidente: quaſi ſoluto debito
ſi non ſit conſignatio facta.l.creditor.C.de pigno.l. ac
ceptam.C.de vſur.Sanè ſi creditor non poſsideat, ſed
quaſi recepturus pecuniam,quæ numerationi videba
tur paratiſsima,tradiderit debitori,& is poſtea nõ ſol
uat,ageret creditor furti,vel ad exhibẽdum , vel con-
traria pignoraticia actione, de reſtituendo pignore
quod dolo malo debitoris creditori abeſt : & redditi
pignoris exceptionem elidet doli replicatione , l.3.de
pig.act.Offert autẽ in præſenti reipſa pecuniã,& in iu
dicio,maiorem adhuc vim habet,nam efficit vt & pi-
gnoraticia actio debitori detur,l.ſi rem alienam.§.vlt.
l.aliena res.§.per credit.de pig.act.Offerre ſiue in iu-
dicio,ſiue extra iudiciũ,& recuſatum cõſignare,& de
ponere:totũ negotiũ conficit.& vltimũ perfectę ſecu
ritatis & liberationis gradũ, necnon pignoraticiã a-
ctionẽ(ſi fortè traditum ſit creditori pignus)debitori
tribuit,d.l.credit.C.de pig.& d.l.acceptã. C. de vſur.
Solutio vero debiti ad liberationẽ pignorũ pręcipuã
vim habet,adeo vt nõ interſit ꝑ quẽ ſoluatur.ab ipſo ne
debitore,an eius ꝓcuratore, an à negotiorũ geſtore,l.
j.in prin.quib.mod.pig.Et ꝙ hic Iuriſconſultus addi-
dit,*citra emptionem*,ob id factũ putabimus,quòd ne
gotiorum geſtor amicus abſentis debitoris, ſi emiſſet
48 à creditore nomẽ debitoris , †haberet in conſequen-
tiã noĩs empti,pignora quoq; eius noĩs:& rectè deſide
raret Seruianã actionẽ ſibi dari.Sed ſi emiſſet pignora
iure creditoris vẽdita(hæc enim emere poteſt nego-
tiorum geſtor,arg.huius legis à contrario ſenſu verb.
49 circa emptio.licet nõ fideiuſſor , †qui ſuã fidẽ quoad
illũ ipſum cõtractum ꝓ debitore interpoſuit,l.j. C de
dol.mal.)nõ recuperaret ea debitor ab amico empto-
re , quantumuis debitũ refundere vellet cum vſuris ſo
lutis.Quorum vtrumque tamẽ in illo reſponſo Papini
ani traditur,quo ponitur ſimpliciter ab amico debito
ris creditori ſolutum , & ſic per eum liberata eſſe pi-
gnora,& ad eum tranſiiſſe.Sed ita tamen, vt tantiſper
dum illa poſsidet , habeat retentionem , ſiue debitor
properet eam vendicare non refuſo debito, quod pro
eo ſolutum eſt,(cui propriè obſtabit doli exceptio)ſi-
ue poſterior aliquis creditor,vt Fulgo.ad d.l.j.non au
tem vt habeat actionem hypothecariã , ſi fortè à poſ-
ſeſsione ceciderit.
50 Et ſane qualiſcunque poſſeſſor †rei obligatæ,ſiue iu-
ſtus ſiue iniuſtus,ſi offerat creditori debitum,cõuẽtus
rei vendicatione,repellet eum ab hypothecaria actio-
ne.l.Pau.§.qui pig.quib.mod.pig.1040.Sed an credito
rem cogere poſſet,ad cedendam ei actionem quam ad
51 uerſus debitorẽ habuit,† opiniones variant , varijs v-
trimque rationibus inſtructæ. Et dubitationem facit,
ꝙ alio loco,in l.mulier.qui pot.in pig.vbi de cedenda
actione dictũ eſt,ſolius iuſti poſſeſſoris mẽtio ſit facta
quaſi iniuſto poſſeſſori nõ debeat fieri ceſsio:ſed adhę
rendũ potius ſit regulæ,quæ dictitat,ꝙ etiã ſi quis cre-
ditori offerat ſolutionem , fruſtra tamẽ ius obligatio-
nis in ſe transferri deſideret,l.nulla.C.de ſol.atque ita
nõnulli, (vt Bal.Alb.& Fũl.in d.l.mulier.Pau.Caſ.ad l.
ſi res obl.de leg.j.)exiſtimãt etiam hoc tẽpore:ſaltẽ(ait
Mol.in tract.cõtract.& vſurar.in.47. quæſt.in prin.nu.
338)ſi eiuſmodi ſit poſſeſſor,qui nec detentionẽ habeat
cum iure retentionis:ſed tam ſit iniuſtus,vt ex interdi
cto aliquo poſſeſsio ei poſſet auferri.Alijs,Acc. Bar.&
Sal.in d.l.mulier.aliud opinantibus,propterea ꝙ nõ ſe
ingerat neque offerat poſſeſſor ad ſolutionem,ſed iudi
cio hypothecariæ actionis conuentus,mauult ſoluere
quam pignus ad creditorem trãsferri, vnde videretur
creditorem poſſe repelli per exceptionem cedẽdarum
actionũ,ſi forte ipſe fecerit , quo minus actionem ha-
beat cũ principali debitore,quã poſſet cedere ſicut à fi
deiuſſore vel mandatore repelleretur,l.Stich.§.pen.de
ſol.Neque etiam eſt creditoris controuertere ius poſ-
ſeſſoris iuſti,ſui aduerſarij,in hypothecaria actione,&
quem ipſe vt poſſeſſorem ſibi aduerſarium eligit,& eli
gere ac ſequi debuit : cũ hæc actio poſſeſſorem ſequa-
tur , quare merito melioris conditionis eſſe debebit
poſſeſſor,quam extraneus quiuis, qui neque ipſe obli-
gatus eſt , neque rem pro debito obligatam tenet , ſed
vltro ſe ingerit,offertque ſolutionem,& actiones in ſe
transferri deſiderat,forte vt pro lubito poſsit debito-
ri eſſe moleſtus & importunus creditor.Magisque vr-
geret in cõtrariũ Sceuolę reſpõſum,d.l.mulier.ꝙ addu
ctũ eſt,ſi non in quęſtione,iuſti poſſeſſoris mẽtio eſſet,
habita,ſed tantũ in reſponſione : nec vrgeret hæc ceſ-
ſio nominis,in cuiuſquã pręiudiciũ,quã debitoris,quo
tamen potior eſt poſſeſſor,etiam quamuis & quantum
uis iniuſtus in retinendo pignore:ſi rei vendicatione
conueniatur,quouſque debitum quod pro eo ſoluit
creditori refundatur ei,l.ſi creditor.quib. mod. pign.
l.ſi creditor.de pign.action.Sed nec ipſi omnino credi
52 tori ad pignoris liberationẽ ſolui neceſſe eſt,† ſed ſuf
ficit cuicunque alij ſolui voluntate eius, l.ſolutum.§.
ſolutam.de pig.actio.vel procuratori,vel ſeruo,pecu-
niis exigendis prępoſito:vel alij cuicunque accipien-
ti eius nomine,etiam abſque eius voluntate, ſi poſtea
ei debitor hæres extiterit,& ſic acceptam ab eo ſolu-
tionem approbare compellatur,cum & ipſa ſucceſsio
approbationis loco ſit. dict.§.ſolutam in princip.& l.
vltim.in princip.rem rat.hab.Fulgo.in fin.l .rem alie-
nam.de pignor.action. Vnde ſi creditor pignus alij
dederit pignori, huic quoque creditori creditoris ad
liberationem pignoris poterit ſolui.l.grege.§.cum pi
gnori de pigno.Et huc pertinet quod dicitur, quòd ſi
à conductore ædium,partem cõduxero,& mercedem
ſoluero domino ædium,earumque primo locatori,li-
berata eſſe à me inducta & illata in partem ædiũ con-
ductam,quę & ipſi domino ędium obligata fuerunt,
53 †ex ſua propria(vt Iuriſconſultus ait,d.verſic. vnde ſi
domum.in vlt.verb.)conuentione,non quidem mecũ,
ſed cũ conductore ædium inita , qui mihi earum par-
tem locauit. Nam ex contractu domini & condu-
ctoris ædium , obligantur ei omnia inducta & illa-
ta : non ſolùm quæ verè ipſius conductoris ſunt , ſed
& illa in quibus ille primus conductor idémque lo-
cator ius pignoris habet , Fortun. Garcia ad l. item
quia.de pact. Pignus enim in pignori dari poſſe,no-
tiſsimum eſt.

Refert aũt quomodo ſoluatur:nã & improba mone
ta ſolui debet,l.eleganter §.qui reprobos. de pig. act.
& integrè,ita vt nihil reſtet ſoluẽdum,l.ſi rem alienã.
§.omnis pecunia.de pig.acti. nec ſortis nec vſurarum
nomine,& nec ſumptuum quidem in pignus factorũ,
l.in ſumma.C.de pig.Itaque qui pignori accepit plu-
res res,non ſolùm non cogitur vnam liberare,niſi ac-
cepto vniuerſo quod debetur.l.qui pigno. plures res.
de pig.Sed & poteſt quam velit ex illis diſtrahere pro
debito,l.creditoris arbitrio.de diſtract.pign. & in eo
pignoris obligatio indiuidua eſt,vt pro parte liberari
non poſsit.l.2.C.de hęre.act.l.2.C.ſi vnus ex plurib.hę
55 red.l.3.C.de nego.geſt.Quemadmodum† & conditio
indiuiduam facit obligationem, cui apponitur, l. cui
fundus.de condi.& demonſtr.ac ſimiliter pœna:l.hæ-
redes.§.in illa.fami.erciſc.l.in executione.§.penul.de
verb.oblig.Aliud vero eſt in pluribus fideiuſſoribus
quorũ alter abſq; altero liberari poteſt, nõ ſolũ ſi ipſe
pro ſua parte ſoluat:cũ alter ſoluendo eſt.l. quoties. de
ſolut. verum etiam,ſi creditor pro vno fideiuſſorũ ſuo
rum,partẽ ſoluit quæ eũ contingit,vt ipſum liberet:l.
in his.§.ſi duos.de ſolut.Singulorũ enim fideiuſſorũ,
etiã ſi ſimul fideiuſſerint,ſingulę fideiuſsiões & obli-
56 gationes ſunt, †habentque diuiſionis beneficium, ex
epiſtola diui Adriani.Sed multarum rerum ſimul, &
in eandem cauſam pignoratum,verum vnum pignus
eſt,vnica obligatione cõtractum,quã diximus eſſe, in-
diuiduã.Si tamen in diuerſas cauſas obligationis pi-
gnoraticiæ aut hypothecariæ ſint cõtractæ,etiã vnius
eiuſdémq; rei,poterunt ſingulę ſeorſum diſſolui : ſiue
ab initio ex omnibus illis cauſis vnus idémque fuerit
creditor,l.ſi prior.in prin.l.quęrebatur.qui pot.in pig.
ſiue ab initio plures,& tandem per ſucceſsionem vni-
cus,l.vlt.quib.mo.pig.quo caſu non tam particularis
ſolutio(quæ non minima dicitur habere incommoda
l.3.in princ.fam. erciſc.) quàm ſingulorum ex diuer-
ſis cauſis debitorum , & ſeorſim contractorum ad-
mittitur.

Sed & remiſso debito,pignus & hypotheca ſolui-
57 tur. †Remittitur autem pacto,d.l. ſoluitur.quib.mod.
pig.vel hypot.ſolui.quo ſi id actũ ſit,vt à perſona non
petatur,dubitari poſſet,an hypothecã poſsidenti pro
derit,d.l.ſoluitur.verſi.niſi quis ducat.Nam perſonale
pactum reo debenti factũ,nõ prodeſt fideiuſſori.l. niſi
hoc actum.de pact.igitur nec pignorẽ poſſeſſori,quod
nonnulli admittunt,Odofre.ſc.Alberi. & Fulgo. in d.
l.ſoluitur.Accurſius ibi in glo.verbi decedat. etiam ſi
actum ſit vt à perſona non petatur, receſſum putat ab
hypotheca:ſiue eam ipſe teneat debitor,cui perſonale
pactum factum eſt,ſiue alius.Quod propius ad mentẽ
Iuriſconſulti accedere puto,ex ſubiecta ratione: *Sed
cum hoc pactum conuentum exceptionem perpetuã
pariat*,videlicet ipſi debitori,qui ſe & hypothecam
obligauit, *Eandẽ & in hoc caſu poſſunt dici,& vt ab
hypotheca diſcedatur*. hanc enim obligauit ipſe de-
bitor,cui exceptio eſt acquiſita,& quidẽ perpetua,vn
de merito hypotheca ſic quoq; liberata eſt. Nam ſi ad
tẽpus cõueniſſet,non peti pecuniã: veluti intra annũ,
aut biennium,idem quoque de hypotheca intelligere
tur in conſequentiam conuentum,ead.l. ſoluitur.§. ſi
paciſcatur creditor. Debet tamen debitum non inu-
tiliter eſſe remiſſum , alioqui ſi per pacti conuentio-
nem inutiliter factam remiſſum fuerit, non ſolum ip-
ſum peti poterit,ſed & vſitato more pignora vendica-
ri.l.debitum. C.de remiſs.pig.inutilis autem remiſsio
eſt quæ fit dolo vel metu, Accurſ.& doct.in dict.l. de-
58 bitum,†Quare ſi quis metu coactus , acceptam ſtipu-
lationem fecerit,non ſolum redintegratur obligatio,
in perſona debitoris:ſed & fideiuſſorum eius , vt eoſ-
dẽ vel alios nõ minꝰ idoneos adhibeat,& vt pignora
quoq; in eadem cauſa reſtituãtur.l.illud.§.ſi metu coa
ctus.de eo quod met.cauſa. Pignora , inquã, ſi tradita
fuerũt creditori,& per metum debitori ſunt reſtituta,
& ſic obligatio illorũ ſummo iure fuit diſſoluta , ſicut
traditione fuerat contracta.Hypotheca vero quæ ſola
conuentione fit,& ex iure prætorio originem ducit,&
quam diximus vſitato more vendicari poſſe,id eſt,hy-
pothecaria actione perſequi licere,apud quemcunque
ſit poſſeſſorem,manet forte ipſo iure illæſa:Quaſi cum
prætor ciuiles obligationes ſtricto iure ciuili interem
ptas,quamuis dolo vel metu ex æquitate reſtituat, d.l.
ſi metu coactus.videri poſsit à ſe inuentas & introdu-
ctas obligationes,conſeruaſſe illæſas à vi &dolo,ita vt
nulla reſtitutione indigeant,atque ita quidam,ſc.Ful-
go.ad l.ſi vnus.§.de pig.de pact.ſenſiſſe videtur , quod
nunc latius non excutio . Sed eſt vbi debiti remiſsio,
vel inutilis donatio,non facit inutilem pignoris libe-
59 rationem,l.j.§.j.quib.mod.pign.† vbi ſcilicet ea cauſa
que facit inutilem pecuniæ debitæ remiſsionem , ſiue
donationem, non pertinet,neque pertingit ad pigno-
ra:ꝙ quomodo fiat,quia non eſt in Papiniani reſponſo
adſcriptum,itum eſt ad varias cõiecturas.Primo enim
diuinat Accurſius,ibi in gl.verbi,inutili.à cõiuge con
iugi ex donationis cauſa remiſſum eſſe , quod debetur
ſub hypotheca bonorũ , eamque donationẽ inutilem
eſſe,ſi non ſit morte confirmata.pignus tamen quod in
conſequentiam fuit remiſſum,manere liberatum,quia
lex quæ facit inutilem remiſsionem debiti principalis
(nempe ꝙ donatio ſit inter virũ & vxorem iure prohi-
bita)non pertinet ad pignora,quæ alter alteri conſtan
te matrimonio remittere poteſt,l.etiam.C.ad Velleia.
Nam pignus remittere nõ eſt donare,l.3.in fine.de leg.
3.l.ſi pignus,quæ in frau.cred.Sed non per omnia con-
gruit hæc interpretatio,eo quod Papinianus , ſi ſignifi
care voluiſſet donationem pecuniæ , quæ ex qualitate
perſonarum inutilis eſſet , veriſimiliter id vno aliquo
verbo apertius deſignaſſet:nec ſi in genere tantum de
creditore dixiſſet , venditore & emptore eodémque
debitore:quaſi non referret quibus perſonis hęc appli
ces. Nec in locum venditoris induxiſſet ſucceſſorem
fiſcum,ſi nihil hoc ad rem pertinere putaſſet. ſecun-
dum exemplum Accurſij,de patre & filiofamiliàs, ea-
dem penè ratione improbari poteſt , & maximẽ cum
inter eos non cõſiſtat emptio,vt Fulgoſi.hic. ex l.2. de
contrahen.emp.ex qua hic ortum habuit debitum, in
cuius remiſsione donatio conſiſtebat, quæ nec morte
patris potuiſſet cõfirmari:vt hic Ang.cũ nec eſſet pro
ceſſum ad traditionem,argu.l.Papinianus. de donat.
inter virum & vxo.Tertio retulit hæc Accurſius ad re
miſsionem debiti inutilem ob defectum inſinuatio-
nis,cùm fortẽ quingentos ſolidos excederet,ita enim
obtinuit , quòd & ea donatio quæ debiti remiſsione
60 conſiſtit,debeat†inſinuari,vt Bal.hic.& Philipp. De-
cius ad l.ſi quis obligatione.de regu.iur.Alcia.ad l. de
diſſe,de verb.ſig.Sed nec hoc ſatis quadrat,cùm ob o-
miſſam inſinuationem,nec hodie inutilis fiat tota do
natio:ſed vſque ad quingentos ſolidos ſtare poſsit, l.
Sancimus.in princip.C.de donatio.Pro quibus etiam
(vitiato ſolo exceſſu)maneret pignus obligatum. Pa-
pinianus vero vult totum pignus liberatum,& debiti
remiſsionem totã eſſe inutilem.Quartò,fingit Accur-
ſius debitum ex cauſa donationis remiſſum , recide-
re in priſtinam obligationem ob ingratitudinem do-
natarij , cui fuit remiſſum , & ſic ipſam quidem pe-
cuniam iterum deberi : ſed non æquẽ redire pigno-
ris obligationem ſemel extinctam. Et certè , nec hic
deeſt quod improbes , ſi non illud , quod mutata vo-
luntate debitoris,reuocari deberet ab ingrato omnis
donatio , & ſic reuiuiſcere priſtina obligatio , cum
omnium ſua cauſa pignorum & hypothecarum ( vt
Fulgoſio placuiſſe videtur) ſaltem illud , huic exem-
plo obſtabit , quòd facultas reuocandi donationem
ob ingratitudinem donatarij,non extẽdatur ad hære-
dem donatoris,l.vlt. C.de reuoc.dona.c. vlt.de donat.
niſi,



niſi ex eo ſolo capite quod non ſeruetur pacta & con-
uentiones donationis,quo caſu quis nõ diceret ęquiſ
ſimum,vt remiſſum debitum redeat in priſtinam obli
gationem,cum ſuis pignoribus & hypohtecis, atque
omni ſua cauſa?Aliud ergo quęrẽdum eſt exemplum,
61 quòd huic reſponſo Papiniani melius conueniat. †Et
quid ſi dixerimus,hic à creditore ſibi conſcio delicti,
quod publicationẽ bonorum meretur,donatam.i. re-
miſſam fuiſſe pecuniam ei debitam , in fraudem fiſci,
qui ei ſucceſſurus videatur, & cuius non fruſtra hic
mentio facta eſt à Papiniano?Nã ſi aliquibus modis.i.
veriſimilibus & ſat certis coniecturis atque præſum-
ptionibꝰ perſpicuis(ſicut omnis fraus probari debet)
conſtaret ſuſpicione pœne donationem eſſe factam:
ea vtique,quamuis ipſo iure ante condemnationẽ te-
neret,l.prius cõtractum.de dona. inutilis tamen eſſet
donatio , & fraude detecta prodeſſe ei non poſſet;l.ſi
aliquis.in 2.reſpon.de mort.cauſ. donat. etiam ſi ante
delictura,ſed cogitatione mox ſecuturi delicti eſſet fa
cta.æquè enim reuocari poſſet, vt in fraudem fiſci fa-
cta: vt Bar.ad l.poſt contractum.& ibi Cuma.in fin.e-
xemplo ſcilicet illorum,quæ in fraudem futurorũ cre
ditorum ſunt alienata.l.ſed ſi maritus in fi.qui & à qui
bus maior.liberi non fiunt. Sed lex quæ hic inutilem
facit donationẽ pecunię, nimirum quod in fraudem
fiſci facta ſit,nõ habet locum in pignore liberando. i.
ad illud non pertinet,cùm nõ ęquè pignus vt debitũ,
in fraudem fiſci remiſſum cenſeatur , quando debitor
adhuc ſoluendo eſt.Vnde quemadmodum in pignori
bus contrahendis,& vni alicui creditorum tradẽdis,
conſideramus fraudem per ſe,& ſeorſum à principali
contractu & debito:l.ait prætor.§. ſi cui ſolutum.l. cũ
vetus.quę in fraudem cred.Ita quoque in pignoribus
& hypothecis relaxandis & remittẽdis,eorſum fraus
conſiderari debet,l.ſi pignus in fi. quę in fraud. cred.
cùm principalis debiti remiſsio,re ipſa conſilio frau-
dandi,facta eſſe poſsit in fraudem creditorum,aut fi-
ſci.Et hypothecæ tantum remiſsio,pignorúmq; reſti-
tutio non continere re ipſa fraudem, ſi ſcilicet adhuc
ſoluendo ſit debitor,cui pignus remittitur.

Porro cum debito per pactum remiſſo hypothecam
ſolui dixerimus,idem multo maiore ratiõe dicendũ,
62 ſi pecunia debita acceptilata†ſit,l.ſolutum. §. ſi quaſi.
verſi.idémq; etſi acceptilata.de pig.act. Sic enim om-
nis obligatio pecuniæ ſoluta erit,& extincta,§.itẽ per
acceptilationem.Inſtit.quib.mod.toll.obligatio.idẽ-
que fuerit , ſi non repetito pignore,obligatio nouata
ſit.ea l.ſolutum in prin.verſi.nouata autem.

Sed & compenſationis eadem eſt ratio, ſi per hanc
fortè pecunia in quam obligatum erat pignus,deberi
deſierit.Nec enim intereſt, ſoluerit debitor , an com-
penſauerit.l.debitor.4.qui pot.in pig.

63 Adiudicato debito†creditori, cum res iudicata pro
veritate habeatur , dicemus & pignus eſſe ſolutum:
etiamſi per iniuriam iudicis debitor abſolutus ſit, l.ſi
deferente.quib.mod.pig.Quamuis enim natura debi
tor maneat,l.Iulianus.de condic. indeb. curat tamen
prætor vt hypotheca, ſuo iure inuenta,ſubſeruiat iu-
ri ciuili:quo illata naturalis obligatio , quæ fuit ali-
quando ciuili obligationi iuncta, iam hac perempta,
omnino inefficax eſt.

Multo magis ergo ſolueretur hypotheca, ſi iureiu-
rando delato,iuratum ſit,pecuniam non deberi, d.l. ſi
64 deferente.in princ.†quia ſic & naturalis obligatio pe
rimitur,velut ex pactione delati & accepti iuriſiurã-
di,l.vlt.in princip de iureiurand.

Et certè minima aliquando mutatione iudicij libe-
65 rãtur fideiuſſores,& pignora.†Veluti ſi defenſor ab-
ſentis iudicatũ ſolui cauerit:& poſtea dominꝰ in ſe iu
diciũ trãsferat,l.j.§.defenſor.quib.mod.pig. ne vide-
cet pro alio,aut alterius obligatiõe teneãtur,quã pro quo
fideiuſſerũt,dum pro ſe,nõ pro domino,fideiuſſor ſatiſde
dit,l.ſi ante iudica.ſolui.abſq; qua ſatiſdatione ad de-
fenſionẽ admitti nõ potuiſſet,l.qui proprio.§.qui aliũ
de procu.neque per hoc præiudiciũ fit actori,qui eã trãſ
lationẽ iudicij,à defenſore in dominũ, nõ cogebatur
admittere:nec aduerſariũ mutare.Si igitur in hoc cõ-
ſenſit,eſt quod ſibi imputet,Fulg.in d.§.defenſor.Sed
qui abſentis nomine egit,& de rato cauit , ſi poſtea in
litem introduxit ipſum dominũ,vel is ſua ſponte com
pareat,& in ſe iudiciũ transferat,durabit adhuc ſatiſ-
datio defenſoris,nõ pro alio,quã pro quo eſt præſtita, nẽpe
ipſo defenſore,l.in cauſę.§.pe.& vl.de procur.l.Iulia.&
ibi.DD.qui ſatiſda.cog.& P.Caſtrenſ.in d.l.ſi ante.

66 Ac deniq; cõfuſione†ſublato debito(videlicet ſi cre-
ditor debitori , vel debitor creditori ſucceſſerit ) pi-
gnora ſoluuntur,ſic enim veluti ſolutionis iure,ſubla
ta cẽſetur principalis obligatio.l.Vraniꝰ in prin.verſi.
tãtũ vbi ſucceſsit.de fideiuſſ.l.debitori.C.de pact.Sed
hic difficultatem facit,quod Africanus reſpõdit,l. cũ
quis ſibi.§.vlt.de ſolut.ſi debitor ſucceſſerit ei,qui pro
ipſo fideiuſſerat , & ſuæ fideiuſſorię obligationis pi-
gnora dederat , pignus manere obligatum : quam-
uis fideiuſſoria obligatio ſit extincta , nec poſsit de-
bitor , ſui fideiuſſoris nunc hæres , acceſſoria illa fi-
deiuſſoris obligatione pro ſeipſo teneri: l. hæres à de-
bitore.§.quod ſi hic ſeruus.de fideiuſſ.quamuis ſi is fi-
deiuſſor alium pro ſe ſubſidiarium fideiuſſorem dediſ
ſet,is ſanè liberatus eſſet , extincta obligatione eius,
pro quo fideiuſſerat. Quo quidem diſcrimine pigno-
rum & fideiuſſorum,manifeſtum fit quod fideiuſſoria
obligatio firmius & fixius adhæreat principali obliga
tioni,tanquam ſuo neceſſario fundamento:quã pigno
raticia,aut hypothecaria. Quemadmodũ & pignus in
vnam aliquam cauſam,pro alio debito, etiã chirogra-
phario,retineri poteſt:l.vnic.C.etiam. ob chirograph.
pecu.fideiuſſor vero nunquam ad aliud debitum,quã
ꝙ in ſuam fidẽ recepit,tenetur. Et licet fideiuſſori oẽs
exceptiones cõpetant,quæ reo principali:l.omnes ex-
cept.de except.durat tamen hypothecaria interdũ ſu-
blata principali obligatiõe,l.intelligere.C. de lui. pig.
Inſeparabilior eſt ergo nexus fideiuſſoriæ obligatiõis,
quam pignoraticiæ aut hypothecariæ, cum principa-
li.Nec aliud ſanè voluit Accurſius,in d.l. cũ quis ſibi.
§.vlt.pro cauſa cuius diſcriminis illud adferens,quod
iã diximus,de retinendo pignore pro alio debito.Vn-
de à fortiori inferri potuit,fideiuſſoria obligatione ex
67 tincta,pignoraticiã durare in reſponſo Africani.†Nã
ibi quodãmodo pignus fuit obligatũ in ipſam princi-
palem obligationẽ debitoris, cum pignore confirma-
ta eſſet fideiuſſoria obligatio:& hæc (ſcilicet fideiuſſo
ria)firmaſſet obligationẽ prĩcipalis debitoris,qui quã
uis ipſe hoc pignus in ſuam obligationem nõ dederit,
nunc tamen eſt dominus illius pignoris,per ſucceſſio-
nem in hęreditatem fideiuſſoris,qui illud pro ſua obli
gatione,in ſecuritatem principalis obligationis facta
obligauerat.Et ſi quid hic fideiuſſor reo,vel reus fide-
iuſſori debuiſſet : hoc vtique iure confuſionis ſublatũ
eſſet.At quod fideiuſſor,non reo,ſed pro eo,debuit alij
hoc non poteſt confuſionis iure dici ſublatum:nec ſo-
lutione,vel vera,vel ficta:ſed tantum,ob iuris impoſſi-
bilitatem,cenſetur diſſoluta& extincta fideiuſſoria o-
bligatio , quæ in fideiuſſore iam mortuo reſidere non
poteſt.Nec in ipſius hærede,quem nunc hic nactus eſt
propterea quod is ipſe obſtrictus ſit principali obliga
tione,quæ quidem duæ obligationes,principalis & ac
ceſſoria,non poſſunt eſſe in eodem ſubiecto , dicta le-
ge hæres à debitore.§.quod ſi hic ſeruus.de fideiuſſor.
Pignoris vero à fideiuſſore dati obligatio , quãuis ad-
huc duret,id non niſi ſummam æquitatem habet:quã-
diu ſoluta non eſt pecunia. Nec ex eo ſequitur quic-
quã iuri repugnans, aut ꝙ aduerſantes aliquæ obliga-
tiões ſint in eodem ſubiecto : quia pignoris obligatio
in nulla perſona reſidet : ſed in re tantum obligata. Il-

lylúdque in omnibus pothecis præcipuè ſpecta-
tur:an ſoluta ſit pecunia, vel eius nomine ſatisfactũ.
habet enim ſuas conditiones hypothecaria actio, id
eſt,ſi ſoluta eſt pecunia,vel eo nomine ſatisfactũ qui-
bus ceſſantibus,id eſt,quàm diu neutrum illorum fa-
ctum eſt,hypotheca tenet,l.grege.§.etiam ſi creditor.
de pig.atque ita frequenter argumentantur Iuriſcon
ſulti,in l.aliquando.§.de pignor.in fi.ad Velleian.l.ex
ſextante.§. Latinus.in fin.de except.rei iudica. quod
quia verum eſt, pignus eſſe datum, & pecuniam non
eſſe ſolutã, nec eo nomine ſatisfactum, ob id pignus
adhuc teneri.

Vnde inferius,quòd ad hunc locum proximè ſpe-
ctat,quòd licet creditor actionem perſonalem dedu-
xerit in iudicium,& obtinuerit reum vel fideiuſſores,
aut mandatores eius condemnari:nihilominus hypo
thecariam actionem adhuc ſupereſſe,d.§.etiamſi cre-
ditor.verſicul.multo magis.& l.quamuis. C.de pig. l.
vnica.verſic.quod ſi pactum. C. etiam ob ciro. pecu.
68 †Quod enim dicitur,per ſententiam priorem contra-
ctum nouari:l.vlt.C.de vſur.rei iudicat. intelligendũ
eſt,quoad curſum vſurarum, earúmque quantitatem:
Non vero quoad extinctionem prioris obligationis,
cui potius noua accedit,ex re iudicata.l.actori. C. de
reb.cred.quamuis alia ſit voluntariæ nouationis ra-
tio,l.aliam de nouatio.Non enim ſatisfactum eſt cre-
ditori,per hoc quod iudicati habet actionem, d.§. e-
tiam.verſic.ſi cum defenſore.in fin. Quare etiamſi cũ
defenſore abſentis rei creditor egerit. & condemnari
eum obtinuerit, dicimus adhuc hypothecæ obliga-
tionem durare.d.verſic.ſi cum defenſore.quamuis hic
paulò maior videatur ratio liberandæ hypothecæ,
quàm ſi cum reo fideiuſſore,vel mãdatore egiſſet cre-
ditor,cùm hi vel inuiti conueniatur,& cum eis, vt o-
bligatis,agere creditor debeat:Et ſic minor ibi in hu-
iuſmodi neceſsitate ſubeſt ratio nouationis, quàm ſi
cum eo agat creditor,qui ſe ſponte defenſioni obtu-
lit,& quem potuit creditor nõ admittere,nec ſibi ad-
mittere,nec ſibi aduerſarium conſtituere. maximè ſi
nouãdi animo voluiſſet abſentem defendere: nam ita
ferè diſtinguitur,à P.Caſt.in l.liberto.§.vlti.in fin. de
negoc.geſt.& in l.exigen.C.de procurator.quod ani-
mo nouandi liceat defendere inuitum debitorem,(ſi-
cut pro eo ſolui poteſt)ſed nõ inuito creditore,& con
tra,non nouandi animo defendi poteſt alius, inuito
creditore,ſed non inuitus.

Rurſus,adeo firmum eſt & ſtabile ius pignoris, vt
etiamſi aduerſus debitorem,qui pignus dedit,dicatur
poſtea ſententia de iure dominij,adhuc tamen ſerue-
tur creditori hypothecaria actio,l.ſi ſuperat⁹. de pig:
69 l.præſes.C.eod.tit.†Quod locum habet, ſiue debitor
qui iudicio ſuccubuit, egerit, ſiue defenderit litem,
gloſſ.d.l.præſes.ad verb.debitorem.& ibi Salic.& ſiue
ſingulari iudicio rei vendicationis,ſiue vniuerſali pe
titionis hæreditatis fuerit actum.d.l.præſes.Sed ſciue
rit an ignorauerit creditor litem agi(niſi colluſum ſit
in iudicio)multum ſanè refert,l.iudicate.§.vlt.in ver-
bo non admonito credit.de except.rei iud.l. ſæpe. de
re iud.c.pe.de ſenten.& re iudica.Si quis ergo,cùm ſe
bona fide hęredẽ eſſe putaret,aliquid ex ea hęreditate
obligauerit,& poſtea controuerſiam de hęreditate pa
tiatur,in qua ſuccũbat,& pronuncietur aduerſus eum
pro legitimo hærede:inſpiciet nihilominus iudex,cre
ditore agente,cauſam pignoris.cùm poſsit fieri,vt pi-
gnus recte acceptum ſit ab eo,qui illud eo tẽpore ha-
buit in bonis,& quod tamẽ is qui dedit,nõ recte inſti
tuerit ex teſtamẽto petitionẽ hęreditatis:vel ex ſuo ip
ſius capite,vel aduerſarij,qui fortè nõ poſsidebat, vel
titulũ habebat,cõtra l.regulariter.de petit. hęredita.
vel quòd nõ ſatis ꝓbauerit,vt declarari poſsit hęres:
cum tamen creditor probare poſsit,quòd rem obliga
tam,tempore conſtitutæ hypothecæ,habuit in bonis
ſuis.Sicut,in ſingulari iudicio rei vendicationis,debi-
tor qui vendicabat,ſuccubuit: quia non probauit rem
eſſe ſuam:ſed creditor probare poteſt, quod habuit eã
l.& quæ nondum.§.quod dicitur.de pig.in bonis ſuis,
idque ipſi ad victoriam eſt ſatis.

In legatis autem & libertatibus, teſtamẽto relictis,
aliud dicendum eſt:d.l.ſi ſuperatus.verſ.atqui aliud in
legat.ſi ſecundum eum proferatur ſententia, qui legi-
timam hæreditatem vẽdicabat:videlicet, quod liber-
tates ipſo iure non valeant, & legata non tantum non
debeantur,ſed & ſoluta repeti poſſunt.le. Papinianus.
§.vlt.de inoff.teſta. Siue ſententia reſcindat teſtamen-
tum,vt inofficioſum,& ſic in rem feratur, & rei (ſcili-
cet ipſi teſtamento)dicatur, le.poſthumus.§: ſi quis ex
his. de inoffic. teſtament. Siue declaret teſtamentum
eſſe nullum, in capite inſtitutionis. Generaliter enim
Iuriſconſultus dixit:in d.l.ſi ſuperatus.ver.atqui.*Cum
ſecundum eam,qui legitimam hæreditatem vendi-
cabat,ſententia dicta eſt*,nec diſtinxit,quomodo,aut
ex quo capite,pro eo ſit dicta:vt Fulgo.hic.in d.l.ſi ſu-
peratus.an quia teſtamentum nullum eſſet, an quia in
officioſum. Quod paucis hæredibus, ac non niſi libe-
ris,fratribus & ſororibus allegare,& ex eo capite im-
pugnare permiſſum eſt,l.1.de inoffic.teſt.Imo cum di-
xerit,legitimum hæredem vendicare hæreditatem,ve-
roſimilius eſt,quod id fecerit recta via: perinde atque
ſi nullum teſtamentum ſcriptum eſſet: aut conditum:
& quod cum ei teſtamentum per modum exceptionis
obijceretur,replicando dixerit,illud eſſe nullum.Que-
rela enim inofficioſi teſtamenti ſi neceſſaria fuiſſet,ab
illa veriſimiliter feciſſet exordium, antequam vendi-
caſſet legitimam hæreditatem, cui non niſi ſubuerſo
teſtamento locus eſſe poteſt,l.quam diu poteſt.ex teſt.
de acquir.hæredit. præſertim, ex quo iam hæreditas à
ſcripto hærede eſt adita, vt legitimus, in querela ha-
beat aduerſarium.

Si creditor ius obligationis vendiderit, manet hy-
70 pothecaria actio in ſuo robore, † etiam ſi ab emptore
pecuniam receperit, quia illam precij,non ſolutionis
nomine accipit,d.l.ſoluitur.§.ſi conuenerit,ver. aliud
eſt.quib.mod.pig.manet,inquam,nõ ei,qui obligatio-
nem principalẽ emptori ceſſit: ſed ipſimet emptori no-
minis,in quem transfertur, qui vendicare poteſt hypo
thecas,quas creditor,idemque nominis venditor obli
gatas habuit:& illas quoque vendere, ſicut ipſi credi-
tori hoc ex pacto fuerat conceſſum,l. ſi à creditore.C.
de act.& oblig.& ibi Sal.& ad l.per diuerſ.in 13. quæſt.
C.mandati.Porro an generaliter verum ſit,quod ceſſa
perſonali actione, intelligatur & hypothecaria ceſſat
alio loco plene examinauimus,ad l.ſi in ſolutum.C.de
action.& oblig.

Nouiſsimè autem, quod Gordianus reſcripſit, in
l.intelligere. C. de luit.pign. (Meus codex habet in-
ſcriptionem Iuſtini.)vincula pignoris durare perſo-
71 nali actione ſubmota: † referri ſolet, ex autoritate
Accurſij, ad præſcriptionem longiſsimi temporis,
40.annorum. qua plerunque opus eſt, ad hypothe-
cariam actionem excludendam. l. cum notiſsimi. C.
de præſcript.long. tempor.ſed cũ ea præſcriptio fue-
rit Gordiano incognita, vt quæ à Iuſtiniano primum
eſt conſtituta,prętiterit hoc aliò referre, cum Iacob.
Aret.& Fulgoſ in dict.l. intellig. Videlicet ad illud,
quod ex Aphricano diximus,d.l.cum quis ſibi. §. vlti.
de fideiuſſor. fideiuſſoria obligatione extincta, per
hoc quod fideiuſſor ipſum debitorem principalem
habeat heredem, adhuc pignora, in illam obliga-
tionem data, manere obligata. Idémque fuerit, ſi
obligatio ſuo loco mota ſit, & alium nunc teneat de-
bitorem: vtputa, quia eum, qui nunc deportatus
eſt, & bonorum publicationem paſſus, & ſic ab o-
bligatione exemptus, in quam ſucceſsit fiſcus. l. vlti.
de duobus reis.l.ſi debit.de fideiuſ. Ac denique,ſi pa-
ternam



ternam obligationẽ in ſe ſuſceperint,animo nouandi,
filij eius, ac filiæ emancipatæ promiſcuè: & pignora
patris in hanc poſteriorem nouantem obligationem,
accepta ſint:ea in ſolidum tenẽtur,quamuis filiarum
perſona,ex Senatuſconſulto Velleiano,ſubducatur ex
obligatione,d.l.ſi paternam.verſi.pignora tamẽ.C.ad
Velleia.& ſic,quoad eas, ſubmoueatur obligatio ſuo
loco,nimirum quòd ea obligatio, pro rata parte filia-
rum,quæ efficitur inutilis,reſtituitur in ipſum patrẽ:
quæ reſtitutoria actio ſurrogatur in locum actionis,
& obligationis,è qua ſubducitur perſona mulieris,&
ſic pignora manent in ſolidum obligata,Salic.ad fi. d.
l.ſi paternam.verſi.oppono ab ex.cõtra. ver.ratũ pign.

Nunc autem,ad actionem hypothecariam propius
72 deſcendentes,dicimus eam competere creditori,†cui
debitoris bona obligata ſunt,§.item Seruiana. verſic.
quaſi Seruiana.Inſtit.de actio. nec non hæredibus e-
ius,& horum vnicuique,pro ſua crediti parte, in ſoli-
dum,l.C.ſi vna ex pluribus hæred.nec non ei cui no-
men debitoris,cum hypothecis & acceſsiõibus in ſo-
lutum datum,venditum, aut ex alio quolibet titulo
ceſſum eſt,l.ſi in ſolutum.l.ſi à creditore.C. de acti.&
obli.Cùm autem hoc loco de duobus potiſsimum vi-
dendum eſt,videlicet de creditorum inter ſe ordine:
& de his,qui in priorum creditorum locum ſuccedũt:
viſum eſt,ab hoc poſteriore,de quo pauciora dicẽtur,
exordium facere.

Succedit ergo plerunque alter in alterius locum,&
73 interdum quoque aliquis in ſui ipſius locũ.†Ad quod
imprimis eſt neceſſarium ita conuentum eſſe,vt pecu
nia poſterioris dimitteretur prior creditor, idque ſic
factum eſſe,l.Ariſto.quæ res pign.oblig.poſſ.l.j. & to-
to tit.C.de his qui in prior.credit.loc. ſucced.Et hæc
duo, in emptore pignoris, qui à debitore emit, vt in
primi creditoris locum ſuccederet:omnino ſufficiunt
aduerſus inferiores creditores,l.ſi potiores. C. de his
qui in prior.credit.Ipſe enim rem emptam, ſuámque
factã,nõ poteſt obligatam habere.Poſterior verò cre-
ditor,in locum primi ſucceſſurus,debet cum debito-
re eam quoque conuentionem feciſſe: vt idem pignus
habeat obligatum,d.l.Ariſto.& d.l.j.C. de his qui in
prior.Quod,an iam ſatis ſit,an vero eo amplius opor-
teat etiam de ipſo ordine,& de ſucceſsione in locum
primi conuentum eſſe,difficilius dixeris. & opiniões
variant.Sunt enim qui putent, vt Fulgo.in d.l.Ariſto.
& in l.2.Qui pot. hoc non eſſe neceſſarium, neque il-
lud requirere Iuriſconſultum,in d.l.Ariſto. cùm ſcrip
ſit, ſecundum creditorem non aliter in ius pignoris
ſuccedere,etiamſi antecedens creditor, eius pecunia
ſit dimiſſus:niſi conuenerit, vt ſibi res eadem eſſet o-
bligata.Quo loco ſi quid aliud neceſſarium adhuc pu
taſſet,id veriſimiliter adieciſſet,nec illis duobus con-
tentus fuiſſet.Quæ opinio,quamuis paucioribus pla-
ceat,etiam ex eo iuuatur,quòd conuentio expreſſa,de
ſuccedendo in locum primi creditoris(quam alij de-
ſiderant hic)non facilè locum habere poſsit,vbi quis
in ſuum ipſius locum ſuccedit,l.3.qui potior.in pign.
Quod autẽ iuris eſt in vno contractu,& in vna perſo-
na ſibiipſi ſuccedenti in pignore,quando crediti ſum
ma ex interuallo ampliatur,& pignora pignoribus ad
duntur: hoc quoque in duabus perſonis, & duobus
contractibus,conformiter ſeruari debet, l.ſingularia.
ff.ſi cert.petat.Nec obſtat, quod aliis locis,vt in d.l.r.
C.de his qui in prior.credit. & in l.ſi prior. §. à Titio.
Qui pot.in pig. additum eſt,de ſuccedendo in locum
primi creditoris dimiſsi: Nam hoc vel additum eſt,
maioris declarationis, & clarioris expreſsionis gra-
tia non ex neceſsitate,vbi ab ipſis contrahentibus in
conuentione eſt additum, vt in dicto.§. à Titio. Vel
non pertinet ad formam pacti, nec intelligitur à pa-
ciſcentibus dictum:ſed in lege aſſcriptum, velut con-
ſequutiuè,Fulgoſius in dicta lege tertia. Qui potior.
Quaſi dicas: quòd ſi contrahentes duo illa priora
deduxerint in pactum,videlicet, ꝙ prior creditor di-
mittatur hoc eſt,ei ſoluatur pecunia poſterioris,idque
id factum ſit,& vt poſteriori eadem res ſit obligata,ſic
fiet,& conſequens erit,vt in locum primi ſua pecunia
dimiſsi,ipſe ſuccedat.d.l.1.C.de his qui in prior.Et cer
te debitoris & creditoris eſt,paciſci de pignore,id eſt,
vt res pignori ſit. Cum autẽ iam pignus eſt contractũ,
aut hypotheca, non eſt eorum conuenire de ordine
aut loco inter creditores. Nec hic poteſt debitor gra-
tificari cui volet creditori,l.ſcriptu. C.qui pot.in pig.
74 habe.†ſed ordinem dat ipſa lex.& ex legum conſtitu-
tione deſumere oportet, vter prior, vter vero poſte-
rior ſit. Niſi ꝙ aliquando ex conuentione inter cõtra-
hentes habita, ſuper principali aut perſonali obliga-
tione,lex interpretetur ordinẽ in pignoribus & hypo
thecis,& id quidẽ, non ex conuentione inter debitorẽ
& creditorẽ:ſed inter creditorẽ & eũ, in quẽ partẽ ſui
crediti cum hypothecis transfert.& qui ſibi in ſuo iu-
re quæſito præiudicare poſſet. Veluti ſi quis inſulã aut
domũ,prius ad triennium locatam,vendat alij,hac le-
ge,vt prioris anni penſio ſibi,ſequẽtiũ annorũ empto-
ri cedat, pignorũq; ius ab inquilino datorũ vterq; cõ-
ſequatur,l.inſulã.qui pot. in pigno.ſi hic iã ea pignora
nõ ſufficiant ad pẽſiones totius cõductionis,& quæra-
tur,an venditor præferri debeat,an potius pro rata cũ
emptore diuidat illorũ preciũ. hic Nerua & Proculus
nimis aſſeuerãter reſpõderũt, ius omniũ pignorum ad
vẽditorẽ pertinere:& hoc tantũ ꝙ ſupereſt, primi an-
75 ni tota pẽſione ſoluta,conſecuturum emptorem.†Sed
Paulo Iuriſconſulto non placuit, tã conſtanter in eam
ſemper partem reſponſum inflecti: ſed facti dixit eſſe
quæſtionem,hoc eſt,in primis inſpici debere, quid in-
ter cõtrahentes actum ſit,ex præfationibus cõtractus,
aliiſve circunſtantiis & ſermonibus,qui inciderũt, de
facultatibus inquilini:& vbi ex his,atque ſimilibus,ne
que in vnam, neque in alteram partem, argumentum
deſumi poteſt,hoc indubio intelligi hoc actum:vt qui
ordo eſt penſionũ,idem ſit & ordo in hypothecis: hoc
eſt,ſicut primi anni penſio,cuius dies primo cedit, ad
venditorem pertinet:ita quoque ſit primus in iure pi-
gnorum, ex quibus tota penſio ei ſalua ſit. Et emptor,
cui ſequentium annorum penſiones ex cõuentione ce
dunt,hoc tantum ex pignoribus habeat, ꝙ perſoluta
primi anni pẽſione ſupereſt.Quid enim,ſi emptor, qui
ſtare colono nõ debet,niſi ea lege emerit,l.emptorẽ.C.
de loc.& cond.ſuſpectas habens conductoris faculta-
tes, & tenuem ſeu curtam eius ſupellectilem in domũ
illatam,nõ aliter emere voluerit,quam vt ius pignorũ
ex æquo cũ venditore haberet commune,idq; in præfa
tionibus ſit dictũ?Quid itẽ,ſi cũ venditor præcipua ſi-
bi pignora,aut primã in illis cãm ſeruare vellet, obie-
ctũ ei ſit,labentibus paulatim cõductoris facultatibus
facilius tũ primum, quã emptorẽ ſecundi aut tertij an
ni penſionem conſecuturum?atque ita conuentum ſit,
vt vterque ius pignorum habeat: quis hic non intel
ligat illud inter contrahentes actum,vt pro rata ſerue
tur ex pignoribus, quod vtique deerit? Merito ergo
Paulus reſpondit,facti quæſtionẽ eſſe,& imprimis in-
ſpici debere,quid inter contrahentes tractatũ & actũ
ſit:an hoc trahat in vnã,vel alteram partem. Sed ſi ni-
hil ſit actum,tũc in dubio inclinari iuris præſumptio-
nem ad id,quod nimis confidenter,conſtanter, & ge-
neraliter,reſponderunt Nerua & Proculus.

Eſt & aliud,de quo hic quæri ſolet:videlicet an hy-
potheca, in quam ſuccedit poſterior creditor, ſit ea-
dem numero cum hypotheca prioris creditoris?
76 † Et quia, quando creditor ipſe ſibi, ſiue in ſuum
ipſius locum ſuccedit, dicere non poſſumus, quod
hypotheca poſterior ſit eadem numero, cum hy-
potheca priore:vt Fulgoſius ad dictam legem tertiã.
Qui potior.videtur quod ne tunc quidem debeat ea-

dem dici,cùm alter in alterius locum ſuccedit. Quod
tamen communius alij crediderunt.quaſi primus cre
ditor,cui ex pecunia ſequentis ſoluitur, intelligatur
conſentire in eum ſuam hypothecam transferri.ſicut
iura realia facilè de vno in alium transferuntur,& vni
per alium acquiruntur. Sed certè talis tranſlatio non
poteſt intelligi locum habere,quando creditor ſucce
dit in ſuum ipſius locum:nihil enim ipſe in ſe trãsfert.
Adde quod cùm prior obligatio perſonalis,tunc iure
nouationis,manifeſtè extinguatur:dict.l.3.in verb.no
uatione poſtea facta.& in princ.d.l.ſi prior. ex conſe-
quenti quoque hypothecam,quæ illi annexa fuit,tol-
li neceſſe eſt,l.ſolutum.in princ.verſic.nouata.de pig.
act.l.vnica,C.etiam ob chirogra.pecu. Ideóque fieri
non poteſt,vt in eandem numero hypothecã hic ſuc-
cedatur,ſed noua hypotheca contrahitur noua etiam
conuentione,l.vlt.in verb.ſimiliter vt ſuprà. de pign.
act.conuenit.& ibi Salicet.qui potior. in pignor. quæ
(ſcilicet noua hypotheca)ex legis diſpoſitione, ſucce
dit in locum & in ordinem primæ,vt non tam eadem,
quàm eodem loco ſit, nihil obſtante nouatione, quæ
nec legato obſtat,quin ſi debitori legetur quod debe-
bat,illo poſtea nouato,& aucto,maneat vtilitas lega-
77 ti†vſque ad quãtitatem debiti.l.vlt.in fi. de libertat.
lega.Et ſic quoque,ampliata pecunia primi debiti, &
repetitis auctiſque pignoribus,quoad illam ſolã,prę-
ferendus erit creditor, ſibi ipſi ſuccedens, ei qui me-
dio tempore,ſub eiſdem hypothecis,credit,dict.l.3.&
l.ſi prior.in princ.qui potior.in pign.qua accepta, ſu-
perfluum pretij pignorum,quæ fortè diſtraxerit,red-
det illi ſecundo creditori:dum cum eo negotium ha-
bet,& de ordine certat,Ang.in d.l.ſi prior. quemad-
modum ſi non cum alio creditore,ſed cum ſolo debi-
tore,negotium ei eſſet:ſuperfluum precium ei (ſcili-
cet debitori) redderet, etiamſi is fortè non eſſet verè
pignorum dominus, l. reſcriptum.§. ſi alienat. de di-
ſtract.pig.

Sed hic minimè prætereundum eſſe duxi,quod dili
genter Papinianus tradidit,d.l.ſi prior.§.ſciendum.ꝙ
licet is qui negociũ gerens alterius,vel etiam ex man
78 dato eius, creditori ſoluit ſortem & vſuras, † totam
quantitatem ſolutam conuertat ſibi in ſortem. i. con-
ſtituat& numeret ſibi in ſortem ſuæ actionis,qua ſolu
tum repetet,ab eo pro quo ſoluit.ita vt vſuris ſorti ſo
lutæ,in nouam nunc ſortem,additis, tanto fœcundi-
ores naſcantur vſurę eius pecuniæ,quæ ſoluenti iudi-
cio bonæfidei negotiorum geſtorum,vel mandati, eſt
reſtituenda cum vſuris à temporæ moræ,l.atquĩ natu
ra. §.non tantum ſortem.verſi.contra quoque. de ne-
got.geſt.l.ſi vero non remuneran.§.ſi mihi mandaue-
rit.l.idémque.§.j.Manda.Aliud tamen in ſecundo cre
ditore,cuius pecunia primus creditor dimittitur. nã
hic ſecũdus ſuccedit in ſortem primi creditoris, & in
vſuras quoq; qua ſoluit:ſed ita,vt non poſsit illarum
vſurarum cõſequi vſuras,neque illę,ſorti additę, fœ-
cundiorem prouentum facient vſurarum, d.§. ſcien-
dum. Nam ſecundus creditor, quoad omnia, ſic ſuc-
ceſsit in locum primi:vt nõ meliore,nec alio iure, vti
poſsit,quàm ipſe primus fuerat vſurus, ſi creditum ei
non eſſet ſolutũ: dominus Molinęus in tract.contract.
& vſura.q.49.nu.349.hic autem,ſcilicet primus credi-
ditor,non potuiſſet exigere vſuras vſurarum ſui cre-
diti,nec illas vnquam in ſuę ſortis augmentũ vertere.
Ergo nec ſecũdo creditori,qui in eius locũ ſucceſsit,
hoc ꝑmittem⁹.l.vlt.C.de vſur.l.vlt.ĩ pri.C.de vſur.rei
iudi.Sortẽ tñ primi creditoris, in quã ſecũdus ſucceſ
ſit,nõ amiſiſſe adhuc curſum vſurarũ quæ priori cre-
ditori ex ſtipulatione vel mora cœperunt currere, ex
eadem æquitate ſequitur. & ſatis innuitur, cùm hoc
ſolum negauit,dict.§.ſciendum vſurarum vſuras cur-
rere. Et quamuis ſecundus creditor non tam gerat
negotium alterius, nempe vel primi creditoris, cui
ſoluit,vel debitoris cuius debitum ſoluit, quam ſuum
ipſius:cum hoc ſolum agat,vt ſibi ſui pignoris cauſam
confirmet, ex eo tamen non ſequitur, quin contra de-
bitorem habeat,ad illam ſortem ſolutam,præter hypo
thecariam & perſonalem actionem, ſi non ex geſto ne
gotio,l.antepen.§ ad eum.manda.ſaltem illam ipſam,
quam habuit primus creditor, in cuius locum ſucceſ-
ſit:genera liter enim & indiſtincte traditum eſt, in fi.l.
ſi pupillorum.de reb.cor.qui ſub tutel.vel.in l.vl.C. de
his qui in priori loco ſucce.ius prioris creditoris tran
ſire ad ſequentem, omne ſcilicet ius tam perſonalis a-
ctionis, ſaltem vtilis de credtto, quam hypothecariæ
actionis,vt Fulgo.in d.§.ſciendum.

Sed vt,hoc articulo iam mature dimiſſo, veniamus
ad alterum,& vt ordinem inter plures creditores(quo
rum cõflictus præcipuam hic difficultatem facit)pau-
lo exactius habeamus, viſum eſt, præuiæ cognitionis
gratia,aliqua præmittere: & deinde breui axiomate &
79 pronunciato rem totam complecti: †quam deinde ſin
gulis particulis ſeorſim repetitis plenius explicemus.

Itaque hæc de ordine creditorum diſputatio Regula
nunquam locum habet, niſi plures creditores con- prima.
80 currẽt in eodem pignore. † Alio enim creditore aliud
pignus habente,verius dixeris,vtrunque creditorem
in ſuo pignore ſolum eſſe,quam alterum altero potio
rem,l.2.in fi.& l.3.§. poſt diuiſionem.in fin.qui pot. in
pignor.

Præterea locum non habet, niſi inter ipſos cre- Regula
ditores,de pignore inter ſe certantes. Poſſeſſor ve- ſecũda.
rò hypothecæ cuilibet creditori,etiam poſtremo, hy-
pothecariam actionem inſtituenti,reſpondere omni-
no debet,l.creditor.qui prior.verſicu. ſed ſi cum alio
poſſeſſore.qui pot.in pignor. neque audietur, ſi velit
agenti obiicere,alium eſſe creditorem, in eo ipſo pi-
gnore potiorem:hoc enim eſſet obiicere de iure ter-
81 tij non excluſiuo iuris agentis†quæ exceptio in iudi-
ciis non eſt recipienda,Cy.ad l.cum ſeruũ. C.de ſeru.
fugi.& plenius Bartol.ad l.2. de except. rei iudicatæ.
Quod tunc obtinet, cùm ſimpliciter omnes credito-
res conuenerunt de pignore,l. ſi potior.§. ſi ſimplicit.
eod.titu.ſimpliciter,inquam,id eſt,ſic vt ſingulis ſoli-
da res obligata ſit:non autem vt poſteriori ſub hac cõ
ditione ſit obligata,cùm à primo erit liberata.l.& quę
nondum.§.qui res ſuas.de pig.Hoc enim modo ſi po-
ſteriori creditori obligata res eſſet, non rectè ageret
actione hypothecaria,antequam priori eſſet ſolutum,
aut alia ratione ab eo pignus liberatum,dict.§.ſi ſim-
pliciter.& ibi gloſſ.j.Ac quidem, nondum liberatum
eſſe,ſi poſſeſſor obiecerit,merito erit audiendus,vtpo
te,non tam de iure tertij excipiens,quàm de non iure
agentis,qui ex hypotheca ſub conditione ſibi conſti-
tuta feſtinat agere: antequam conditionem eueniſſe
doceat.contra leg. grege.§. ſi ſub conditione. verſic.
ſed ſi præſes.de pignor.

Præbet autem hoc ordinis beneficium varium Regula
vſum, in iudiciis, ei creditori, qui in hypotheca tertia.
prior eſt,dict.l.creditori,Qui prior.in princ.Nam va-
let ei ad actionem,quiſquis ex poſterioribus credito-
ribus rem obligatam poſsideat,etiam ſi is à debitore,
vel alio quocunque poſſeſſore,per hypothecariam a-
ctionem pignoris poſſeſsionem ad ſe prius aduocaue
82 rit.†Nam prior,cum eo agendo, adhuc auferet ei rẽ,
d.l.creditori.qui prior.in fin.princip.In ipſorum au-
tem concurſu, & vtroque de pignore contendente,
pręualet,qui tempore præuenit,l.2. in fin. qui potior.
in pig. Quod indubie verum eſt, quando creditores
inter ſe decertant,vt dici poſsit,quòd vtraq; pars con
tendat de pignore.d.l.2.in verb.vtraque pars.At quan
do vterque creditor ab vna(id eſt agentium)ſtans par
te,cum eodem poſſeſſore pignorum agit, ſi ſeorſum
ſua vterque actione agat.nec quicquam inter ſe de or-
diue contendant,videndum eſſe, an hic primo euin-
centi,



centi,tradere debeat poſseſſor,cautione indemnitatis
ei præſtita,ſi & alter,forte prior creditor,eandem hy-
pothecam euincat: & adhuc poſſeſſorem inquietare
pergat,vel quia cum eo lis eſt conteſtata, vel ex cautio
ne,quã antiquus poſſeſsor etiam ſuo nomine conuen-
tus actione reali præſtare debuit,Inſtit.de ſatiſd.in fi-
ne princ. vt in aliis quibuſdam iudicijs, quæ etiam in
rem ſunt,legimus conſtitutum,l. penul.de pet.hæred.
l.is à quo fundus.cũ l.ſeq.de rei vẽd. Si vero antiquior
creditor poſsideat,& ſequens ab eo vendicet:iam be-
neficio ordinis competit poſsidenti exceptio, quæ his
verbis proponi poſsit: *Recte ageres,ſi non ante mihi
pignoris hypothecæue iure res eſſet obligata*.eaque vo
83 cari poterit exceptio hypothecaria. †Erit autem & re
plicatio,ſi forte ſecundus creditor hypothecam poſſi-
dens,à priore conuentus, ita exceperit: *Recte ageres,
ſi non conueniſſet inter me & eum, cui ius obligandi
erat,vt mihi ea res obligata eſſet*.Nam hic replicabit
prior creditor: *Et tu recte exciperes,ſi non ante mihi
eſſet obligata*.Sed etſi poſterior creditor primum poſ-
ſidentem vicerit actione hypothecaria,cùm de ſola eſ-
ſet obligatione quæſitum, id eſt,an poſteriori credito
ri agenti res eſſet obligata,nec ne,& nõ de iure poſſeſ-
ſoris,id eſt,nõ de hypotheca,neque de prelatione pri-
mi creditoris poſsidentis & conuenti,poterit adhuc
primus creditor ſic victus, etiamſi executionem iudi-
cati paſſus ſit(quam nec effugere potuiſſet ex iure ſuo
dubio,& indagine requirente, poſt ſententiam primũ
allegato,notatur ad l.4.§.condẽnatum.de re iudi.)hy-
pothecaria actione adhuc agere contra victorem,leg.
duobus.lex ſextante.§.Latinus.verſi. cum autẽ pigno-
raticia.de excep.rei iudicat.& ſic & alia inſtantia fere
tur,& alia ſententia,priori quoad effectum contraria,
ſed vere illi non repugnans,cum non de eadem omni-
no re,vtroque iudicio ſit quæſitum. Sed ſi exceptionẽ,
quam diximus, hypothecariã ex iure prælatiõis prius
creditor conuentus oppoſuiſſet, eaque nihil profeciſ-
ſet,non audiretur poſtea volens exceptionem conuer-
tere in actionem, & nunc confugere ad actionem hy-
pothecariam,qua quid ſperet conſequi non poſſidens,
qui ſimili exceptione,cum poſsideret, nõ potuit ſe tue
ri,arg.d.l.duobus.à cõtrario ſenſu.De illa enim excep-
tione,vt pote peremptoria,quantumuis multam inda-
ginem requirente,plene cognoſcere debuit iudex,ali-
ter ſane,quam de obiecta compenſatione, cuius ratio
nem quamuis non habuerit iudex(forte,quod non eſ-
ſet debiti ſatis liquidi)adhuc patet petitio & actio.le.
quod in diem.§.primo.de compenſat.

His iam præmiſsis,venio ad axioma, quod totã hãc
rem compendioſe complectatur,videlicet,ꝙ ad præla
Axioma. tionem vnius creditoris præ ceteris in iure hypothe-
84 cæ, † non oporteat diſtinguere ſpeciem pignoris aut
hypothecæ:an prætorium ſit,an in cauſam iudicati ca
ptum,an conuentum, nec in cõuento modum quo eſt
obligatũ,ſcilicet,an generaliter,an ſpecialiter,an tra-
ditione,an ſola cõuentione, & an in conuentione hac
ſit addita facultas vẽdendi, nec ne: nec denique ſolam
perſonam,cui pignoris obligatio facta eſt,ſed interdũ
cauſam in quam eſt pignoris obligatio contracta, &
maxime quidem tempus quo eſt contracta, & plerun-
que quidem illud, quo inita eſt cõuentio pignoris aut
hypothecæ:& aliquando illud potius,quo cœpit effi-
caciter deberi hoc, in cuius ſecuritatem pignus datũ,
vel hypotheca contracta eſt.

Imprimis autem, quod dixi, non diſtingui genera
pignorum,id eo pertinet, vt non in conuento tantum
pignore prior ſit potior, ſed & in eo quod in cauſam
iudicati captum eſt,leg.ſi & iure.qui pot.in pignor.ſi-
ue huius generis pignus vterque creditor habeat,ſiue
iſtiuſmodi vnus, alter vero vel prætorium, lege.2.C.
qui potior.in pig.vel conuentũ.l.3.C.eod.tit.ſed inter
eos qui pignus habent prætorium(quod ſcilicet nulla
præcedente ſententia diffinitiua, de qua exequenda
agatur, pendet ex officio iudicis principaliter implo-
rato ad cautionem) non obtinet prælatio ex ordine
85 temporis:†ſed par eſt omnium creditorum cauſa.Ve-
luti,ſi pluribus,diuerſo tempore,de damno infecto ca
ueatur,l.ſi finita.§.ſi ante.de damno infecto, vel lega-
torum nomine,l.ſi is cui.§. qui prior.vt in poſſeſſ. leg.
vel præparandæ litis gratia, latitante debitore, ſi bo-
na eius poſsideri permittantur. Hic quoque vſque a-
deo non attenditur ordo temporis,vt etiam vnius cre
ditoris miſsio in bonorum poſſeſsionem, cęteris, in-
tra ſtatutum tempus, comparentibus proſit, abſque
nouo proceſſu,aut noua immiſsione, nouóque præ-
toris decreto,l.vltim.C.de bon. autho.iud. poſsid. in
princip. Pignus vero quod in cauſam iudicati capi-
86 tur†pro exequenda ſententia diffinitiua, qua debitor
condemnatus eſt, conſiſtit ex autoritate iuris ciuilis,
neque vni decretum, aut permiſſum prodeſt cæteris
creditoribus, quorum non eſt par cauſa. vt qui fortè
nondum condemnatum habeant debitorem, vel con
demnato parcere voluerunt, & abſque nouatione ſen
tentiæ dilationem aliquam ſoluendi indulgère. Me-
rito ergo in hoc pignoris genere, qui tempore prior
eſt,potior eſt iure.Sed vt prælatione hac gaudeat,tria
87 concurrere debent. †Primo quòd iure iudicatum ſit:
d.l.ſi & iure.in primis verbis.nam ſi non iure iudicatũ
eſſet,ſententia euidẽter nulla eſſet ipſo iure,& ſic fun
damentum deeſſet executionis petẽdæ: poſſent etiam
diſtracta pignora recuperari,l.ſi cum mulier.de re iu-
dica.l.j.C.de execut.rei iudicat. Secundo, debet hoc
pignus autoritate eius, qui potuit iubere, decretum
eſſe,l.j.C.ſi in cauſam iudi.pig.capta ſint.Et eſt ius iu-
bendi omnibus ordinariis iudicibus de eo quod quiſ
que eorum iudicauerit. Cùm autem ſuccedit autori-
tas iubentis,in vicem iuſtæ obligationis ex cauſa con
tractus,d.l.j.ita vt factum iudicis hic cenſeatur factũ
eſſe partis,l.ſi ob cauſam.C.de euiction.merito hoc pi
gnus ad hæredem tranſit illius,in cuius perſona con-
ſtitutũ eſt, d.l.ſi & iure.in fi. Tertio,requiritur, quòd
ſit captum poſſeſſumque: non enim ſolo decreto iu-
dicis,interlocutione,aut iuſsione cõſtituitur pignus,
multóque minus,ſi tãtum iudicatum ſit,l.in iudicati.
de re iudicat.ſed ita demum,ſi in poſſeſsionem ventũ
ſit,l.non eſt mirum.verſic.ſcien.de pig.act.

In conuento pignore,non refert.ſpecialiter an ge-
neraliter,bona debitoris pignori accepta ſint.l.qui ge
88 neraliter.qui pot.in pig.l.ſi generaliter.C.eo.tit.†Ne-
que enim hic ſpecies derogat generi, hoc eſt, ſubſe-
quens ſpecialis hypotheca domus creditoris, præce-
denti generali hypothecæ alterius creditoris,quia nõ
eſt in poteſtate debitoris iuri prioris creditoris in ali
quo derogare,Fulgoſi.hic.neque meliore loco quen-
quam creditorum collocare, quàm vt quiſque primo
contraxerit.l.ſcripturas,C.qui potior. Sanè ſi vnus i-
demque ſit creditor,cui quędam ſpecialiter,& cũ hoc
vniuerſa bona debitoris generaliter ſunt obligata,
89 †quamuis ſtricta iuris ratione æquale ius in omnibus
habeat,iuriſdictio tamen iudicis ſic erit ex æquitate
temperanda,vt ſi certum ſit, quòd vniuerſum debitũ
poſsit ex iis, quæ ſpecialiter ſunt obligata, redigere:
non infeſtet eos, qui quid ex iiſdem bonis, pignori
poſtea ſpecialiter acceperunt,l.ſecunda. C. de pign.
Quod ſi fortè hoc haberet ipſa conuentio prioris cre
ditoris, vt ita demum cætera, id eſt, quædam ſpecia-
liter expreſſa bona, & ex generali ſermone omnium
bonorum,non ſpeciali exẽpta,ei obligata eſſent,ſi pe-
cunia debita de aliis omnibus,quæ generaliter pigno
ri accepit, ſeruari non poſſet, dicta l. qui generali.
verſicul. quod ſi ea conuentio. tunc hic maius quid-
dam erit, quàm quod ex ſola æquitate,deficiente con-
uentione, ſignificari diximus. Aequitas enim illa ni-
hil impedit, quin creditores verè concurrant in pi-

gnore, quoad obligationem purè eis conſtitutã.Con-
uentione vero ſic facta, quemadmodum concurrunt
in pignore illo ſpecialiter deſignato,quod & prior ſal
tem ſub conditione,ſi alia non ſufficiant, obligatum
habet:& quòdammodo alter eſt ſolus in eo pignore,
quod purè habet obligatũ,ſi priori creditori reliqua
ſuffecerint.Præterea æquitas illa quam diximus, vbi
cõuentio ceſſat,ſolum habet locum reſpectu aliorum
creditorum : quibus quid ex iiſdem rebus debitoris,
ſpecialiter eſt obligatum,non autem reſpectu debito
ris, qui impedire non poteſt, quin creditor, pro ſuo
ipſius arbitrio,quibus velit pignoribus diſtractis per
ueniat ad debiti ſolutionem.l.creditoris. de diſtract.
pignor.Sed conuentio ipſi etiam debitori prodeſt,ne
ſubſidiarium pignus attingat creditor, reliquis purè
obligatis,non prius excuſsis.l.grege.§.ſi ſub cõditio-
ne.verſic.ſed ſi præſens de pignor.

Cùm autem ſola hac conuentione,vt res pignori ſit
pro debito hypothecata plenè & perfectè cõtracta cé-
ſeatur,l.contrahitur.de pignor.non refert,an vni cre-
ditori,& non alij promiſſa ſit ex pacto eius véditio:d.
l.ſi prior.§.vl.in prin.neq; hoc poſteriorẽ tẽpe faciet po
tiorem.Nã etſi prior de vendendo pignore,non con-
90 uenerit, †imo etiam ſi conuenerit,de non vendendo:
eam tamen facultatem à lege accepiſſe intelligitur
vt vendere poſsit.l.ſi conuenerit.de pig.act.& quam-
uis poſterior creditor facultate ſibi ex cõuentione da
ta vſus vendiderit: ab emptore tamen facilè reuoca-
bit primus creditor:quàm ab eius authore, videlicet
poſteriore creditore,auocare potuiſſet,d.l.credit.qui
prior in ſi.pric.qui pot.in pig.

Imo quod magis miremur,quamuis ad ius dominij
plurimum faciat traditio,ita vt poſterior emptor,cui
res traditur,potior ſit priore in obtinendo dominio:
l.quoties. de rei vendic.& ſoleat ferè ius creditoris in
hypotheca,ſubſequi ius debitoris in dominio, eiſdé-
que regulis metiri, P. Caſtrenſ.ad l.ſi fundus. §. ſi res
hypo.data.de pignor.Hic tamen ea comparatio defi-
91 cit,nec poſterior,†cui traditur pign' potior erit prio
re,qui de hypotheca conuenit.d.l.ſi prior.§.vl. verſic.
nam & in pignor.propterea quòd hic ſola conuentio-
ne,abſque traditione,ius hypothecæ perfectiſsimè ſit
inductum & conſtitutum. Ad quem quidem modum,
ſicubi ius dominij poſsit emptori ex ſolo titulo em-
ptionis acquiri,traditione etiam nondum facta(velu-
ti eccleſiæ, monaſteriis, pauperibus, ciuitatibus e-
mentibus,l.vlti.C.de ſacroſanct. Eccleſ.) hic quoque
nõ eſſet poſterior emptor,etiamſi traditio ei facta ſit,
potior priore,hoc ſingulare beneficium habente, Ia-
ſon in prima limitatione.d.l.quoties.

Quod autem hic, ex priuilegio ſolius perſonæ,nul-
la prælationis ratio habeatur: ex eo conſtare poteſt,
quod fiſcus,ſi tempore poſterior ſit, cedat nedum rei-
publicæ: verum etiam cuilibet priuato,tempore prio
92 ri.l.ſi pignus.qui pot.in pign. †Diſcrimen autem, in-
ter publica & fiſcalia, ærarium & fiſcum, hic non
recito:ſed ex aliis facile haberi poterit,ex l.nõ eſt am-
bigendũ.de bon.poſſe.l.eum qui vectigal. l. inter pu-
blica.de verb.ſignificat.l.ſecunda.§.hoc interdictum.
ne quid in loc. pub. ex Bud.ad titul.de offici. quæſto.
Bartolo ad l. primam Codice de iure fiſci.libro deci-
mo. Sed nec tempore tantum prioribus cedit fiſcus,
verum etiam iis,qui cauſa crediti potiores ſunt. l. vl-
tim.§.vltim.qui potior.in pig.Verbi gratia,inter plu-
res creditores is cuius pecunia res comparata eſt, &
ei ſpecialiter obligata, præfertur cæteris, etiam tem-
pore priorem hypothecam in bonis debitoris ha-
bentibus.l.licet.C. qui potior. Nec hic diſtingui-
mus, an fiſcus, an ærarium, an tractans res Cæſaris,
aut alicuius reipublicæ,ſit ex iis qui prius cõtraxerũt.
d.l.vlt.§.vlt.Quod enim plærique arbitrantur, vt Ac-
cur.Bart.Bald.Angel. in d.§. vlt.hoc tunc ſolum obti-
nere, quando priuati creditoris conuentio præceſſit
contractum fiſci,aut res Cæſaris agentis: id non omni
bus placet:non Fulgoſ.ibi. neque verbis Iuriſconſulti
ſatis conſonat:Qui non dixit quod negotiator marmo
rum, cui crediderat aliquis pretium, quod venditori
ſolutum eſt, factus ſit conductor horreorum Cæſaris
(quæ verba ſatis ſignificarent, quod poſt contractum
cum priuato creditore initũ,cœpiſſet eſſe conductor)
ſed dixit,ꝙ fuit horreorum Cæſaris conductor. Quæ
verba magis indicant prius conductorem fuiſſe,quam
debitorem priuati,ſub pignore emptorum,& ex credi
ta pecunia ſolutorum marmorum.Et certe, ſi reſpon-
ſum hoc Iuriſconſulti fundatũ fuiſſet in vulgatiſſima
illa regula,Qui prior eſt tempore,potior eſt iure : non
video cur hic,ſuo more addidiſſet ſuo reſponſo Sceuo
la hæc verba:*Secundum ea quæ proponerentur*, quaſi
non temporis rationem habuiſſet, ſed illud perpendiſ
ſet,quod in facti propoſiti ſpecie erat additum, pretia
lapidum venditores, ex pecunia creditoris accepiſſe,
quod otioſe additũ eſſet, ſi is creditor prius de pigno-
re conueniſſet : quam debitor Cæſaris horrea condu-
xiſſet.Creditorem autem hic intelligite,qui ſub pigno
re credidit lapidum: alioqui enim, vbi non eſſet con-
uentum de pignore,nihil ad prælationem faceret cre-
ditoris,quod eius pecunia perueniſſet ad venditorem
& ne hoc quidem,quod in eum tantum vſum eſſet cre-
dita.Nã in primis cõſtare debet,rem eſſe pignori,ante
quã de ordine quæratur.Sane ſi qua res ex nummis pu
pilli comparata ſit à debitore,ea ipſa omnino obligata
93 erit pupillo,† præ cæteris omnibus eius creditoribus.
l.idemque qui pot.in pig. & ſi ſic emiſſet ipſe tutor pu
pilli,iam & vtilis rei vendicatio pupillo competeret,l.
ſi vt proponis.C.de rei vendic.electione ei data,an hy
pothecaria,an vtili rei vendicatione malit agere,Bart.
& Bald.ad.d.l.ſi vt proponis.Neque per hoc vlla iniu-
ria fit prioribus creditoribus : nam ea res ſi non eſſet
pecunia pupilli comparata,in bonis debitoris non eſ-
ſet,cur ergo inuideam pupillo, ſi pretium quod ſibi a-
beſt,imprimis ex ea re conſeruet, & ſi quid adhuc ſu-
perflui ſit, hoc cedat in commodum eorum, exemplo
illorum, qui quid crediderunt in conſeruationem rei
alijs prius obligatæ,l.interdum cum le. ſeq.qui pot. in
94 pigno.qui merentur ex priuilegio prælationem, † non
ſolum inter creditores chirographarios : l. creditor
qui ob reſtitutionem.ſi certum petatur.l.quod in ma-
nen.l.quod quis nauis.de priuile.creditor.verum etiã
inter eos, qui hypothecam bonorum debitoris ha-
bent. Imo & hoc ipſum, ſpeciali legis beneficio
conceſſum eis eſt, vt tacitam habeant hypothecam,
l.prima,in quibus cauſis pign.tacit. non ſolum,ſi do-
mino ædificij mutuam dederint pecuniam,reſtituen-
di illius & inſtruendi cauſa:verum etiam, ſi redem-
ptori operis mutuum dederint, mandante domino
ædificij.Hoc tñ inter illud priuilegiũ,quod inter chi-
rographarios creditores & inter hypothecarios datur
diſcriminis eſt:quod facili' illud, quã hoc acquirat,&
diutius quoq; cõſeruetur. Nã ad illud obtinendũ non
multum refert, an quis ob reſtitutionem, dicta l.cre
ditor.qui ob reſtitutionem. an ob extructionem no-
uam crediderit,dicta l.qui nauem.& l. quod quis na-
uis.de priuileg.creditor. In pignore vero obtinen-
do, & inter plures prælatione habenda, conſidera-
tur ſola reſtitutio & reſtauratio: quæ tunc fieri intel-
ligitur, cùm deſtructæ rei veſtigia adhuc apparent,
Alciat.ad l.creditor. Hæc enim fauorabilior eſt, vt
Salicet.in fin.dictæ l.interdum.eiuſque maior paſsim
in iure eſt habita ratio, quàm nouæ inſtructionis, l.
vltim.verſicul.illud.C.de iudic. nam & compellun-
tur domini ad refectionem, l. præſes. de offic. præſid.
ne vrbs deformetur ruinis: non admiſsis ob id lega-
tis tignorum, quæ ædibus impoſita ſunt. l. cætera. de
legat. primo.Et quod magis ad hunc locum facit, ei
ſoli



ſoli propriè conuenit ratio prælationis inter credito-
res, ab ipſo Iuriſconſuto tradita in l. huius. qui po-
tior. nempe quòd huius creditoris pecunia ſaluam fe
cit aliis ſui pignoris antecedentis cauſam. Quòd, v-
bi quid noui ab initio extruitur, vel de nouo acqui-
ritur, dicere non poſſes. Neque hic omnium, quo-
rum pretio,res acquiſita eſt,ſed pupillorum tantũ ha-
betur ratio,d.l.idémque eſt.Et ſanè ſi indifferẽter, vel
in cauſam nouæ acquiſitionis vel extructionis,vel cõ-
ſeruationis veteris rei crediſſe, ſatis eſſet ad præla-
tionem:non tam exactè crediti cauſas pluribus exem-
plis tractaſſet Iuriſconſultus,in d.l.interdum. cum l.
ſequent.quæ etſi non reſtringant,declarant tamen re-
gulam,quaſi omnino ad reparationem, & non ad no-
uam extructionem, credi voluerit. Eſt & aliud inter
hæc priuilegia diſcrimen,videlicet,quòd vt quis me-
reatur inter chirographarios creditores prælationẽ,
ſatis ſit,quòd ob reſtitutionem ædificiorum credide-
rit.refecerit autem,nec ne,dominus, qui in hoc mu-
tuum ſumpſit,nõ intereſt,nec creditoris curæ hoc in-
cumbit,vt Alciat.aduer.Iaſ.in d.l.creditor qui ob re-
ſtitutionem.per l.vlti.de exercit. Ad prælationem ve-
ro in hypotheca,oportet impenſum eſſe ad refectio-
95 nem:nec ſatis eſt,in eam cauſam creditũ eſſe,†alioqui
locum non haberet ratio prælationis paulo ante di-
cta. Neque enim huius creditoris pecunia aliis ſal-
uam feciſſet totius pignoris cauſam. Quæ ratio con-
cernit,non id quod abſque effectu,in ſola eſt deſtina-
tione:ſed illud tantum, quod in rei veritate eſt. Vnde
& de in rem verſo actio nomen ſuum habet.l.3. ſed ſic
de in rem verſo. Rurſus aliud adhuc diſcrimen eſt. nã
ſi res obligata,in quam vt impẽderetur creditum eſt,
& impenſum quoque, non extet : neceſſe eſt, extin-
cta re, hypothecam extinctam eſſe, l. ſex. quibus mo-
dis pign.l.cum principalis.de reg.iur. & ſic de præla-
tione fruſtra certari.At hic priuilegium inter chiro-
graphários creditores adhuc manet, vt Philipp. De-
cius.& Alciatus ad dict.l.creditor. qui ob reſtitutio-
nem.argumen.l.ſcien.§.fin.ſuprà qui ſatiſdã. cogant.
tanquam à principio ſemel rectè quæſitum, quod ex
ſecuto euentu non debet extingui. Vt enim actio
perſonalis rem non ſequitur,lege prima,§.ſi hæres.ad
Trebellia.ita nec priuilegium inter perſonales actio-
nes. Quo ſpectat & illud, quòd ad actionem nego-
tiorum geſtorum dandam, non obeſt, quòd res in
quam aliquid vtiliter eſt impenſum, ab eo qui abſen-
tis negotia geſsit,aliquo caſu ſit perempta,l.ſed an vl
tro.§.j.de negot.geſt. nec ſimiliter actioni de in rem
verſo hoc oberit.l.3.§.vnde.de in rem verſo.

Et quamuis hic inter antiquiores controuerſum
ſit,quibus creditoribus, cauſa crediti poſterioris cre-
ditoris,eum præferat,an iis tantum,qui generalem &
tacitam hypothecam habent, an vero etiam iis qui
96 ſpecialiter conuentam habent : † non dubitabi-
mus tamen hic Azonem ſequi, cui hoc poſterius pla-
cuit,& ex verbis I.C.facile eſt intelligere,his ſcilicet
d.l.interdum.*Si nauis fuit obligata*(ecce hic ſpecialẽ
nauis obligationem factam, vel certè non excluſam.)
*Et ad armãdam eam,vel reficiendam credidero.* &
rurſus iſtis,d.l.huius.*Siquis in merces obligatas cre-
diderit.*Et ſanè ratio prælationis vniformis eſt & ea-
dem(nempe conſeruatæ rei obligatæ) ſiue anteriores
creditores ſpecialiter,& expreſsè: ſiue generaliter &
tacitè, cum aliis bonis habuerint eam rem obliga-
97 tam.Porro mulieri in dote†nõ pfertur creditor,cuius
pecunia res empta aut refecta eſt,l.aſsiduis.cũ autho.
quo iure.C.qui pot.in pig.Quãuis non deſint, (Ange.
& Salicetus in dicta l.aſsiduis)qui putent eam cedere
creditoribus anterioribus, expreſſam hypothecam
habentibus: quibus tamen præfertur, vt iam dixi-
mus, is qui in refectionem credidit. Et hæc ſibi con-
ſtare non videntur.ſed repugnare regulæ vulgari, Si
vinco vincentem te,vinco & tẽ,l.de acceſſ.de diuerſ.&
tẽp.præſcrip.ex qua videretur,ꝙ cũ mulier vincat eos,
qui crediderunt in refectionem( & quidem etiã ante-
quam dotem daret) & hi vincant creditores anterio-
res,etiamſi expreſſam habeãt hypothecam, videretur
vtiq; & hos victura mulier, ex dotis priuilegio. Quod
etiam plerique admittunt,vt Ludo. Gomeſius, & alij,
quos recenſet in §.fuerat.Inſti.de act.verſi.28.quaſi nõ
pleno iuris articulo conſummaſſet hæc Iuſtinianus(ꝙ
aſſerit tamẽ,in d.l.aſſiduis.verſi.& ideo ꝙ antiquitas.)
niſi & eis prætuliſſet mulierem, qui expreſſam habent
hypothecam,tempore priorem. Adde quod ratio fra-
gilitatis ſexus muliebris, aliaque à Iuſtiniano conſi-
derata in illa ſua noua conſtitutione,æque militant ad
uerſus expreſſas hypothecas, atque aduerſus tacitas
anteriores.Nec multum mouere debet, quod dici ſo-
let:Lex tibi ſuũ,non tuum denegat auxilium:quaſi ini-
quum videri poſsit,quod creditores anteriores, pacti
expreſſam hypothecam, fruſtrarentur hic ſua cura &
prouidentia. Nam vtique, eo quod ipſi ſibi pararunt,
minime fruſtrantur,nimirum iure hypothecæ, de qua
ſola ſibi proſpexerunt,eamque conſeruant.Prælationẽ
vero non ſunt pacti,neque paciſci potuerunt,l.ſcriptu
ras.Codic.eodem.titul.ſed ea tota legis eſt opus,legis
que inuentum & beneficium, regulariter ſic conſtitu-
tutũ,vt illud ex tempore metiamur, & interdũ ex cau-
ſis credendi.Quod eo magis ferendum eſt in muliere,
cum ita hac prælatione gaudeat,ſi probet ſe dotem ve
re intuliſſe. Confeſſum autem eſſe maritum,quod dos
ei data ſit,ad hanc prælationem, ex multorum ſenten-
tia non ſufficeret. Cur ergo inuidendum erit mulie-
ri,ſi cum non poſſet,conſeruandæ ſuæ dotis cauſa, fide
iuſſores aut pignora accipere: lege prima & ſecunda
Codice ne fideiuſſor.doti dentur. Iuſtinianus tantum
illi fauerit,vt omnibus præferret, cũ & publice inter-
ſit,mulieribus ſaluam eſſe dotem:lege prima ſolut.ma
trimon.ſuisque pepercerit maritus, vxoris dotem di-
ſtrahens aut diſsipans? Et cum ita ſit concluſum hoc
beneficium,vt ſoli mulieri detur, aliis autem nullis ce
dere poſsit,& nec ad hæredes quidem tranſmittere,a-
lios quam eiuſdem matrimonij filios, quamuis tacitæ
hypothecæ priuilegium non mulieri, ſed actioni de
dote tributum tranſeat ad quoſcunque dos tranſit &
actio:l.vnicã.§. illo procul dubio. Codice de rei vxor.
actio.cedique poſſit,ſicut & fiſci priuilegium,quod eſt
ſolius hypothecæ tacitæ,actioni inhæret,& cum ea ce
ditur.Cum autem iſte articulus de prælatione mulie-
ris ex cauſa dotis,ad hanc rem pertineat:viſum eſt pau
lo plenius excutere,quod obiter attigi,veram numera
98 tionem dotis probari debere.†Quod quamuis contro
uerſum ſit,magis tamen, quod dixi, ſequendum puta-
ui,cum Iaſ.& Zaz.ad d.§.fuerat. Ludo.Roma. ad leg.
primã.Somat.aduerſ.Barto.propterea quod ipſe Iuſti-
nianus,in dict.leg.aſſiduis. verſic. cum enim in perſo-
nalibus.in fine. beneficium à ſe primo inuentum ſic re
ſtrinxerit,*ſi tamẽ re ipſa fuerint* (ſcilicet res dotales)
*parti mariti datæ*, neque audiam ſi hic dixeris, cum
Fulgoſ. ad leg.ſi cui.quæ eſt penultim.Codice de non
numer. pecun. quod exceptioni non numeratæ pecu-
niæ,quæ ex perſona debitoris competit alijs credito-
ribus, non ſint longiora tempora ſtatuta, quam ipſis
99 met debitoribus excipientibus, † atque ita exceptio-
nem dotis non numeratæ,qua ex perſona mariti vtan-
tur alij creditores, eiſdem finibus & temporibus eſſe
concluſam, quibus concluderetur, ſi ipſe maritus aut
hæres eius,aduerſus vxorem eiuſue hæredes vteretur.
Ideoque lapſis exceptionis temporibus, præſumi do-
tem datam,quæ non poteſt allegari non data.Nam cer
tè exceptio illa non numeratæ dotis, non tendit dire-
cto aduerſus prælationem.ſed potius aduerſus funda-
mentum prælationis,videlicet aduerſus reſtitutionem
dotis.Cum enim de ſola prælatione quæritur,iam præ-

ſupponitur reddi quidem doté debere:ſed ſolum du-
bitatur de ordine, & an præ cæteris omnibus credi-
toribus,dos mulieri reddi,& ſalua eſſe debeat. Lapſo
ergo tempore,opponendo exceptionem non numera
tæ dotis,vincet mulier,in illo articulo,cui directo po
tuiſſet illa exceptio obiici:nempe vt obtineat ſibi ad-
iudicari dotis reſtitutioné.Nec audietur maritus,hæ
résue eius,ſi excipiat,quo pacto reddetur dos quæ da
ta non eſt.Sed hic nondum obtinet mulier id, de quo
principaliter quærimus,videlicet prȩlationem ex ſin-
gulari beneficio ordinis. nam dotis reſtitutio ſic po-
teſt ei adiudicari,vt communi iure cum cȩteris credi
toribus hypothecariis doté conſequatur:vel eam par
tem,quam ferent mariti facultates.Prȩlationem vero
non obtinebit,quantumuis tépora proponendȩ illius
exceptionis lapſa ſint:niſi ad intentioné ſuam fundan-
dam,ipſa alleget & probet dotem re vera marito eſſe
datam.tum ita demum Iuſtinianus hoc priuilegium
mulieri conceſsit:& merito potuit illud,cõtra cõmu
nes iuris regulas,à ſe datum reſtringere,quibus vellet
modis & conditionibus.nihil hic militante exceptio
ne nõ numeratȩ dotis,quȩ in hoc ſolum tendit,ne quȩ
dicitur non accepta eſſe dos reddatur: non autem ad
hoc pertinet,quo modo aut quo ordine reddatur. Ac-
cedat quòd qui militiæ cõparandæ cauſa marito cre-
didit,mulieris doti prȩfertur:in authen.de æqualita-
te dot.§.his conſequens.ſed ita demum, ſi verã nume-
rationem probet per ſcripturam:adeo quod hic per te
ſtes facta probatio, ad id non ſufficeret. Aequum eſt
ergo,vt mulier q̃ nõ tã de dote cõſequéda certat,(quæ
ei in ſecuro eſt,lapſis téporibus excipiédi)quã de p̃la-
tiõe & ordine cum anterioribus creditoribus,probet
dotem verè datam,idq; quocunq; modo vel p̃ teſtes,
vel inſtrumenta.& hactenus de p̃latione ex cã crediti.

Succedat nunc vulgata ratio prælationis ex tempo
re,ad quam aliquando conſideramus,nõ hoc tempus
quo cõuentio de pignore aut hypotheca eſt inita: ſed
illud potius quo obligatio debiti principalis cœpit
100 efficax eſſe. †Veluti ſi quis mutuum accepturus de
hypotheca conuenerit, quam priuſquam pecuniam
accipiat,alij obliget,à quo pecuniam accipit: hic illo
poſtea numerato erit potior.l.j.verſic. alia cauſa eſt. l.
potior.in princ.qui potior. in pign.cuius fundamen-
tum eſt in eo,quod qui mutuum ſibi ſtipulatus eſt, ef-
ficere poteſt, vt non obligetur, non accipiendo pro-
miſſam pecuniam, l. qui pecuniam. ſi certum petat.l.
penultim.quæ res pign.& dict.l.potior.in fin.princip.
& ſic abſtinendo tantum à receptione, quam non o-
mittit in alterius cuiuſquam damnum aut iniuriam,
ſicut erit, ſi non ſola abſtenſione efficere queat ne in
obligationem cadat:ſed alio aliquo adhuc accedente,
quod per eum fieri deberet.l.Lucius.qui potior.in pi-
gnor.& ibi Fulgo.Veluti qui ſortem debet & vſuras,
poteſt ſorte ſoluta, præſcindere curſum vſurarum.
non tamen ob id ſequitur, quod ſi ſortis obligatione
ſub vſuris contracta,aliam contraxerit obligationem
ſub eadem hypotheca:quòd poſterior creditor, quo-
ad ſortem iam creditam,præferatur priori, quoad v-
ſuras poſtea currentes: aut quod in vſuris prior credi-
101 tor potior eſt.†iſpecta origine obligatiõis,ex qua ma
narũt & vſurȩ,velut vna obligatiõe,ſed p̃ſtatiõib⁹ mul
tis méſtruis aut annuis.Sicut & in teſtamétis,ſi quis le
gauerit alicui,quicquid ab eo ſibi debitũ eſt,quãuis te
ſtaméti verba referãtur ſolũ ad p̃ſentia,l.ſi ita ſcriptũ.
de cõdit.& demõſt.vſurȩ tamé poſtea currétes vident̃
remiſſȩ.l.Aurel.§.leg.l.vlti.§.Caio.de liber.lega. Et ſi
quis ita promiſerit,niſi calendis Maiis Stichum dede
rit dare decẽ ſub hypotheca:eamq; medio tempore a-
lij in aliam cauſam obligauerit, nemo hic dixerit,po
ſteriorem creditorem eſſe potiorem. attamen fuit in
poteſtate debitoris efficere vt non caderet in obliga-
tionem principalem dandorum decem,cui hypothe-
ca annexa eſt.ſed id nõ effeciſſet ſola omiſsione aut ab
ſtentione:ſed Stichum(quamuis ad illum,in ſola con-
ditione poſitum,non eſſet obligatus) in tempore dare
debuiſſet,Fulg.ad d.l.Lucius His autem & illud eſt af
fine,contracta inter aliquos pace, & ſeruari promiſſa,
ſub pœna cum hypotheca aliqua:ſi hæc eadem hypo-
theca,bene conſtante adhuc pace,alij conſtituatur: &
deinde violetur pax,videri quoque hic poſſet,quod po
tior eſſet poſterior creditor,cum fuerit in poteſtate de
bitoris non incidere in obligationem pœnæ, cui hy-
potheca eſt annexa:& quidem abſtinédo tantum à vio
latione pacis.Sed hoc negari poſſet,cum Ful.ad princ.
d.l.potior.hic in debitoris eſſe poteſtate, quin potius
neceſſitatem appellare deberet:nã hoc poſſe dicimur,
cuius & contrarium poſſumus,citra cuiuſque iniuriã.
hic vero debitor violare pacem nõ potuit,igitur neceſ
ſe habuit non violare:nõ autem in ſua poteſtate. Nam
quæ facta lædunt exiſtimationem & verecundiam no-
ſtram,ea nec nos facere poſſe dicimur,l.filius. de cõd.
inſt.Quod vero alii,vt Alb.ad d.l.potior,referés Dynũ
conſ.3. poſtremũ hoc exemplum aliô referunt, videli-
cet quod non fuerit in poteſtate debitoris efficere, vt
non incideret in principalem obligationem, quamuis
fuerit in eius poteſtate,non dare locum hypothecariȩ
obligationi:non ſatis exacte reſponſum eſt,ſi principa
lem obligationem conſtituas,non in pacis obſeruatio
ne,ſed in pœna violatæ pacis:ita quod huic pœnæ cõ-
ditiõaliter promiſſæ,dicamus acceſſiſſe hypothecam.
Et eſt quoque, vti non habet debitor in ſua poteſtate
principalem obligationem effugere,veluti conductio
ne facta:& præferatur tamen,qui in pignoris conuen-
tione eſt poſterior,d.l.potior.§.ſi colonus.

At vbi iam fundamenta principalis obligationis ſic
ſunt iacta,vt ipſe creditor pro ſuo ſolius arbitrio nõ ſe
poſſet eximere,neque eam effugere:nõ erit his potior,
cui poſteriore tempore in eadem re hypotheca eſt cõ-
102 ſtituta,etiã ſi huius obligatio præſens ſit,†& omnino
pura:q̃ tribus exemplis, creſcente ſemper dubitatio-
ne,demonſtrat pulchre Africanus,l. qui balneum. qui
pot.in pig.Primo quidem in obligatione, ex die & ad
diem contracta.Vt ſi quis cõduxerit balneum ex calen
dis proximis,ſub aliqua hypotheca,quam ante eas ca-
lendas alii in aliã cãm conſtituerit,nemo hic dicet,nõ
præferri in hypotheca locatorem pro mercede condu
ctiõis: quãdoquidé obligatio cõtracta eſt,ceſſitq; dies
eius,licet nondũ venerit:Vnde & actioné ante dié eſſe
natã,receptior eſt ſnĩa,Alc.ſ.ad l.ced.dié.in 1.ann.verſ.
in.2.ſpecie rõ.j.de verb.ſig.licet exceptio obſtet.Secũ-
do in obligatiõe contracta ſub cõditione,q̃ merito di
xeris amplius eſſe,& dubitabilius: ea.l.qui baln. verſi.
amplius ét ſub cõd.cũ eius obligationis,nõ tantũ non
venerit adhuc dies:ſed nec ceſſerit, & fortaſſis nũquã
cedet,deficiente cõditione.d.l.ced.in fi. Sed quia fun-
daméta obligatiõis,quoad cõuétioné,ſunt cõtracta,&
ſic iacta,vt nõ ſit pœnitétiȩ locus:nec ſe poſſit promiſ-
ſor ſuo arbitrio ab obligatiõe extricare. ſi cõditio eue
nerit,dicimus creditoré in hypotheca huiuſmodi ob-
ligatiõis eſſe potioré iis,qui pédente adhuc cõditiõe,
eãdé hypothecã,in aliud p̃ſens debitũ,pure acceperũt
nã ſimul atq; cõditio exiſtit,perinde habetur, ac ſi illo
tépore,quo ſtipulatio eſt interpoſita,eſſet facta ſine cõ
ditione,l.pot.verſ.vid.an id.qui pot.in pig.& ſic paria
ſunt pure ab initio eſſe cõtractã:vel ſub cõditiõe,& eã
eſſe purificatã,vel eueniſſe,l.neceſſ.§.q̃ ſi péd.de per.&
cõmo.rei véd.l.nihil.de naut.fœn.in princ.l.ſi à reo.§.
ſub diuerſ.de fid.Sed nõdũ hic pertigimus ad extremã
dubitationé, nam ſtipulationis conditionalis effectus
trãſmittitur ad hæredes: nec eſt neceſſe,viuo ſtipulato
re,atq; promiſſore,cõditioné euenire,§.ex cõdit.Inſ.de
verb.obl.Dubitabilius ergo eſt tertiũ Africani exẽplũ
in legato cõdit.ea.l.qui baln.verſ.ſed & ſi hæres. cuius
nec ceſsit nec venit dies:& vt forte eueniat aliq̃n con-
ditio



ditio,id tamen nõ eſt futurum viuo adhuc legatario:
quo præmoriente legatum caducum fit, nec ad hære-
dem tranſmittitur,l.vnica.§.ſi autem aliquid ſub con-
tiõe.verſi.quod ſi in medio.C.de caducis tollend.Ad-
de quòd etiam ſi viuo legatario conditioni legati eue
nerit,non tamen retrotrahitur legatum:perinde quaſi
ab initio purè eſſet relictum,l.j.§.ſerui.& ibi Barto.ad
Sylle.quod & ipſum p̃lationi,in iure hypothecȩ, plu-
rimum aduerſari videtur. Attamen & hic reſpondit
Africanus,ſi hæres eius legati nomine conueniſſet de
pignore,(cum etiam conditionalis legati nomine ca-
uédum ſit,l.hæc ſtipulatio.vt lega.no.ca.)& quidé rei
ſuȩ(cum hȩreditarias res legatarij,hodie ipſo iure, ſa
tis obligatas habeant,l.j.C.comun.de leg. & fideicõ-
miſſ.)eandémque rem,ſuſpenſa adhuc conditione, a-
103 lij obligauerit:potior erit legatarij cõditio. †Nec eſt
quod hic dicas eiuſmodi legatum,per accedentem ſti
pulationem,contra ius caduci eſſe confirmatum,nam
hȩc ſtipulatio non trahit legatum, ſed à legato in ſua
iura trahitur:ita,vt ſi pendente conditione legatarius
deceſſerit,æquè euaneſcat ſtipulatio,vt legatum.l.j.§.
ſi quis ſub conditione,vt legat.no. caue. Quod rectè
perpendit hic Angelus ſibi obſtare, in eo quod tenta-
uerat reſpondere,ad illud poſterius, ( videlicet in le-
gatis conditionem non trahi retro:)quod inquam,hic
Africanus non ſit locutus de nudo legato in ſtipula-
tionem deducto,aut ab hȩrede promiſſo,ſtipulante le
gatario,ſub eadé conditione:quodque conditio illius
promiſsionis retro trahatur.Sed hic impertinens eſſe
putauerim, an retro trahatur conditio, nec ne: neque
enim hic inquirimus,à quo tépore verè vel per fictio-
nem iuris cœperit hypotheca obligari: ſed hoc tan-
tum,cum iam eſt obligata multis,quis in ea ſit potior.
Quod dicimus pendere ex ordine conuentionis, etiã
ſi hȩc non traxerit ſecũ prȩſenté ſtatim obligationem,
dummodo futuræ aliquando obligationi ſic fuerint
iacta fundamenta, vt ipſe debitor ſe extricare non
poſsit.

Porro ſi debitum principale purum ſit, & prȩſens,
104 hypotheca autem ſub conditione cõtracta: †ſi quidé
propoſito rei nomine,aut demõſtratione eius facta à
notis & qualitatibus,quæ iam inſunt:veluti ſi ſub cõ-
ditiõe debitor obligauerit hominem Stichum,fundũ
Titianum,vel equum,qué à Sempronio emit, hic iam
potior erit creditor alio, cui eadem res poſtea purè,
& in cauſam præſentis debiti,erit obligata.l.gregem.
§.ſi ſub condit.verſi.ſed ſi prȩſens ſit debitum. de pig.
Si vero obligatio facta ſit,non proprio, ſed appellati-
uo nomine,& deſignatio à qualitate quȩ nondum in-
eſt,ſed aliquando ineſſe, vel ſemper abeſſe poterit: &
interim alij obligetur,hunc dicam potiorem.l. potio.
§.ſi colonus conuenit.qui pot.in pig.Veluti ſi cum do
mino locatore conuenerit colonus, vt inducta in fun
dum,illata,& ibi nata.i.inducenda,inferenda, ibi na-
ſcitura( vt demonſtrant ſequentia verba, *antequam
inducat*)pignori ſint p̃ penſionibus:aliiq; interim,an
tequã inducat ré aliquã,obligauerit: hic erit potior,
105 †quia domino locatori,nec ea,nec vlla alia res fuit o-
bligata antequã induceretur, ex ſola cõuétione:ſed eo
ipſo quod inducitur,cœpit obligari. Ita vt inductiõe
& illatiõe(tanquã cauſȩ effectũ hypothecȩ cõſummã
ti)magis quã nudȩ cõuétioni(quȩ nullas peculiariter
res afficit) vim huius obligationis tribuere oporteat.
Quantũuis enim ſic cõuenerit,quod tamen non indu
xit colonus,nõ erit obligatũ.Et vt poteſt quȩdã ex ſuis
nũquã inducere:ita quoq; poteſt aliis prius obligata,
cũ nexu eius pignoris aut hypothecæ,inducere. Et cõ
tra quoq;,licet non ita conueniſſet, quod tamé indu-
xerit,hypothecȩ nomine,eſſet obligatũ tacitê,ex om-
niũ ferè hactenus recepta opinione. De qua tamé plu
rimum dubito:& ſi fas ſit dicere, nihil dubitans con-
106 trariũ omnino veriſsimũ eſſe firmiter †credo,cũ ſolo
Fortu.Garſia,in l.item quia.de pact. Neque enim otio
ſum eſſe putauerim,quod tacitam hypothecæ conuen
tionem Iuriſconſultus conſtituerit, in d. l. ité quia. de
pact.in vrbanis habitationibus locatis: quaſi ruſtica
prædia ex profeſſo excludent. Et rurſus, domo locata,
traditum eſt,in l.certi iur.verſ. quando autem domus.
C.de loc. & conduct. nec ſcientiam domini locatoris
requiri, vt inducta obligentur: multo minus ergo re-
quiretur conuentio.At in ruſticum prædium inducta,
obligari dicuntur,in prin.d.l.certi.voluntate domino
107 rum,id eſt,cõuentione expreſſa: † vt quæ voluerint,&
ſicut voluerint,atque conuenerint,obligetur. Fruſtra
enim,quod ibi de volũtate dominorum dicitur,refer-
res ad ipſam illationem rerum,nam nihil eſt, q̃ in con
ductum prædium non poſſes inferre, niſi q̃ exceptum
eſt,& de quo eſt cautum ne inferatur, l.videamus.§.in
ter conduct.loc.Adde,vbicunque fit mentio obligatio
nis inductorum,& illatorum in prædium ruſticũ con-
ductum:fere legimus,in l.j.de ſaluia.interdi.in l.debit.
pact.eſt.de pig.in l.ſi nõ induct.C.in quib.cauſ.pig.ta-
cit.hoc eſſe additum, q̃ ea inducta ſint pignoris iure,
quaſi dicas,non ſimpliciter & nude inducta eſſe:ſed ex
preſſa cõuentione facta,vt pignori eſſent.Qua fere ſo-
la poteris diſtinguere ac diſcernere,cum pluribus eo-
dem titulo res eſt obligata,an vtrinque in ſolidum, an
pro partibus obligata ſint.Ac denique nihil eſt q̃ eui-
dentius cõmuné errorem ſubuertat, quam reſponſum
Neratij:l.eo iure.in quib.pig.tac. quo cum hoc ſolum
dixiſſet,quæ in vrbana prædia conducta illata ſunt &
inducta,videri pignori eſſe, quaſi id tacite cõueniſſet:
ſtatim ſubiecit, *In ruſticis prædijs contra ſeruatur:*
Neque hæc differentia vrbanorum prædiorum à ruſti
cis,ratione caret,nam legiſlatores magnam vbique cu
ram extenderunt ad ædes & ædificia, quæ refici man-
darunt,& præſidibus hoc iniunxerunt,ne publicus de
formetur aſpectus l.prȩſes.3. de offic.præſi.l. ad cura-
toris.de dam.infect.l.3.C.de operib. publi.vnde viciſ
ſim quoq; æquũ eſt,vt cũ tutiſsimo refugio ȩdium cõ-
ductores illis vſi ſint:dominis quoq; in ſecuro eſſe pen
ſionem condictionis.qua in re vbiq; prȩlationé ei da-
ri videmus. An in ruſticis prædiis omnis fauor in con
trarium trahit,& in partem colonorũ,fauore agricul-
turæ,inclinat. Vnde videmus vſuras in agricolis alia
lege moderatas,in authen.ad hæc.C.de vſur.& vix eſt
vt friuola eorũ expreſſa conuentione obligentur.cer-
tè pro iudicato capi non poſſunt.l.executores.l.pigno
rum gratia.cum authẽt.ſeq.C.quȩ res pig, Et fit plerũ
que,vt inquilinus in ȩdes conductas inferat plus, quã
pro neceſſitate,videlicet pro ſua cõmoditate & digni
tate.colonus vero in ruſticum prȩdium ea ferè infert,
quȩ ei & eis,quorum opera in agricultura vtitur,ſunt
neceſſaria.

Refert quoque non parum,quomodo res,quæ in o-
bligationem incidit, & circa quam de prȩlatione di-
108 ſceptatur,acquiſita ſit.†Cum fiat interdum,vt qui di
uerſo tempore hypothecam bonorum debitoris con-
traxerunt, in poſtea quæſitis concurrant. Itaque
ſi res obligata nondum fuerit in dominio debi-
toris, imò nec in rerum natura, cum obligare-
tur,ſed potentia tantum, & fundamento tantum ac-
quiſitionis iacto:iã inſpicimus cui creditori res prius
ſit obligata,l.potior.§.ſi de futura re.qui pot. in pign.
Verbi gratia qui iam in ſuo dominio habet ancillam,
obligat alicui eius partum nondum æditum,at ne cõ
ceptũ quidé:ſed qui,ſi aliquãdo naſcatur,iure gétium
erit eius cuius eſt ancilla.hic ſi eundé partũ, adhuc an
tequã naſcatur,vel iamiã æditũ,obliget quoq; alij:aut
ſi cum in ſuo dominio fundum haberet,eiúſve vſum-
fructũ,(quod de ancilla data opera addere omiſi,eo q̃
homo in fructu non ſit,§.in pecudum.Inſtit.de rerum
diuiſ.)obligauerit fructus naſcituros,& poſtea quo-
109 que alij:his caſibus prior creditor erit potior.†Vt &

ille,cui res eſt obligata ab eo cui tantũ debebatur: e-
tiã ſi illã ſibi poſtea traditã,ſuãque factã,alij obligaue
rit,l.3 §.cũ ex cauſa.qui pot.in pig. Ac ſimiliter, ſi bo-
nę fidei poſſeſſor,duobus diuerſo tẽpore,rẽ ſic poſſeſ-
ſam obligauerit:prior erit potior,l.ſi nõ dominus.qui
pot.in pig.neq; cõcurrent ex cõfirmatiõe iuris pigno-
ris vtrique eodẽ tẽpore facta:cum ſcilicet dominiũ de
bitori ſu perueniret,l.rem alie.in prin.de pig.act. nam
etiam cũ bonæ fidei tantum poſſeſſor eſſet,& nondum
dominus, habuit ius obligandi,& ſtatim aliquem ſe-
cum effectum traxit ſic cõſtituta hypotheca.l.ſi ab eo.
l.ſi inter.§.j.de pignor.

Sed ſi quis nullo præſenti,acquiſitionis futuræ,iacto
fundamento,obligauerit alicui q̃cunq; habiturus eſt,
& alij poſtea eadẽ,vel etiã ſpecialiter fundũ aliquem,
ſub conditione,ſi in ſuũ dominium ꝑuenerit, hic nũc
110 ambo concurrent in†pignore,l.idemque.§.ſi tibi.qui
pot.in pig.cùm vtrique,eodẽ momẽto acquiſitiõis fa-
ctæ,cœperit obligari.Nec inuenerit,ꝗ alter conuen-
tione prior ſit,cũ vtriuſque hypotheca in effectu ſit cõ
ditionalis,eáque conditio,ad vtriuſque cõmodũ, eo-
dem momento eueniat:& ſic neuter eſt altero prior re
ipſa.Non etiã i uuerit priorẽ tempore,ꝗ pretium ac-
quiſiti fundi ſoluerit debitor,ſuis nũmis, priori credi
tori obligatis:(cũ & mutua pecunia in generalẽ obli-
gationem veniat.l.pe.§.vlt.de pig.)Nam hoc ſolũ me-
rito nihil facit,ad ordinem & ꝑlationem in pignori-
bus:cũ nec ad pignoris cauſam faciat,hoc eſt,cum res
empta ob hoc ſolùm(ſi nõ conueniſſet de hypotheca
omniũ acquirendorum) obligata non eſſet creditori,
quod pecunia,qua erit empta,fuerat ei obligata: Hic
111 enim non obtinet argumentũ†ſurrogationis,d.§.ſi ti-
bi,in fi.quod aliis locis,ad l.ſi eum.§.qui iniuri. ſi quis
caut.l.ſi cũ dotem.in fi.ſol.matri.l.pater. de adimen.
leg.latè eſt examinatum.

Porro fiſcum in acquiſitis à debitore,poſt ſuã & al-
terius hypothecã,non cõmuni iure cũ illo concurre-
re:ſed ſpeciali iure ꝑferri ab Vlpiano l.ſi is qui.de iure
112 fiſci.reſpõſ.eſſe videtur.†Cui cũ manifeſtè aliud Sce-
uolæ reſponſum repugnare videatur,l.vlt.in prin. qui
pot.in pig.variis modis & coniecturis antimonię il-
lius cõciliatio tentata eſt.Vno quidẽ modo,ab Accur.
in d.l.ſi is qui.ꝗ in Vlpiani reſponſo prius cõtraxiſſet
fiſcus,quã priuatus creditor cum debitore.At in Sce-
uolæ reſponſo clariſsimum eſt,poſteriore loco fiſcum
contraxiſſe,eóque ſpectare rationem Vlpiani reſpõſo
additam, *Præuenit enim cauſas pignori fiſcus*: ita vt
ex ratione legis ſtricta,deſumatur quoque ſtrictior e-
ius interpretatio.At cur ſic non eſſet,etiã in tunc poſ-
ſeſsis à debitore bonis,potior fiſcus? & quare ſolum,
in re poſtea quæſita,dicerentur potior?Sed nec eſſet,ſi
ſic intelligas,vllũ fiſci priuilegiũ(ꝗ tamẽ Vlpia.videt̃
ſignificare voluiſſe)in reb⁹ q̃ſitis poſt vtriuſque hypo-
thecã.Et non immerito,nã cum vtriuſque hypotheca
quoad acquirẽdas res,ſit(vt dicimus)cõditionalis, &
eodẽ momento vtriq; creditori cõditio eueniat,ſimul
atq; acquiſita eſt res:videtur in effectu fiſcus & priua-
tus ſimul hypothecã accipere,& cõcurrere.In quo tẽ
porũ cõcurſu, fiſcus ſingulari beneficio,dũ alter ſe nõ
probat priorẽ,vincere creditur.Alio modo reſpondẽt
pleriq; oẽs,cũ Accur.ad d.l.vl.in prin.ꝗ fiſc⁹ in rebus
poſt vtriuſque hypothecã debitori q̃ſitis,cedat ei, qui
duplici rõne eſt potior:videlicet priuilegio cauſæ tẽ-
poris,nõ ceſſur⁹ vtiq;,ſi ſolo tp̃e conuẽtionis contẽde-
ret alter ſe potiorem,nam, vt dixi,potius videntur in
tempore concurrere,ſi rem ipſam,& contractam cum
effectu hypothecam,ſpectemus.Cui opinioni luben-
tius accederem, ſi certo perſuadere mihi poſſem, in
Sceuolæ reſponſo ſe iam creditricem, quæ de ordine
cum fiſco certat,priuilegio cauſæ crediti fuiſſe muni
tam. Nam quamuis tutelæ inſit tacita hypotheca in
113 bonis tutoris,l.pro officio.C.de ad.tutor. †non dixit
tamen Sceuola,Titium quẽ debitorem cõſtituit,fuiſ-
ſe tutorẽ,qui potuit tutoris hęres eſſe, vt ibi interpre-
tatur Accurſius in gl.j.d.l.vlt.Ob id ni fallor,ne con-
uentio hypothecę cum ipſo tutore,cuius bona tacitè
obligata ſunt,videretur fruſtra eſſe facta,quę cum hæ
rede eius fruſtra nõ fit:huius enim bona,niſi ipſe obli
gaſſet,nõ obligarentur tacitè.arg.l.Paul.de pign.Nec
addit Sceuola,Seiæ creditricis tutelã fuiſſe geſtã,quæ
potuit pupilli hęres eſſe.Ad hęredem autẽ non tranſit
114 †pupilli priuilegiũ.Fulgo.in d.l.vl per l. ex plurib.de
admin.tut.Ac deniq; nõ dixit Sceuola accepta eſſe pi-
gnora in cauſam tutelę,ſed in cauſam iudicati & cõ-
demnationis factæ ex tutela.In quã quidẽ cauſam iu-
dicati,quãuis pignora capi poſſent,non tamẽ inueni-
tur ei annexa tacita ex iure hypotheca.Imo potius cõ
trarium, ꝗ ſcilicet oporteat bona eſſe poſſeſſa, & ex
cauſa iudicati,ꝓcedente decreto apprehenſa,antequã
erunt pignori.l.nõ eſt mirũ.de pign.act.Et licet vetus
hypotheca,in cauſam tutelæ dici poſſet adhuc dura-
re,de illa tamẽ apud Sceuolã nõ eſt quæſitũ. ſed de hy
potheca iudicatę pecuniæ,q̃ ſola cõuentione eſt con-
tracta.& poſſunt eiuſdem rei noĩe cõcurrere plures o-
bligationes:quarũ altera tacitã à iure hypothecã ha-
beat,altera non habeat.Quod autẽ tertio loco diuina
tur,Sceuolam voluiſſe fiſcum cedere priuato, in earũ
tantum rerum hypotheca, quæ prius priuati credito-
ris hypothecam,ſed ante fiſci hypothecam eſſent quæ
ſitæ:nimirum profecto reſtringit ſui reſponſi hæc ver-
ba, *Poſt priorem obligationem*. Quæ abſque vlteriore
limitatione poſita,videntur cõprehendere non hoc tã
tum tẽpus,quod inter duas priuati & fiſci hypothecas
eſt medium:verum etiam omne illud quod priorẽ hy-
pothecam,& ex conſequenti quoque poſteriorem fiſci
ſecutum eſt.Relictis ergo his diuinationibus,inſpicia
115 mus † potius formam obligationis hypothecæ vtriq;
factam:an illis inueniri poſſit aliquid diuerſum,quod
tãtæ diuerſitatis cauſa fuerit in reſponſo Sceuolæ: qui
ſemper ſolet,ſecundum ea quæ propoſita eſſent,reſpõ-
dere.Et profecto ſtatim illud occurrit,à ſolo,ni fallor,
Saliceto cõmonſtratũ obiter, in fi.d.l.vlt.ꝗ Titius Se-
iæ obligauerat,non tantum omnia ſua bona præſentia
ſed ea quæ habiturus eſſet:fiſco vero obligauit ſolum
omnes res ſuas,quarũ appellatione eo tempore,& an-
te nouã Iuſtiniani,in l.vlt.C.quæ res pig.cõſtitutionẽ,
ſolum eæ continebantur, quæ tempore obligationis
ſuæ erãt.Cur ergo mirũ videri debet,ꝗ reſpõderit prę
ferri Seiam in bonis,quæ tẽpore ſuæ hypothecæ,Titij
debitoris fuerũt.Nã in illis prior fuit tempore, & ſta-
tim efficax fuit hypotheca ſimulatque eſſet cõtracta.
Et ſimiliter in rebus poſtea quæſitis,quia has ſolas Se-
ia habuit obligatas,non fiſcus: ſic vt non tam potior,
quam ſola inueniretur,in illarũ rerum hypotheca:quã
uis dubitandũ non ſit,quin futura veniant hodie in o-
116 bligationẽ generalem:†nõ quidẽ ſolũ in expreſſam,d.
l.vl.C.q̃ res pig.ſed in tacitam fiſci,l.3.C.de priuil.fiſc.

## Contra qnem detur hypothecaria actio.

### *SVMMARIVM.*

1 *Hypothecaria actio cõpetit cõtra quẽcũque poſſeſſorẽ.*
2 *Hypothecaria tenetur qui dolo poſſidere deſiit.*
3 *Negans ſe poſſidere, ſi mendacij conuincatur, tranſ-*
*fertur ab eo poſſeſſio in actorem.*
4 *Creditor extraneum poſſeſſorem hodie non conuenit,*
*niſi excuſſo debitore eiuſue hæredibus, ſponſoribus, fi*
*deiuſſoribus, &c.*
5 *Adiudicationis vocabulum, an conueniat hypotheca*
*riæ actioni.*
6 *Aliud eſt hypothecã adiudicari, quã pignus addici.*
7 *Creditor qui ſemel adiudicatã ſibi habet hypothecã,*
*ſi poſſeſſione hypothecæ ceciderit, quomodo iterum*
*agat hypothecaria.*

*8 Exceptio*



8 *Exceptio rei iudicatæ, non obſtat iterum agenti hy*
*pothecaria.*
9 *Sententia nouat priorem contractum.*
10 *Sententia in plures lata, non ſinguli inſolidum, ſed*
*pro parte conueniuntur.*
11 *In contractibus non repullulat noua cauſa agẽdi poſt*
*ſententiam, vt in actionibus in rem.*

POSTVLAT nũc ordo vt hoc tractemus,
*Contra quem detur hypothecaria actio*. Et
dubium non eſt,quin,cũ in rem ſit.l. pigno-
1 ri.de pignor.competat contra quemcunque†poſſeſſo
rem.l.ſi fundus.§.in vendicatione.eo.tit.ſiue is ſit ipſe
debitor,ſiue hæres eius, & vnus ex multis hypothecã
ſolus poſsidens.l.1.C.de hæred.act.l.2.C.ſi vnus ex plũ
rib.hæred.ſiue denique tertius aliquis vel à debitore,
vel ab alio quocunque cauſam habens,dummodo non
ab hærede,ſub beneficio inuentarij,à quo emit ſtatim
ſecurus eſt,actione creditori ſeruata aduerſus legata-
rios alioſque creditores chirographarios, & in hypo-
theca poſteriores.l. vlti.§.licentia.& §.ſed nec aduer-
ſus emptores.C.de iure deliber.
2 Tenet & eum hæc actio,qui dolo poſſidere deſiit,†i-
deoque pro poſſeſſore habetur,vſqueadeo, vt non ex-
cuſet eum quantumlibet magna diligentia,recuperan
dæ poſſeſsionis gratia facta,dicto §.in vendicatione.
verſicul.ſi vero dolo.cùm interim bonæ fidei poſſeſſo-
res qui ſimili fide poſsidere deſierunt,nulla etiam dili
gentia recuperãdæ poſſeſsionis facta excuſati ſint,vel
hoc ſolo,quod non poſsideant.Poteſt enim qui hoc iu
dicio eſt conuentus dicere quod nõ poſsideat,pericu-
lo tamen transferendæ poſſeſsionis,ſi mendacij poſſet
3 argui,†exemplo rei vendicationis,l.vltima.de rei ven
dication.Immo & latius hic patet via inueniendi men
dacij,videlicet,quòd ſi poſſeſſor,forte prim⁹ creditor,
hypothecaria cõuentus,neget rem de qua agitur,eius
eſſe debitoris,à quo ſibi actor dicit obligatam:ſi poſt-
ea conuictus mendacij,velit confugere ad anteriorem
hypothecam,& illius iure ſe tueri:debet prius tranſ-
ferre poſſeſsionem in agentem,& deinde ab eo pete-
re.Authen.item poſſeſſor.C.qui potior.in pig.Et quan
uis olim extraneum quemlibet poſſeſſorem conuenire
potuiſſet creditor recta via,l.eſt in arbitrio.C.de pact.
& oblig.l.perſecutione.C.de pigno.hodie tamen non
poteſt,non excuſſo debitore eiúsve hæredibus,ſponſo
ribus,fideiuſſoribus,&c. Auth.ſed hodie.C.de actio.
4 & obligat.Authent.hoc ita:C.de pigno.† Si tamen de
bitor eiúsve hæres hypothecam teneat, tunc vt o-
lim de hac agere potuit creditor:etiam ſi idoneum de
bitorem conuenire potuiſſet.l.mulier.qui potiores in
pignor.Ita & hodie poterit.§.ſed neque verſicu.l. con
tra principales tamen.in Authentic.de fideiuſſor.imo
& vnam actionem cum altera cumulare,dict.§.ſed ne-
que. Sali.ad dictam l.mulier.Franciſc.Cremonen. ſin-
gulari 162.Denique hypothecaria actio interdum con
tra illum competit,qui nec poſsidet,nec dolo poſside
re deſiit:nõ quidem ſolum obligato nomine,quod nõ
poſsidetur,l.ſeruus.§.incorporales.de acquirend. re-
rum domin.& nullo ſaltem modo ab ipſo debitore:ve
rum etiam interdum in ſubſidium,ſi res obligata ſit v-
ſucapta.Accurſius,Bartolus,Salicetus ad l.primam,de
diſtraction.pigno.

9 Finem huius capitis nunc facerem,niſi huc pertine
ret quæſtio Martiano propoſita,l.ſi fundus.§.creditor.
de pignor.Creditor hypothecam ſibi per ſententiam
adiudicatam quemadmodum habiturus ſit? Cuius
vim & terminorum ſignificationẽ,ne ignoremus,hoc
in primis conſtat,( de quo aliquãdo ſcio dubitatum à
Lud.Rom.conſi. ducenteſimo quadrageſimoquinto
verſ.ad tertiũ) an vocabulũ adiudicationis ſatis con-
5 ueniat hypothecariæ actioni? †Et quid ni? cum ipſe
Iuriſconſultus dicat hypothecam creditori adiudica-
tam,cur quod hic dicit à iudice factum,non poſſet pe-
tere creditor?Nec eſt quod exiſtimes hypothecam qui
dem,id eſt, ius illud incorporale, ſiue nexum pigno-
ris adiudicari creditori,& declarari,quod ei compe-
tat: ſed non rem ipſam hypothecatam & obligatam.
Nam quòd Martianus ipſam rem obligatam vocaue-
rit hypothecam,id ſequentia ſatis demonſtrant, cum
dicit,dominium hypothecæ non vendicari:quod indu
bie intellexit de dominio rei obligatæ. Meminiſſe ta-
men hic oportet aliud eſſe hypothecam adiudicari,
6 quàm pignus addici.†Hoc enim cum factum eſt, poſ-
ſet creditor dominium vendicare:nam in ſolutum pro
toto debito videtur accepiſſe,l.à diuo Pio.§.ſi pigno-
ra.§.ſi poſt addictum pignus.C.de re iudic.Poſtremò,
quod in quæſtione ſubiungitur, *quemadmodum habi*
*turus ſit*,non erit referendum ad executionem iudica
ti:quaſi quærens,quemadmodum ſit ſententiam execu
turus:hoc enim quærentem non remiſiſſet Iuriſconſul
tus ad veterem actionem hypothecariam, quæ eſt ad
exordium nouæ litis,( quæ res à parata iudicati cauſa
plurimum diſtat l. minor vigintiquinque annis cui
fideicommiſſum.de minorib.)ſed intelligẽda eſt quæ
ſtio,de remedio actionis ac genere iudicij, quo hypo-
thecam recuperet:ſemel quidem ſibi adiudicatã,imo
& traditã,ſed à poſſeſsione eius cecidit creditor ante-
quã ei ſolutum eſſet.An,inquã,hic dabitur ei rei vendi
catio,quaſi adiudicatio ſemel ei facta,ius ſuũ ſic auxe
rit,vt nunc vendicare poſsit?An rurſus hypothecaria
erit agendũ,in quo videretur obſtitura exceptio iudi-
cati?Ad hanc igitur ſic intellectam quæſtionẽ reſpõdet
Martianus,non rei vendicatione ſed hypothecaria eſ-
7 ſe agendum.†Et ſi agẽti obiiciatur à poſſeſſore,prę ſer
tim eo cũ quo ſemel cã acta eſt,& qui victus eſt, exce-
ptio rei iudicatæ:hanc poterit repellere replicationẽ,
quod ſcd̃m ſe ſit iudicatũ.Vnde videtur, ꝗ ẽt ex ea ſen
tẽtia,q̃ ꝓ actore lata eſt,oriatur exceptio rei iudicatæ:
qua ſũmo iure repellatur iterata actio : ſiue in rẽ fuerit
actũ ſiue in ꝑſonã.Placuit eñ ſingulis cõtrouerſiis ſin-
8 gulas actiones,vnũq; iudicati finẽ,ſufficere:† ne aliter
litium modis multiplicatus,ſummã & inexplicabilem
faceret difficultatem,ſi diuerſa pronunciare continge
ret,l.ſingularis.de except.rei iudic.Quæ quidem ratio
indifferenter obtinet,ſiue victus ſit actor.Et quod alio
loco dicitur,ſc.in l. euidenter,eſſe iniquiſsimum,profi
cere rei iudicatæ exceptionem ei contra quem eſt iudi
catum:hoc non tollit reo victo exceptionem.ſed agen-
ti,eandẽq; litem iterãti,dat replicationem:& quidem
doli mali vt videtur,cum hoc dicatur iniquiſsimũ eſſe
non quod omnino exceptio ei detur,ſed quod ſic de-
tur,vt ei proficiat,Raph.Cum.ad d.l.euidenter.Vbi er
go non proficeret ei,eo ꝗ actor,etiam ſi non poſſet ve
terem actionem iterum in iudicium deducere: habet
tamen illud remedium,quo quod in condemnatione
eſt conſequatur.Vt in perſonalibus actionibus iudica
ti,l.actori.C.de reb.credi.ibi exceptio rei iudi.retine-
bit ſuas vires:nec inuenitur ibi quicquã additum de re
plicatione,vt in l.4.in fin.C.depoſ.quàm & ibi dari nõ
nulli admittunt,vt Fulgoſi.ibi.quanuis id verba legis
non patiuntur,quæ habent iteratam actionem rei iu-
dicatæ exceptione repelli,condemnatione ſemel facta.
Cui applaudit & illud quod dicitur in l.vltim.C.de v-
ſur.rei iudica. priorem contractum iudicati actione
9 ſic nouari†,vt curſus vſurarum anterioris contractus
poſt ſententiam inhibeatur.Et rurſus illud,quod ſen-
tentia aduerſus plures dicta, obligationem diuidat,l.
prim.C.ſi plures vnic.ſent.ſic videlicet,vt nec ex prio-
re contractũ agere poſsit creditor cum quolibet eo-
rum inſolidum,ſed neceſſario ex cauſa iudicati ſin-
gulos,pro parte dimidia,conuenire poſsit,& debeat,
10 l.ſi mãdato Titij.§.Paulus 3.mand.†In actionib⁹ verò
in rẽ,vbi legimus obſtare exceptionem rei iudic.inue-

nimus additum quòd ea illi datur replicatione, eo q̃ ſecundum actorem iudicatũ ſit, vt in l.ſi à te.§. ſi quis fundum.de excep.rei iudi:& in d.§.ſi creditor.in d.l.ſi fundus.Hac ſcilicet ratione(ſi Cumano credimus, ad d.l.euidenter.) quod niſi hic eadem actio poſſet repeti, proficeret exceptio rei iudicatæ ei contra quem iudicatum eſt.Semel enim executione iudicati facta, & poſſeſsione amiſſa,non poſſet iterum executioni mandari,& noua poſſeſsio auferri,virtute ſententiæ prius dictæ, quàm hæc poſſeſsio acquireretur, cum hæc ex vinculo obligationis bonæ fidei( quod fortius ſit,quã ſolum iudicis officium) ſemel facta cõdemnatione & executione.( veluti ex actione venditi ) ſi poſſeſsio iterum ad condemnatum perueniat,non modo non poterit ſententia rurſus executioni mandari:ſed nec eodẽ genere iudicij agi in perſonam,ſed res vendicanda erit.glo.ad auth.ſacramenta puberum.C.ſi aduer.vẽdi. Et profectò in contractibus non ſic repullulat noua a-
11 gendi cauſa,poſt ſententiam ſemel dictam,† & executioni mandatam,non inquam noua conuentio aut noua obligatio ex qua iterum agatur,ſicut in actionibus quæ ſunt in rem.Quas cùm pariat aduerſarij poſſeſsio. l.vnic.C.de alien.iudicij mutan.cau.fact.non mirum videri debet,ſi noua poſſeſsio nouam pariat actionem: & reus abſolutus,quia non poſsidebat,iterum conueniri poſsit,ſi cœperit poſsidere.l.ſi à te hęreditatem.in princ.de excep.rei iud.Semper enim qui rei dominus eſt,rei vendicationem:& qui ſub pignore creditor eſt, hypothecariam habet, potentia.quæ deducitur ad actum,quotieſcunque inuenit ſibi poſſeſsionem abeſſe: dum adhuc dominus vel creditor eſt.

## Ad quid competat hypothecaria actio.

### SVMMARIVM.

1 *Hypothecaria in hoc datur,vt iudex declaret rem obligatam,ac ob id poſſeſſionem relaxandam.*

2 *Debiti ſolutio nõ eſt in petitione actionis hypothecariæ,licet facultatem habeat poſſeſſor ea ſeſe liberare.*

3 *Mudæi admonitio in actione hypothecaria bene inſtituenda.*

4 *Fructuum ratio quomodo habeatur in actione hypothecaria.*

AD QVID competat hypothecaria actio,ex eodem fonte cuius in ſuperiore capite meminimus.facile eſt videre,nempe quod,cum in rem ſit,tendat in hoc,vt iudex dicat & declaret creditori rem eſſe obligatam:ac proinde poſſeſſionem ei relaxandam,vt Fulgo.ad dictum §.in vendi-
1 catione.Bartol.ad l.rem alienam.de pign.actio.†exemplo earum quarumlibet,quæ in rem ſunt,quibus petitur declaratio iuris,quod actor ſibi dicit competere.l. Pomponius.§.ſi & is.de procuratoribus.l.licet.de petitione hæreditatis.l.& ex diuerſo.§.j.de rei vendicat. l.ſicuti.§.ſed ſi quærat.ſi ſerui.vendic.l.ſi inter te & me. de exception.rei iudic.Fere tamen obtinuit,vt oculos adiicientes ad illud,quod eſt in his actionibus poſtremum,& vltimus ſcopus:petant rem ſibi reſtitui,& poſſeſsionem relaxari. Vnde meritò dixit Iuriſconſultus in l.ſi cùm venditor.de edictio.quòd hæc actio,quã uis in rem ſit,ſolam tamen poſſeſsionem aduocat.De-
2 biti autem ſolutio,non debet in petitione † eſſe, cùm ad illam non obligetur poſſeſſor, quamuis facultatem habeat ſic ſe liberare,ſi debitum offerat.Salic.ad dictũ §.in vendicatione.per l.vlt.C.de his qui in prio.credi.
3 loco ſucce.Si quis tamen ſic dictauerit actionem, † vt poſſeſſor vel debitum reddat,vel eo quod detinet cedat, inueniet quo ſe defendat.l.2.in fin C.ſi vni ex pluribus hæredib.Sed non ſuaſerim,quòd ſciens prudénſque actionem concipiat:neque etiam poſſeſſori, vt eã partem petitionis quæ eſt ſoluendæ pecuniæ imprudẽtius eligat,aut vltro ſolutionem offerat.nam ſic non illiberabitur à rei vendicatione,ſi hanc ei intendat verus dominus,refuſo eo quod creditori eius ſoluit.l. ſi creditor.de pignorat.actio.l.ſi creditor.quibus mod.pig. nec ab hypothecaria actione aliorum creditorũ.l.creditori.§.ſi quando non reſtituebat.qui potior.in pign. etiam qui in pignore potiores ſunt.Neque enim poterit dicere ſe non poſsidere rem obligatam, cuius æſtimatio ſibi abeſt.Neq; ſe emiſſe à primo creditore,quippe qui nõ rei ſed litis æſtimationẽ ſoluit.Qđ ſit euidẽtius,ſi magni pretij res pro modico debito fuerit obligata.Securius ergo fuerit,ſi cedi ſibi actiones curauerit poſſeſſor à creditore.cui debitum offert.l. mulier. qui potio.in pig.vel quod emat potius à creditore vendente iure ſuo.l.j.C.ſi antiqui.credit.

Sed & fructuum ratio in hoc iudicio interdum ha-
4 benda eſt.d.§.in vẽdi.verſ.interdum †videlicet omniũ à lite conteſtata perceptorum:quod omnibus iudiciis commune eſt, ſiue in rem ſint, ſiue in perſonam.l. certum.C.de rei vendicatione.Antecedentis verò temporis fructus non veniunt in hanc actionem,niſi vel poſſeſſor qui eos percepit fuerit male fidei:ſic vt eos ſuos non fecerit,vel niſi ab ipſo debitore ſati eſſent, ſic vt fundamentum aliquod hypotheca in illis inuenerit: antequam debitor fundum obligatum deſiiſſet poſsidere,ſiue denique adhuc extent fructus.horum enim omnium indifferenter rationem habebunt,ac de ſolis bona fide conſumptis,non teneri,alio loco,ad.§.cum prædium.l.prima de pign.latius diximus.

## Quid in hypothecaria actione probandum ſit.

### SVMMARIVM.

1 *Probandum in actione hypothecaria,inter actorem & debitorem conueniſſe,talem rem fore hypothecæ.*

2 *Probandum quoque eſt debitum pro quo acceſſit hypotheca.*

3 *Vendicans omne ius ſuum in iudicium deduxiſſe cenſetur.*

4 *Probanda eſt poſſeſſio rei conuenti,vel quod dolo deſiit poſſidere.*

5 *Probandum eſt ius debitoris qui hypothecam conſtituit,ab eo qui hypothecaria agit.*

6 *Hypotheca omnium bonorum præſentium & futurorum,vulgò inſcribitur omnibus inſtrumentis Notariorum.*

7 *Iudex non audit debitorem excipientem rem ſe obligare non potuiſſe.*

8 *Fulgoſii rationes à Mudæo reiectæ.*

9 *Hæres improbè reſiſtit geſtis à defuncto.*

10 *Si agatur aduerſus alium poſſeſſorẽ,quam qui cauſam habet ab eodem à quo creditor,probatio exactiſſima requiritur.*

11 *Si poſſeſſor titulũ & cauſam habeat ab eo à quo creditor,quid probandum creditori,controuertitur.*

12 *Rationes diuerſarum opinionum à Mudæo expenſæ.*

13 *Zaſij rationes imbecilles oſtenſæ à Mudæo.*

14 *Poſſeſſor titulum ſuæ poſſeſſionis edere non debet.*

15 *Poſſeſſori neganti rem in bonis debitoris fuiſſe obiici poteſt dolus proprius ex Saliceti ſententia.*

16 *Creditor cum creditore agens, priorem ſe eſſe probare debet.*

17 *Fiſcus*



17 *Fiſcus agens,aduerſarium onerat probatione temporis ſuæ hypothecæ.*

18 *Fiſcus ſi agat iure communi,non ex priuilegio onerandus eſt ſtrictioribus probationibus ex ſententia Mudæi.*

19 *Hypothecaria non tendit ad reſcindendam alienationem factam,ſicut Pauliana actio.*

20 *Quod ſpeciali iure eſt cõſtitutum in liberis, quorum parens fiſci rationibus factus eſt obnoxius,non eſt trahendum in conſequentiam in cæteris.*

21 *Partes iudicis in actione hypothecaria.*

22 *Iudicia omnia eſſe abſolutoria,quomodo intelligendum.*

23 *Abſoluendus eſt qui rem reſtituit, æque vt qui non poſſidet.*

24 *Sententia abſolutoria,quomodo proſit ad probationem reſtitutionis vel ſolutionis.*

25 *Cauens ſe ſoluturum,abſoluitur à iudice, ſed cauere debet fideiuſſoribus datis,etiam ſi immobilia poſſideat.*

26 *In condemnatum iudex quandoque ſuum officium extendit.*

27 *Litis æſtimatio aduerſus debitorem ſit quatenus vere debet.*

28 *Retentionis commodum ſolùm datur poſſidenti, non hypothecaria agenti.*

29 *Poſſeſſor oblato debito liberatur hypothecaria actio. imo & à ſententiæ condemnatoriæ executione.*

30 *Lis æſtimatur pluris,quando pluris creditoris inter eſt:veluti cum pignoratitia tenetur debitori.*

QVID in hypothecaria actione probãdum ſit,magis inuolutũ eſt variis opinionibus,de quo, vt ordine dicamus, viſum eſt aliquot articulis totam hãc rem decidere:vt quæ comperti iuris ſunt à controuerſis diſtinguamus.

Imprimis contra quemcunque agatur, probandum erit quod inter agentem & debitorem conuenerit, vt ea res hypothecæ nomine eſſet obligata,l.ante omnia.
1 de probatio. †Adderem hic, quòd ſufficere poſsit ſic eſſe conuentum,cùm pro curatore debitoris, vel negotiorum eius geſtore,quod ipſe poſtea ratum habuit.l. ſi inter.in princ.de pigno.Necnon,quòd oporteat hypothecam rectè eſſe cõtractã.l.cùm vitioſe. de pig.ſed regredi nolo ad aliud caput,de cõtrahẽda hypotheca.

Probandum quoque eſt debitum, cui hypotheca acceſsit, vt Bart.ad l.rem alienam.de pignor.actio.† & in initio cauſæ alienandum.Aliter ſane quàm in rei vendicatiõe,cuius cauſa remota( id eſt,titulus ex quo res eſſet debitoris) non eſt neceſſario alleganda. ſed qui ſimpliciter vendicat,omne ius ſuum videtur deduxiſ-
3 ſe in iudiciũ:† cum non niſi ex vna cauſa res potuerit eſſe ſua,ſed bene ex pluribus cauſis obligata.l.& an eadem.§.actiones.& ibi glo.ad verba,ex qua.& Raphael Cuma.de excep.rei indica.

Probanda igitur eſt poſſeſsio Rei cõuenti,vel quod dolo poſsidere deſierit.dicto §.in venditione.in prin-
4 cipio.† vel potius id erit curandum,vt in exordio litis reſpõdeat reus,an poſsideat,nec ne.Ac cum varia ſint, ad quæ Rei defenſionem declinare contingit, videlicet non deberi agenti:non eſſe ei conſtituta hypothecam:non ritè ab eo,cui ius fuit conſtituendi,conſenſu creditoris alienatam eſſe,& ſimilia:meritò admonendi ſunt aduocati,vt ab Alexand.in conſi.138.in 2.volu. ne ſic totam curam ad illud ſolum extendant, de quo præcipue contenditur:vt nõ cautè quoque prouideat, ne qua particula iuris agentis,ei ad plene fundandam actionem neceſſaria,inueniatur neglecta:& non allegata,vel non approbata.Allegandum eſt contra quem
5 cũque poſſeſſorem agatur,ius debitoris,qui hypothecam conſtituit:†nec ſatis eſt in genere illud probare, quolibet tempore eum habuiſſe:ſed probari debet, de eo ipſo tempore quo hypothecam conſtituit.d.l. ante omnia.de proba.l.ſi ſuperatus.de pig Quod Iuriſconſultus reſtringit in l.& q̃ nõdũ,§.quod dicitur.de pig. ad hypothecã ſpecialiter obligatã.addens nõ idẽ eſſe in generali qua quis obligat quæcũq; habet & habiturus eſt.Quã tamẽ diuerſitatẽ,ſi velimus ex vero fundamẽto cognoſcere,n õ cõſtituemus in hac ſola forma obligationẽ:quaſi tãti referat,ſpecialiter an generaliter hypotheca ſit cõtracta.Fulg.ad d.§.qđ dicit.Nã ſi quis antiquitus obligaſſet oẽs res ſuas, generalis quidẽ ea obligatio fuiſſet,ſed ꝓbari debuit,de quacũq; re actũ eſſet,quod tp̃e conuẽtionis ea in bonis debitoris fuiſſet.quãdoquidẽ talis obligatio non comprehendebat, ante nouam Iuſtiniani conſtitutionem,in l.vlti.C.quę res pign.res futuras.Ideoque hypothecam ſpecialem Iuriſconſultus hac in parte,non oppoſuit cuilibet hypothecæ generali:ſed illi,quæ quotidie ſolet inſcribi cautionibus. hoc eſt, illi qua quis obligat omnia ſua,
6 præſentia & futura:†quæ tã eſt quotidiana in omnib⁹ publicis & ſæpe quoque priuatis ſcripturis,vt quidam ſc.Nico.Boer.deciſio.182.partis prim.nume.54.tradiderit,notarium eam clauſulam velut ſolitam apponi,poſſit apponere ſuis inſtrumentis, quamuis nominatim à contrahentibus non ſit mentio habita,argumẽ.l.quod ſi nolit.§.qui aſsidua.& ibi Barto.de Aedili.edict.Appoſita tamen parum in hac regione prodeſſet, ſaltem quoad immobilia,quæ coram notariis non poſſent hypothecæ dari. Hæc autem obligatio eorum quæ quis aliquando habiturus eſt,quodammodo conditionalis eſt,argumen.l.Stichum qui meus erit.de legat.j.ita vt ipſa conditio obligationem nõ remittat ad aliud tempus: eadémque ratione fiet, vt aliquando ſpecialiter contracta hypotheca probare non oporteat, quod ea fuerit in bonis debitoris tempore obligationis.Vtputa ſi quis fundum aliquem obligauerit,hac addita conditione,ſi quando in ipſius dominium peruenerit,l.ſi fundus.§.aliena.de pignor.

Sed quando contra debitorem agitur,allegari tantum,nõ etiam probari debet ius eius in hypotheca cõſtituenda:atque ipſam conuentionem,velut confeſsionem quandam eius,argumen.l.tale pactum.§.qui prouocauit.de pact.ſequetur in hoc iudex, negantémque
7 debitorem non audiet:nam improbe reſiſteret, † ſi id ipſa negare nunc vellet,quòd cum rem hypothecæ daret,cõfeſſus eſt &,vt ſuam obligauit:in cuius conſequẽtiam nunc debet,cum poſsit,poſſeſsione cedere,dicta l rem alienam.in fin.de pignoratitia action.Nec memini legere cui hic articulus non placeat,præterquam q̃ Fulgoſius in dict.l.ante omnia.de probatio.& in l.ſi inter.§.ſi debitor.de pignor.potenter impugnet illum, duabus potiſsimum rationibus. Videlicet,quòd hæc actio ſit in rem,& aduerſus debitorem agatur,non vt debitorem,ſed vt poſſeſſorem,argumen.l.de eod.§.vltimo.ad exhibend. Non implet ergo actor ſuam intentionem,niſi probet ſe ius hypothecæ habere: quod an habeat,nec ne,pendet ex iure debitoris:Quare & hoc probandum eſſe videtur. Accedat,quòd cum res aliena eſt pignori data,ita demum actio hypothecaria datur,ſi dominium poſtea debitori acceſſerit, eaque adhuc tantum vtilis.dict.l.rem alienam.& l.ſi Titio.de pignor.Quamdiu ergo dominium ei non acceſsit, ſed poſsidet,nulla dabitur actio,& ne vtilis quidem. Sed
8 hæ rationes non conuincunt. †Nam præter hoc quod prioris fundamentum per quam debile eſt,& controuerſum:videlicet,an in rẽ agẽti,aduerſus eum qui cauſam habet ab actore, referri poſsit quæſtio dominij, cùm ſint qui id non putent,vt Paulus Caſtren.ad l.penultim.de condi.inſtitut.Hoc certè conſtat ita ſeruari.

in perſonalibus actionibus,veluti commodati.l.ita vt ſi fur.commod.depoſiti.l.j.§.ſi prædo.depoſi.pignoratia.l.ſi pignore.§.ſi prædo.de pigno.actio.& ſimilibus. Nunc autem hypothecaria actio,quanuis in rem ſit,eã tamen ex pacto naſci dixit Iuriſcõſultus in l.ſi tibi decem.§.de pignor.de pact.Meritò ergo, hac in parte, ſimilis erit actionibus in perſonam,vt ſcilicet à debitore non referatur creditori quæſtio,an iure res ei obligata ſit,cùm turpe eſſet debitori hoc profiteri,quod in pignore creditorem decepiſſet.Fulgoſius in dict. l.ante omnia.Idque etiam ex eo ſuaderi poteſt quod Iuriſconſultus in l.creditor qui prior.in princip.qui potio. in pignor.in formulis allegationum,quibus vti cõſueuerunt in hoc iudicio,promiſcuè dixerit, *Si non ante mihi pignoris iure res ſit obligata,* ( quibus verbis ſignificari videtur,id quod eſt in veritate )*& ſi non conuenit,vt ante mihi res ſit obligata,&c.* ad ſolam hoc referens conuentionem.Sed & in his actionibus quæ ſunt in rem,aperte conſtat ex l.cum qui.§.ſi petenti,de publicia.l.nam & poſtea.§.vlti.de iureiurã.leuioribus aliquando probationibus vnum poſſeſſorem,quàm alium ſuperari.Quod verò additum eſt,ita demum conualeſcere hypothecam rei alienæ,ſi dominium ſuperueniat debitori,id ita accipiendum eſt,vt tunc conualeſcat omni ex parte,ſecundum naturam veræ actionis in rem,quæ generaliter competit etiam hypothecaria aduerſus quemcũque poſſeſſorem.d l.rem alienam. in princ.Non autem quod vt aduerſus debitorem competat,debeat dominium ei ſuperueniſſe:qui non excuſabitur ab hypothecaria actione,quin faciat tũc quod poteſt(.i.poſſeſsionem ad creditorem transferat.) etiã ſi prius fecerit,aut facere tentauerit,quod non poteſt: nempe rem obligare cum non poſſet.Hæredis par hic eſt cauſa & conditio,cum ipſo debitore.d.l. Titio. de pigno.vt qui & ipſe reſiſteret improbè geſtis à defun-
9 cto.l.hæredem.l.ex qua perſona.de regul.iuris. † præſertim,quæ poſſunt exitum inuenire,ſi ipſe velit eſſe ratum:quanuis non tam ſolido iure,neque tam generaliter confirmetur hypotheca & hypothecaria actio,aduerſus quoſcunque poſſeſſores,quãdo dominus rei obligatæ ſucceſsit in ius debitoris,quam cum ediuerſo debitor ſucceſsit in ius domini.dicta l.rem alienam.

Quando verò agitur aduerſus alium poſſeſſorẽ,qui non habet cauſam dominij,aut ſuæ poſſeſsionis,ab eodem à quo creditor habet cauſam hypothecæ: hic om-
10 nium iudicio exactiſsima probatio requiritur,†nempe quòd debitor fuerit dominus rei obligatæ,vel ſaltẽ quòd eam in bonis ſuis habuerit,tempore conſtitutæ hypothecæ.d.§.quod dicitur.& l.ſi ab eo,& l.ſi ſuperatus.de pigno.Videlicet,vt quibus probationibus debitor vinceret poſſeſſorẽ,ſi cum eo rei vendicatione,aut publiciana actione contenderet:illis ipſis creditor eũ vincat hypothecaria actione.Ac proinde ex Saluiano interdicto agenti,facilior eſt probatio:in quo hoc ſolum ſpectamus,an hypothecam poſſederit debitor tẽpore obligatiõis,& poſſediſſe quidem omnino debet, an autem ſuum poſſederit, nihil ei refert. Contra verò ad Seruianam actionem, oportet vt ſuum, vel quod in bonis ſuis habuit,& obligauerit:ſed an poſſeſſum à ſe,nec ne,nihil hic refert.Paul.Caſt.ad l.rem.

Quando autem agitur aduerſus eum qui titulum &
11 cauſam habet ab eodem,á quo & creditor:†hic iã venimus ad illud quod cõtrouerſum eſt,& in varias partes iactatum.Nõ enim defuerunt, vt Cy.& Bar.ad l.cũ res.C.ſi alie.res pig.da.ſit.qui in poſſeſſore cõuento,diſtinguerent titulũ lucratiuũ ab oneroſo:ea.ſ.ratiõe, ꝙ cum debitorem,qui ipſe obligauit,diximus improbè reſiſtere,ſi ipſe negaret ſe ius obligandi habuiſſe, eiq; doli explicationẽ obſtare.d, l.ſi inter.§.ſi debitor.de pigno.Ita quoq;,hæc eadẽ exceptio obſtet ſingulari ſucceſſori titulo lucratiuo.arg.l.apud Celſum.§.de authoris.de diuer.& tẽp.præſcri. At certe hoc tunc ſolũ obtinet,quando ſingularis ille ſucceſſor actionẽ intenderet:non ſi ſe defenderet,tũc enim indiſtinctè dolus autoris obiici ei nõ poſſet.l.an viciũ.in prin.§.ex facto. de diuer.& tẽpo.præſcri.Hac igitur diſtinctione reiecta,ad alterum extremũ erit confugiendũ,videlicet,vt ſiue lucratiuũ,ſiue oneroſum titulũ habeat à debitore poſſeſſor,vtroq; caſu æque facilẽ conſtituamus probationẽ:atq; ſi contra ipſum debitorẽ eiùs ve hæredẽ ageretũr:vel vt vtroq; caſu æque difficilẽ,atq; ſi cũ eo ageretur,qui à debitore nõ habet cãm.Dt hoc certe plerique oẽs ſecuti ſunt:illud vero pauci ſed celebres.ſ.Sal. ad l.rẽ alienã.& ad d.l.cum res.Zazi.ad §.itẽ Seruiana. Inſtit.de act.Expẽdamus ergo corã rationes & funda-
12 mẽta.†Tertius(ĩquit Zazin⁹) poſſeſſor qui cãm habet oneroſam vel lucroſam,non põt referre quæſtionẽ dominij creditori,pignus hypothecaria actio ꝓſequenti. quia repellitur iſte tertius argumẽto relationis,parib⁹ terminis ſeruatis.Vt ſi obiiciat tertius poſſeſſor creditori,ꝙ debitor nõ potuit ei obligare,vtetur relatione: ergo nõ potuit tibi vendere vel donare ſi nõ fuit domi-
13 nus.Sed ꝓfecto†hoc relatorio argumẽto nõ recte vtetur creditor, nec bene retorquet in poſſeſſorẽ,nõ ſolũ ob id,ꝙ vẽditionis & oppignorationis multũ diuerſa cã ſit,cũ poſsit aliena res vẽdi & ſciẽti dũmõ furtiua nõ ſit,l.rem alien.l.ſi in empti. §.idem ſi empt.de contrah. empt.ita vt cõfirmetur omnino dominiũ emptori,ſi qñ illud vẽditori poſtea obuenerit,l.ſi quis alie.de act.empti.Pignori verò dare nõ poſsit,& minime quidẽ ſcienti,cui,non quoad actionem,ſed quoad ſolam retentionem,cõfirmaretur dominio ſuperuenienti debitori,l. in verb.difficilius.de pignor.verumetiam ex eo, quòd quanuis poſſeſſor & creditor ab eodem habeant cauſam,intrepidè tamen obiiciat poſſeſſor creditori , non eſſe ei iure rem obligatam,nihil per hoc ſui iuri detrahens.Fac enim rem eſſe prius emptam,aut ex cauſa donationis,permutationis,vel alia acceptam,quam obligatam.Quis hic negabit potiorem eſſe cauſam poſſeſſoris?atqui ordinem obligationis & venditionis deberet,vt mox dicetur,ipſe creditor probare,idque ei nõdum ad victoriam ſufficeret,niſi & probet,debitorem ius habuiſſe conſtituendi hypothecam eo ipſo tempore:quod ſi non præſtet,vincet poſſeſſor,vel ex ſolo poſſeſsionis commodo,creditorem,ſcilicet vendicante debitore dominium,& non probante,manet ſuo loco poſſeſsio §.cõmod.Inſti.de interdict.Aut ſi is ſit poſſeſſor, qui à debitore publiciana ſuperari poterat , tunc quoque vincet creditor , ſi hoc ſaltem probet, quòd tempore obligationis debitor eam rem in bonis habuit,l. ſi ab eo.de pig.quòd ſi neutrum probet creditor,nõ audietur contendens adipiſci poſſeſsionem,quam poſſeſſor iam habet,& tenet.At inquies:alienum,& forte mala fide poſsidet.quid tum poſtea titulum ſuæ poſſeſsio-
14 nis edere non compellitur,l.cogi.de pet.hæred.† neq; magis ei obeſſe debet,quòd adeptus ſit eam rem à debitore,quæ dicitur obligata , quam ſi nullum omnino titulum ſuæ poſſeſsionis,aut autorem diceret,imò forte nec haberet,Bald.ad l.de rebus.in fi.C.de dona.propter nup.Quòd ſi forte ipſe creditor allegauerit,&probare velit,quòd poſſeſſor à debitore habeat cauſam,nihil efficit,niſi quòd hoc doceat,quòd non licuiſſet autori,à quo poſſeſſor cauſam habet,excipere de iuris ſui defectu:ſed an propterea nõ licebit huic ſingulari ſucceſſori,cui poſsidenti iam diximus non nocere dolum autoris?Et vt paucis finiam,creditor,ſi vincere volet, in iure ſuo confirmando,& non in poſſeſſoris iure infirmando, in relatorio argumento fiduciã omnem habere debet,l.ſi ſuperat.de pig.Quod perpendẽs diligẽter Salicetus,paulo acutiore ratione opinionem ſuam cõfirmare niſus eſt.Nempe,quod tertio poſſeſſori, qui cauſam à debitore habet , nunc neganti rem in bonis debitoris fuiſſe : obiici poſſit dolus , non quidem ſui
15 tantũ autoris,ſed & ſuus proprius. †quaſi nũc improbane-



ba neget,quod paulò ante videtur confeſſus cùm emeret,donatum acciperet,vel ex cauſa permutationis ab ipſo debitore,vel à domino.Sed hic iam fallitur, tum quod ipſe poſsit,vt diximus,iure emiſſe ab eo qui non iure obligauit:tum etiã, licet quis ab aliquo emat,vt à domino,vel ſperans eſſe dominũ,non empturus,ſi ſciret,non eſſe dominum,vt non poſſet poſtea hoc in iudicio negare.glo.j.ad verb.à non domino.& ibi Ange. de public.act.& ab alio quem poſtea reſciuit meliore iure eſſe dominum,eandem rem adhuc emere. Poſtremò,quemadmodum ſi creditor cum creditore certet de pignore,priorem aut alioqui potiorem probare ſe
16 debet,qui vincere volet,† ſicque nõ ſuperabit poſſeſſorem,qui ab eodem debitore cauſam habet,niſi probet prius rem ſibi obligatam,quę poſſeſſori ſit vendita aut donata,etiamſi fortè vtrunq; eodem die inueniatur eſſe factum.Non enim probaret ſibi iure obligatã eſſe,ſi non probet,prius eam obligatam, quàm venditam,aut donatam.d.l.de rebus. Aut ſaltem antequam ex cauſa venditionis,aut donationis tradita eſſet.l.vlt. §.Lucius.de do.non tamen debebit creditor vtrunq; tempus,videlicet tam venditionis alij factæ,quàm ſuæ hypothecæ probare,quod plerũque ei impoſsibile eſſet,ſed probante eo tempus ſuæ hypothecæ,ſi nõ probet poſſeſſor aliud præcedens tempus ſuæ emptionis, creditor hac in parte vincet.Bald.& Fab.in d.l.de reb⁹. Quicunque enim fundamentum intentionis ſuæ conſtituit in tempore,hoc ei probãdum eſt.Accur.& Bar. ad l.eum actum.de negotiis geſtis.Barto.& alij ad l.nõ ſolum.§.ſed vt proba.de no.oper.nunt.Bal.& Salice.ad l.vlti.Sed hinc excipiunt fiſcum plerique omnes.ſ.Bar. ad d.§.quod dicitur.Ang.& Fulgo.ad dictã l.de rebus. putántque poſſeſſorem,aduerſus quẽ agit fiſcus,eo onere grauari,vt ipſum probet ſe accepiſſe emptum,donatum,aut ex alio quolibet titulo,priuſquam is à quo accipit,fiſci rationibus obligaretur.l.j.C.de iure fiſci.
18 lib.10.† quod quãuis & hoc tempore argumẽtũ iſtud latiſsimè tractantibus viſum ſit,vt domin.Matth.Gribald.ad l.non puto.de iure fiſc.dubitauerim tamen ſequi.Et cum vtatur fiſcus iure communi,vbicunque nõ inuenitur tributum ei ſingulare priuilegium,require-
18 rem manifeſtiorem aliquam probationem † ad illud, quod nunc tractamus,præſertim tã generaliter aſſumptum,vt quiſquis quocunque titulo poſſederit,quod à debitore fiſci eſt nactus,ipſe debeat probare ſe accepiſſe,priuſquam is fiſci fieret debitor. Neque ſatis argumẽti eſſe puto in ea conſtitutione,quæ ad id citata eſt, ac ſola ab omnibus citatur,cùm in ea mentio fiat ſolius donationis,& quidem in liberos factæ à patre, tã egero,vt nũc fiſcus qui cæteris creditoribus ſolet pręferri,debeat perquirere bona quondam eius debitoris,nũc verò ab aliis poſſeſſa,ex quibus ei ſatisfiat. Adde quod non ſatis cõſtet,eo loco agi de hypothecaria actione fiſco competẽte,magis quàm de reuocatoria. Ad hanc enim potius,quàm ad hypothecariam ſpectare videntur hæc verba: *Quod citra fraudem creditorum geſtum eſt,non reſcinditur.* nam ad hypothecariam nihil facit,an fraude,an abſque fraude alienauerit debitor.quod ſuis creditoribus erat obligatum. neque tendit ea actio ad reſcindendum alienationem,ſi-
19 cut Pauliana reuocatoria. † Et vt demus hypothecariam quoque actionem fiſci ibi ſignificari: hoc tamen conſtat,quòd ibi donatio,non venditio facta ſit, in cõiunctiſsimam perſonam,nempe in ipſos liberos collata,quales donationes non ſolent fraudis ſuſpicione carere.l.data.de donationibus.maximè quando,euentus reſpondet,& conditio,ſiue tenuitas facultatum eius, qui diceretur donaſſe,idipſum quoque hoc facit veriſimile. Quanuis ergo hoc caſu ad diluendam fraudis ſuſpicionem iniuncta eſſet liberis donatariis neceſsitas probãdi perfectam donationem fuiſſe, priuſquam pater donator obligaretur rationibus fiſci,Idque ſingulari iure ſic eſſet conſtitutum,in fiſci fauorem,coniuncto aliquo odio ſuſpectæ donationis collatæ in liberos ipſos,an hoc mox æquo iure putabimus trahen-
20 dum in conſequentiam ad alios† quoſcunque poſſeſſores,& ex quocunque titulo poſsidentes, vt & his omnibus,quantumuis diſsimiles caſus ſint,dicamus ſimilem neceſsitatem probandi imponi?pręſertim,cùm in illa conſtitutione non ſit dictum negatiuè ( ſicut alio loco,in dicta lege in rebus. in verbo , ſi non prius. *ſi non prius eas ſibi donatas probent* ) ſed affirmatiuè: *Si priuſquam fiſci rationibus pater veſter obligaretur , perfectam donationem prædiorum feciſſe fuerit probatus , &c.* Eſto igitur,quòd hic poſſeſſores (ſcilicet liberi ex donatione paterna poſsidentes)ſic effugerunt periculum, ſi hoc probent , vt non reſcindatur quod geſtum eſt citra fraudem , cuius omnis ſuſpicio ſic erit diluta:ex eo tamen non ſequitur,quòd ſi id non probent,ſtatim donatio debeat reſcindi.

Quin etiam in his verbis dictæ conſtitutionis, *perfectam donationem* , dici poſſe conſiſtere præcipuam vim , quaſi dicas, quòd non qualiſcunque donatio aliis ante facta excludit fiſci actionem : ſed ea demum , quæ perfecta inuenietur traditione. nam cum in finibus promiſsis ſtat donatio , ſi antequam tradatur res donatarij,obligetur alij,recte erit conſtituta hypotheca,d.l.vlti.§.Lucius.de donat.

Nunc verò omnium poſtremo videamus, *Quæ in hoc iudicio hypothecariæ actionis partes erũt iudicis.*
21 †Et profecto,ſi reus conuentus cõfeſtim reſtituat rem obligatam creditori,vel ſoluat pecuniam ei debitam, abſoluendus eſt.d.§.in vendicatione.verſi.ſi vero poſſid.vel ex ſola illa generali regula,quę habet, Omnia iudicia eſſe abſolutoria in §.vlt.Inſtit.de perpet.& tẽ-
22 po.act. †nimirum potentia,hoc eſt,in reo eſſe ſitum,vt poſsit abſolui,ſi non expectata condemnatione faciat quod petitum eſt.quam quidem regulam tametſi plerique omnes,vt Bart.Pau.Caſtrenſ.Alex.Iaſo.ad l.iuſiurandum.& ad pecunias.§.vlt.de iureiurand.intelligãt de abſolutione ab obſeruatione iudicij,ſiue ab inſtantia iudicij:malim tamẽ pauciores,in quibus Fulg.hic. & in d.§.vlt.l.iuſiurandum.& Faber in d.§.vlti.de perpet.& tempor.actionib.meliora docentes hic ſequi:Videlicet,quòd reus vltro id faciens,antequam condemnetur,veniat diffinitiue poſt litem conteſtatam abſoluendus à petitione agentis,quod ſi ante litem conteſtatam feciſſet,iudicium ſuſcipere non debuiſſet.l.ſi reus paratus.de procurat.Quemadmodum is,qui non poſſidet,abſoluitur(vel ipſo Accurſio teſte in d.§.in vendicatiõe.in gl.ad verba.abſolui debet.) per diffinitiuam ſentẽtiam à petitione agẽtis.ſaltem addita cauſa : quia nõ poſsidet,ne putetur ex defectu iuris agentis ſic eſſe iudicatum,Fulg.in princ.d.§.in vendicatione. Et certe æque eſſet abſoluendus,qui rem reſtituit,& qui nõ poſ-
23 ſidet,†dixit Iuriſconſultus in d.§.in vendicatione.Hi autem abſoluuntur diffinitiue à petitione agentis:ergo & illi ſic abſoluendi ſunt.Idque recta ratio exigit videlicet,quod is qui rem poſsidet,& eam reſtituit, debeat ab illo abſolui,in quo fuiſſet condemnandus , ſi cum poſsideret,non reſtituiſſet . Condemnaretur autem ad reſtitutionem,& ab eo quod in actione eſt:ab il-
24 lo ergo nunc abſoluatur.†Poterit enim documenta habere ſententiæ abſolutoriæ pro ſe latæ, cum forte reſtitutionem vel ſolutionem ſemel à ſe factam probare non poſſet,Faber in dicto §.vltimo de perpetu .Neque aliud puto voluiſſe Theophilum in dicto §.vltimo de perpet.cum diceret, quòd debeat iudex liberatum ab actione dimittere , & pudori eius parcere : nec ob id condemnare , quòd lis cum eo conteſtata ſit , eo tempore quo fuit in cauſa condemnationis. Sed nec multum eſt ponderis in eo fundamento , quo alij in contrariam partem mouentur : Videlicet,

quòd ſolutio tollat funditus obligationem,ita vt ipſo iure actio in perſonam deficiat,quaſi ob id non inueniat abſolutio iudicis à quo liberet,& à quo reum abſoluat.Nam à petitione,non ab obligatione abſoluit iudex.& quid refert,an reus nunquam re vera fuerit obligatus,an verò iudici probatum non ſit,eum obligatum eſſe?hoc tamen caſu definitiuè,à petitione,& non ab inſtantia tantum iudicij,abſolueret iudex.Idipſum ergo & tunc faciat,cum pendente iudicio,ſoluit reus, deſiítque deberi quod petitum eſt.Alioqui ſi veram abſolutionem reſtrinxerimus ad eas tãtum actiones,quæ ipſo iure competunt,ſed exceptione elidũtur : per quã exiguus erit earum vſus,& nec is poſſet abſolui,qui ante acceptum iudicium ſoluiſſet.

Sed etſi poſſeſſor non reſtituat rem,caueat tamen ſe reſtituturum,cùm forte longius abſit,æquè abſoluitur d.§.in vendicatione.verſicu.ſed ſi velit.exemplo rei vẽdicationis in qua idem ſeruatur.§.etſi in rem actum.Inſtit.de offic.iud.de qua cum fideiuſſore cauere debeat, 25 †profectò nec hic in hypothecaria actiõe(quæ & ipſa in rem eſt)aliter aut minus erit cauendum, ita vt nec eum excipiamus,qui euidentiſsime locuples eſt:quandoquidem offerens reſtituere iam ſe ſuo iudicio ipſe condemnet.neque hic verſamur in præambulis litis,vt in cautione ſiſtendi iudicij cauſa,vbi cum adhuc incertum eſt,quis erit iudicij exitus,abſoluetur an condẽnabitur reus,parci ſolet poſsidentibus immobilia.

Eſt quoque vbi in condemnatum adhuc debet iu- 26 dex extendere officium ſuum,†in æſtimanda lite:Videlicet,ſi victus poſſeſſor rem non reſtituat,l.ſi inter.§.ſi res pignora.de pig.quæ quidẽ æſtimatio non vno ſemper modo fit.Nam aduerſus debitorem non pluris æſti- 27 matur,quam quanti vere debet:†pluris enim creditoris nunquam intereſt:Imo ſi quid amplius ,ex pignore, eiuſve occaſione,ab alio quam debitore conſecutus eſſet,totum hoc debitori reſtitueret,l.ſi pignore.de pig. acti.quomodo ergo exigeret à debitore, quod ab aliis exactum debitori redderet.l.liber homo.2. de verborũ obligat.Neque hic prætendere poterit creditor pluris ſua intereſſe,vt hypothecaria actione poſſeſsionem ad ſe aduocet:nempe vt eam deinde retineat ob chirographariam quoque pecuniam:hoc enim commodum re- 28 tentionis eſt ſolius poſsidentis. † & non expectat ad perſequutionem vel actionem,quod omnes cum Bart. in d.§.ſi pignor.admittunt,in eo qui nunquàm pignus poſſedit,& ſic quoque poſſeſsionem non amiſit quam repetat.Sed & idem admittendũ.d.l.ſi fundus.§.ſi pluris.de pign.in illo qui aliquando poſſedit, & à poſſeſſione cecidit:non enim ob illud pluris æſtimabitur lis, quod non venit in litem aut actionem,quæ quidem euitaris poterat.Et cõdemnationis factæ executio eius effugietur,ſi hoc offeratur debitum, pro quo res fuit obligata: ſic enim ceſſabunt cõditiones,quas diximus ineſſe hypothecariæ actioni.Quod vſque adeo verum eſt,vt etiamſi pluris condemnatus ſit debitor,quàm verè deberet,cùm fortè iudex in contumaciam eius non reſtituẽtis rem obligatam id crederet licere:æque adhuc,ſoluto ſolo debito,liberabit hypothecã.d.l.ſi fundus.§.ſi pluris.de pignor.imò & ſeipſum ab actione iudicati,cùm nihil in perſonali,ſed ex hypothecaria,quę in rem eſt,& qua cum debitore tãquam cum quolibet poſſeſſore agitur,eiúsque eſt talis conditio,vt quãdocunque oblato debito ab hypothecaria actione, imo & condemnationis factæ executione,liberetur poſſeſ- 29 ſor,†quemadmodum ab ea actione,quæ ex cauſa euictionis proponitur,liberatio contingit,oblata emptori re empta.Bald.hic.Aduerſus alium verò quemcunq; poſſeſſorem pluris lis æſtimabitur,cùm etiã pluris in- 30 terſit creditoris,† eo quòd actione pignoratitia teneatur ſoluto debito,reſtituere pignus debitori,quod ab eo accepit,etiamſi abſque culpa poſſeſsionem amiſerit,quãuis hoc in furti actione diſtinguatur.l. ſi pignore.in fin.famil.erciſcund.nam cùm creditor procurator ſit debitoris.l.eũ qui idem ſcribit.verſi.hoc ita.de furtis.hoc ipſum quodammodo ei ad culpam cederet, quod cùm poſſet non experiri hypothecaria actione. Fulg.in d.§.ſi res pignorata.arg.l.j.in fi.Vſusfruct.quẽadmo.caueat.Ita vt etiamſi non ſit ei vnquam traditũ pignus,æque iſtud procedat,cùm hypothecaria agẽs, conſecutus erit extremum,quod eſt ex natura hypothecariæ actionis,nempe poſſeſsionem rei obligatæ: quæ deinde ſoluto debito,reſtituenda eſt debitori:eíque pignoratitia ad hoc datur actio,quanuis ipſe nunquam re contraxerit obligationem,nec pignus tradiderit.quandoquidem occaſionem nanciſcendæ poſſeſſionis,ſola hypothecæ conuentione creditori dedit.

Neque in his verſari dicemus iuſiurandum in litem, ſaltem affectionis,bene tamen veritatis,:cùm æſtimare iudex ſine delatione iuſiurandi non poſsit rem,quæ non extat.l.in actionibus.in fin.de in litem iurand.Et quãuis hic æſtimatio haberi poſsit extrinſecus ex quãtitate debiti,præſertim ſi cum debitore agatur:hoc tamen ita ſolum eſt verum,vt litis æſtimatio nõ excedat debitum:ſed poſſet infra conſiſtere:cum non idonea eſt hypotheca in totum debitum. l.creditor qui non idoneum.Si certum petatur.

FINIS.



# PETRI VANDERANI

## IVRISCONSVLTI, DE PRIVILEGIIS EORVMQVE ORIGINE Περιλεγόμενα.

DE priuilegiis creditorum tractaturus,cõmode facturus videor,ſi primum quædam in vniuerſum de priuilegiorũ iure in medium adferã, remq; hanc à fronte, atque ab ouo (quod aiunt)& ab ipſa prima origine,repetam,nequis falſa perſuaſione inductus,Ius ſingulare,vtpote iuri communi contrarium,atque cum legibus pugnans reiiciat, deq; eo tractationem inſtitui indignũ eſſe autumet.mirum enim alicui non iniuria videri poſsit, cur à Veteribus conſultis priuilegia inducta ſint,ꝙ legibus,atq; proinde ipſi rationi repugnet.l.Iusſingulare. ff.de legib.Cũ nanq; priuilegiũ(authore Cicerone,in oratione ꝓ domo ad Pontifices,& apud Gelliũ noctium Atticarum lib.1.c.20.) ſit,ſi in priuatũ rogatio feratur:oportet ſane,vt ille in quem rogatio fit,cuiq; priuilegium irrogatur,à legibus atq; à iure cõi eximatur.Quo quid eſt iniuſtius?cũ legis hæc vis ſit(Ariſtotele Polit.3. & Cicerone de legi.authoribus)ſcitũ & iuſſum eſſe in oẽs. Si enim lex omnis ex æquitate conſiſtat,atq; is demum iuſtus dicatur,qui legibus obtẽperat,certè alicui priuilegiũ irrogare,anſamq; præbere,legibus quo minus ſtare teneatur,iniquum ſit neceſſe eſt.Si,inquam,recte Ariſtoteles Ethic.5. τὴν παρανομίαν, ὠδεῖχειν πᾶσαν τὴν ἀδικίαν, καὶ νόμιμον δίκαιον, καὶ παράνομον ἄδικον,appellauerit,peccaſſe certe videbuntur,qui iuris ſingularis primi inuẽtores extiterunt,cum eidẽ authores fuerint,cur ij quibus priuilegia indulta fuerunt, leges minus obſeruarent, & proinde in ſummam iniquitatem inciderẽt. Quinetiam ſi ſummo Philoſopho Platoni credamus, nulla ratione priuilegia in repub.admittenda videbũtur,præcepit enim ille 6.de legi.monetq; hoc potiſsimũ in republica cauendũ eſſe,ne legibus iam cõſtitutis aliquis cõtra eas facere permittatur,ſiue ſinguli,ſiue populus hoc conetur.Quod quidem Platonis præceptũ maxime rationi conſentaneũ eſſe nemo eſt qui dubitat:niſi enim id firmum,ratũq; apud oẽs legiſlatores obſeruetur,quã inualidæ futuræ ſint leges,omnibus conſtare arbitror.Cũ enim omnes æque libertatis ſtudioſi ſint,liberumq; quiduis agendi arbitrium ab omnibus æque expectatur,non dubium eſt,quin id quod vni concedatur priuilegium,omnes in exemplum trahant.atque his aliisque Philoſophorum ſententiis obſecutus Vlpianus,iura nõ in ſingulas perſonas,ſed generaliter conſtitui aſſeruit, in l.iura. D.de legib. quin & Demoſthen. in priore oratione in Ariſtogytonem. q̃ citatur l.2.D.d.tit. νόμῳ (inquit) πάντας προσήκει πείθεσθαι. Papinianus quoquo noſter legem commune præceptum eſſe voluit, in l.D.de titul.vt ei omnes æquo iure obtemperent,nec vni concedatur, quod non item & alteri,ſed ius omnibus commune ſeruetur. Atque ipſe etiam Paulus in dicta l.ius ſingulare. cum de priuilegiis agit, contra tenorem rationis ea inducta eſſe aſſerit. Quod quidem ſi verum fateamur, aut priuilegiorum iura tolli æquum videbitur, cum contra tenorem rationis inducta ſint, atque eæ ſolum leges valere debeant, quæ maxime æquitati ſint coniunctæ, Ariſtoteles quinto Ethicor. & l.in omnibus.ff. de regulis iuris. aut vero æquitati & naturali rationi per humanas conſtitutiones derogari neceſſario fatendũ eſt.Quanuis tamen his & ſexcentis aliis,tum Philoſophorum ſententiis, tum Iuriſconſultorum reſponſis priuilegiorũ dignitas multũ iminui non ſine cã alicui videri poſſet,errat tñ longe noſtra quidẽ ſñía, qui hiſce ratiõibus adductꝰ, minorẽ priuilegiis attribuit authoritatẽ.Vt aũt huiuſmodi opiniones è quorũdã mẽtibus euellãtur, pauca nũc de Philoſophorũ atq; Iuriſcõſ.inter ſe cõciliatiõe dicere, nõ incõmodũ erit. Sumemus igitur eũ locũ,qui in hac cõtrouerſia pcipuus eſt,ex Paul.li. ſingulari de iure ſingulari.Ille itaq; cum priuilegia cõtra tenorem ratiõis inducta eſſe aſſeruit, hoc nobis dicere viſus eſt,cõtra iuris cõſtitutiões ſumma cũ æquitate & ratiõe(ſine qua equidẽ leges cõſiſtere nõ poſſunt,5.Eth.& l.1.D.de iuſt.& ius)in vnũ cõgeſtas priuilegiũ à legiſlatoribus indultũ eſſe.Et quidẽ licet ex ęquitate leges oẽs tãquã ex vberimo fonte fluãt, nec tamẽ æquitati derogatur, ſi legi derogetur. Leges enim in vniuerſum(vt inquit Vlp. in d.l. iura. D.de legi)& generaliter feruntur. Quod ſi tamen cuiuſque natura probe inueſtigata, cauſã in aliquo inueniatur, cur Priuilegium merito illi denegari non poſſit, ſuadet certe ratio, vt huic priuilegium indulgeatur, atque vt plus vni præ alio ob iuſta merita cõcedatur. Quæ certe cauſa, & priuilegij irrogandi ratio, ſi æque apud omnes reperiatur,eandẽ omnibus legẽ præſcribet æquitatis ratio.Cum enim æquitas & ratio(vt iã demõſtratum eſt)ſint legum primæ cauſæ atque origines,eæq; iura omnia cõſtituerint:cõcedendum ſane eſt,vt eadẽ æquitate impellẽte mutẽtur, & pro vtilitate humana flectantur, vt quo vinculo leges colligatæ fuerint,eodẽ diſſoluãtur.l.nihil tam naturale 35. D. de reg.iur.c.1.extra eod.ti. naturalis enim ratio indagata hominũ cõditione,lege in vniuerſum latam,pro parte mutari debere docet.Leges nanque ex iis conſtituuntur,que plerunque accidere ſolent.Quod quidem ſi in aliquo leges huiuſmodi vſus,inutiles eſſe demõſtret, ſtatim eas mutãdas & remittendas eſſe certũ eſt: vt enim non omnium iidem ſunt mores, non eadem conditio & natura,certe nec eaſdem leges eſſe debere ratio poſtulat.Nam ſi recte ab Ariſtotele traditur, ὅτι δεῖ πρὸς τὴν πολιτείαν κεῖσθαι τοὺς νόμους hoc eſt, leges ad rempub. accommodandas eſſe,certe leges hominum vſui attẽperare neutiquã abſurdum erit.Ne quis autem cauſetur,legum mutationem multis malis eſſe obnoxiam, ſciendum eſt,non in eum finem latas eſſe leges, vt ſemper eandem apud omnes habeãt authoritatem:verum ſi quid lege cõpræhendatur, quod non omnibus æque conueniat, illud mutari æquitas facile patitur : neque hoc principi,aut legiſlatori denegare poſſumus vt eos beneficio afficiat,quibus ſuccurrendũ eſſe ratione docemur.Ideoque recte à Catone apud Liuium pronunciatum eſt, in oratione pro lege Oppia.De cadis.4. libro 3.nullam legem ſatis commodam eſſe poſſe,id modo quæri,ſi maiori parte,& in ſummã proſit,quod cuiquam (inquit) officiet, ius id deſtruet ac demolietur, &c. Valerius quoque cum ei Catonis orationi in ſenatu reſpondit :, Ego(inquit eodem loco apud Liuium: vbi oppugnat legem Opiam. ) nullam legem perpetuæ vtilitatis cauſa conſtitutam, abrogari debere fateor,niſi quam aut vſus coarguit,aut ſtatus reip. inutilem fecit.Et plato equidem, ſumpta à pictore comparatione,pulchre tandẽ idipſum perſuadet.Nam ſi quis animal pingere inſtituerit,quod non ad peius, ſed ad melius futuro ſemper tempore progrediatur : continget equidem, vt ſi nullum in arte ſucceſſorem habeat, qui,ſi quæ mutatio in animali acciderit,inſtauret, vel id quod ob artificis imbecillitatem omiſſum eſt, adijciat:eueniet, inquam, vt illud opus non perpetuum ſit,ſed breui ſpatio cum artifice intereat. Idem euentus in legibus etiam conſpiciendus eſt. Si quid enim relictum ſit, quod omnium vtilitati non videatur fauere,id à legiſlatore paululum remittendum eſt.Hanc igitur boni legiſlatoris voluntatem ſtatuit Plato, vt

principio quidē leges ſufficienter,&pro viribus conſcribantur:deinde periculo rerum facto,& procedente tempore tam amentem legiſlatorem non admittit, qui ignoret talia ſibi multa relinqui,quæ emendatione ſucceſſoris indigeant:vt reſpublic.non peior, ſed melior ſemper,ornatiorq; efficiatur? Quis vellet apertiorem hac de re cenſuram? Quis etiam grauiorem? cum à ſummo Philoſopho profecta ſit, cuius authoritatem temere reiici non poſſe,quis eſt qui dubitat? Acceſsit & huic ſententiæ Ariſtoteles optimus huius rei cenſor. ait enim ille 5.Ethic. legem omnem generalē eſſe:eamque,quoniam de toto genere nōnullarum rerum commode loqui non poteſt,cum autem id neceſſe ſit,nec id recte effici poſsit,id vnū accipere,& deſignare quod frequentius ſolet contingere, non ignarā peccati & tamen recte latam dici. Culpa enim eſt non legis quidem,nec legiſlatoris,ſed rerum naturæ, quæ ſtatim talis eſt. cum igitur lex generaliter ſtatuit,& aliquid contra generalem legis comprehēſionem in iis rebus exoritur,tum accidit percommode, vt qua parte ſcriptor legis aliquid prætermiſit, ac peccauit, id quod prætermiſſum eſt,corrigatur,quod etiam legiſlator,ſi adeſſet,admoneret,de eoque ſi ſciuiſſet,legē tuliſſet. Idē quāta grauitate,quam diſerte alio loco hæc expreſsit? (2.Polit.) περὶ δὲ τούτοις (inquit) οὐδὲ τοῖς γεγραμμένους ἐᾶν ἀκινήτους βέλτιον, ὥσπερ γὰρ, καὶ περὶ τὰς ἄλλας τέχνας καὶ τὴν πολιτικὴν τάξιν ἀδύνατον ἀκριβῶς πάντα γραφῆναι. καθόλου γὰρ ἀναγκαῖον γραφῆναι, αἱ δὲ πράξεις περὶ τῶν καθ' ἕκαστόν εἰσιν, ἐκ μὲν οὖν τούτων φανερὸν, ὅτι κινητέοι, καὶ τινὲς, καὶ ποτὲ τῶν νόμων εἰσίν. Atque hac quidem ſentētia leges cum neceſſario in vniuerſum dicāt,atque omnibus pro varia hominum natura,variiſq; circunſtautiis conuenire nō poſsint, aliquando mutandas eſſe probat Philoſophus. Statim enim legibus latis eæ circunſtantiæ incidere poſſunt, iiſque homines ſeſe offerre, quibus priuilegia merito principes denegare nō poſſunt,cuius pulchrum inter alia extat in Pandectis noſtris exemplū. Ait enim Paulus in l.ad beſtias.D.de pœnis. Ad beſtias damnatos fauore populi non debere dimitti:ſed ſi eius roboris, artificisve ſint,vt dignius populo Romano exhiberi poſſint,Præſidē à Principe ſupplicare debere. Exēplū habemus in Marco Cicerone,qui per Pōponiū à Senatu ob ſingularē artis Oratoriæ peritiā,ab exilio decē mēſium reuocatus eſt. In Menandro itē Iuriſconſ.de quo, cū ab hoſtibus captus eſſet,lex lata eſt,vt Ciuis Romanus eſſet,ꝙ in iure vnice excelleret. Aliter Alciatus de reſpōſo Pauli iudicauit in Parer. Ideoque ſumma hac ratione adducti Veteres 12. Tabula. legiſlatores ſimul cum legibus ius ſingulare induxerunt. Atq; cū vtriuſque cauſa ſit æquitas & naturalis ratio,merito ab eodem fonte,& lex,& priuilegium profluxerunt,extat enim hac de re lex 12. Tabul.apud Ciceronem, quæ vetat ferri in aliquem priuilegium,niſi Centuriatis Comitiis. Tum leges(inquit 3.de legi). 12. Tabu.tranſlatæ duæ,quarum altera priuilegium tollit:altera de capite ciuis,niſi maximo comitiatu rogari vetat,nondum inuentis ſeditioſis Tribunis plebis negociolis. Admirādum maiores tm̄ in poſterū prouidiſſe,in priuatos homines leges ferri noluerunt: id eſt enim priuilegium, quo quid eſt iniuſtius? cum legis hæc vis ſit,ſcitū & iuſſum eſſe in oēs,ferri de ſingulis, niſi Centuriatis Comitiis noluerunt. Deſcriptus enim populus cenſu,ordinibus,ætatibus,plus adhibet ad ſuffragium auxilij, quā fuſe per tribus conuocatus. Quoniā itaq; in ipſis priuilegiis rogandis Romani Veteres ſolennitatē adhibuerint,ex eo patet optime,ꝙ nō niſi centuriatis comitiis ferri voluerint. Quibus equidem comitiis,vt nihil niſi quod ſerium & arduū eſſet peragerētur,ita etiam mirandam in eis cæremoniam poſtularūt. Quos ritus,vt facilius Decemuirorum conſilium omnibus perſpectum ſit,breuiter ex Dionyſio Antiquitatū Romanarum libro ſeptimo licet perſtringere. Primo aūt ex eo ſciendum eſt,centum nonagintatres fuiſſe Centurias,eaſque in ſex Claſſes, quas Græci κλάσεις vocarunt,diuiſas fuiſſe. Hac tanta copia in campum Martium deducta,prima vocabatur ad ſuffragium, cuius cenſus maximus erat, in qua cenſebantur equitum octodecim centuriæ,octoginta peditum: ſi quidem hæ conſentirent,finis erat ſuffragiorum,nec ad alias trāſibant:ſin minus,acceſſum fuit ad ſecūdam claſſem viginti duarum centuriarum. atq; ij ſuffragia inibant: ꝙ ſi ne tum quidem conuenirent calculi,ad tertiā,& deinde ad quartam deuentum eſt:idque eouſq; progreſſum eſt, donec nonagintaſeptem conſentirent ſuffragia. Quod ſi ne tum quidem contingeret, (quod perrarum erat & pene ἀδύνατον) centum nonagintaduabus centuriis pari vtrinque numero diuiſis in duas ſentētias,deueniebatur ad vltimam centuriā,quæ pauperū erat,eaq; alterutri parti accedens,alterā ſuo ſuffragio præpōderare fecit. Atq; hinc quidem perſpicere licet, quantā Romani Veteres in legum derogatione ſolennitatē vſurpauerint,quā non fruſtra leges ſumma cū diligentia latas aboleri paſsi fuerint. Cum enim multis in Repub.periculis facilis legum innouatio (vt iā oſtendimus) obnoxia ſit,ſumma certe ratione omnem quam potuerunt diligentiam, omne ſtudium & iudicium mutandis legibus,irrogādiſq; priuilegiis impēderūt. Nec enim fruſtra tot cæremoniæ & ſolēnitates adhibitæ ſunt:ſed ea ſolennitatis inuētæ ratio fuit, ꝙ populus cenſu,ordinibus,& ætatibus deſcriptus,plus ad ſuffragiū iudicij adhibeat,quā fuſe (vt inquit Cicero) ꝑ Tribus cōuocatus. Apud exteras ēt gētes minori paulo cōſilio geſtā hāc rē eſſe legimus. Saleucus enim, vt legē ſanctā moturus,aut nouā inducturus,vbi iā de lege agēdū erat,collo vt laqueū iniiciat, ꝑcepit (citatis in procœmio legū à Gnomologis) vt quidē,ſi omnium ſuffragiis lex q̄ alij derogarit, recepta fuerit,indēnis:ſi vero aut prior melior fuerit,aut poſterior priori derogatura,iniuſtior,laqueo attracto moriatur. Quin & Plato eandē fere,quā xij. Tabulæ diligētiā in legibus abrogādis & cōſtituēdis requirit. Cū enim neceſſe ſit in his q̄ multa paruaq; ſunt, nōnulla in prima legumlatione ꝑtermitti, vt ea ſequētes Magiſtratus vſu rerum cōmoniti corrigāt,atq; moueāt,donec ſatis diſcuſſa & approbata fuerint,præcepit. Requirit ēt,vt illa per experientiā emendatio viuo legiſlatore ſimul cū illo fiat:ſi deceſſerit,vt ſinguli Magiſtratus ad legū cuſtodes de ſui Magiſtratus defectu referant, emēdentique, donec omniū ſuffragiis omnia apꝓbata fuerint. tum demum,vt has leges ratas habeant,vtanturq;,nihilq; ſua ſponte moueant. Quod ſi vero neceſſitas aliquando poſtulet, vt magiſtratus & populus vniuerſus vna conſultent, & omnia Diuorum petantur oracula, monet. Hinc cuiuis perſpicere licet,quam non temere leges per priuilegia mutari apud veteres tum exteros, tum Romanos licuerit:quantaque cum ſolennitate iura ſingularia conſtituerint,ne iuri cōmuni per humanas conſtitutiones non deliberato conſilio derogaretur. Athenienſes etiam,vnde plurimas leges hauſerūt Romani,l.2.D.de origine iuris. maximas cæremonias irrogādis priuilegiis adhibuerunt, quippe eorum lex de inducendo iure ſingulari, Demoſthene authore, in oratione contra Ariſtocratē,eiuſmodi fuit, μὴ νόμον ἐξεῖναι ἐπ' ἀνδρὶ θεῖναι, ἐὰν μὴ τὸν αὐτὸν ἐπὶ πᾶσιν ἀθηναίοις, ἐὰν μὴ ἑξακισχιλίοις δόξῃ κρύβδην ψηφιζομένοις. Admirandum ſane antiquitatis hoc conſilium, quæ ſicut non niſi earum æquitate perſpecta, ferri voluit ita nec iiſdem inconſulto derogari æquum putauit. Quantam enim diligentiam Veteres ad leges æquas ferendas adhibuerint,nulli ignotum eſſe arbitror, vt liquet ex Liuio li.7.ex Ariſt.lib.4. Politi. & aliis locis. Quibus quidem legibus ſi nullo adhibito conſilio per priuilegium derogaretur, in maximum ſane Reipublic. incommodum legis, per ius ſingulare mutatio



tatio vergeret: cūm enim lex,vt inquit Ariſtoteles,lib. 2.Pol.vim nullam ad parendum niſi conſuetudine capta habeat,quæ niſi diuturnitate tēporis nō capitur, profecto facilis legum,quę extant,in alias cōmutatio, naturæ legis infirmatio eſt. Recte igitur ad legum mutationem plurimum à veteribus requiſitum eſt, ne facilis & incōſulta legum mutatio Rempub. extinguat, & penitus euertat. Quod quidem periculum legū bonarum penuria euenire teſtantur Hiſtorici, maxime Polybius in hiſtoria Roman.qui hanc ob cauſam Carthaginem à Romanis euerſam eſſe docet. Vt autem ad Romanorum legem rurſus veniamus, hanc paulatim abolitam fuiſſe,& à Caio Cornelio ætate Ciceronis renouatam conſtat authore Aſcon.Pædia.in Cornelianа. Is enim Senatui offenſus cōſtituit,vt nemo niſi per populum legis ſolueretur. Ideoq; in omnibus SC.quitum aliquem Legibus ſolui placebat,adiici ſolitum erat,vt de ea re ad populum ferretur. Sed ſenſim ferri deſitum eſt,adeo vt ne adiiceretur quidem de rogatione ad populū ferenda. Cum autem ea res Senatus minueret authoritatē,Cornelius partim illa motus,partim etiā tumultibus,qui eam ob rē intercedebant, ita ferre cœpit, Ne quis legibus ſolueretur,niſi ducentis ꝑſentibus. Atq; ſic tandē eo deuentū eſt,vt nulla pene ſolēnitas rei tā difficili,adeoq; multis periculis obnoxiæ,adhiberetur. Merito itaq; Cicero in oratione pro Flacco, O morem præclarū, inquit,diſciplināq; quam à veteribus accepimus,ſi quidē teneremus: ſed neſcio quo pacto iam de manibus elabitur. nullā enim illi noſtri ſapiētiſsimi,ac ſanctiſsimi viri, vim concionis eſſe voluerūt,q̄ ſciſceret plebs,aut q̄ populus iuberet ſummota cōcione:diſtributis partibus tributim,& centuriatim deſcriptis ordinibus,claſsibus,ætatibus,auditis authoribus,re multos dies promulgata,& cognita iuberi,vetariq; voluerunt. Cæterū cū iā Romanorum Imperiū à Iulio Cęſare occupatū eſſet,vt videre eſt apud Suetoniū in vita Cæſaris,& Tarchū in vita eiuſdē,omni imperio & poteſtate à populo in regē trāſlata,l.2.D.de origi.iur. ius quoq; irrogandi priuilegij ſimul ad principē delatū eſt. Oīa enim q̄ maximis ſolennitatibus apud populū antea peragebātur, ea etiā ſoli Regi cōmiſſa ſunt. Cui quidē ſoli eadē de cauſa id cōceſſum eſt,quā ante tranſlatū Imperiū populo cōmiſſū fuit. Hæc aūt fuit ratio,ne temere priuilegia alicui irrogarētur. Quāuis quidē nō eæ à rege adhibeātur cæremoniæ,q̄ à populo,pōt tm̄ princeps doctiſsimorū Iuriſcōſ.iudicio adhibito,tāta cū æquitate,ius ſingulare inducere,quā totus populus Rom. ꝑ ordines & ætates deſcriptus. Ipſe enim,vt ait Ariſtoteles,lex eſt & quaſi deus īter hoīes,quē nec orari de iuſtis,nec exorari de iniuſtis volumus. Nō iniuria igitur,cū quæſtio de priuilegiis orirēt,Plinius Iunior cōtrouerſiā ad Traianū optimū Imp.detulit. Quid habere,īquit,iuris velis,Bithynas & Ponticas ciuitates in exigēdis pecuniis,quę iis vel ex locationib⁹,vel ex vēditionib⁹,aliiſq; cōtractib⁹ debeant,rogo dn̄e reſcribas: ego īueni à pleriſq; Procōſulibus cōceſſam iis Protopraxiā,eāq; ꝓ lege valuiſſe exiſtimo: tm̄ pro tua prudētia cōſtituendum aliquid. nā quæ ſunt ab aliis inſtituta, ſint licet ſapienter indulta,breuia tamē & infirma ſunt,niſi illis tua cōtingat authoritas. In quantū requiſierit Plinius, quātūq; impēdi voluerit. antequā priuilegij ius cōſtitueretur, cū ne Procōſulū quidē authoritas ei ſuffecerit. Traiani etiā verba,quibus plinio reſpōdit, ꝙ aliud quoque ꝑceptū in priuilegiis irrogādis obſeruandū tradat,aſſcribere libet. Quo,inquit,vti debeā Bithynæ & Pōticæ ciuitates in iis pecuniis,q̄ ex quaq; cauſa Reipubl. debebūtur,ex lege cuiuſq; animaduertendum eſt:nā ſi habēt priuilegiū,quo in reliquis creditorib⁹ anteponātur,cuſtodiendū erit:ſi nō habēt,iniuria priuatorū id dari à me non oportebit. Et æquiſsime ſane à Traiano reſponſum eſt. cum enim oēs veterū ritus, in Iuris ſingularis rogatiōe in eū finē vſurpati ſint & obſeruati,vt maius (Platone 6.de legib.& Cicerone 3.de leg.teſtātib⁹) iudiciū adhiberetur,maiorīq; cū æquitate res peragerētur,eadē ratione factū fuit,cur ius priuilegij irrogādi ſoli principi cōmiſſum fuerit. Cauendū itaq; maxime fuit,ne ſcopi immemores, beneficium cū alterius iniuria indulgerent,atq; iuſtitiæ fines tranſgrederentur. Cōmode igit à Pythagora dictū eſt,vt refertur apud gnomologos,ei iniuſtitiā cordi, qui temere voluptate aut lucro ductus,aliquid indulſerit. Merito quoq; à Sopatro apud Stobæū pronuntiatū eſt, beneficia quæ vltra æquitatis ſepta tranſiliunt, ne beneficia quidē dici debere. Ea vero quæ cū ęquitate coniuncta ſunt,neminem reiicere oportere, qui modo non ex arbore,aut ex mormare prodierit. Quandoquidē enim lex duriores peccatis pœnas ſæpe irrogat,Ius ex ęquitate proueniēs,auſterā & inhumanā legum ſententiā mitigans,inculpata beneficij indulgendi videtur occaſio. Noſtri quoq; Iuriſconſulti,ne priuilegiis conſtituendis alij noceatur,maxime ſuis reſpōſis ꝓuiderūt, adeo quidē vt conceſſum iā alicui priuilegium,ſi in alterius dānum,& detrimentū vergat,adimere licere decretum ſit,l.cum auus.C.de eman.libe.l.impuberi.D. de admin.tut. His itaq; ſatis ſuperq; explicatis, quiuis quo iure,iuſtēne an iniuſte cōceſſa ſint iura ſingularia, facile ꝑſpicere poterit. Nos ne diutius ꝑfationi noſtrę inhæreamus, & quibuſdā noſtri muneris immemores eſſe videamur, ꝙ æquo latius hæc enodemus, cōſulto ad id,quod explicandum ſumpſimus,progredimur.

## PETRI VANDERANI IVRISCONſulti, De priuilegiis creditorum Commentarius.

### De inſcriptione & argumento libelli.

CVM igitur de priuilegiis creditorū agere noſtri ſit inſtituti, recte mihi facturus videor, ſi ea Iuriſconſultorum reſponſa, quæ ſub titulo Pandectarū peculiari loco à Triboniano collocata ſunt,tractanda & explicanda ſumerē. Quicūq; enim is fuit,qui illis reſpōſis hanc ἐπιγραφὴν de priuilegiis creditorum præfixit,næ illi mihi ꝓpe animaduertiſſe vidētur, ſingularē illū locū priuilegiis creditorū & πρωτοπραξίᾳ recenſendis accōmodatū fuiſſe refert. namq; Antonius Auguſtinus, diligēs iuris noſtri inſtaurator, titulū qui vulgò inſcribitur,de priuilegiis creditorū,in Florētino exēplari ſub eo cōpræhēſum eſſe,cuius inſcriptio eſt, de bonis authoritate iudicis poſſidēdis. atq; vulgarē perſuaſionē inde ꝓfluxiſſe,ꝙ cū lector multis capitibus de priuilegiis agi in hoc Pādectarū loco vidiſſet, addiderit hūc titulū. vt memoria facilius eū quaſi cōmunē priuilegiorū locū teneret. Ego igitur genuina tituli inſcriptione nō cōmotus,cū ſingularia priuilegiorū exēpla in eo loco collecta viderē deq; iis ſcribere animus eſſet, huius potiſſimū loci. vt pote hac in re ꝑcipui,explicationem mihi delegi,in qua quidē eo ordine verſabimur,vt primo diffinitionē tradamus: deinde diuiſionē,cū generali axiomate,ꝙ ex Paulo adfertur, in l. ius ſingulare. D.de leg.eo ꝙ diuiſionis mēbrū videri poſſit:cumq; id apud oēs,qui de arte & methodo tradiderūt,ꝑceptum eſſe videam,vt cuiuſquerei generalia præcepta primo loco tradantur. Tertio dein loco de iis creditoribus agemus,quibus priuilegia competant: Quarto, qua via & modo creditoribus ſuccurratur: poſtremo,à quibus hæredibus creditores ius ſuum perſequantur.

### De diffinitione priuilegij. Cap. I.

VT itaq; materiā hanc priuilegiorū aggrediar,cōmodā methodū ſeruatur⁹ videor, ſi primo id ꝙ tractādū ſumpſi,definitione explicē. Nāq; Ariſtotelis ſentētia,li.2. ἀναλυ. ὑστέρων capitu.17.&c.i.lib.prim. Phyſicorum. πᾶσαι ἐπιστῆμαι δι' ὁρισμοῦ γίνονται. Ius igitur ſingulare,authore Iuli. Paulo,in l.ius ſingulare D. de leg.eſt

quod contra tenorem rationis,propter aliquam vtilitatem introductum eſt. Quod propter vtilitatem aliquam priuilegium conſtitui Iuriſconſ.aſſerit, non iniuria hercle factum exiſtimo.Cum enim ea priuilegij introducti cauſa ſit,ea quidem ceſſante, priuilegium etiam nullius roboris atque authoritatis eſſe merito putatur.Vtilitatem autem,vt id paulo altius repetam, rationem & æquitatem eſſe intelligimus,quam Horatius iuſti & æqui matrem appellauit, quæque priuatæ legis ferendę cauſa eſt,atque vt omnes leges,ita etiam priuilegia irrogari aliquando ſuadet,& hęc ipſa eſt vtilitas,de quâ grauiſsime à Cæcilio apud Gellium diſputatum eſt.nõ enim profecto ignoras,inquit, legum oportunitates & medellas pro temporum moribus,& pro Rerumpublic.oneribus, ac pro vtilitatum præſentium rationibus,proq; vitiorum quibus medendũ eſt, feruoribus mutari atq; flecti,neque vno ſtatu conſiſtere,quin vt facies cœli & maris, ita rerum & fortunæ tempeſtatibus varientur, quod ipſum idem Philoſophus exemplis ex Romanorum Republic.depromptis pulcherrime demonſtrat.hanc notat Cicero de legibus.cum ſalutẽ populi ſupremam vult legem eſſe:hoc indicans,Iura ad ciuium & populi vſum ac vtilitatem conſtitui debere,ad eundemque finem & ſcopum referri.Ideoque recte cũ vtilitas priuilegio cauſam det, ea ſi deſit,priuilegia quoque legis authoritate carere receptum eſt.nec magis Ius ſingulare, ſi æquitati non innitatur,Priuilegij nomen meretur, quàm legis appellationem tyranni conſtitutio.Ceſſat autem multis modis hæc vtilitas.Principi enim,in quem iam priuilegij concedendi authoritas penitus trãslata eſt,leges & obrogare & abrogare licitũ eſt.Veruntamen ne extra diuini & naturalis Iuris limites ea indulgentia vagetur,maxime ſtudendum eſt.nanque licet ciuili iure princeps non teneatur,ſed legibus lege Regia ſolutus ſit,tamen vt ea quæ Iuri naturæ plane repugnant,concedere poſsit,merito illius authoritati denegamus. naturæ enim legi nec prorogari fas eſt,nec derogare ex hac aliquid licet,neque tota abrogari poteſt,nec vero aut per Senatum,aut per populũ ſolui hac lege poſſumus.libr.3.de Republic.Quin & ipſe princeps æque Iuri naturę adſtringitur,quàm è vili plebe minimus. Immo ſi Platoni de legibus 4.& Ciceroni de legibus 3.& 1.officio.credamus,longe ſtrictioris legis vinculo tenetur,Quæcunque enim mutatio morum in principibus extiterit,eadem & in populo ſequitur, nec ſolũ vitia concipiunt ipſi principes,ſed ea infundunt in ciuitatem ipſam,neque obſunt,quod ſolum ipſi corrumpuntur,verum etiam quod corrumpunt,pluſq; exemplo,quàm peccato nocent.Quod quidem ſi verum ſit, in eo principis authoritatem non lædemus, ſi hoc ei detrahamus,vt ea quæ ipſi(ſeruatis Philoſophorũ præceptis) facere non liceat,alij concedere non poſsit.Iure itaque à ſummo Philoſopho traditum eſt in Minoe, leges à principibus poſthabita æquitate latas,& à ratione deflectentes,legum nomen non mereri,falſaque eſt vox & humano principe indigna, quæ à Critone apud Sophoclem profertur in hunc modum:

Ἀλλ᾽ ὃν πόλις στήσειε τοῦδε χρὴ κλύειν
Καὶ σμικρὰ καὶ δίκαια,καὶ ἐναντία

Vt enim priuati eſt officium,legibus iam cognitis obtemperare,ita viciſsim hoc in principe poſtulat ratio, vt nulla præcepta honeſtati cõtraria,populo,vti certa ſepta,quæ egredi non liceat,præſcribat.Nõ iniqua igitur ratione,id ab omnibus in principe requiſitum eſt, vt non temere,ſed abunde deliberato cõſilio, ad legũ conſtitutionem accedat,quod Mœcenatem in ea oratione qua Auguſtum de non deponendo imperio admonet,inter alia eaq; pulcherrima de adminiſtrando regno pręcepta monuiſſe legim⁹ apud Dionẽ hiſtorię Romanæ lib.52.Voluit enim ille,ne conſtitutiones authoritatẽ legum obtinerent,niſi & illi & adhibitis ad eam rem conſultiſsimis viris placuiſſent. Καὶ νόμους, inquit, δίδου ἢ πάντ᾽ ὅτι ἂν συνδιασκεψάμενος σοὶ μετὰ τῶν ὁμοτίμων ἀρέσῃ. Cui quidẽ præcepto vt ſatisfaceret, maxime laborauit Alexander.is enim Lampridio teſte in vita Alexãdri Seueri.nunquã de iure agere voluit,niſi viginti aut pluribus,iiſq; doctiſsimis in conſiliũ adhibitis Iuriſconſ. Ab Antiocho etiam obſeruatum legimus, vt ſi quãdo de iuris conſtitutione agendũ eſſet,ad ſingulas ciuitates literas daret,iiſq; à ciuitatum præfectis peteret,vt ſi quid contra rationem & æquitatem cõſtitueret,minime illi parerent,ſed de legibus, & quo cõſilio in iis ferendis vti oporteat,infra commodior dicendi erit locus.ad priuilegium quod attinet,vt vtilitati, quam requiſiuit Iuriſcõſultus,ſatisfiat,eadem plane quæ in lege præcepta requirimus.Et hæc explicatio primo capiti ſufficere videbatur,quod de aliis quæ hic dicẽda eſſent,in præfatione ſit diſputatum.Ad ſecundi igitur capitis explicationem pergimus.

## De diuiſione ſeu partitione priuilegij. Cap.2.

PORRO duo eſſe priuilegiorũ genera,ſciẽdum eſt:vnum quidem,quod priuato homini à principe indulgetur, & hoc ad exemplum non trahitur,conſiſtitque in beneficio & pœna,vt illud de Ciceronis exilio priuilegiũ.Alterũ,ꝙ certo hominum generi à lege vel principe tribuitur:cuiuſmodi,quæ in Pãdectis habem⁹, in beneficiis cõſiſtũt omnia. Et priusquidẽ merito priuilegiũ dicitur,cum Priuilegium nihil aliud ſit,quã in priuatum lata rogatio:Cicero in oratione pro Domo ad pontifices,Gell.10.c.20.vt autẽ id in exẽplũ nõ trahatur,ſumma ratione à Iuriſc.cõſtitutum eſt.Cum enim perſona cãm det beneficio, eaq; extra eam perſonã nõ cõperiatur,ſane perſonã nõ egredietur priuilegium. Quæ quidẽ cã vbi in alio ſe obtulerit, nõ eo momento priuilegio gaudebit,ſed cãm principi aperire debet,eumque cõcedẽdo priuilegio faciliorẽ reddere.non anteà igitur hoc priuilegio vtemur,quã ſi cã & indulgẽtia principis cõcurrant.Pulchre Cicero cum in Vatinium inuehitur,hoc ẽt in eo repręhẽdit,ꝙ idẽ ſibi,ꝙ Caio Cęſari,licere velit. Et quoniã,inquit,hic locus vnus eſt, quẽ tibi cum Cæſare cõmunẽ eſſe dicis, ſeiungã te ab illo,nõ ſolum Reip.cã,verum ẽt Cæſaris:ne qua,ex tua ſumma indignitate, labes illius dignitati adſperſa videatur.ſi enim eum magnitudo cõtẽtionis,ſtudiũ gloriæ,præſtãs animus,excellens nobilitas aliquo impuliſſet,ꝙ in illo viro & tum ferẽdum erat,& maximis rebus,quas poſteà geſſit,obliterãdum,id tu tibi furcifer ſumes?Quid Iuſtinianus cum quibuſdã meritã ob illicite contractas nuptias pœnam remiſiſſet,nõne hoc adiecit, ne qua ratione alij quoq; illã immunitatẽ ſibi vẽdicarẽt?Cõ.39.οὐχ,ait,εἰς παράδειγμα ἑτέροις τοῦτο παρ᾽ ἡμῶν δοθέν.De Traiano ẽt legimus,referẽte Capitolino,eũ nunquã diplomate aut libello,ſolo autem verbo priuilegium cõceſſiſſe.Cum enim,vt ait,Iuuenalis in Saty. dociles imitandis turpibus & prauis oẽs ſumus,recte ſane p̄cautum eſt,ne Principes vni aliquid remittẽtes, omnibus impunitatẽ ꝓmittere viderẽtur:ſicq; tãdẽ ea indulgentia in nimiã licẽtiã excreſceret: ꝙ certe ne eueniret,maxime ſtudendum fuit.Quãuis enim,vt Diotegeneus Pythagoricus dixit apud Stobæum,quibuſdã facile ignoſcere Princeps debeat, ne tamen nimia concedatur ciuibus licentia,vitandũ eſt. Atq; id eſt ꝙ Cocceio Neruæ Imp. Fronto palam dixiſſe fertur, & refert Eraſmus in Apoph.Malum eſſe,atq; cũ Reip.detrimento eum imperare,ſub quo nemini aliquid concederetur: longe autem peius ſub eo viuere,ſub quo nimia peccandi licentia cuiuis concedatur.Quod tamen euenturum eſſe, niſi priuilegia arctis limitibus conſcripta eſſent, nemo non videt. Notum eſt enim illud Ciceronis, in Epiſt. ea quæ exemplo fiant, iure etiam fieri,hominibus perſuaſum eſſe. atque ideo ſumma ratione Plato cenſuit in Gorgia,& in Sophiſt. de quo vide Gellium lib.6.c.14.eum qui recte punire velit,non præteriti ſceleris cauſa punire debere: neq; enim hoc efficere poterit,vt id quod factum ſit, infectum reddatur,ſed futurum reſpicere debet, ne aut ipſe poſtea,aut alius ſuo exemplo ſibi impunitatem vẽdicans delinquat.Et hæc quidem.Platonis ſententia, quanuis iure ab omnibus laudetur, non tamen illud omittendum eſt,ne vlli detur delicti venia. Reiicienda etiam Stoicorum ſententia à Stobæo relata,qui bonũ virum mitem eſſe debere negant,neque vlli veniã dare bonum iudicem volunt.Nec eſt ſane quod alieno exẽplo peccatum aliquis committat:neque enim eius excuſationem,quæ alterius exemplo prætenditur, feret æquus iudex.Quippe ſuum delictum magis ille aggrauat:longéque grauiorem pœnam(ſi Demoſtheni credimus apud Gel. lib.1.capit.19.meretur, quàm ſi nullũ in delicto perpetrando exemplum imitaretur, σὺ δὲ μὴ λέγε,ait ille, ὡς γέγονεν οὕτω πολλάκις ἀλλ᾽ οὐχ ὡς προσήκει γενέσθαι. οὐ γὰρ εἴ τι πώποτε μὴ κατὰ τοὺς νόμους ἐπράχθη. σὺ δὲ τοῦτο μιμήσῃ, διὰ τοῦτο ἀποφύγοις ἂν δικαίως, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον ἁλοίης ὥσπερ γὰρ εἴ τις ἐκείνων ἑάλω σὺ ταῦτα οὐκ ἂν ἔγραψας, οὕτως, ἂν σὺ νῦν ἁλῷς, ἄλλος οὐ γράψει.Non diſsimile eſt huic ſententiæ,quod Cicero Verri obiecit.Quid ergo,ait,dicet?feciſſe alios?quid eſt hoc? vtrum crimini defenſio, an comitatus exilio quæritur?tu in hac Republica,atque in hac hominum libidine,& vt adhuc habuit ſe ſtatus iudiciorum, etiã licentiã,non ex iure,non ex æquitate,non ex lege, non ex eo quod licuerit, ſed ex eo quod aliquis fecerit, id quod repræhenditur,recte factũ eſſe defendes?Ac paulo poſt.Potius enim,inquit,te damnato cæteris Anguſtior locus improbitatis defendendę relinquetur,quã te abſoluto alij quod audiciſsime fecerũt,recte feciſſe exiſtimentur. Poſterioris autem generis duæ ſunt differentiæ.nam quædam cauſę,quędam perſonę ſunt priuilegia.l.priuilegia.156.D.de reg.iur. Quæ quidem diuiſio ex variis priuilegij cauſis deſumpta eſt.aliquãdo enim perſona locum facit beneficio, & ſic marito beneficium,quo in plus,quàm facere queat,condemnari non poteſt,conceditur.Eiuſmodi autem beneficia cum perſonalia ſint,ad hæredes non tranſmittuntur,ſed cum perſona, quæ irrogato priuilegio cauſam dedit,extinguuntur,niſi non tam perſona, quam actionis genus,beneficiũ deſideret.in oibus enim cauſis id obſeruari Iuriſcõſultus reſpõdit,in l.in oibus.66.D.de tit.vt ibi pſonæ cõditio locũ facit beneficio,ibi deficiẽte ea,beneficiũ quoq; deficiat.Vbi vero gen⁹ actionis id deſiderat,ibi ad quẽuis pſecutio ei⁹ deuenerit, nõ deficiat ratio auxilij.ideoque licet minoribus perſonalia à iure indulta ſint priuilegia,illa tamen ad hæredes tranſmittuntur.omniũ enim qui ipſi in integrũ reſtitui potuerũt,ſucceſſores in integrũ reſtitui poſſe, ab Vlpiano reſpõſum eſt in l.nõ ſolũ.D.de in integ.reſti.Quod quidẽ alioqui mirũ videri poſſet:ſed cũ actionis genus,quod cauſam priuilegio dedit,in hęrede nõ deſiit,auxilij quoq; rationẽ in ipſo nõ deficere,æquiſſima de cauſa traditũ eſt.plane quanquã mariti beneficiũ,cũ ſolius perſonæ intuitu cõceſſum ſit, ad hæredẽ non tranſmitti reſponſum ſit:Põponius tamẽ ad mulieris filios,qui patri hęredes extiterũt,trãsferri refert ex Labeone lib.5.ad Sabinũ in l.etiã.D.ſol.mat.& vide l.maritũ.eo.tit.Aliquoties vero,vt diximus,cauſa pſe priuilegiũ inducit,vt cũ pignus cõſtituitur:efficit enĩ pignoris obligatio,vt alter alteri in credito pferatur. atq; de hoc beneficio,queadmodũ & de pcedenti tota hac tractatione agemus.Fecit hęc diuiſio poſterior,vt Pauli reſpõſum,cuius declaratio ex eo facilior eſt,hic ſubiũgerẽ,eoq; liberius à Triboniani ordine receſsimus,ꝙ nõ iiſdẽ,quibus ille,anguſtiis adſtricti ſumus, ſed quaſi ĩ vberrimo cãpo,libere expatiari liceat:quia materiã ſolã tractare,eãq; à toto titulo ſeiunctam placuit:cur autẽ hic ordo accõmodatior videretur,in cauſa fuit Ariſtotelis & aliorum,qui de arte tradiderunt, concors ſententia: qui ſumma quædam capita & generalia axiomata,vnde alia præcepta dependeant, in quauis tractatione præponi volunt.Sed nunc ad inſtitutum tranſeo.Ait itaque Paulus libro ſingulariũ Regularum in l.priuilegia,hoc titu.Priuilegia non ex tẽpore æſtimantur,ſed ex cauſa:& ſi eiuſdem tituli fuerint,concurrunt,licet diuerſitates temporis in his fuerint.Ne quis generalibus legis verbis fallatur,Iulium Paulũ de priuilegiis pſonalibus,nõ aũt de his,q̃ cauſę vel(vt vulgus interpretum ait)Realia ſunt,hac in lege agere notandum eſt.certum enim ẽſt ex Iuriſconſultorum reſponſis,contrarium in iis obſeruatum eſſe, qũ in illis non tam cauſa,quã ipſum tẽpus expectetur:in his vero cauſa,non aũt tẽpus inſpiciendũ veniat. Nec eſt quod quis nobis Vlpiani reſponſum obiiciat.in l. in operis.D.locati & cond.In operis,inquit,duobus ſimul locatis cõuenit,priori conductori antẽ ſatisfieri. Nã Iuriſconſultus eo in loco nõ agit,vter creditorũ,ſi videlicet debitor ſoluẽdo nõ exiſtat,in debiti ſolutiõe præferatur:nanque operarum conductores,ſi locator cõuentioni ſtare non poſsit,eiusq; bona ſolutioni non ſufficiãt,in ipſo intereſſe concurrent nõ minus, quàm duo vẽditores,qui cũ emptore,poſtea ad inopiã redacto,contraxerunt. Alia igitur eſt Iuriſcõſulti ſentẽtia. oſtẽdere enim conatur, vtri cõductorũ morã prius cõmiſiſſe ꝓmiſſor dicatur,priori prius ſatisfieri æquum eſſe reſpõdẽs.atq; huius reſpõſi æquiſſima eſt ratio. cũ enim contractus cũ duobus ſimul(maxime ſi vtroq; pſente)initus ſit,poſteriori cõductori id certo cõſtitiſſe debuit,ꝙ nõ ſibi, verũ alteri operarũ ſatiſfactio prius præſtari debuerit,atq; ea de cauſa ei ex mora nõ tenebitur,niſi eo elapſo tẽporis ſpatio. ꝙ priori operæ exequẽdæ ſufficeret.Nec moramur quorundã interpretũ in hui⁹ Antinomiæ cõciliatiõe ſentẽtiã:Bal.ſ.Bar.ad d. l.in operib.An.ad §.fuerũt.inſt.de actioni.qui hic differentiã quãdã inter dãdi & faciẽdi ꝓmiſſiones cõſtituerũt.quippe qua ratione id ab eis factũ ſit,nõ video. cũ enim in omnibus faciẽdi obligationib⁹ tũc ꝓmiſſo ſatiſfit,ſi id ꝙ creditoris intereſt,ſoluamus,l.ſtipulationes nõ diuidũtur.D.de ver.ob §.Celſus & l.ſi ſeruũ §.fi.D.eo.et l.ſi quis ab alio §.fi.D.de re iud.nõ compellitur certe priori conductori locator operarũ, niſi morã vitare velit, prius ſatiſfacere. nã liberũ locatori vel operas præſtãdi,vel ſi mauult,id quod intereſt ſoluendi relinquitur arbitrium. Quod igitur temporis rationem Vlpian. habuerit,non ad priuilegium,ſicuti alij Interpret.dicunt, ſed ad moram referendum eſt. Quid enim cauſæ eſt, cur potius in faciendi, quam in dandi obligationibus ex tempore æſtimentur priuilegia?Cæterum priuilegia perſonalia, quorum nunc incidit mentio,tempore non diſtingui,ſed cauſa, Vlpia. Iuriſconſultus pulchro exẽplo comprobat: cum enim quæſitum eſſet,obſeruandusne foret ordo inter depoſitarios, an vero ſimul admitterentur, ordinem non ſeruari reſpondit,in l.ſi hominem.§.fin. D.depoſition. Ex eo quod diximus, facilis eſt ſententia Imperatorum reſcripti,in l.aſſiduis.C. qui pot.in pign.hab. Illi enim vbi conſtituunt in duabus dotibus ab eadẽ ſubſtantia debitis ex tempore prærogatiuam manere, nihil plane huic noſtræ legi derogant.namque id in dotibus obſeruatum eſſe mirũ nemini videri debet, cum dotis cauſa Reale,vt vocant,non autem perſonale beneficium conſtituat: & id vel hinc apertum eſt, quod legis virtute hypotheca in dote conceſſa ſit. l. vnicæ. §.& vt plenius.Codic.de rei vxo.act. Ideoque recte in duabus dotib⁹,vt & in ſimilibus beneficiis,hoc obſeruari placuit, vt is qui prior eſſet tempore,idem quoque iure potior eſſet. Priuilegiarius enim contra eum qui eodem beneficio gaudet,communi iure,non

autem ſingulari vtitur,l.verum.§.item quæritur. D.de mi.&l.ſi minor. e.tit.2.Pan.ad c.in præſentia.de prob. nu.38..Itaque cum ſolo tẽpore vtriuſq; cauſa ſecernatur,ex eo ſolo prærogatiua vni concedetur,q̃ ſi etiam in eo concurrant,æquale vtriuſq; ius erit. Porro an vt perſonalia,ſic etiã quandoq; cauſæ beneficia ex cauſa æſtimentur,dubitet forte quiſpiam. Vt igitur omnem ſcrupulum dimoueamus,ſciendum eſt, dotis cauſam tanto beneficio à legibus honoratam eſſe,d.l.aſsiduis. vt etiam cuiuis creditori,licet anterioris ſit temporis priuilegio donatus,præferatur.Beneficij huius indulti rationem alio in loco,qui huic tractatiõi deſtinatus eſt,trademus.ad l.2 §.fi.hoc tit.Sed an vt dotis,ſic etiã fiſci beneficium ex cauſa æſtimetur,quæritur.& reſpõſum eſt,hypothecam priuati ſiue totorum bonorum, ſiue certæ portionis ſit,fiſco,cui poſtea pignus quæſitum eſt,in iis quæ orta fuerunt ante fiſci obligationẽ, præferri.l. fundũ. & ibi Bal.C.qui po.in pign.habe.l.ſi pignus.ff.eo.l.vlti.D.de tit.in illis vero quæ poſt obligationem acquiſita ſunt,contrarium obſeruatum eſt. Vnde liquet,priuilegium reale quod fiſco competit, nunc tempore,nunc cauſa æſtimari.Non diſsimili ratione & is,ex cuius pecunia res eſt refecta, aut conſeruata,alij,qui prius etiam in eandem rem credidit,præfertur.quanuis enim vterque hypothecam habeat,atque proinde is potior iure eſſe debeat,qui prior eſt tẽpore;poſterior tamen,cum ſua pecunia totius pignoris cauſam ſaluã fecerit,meliore conditione habetur, l.interdũ.cum ſeq.D.de tit.Sed nunc de his dicere intermitto,commodiori loco eam diſputationem reſeruaturus:cũ Marcelli reſponſum in l.quod quis.D.hoc titu.ex profeſſo hanc rem mouens,ſub hoc titulo collocatũ ſit.Funeraria quoq; actio, quare ex cauſa poti⁹, quam ex tempore æſtimetur,( cum ad realium priuilegiorum naturam accedere videatur.hypotheca nanq; tacita,ipſa funeraria actio potior eſt,l.at ſi quis.§.ſi colonus.& l.impenſa.D.de relig.& ſumpt. fune.) ex ſubſequenti capite perſpicuum euadet.

## De ijs quibus priuilegia competunt:& primum de illis qui funerariam intendunt. Cap.I.

Ait Vlpianus lib.63.ad Edictum:

*QVAESITVM eſt,vtrum ita demũ priuilegium habeat funerariæ,ſi is,cuius bona væneũt,funeratus ſit, an etiã ſi proponas alium eſſe funeratũ. Et hoc iure vtimur,vt quicunque ſit funeratus,id eſt,ſiue is,cuius de bonis agitur,ſiue quid is debuit,quod reddere eum,ſi viueret,funeraria actione cogi oporteret:priuilegio locus ſit,paruique referre dicamus,qua actione hic ſumptus repetatur,funeraria an familiæ erciſcundæ,an qua alia, dummodo ſumptus funeris cauſa factus ſit. Quacunque ergo actione ob funeris ſumptum vtatur,etiam funerariam ei cõpetere. Quare ſi in ſtipulatum funeris impenſa deducta ſit,dicendũ eſt,locum eſſe priuilegio,ſi modo quis non abijciendi priuilegij cauſa ſtipulatus ſit.*

Hactenus Vlpian.Funeri recte celebrando, cur tanta priuilegia indulta ſint,non eſt quod nouum alicui videatur:non enim apud Romanos veteres ſolum maximis cæremoniis res hæc peragebatur,verum etiam apud exteras nationes id receptum fuiſſe memoriæ traditum eſt:nec enim defuncti memoriam ſtatim interire voluerunt:ſed eos à quibus viuis beneficia acceperant, mortuos quoque meritis non defraudari honoribus voluerunt:quod à Platone libr.4.de leg.præceptũ videamus.Atque ideo apud Scythas obſeruatum legimus apud Herodot.libr.4.hiſto.cum priuatus aliquis deceſsiſſet,proximos quoſque eum in plauſtro collocatum,ad amicos circuntuliſſe,& amicorum ſingulos eos excipientes,comitantibus cadauer tã propinquis quàm cæteris epulum præbuiſſe,ſicq; tandem per quadraginta dies circũactum,humatum fuiſſe. Hac tamẽ ratione prius purgari ſoliti ſunt.capite nanque abluto,circa caput ita agunt:Tria ligna ſtatuũt mutuo inclinata:circa hæc prætendunt lanea pilea,quàm maxime poſſunt conſtipãtes:& in capham in medio lignorum, pileorumque poſitã,lapides ex igne perſpicuos coniiciunt,cannabis præterea ſemen ſub pileis occulunt ſuprà lapides igne perſpicuos. Atque id tantum, inquit Herodotus,reddit odorem, quantũ apud Græcos vllum thuribulum. Apud Aegyptios moris fuiſſe commemoratum eſt apud Herodo.libr.2.hiſtor.vt mulieres per oppidum plangentes diſcurrerent, viri etiã ſe præ triſtitia verberarent:atque certi ad hoc conſtituti fuerunt,ad quos cum corpus deferretur,oſtenderent his,qui deferunt,lignea mortuorum exemplaria tria.Vnum accuratiſsime fabrefactũ, alterum illo inferius,ac vilioris pretij,tertium viliſsimi.ij vero, qui domi in planctu cõtinebantur,maximo cum ſumptu, nec minore ſolennitate conditum corpus ſaliunt, & intro abditum,ad 70.dies reponunt.ijs abſolutis,cadauer,ablutum prius,ſindone byſſina totum inciſis loris inuoluunt, gummi illinientes: & poſtremo in lignea effigie,ad eam rem facta,componunt. Sed hæc latius & fuſius apud Herodotum, dictis locis, & Diodorum Siculum,lib.2. rer.antiq. tractantur, vnde antiquitatis ſtudioſus Lector plura,ſi volet,petat.Apud Romanos vero quanto cum ſumptu & cæremonijs funus celebrari ſolitum ſit, duobus in locis breuiter indicauit Cicero in oratione pro Milone. Tu inquit,P. Clodij cruentum cadauer reiecisti:tu in publicum eiecisti:tu ſpoliatum imaginibus,exequiis,pompa,laudatione infeliciſſimis lignis ſemiuſtulatum, nocturnis canibus dilaniandum reliquiſti.& paulo poſt,Nec vero nõ eadem, inquit, ira deorum hanc eius ſatellitibus iniecit amentiam,vt ſine imaginibus,ſine cantu,ſine ludis,ſine exequiis,ſine lamentis, ſine laudationibus, ſine funere oblitus cruore & luto, ſpoliatus illius ſupremi diei celebritate,quam cõcedere etiam inimici ſolent, ambureretur etiã abiectus. Quæ vt rectius intelligat iuuentus,commodum viſum eſt, omnes cæremonias, eo quod ad hanc de qua agimus,actionem faciunt,latius proſequi. Quid igitur per imagines intelligatur, (vt quod apud Ciceronem primum eſt,primo explicemus)Plinius,lib.35.ſatis declarare videtur. Apud maiores,inquit,in atriis imagines erant,que ſpectarẽtur. expreſſi vultus ſingulis diſponebantur armariis,vt eſſent imagines quæ comitarentur gentilia funera:ſemperque aliquo defuncto,totus aderat familiæ eius,qui vnquã fuerat,populus.quod ipſum attingit Polybius, hiſt.ſuæ lib.6. imaginem ſcilicet mortui, illuſtriſſimo domus loco collocari ſolitam fuiſſe, haſque imagines magnifice ornatas,publicis ſacrificiis probatas.Quod ſi autem præclarus aliquis vltimum diem ex domeſticis obiiſſet,inſtituunt funeris elationem,& circunfuſi,qui ſimilimi magnitudine ac reliqua ſtatura videntur,veſtitum vſurpant:ſi vel Conſul vel Imperator fuerit,purpura circundatum:ſi cenſor,purpureum:ſi triũphum aut ſimile quippiam egerit, auro contextum, atque iſti ſic curru incedunt. Faſces vero & ſecures, ac reliqua principantibus conſueta ornamenta,ſecundum dignitatem cuiuſque præcedunt. Sed nos de celebrium virorum funere non agimus. Quod ſi tamen aliquis cognoſcendi deſiderio teneatur, quinam mores in ſummorum virorum funeribus obſeruari ſoliti ſint, ex nobiliſſimi adoleſcentis apud Ammianum Marcellinũ,hiſt.lib.decimonono,ex Syllæ funebri põ-





pa apud Appianum Alexãdri.lib.2.de Bellis ciuilibus. & ex Auguſti. Ceſaris funere apud DionemNicæum in vita Auguſti Cæſaris videre licebit. Id certo conſtat, virorum recte de repub. meritorum tantis cũ impenſis aliquando celebrata fuiſſe funera, vt cum tantum ſumptum propria bonorum facultas non pateretur, à fiſco aliquando atque à plebe,collatis nummis decorata fuerint,& id videre licet apud liuiũ lib. 2.in funere Valerij, P. Agrippæ Menenij, & Q.Fabij Max. alijsque pluribus. Exterę quoque nationes quomodo fortiſsimorum virorum funera celebrauerint, plenæ omnium ſunt hiſtoriæ,& quidem quę in principibus Scytharum & Aegyptiorum, poſt mortem celebrandis recepta fuerint,abunde teſtantur Herodotus lib.4.&.2.hiſtor.& Diodorus Siculus.lib.2.rerum Antiquar. Græcorum etiam celebrium funera à Cicer.in Oratione pro Flacco breuiter,& ab Euripide, in Hypol.& Polixena,necnon Ariſtophane declarata ſunt. Lacedęmoniorum à Xenophonte ἐκκλὴς ἀξέσταις Ad carmen venio.Carminis funebris canẽdi morẽ apud Romanos vſitatum fuiſſe, indicat quoque Cicer.libro 2. de leg.Primus autem tibia funebre carmen ceciniſſe Olympus in Pythonis funere ab Ariſtoxeno traditur, Referente Plutarcho in Muſica.atque id à Romanis etiam obſeruatum fuiſſe legimus apud Blondum Romę triumphantis lib.2. Quin & primum Boruſsię regem,vt funera celebrarẽtur mutuis comeſſationibus cum luſu & cantu,abſque mœrore,ſumma cum hilaritate & gaudio,ac ſi alterius vitę pręferrent exẽplum, conſtituiſſe relatum eſt ab Eraſmo Stella antiquitatũ Boruſsię lib.2.Quod etiam apud Chriſtianos vſurpatum fuiſſe teſtaturHieronymus.in epitaph.Paulę.Sed ne quis cantu mortuos ſepeliri ſolitos fuiſſe non ſolũ apud Romanos,verum etiam alias gẽtes,miretur,hac perſuaſione id factum eſſe Macrobio authore vt Saluina lib.2. teſtatur,ſciendum eſt,qua poſt corpus animæ ad dulcedinem originis muſicę,id eſt,ad cælum redire creduntur.Alex.autem Aphrodiſæus hac de cauſa id inſtitutum eſſe autumat,vt lugentium luctus dulcedine muſicæ remitteretur. Ludos quoq; gladiatorios apud veteres exhiberi ſolitos eſſe,Homeri authoritate,in funere Patrocli:& Virgilij, in Anchiſę conſtat. Quos primus omnium Brutus exhibuiſſe,à Liuio,lib. 17.cõtra tamen ſentiẽte Valerio,traditur.Poſtea etiam referẽte Liuio li.23.tres Marci Aemilij filij,Titus quoque Flaminius,teſte eodem libr.41.& Tiberius in honorem defuncti patris ſpectandos prębuerunt,vt ait Suetonius in vita Tiberij.Gladiatorum autem ſpectacula,eo quòd cruenta ſunt,iuſta de cauſa Conſtantini conſtitutione ſublata ſunt.l.vltima C.de Gladiato.libro 10.Exequię,authore Seruio,dicuntur,dum portatur cadauer:Funus,cadauer ardẽs:dum crematum eſt, reliquiæ:& buſtum, dum conditum eſt ſepulchrum. Lamenta prioribus temporibus immodica fuerunt: poſtea vero primum apud Lacedæmonios à Solone, deinde apud Romanos legibus 12.tab.conſtricta ſunt. Quorum hæc lex, referente Cicerone,2. de legibus. fuit:Mulieres genas ne radũto:neve leſſum funeris ergo habento.Leſſum intelligit lugubrem eiulationem, in quam ſententiam eo magis inductus eſt,quòd idem Solon vetuerit.ille enim, teſte Plutarcho, vt omnem immodeſtiam cohiberet,fletibus in primis proſpexit. lacerationes etiam ſe cędentium,& quæ luctum prouocare ſolent,ploratus & lamentationes flebiles in alieno funere penitus ſuſtulit. Quę,inquit,ne fiant noſtris quoq; legibus prohibentur:niſi q̃ noſtris legibus hoc additum ſit,vt ij qui legi non ſatisfecerint, tãquã molles & effœminati dãnentur.Qua etiã in ſententia Plato 12.de legibus fuiſſe videtur,qui nimias eiulationes nulla ratiõe admittendas eſſe cẽſuit pertinet etiã huc Charõdę Catanæi dictũ vt refertur apud Stobęũ, qui mortuum non lachrymis,at bona recordatiõe,colli debere aſſeruit,& idcirco Germanorum inſtitutum celebratur,qui,vt refert Tacitus,in libello de morib. Germanorum,lamenta ac lachrymas cito, dolorẽ tarde ponũt. Certe Cicero in Tuſcul.quæſt.eos maxime, qui ſe gratum facere mortuis arbitrantur,ſi grauiter lugeãt, ridet,aitque eam eſſe muliebrem ſuperſtitionẽ qua dijs immortalibus,facilius ſe ſatis facturos exiſtimant,ſi eorũ plaga percuſsi afflictos ſe & ſtratos eſſe fateantur. Poſtea autem abolitus nimijs lamentationibus id introductum fuit quod Feſtus Pompeius refert antiquitus obſeruatum fuiſſe,vt mulieres conducerentur, quę non ſine laudibus lamentarentur defũctum, alijsque lamentandi modum pręirent. probatque ex Neuij teſtimonio pręficas fuiſſe dictas, quaſi pręfectas: tradiditque Seruius, in Comment.in.6. Aeneid. alios à lacrymis ſe non continuiſſe, antequam à præfica pronunciatum eſſet,Licet,id eſt,abire permiſſum eſt.Cum primo de mortui laudibus cuiuis dicere liceret:idque in nimiam libertatem excreſceret, lex ea à Solone abrogata eſt,& poſtea à Romanis cõſtitutum fuit,referente Cicerone.2.de legibus.ne de mortui laudibus niſi in publicis ſepulturis:nec ab alio quam qui publice ad hoc cõſtitutus eſſet,dici liceret.Cuius quidem conſuetudinis meminit etiam Polybius,hiſt.ſuæ li.6.ait enim moris fuiſſe,vt vel filius, vel alius ex mortui genere eius laudes decãtaret. Huius autem moris primũ authorẽ extitiſſe Valeriũ Plutarchus tradit, in Publicola.is enim mortuũ collegã maximis laudibus proſecutus eſt,atque ab eo tẽpore apud Romanos cõſuetudine receptũ fuit, vt celebriũ virorũ mortes funebri oratiõe decorarẽtur.Fueritne ante Valerij tempus id apud Grçcos receptũ, maxime dubitat Plutarchus:Liui⁹ lib.2. extiteritne ille apud Romanos harũ etiã orationũ inuẽtor,nõ minus hęſitat.Poſtea vero id apud Romanos obſeruatũ fuiſſe, ex Oratiõe Marcelli filij in obitũ Marcelli patris:ex Auguſti,in mortẽ auię vt refert Suetonius in vita Auguſti,& Tiberij,ex Tiberij,in patris:& multis aliis funebribus laudationibus ſatis cõſtat. Cũ vero de ſemiuſtulato corpore loquitur Cicero, comburi ſolita veterum cadauera indicat, & idipſum multis in locis oſtendit Virgilius, tum vero in hoc,quod habetur lib.9.Aeneid.

*Poſtquam collapſi cineres,& flamma quieuit,*
*Relliquias vino & bibulam lauere fauillam,*
*Oſſaque lecta cado texit Chorineus aheno.*

Illud tamen Perſis & Aegyptiis piaculũ viſum eſſe refert Herodotus,lib.3. hiſt.cuius quidẽ perſuaſionis rationẽ ſi quis deſideret,ab eodẽ requirat. Morẽ autem hunc apud Romanos primus ex patricijs Cornelius Sylla,cum Caij Marij corpus victor diſſipari iuſſiſſet, in ſuo cadauere,ne idem ei contingeret, obſeruari,teſte Cicerone,lib.2.de leg. voluit. & hunc non diu duraſſe teſtatur Macrobius,lib.7.Saturna.qui ſuo tempore id receptum non fuiſſe tradit. Quin & apud gentes aliquas præcioſiſſimas veſtes,quibúſque maxime quis in vita delectatus fuiſſet ornamentis, ea vt ſimul cum homine comburerentur,vſitatum accepimus,vt patet apud Poetam,lib.4.Aeneid.in funere Miſeni:

*Purpureaſque, inquit, ſuper veſtes velamine nota Coniiciunt.* Atq; eo more obſeruato,Dido eas veſtes, quarum affectu maxime tenebatur, proprio rogo impoſuit,haſque ipſas ſecũ conſumpſit:quod cum etiam apud Lituanos conſuetudine inductũ eſſet,vt non ſolum veſtes,ſed & equos & arma ſecum comburerent: eo q̃ mortui facultates minueret, merito Vladis laus, Referente Comenro lib.15.antequam cum regina matrimoniũ iniret, communi cõſilio abrogare iuſſus.atque eo magis abrogãdus fuit Gallorũ mos,qui non ſolum equos,verum etiã ſeruos & clientes,quos ſummo amore proſecuti fuerant,in rogum coniiciebant,vt videre eſt apud Iulium Cæſarem libr.6.bel. Gal.capit.

maxime autem execrandus ille Indorum abuſus, qui
cum cadauere vxorē omniũ chariſsimam comburere
ſoliti ſunt, vt refertur ex Nicolai lib. de moribus gen-
tium apud Stobęum Vngi quoque ſolita eſſe apud ve-
teres cadauera idem Poeta, libro 4. cum de Miſeni, Di-
donis, & Euryali funere agit, ſatis indicat: liquet id-
ipſum ex Enniano verſiculo: lib. 6.

*Tarquinii corpus bona fœmina lauit & vnxit.*

Quod ſi forte roges, quo res hęc pertinet? audi, quo
rem deducam: eo nimirum, vt oſtendam, nõ immerito
recte celebrandis exequijs beneficia apud veteres in-
dulta fuiſſe: quorum hic Iuriſc. mentionē facit. cũ enĩ
tã multa à veterũ legib. in funere recte curando obſer
uãda requiſita ſint, vt quidem ne principum virorum,
tantum abeſt, vt priuati facultas legum obſeruationi
ſufficeret: alterum committendum fuit, vt vel credi-
tores debitis bonis, aut mortui iuſtis honoribus de-
fraudarentur. Quia vero viui id, Cicerone. 1. Tuſcu.
quæſt. autore, maxime curare debent, vt in mortuorũ
ſepulturis, conſuetudini & famæ tribuant ſatis: eaque
veteribus inſita fuerit opinio, vt refert Plato. 4. de le-
gibus, vt ſi qua ratione per fortunam liceret, mortuos
debita laude proſequerentur, contra prius hoc tan-
quam piaculum ne committerent, valde laborarunt.
maluerunt itaque, rectiusque & ęquitati & honori ſe
conſulturos putarunt, ſi vtrique ſatisfacere per fortu-
nam non liceret, creditori debita quem mortuo iuſtas
parẽtationes denegare. Vt aũt temperatis mortuorum
parentationibus merito hęc beneficia conceſſa ſunt:
ita quoque is, qui bonorũ facultatem, & progeniei re-
ceptos mores excedunt, vltra funeri debitam partem
nulla ratione beneficium concedi poteſt: debet itaque
Iudex æſtimare ſumptus funerum pro facultate vel di
gnitate defuncti, atque ea ratione accipiẽdum eſt Iu-
riſconſ. reſponſum in l. funeris D. de religio. & ſumpt.
fun. funeris, inquit, ſumptus accipitur quicquid cauſa
corporis, veluti vnguentorum erogatum eſt. Hinc illa
apud Romanos lex, vt Cicero ad Atticum libro 12.
quæ ſumptũ ſepulcrorum definiebat, qua is, qui eum
modum ſuperaſſet, tanta pecunia quantam præter mo-
dum impendiſſet, mulctabatur. Quamuis enim (vt Pla-
to. d. loco cenſuit) tam mulierum quem virorum fu-
nera celebrari conueniat, id tamen vt moderate fiat,
nec conſueta magnitudo excedatur, neque minora fi-
ant monumẽta, quam à maioribus fieri ſolita ſũt, ma-
xime ſtudendum eſt. Ideoque ille certis legibus ſump-
tum funeris cõcluſit, ne videlicet agger altior eſſet eo
tumulo quem viri quinque diebus totidem cõſtruere
poſſent. Lapides quoque ſuperſtructi non maiores eſ-
ſent, quam vt poſſent defuncti laudes quatuor heroi-
cis verſibus editis (quos Ennius longos appellat) com
præhendere. Elationes quoque non breuiore aut lon
giore tempore intus fieri voluit, quam vere mortuus
ſignificari, cognoſcique poſsit. Atque vt humana ſe
habent omnia, triduana elatio mediocris Platoni ad
ſepulchrum viſa eſt. Id igitur pro lege ſeruari optat
vt qui maximi ſunt cenſus, in funus & ſepulchrum ne
vltra quinque minas impenderent: qui vero proximi,
duas: qui tertij, vnam minam adhiberent. & ita ſingu-
lorum impenſa moderata conſtitueretur. Quod, vt e-
tiam apud Lacedęmonios reciperetur, maxime labo-
rauit Solon. is enim (teſtante Cicerone. 2. de leg.) cum
iam funeris ſumptus modum excederet, plurima qui-
bus tantum ſumptum tolleret, præcepta ſtatuit. Vn-
de Romani, cum eorum populus maiorem æquo im-
penſam in curando funere adhiberet, hanc legem, ex
Solonis legibus translatam, in 12. tabul. redegerunt:
Hoc plus ne facito: Rogũ aſcia ne polito. Voluit prę-
terea Solõ, Plutarcho teſte in Solone, ne pluribus quã
tribus veſtib. vti liceret, nec cibum nec potũ pluſquã
oboli aſportare, nec calathum cubito maiorem habe
re: bouem quoque immolari noluit, nec quenquam ad
alienum monumentum accedere, niſi quo tempore fu
nus effertur. Quod ipſum etiam Pittacus interdixiſſe
fertur. Apud Romanos quoque alia ad diminuendam
ſepulcrorum impenſam ſtatuta fuiſſe, à Cicerone 2. de
legibus, traditum eſt: Ne ſcilicet opere tectorio orna-
re liceret, nec hermas, ſeu vt alij legũt hermos impo-
nere: nec operoſius eſſet ſepulcrum, quam decem tri-
bus diebus perficere poſſent. Et vero æquiſſima eſt tũ
Platonis, tum aliorum legiſlatorum de ſumptu fune-
ris diminuendo ſententia: cum enim authore Platone
d. loco, animum immortalem eſſe, eũque ad deos pro
ficiſci credendum ſit, corpus vero quod tanquam ima
ginarium quoddam nos ſequitur, ſepulchro celebrari,
certe rem familiarẽ atterere tantopere non debemus,
quaſi arbitremur, hanc carnis molem, quæ ſepelitur,
noſtrum, illum eſſe quem ploramus mortuũ, cum ille
quẽ ſepeliri putamus, hinc aliò ſe cõtulerit. Atq; huic
conſonat quod ab Euripide, in Polya pronunciatũ eſt:

Ἀνθρώποι δὲ μαιέοντα φρένες
Λάπαιας ὅταν θανῶσι μέμπο σκιάς.

Nec enim mortui corpus (authore, Cice. lib. 1. Tuſcu.)
aliquid ſentire putandum eſt, & hoc aptiſſimo apo-
phthegmate à Diogene probatum eſt, teſte Cicerone
d. loco. is nanque cum ſe proijci inhumatum iuſſiſſet,
atque amici obieciſſent, volucribuſne & feris obiici
vis? minime vero, inquit, ſed bacillum prope me, quo
abigam, ponitote. Qui poteris, inquiũt illi, num enim
ſenties? Quid igitur mihi (ſubiũxit Diogenes) ferarum
laniatus oberit nihil ſentienti? Laudatur igitur à Ta-
cito, In libello de moribus Germanorũ, recepta apud
Romanos conſuetudo, quibus nulla eſt in funere am-
bitio: apud quos id ſolum obſeruatur, vt corpora cla-
rorum virorum lignis certis crement: ſtruem rogi nec
veſtibus nec odoribus (quod apud alias gentes obſer-
uatum tradidimus) cumulant, monumentaquoque ar-
dua & operoſa aſpernantur. Celebrantur & Aethiopũ
mores, vt minimum cadaueribus tribuẽtes, Diodorus
Siculus li. 4. rerum Antiqu. Quid, quod apud omnes
celebratum eſt Cyri regis dictum, Τοῦτ᾽ ἐμὸν σῶμα ὦ
παῖδες ὅταν τελευτήσω μήτε ἐν χρυσῷ θῆτε μήτε ἐν ἀργύρῳ, μήτε
ἄλλῳ μηδενί, ἀλλὰ ὡς τάχιστα τῇ γῇ ἀπόδοτε. Sed & hoc maximi
beneficij loco duxit, ſi corpus ei rei miſceretur quæ
omnia bona producit. Poſtremo Diogenis dictum nõ
eſſe dimittendum exiſtimaui: Laertius in vita Dioge.
Cynici. qui, ſi canes ſuum cadauer lacerarent, Hyr-
canam fore ſepulturam teſtatus eſt: ſin Vultures,
Iberam: at ſi nullum animal vorauerit, ipſum tem-
pus pulcherrimam ſepulturã fore, corpore à præcio-
ſiſsimis rebus ſole & imbribus abſumpto. Frontinum
legimus, extrui vetuiſſẽ monumentum his verbis: Im-
penſa monumenti ſuperuacua eſt, memoria noſtri du-
rabit, ſi vitam meruimus. Virginius Rufus, non ſolum
extrui, ſed carminibus ornari voluit. Vndè de vtroq;
quid ſentiret cõſultus, Plinius, libr. 9 epiſt. omnes qui
magnum aliquid memorandũmque fecerunt. non mo
do venia, verum etiam laude digniſsimos iudicauit
ſi immortalitatem quam meruere, ſectentur: victurisq;
nominis famam ſupremis etiam Titulis prorogare in-
tantur. Accedit & hoc, quòd Manibus non rite condi
tis, & funere moderate celebrato, domus vmbris ob-
noxias reddi veteres exiſtimauerint, vt exemplo Phi-
loſophi Athenodori conſtat, qui infamem & peſtilen
tem domum, funere rite peracto à teterrimo monſtro
liberaſſe legitur apud Plinium libr. 7 epiſto.. Recte au
tem etiam à noſtris Iuriſconſul. reſponſum eſt, funeri
rite celebrando merito concedenda eſſe beneficia: l. ſi
quis ſepulchrum. §. Prætor ait. D. de relig. & ſumpti.
fune. hoc tamẽ obſeruato, vt modus decens adhibea-
tur. non enim quibuſcunque ſumptibus in funus im-
penſis hac actione contra creditores libere vti lice-
bit: ſed ita demum, ſi moderatus ſit. Ideoque Iuriſcon.
Marcellus, in l. 2. D. ad l. Falcid. reſpondit, nõ amplius



concedendum eſſe, quam quod ſufficiat ad ſpeciem
modicam monumenti, & id quidem niſi interdictum
eſſet, ſæpe videre liceret mediocris fortunæ homines,
quorunque facultas creditorum ſolutioni facile ſatiſ-
faceret, gloriæ vmbram quandam ſectantes, (vt omnes
gloria ducuntur, teſte Cic. pro Archia) tantum monu-
mentis conſtituendis, & ijs quę ad mortui ſepulturam
attinẽt, impẽſuros eſſe, vt ex omnibus bonis id ſaltem
corradere non liceret, quo miſeris creditoribus fieret
ſatis. quod quã iniquum futurum ſit, nemo eſt qui am-
bigat. atque in hunc finem & illud à Papiniano libr. 4.
Reſponſum tendit. in l. ſeruo alieno §. fin. 116. D. de leg.
1. Ineptas voluntates defunctorum circa ſepulturam,
veluti veſtes, vel ſi qua alia ſuperuacua, vt in fũus im-
pẽdãtur, nõ valere. Hęc enim actio, q̃ funeraria dicitur
atteſtante Vlpi. in l. at ſi quis. §. hac action. D. de religio.
& ſumpt. fune. ex bono & æquo oritur. ęquitas ex di-
gnitate eius qui funeratus eſt, ex cauſa, & non ex tem-
pore dijudicatur. bonũm, ex rebus impenſis. Quippe
non plus imputandum eſt ſumptus nomine quem fa-
ctum eſt, ſi modice factum eſt. debet nanque haberi ra-
tio facultatum eius, in quẽ factum eſt: & ipſius rei, quę
vltra modum ſine cauſa conſumitur: & ſi res egredia-
tur iuſtam ſumptuum rationem, nihil refert an volũ-
tate teſtatoris quid impenſum ſit, an minus. nam vlti-
mũ elogium bonis moribus non debet aduerſari. Por-
ro hæc actio, vt & illud paucis attingamus, ei competit
qui debitos ſũptus ſepeliẽdo mortuo, & exequiis mo-
derate celebrãdis adhibuit: eo tamẽ aio, vt eos recipet
interdũ enim ei qui ſũptũ fecit, reſtitut. denegat vtpo
te ſi, pietatis gratia illos præſtiterit: nõ hoc animo qua
ſi recepturus. Quo autem animo feceris, arbitrio iudi
cis perpendendum relinquitur. d. l. at ſi quis. §. igitur
æſtimandum. Hic autem diligens lector animaduer-
tat, Innocentium Pontificem tertium exactiones pro
exequiis, & nubentium benedictionibus prohibuiſſe,
confirmatis tamen piis conſuetudinibus. Cęterũ quã
quam iuſtam ſumptuum rationem egredi impẽſas fu-
neris non patiatur Prætor, iis tamen qui modum ex-
ceſſerunt, hanc actionem funerariam non denegauit.
Illud enim quod mediocri ſumptui impẽderetur, hac
actione repetent: hoc vero quod iuſtam funeris impẽ-
ſam excedit, ne creditoribus, aut aliis quorũ intereſt,
fiat iniuria, ipſi luent. Sed non omnibus, quorum ſum-
ptu exequię celebratæ ſunt, hanc actionem Prętorem
indulgere putandum eſt: nam qui alterius mãdato fu-
nerauit, non habet, teſte Vlpia. in dict. l. at ſi quis. §. mã
dato. funerariam: ſed is, ſcilicet, qui mandauit funeran
dum: ſiue ſoluerit ei cui mandauit, ſiue debeat. Datur
autem hęc actio aduerſus eos ad quos funus pertinet
ait nãque Prętor, in l. ſi quis ſepulchrum. §. Pręto r it.
D. dict. titu. Si funeris cauſa ſumptus factus erit, eius
recuperandi nomine in eum, ad quem ea res pertinet
iudicium dabo. Priuilegium quoque Funerarię actio-
nis, ſiue is cuius bona vęneunt, funeratus ſit, ſiue pro-
ponas alium eſſe funeratum, quem defunctus ſuis im-
penſis ſepeliri cogebatur, à lege indulgetur. hac l. no-
ſtra. Sed quod, dices, priuilegiũ funerarię actioni ad-
hæret? Id ſane funeri recte celebrato beneficium Iuriſ
conſ. tribuere auſi ſunt, vt etiam omni credito prętu-
lerint, l. impenſa funeris. D. de relig. & ſumpt. fun. fune
crariam actionem cum bona ſoluendo non ſunt. hoc,
tamen priuilegium an ad hypothecarios referri poſſit
creditores, certant interpretes. nos eorum ſequimur
ſẽtentiam qui docent, hos creditores, qui in funus de-
functi debitoris impenderunt. (licet preferantur om
nibus hęredibus, legatarijs & chirographarijs credi-
toribus) credere ijs, quibus hypotheca ex pacto con-
petit. tum quòd Impe. Diocl. & Max. reſcripſerint, in l.
eos. C. qui pot. in pig. hab. Eos qui acceperunt pigno-
ra, quum in rem actionem habeant, priuilegiis omni-
busquę perſonalibus actionibus competunt, præfer-
ri: tũ quod à Metiano Iuriſconſ. reſponſum ſit, in d. l. impẽ
ſa. impenſa funeris ſemper ex hęreditate deducitur:
quę etiam omne creditum ſolet præcedere, cum bona
ſoluendo non ſunt. Quippe ſi defunctus bona ſua ali-
quibus obligauit, eatenus imminuiſſe patrimonium
ſuum cenſetur, quatenus hypothecæ nomine obliga-
ta ſunt. nec mouemur Vlpiani Iuriſconſ. reſpõſo, qui
ait in d. l. at ſi quis. §. j. Si colonus vel inquilinus ſit is
qui mortuus eſt, nec ſit vnde funeretur, ex inuectis &
illatis eum funerandum Pomponius ſcribit: & ſi quid
ſuperfluum remanſerit, hoc pro debita penſione te-
neri. Inuectorum nanque obligatio nec certa, nec de-
terminata eſt, & ex eis inquilinus poteſt vendere, alie
nare aut alio titu. transferre quæ voluerit, antequam
manus iniecta ſit, & pignoris iure incluſa bona fue-
rint. Itaque mortuo iam colono, ex bonis defuncti de
ſumitur quantum ſatis erit ad eum funerandum, nec
quicquam cauſari poterit locator, qui ſibi imputare
debet cur non iuſſerit viuo conductore illata conclu-
di. Funeris igitur impenſæ ipſam hæreditatem dimi-
nuunt, & ex ea præripiuntur, & ab ea ſeparantur: & ex
eo quod ſupereſt, debita hæreditaria perſoluuntur.
Quæret nunc forte quiſpiã, cui incumbat cura fune-
rãdi? Illa itaq; vel ad eum ſpectat, quẽ teſtator ad hoc
elegit, d. l. ſi quis ſepulchrũ. §. funus. l. nulli. C. de epiſc.
& cle. in nou de eccle. Inn. Conſt. 19. qui ſi nõ ſatisfacit
volũtati defuncti, omni emolumẽto priuatur, vel ſcri
ptos hæredes, ſi defunctus de hac re nihil ſtatuerit, ea
res cõtingit. Quod ſi nemo ſcript9 ſit, ad legitimos vel
cognatos quoſcũq; ſuo ordine quo ſuccedũt, hoc on9
deuoluitur. Quoties tamen mulier dotata decedit, ex
dote, quæ penes virũ remanet, & cæteris mulieris bo-
nis ꝑ portiõe funerãda eſt, veluti, ſi in dotẽ centũ ſint,
in hæreditate ducẽta, duas partes hæres, vnã vir cõfe-
ret: nec ære alieno, nec ꝑciis ſeruorũ manumiſſorũ, nec
ẽt legatis deductis, l. Celſus. cũ quinq; ſubſc. D. de rel.
& ſum. fune. Hac igitur ratiõe maritũ, & hæredẽ in fu
nus cõferre oportet. plane maritus funeraria nõ cõue
nitur, ſi mulieri in matrimonio dotẽ ſoluerit, idq; Mar
cellus ſcribit: & eã ſentẽtiã verã eſſe teſtatur Vlp. in l. ſi
prorata D. d. ti. in his tãtũ caſibus in quibus hoc ei face
re legibus permiſſum eſt. Quod ſi nulla dos eſſet, tunc
omnẽ impẽſam patrẽ præſtare debere Atticilinius ait:
aut hæredes eius mulieris, puta emãcipatæ: ſi neq; hæ-
redes habet, neq; pater ſoluendo ſit, maritũ, in quãtum
facere poteſt, pro hoc cõueniri reſpõſum eſt, in l. ꝙ ſi.
D. d. tit. ne iniuria eius videatur quõdam vxorem eius
inſepultam relinqui: aliud autem obſeruari, ſi poſt di-
uortiũ alteri nupta deceſſerit, traditũ eſt in l. ſi mulier.
Dom. eodem. nam in ea hypotheſi maritus licet dotem
lucrifaciat, impenſam præſtare non cogitur. Quod ad
funerariæ actionis naturam attinet, hoc pro colopho-
ne adiungendum eſt, actionem hanc non annuam eſ-
ſe, ſed perpetuam: & hæredi cæteriſque ſucceſſoribus
& in ſucceſſores dari. l. ſi filiusfam. §. hæc actio. D. d. ti.
Explicata nunc vtcunque huius actionis natura, ad al
teram legis noſtræ partem deſcendimus: in qua tradit
Vlpia. parui referre qua actione ſumptus funeris cau-
ſa factus petatur. ſemper enim funeraria, hoc eſt, priui
legium funerariæ actionis agenti competit, ſiue fami
liæ erciſcundæ, ſiue ex ſtipulatu, ſiue funeraria actio
inſtituatur, eo tamen obſeruato, ne quis abiiciẽdi pri-
uilegij cauſa ſtipulatus ſit. Quando autem quis priui-
legium reieciſſe dicatur, controuerſum eſt. à quibuſ-
dam enim traditur, vt à Barto. ad l. ſi Stichum §. j. & ad
l. aliam. D. de nouat. ſola nouatione legitime facta, &
hypothecas & pignora liberari, vſuraſque non cur-
rere, atque pœnas ſtipulatione compræhenſas non
committi: verum priuilegia à iure conceſſa, niſi id in
nouatione expreſſum fuerit, ſuum vigorem retinere.
Quorum quidem ſententia ex eodem reſponſo quo ip
ſi ſuam opinionem confirmarunt, nõ difficulter dilui

poſſit

poſſe videtur. Iulius enim Paulus in d.l.aliam. cũ aliã cauſam nouationis voluntariæ, aliam vero iudicij accepti, ex multis exemplis oſtendi poſſe aſſerit in l.qui vſumfru.58.D.de verb.obl.& l.cum qui ita.§.ſi a te.56. eo.tit.& l.ſi diuortio 22.hoc vnum refert dotis priuilegij perire, ſi dos poſt diuortium in ſtipulationem deducatur: & tutelæ modo poſt pubertatem tutelæ actio nouetur, & id ſpecialiter agatur. Cuius quidem reſpõſi poſtrema hæc verba, Si id ſpecialiter actum eſt, ad latam nouationis interpretationem, de Iure Pandectarum reſpiciunt: illud enim ius nouationis introduxit, quibus debitorum conditio lædebatur præter illorũ voluntatem expreſſam, vel ex verbis neceſſario collectam. Iulius nanque Paulus reſpondit, l.ſi ita ſcriptũ. D.de hæred.inſtit.ſi primo quis vſumfructum, deinde fundum ſtipuletur, vt cum poſterior ſtipulatio plus cõtineat, prima nouetur, ex qua ideo non agatur, ſed ex ſecunda ad totum fundum. Cum enim plenior ſit, põtior eſſe debet, l.qui ſic ſtipulat.47.D.de verborũ obligatio.& ibi Ioann.Coraſius ar.l.ſi prior.D.ſolu.matrimo.l.ſicut.D.de ad leg.l.non ad ea.D.de conditionib. & demonſtra.eaque de cauſa per ſecundum minus cõtinentem nouatio primæ obligationis non inducebatur, niſi ſub commemoratione prioris obligationis celebrata fuiſſet. Quippe ſolo interuentu nouæ perſonæ non inducebatur nouatio: verum & neceſſarium erat rem omnino eandem eſſe, & tantundem in vtranque obligationem deduci. Imperatoris autem conſtitutione apertiſsime definitum eſt, in l.fina.C.de nou. §.preterea.in inſtit.quibus mod.ob.toll.tũc ſolum nouationem prioris obligatiõis fieri, quoties hoc ipſum inter contrahentes expreſſum fuerit, vel ex verbis neceſſario deſumitur. Vult itaque Paulus in dic.l.aliam. priuilegia dotis & tutelæ non tolli, niſi animus nouãdi expreſſe vel tacite ex verbis neceſſario deſumatur: licet in aliis facti ſpeciebus contrarium de iure Pandectarum ſit definitum, dict.l.qui vſumfructum & ibi docto.& pręcipue Ioannes Coraſius. neceſſario colligitur ex verbis voluntas nouandi, ſi ita ſtipulatio concepta fuerit. Quod te mihi dotis actione dare oportet dare ſpondes? dict.l.qui ſic ſtipulat. ij vero qui diuerſam ſententiam tuentur, eo retulerunt Iuriſconſ.verba, quaſi expreſſa priuilegij reiicienda mentio in ipſa nouatione requiſita eſſet. Quorum quidem opinioni ne accederemus, monuerunt & Pauli in hac lege ferẽda inſtitutum, & ſubſequentia verba, Quod nemo dixerit lite cõteſtata. nam aduerſariorum interpretatione ſeruata, iniquiſsima eſſet à Paulo prolata ſententia: præcipuo nanque iuſtitiæ fundamento, quæ eſt pactorum dictorúmque conſtantia & veritas, locum denegare videremur. Quid enim æquius eſt, quam id ſeruari, quod aperte à contrahentibus, & præcipue in iudicio, conuentum eſt? nam prætor promittit, in l.Iuriſgentium.§.Prætor ait.D.de pact.pacta conuenta, quæ neque dolo malo, neque aduerſus leges, Plebiſcita, Senatuſconſulta, edicta, decreta principum, neque quo fraus, cuiquam eorum fiat, facta erunt, ſe ſeruaturum. Siue itaque in iudicio, ſiue extra iudicium de reiiciẽdo priuilegio quis pactus fuerit, ei conuẽtioni æquas vires, eundémque effectum Iulius non denegauit; ſed negat, vt nouatione voluntaria eadem etiam ratione lite conteſtata, quæ neceſſariam nouationem parit, priuilegia iuris tolli: Non enim deteriora (atteſtante, eodem Iuriſcon.in l.non ſolet.87.D.de reg.iur.ſolet fieri conditio eorum qui litem ſunt cõteſtati, ſed plerunq; melior. Hoc vnum igitur ſtudeant mulieres oportet, ne facile ſoluto matrimonio, dotis nouationem cum hæredibus ineant, nec enim exiguum diſpendium inde referet. Verum priuilegio, quod illis indultum eſt, maximo renunciaſſe cenſebuntur. Quod quidem quãto cum rerum ſuarum detrimento futurum ſit, ex hoc ſequenti capite liquebit.

## De iis qui dotem matrimonio ſoluto repetunt. Cap. 4.

Ait Vlpianus:

*Si ſponſa dederit dotẽ, & nuptijs renunciatum eſt, tametſi ipſa dotem cõducit, tamen æquum eſt hanc ad priuilegium admitti: licet nullum matrimoniũ contractum eſt. Idem puto dicendum, etiam ſi minor 12 annis in domum quaſi vxor deducta ſit; licet nõdum vxor ſit.* Frequentia eſſe in iure noſtro rei vxoriæ & dotibus conceſſa priuilegia, nemo qui vel Iuriſprudẽtiã à limine ſalutarit, ambigit. Hoc enim apertũ eſt, nõ ſolũ ex hoc Vlpiani loco, verũ ẽt ſexcẽtis aliis: ex quibus qui præcipui ſunt, huc trãſtulimus. Atq; in primis cõpẽſatione, q̃ magna æquitate cõſtitutà eſt, §.in bonę fidei.in inſt.de act.mulieri dotẽ exigẽti obiici nõ poſſe, traditum eſt. §.taceat.C.de rei vxoriæ act. Præterea mulier, licet ex fideiuſſiõe SC.Velleiani beneficio non obligetur, tamẽ in dotis ꝓmiſſione SC.derogatũ eſt, l.vlt.C.ad Velleia. à quocũq; enim, ſiue is maſculus, ſiue fœmina ſit, fides interpoſita fuerit ꝓ ſoluẽda dote, æquale erit fideiuſſiõis robur. Paulus denique li.6. quæſtionũ ꝓmittẽdã eſſe nepti ex aui materni ſtipulatiõe, (cũ tamen alij ſtipulari legibus vetitũ ſit) ne cõmodo dotis defraudetur, vtilẽ actiõem reſpõdit in l.Cai⁹.D.ſol.mat. Fauore enim nuptiarũ, & maxime ꝓpter affectionem perſonarum, ad hoc decurrendum eſſe ſubiũgens. Et hac eadem de cauſa pacta quibus dotis conditio læditur, nulli⁹ momenti eſſe reſpõſum eſt. ait enim Vlpianus in l.2.D.de pact.dot.& l.quãuis C.de pactis conuent. Si cõuenerit vt quoquo modo diſſolutum ſit matrimonium liberis interuenientibus, dos apud virũ remaneret: Papinianus Iuliano Prætori reſpõdit, morte mariti, finito matrimonio, neq; cõueniſſe videri dotem remanere: & ſi conueniſſet, non eſſe ſeruãdum pactum contra dotem, cum mariti mortalitas interuenit. Iuſtinianus etiam Imperator res, quarum alioqui alienatio interdicta eſt, ob dotis cauſam poſſe alienari reſcripſit. Nouel.39. de reſtitution. Tanta inſuper conceſſa eſt rei vxoriæ à iure efficacia, vt etiam ſuo interuentu actionis naturam mutare poſſit. Stipulatio enim, quæ ſtricti iudicij actio eſt, ſi dotis cauſæ accedat, bonæ fidei naturam induit. §.fuerat. Inſtit.de action.l.vnca.C.de rei vxoriæ act. Poſtremo, vt ad id, quod tractandum ſumpſimus, deueniamus, dotis fauore ſponſæ & minori 12.annis, ſi pro vxore habita fuerit in dote, hoc eſt in re, quę doti deſtinata fuit, repetenda priuilegium πρωτοπραξία concedi placuit. Horum autem omnium rationem, ſi quis ambigat, ex Pauli reſponſo petere facile eſt, l.intereſt D.de priuil. cred. qui Reip.intereſſe tradit, vt mulieres dotes ſaluas habeant, propter quas nubere poſsint. quod etiam à Põponio reſponſum inuenitur in l.1.D.ſol.mat. Vt igitur ad verba Iuriſconſ.progrediamur, hoc primũ ſe explicandum offert, quod ab omnibus ferre interpretibus in controuerſiam deductum eſſe video, de quo nã videlicet priuilegio hic agatur. Et quibuſdam vt eſt gl. hoc loco ad verba ad priuilegium. eſt viſum ſponſam non ſolũ ad priuilegium, quod inter pſonales actiones, ſed etiam quod inter hypothecarias vertitur, admittendam eſſe. Cuius quidem rationem ſi quis requirat, hanc tradũt, quod tam ſponſæ quem vxori in mariti bonis à iure conceſſa ſit hypotheca. Aliis, Bartol. ſ.& ad hunc.§.& gloſ.ad l.eos.C.qui pot.in pign.hab. contraria ſententia vero propius accedere putata eſt. Sponſæ nempe, inter perſonales quidem creditores beneficium indulgeri, inter hypothecarios autẽ non item. atque hæc interpretatio noſtro iudicio, qualecunque id ſit, veriſimilior viſa eſt, mouitque me cura aliorum



aliorum ſententia recederem, illud maxime, quod alio in loco diuerſum ab Hermogen. apertiſsime expreſſum ſit in l.ſi ſponſa D.de iure dotium. Si ſponſa, inquit dederit, nec nupſerit, vel minor duodecim annis vt vxor habeatur, exemplo dotis condictionis fauoris ratione, priuilegiũ quod inter perſonales actiones vertitur, tribui placet. Quibus quidẽ verbis, Quod inter perſonales &c. hoc nobis Iuriſconſ.demonſtrare viſus eſt, aliud eſſe iuris, ſi inter perſonales creditores, aliud ſi inter hypothecarios, & ſponſam dotem repetentem de πρωτοπραξία controuerſia oriatur. Sed id mihi aliquis obijciet, cui illi qui contrariam tuentur ſententiam, tanquam validiſsimo fundamento innituntur, ꝙ Iuriſconſ.æqualem & vxori ſolutom atrimonio, & ſpõſæ, ſi nuptis renunciatum ſit, in repetenda dote rationem atribuerit. & hoc quidem negare nõ noſtrum eſt. Quippe nec pro dote, nec pro re nuptijs deſtinata, ius Pandectarum hypothecam conſtituit. arg.d.l.ſi ſponſa. ſed par in vtroque ius fuit. Cui quidem opinioni hoc non infirmũ argumen.probet, quod Tribonianus cum precipuas & frequentiores theſes, quibus à lege hypotheca conceditur, in Pandectarum ſeriem redegiſſet, dotis, cuius tamen frequentiſsimus vſus eſt, nõ ſemel meminerit, de quo Vide tit.Pandectarũ, quibus cauſis pig. vel hyp.tacite contrahatur. eaque ratione contra Iuriſconſ.ſententiam feciſſe non immerito argui poſſet. promittũt enim illi in l.3.4.& 5 D.de leg.de iis ſeſe acturos, ἐπὶ τὸ πλεῖστον accidũt. Quòd ſi quis, hęc argumenta non ſatis aperte noſtram opinionem iuuare, cauſetur, hunc ad apertiſsimam Imp.conſtitutionẽ relegamus. ait enim in l.vnica.§.1.C.de rei vxo.act. Vt plenius dotibus ſubueniatur, quemadmodum in adminiſtratione publicarum rerum, & in aliis multis Iuris articulis tacitas hypothecas ineſſe accepimus, ita & in huiuſmodi actione damus ex vtroque latere hypothecam: nec enim ſibi aliorum inuenta vendicaturus eſſet. Si vero quis noſtram hac in re opinionem eo argumento refringere conetur, ꝙ non ſit nouum Imperatori, id quod ab alio inuentum eſt, renouare, cum id apud Romanos Conſules frequentiſsime factitatum legamus, nec tamen ob hæc quæ ab aliis excogitata ſunt, ſibi tanquã primis authoribus attribuant, hoc illi dictum velimus, non magnopere nos repugnaturos eſſe: at facilime id conceſſuros, ſi aliquod reſponſum, quo illa ſententia complectatur, in medium adduxerint. Hoc etiam, ſitne iure Codicis, & authẽt.inter dotem, & rem eam, quæ ad dotem ordinata eſt, quantum ad ius pręlationis attinet, differentia, dubitandum eſt. Et nullam ſtatutam eſſe, à quibuſdam exiſtimatum eſt: adeo, vt quemadmodum vxorem, ſic & ſponſam creditorib⁹, anteriori hypotheca munitis, iure præferri putauerint. Quorum opinio hac potiſsimum ratione nititur, ꝙ vbi eadem eſt cauſa, idem quoque ius conſtitutum ſit, l.illud.D.ad legem Aquiliã. cũ itaq; cauſa, qua dotis priuilegiũ ſubnixũ eſt, ea ſcilicet, ꝙ & fragile ſit muliebre conſilium, & omne fere eius patrimoniũ in dote cõſiſtat, etiã ſponſæ æque attribui poſsit, non vident illi. cur diuerſum ius cõſtitui debeat. Nobis vero maxime multũ intereſſe inter ſponſæ, non ſecutis nuptiis, & vxoris ius videtur. Et diuerſitatem in eo conſtituimus, quia non vt vxori ſoluto matrimonio, itidẽ & ſponſę nuptiis nõ ſecutis, hypotheca cõceſſa eſt, ſed duntaxat πρωτοπραξία inter perſonales creditores, & hac quidem ratione adducti, ꝙ cum Imp.ſatis ſuperq; vxorũ iure egiſſent, ſponſæ nũquã meminerint. Quiſnam igitur eſt, qui id ꝙ in dote cõſtitutum eſt, etiã ad ſponſã trãſferre auſus ſit, cũ idipſum iuſtiſſima de cauſa à Iuriſc.l.ꝙ vero cõtra.13.D.de legi.interdictũ ſit, ne videlicet ea, q̃ cõtra rationẽ iur.recept.ſunt, ad conſequẽtiã ꝑducam⁹? Minuẽda eſt itaq; aliorũ diuerſũ exiſtimantium ſententia. nec eñ tam valida eſt eorũ ſententio confirmatio, vt facile quenquã ad eorũ opinionẽ ſectandã trahere poſſit: cum eas rationes quæ pcipuæ indulgendi beneficij cauſæ extiterunt, nõ attigerint. ea nanq; eſt, quæ maxime Impp. ad concedẽdum ius ſingulare mouit ratio, ꝙ tãtis incõmodis, ſi honeſtæ matronæ officium ſpectemus, matrimonium obnoxium ſit. Quis enim (inquit, Imperator, in l.aſſiduis.C.qui pot.in pign.hab.) earum nõ miſeretur, propter obſequia quę maritis præſtant, ꝑpter partus periculum, & ipſam liberorum procreationem? pro quibus multa noſtris legibus inuenta ſunt priuilegia. atque ideo id quod vxori tributũ eſt, non iniqua ratione ſponſæ denegare poſſumus, cũ incõmoda, ad quæ lenienda beneficia conceſſa ſunt, nõdum ſenſerit, & proinde priuilegij particeps eſſe non debeat. Sed vt vxorẽ iis, quibus tacita hypotheca ante dotis conſtitutionẽ cõceſſa eſt, præferri inter omnes cõſtat: ita an eadem potius ius habeat creditoribus, anteriori & expreſſa hypotheca munitis, quæſtionis eſt. Et ꝙ ad huiuſmodi diſſolutionẽ attinet, à quibuſdã in hãc ſententiam diſceſſum eſt, à Bart.& cõmuniter doct.ad d.l.aſſiduis. qua perſuaſum eſt, iis quidẽ creditoribus, quibus tacita hypotheca cõceſſa eſt, vxorẽ præferri: iis vero, qui expreſſam habẽt, nulla ratione: aiuntque id naturali æquitati maxime conſentaneum eſſe. Quin etiam eo ſuã ſententiã confirmare conati ſunt, quod cum fiſci & mulięris priuilegia in omnibus cõueniãt, vt fiſcus, ſic & mulier iis creditoribus, quibus expreſſa hypotheca antea cõceſſa fuit, præferri nõ debeat. Et id quidem in fiſco nullã habet dubitationẽ: ait enim Imperator, in l.2.C.de priuilegio fiſci. Quãuis ex cauſa dotis vir quõdam tuus tibi ſit condemnatus: tamen priuſquam res eius tibi obligarentur, cum fiſco cõtraxit, ius fiſci tuã cauſam præuenit. Cẽſuerunt itaque qui huic opinioni adhæſerunt, (cum par ſit vtriuſque ratio) id ꝙ in vno ius conſtitutum eſt, etiam alteri competere debere l.illud D.ad l.Aquiliam. Nos putamus cum Acc.ad l.aſſiduis. circa verba, licet anterioris ſint &c.C.qui pot. in pig.hab. mulierem etiam iis creditoribus quibus expreſſa hypotheca competit, iure præferri. Quamuis enim eorum, qui hanc tuentur, numerus nõ ita frequens ſit; rationes tamen ita validę ſunt, vt me vel inuitum & reluctantẽ in hanc opinionem pertraxerint. Primo quidem, quod in iis, vbi non eſt aperte tradita à Iuriſcon. diſtinctio, nouam nobis effingere nulla ratione conceſſum ſit. Mouit præterea Martini ratio, quantumuis à multis temere reiecta: ad d.l. aſsiduis. qui cẽſuit mulierem in dotis exactione etiam expreſſa hypotheca potiorem cauſam habere, cum maius ſit dotis ius, eique præferatur qui in refectionem credidit, l.in nouellis.conſtit.12.97. atque is potior ſit eo, cui anterior & expreſſa hypotheca ex conuentione & pacto competit. l.interdũ.cum l.ſeq.D.qui pot.in pig.hab. Quod itaque in re minori valet, valeat & in maiore. vt Cice. in Topicis. Quæ quidem ſi vera ſint (quod à nullo cõtrouerti merito poteſt) quis dubitabit idem quod ei, qui in rem conſeruandam aliquid impẽdit, à legibus indulgetur, doti, cui plus à iure conceditur, tribuere. Cum conſtet igitur ex Iuſtiniano, in d.l.Conſti.97. dotis cauſam præferri ei, qui in aliquam rem quid impẽdit, cur in hoc articulo hactenus diſſenſum ſit, maxime mirari ſoleo. Ait enim Imperator Conſtantinus.97 πολλὰ τοίνυν ἐπὶ τούτοις βουλευσάμενοι ἐχ᾽ ὁρίσαμεν γυναῖκα δικαίαν ἐν τῷ σχήματι ἐκχωρῆσαι τινὶ τοῦ πρωτοπραξίου & hæc ad confirmationem noſtræ ſententiæ ſufficiant. Vereor autẽ vt in nos telum iſtud retorqueatur, & ſicuti dotẽ hac ratione expreſſę hypothecę prętulimus, ꝙ eum qui in refectionem credidit, præcedat: ita dotem fiſco præferãt (quibus æqualitatem tribuimus) ꝙ dos prioribus creditoribus hypothecariis potior ſit: iique fiſcum in iure exigendi præcedant. Et fuerunt ſane qui hac de cauſa ab Imperatoris reſcripto receſſerunt, dotémque fiſco prætulerunt: inter quos etiam Harmonopulum

etiam Harmonopulum inuenimus, ὅτι καὶ παρά τινος τὸ αὐτὸ πρᾶγμα ὑποτεθῇ πρῶτον μὲν ἰδιώτῃ εἶτα δημοσίῳ μετὰ ταῦτα προικί, προτιμᾶται ἡ προίξ, καὶ τοῦ δημοσίου διὰ τὸ προτιμᾶσθαι τῶν προτέρων δανειστῶν οἱ τινές εἰσι προτιμότεροι καὶ τοῦ δημοσίου.

Sed expedita eſt huius nodi diſſolutio: & longe facilior quam Gordij: Regula enim qua id tẽtant conuincere aduerſarij, in iis demum regula eſt vbi vtrobique eadem eſt victoriæ & prælatiõis cauſa. Hic autẽ quam diuerſa eſt diligens lector facile perſcrutari poterit: cum dos ex cauſa creditoribus prioribus præferatur, illi vero fiſco ob tempus: quę quidem diuerſitas facit, vt in ijs regula hęc (Si vinco vincentem te, vinco & te) non valeat. Cum autem boni imterpretis munus non in eo ſolum conſiſtat, vt veriſimilibu sargumentis ſuam ſententiam probabilem reddat: verum eriam vt aduerſariorum dicta (quæ non minus aliquando præ ſe ferre videntur veritatis ſpeciem) aptiſsimis rationibus diluat, atque refutet: nobis quoque ad diuerſæ ſenteniiæ refutationem accedendum eſt, in eoque agricolas ſecuti ſumus, qui ſi quid in agro inuenerint quod bonarum ſegetum prouentum remorari cognoſcant, eradicare ſolent. Diuerſum igitur ſentientium opinio ſimilitudinis fundamẽto maxime innititur. Vnde autem ea comparationis ratio deprompta ſit, ſane nõ video. Nec em̃ vlla ęqualitas, quæ ad id quod nunc agim⁹ ſpectat, ex eo quod prętendunt, reſcripto ex lib. ſecundo Cod. de priui. fiſci. commode colligi poteſt. Quippe non illa lege expreſſum eſſe video, id quod fiſco denegatur, continuo etiam recuſandum eſſe mulieri priuilegium: ſed vxorem, licet πρωτοπραξία ei à iure contra reliquos creditores competat: fiſco tamen, cum quo maritus prius, hoc eſt, ante dotis conſtitutionem contraxit, ob ſingularem, quo eum proſecuti ſũt Impp. fauorem, pręponi noluerunt. In eo igitur verſatur diſsimilitudinis ratio, quod ſicut frequentiſsime hoc in fiſco vſurpatum eſt, vt is qui prior ſit tempore. potior ſit iure: ita rariſsime illi axiomati locus in dote concedatur. Nec valde nos mouet quod dici ab aduerſarijs ſolet, Lex tibi ſuum, nõ tuum denegat auxilium: ideoque à ratione alienum apparet, quod creditores anteriores habẽtes pacti expreſſam hypothecam, fruſtrentur ſola legis authoritate & prouidentia. his enim reſponſum velim, hos creditores eo nõ fruſtrari, quod pactionib⁹, & ſtipulatiõib⁹ eis atributũ eſt, nimirũ ipſa hypotheca, de qua dũtaxat eis ꝓſpectum eſt atq; ob id eã cõſeruãt. πρωτοπραξία vero nõ ſũt honorati (hoc em̃ conuẽtionib⁹ fieri nõ potuit) ſed ea totum legis eſt opus, legisq; inuentũ & beneficiũ. Porro hoc dotis non exiguum priuilegium ideo in muliere magis ferendum eſt, quòd ita demum hoc beneficio πρωτοπραξίας gaudeat, ſi manifeſtum faciat ſe dotem vere intuliſſe atque mutuo tradidiſſe. Quippe non ſufficit maritum confeſſum eſſe ſe dotem recepiſſe. Non enim aliis præ iudicium adferre debet, ſi coniuges inter ſe colludãt, aut callido commento quid agant. Deinde cur mulieri contra rationem & æquitatem competere hanc πρωτοπραξίαν ſuſtinebimus? cum non poſsit conſeruandæ dotis ſuę cauſa fideiuſſores aut pignora accipere. Ait enim Imperator, in l. j. C. ne fideiu. dotium dẽtur. Siue ex iure, ſiue ex conſuetudine lex proficiſcatur, vt vir vxori fideiuſſorem ſeruandæ dotis exhibeat, eam iubemus aboleri. Ex hoc reſcripto nõ deducemus differentiam inter conſeruationem dotis, & reſtitutionem quaſi huius ſecuritas fieri poſsit tam fideiuſſore, quam hypotheca acceptis: illius vero neutro modo. Nam ad conſeruationem dotis non oritur aliqua peculiaris obligatio, atque cum maritum aduerſus conſeruationem peccare videmus (quia videlicet ſua diſſipare incepit) agitur conſtante matrimonio non ad conſeruationem, ſed reſtitutionem, ipſáque dos exigitur, ac eius reſtitutionis nomine non fideiuſſores, ſed hypothecæ conſtituuntur: idque non ſine ratione tam varie. Nam quamuis omni obligationi, & fideiuſſor, & hypotheca accedere poſsint: l. 5. D. de pign. l. j. D. fideiuſſ. fideiuſſoria tamen obligatio ex hac hypotheſi eadem fere de cauſa prohibetur, qua inter coniuges donatio. Sicuti itaque à legumlatoribus cõſtitutum eſt, à coniuge coniugi nihil attribuendum eſſe donationis titulo, ne mutuus ille coniugalis amor deficiat, neve rerum omnium inter coniuges non ſit communicatio: ita fideiuſſorem cauſa dotis à marito dari leges prohibent, ne ipſe, vt inueniat fideiuſſorem, eius erga vxorem amori indulgeat. Idque ſatis indicat Imperator. ait enim, in l. 2. C. ne fid. dotium dentur. Quare ſi fideiuſſor, vel alius interceſſor exigitur, ne cauſa perfidiæ in connubio eorum generetur. In quo miramur quorundam interpretationem, vt eſt Duare. ad tractatum de ſoluto matrimonio capite quarto. qui datum fideiuſſorem obligari, & ſolum remiſſam eſſe dandi neceſsitatem exiſtimant. nam ea ratione facile fraus legi fieret. Quippe nolentem maritum vxor ſæpe fraude ad fideiuſſorem conſtituendum induceret. Quid enim non poteſt fœmina? Non minus igitur fideiuſſoris dationem per hanc conſtitutionem eſſe perhibitã voluerũt Itmpp. quã ipſam dotis alienationẽ, quę etiã vxore conſentiente à marito celebrari non permittitur. Alciatus li. 4. parerg. ca. 26. Nõ hinc colliges lector, nos prohibitum eſſe à iure pactum conuentum de hypotheca nomine dotis, exiſtimare: cum aperte contra ſenſerit Marcellus. in d. l. 3. Res, inquit, hypothecę dari poſſe ſciẽdum eſt, pro quacunq; obligatione, ſiue mutua pecunia detur, ſiue dos, ſiue emptio, vel venditio contrahatur. Ne igitur alio, quam ex ſententia Iuriſconſ. ſuperiora verba torqueas, eaque legibus nõ repugnare demonſtremus: id primo tenendum eſt, nec fideiuſſores, nec pignora à quoquam, ſiue ab extraneo ſiue à marito dotis cauſa dari poſſe. & hoc ea ratione placuit, ne facile inter coniuges generaretur perfidię cauſa, quoties maritus deſideraret vſum rei pignoratæ, quam ſcit, à coniuge incluſam, commodiſſime ſeruari. Res vero hypothecæ omni ratione obligari cauſa dotis poſſe non eſt quod dubitemus. cum maritus & quilibet debitor vſum & poſſeſſionem oppignoratæ rei retineat. atque pro libito alienet. ita tamẽ, vt dominium in alium cum onere tranſeat. nec aliquis aduerſatur. Vlpiani illud reſponſum, in l. ꝗ aũt. §. ſi vxor. D. de dona. inter virum & vxorem. quo aduerſarij admoniti nobis in hac re contrariantur: Si vxor, inquit, à marito ſuo prædia, quæ in dotem pignori acceperat, emerit: eaq; emptio donatiõis cã facta, dicatur nullius eſſe momenti, pignoris tamen obligationẽ durare Imperator noſter cum patre ſuo reſcripſit. Non enim de pignore, ait Vlpianus, ꝗ re cõtrahitur: verum de eo ꝗ ſola conuentione, hoc eſt, de vera hypotheca. nã quãuis inter pignus & hypothecam maxima ſit differẽtia, ſæpius tamen ſolo nominis & vocis ſono differre Marcellus teſtatur, in d. l. 5. atque potiſſimum id obtinet, cũ rerum immobilium fit mentio. nam illa manu tradi, & propter magnitudinem ponderis moueri non poſſunt. Atque vt harum rerum dominium & poſſeſſio alteri attribuatur, requiruntur quædam loco veræ traditionis, quibus tanquam argumentis poſſeſſionem & dominium apud aliũ eſſe argui poſſet. Priſcus enim, atteſtante Iulio Paulo, ait in l. j. §. ſi iuſſerim. D. de acquir. poſſeſ. Si iuſſerim venditorem procuratori rem tradere, cum ea res in pręſentia ſit, videri mihi traditã. Cæterum quamuis id quod de vera numeratione tradimus, controuerſum ſit, huic tamen ſententiæ eo magis acceſſimus, quod Iuſtinianus Imperator illud à ſe inuentum beneficium hac clauſula reſtrinxerit: in l. vnica. C. de rei vxor. act. Si tamen re ipſa fuerint parti mariti datæ, neq; , etſi repugnet Fulg. ad l. ſi cui. Codi. de non nu. pecu. nos mouet, quod exceptioni non numeratæ pecuniæ, quæ aliis creditoribus ex perſona debitoris



competit, non ſint longiora tẽpora conſtituta, quam ipſis qui exceptionem proponunt debitoribus. Ideóq; exceptionẽ non numeratæ pecuniæ, qua ex perſona mariti vtantur alij creditores, iiſdem finibus & temporibus eſſe conſtricti, ac ſi ea ab ipſo marito, aut eius hæredibus contra vxorẽ, eiúſq; hęredes obiiceretur. Et ob id lapſo tempore exceptioni p̃ſcripto, dotẽ p̃ſumi traditã. Quippe exceptio illa non numeratę dotis, non elidit ipſam, quã vocãt p̃lationem, verũ fundamentũ quo ea ſuſtentatur. impedit enim p̃cipuê dotis reſtitutionẽ. Cũ autem de ipſa πρωτοπραξία agitur q̃ſtio, certũ & indubitatũ quaſi relinquitur, dotẽ quidẽ reſtitui debere: at ordo ſolũ in dubiũ trahitur: quiſnã inter creditores p̃ferendus ſit, cõtrouertitur. Exceptione itaque nõ numeratę dotis tp̃e p̃ſcripta, reſtituendã eſſe dotẽ, ꝓnunciare cogitur iudex. nec auditur maritus, ſi dotem non traditã nullo iure reſtituendã eſſe, cauſetur: niſi manifeſtis probationibus doceat, & Iudici perſuadeat dotẽ ſe nõ recepiſſe: nõ tamẽ hoc tanti eſt, vt eo iure eademq; de cã cęteris creditorib⁹, qui pri⁹ hypothecã pacti fuerũt, p̃ferarur, nec in eum finẽ tendit iudicis ſententia: ipſe enim vt ſoluatur dos ꝓnunciauit, nõ vt p̃feratur, ſed vt cũ cęteris creditorib. quibus hypotheca cõçeſſa ſit, ęquali iure cõcurrat: eãque partẽ, quã ferunt mariti facultates, cõſequatur. Si aũt πρωτοπραξίαν requirat mulier, ad hoc nitatur oportet, vt re vera traditã eſſe dotẽ marito ꝓbet. Idque à Iuſtiniano ſumma rõne ita reſtrictũ eſt. nã quod contra cõmunẽ rationem eſt, variis ab ipſis legũ latoribus modis, ſi id poſtulet ęquitas, reſtringi ſolet. Nõ intẽpeſtiuè hîc q̃ritur, deuoluatúrne id de quo dixim⁹, priuilegiũ ad hęredes, an minus? Et tranſire ad hæredes receptũ eſt, Bart. ad l. j. & ad l. poſt dot. D. ſol. mat. cuicũq; enim actio dotis conceditur, ei & hypotheca in bonis mariti nõ denegatur. Quod ne quis aliò quã rõ admittat, referat, obſeruandũ eſt, hypothecã quidẽ eãdem, q̃ defuncto conceſſa fuit, hęredibus cõpetere: ius aũt quod vocant p̃lationis, illi à iure indultũ non immerito ei qui in defuncti locũ ſuccedit, niſi ex deſcendẽtium numero fuerit, denegari, vt Bar. dict. locis. An aũt filiis ex altero matrimonio conceptis, iure id beneficiũ concedatur, apud interpretes cõtrouerſum eſt. nos eã ſequimur opinionẽ, qua non competere alterius matrimonij filiis id priuilegiũ exiſtimatum eſt. Hac ratione eõ inducti, ꝙ modus in iis, q̃ non ſine alieno incommodo conceduntur, ſeruandus ſit. Quòd ſi quis eius reì plura teſtimonia requirat, pręfationẽ noſtrã adeat. Quando dies reſtituendæ dotis venerit, & cui actio dotis competat, ne id aliquẽ anxiũ & ſuſpenſum teneat, paucis aperiendum cenſui. Et tunc demum cum ſolutum eſt matrimonium, dotis actionem inſtituendam eſſe, notandum eſt. hoc tamen obſeruato ſi maritus bona ſua, & vniuerſam ſubſtãtiam calamitate, aut quodam infortunio amiſerit, exinde dotis actionem competere, ex quo mariti facultates dotis ſolutioni non ſufficere euidentiſsimè apparuit, idque ab Vlpia. lib. 33. ad ædictũ æquiſsimè reſponſum eſt, in l. ſi conſtãte D. ſol. matr. & hoc commodiſsimè ad calamitatem & infortunium reſtringimus: nam Iuſtinianus in l. vbi adhuc. C. de iure doti. vxoribus electionem concedit, vt vel diſſoluto matrimonio, vel eo conſtante, ſtatim atque viri ſua bona cœperint profundere, actionem dotis aduerſus maritos inſtituant. Non cogitur itaque mulier, ſi maritus ęquo diſſoluti⁹ viuat, donec certus rei ſit euentus, expectare. Si tamen aliquis frugaliter, vt priuatum decet, viuat, ac caſu quodam abſque ſua culpa facultatibus priuetur, aliud, teſtante Vlpiano in d. l. ſi conſtante. iuris erit. Quippe non temere de mariti moribus ex euentu iudicare nos oportet, cùm aliquoties diligentiſsimi quique patres familias & Oeconomiæ ſtudioſiſsimi fortunis ſuis euertantur: fortunam enim cęcam dixerunt eſſe Philoſophi, vt Demetr. in Apoph. Eraſmi. de quo vide Ciceronem in libris ad Herennium. Virgil. in verſic. de fortuna. atque id quod inmeritis tribuit, meritis denegare: ideoque tradidit Cicero, 2. de diuinatione, nihil magis fortunæ contrarium eſſe, quam ipſam rationem, & hac de cauſa ſumma æquitate à Iuriſc. reſponſum eſt, in d. l. ſi conſt. §. ſi exhæredato. ſi exhæredato marito mulier agat, magis eſſe, vt ex die aditę patris hæreditatis incipiat ei actio. Hæreditate enim nõdum adita, incertum eſt maritum inopem eſſe, cum exhæredatio omnino pendeat ex aditione hæreditatis: nec antea efficax eſſe dicatur, l. filiũ. §. ſed cum exhæreditatio, D. de bono. poſſeſſ. cõtra tab. Alteri quæſtioni vulgo reſponderi ſolet, dotis exactionem vxori competere, l. Caius. D. ſol. matri. niſi vel dos profectitia ſit: vel extraneus qui dotem dedit, eam ſibi reddi pactus, vel ſtipulatus fuerit: nec id ſine ratione. nam actio dotis à patre, profectæ, communis eſt patri & filiæ in poteſtate exiſtenti; l. 2. §. quod ſi. D. d. titul. In aduentitia vero dote nullus patri datur locus, atque hoc ab Vlpiano, in d. l. 2. & in Inſt. ſuis de dotibus. negatum eſſe nemo ſanus dixerit patri enim quanquam ratione patriæ poteſtatis directam actionem aduentitiæ dotis nomine concedat, vtilẽ tamen filiæ non denegat. Quod ſi pater ex conuento vel interpoſito tempore cũ conſenſu filię dotem profectitiam ſibi reddi ſtipulatus ſit, ceſſabit omnis participatio, & patri ſoli actio dotis concedetur. l. quoties. D. ſol. ma. l. auia. C. de iure dotium. Extraneus vero ſolo pacto, ſine interuentu ſtipulationis, actionem de dote in ſe trãsferre poteſt. l. legem. C. de pactis. l. rebus C. de ver. permu. l. legem. C. de dona. Nec id rationi repugnat. ei nanque qui vltro donationis titulo dominium in aliquem trãsfert, quamcunque legem voluerit, dicere licet, in traditio. D. de pactis. Pater autem filiam Magiſtratus Officio dotare cogitur. l. qui liberos. D. de ritu. nup. l. vlt. D. de dotis promiſſ. Sed fortè vrgebit quiſpiam Papiniani Iuriſconſ. reſponſum in l. poſt dotem D. ſol. matr. Poſt dotem datam, inquit, & nuptias contractas ſtipulatus eſt pater voluntate filiæ diuortio facto dotem dari: ſi conditio ſtipulationis impleatur, & poſtea ſi filia ſine liberis deceſſerit, non erit impediendus pater quo minus ex ſtipulatu agat. Viua autem filia ſi agere vult, exceptione ſubmouendus erit. Quæ quidem Papiniani ſententia ſtipulationem, à patre cum conſenſu filiæ emiſſam, non impedire, quo minus actio dotis filię competat, apertè oſtendit. Verum id noſtræ ſententiæ nihil derogat. in ea nanque hypotheſi, in qua verſatur Iuriſconſ. non ſibi reddi dotem, ſed reddi ſtipulatus eſt Atque ſi dubitatio ex ea ſtipulatione emergat, non ſibi vt ius aliquod tribuatur: ſed filiæ nomine ſtipulatus eſſe, eiuſque negocium geſsiſſe cenſetur. Cautè igitur patres in hac ſtipulatione verſentur. nec enim filiæ facilè fit præiudicium. Parentes nanque filias dotare, vti diximus, coguntur. Porro traditum antea eſt ex Iuſtiniano, non ſolum vxori pro repetenda, verum etiam marito pro tradenda dote hypothecam indulgeri. Atq; orta eſt hinc maxima dubitatio, reſeruetúrne ei integra poſt euictionem hypotheca. Et pluribus eandem hypothecam poſt euictionem concedi, non immerito viſum eſt. per l. j. § j. C. de rei vxor. acti. vbi vide Gloſſam ad verbum, euictis. cùm enim euictio æquè fiat in detrimentum mariti, ac ſi dos nunquam ab vxore tradita fuiſſet: idem beneficium quod ante traditionem, etiam euictione facta, concedi ratio poſtulat. Dotis namque promiſsio non lucro ſolum, ſed & maximo oneri coniuncta eſt. Atque hactenus de dotium priuilegio, earúmque fauore dictum eſt, quod quidem ne alio quam debeat, referatur, id certo tenendum eſt, quamuis iuſtiſsima de cauſa hęc dotibus indulta ſint beneficia, euenire tamen aliquando, vt eadẽ æquitate ſuadente non ſolum remittantur: verum etiam omnino pro negocij qualitate, & creditorum

fauore tollantur. Huiuſque exéplum eſt in eo, qui militiæ cauſa pecuniam credidit, modo inſtrumento de credito certo conſtet. l. finali. C. de pign. cum auth. ſubſequent. Baldus in tractatu de dote vult, quòd creditor qui in militiam emendam credidit ſolum, præferatur doti poſteriori. In primipilari cauſa etiam ob ſeruatum eſt, vt ſi per Primipili adminiſtrationem incommodi aliquid ala tum ſit, non tantum mariti, ſed & vxoris bona fiſco hypotheca obligãtur. l. ſatis notũ. C. in quib. cau. pignus tacitè contrah. Nec hoc nouũ videri debet. Cùm enim primipilo (vt Vegetius lib. 2. & Pompon. Lætus in libello de Magiſt. & Sacerd. Roma. tradunt) totius belli adminiſtratio commiſſa ſit, quanto Reip. malo futurum ſit, ſi male officio fungatur, nemo non videt. Dotis autem cauſa ſi cum fiſco propter malè à marito adminiſtratum primipilari officium concurrat, priuati eſt, non publici, ex eáque priuati cauſa læditur. id vero quod ex adminiſtratione oritur damnũ, publicum eſt. Iam cùm publica priuatis longè præualeant, maiore etiam fauore digna fuerũt. Funeraria quoque actio, dotis cauſæ præfertur. l. impenſę. D de rel. & ſumpt. funerum. Ne contra omnem inhumanitatem cadauera inſepulta iaceant. Poſtremo, ne maritus omnibus bonis exutus, vix tantùm retineret, quo duram poſsit repellere famé: immerito non vltra quam facere poteſt, condemnandus eſt. l. maritum D. ſol. matr. Non ꝙ ceſſet actio, ſed ſola humanitatis cauſa id expoſtulante. Quid enim tam humanum eſt, tam liberale, támque munificum, quam miſeris & inopibus (inquit 3. de Oratore Cicero) opẽ ferre, & afflictos excitare? Et idcirco à Iuſtiniano Imperatore l. vnica. §. cùm autem C. de rei vxoriæ act. cõſtitutum eſt, vt maritus, inquantum facere poſsit, condemnetur: quia hoc æquiſsimum eſt, & reuerentiæ debitum maritali, ſi non dolo malo verſatus ſit: cautione videlicet ab eo exponenda, ꝙ ſi ad meliorem fortunã peruenerit, vt quod min⁹ perſoluit, hoc reſtituere procuret. Quantum vero maritus facere poſſe dicatur, ex iudicis pendet arbitrio, qui familiæ & perſonæ dignitate diligentiſsimè inſpecta, quantum æquum videbitur, marito ſuppeditandum eſſe iudicabit: hoc tamẽ attendendum eſt, maritum æs alienum deducere non poſſe. maritus enim facere poſſe creditur, Paulo teſte, in l. maritus D. ſoluto matr. nullo deducto æræ alieno. At is qui ex donatione cõuenitur, omni ære alieno deducto facere poſſe intelligitur. Non autem duntaxat in dotis exactione hoc beneficio maritus gaudet: verum etiam in quacunque actione, quæ ex con tractu inter coniuges conſtante matrimonio celebrato originem ducit. Quòd ſi veró negotiũ diuortio iã facto geſtũ fuerit, ceſſare priuilegium teſtatur Scæuola. l. diuor. D. de nego. geſt. vide ét l. non tantum. D. de re iud. Et hoc idem quidem beneficium ideo firmum eſt & validum, vt ne pacto quidem tolli poſſe Pomponius aſſeruerit, l. alia. §. eleganter. D. ſol. mat. Tale enim pactum contrarium eſt bonis moribus, & Reip. aduerſatur. Nec ſolum marito, verum ei qui dotem promiſerat, hoc beneficium conceſſum eſt. Atque ideo Neratius & Proculus teſtantur in l. ex diuerſo. D. d. tit. iuſtũ eſſe, vt Socer marito ex promiſsione dotis dũtaxat cõdemnetur, inquantum facere poteſt. parentis enim loco eſt, idque & mulieri non denegatur, cùm ſocia ſit omnium cum viro bonorum.

## De vtilitate atque fauore dotium. Cap. 5.

Ait Paulus Iuriſcõſ. lib. 6. ad Edictum.

I*Ntereſt Reipub. & hanc ſolidam conſequi, vt ætate permittente nubere poſſit.* Sine liberorũ ꝓcuratione humanũ gen⁹ diu ſupereſſe nõ poſſe, clari⁹ eſt, quã lõga diſputatiõe egeat, atque ideo non inconſulte Hadrianus Imp. teſte Paulo in l. cum ratio. D. de bonis dam. reſcripſit, Se malle, hominum adiectione, quã pecuniarũ copia Imperiũ ampliari: nec hoc ſolum cęlibatus traditur incommodum, verũ etiam aliud, idque à Philoſophis longè maximum eſt habitum. Si enim humanũ genus deficeret, quis diis (vt inquit Antipater, in pręceptis nuptialibus apud Stobæum.) ſacra faceret? Lupi nimirũ & leones. Quod quidé cũ etiã à Platone in lib. de leg. expéſum eſſet, cõmodius adhiberi remediũ nõ poſſe putauit, quã ſi vterque ſexus, vt maxime poſſet, liberorum procreationi daret operam. Quin & illa ipſa natura, quæ nihil temere, nihil inconſulto conſtituit, hoc ipſum etiam præuidiſſe videtur: nec enim hominé ſolũ, ſed & bruta animantia ad ſimiliũ generationem maxime ſtimulat, vt Cicero primo Offi. Quid loquar (inquit idem 2. de natura Deorũ) quanta ratio in beſtiis ad perpetuam cõſeruationem earum generis appareat? nam primum aliæ mares ſunt, aliæ fœminæ, ꝙ perpetuitatis cauſa machinata eſt natura, deinde partes corporis, & ad procreandum, & ad concipiendum aptiſſimæ: & in mare & in fœmina commiſcendorum corporum miræ libidines. cũ aũt in locis ſemen inſedit, rapit omnem fere ad ſe cibum, eoque ſeptum fingit animal, quodcum ex vtero lapſum excidit, in ijs animalibus q̃ lacte aluntur, omnis fere cibus matrum lacteſcere incipit, & ea q̃ paulo ante nata ſunt ſine magiſtro, natura duce mammas appetunt: earumque vbertate ſaturantur. Atque vt intelligamus nihil horũ eſſe fortuitũ, & hæc omnia eſſe prouidæ ſolertíſque naturæ: q̃ multiplices fœtus procreant, his mammarum datam eſſe multitudinem ſciendum eſt, quas paucas habent hæ beſtiæ, q̃ pauca gignũt. A Platone etiam lib. 6. de legib. traditũ eſt, coniunctionem maris & fœminæ, legitimam naturalemque eſſe, & à natura ad liberorum procreationem conceſſam. In quam ſententiam & ab Ariſtotele in œconomico, itum eſt. Hoc igitur cum à natura requiſitum fuiſſet, ad humanam ſocietatem conſeruandam conuenientior ſane modus à Philoſophis excogitari non potuit, quam matrimonium, quod eſt, vt Halicarnaſſeus in libro. περὶ τῶν γαμικῶν prodidit, σύμμιξις ἐστὶ κοινωνία δυοῖν τοῖν φρασφορεστάτοιν εἰς ἅπαντα τὸν βίον ſeu vt inquit Imperator, §. 1. in Inſtit. de patria poteſt. viri & mulieris cõiunctio, indiuiduã vitę conſuetudinem continens. Nec tamen id negare poſſumus, ſine matrimonio perpetuum quaſi & immortale fore humanum genus. generatio enim, vt à pluribus traditum eſt, ſine nuptiis conſiſtit. Sed recte Muſonius, (cuius ſententiam apud Gnomologos videre poſſis) tradidit, ideo inuentũ eſſe matrimonium, ꝙ iuſta & legitima generatio ſine nuptiis eſſe non poſſit. & hinc ſapiẽtiã fuiſſe ait Horatius:

*Concubitu prohibere vago, dare iura maritis.*

Non immerito igitur à Philoſophis traditũ eſt, domum ſine nuptijs mancam eſſe. Quod enim opus venereum decentius, quam viri & vxoris? vt Muſonius apud Stobęum. Certum itaque id ſit, maris fœminęque coniunctionem neceſſariam eſſe, & vtrunque ſine altero debilem eſſe. Ariſt. lib. 1. Polit. Improbãda vero & ab omnibus Reſpub. explodenda quarundam regionum hac in re conſuetudo fuit. Nam apud quoſdã, vt apud Britãnos referente Iulio Cæſare. lib. 5. belli Gall. cap. 9. deni, aut duodeni ab e[illegible]dem ſtemmate prognati, communes habebant vxores apud alios autem obſeruatum fuit, vt nullo diſcrimine omnibus vxores communicarentur, vt liquet in Africa minore, teſte Ariſt. pol. 2. & Põponio Mela, vbi ait de Africa, idque de Garamantis teſtatur Plinius. Ex qua quidem conſuetudine quid incommodi eueniat, oſtẽdit Ariſtoteles, libro. 2. Polit. quod minor ſcilicet futura ſit liberorum cura, quod enim multorum commune eſt, id minime curæ eſt, ſuum quidem quiſque curat. quod vero commune eſt, ei tantam nõ adhibet diligentiam, Cum igitur antea



tea (vt refert Cicero, libro primo de inuen.) legitimas nuptias nemo vidiſſet, nec certos quiſquã inſpexiſſet liberos: ſumma ſane ratione & diuina quadam prouidentia matrimonium conſtitutum eſt, nec minori tamen prudentia & conſilio in re precioſiſſima conſeruãda, à veteribus actum eſt. Primus enim Romanorum rex Romulus, legem ſanxiſſe à Liuio. traditur, vt quicunque per ætatem poſſent, omnes vxores ducerent. Apud Spartanos mulctam iis qui vxorem non duxiſſent, conſtitutam eſſe, à Stobęo memoratum eſt. Quin & hoc apud Romanos obſeruatum fuit, Referente Tertullian. in libro. de monagamia. vt is qui in cælibatu vitam degeret, ex teſtamento ciuis Romani nihil capere poſſit. Sed vt cælibatui pœna & mulcta, ita viciſſim matrimonio priuilegia tanquam bene inſtitutę vitæ præmia, propoſita fuerunt. Apud veteres enim conſtitutũ fuiſſe refert Plutarchus, in Politicis. vt cũ per ſingulas domos exigenda inueſtigaretur pecunia, eius domus conſulto pręteriretur, qui modo vxorem duxiſſet. Referri etiã huc poteſt lex Iulia Octauij Auguſti relata à Gellio libro decimo quinto capit. quinto, qua cautum eſt, vt priori ex conſulibus faſces ſumendi poteſtas ſit, qui plures liberos quam collega, in poteſtate habeat, aut bello amiſerit, ſi par vtrique numerus eſſet, tum maritus, aut qui in numero maritorũ eſſet, præferretur: ſi vero & ambo mariti, totidẽ liberorum patres eſſent, tum qui maior natu eſſet, faſces ſumeret. Referrem, ni longior eſſem, qua pœna ij, qui à matrimonio abhorruiſſent, mulctati fuerint, in Rep. Lycurgi, referẽte Plutarc. in apopho. Lac. & Auguſti, vt Dion. in vita Auguſt. quaq; pœna dignos eos cenſuerit Plato. At quia hoc cuiuis obuiũ eſt, ad eos, qui hæc poſteritati cõmendarunt, lectorem relego Quod multis indicat toties apud bonos authores de iure trium liberorum iactata recordatio: quantopere matrimonium viguerit, & quo apud veteres fuerit in honore. Hactenus de matrimonio, dotium baſi & fundamento, ſine quo dotes nulla ratione conſiſtere poſſunt, dictum ſit ſatis. Ne autem lector παρέργως id à nobis tractatum miretur, in eum finem id factum ſciat, vt ex matrimonij dignitate, cui conſeruando dotes conſtitutæ ſunt, earum fauorem & præſtantiam facilius intueri liceret. Cũ enim ſine vxoribus nulla ratione, cum ijs auté non ſatis cõmode (vt Metellus Numidicus apud Gellium libro primo capite quinto cenſuit) viui poſsit, inuenienda fuerunt illectamenta quaſi & illecebræ, quæ matrimonij onera, alioqui vix toleranda, lenirent, paululúmque remitterent. Ideóque à Iulio reſponſum eſt, in l. ſi is qui. §. primo, D. de iure dot. ibi dotem eſſe debere, vbi matrimonij onera ſunt. Cui enim alioqui hæc non erit inſita opinio, nihil libero toro eſſe iucundius, melius nihil (vt Horatius in Epiſtolis inquit) cælibe vita, niſi propoſita commoda & præmia, quæ nuptiarum incommoda leuent, ad aliud vitæ inſtitutum reuocent? Non abſque ratione igitur Reipub. intereſſe tradidit Paulus, hic & in l. 2. D. iure dotium. mulieres dotes habere ſaluas, propter quas nubere poſsint. Et has quidem introductarum dotium rationes, cùm penitus introſpicio, mirum nouúmque id mihi videri ſolet, quanam ratione à Solone, vt Plutarchus in vita Solonis, & Lycurgo, vt Iuſtinus libro quarto hiſtoriarum, prudentiſſ. alioqui legumlatoribus, dotes è Repub. ſublatæ fuerint. Has tamen ſuarum conſtitutionum rationes tradidiſſe memoriæ traditũ eſt à Iuſtino dicto loco, ne pecunia, ſed potius bonis moribus vxor eligeretur. cùm enim quanam id ratione in ſuis Rebuſp. conſtitutum eſſet quæreretur, Lycurgus id reſpondiſſe fertur, vt neque propter inopiam vllæ relinquerentur innuptę, nec ob diuitias expeterẽtur: ſed vt iuuenum quiſque ad puellæ mores proſpiciens, ex virtute faceret electionem. Pręclarum ſane reſponſum, & ab omnibus laudanda conſtitutio, quę ęqualitatem in Repub. ſeruari iubeat: niſi aliud, idqúe longe maximũ, lateret incõmodum. Eueniet nanque inde, vt infrequentiora ſint matrimonia. quod tamẽ ipſi ſuis legibus maximè impedire conati ſunt. nemo enim in deteriorem conditioné & maiora incommoda facilè ſe coniiciet. Tum autem qui vxorem ducit non ſatis dotatã, in paupertatis onus ſe cõiicere quis non videt? Et Anaxãdridas quidem de matrimonio conſultus, eum verè ſeruum fore reſpondit, qui inopem duxiſſet cõiugem: nãque, inquit, vnius loco duos cogetur alere. Quod profecto incommodum quem non ab ineundo matrimonio deterreat? Quis non ſine vxore viuere mallet: & proinde ea moleſtia carere, vt ille Metellus Numidicus dicto loco apud Gel. dixit, quam ſeruili labore & onere, propter vxoris inopiam & ſe & ſuam coniugem vix & difficulter ſuſtentare? Nec id nouum videri debet, aliquem à matrimonio inopiæ metu deterreri poſſe, cùm potius, vt ipſi putarunt, ex bonis moribus quam ex diuitiis coniugium ſpectari debeat. Id enim ſæpiſsimè factum eſſe apud veteres, vt cõperta inopia, etiam à ſplẽdidiſsimis nuptiis homines abhorruerit, legimus apud Aelianum variæ hiſtoriæ lib. 10. c. 15. liquet id in Lyſandro, licet nobiliſsimo viro. Eius enim nuptiis renunciatum eſt, vbi eum inopem eſſe reſciuiſſent. Quod ipſum, ſi ſine dote elocarentur filiæ euenturum certo ſatis conſtat. ea eſt enim, vt ſemper fuit, hominum auaritia, & diuitiarum cupido inſatiabilis, vt non ſpectetur, quàm morata ſit, ſi dotata fuerit ſatis. Protinus enim, vt Iuuenalis ſatyra 6. inquit, ad cenſum de moribus vltima fiet quæſtio, & idipſum hominibus perſuaſum eſſe Plautus indicat in Perſa;

*Tace ſtulta, inquit, non tu nunc hominũ mores vides*
*Quoiuſmodi? hic cum mala fama facilè nubitur:*
*Dum dos ſit, nullum vitium vitio vertitur.*

Et licet bonos mores ſpectari æquius fortaſsis fuerit, vt Plutarchus in præceptis connubialibus. (quémadmodum enim ſpeculi ex auro gemmíſque conſtructi nulla fuerit vtilitas, niſi formam ſimilem repreſentet: ita neque diuitiis vxoris fructus vllus eſt, niſi vitam exhibeat marito ſimilem, & ingenium concors vti Plutharcus ibidem) quis tamen innatam quodammodo, & à primis annis inſitam ex hominum mentibus opinionem euellere, & omnino eradicare poterit? Quo igitur fauore dotes non eſſe dignas putabimus, quæ rei tam præcioſæ, & ſine qua reſpublica ſalua eſſe non poſsit, neceſſario adhibetur? dotatas enim eſſe fœminas, ad ſobolem procreandam, replendámliberis ciuitatem, maximè neceſſarium fore reſpondit Vlpi. in l. j. D. de ſol. matr. & in eum finem reſponſum hîc eſt à Paulo: Reip. intereſſe dotem conſeruari. Sine matrimonio enim quam debilis & infirma futura ſit quæuis Reſpub. ex iis quæ ſuprà recẽſuimus, ſatis liquet, & idcirco abſurdum videri non debet dotes vt conſeruentur, reip. intereſſe, cùm ſine iis debita matrimonij dignitas, & proinde humana ſocietas facilè (vt oſtendimus) infringatur, in quam ſententiam à doctiſsimorum hominum cœtu in conſilio Arelatenſi itum eſt, 30. quæſtio. 5. c. nullum. nec id ita accipi volumus, quaſi ſolus conſenſus non ſufficeret ad matrimonij vinculum, cum id apertè iure expreſſum ſit, l. nuptias D. de regulis iuris. ſed hoc explicare nitimur, è Repub. eſſe, dotes conſtitui, vt matrimonia frequentiora ſint & celebriora. & hæc ad explicationem huius legis ſufficere videbantur.

## Quod Priuilegium, Pupillus, Adultus, Furioſus, vel mutus aduerſus tutorē, pro tutorem curatorē, vel ſimiles perſonas habeat. Cap. 6.

Ait Vlpianus lib. 63. ad Edictum:

*SI quis cùm Tutor non eſſet, pro tutore nè gocia geſſit, priuilegio locum eſſe manifeſtum eſt. Nec intereſt ſiue ipſe debeat qui geſſit ſiue hæres eius, cæterique ſucceſſores. Ipſe autem pupillus haber priuilegium: ſed eius ſucceſſores non habent. Sed æquiſſimum erit, cæteris quoque, quibus curatores quaſi debilibus vel prodigis dantur, idem priuilegium competere.*

Quantoperè à veteribus laboratum ſit, ne tutores in alium, quàm par eſſet, vſum bona pupilli conuerterēt, innumeris Iuriſconſultorum reſpōſis ſatis expreſſum eſt. In hunc enim finem obſeruatum fuit, vt tutores ante ſuſceptum onus fidem præſtarent, vt Cicero in Topicis, non aliter ſe, quàm ratio dictaret, in bonis pupilli verſaturos. Quin & ea de cauſa, qui contra, quàm poſtulauit æquitas, res pupilli adminiſtrauit, infamia notatus eſt. l. j. D. de his qui not. infam. Quapropter à Cicero. pro Q. Roſcio Comœdo, inter priuata iudicia ſummæ exiſtimationis relatam eſſe tutelam vidi demus: Si qua ſunt, inquit, priuata iudicia ſummæ exiſtimationis, & penè dicam capitis, tria hæc ſunt, Fiduciæ, Tutelæ, Societatis. Aequè enim perfidioſum & fidem frangere, quæ continet vitam, & pupillum fraudare, qui in tutelam peruenit, & ſocium fallere, qui ſe in negocio coniunxit. Sed hoc præterea & id quidem egiſſe, perfidioſum eſt, fauore tutelę conſtitutionibus principū indultum eſſe inter oēs cōſtat, in tutoris ſcilicet bonis ex adminiſtratione hypothecā pupillo cōceſſam eſſe. Pro officio (ait Conſtantinus in l. pro officio. C. de admi. tuto.) adminiſtrationis tutoris vel curatoris bona, ſi debitores exiſtant, tanquam pignoris titulo obligata, minores ſibimet vendicare minimè prohibentur: quin & Demoſtenes [illegible] nō obſcurè indicauit, apud Athenienſes acceptum fuiſſe, vt vxoribus bona mariti pro dote tutorumque bona pupillis obligata eſſent. An autem id, quod Cōſtātinus tribuit priuilegium, iure Pandectarum receptum fuerit, dubitatum eſt. Et pleriſque viſum eſt, ad l. finalem, D. qui. cau. pig. ta. contrah. hoc modo priuilegiū pupillis conceſſum eſſe à Iuriſconſ. quod inter perſonales actiones vertitur, cum aliud nullibi expreſſum inueniant: ab aliis vero reclamatum. vt per Franciſ. Balduin. in tractatu pignorum, quem ſecutus eſt D. Gabriel Mudæus cùm doceret pignorum materiam ann. 50. Voluerūt enim illis hypothecam etiam Iuriſcōſultorum ętate pupillis fuiſſe indultam. Quam ſententiam, cùm ſolidiſſimis argumentis nitatur, & nos ſequimur: videtúrque Sceuola, licet obſcurius, id ſignificaſſe. Tutoris, ait in d. l. fi. hæres cum hærede pupilli tranſactione facta, cùm ex ea maiorē partem ſoluiſſet, in reſiduam quantitatē pignus obligauit. Quęſitum eſt, an in veterem contractum iure res obligata eſſet. Reſpondit ſecundum ea, quæ proponerentur, obligatam eſſe. Cuius quidem reſponſi poſtrema verba Accurſius interpretatus eſt, ad d. l. fin. & cæteri qui contrariam ſequuntur ſententiam, quaſi hîc non ageretur de pignori ſiue hypothecæ iam obligata, ſed de ea, quæ priori expreſſa conuentione, hypothecæ vinculo fuit adſtricta, quam obligatam Iuriſconſ. appellat, ob ius (vt illi viſum fuit) retentionis. Ait enim Imperator in l. j. §. C. etiā ob chirog. pec. pign. ret. poſ. At ſi in poſſeſsione fueris conſtitutus, niſi ea quoque pecunia tibi à debitore reddatur vel offeratur, quę ſine pignore debetur, eam reſtituere propter exceptionem doli mali non cogeris. Hæc autem interpretatio à mente Iuriſconſ. longe aliena, & proinde abſurda nobis viſa eſt. Quæſitū enim fuit, an iure, non ficte, in veterē contractum res obligata fuerit, ſiue an res nunc in cauſam trāſactionis pacto conuento obligata in veterem cauſam, ſeuquod tantundem valet, pro eo, quod actione tutelæ peti poterat, maueat obligata iure, id, eſt tacite, & obligatione quadam legali, quemadmodum prius ea ipſa res cum omnibus tutoris bonis, nūc ad hęredem translatis obligata fuit. Pignus autē hoc in cauſam tranſactionis datum, non ex propriis hæredis rebus, ſed ex ijs, quæ à defuncto tutore ad hæredē peruenerunt, ſumptum eſſe, licet à quibuſdam id in cōtrouerſiam trahatur, Ful. ſ. & Alber. ad d. l. finalem. certiſſimum eſt & hoc ſecutus eſt D. Gabriel Mudæus cū doceret tractatum pign. ann. 50. Quippe que eſſet alioqui dubitationis cauſa, cum certum ſit, rem hæredis nunquam fuiſſe in veterē cauſam obligatam ante tranſactionem. Hinc igitur exorta eſt maxima in reſponſo Scæuolæ quæſtio: prima nanque fronte apparet, omnino & in vniuerſum à veteri obligatione receſſum eſſe, & tranſactione fuiſſe extinctam actionem tutelæ, atq; ita extincto principali debito, ex adminiſtratione tutelæ contracto, conſumptam eſſe tacitam etiam obligationem, quę illi tanquam acceſſorium acceſſit. c. acceſſor. de reg. iur. lib. 6. potuit quoque id ea ratione veriſimilius alicui reddi, ꝙ hæc res expreſſe pignori data eidem creditori in aliam cauſam, nempe tranſactionis, à tacita, eaque generali obligatione liberata eſſe videatur, licet aliquando tamen vſuueniat, vt ad priſtinā obligationem, actionéque tutelæ tranſactione non ſeruata, redeundum ſit, l. ſi prætextu. 1. C. de trāſact. & Ful. ad d. l. final. Sed Scæuola ſecundum ea que propoſita fuerunt, reſpondit, durare adhuc taciti pignoris obligationem. Tranſactio enim non tollit actiones ipſo iure. l. cū propon. C. de pact. & l. ſiue apud acta. C. de trāſact. Verum exceptione agentem ſubmouet, niſi Aquiliana interceſſerit ſtipulatio & acceptilatio ſecuta fuerit, l. vt reſponſum. C. de tit. Cum itaque nulla facta ſit hic ſtipulationis mentio, dicitur tranſactio celebrata non animo nouādi veterem actionem tutelæ: alioqui enim pignus in veterem cauſam durare, nō reſponſum eſſet: de quo vide quæ dict. ſunt ad fin. l. 2. §. 1. Nouatione eīm hypothecæ & pignora tollūtur, niſi dolus qui omnem contractum lædit, interceſſerit. Sane in d. l. ſub pretextu. inquiunt. Imperat. Dioclet. & Maxi. ſi per ſe vel per alium ſubtractis inſtrumentis, quibus veritas argui poterat, deciſionem litis extorſiſſe probetur, ſi quidē actio ſupereſt, replicatiōis auxilio doli mali pacti exceptio remouetur. Ceſſat igitur ea, quę noſtra in lege mouetur controuerſia, de quo ſ. priuilegio exegiſſe putandus ſit Vlpia. cùm inquit, Priuilegio locum eſſe manifeſtū eſt, eáq; verba, non vt vulgo, de priuilegio, quod inter perſonales creditores, verum etiam de eo, quod inter hypothecarios vertitur, exaudiemus: cui opinioni, ſi quis ſuperioribus argumentis non cōtentus accedere recuſet, apertioráque requirat, vnico Seueri & Antonini Caracallæ diuorum patris & filij reſponſo, ei ſatisfactum velimus: Non eſt interdictum, inquiūt in l vnica. C. rē alie. gerentibus non interdici rerū ſuarū alie. tutoribus vel curatoribus, & ſi ex eo titulo iudicati debitores ſunt conſtituti, cū ſua cauſa res ſuas alienare: potuit ergo curator tuus fundū ſuū cum ſuo onere obligare fiſco noſtro, nam & priuato potuiſſet. Quo quidem reſcripto apertè traditum eſt, horum Imp. ætate pupillo in bonis tutoris conceſſam fuiſſe hypothecam: quid enim aliud eſt, fundum cum ſuo onere obligare? Nunc quis, niſi antiquitatis & hiſtorię planè ignarus Vlpiani ætate id receptum fuiſſe negauerit, cùm Vlpianus & in Alexandri Seueri conſilio



filio, & eius familiaris fuerit? Conſtat autem apud hiſtoricos, inter Seuerum & Alexandrum Caracallam, ſolum Macrinum & Diadumenum ſimul, & Heliogabalum imperaſſe, & tunc demum ad Imperij faſtigiū euectum eſſe Alexandrum. Hinc etiam patet, alterius cuiuſdam reſponſi, quod Hermogeni tribuitur, interpretatio, cùm ipſe eadem cum Vlpiano tēpeſtate claruerit: Non ſolum, ait in l. fina. D. de tut. & rat. diſtra. tutelæ priuilegium datur in bonis tutoris, ſed etiam eius qui pro tutore negocium geſsit: vel ex curatione pupilli, pupillæ ve, furioſi, furioſę ve debebit, ſi eo nomine cautum non ſit. Sed mirum non eſt, veram & genuinam legis ſententiam veteres interpretes latuiſſe, cùm res hæc ab antiquitate, cuius ipſi æquo imperitiores fuerunt, penitus dependeat. His obiter indicatis, ad legis noſtræ explicationem progredimur. Eum itaque pro tutore negocia gerere, ſciendum eſt, qui (vt alio loco in l. prima, D. de eo qui pro tut. vel cur. neg. geſt. Vlpianus tradidit) munere tutoris fungitur in re impuberis, ſiue ſe putet tutorem, ſiue ſcit ſe non eſſe, fingit tamen eſſe, & hunc pari iure cum tutore cenſeri debere ratio poſtulat. nam quicunque tutelæ munere fungitur, ſiue is tutor ſit, ſiue non, nulla ratione committere debet, vt pupilli bona peſſum eant, & hac de cauſa à Pomponio reſponſum eſt, in le. penultim. D. d. Titu. eum qui pro tutore negocium gerit, eandem fidem & diligentiam præſtare quam tutor. Reſtat nūc id explicemus, quod Vlpianus tradidit, pupillum habere priuilegium, ſed eius ſucceſſores non item: & hoc quidem ea ratione reſponſum eſt, ꝙ in omnibus cauſis id obſeruetur, vt ibi perſonæ conditio locum facit beneficio, ibi deficiente ea beneficium quoque deficiat. l. quia tale. D. ſolut. matrimo. Qua ratione & Papinianus reſpondit, in l. ex pluribus. D. de adminiſt. tut. In rem ſuam iudicatum procuratorem datum, priuilegium pupilli non habere, quòd nec hæredi pupilli detur: nec enim cauſæ, ſed perſonę ſuccurritur, quæ meruit præcipuum fauorem. Et hinc profluxit illa apud interpretes agitata quęſtio, de qua vide Accurſiū ad d. l. ex pluribus circa verba, Datur extraneo. Referatúrne idipſum, quod ſucceſſoribus Vlpian. denegat priuilegium, ad ſuum hæredem, an minus? atque quibuſdam placuit, hac potiſsimum ratione idipſum ad ſuum hæredem deuolui, quòd idem in hypotheſi non diſsimili traditum ſit. ait enim Vlpianus in l. maritum. D. ſoluto matrim. Priuilegium mariti, ne vltra, quam facere poſsit, condemnetur, hæredi denegandū eſſe, nulla habita inter hæredes diſtinctione. ſalua tamen Vlpia. ſententia, ſubiunctum eſſe à Triboniano Pomponij reſponſum, in l. etiam D. de Titul. quo mariti priuilegium ad filium ꝓducitur. Altera, eáque validioribus argumentis ſuffulta, acceſsit opinio, qua generali Vlpiani dicto quemuis ſucceſſorem à priuilegij ſucceſsione reiecerunt: nec ſanè impedit hāc ſententiam, aduerſariorū à ſimilitudine ductū argumentū: vtriuſq; enim hypotheſeos lōgè diuerſa eſt ratio. In alio enim Iuriſc. reſponſo in d. l. etiam. apertè id ad ſuū hęredem relatum eſt, hîc autē minimè: quod cùm ita ſe habeat, nemini tantā conceſſam eſſe authoritatē autumo, niſi legem & immutare & cōcedere poſsit: vt id quod Vlpian. ſucceſſori denegauit, vel ad ſuū hęredem producere audeat. Nec enim nobis inter ſuū hæredem & alium quemuis ſucceſſorem, ad priuilegium, quòd attinet, diſtinctionem effingere permiſſum eſt cùm ea nullibi à Iuriſconſultis expreſſa ſit.

§.

*Sed æquiſſimum erit, cæteris quoque quibus curatores quaſi debilibus vel prodigis dantur.*

Qui ſint debiles, de quibus hîc agit Vlpia. connexum Pauli reſponſum declarat: Vel ſurdo, inquit, & muto ęquiſsimum erit idem priuilegium competere. Qua ratione his curator, qui eorum bona adminiſtraret, datus ſit tradidit imperator in §. furioſi. inſtitution. de curat. quod ſcilicet rebus ſuis ſupereſſe non poſſint, & idcirco mirum videri non debet, cur æque cęci bona alij non ſint commiſſa. Is namque in gubernanda re familiari plus valet. Appium enim Claudium Cæcum, non ſolum ſuæ rei, ſed & reip. recte prę fuiſſe hiſtorici, Diony. ſ. & Liuius iis libris, quibus agunt de Claudio, Cicero & Vlp. in l. 2. D. de poſtulan. teſtantur: furioſum etiam & fatuum dominum eſſe rerum ſuarum, vt Cicero tradit, lib. 4. Tuſc. quæſt. vetāt 12. tab. cuius legis apud eundem (libr. 2. de inuentione, meminit & Cornific. li. 1. Rheto. ad Heren.) hæc ſunt verba: Si furioſus eſt, agnatorum gentiliumque in eo pecuniave eius poteſtas eſto. Vnde Horatius, lib. 2. Sermonum, de furioſo agens, interdicto huic omne adimat ius prætor, Et ad ſanos abeat tutela propinquos. Hinc illud, quod vulgo de eo, qui mentis inconſtantia laboraret, dici ſolitū eſt, ad agnatos & gētiles deducatur. Meminit hui⁹ Colume. li. 1. c. 3. & Varro, li. 1. c. 2. qui ſalubrē, inquit, locū negligit, mēte capt⁹ eſt, & ad agnatos & gētiles deducēdus. Furorē autē vocarunt, vt tradidit Cicero 3. Tuſc. Quęſt. mentis ad omnia cæcitatē, ſeu, vt definit Plato in Phædro, mentis alienationē: inſaniam vero ſtultitiam eſſe cenſuerunt, i. inconſtantiā ſanitate vacantem, poſſe tamen tueri mediocritatem officiorum, & vitæ communem cultum atque vſum, & animi quidem affectionem, lumine mentis carentem, acute veteres nominaſſe amentiam ſeu dementiam, hancque Græcis μανίαν dictam fuiſſe, indicat eod. loco. Tullius. De inſania autē ita Horatius libr. 2. ſermonū,

*Quem mala ſtultitia, & quæcūque inſcitia veri*
*Cæcum agit, inſanum Chryſippi porticus & grex*
*Autumat.*

Inter furioſum & mente captū maximā eſſe differētiā oſtēdit Alciatus, in Parer. cū diuerſę ſint inſanię, & alienatę mētis cauſę, diuerſi etiā oriūtur furores. vide Platon. in Phędro, & Cice. 3. Tuſcu. Quęſt. atq; hinc variarū inſanię ſpecierū illa diſtinctio, furoris enim mille ſunt ſpecies. ait nanq; in Abdicato. Lucianus, [illegible] Prodigo etiā legib. 12. Tab. adminiſtratione rerū ſuarū interdictū fuiſſe author eſt Vlp. in l. j. D. de curato. furioſo. Eum aūt prodigum vocam⁹, qui neq; tēpus, nec finē expenſarū habet: ſed bona ſua dilacerādo, & diſsipādo ꝓfundit, vel, vt inquit Cicero, 2. offic qui pecunias effundūt in eas res, quarū memoriā aut breuē, aut nullā oīno relicturi ſunt. Sed iniquē id conſtitutū fuiſſe, alicui fortè videbitur, cū nemini ius ſuū detrahi debeat. §. fi. īſt. de his qui ſūnt ſui Iuris vel alie. aut, vt dixit M. Tull. in oratio. ꝓ Cæcinna. & huic cōſonat l. quiſq; D. de reg. iur. firmiſsima ciuitatis Romanæ fundamēta eſſe, vt ſui quiſq; iuris & dimittēdi, & retinēdi ſit domin⁹. At is id animaduertat velim, quāti Reip. interſit, ne re ſua quis malē vtatur. d. §. fi. Et idcirco in quorundā Repu. vt apud Solonē, Plutarc. infamia notatos fuiſſe ꝓdigos: apud quoſdā vero, etiā puniri ſolitos fuiſſe, vti apud Areopagitas, ab Atheneo lib. 4. traditum eſt. huc pertinēt ſolēnia illa verba, quę à Iulio Paulo referuntur Sententia libr. 3. titu. 4. Quando tibi paterna bona auitáque, nequitia tua diſperdis, liberóſque tuos ad egeſtatem perducis, ob eam rem tibi ea re, commercióque interdico. Porro ſciendum eſt, Prætores vel pręſides poſtea, ſi talem hominem inueniſſent, curatorem ei, exemplo furioſi, dare ſolitos eſſe, quod & à Valerio Maxim. indicatum eſt. Ait enim ille: Q. Fabij Maximi Allobrogici ciuis & Imperatoris clariſsimi, filio Q. Fabio. cùm luxuria vitam ageret, à Q. Pompeio prætore vrbano bonis interdictum eſſe. Et hoc quidem eo magis adſcribēdum eſſe duxi, quòd vindicatę prodigalitatis exemplum referat memorabile. ait enim, in tanta ciuitate, qui illud decretum in nobiliſsimo iuuene reprehenderet, inuentum fuiſſe neminem.

## An aduerſus curatorem bonis datum, priuilegium competat §.1.l.6. Cap.7.

Ait Vlpianus lib. 63. ad Edictum:

*SEd ſi bonis datus ſit curator vel abſentis, vel ab hoſtibus capti, vel dum deliberãt ſcripti hæredes de adeunda hæreditate, non oportebit priuilegium dari. nõ enim in eadem cauſa eſt.*

Ne cui nouum videatur, (cùm alio loco tradita ſit inter curatores, ad priuilegiũ quod attinet, differẽtia) diſtinctionem hîc ab Vlp. inter bonorum & alios curatores collocatã eſſe, viſum eſt quid hæc verba velint. Non enim in eadẽ cauſa eſt, ex Hermogeniano in l. inter bonorũ D. de admi. tut. transferre inter bonorũ vẽtríſq; curatorẽ, & inter curatorẽ furioſi, itémq; prodigi, pupilli, pupillæ ve magna eſt differẽtia. Quippe cum illis quidẽ plenaria rerum adminiſtratio, duobus aũt ſuperioribus ſola cuſtodia, & rerũ quæ deteriores futuræ ſunt, venditio cõmittitur. Quin etiam cùm inuitus, vt Caſsius in l. 2. D. de curat. bo. dan. ſcribit, nemo ad bonorũ curationẽ cogatur, niſi magna ſubſit neceſsitas, merito ei cuius bonorum adminiſtrationem ſuſcepit, denegatum eſt priuilegium. Si enim aliquis vltro alienum negotium geſſerit, ſatis abundéq; ſufficere debet, vel in vna ſpecie, per amici laborẽ domino cõſuli, l. tut. §. curat. D. de adm. tut. nec id plecti debet quod amicitiæ cauſa geritur. Diuerſæ itaque ratiõi, rectè diuerſum etiam ius accommodatum eſt, & quãuis quidem alibi in vniuerſum minori in curatoris bonis hypotheca conceſſa ſit, l. fi. D. de tute. & ratio. diſtr. l. plurib D. de admi. tut. l. fin. D. in quib. cau. pig. vel hypo. tacitè contrah. l. pro offic. C. de admin. tut. id Vlpiani ſententia tamen non lædit. Et hoc quidem apertũ eſt, tum ex œconomia Pandectarum & Codicis, cùm illis in locis de tutela & cura agatur, quod non in cuſtodia ſola, ſed in plenaria rerum adminiſtratione cõſiſtit: tum vero quod bonorum curator (de quo hîc agimus) aut nunquam aut rariſsimè minori detur, cùm ille ea ætate bonorum curatore nõ egeat, quod is qui à lege datur, omnibus minoribus abunde id præſtare cogatur. ſed & quod de pupillo dicimus, id etiam ad prodigum & furioſum, item mutum & ſurdum referri volumus.

## De creditore, qui in rẽ vel emẽdã, vel extruendam, vel armandam crediderit. Cap.8. L. 10.

Ait Paulus Iuriſconſ. lib. 6. breuis Edicti:

*QVi in nauem extruendam, vel armãdam, vel etiam emendam crediderit, priuilegium habet.*

Eũ qui prior ſit tẽpore, potiorẽ eſſe iure, ſæpiſsimè traditũ eſt. ideóq; videri poſſet, diuerſis in locis conſtitutum eſſe iniquius, creditorem, qui in nauẽ extruendã, vel ob reſtitutionem ædificiorum credidit, in pecuniam quam credidit, priuilegium exigendi inter cæteros creditores habere. hac l. qui in nauem, & l. quod quis nauis eodem titu. l. creditor. qui. D. ſi cert. petã. l. interdum. l. cum ſequenti. D. qui potior. in pign. hab. Verum vt hæc regula in multis Iuris articulis, ita etiam in hac, de qua agimus, facti ſpecie admodum infirma eſt. Eiuſmodi enim priuilegia non ex tempore, ſed ex cauſa æſtimari, ſuprà indicatum eſt, circa l. Priuilegia. Quippe hæc cauſa maiori fauore digna fuit, cùm vel totius crediti cauſam ſaluam fecerit, vel, ſi ea res pecunia creditoris comparata non eſſet, in debitoris bonis non inueniretur: ideóq; cæteri, qui de ipſius prælatione conqueruntur, creditores, cùm ipſis nulla inferatur iniuria, audiendi non ſunt: officere enim alijs non debemus: at prodeſſe natura cogimur, modo id ſine noſtro incõmodo, fortuneque læſione fieri poſſit. An autem omnes creditores huic, qui vel in rem conſeruandam, vel emendã credidit, cedere cogantur, primo explicandum ſeſe offert. Et quoſcunque fere creditores etiam hypothecarios, tẽpore ſaltem poſteriores, huic, ſiue in rem emendam, ſiue reficiendam, pecuniam crediderit: locum dare debere ex Nouella Imp. cõſtitutione apparet. Creditores, inquit Iuſtinianus in §. his cõſequent. de æqua. dotis. qui pecuniam crediderunt, vt vel nauis ematur, extruaturve, aut reficiatur: vel vt domus exædificetur, vel etiam ager, aut aliud quippiam comparetur, priuilegio hypothecæ omnibus præferri. Contrariam autem ſententiam ex Marcelli reſponſo elicere non difficile eſſet, hypothecam ſcilicet pecuniæ creditæ nomine non eſſe conceſſam, ait enim ille libro quinto. regularum, in dicta lege quod quis nauis. Quod quis nauis fabricandæ vel armandæ cauſa, vel inſtruendæ quoquo modo crediderit, vel ob nauem venditam petat, habet priuilegium poſt fiſcum hoc autem reſponſum cum Iuſtiniani conſtitutione, ſi penituis omnia inſpiciantur, non pugnare facile videmus. Cum enim Iuſtiniano in d. Nouella. hæc eſſet oblata diſcutienda cõtrouerſia, An antiquioribus creditoribus poſteriores hypotheca muniti præferrentur, de ijs creditoribus eum agere conſtat, qui pro re emẽda, ædificanda, aut reparanda, ea lege pecuniam dederunt, vt ea res pignori illis obligaretur. in Marcelli vero reſponſo aliud dicendum eſt, & id ſecundum materiam tituli de priuilegiis creditorum, in quo potiſſimum de priuilegijs à iure pignoris diſtinctis agitur. Eum itaque qui nauis fabricãdæ cauſa pecuniam quoquo modo crediderit, poſt fiſcum demum ad priuilegium admittit Iuriſc. ſi ſua videlicet pecunia ſaluã nõ fecerit pignoris cauſam: nec mouemur Vlpiani reſpõſo in d. l. interdum D. qui pot. in pig. quo creditori, qui armandæ nauis cauſa credidit, priuilegium inter hypothecarios creditores exigẽdi ĩdulgetur. de iis enim armis egiſſe cenſendus eſt, ſine quibus nauis tuto, & ſine graui periculo, hoſtiumque impetu ad portum appellere non poſſit. atque in hoc Reipub. fauor cõſiſtit: eius enim intereſt, naues ad portum peruenire ſaluas, cum ſine iis contractus & hominum inter homines cõmercia infirmiora reddantur. Hinc annonæ cauſa, magna commoda iis, qui mercaturæ cauſa naues fabricarent, propoſita legimus. ad huiuſmodi autẽ arma Marcelli dictum referendum non eſſe, hac ratione cuiuis fiet apertum, quod hanc ſubiunxerit clauſulam, Poſt fiſcum &c. quam alioqui additurus non fuiſſet. nam ſicuti fiſco omnes creditores hypothecarij, qui priores ſunt tempore, potiores ſunt iure: ita & ille, qui (vt Vlpiani eſt opinio in d. l. interdum.) armandæ nauis cauſa pecuniam credidit. Quamuis enim à quibuſdam traditum ſit, ab Accurſio ad l. ſi pignus D. qui potio in pi. & ad l. ſi fundum. Co. eodem. tacita hypotheca, eaque anteriori, fiſcum nõ excludi, ab eorum tamen ſentẽtia recedendum eſſe exiſtimamus: idque nos ipſorum argumento ad noſtram ſententiam retorto perſuadere conabimur, de quo vide Accur. d. loco. Cautum namquæ legimus, l. 1. §. tutores D. ad l. cor. de fal. l. vnica. C. ne tuto. vel curato. vectig. conduct. non eſſe admittendos ad vectigalia conducenda eos, qui pupillorum vel adoleſcentiũ tutelã, vel curã adminiſtrant, idq; hac ratione, ne fiſci conditio graui periculo obiiciatur: & vergente ad inopiã tutore, fiſcus, donec pupillo ſatisfactum ſit, morari cogatur. Et hanc eſſe eius conſtitutionis rationẽ hoc argumento clariſſimũ euadet, quod eo incõmodo ceſſante, tollatur etiã conſtitutionis vis & effectus, atq; ob hanc ipſam cãm, eundem, qui fiſci vectigalia conduxit, tutelæ adminiſtrationem ſuſcipere nõ prohiberi Impp. reſcripſerũt in d. l. vnica. Cum autem, inquiunt, fiſco te iam obſtrictũ, poſtea tutorẽ eſſe dicas, periculo te excuſare poteris, & recte: fiſci enim cauſa



cauſa tunc (cum tutelæ iudicio potior ſit, ob prius initum ab ipſo cõtractum) neque ledi, nec vlla ratiõe deterior reddi poteſt, præuenit enim tutelæ cauſam. Pertinet huc Martiani reſponſum, in d. l. j. §. ſed etſi. quo eundem & fiſci munus in vectigalium exactione obire & tutoris officium adminiſtrare poſſe aſſeruit. Sed etſi iure, inquit, hæreditario ſucceſſerunt in fiſcalem contractum tutor vel curator, licet ante rationem redditam, non puto pœnam locum habere, licet adhuc viuat is, cuius tutela vel cura adminiſtrata eſt. nec id mirũ eſt, vtrũque munus hac hypotheſi coniungi poſſe, cum ei incommodo, quod vbique à fiſco declinant & Impp. & Iuriſconſul. nullus hic detur locus, ea enim, quæ viuo teſtatore fiſco bona obligata fuerunt, ſimul cum onere ab hærede deuoluuntur, quippe qui in ius alterius dominiúmve ſuccedit, iure eius vti debet. l. qui in ius. 137. D. de regu. iuris. l. nemo plus. & l. hæredem. eod. titu. Bal. ad l. omnia. C. de epiſ. & cleri. Sed ad noſtra venio. Vt in hac rerum varietate certos conſtituamus limites, & quæſtioni antea à nobis motæ ſatis faciamus, hæc tenenda eſt diſtinctio, qui in rem reficiendam credidit, cuiuſque pecunia pignoris cauſam ſaluam fecit, exigẽdi priuilegium habere. vt non ſolum creditoribus etiã tempore prioribus (ſiue ipſi domino, ſiue eo mandante illi mutuum tradiderit, qui ſua materia, opus reficiendum conduxit, vt per Accurſ. in l. cum quis. D. hoc titu. præferatur. d. l. interdũ. & ibi Accur. circa verbũ priores. cum refert Azonis ſentẽtiam: verum etiam in ipſis rebus tacitam hypothecam habeat, in eaque cæteris creditoribus, licet priore pignore gaudentibus, potior ſit. At is qui in conficiendam, ſiue extruendam rẽ, pecuniam credidit, eo duntaxat priuilegio, quod inter perſonales creditores vertitur, honoratur, hac noſtra l. & l. quod quis nauis. eodem titulo Diuerſi iuris hæc eſt ratio, quòd in illa hypotheſi pignoris cauſam ſaluam reddiderit creditor. d. l. interdum. cum ſequen. In hac autem non item: & id quidem ita requiſitum eſt, vt ſi pecuniam quidem impenderit (ante tamen conſtitutum ius pignoris) in rem obſeruandam, ei cui poſtea conceditur hypotheca, non præferatur. Cõſeruatis igitur iam ædibus, iiſque tum demum hypothecæ obligatis, poſterior creditor, licet mea pecunia ſaluas fecerit ædes, mihi antefertur, cum pignoris cauſam ſaluam non fecerit creditoris pecunia. Quorundam autem ſententia, aliam eſſe varij iuris rationem exiſtimãtium, minuenda eſt opinio. Traditum enim eſt ab illis, hac mente ad hanc diſtinctionem inductos eſſe Iuriſconſul. quòd Reipubli. interſit, ſartas tectas habere domus: de quo Salicet. ad dictam l. interdum. ſub finem. id nanque tum à primis xij. tabularũ legumlatoribus, §. cum in ſuo. inſtitut. de rerum diui. tum vero à poſterioribus Iuiſperitis l. præſes. D. de officio præſid. l. 2. D. de ædifi. priuat. ſummo ſtudio & induſtria præceptum videmus. & id Reipublic. intereſſe, ne ciuitatis deformetur adſpectus, negare, non noſtri eſt inſtituti. Verum ea ratio hac de cauſa nobis nõ ſatisfecit, quod ad ea, quæ in ſimili hypotheſi conſtituta ſunt, porrigi non poſsit, vt patet in d. l. interdum. cum dicitur, veluti cum nauis. Quin & Vlp. nobis ſuffragatur: qui eandem quam nos, ſui reſponſi reddit rationẽ in l. huius D. qui potior, in pign. Huius enim pecunia ſaluam fecit totius pignoris cauſam. Reſtat nunc id videamus, an ad acquirendum priuilegium, expreſſa conuẽtione in rem vel reficiendam, vel emendam creditum eſſe oporteat, an minus? & nobis viſum eſt cum Iaſone numer. 2. & Decio numero 3. ad l. creditor qui in refectionem. ff. ſi certum pet. id à iure requiſitum eſſe, vt ea cõuẽtione res peragatur, vnde facile, in quam cauſam credita ſit pecunia, manifeſtum reddatur. Quẽadmodum enim hi, quorũ pecunia ad creditorẽ tranſit, nõ ſuccedunt in locũ hypothecarij creditoris, niſi pacti ſint vt in locũ eius ſubrogẽtur, l. 1. C. de his qui in priorũ cred. locum ſucce. atq; res ſit obligata, de quo vide Accur. ad d. l. ſimili ratione & in rẽ reficiendã aperte creditum: quod etiã probat Alcia. ad d. l. creditor qui in refectionẽ. & rem refectã eſſe oportet. quod tamẽ nõ placet Alcia. Quod quidẽ adeò verũ eſt, vt ſi pecunia nulla facta rei reficiendæ mentiõe (etiã ſi in ea ſalua reddita ſit pignoris cã) credita ſit, merito id quod inter hypothecarios verſatur creditores priuilegium, denegatur. Qui enim non expreſſa cã credidit, in oẽm euentum crediddiſſe cenſendus eſt. Nec eſt ſane quod alij creditores, quia ſalua reddita ſit pignoris cã, huic creditori id acceptum ferant, cum ipſe debitori in quãcunque rem impẽdendæ pecuniæ liberum reliquerit arbitriũ. Loriot. ad d. l. creditor qui. numer. 4. In hac re diuerſa ſnĩa viſa eſt veriſimilior. verum vt nobis videtur, leuiſſima ratione nititur eorum opinio. Tradiderunt enim illi, expreſſam conuentionẽ non requiri, & ipſam legẽ, debitorem propter refectionis euentum ab initio mutuum accepiſſe: eãq; ob cãm, vt in refectionẽ illud conuerteretur, præter cõtrahentium mentem, fingere. idq; eius exẽplo, quod alio in loco ſ. in l. ſed Iulianus. §. proinde D. ad SC. Maced. ab Vlpiano relatũ eſt, cõfirmrae conati ſunt. Sed etſi ab initio, inquit, non ſic accepit, verum poſtea in rẽ patris vertit, ceſſare SC. Iulia. lib. 2. Digeſtor. ſcribit, intelligendúmq; ab initio ſic accepiſſe, vt in rem patris verteret. At hoc argumentũ cũ ſimilitudine vti fundamento nitatur, ea ſublata, tota cõfirmationis vis corruat: & in vtraq; facti ſpecie aliã atq; aliã eſſe rationẽ: ideoq; diuerſum ius conſtitutum eſſe, hinc euadet perſpicuũ, quod in eo, quo de SC. Macedoniano agitur, reſponſo, de remittendo & abrogando priuilegio: hic verò de irrogando cõſultetur. Id aũt in priuilegiis obſeruatum eſt, vt ſi in alterius iniuriã indulta ſint, facilimè, vt ſuprà oſtenſum eſt, remittãtur: difficilimè verò produci poſsint. nã etiã vulgo fertur ſtrictè agendũ eſſe in iis, quæ contra rõnem iũris cõceſſa ſunt argu. c. odia. & ibi Dyn. de reg. iur. li. 6. Præterea hac ratione quoſdã ab hac noſtra opin. receſsiſſe video, quod id abſurdũ cõſecuturũ putauerit, ead. ſ. ei qui in emẽdã, quam illi, qui in reficiẽdã pecuniã credidit, conceſſa fore priuilegia. quod & rei veritati, & oĩm doctorũ veriſsimæ hac de re ſnĩæ, Caſtrẽſ. ſ. ad d. l. cred. qui. nu. 2. Iaſ. nu. 4. Dec. nu. 3. Alc. 30. plurimũ derogare nec nos negamus. Ideoq; id incõmodi euẽturũ eſſe nõ admittimus, cõtradicente Bart. nũ. 5. ad d. l. interdum. Nanq; is. qui in emendã credidit, inter perſonales creditores, (niſi ſingularis fauor, cui in pupillo, milite, & vxore locum damus aliud requirat, l. idémq; eſt. D. qui potior in pignor. habean. l. ſi vt proponis. C. de rei vendic.) priuilegiũ duntaxat acquirit, hac noſtra l. & dicta l. quod quis nauis. Poſtrema, qua à recto tramite declinarunt aduerſarij, reſtat dicenda ratio, & cum in conductore, qui ex cauſa oneroſa obſtringitur, tacitum pignus (etiam ſi nihil nominatim ſit conuentum, item quia. D. de pact) inductum ſit, l. hoc iure. D. quibus ex cau. pig. tacite contrah. l. certi iuris. C. loca. conſequens eſſe putarunt, idipſum etiã in præſenti hypotheſi, vbi cã lucratiua verſatur, admittẽdũ eſſe. Sed hæc ratio (vt & cæteræ) leuior nobis viſa eſt, idq; non iniuria. nanq; cum inuito domino in fundo alieno nihil agere cõceſſum ſit, argu. l. 4. C. de ſeruit. & aqua. Conductor ſemper conſenſu locatoris ſua intuliſſe cenſetur. in eum enim finẽ, vt ſua in fundo locato reponeret, eoq; pro libito vteretur, cõtraxiſſe cum dñio præſumitur. Debitori vero, qui pecuniam mutuam accepit, non expreſſa cauſa, in quemcunq; velit vſum pecuniam impẽdere, licitum eſt. Hæc igitur cum certiſsima ſint, legéſque iis duntaxat creditoribus, qui in rẽ inſtaurandam vel conſeruandã crediderint, priuilegium indulgeant, nõ iniuria aliorũ hac in re ſentẽtiam reiicimus. & hoc vel eo ſolo conſtare poteſt facilius, quod in perſonalibus priuilegiis tum demum in alterius locũ ſuccedatur, ſi expreſſa conuentione id actum ſit, vt pe-

cunia creditorum ad alios perueniat. Ait enim Vlpianus in l.2. D.de ceſsio.bon.in perſonalibus actionibus, qui poſtea quidē cōtraxerūt, verū vt pecunia eorū ad priores creditores pueniat, in locū eorū ſuccedūt. Por ro id etiā commode hic inquiritur, an re perempta id ꝙ inter hypothecarios creditores verſatur, priuilegiū (de eo enim ꝙ inter perſonales creditores cō ſiſtit, nulla eſt cōtrouerſia, vt Deci.& Alcia.ad d.l.creditor.) tollatur? & perire priuilegium extincta re, aperte à Iuriſc. traditum eſt in l.ſicut.D. quib.mod. Sicut, inquit, re corporali extincta, ita vt vſufructu extincto, pignus hypothecá ve perit. l.cū principalis.138, D.de reg.iur. Cæterū cùm hæc indulti priuilegij tradita ſit ratio, ꝙ pignoris cauſam pecunia creditoris reddiderit ſaluā, eorum quæſtioni ſatisfactum eſſe autumo, qui inueſtigarunt, an id de quo agimus priuilegium, ſi plus creditū ſit, quàm impenſæ & rei conſeruatio requirat, à lege etiam concedatur. Quippe cū ea pecunia, quæ vltra impenſas credita eſt, ſaluum non fecerit pignus, meritò beneficium pro parte ſuperflua denegatum eſt, niſi cū Alciato ad d. l.creditor. dicamus, tum ob vtilitatē publicam: tum etiam, vt facilimè inueniantur qui pecuniam in refectionem credant, vniuerſas impenſas creditorem conſequi poſſe.

## Qua ratiōe aduerſus priuilegiū πρωτοπραξίας ſe tueri poſſit hypothecarius creditor. Cap. 9.

Ait Papinianus lib.10. Reſponſorum:

*ANtiochenſium Cœleſyriæ ciuitatis quidā lege ſua priuilegium in bonis defuncti debitoris accepit, ius pignoris durare conſtitit.* Vulgarem lectionem, veterum, & manu exaratorum exemplarium fide probatam, Alciati conſilio in Parer. conſultò hic reiecimus, nec enim id à Iuriſcōſulto tractari ſolet, An ius Municipale authoritatē habeat, an minus, cùm id in facto, non in iure, conſiſtat. Quam autem eius loco ſubſiſtit Alciatus, vix eſt, vt probare poſſim, vult eñ ille, ſeruata ſua lectiōe, ex noſtra lege colligi, eum qui priuilegium πρωτοπραξίας in bonis defuncti debitoris habet, à iure proſequendi pignoris meritò reiici non debere, id autem certius eſſe, quàm vt Papiniani acutiſsimi & conſultiſsimi viri, & qui grauioribus legum nodis & labyrinthis ſe accommodare ſolet, reſponſo explicandum eſſet, quis non videt? Priuilegia enim, de quibus noſtro iure agimus, non in odium, ſed ob fauorem & merita indulgeri ſolent. l.j. D.de Conſtitution. Princip. §. quod Principi. Inſtitut. de iure naturali gentium & Ciuili. Nulla nanque iuris ratio, aut æquitatis benignitas patitur, Modeſtino authore in l.nulla. de legibus.& l. quod fauore. C.eodem. vt quæ ſalubriter pro vtilitate hominum introducuntur, ea nos duriore interpretatione contra commodum ipſorum producamus ad ſeueritatem. Atque ita nulla dubitādi de hoc articulo occaſio relicta eſſe videatur. Híncque argui poſſet, & culpari Tribonianus ob vnius, eiuſdémque ſententiæ ocioſam repetitionem: & inculcationem. Placuit igitur Franciſci Connani Iuriſconſultorum Principis in lectione huius reſponſi ſententia, libro quarto iuris Ciuilis, capite 16. qui vocabulum, Quidam, receptæ lectionis loco collocauit. Et ita legis noſtræ corruptam lectionem, cum Connano, reponimus. Hæc ergo ſit huius reſponſi ſententia, Quendam Antiochenum, ex lege ſua municipali, priuilegium πρωτοπραξία in bonis defuncti debitoris accepiſſe: an eius legis authoritate reliqui creditores à iure perſequendi pignoris arceri potuerint, quæſitum eſt? Et tantam eſſe populi ciuitatibus circūſcripti authoritatē videri poſſet, quia omnes populi ſuo & proprio iure vti poſſunt, adeo vt ratione dicti, quod conſtituerint, ei merito nemo repugnare audeat. Sed placuit cōtraria Papiniano opinio: & ius proſequendi pignoris durare, reſpondit. nec enim ea fuit priuilegij vis, vt creditorē pignore munitū repellere à iure ſuo potuerit: nec ea vniuerſitatis aut rei authoritas, vt alteri ius ſuū, qđ pactionibus & cōuentionibus acquiſierant, adimere potuerit. Cōtra vero ſi æquali iure eſſent & reipub. Antiochenſium ciuis & extraneus, ac in chirographaria actione concurrant: iam ſua lege πρωτοπραξία non denegabitur. bene autem priuilegiū, de quo in lege agiẗ, cū domino Alciato ad πρωτοπραξίαν retulimus. ea eñ facile & ſine graui incōmodo cuiuſq; ciuitatis ciuibus indulgeri pōt, nec aliorū creditorum hic læditẗ cōditio, cū ipſi ſibi imputari debeāt, ꝙ pignoris cautionē nō exegerint. Si vero tacitū pignus Antiochenis in debitoris bonis datū fuiſſet, iā rarus, qui cū iis cōmercia inire & cōtrahere voluiſſet, inuēt⁹ fuiſſet. Debitorem aūt Antiochenum ponimus. Priuata enim lege fieri non potuit, vt ſi cum debitore extraneo, & Antiochenſis & extraneus contraxerit, vt Antiochēſis prȩferatur. Sed adhuc an priuata ciuitatis lege, ob legem Regiam, qua legis condēdæ poteſtas ſoli Principi reſeruata fuit, hoc Priuilegium alicuius politiæ ciuibus indulgeri potuerit, non incommode diſputari poſſit. Et nos concedendi priuilegij ius ſoli principi reſeruatum eſſe ex lege Regia putauim⁹. Atque quis eſt qui vllam in lege Regia diſtinctionem admittat, cum ſæpè à nobis inculcatum ſit, oēm ptātem, omne ius, oēm authoritatem, nullo habito diſcrimine, populum in principem tranſtuliſſe? Et quis nunc ea frōte ſe offert, cum toties à Iuriſconſulto indiſcriminatim idipſum teſtatum ſit, qui adhibita diſtinctione moderabitur, & Principi certa negocia expedienda committet? Vidit certè hoc prudentiſsimus Plinius, & lege Regia oēm ptātem legum condendarum, & indulgendi iuris ſingularis in ſolum Traianum tranſlatum eſſe facilè animaduertit. Is à Bithynarum & Ponticarum ciuitatum incolis de iure, quo illi in exigendis pecuniis, quæ vel ex locationibus, vel ex venditionibus deberentur, vti deberent, conſultus: ad Traianum, cuius id erat negocium, controuerſiam expediendam detulit. & quanuis ſe inueniſſe diceret, à plerìſq; proconſulibus conceſſam iis πρωτοπραξίαν eámq; pro lege valuiſſe: exiſtimo tamen, inquit, pro tua prouidentia conſtituendum aliquid. nam quæ ſunt ab aliis inſtituta, ſint licet ſapienter inducta, breuia tamen & infirma ſunt, niſi tua illis contingat authoritas. Hoc igitur in priuilegiis certiſsimum ſit. Nos autem alterius controuerſiæ, & celeberrimæ quidem, cum hac noſtra affinitate admoniti: quid in ſtatutis & conſuetudine, & an idem, quod in priuilegiis, obſeruatum ſit, videamus. Bart. ad l.fina. D.de iuriſd. nunc alia via, niſi diſtinctione habita, huic quæſtiōi ſuccurri poſſe putauit: conſtituitq; diſcrimen inter limitatā & plenam iuriſdictionem. & hac quidē liberè & plenè populum ſtatuere poſſe voluit, illa non item: ꝙ ſi nullam haberet Iuriſdictionem de priuatis ſolum rebus, non aūt iudicialibus ſine principis authoritate ſtatuere poſſe. Cui quidem diſtinctioni vix eſt vt accedere queamus, tū propter legē Regiā, qua oīs legū condendarum authoritas populo adempta eſt, tum verò ob formā, in legibus ſanciendis ab Imperator. Theodoſ. & Valentin. pſcriptā in l.hūanū. C. de legib. Scitotȩ, inquiūt, Patres cōſcripti, non aliter in poſterū legē à noſtra clementia promulgandam, niſi ſuprà dicta forma fuerit obſeruata. Alia poſtremo acceſsit ſententia, Lorioti ſ.ad l.Ciuitas. D.ſi cert.pet. & aliorū dd.ad eand.l.ac eiuſd. Lorioti in Axioma. quæ nouo diſcrimine inter ius priuatum & publicum viam aperire ad huius quȩſtionis diſſolutionem laborauit. voluerúntque huius ſententiæ primi authores, in iure priuato concedendo, populo hanc poteſtatem nō denegare. cū enim pacto priuato-

rum



rum iuri renunciari poſsit, multò magis per ſtatutum, quod lex ciuilis eſt. Ideoq; aliam legem abrogare poteſt, id fieri poſſe putarunt. Contra verò ad ius publicū tanquā ad ſacra maiora, populum non admiſerunt, ſed hoc diſcrimen eorum ſententia ceſſat, ſi penes populū ſit Reipub. gubernatio: & Principem non agnoſcat. Et hæc quidem poſtrema ſententia nobis non improbanda videtur. Quis enim ea Reipub. forma omnem poteſtatem, omnēq; authoritatem, etiā de quacunq; rē ſtatuendi penes populum eſſe negabit? liquet id in Romana Repub. quæ cùm, ante latam legē Regiam, populari Imperio gubernaretur, nulla legis rogādæ poteſtas cōceſſa fuit, niſi conuocato populo. Superiorem aūt qui commodè admittamus, non video. Quȩ enim ratio eſt, cur omnem iuris condendi ptātem in re priuata populo concedamus, eandémq; in publica adimamus? Nec eñ ita legē Regiam conceptam eſſe video: nec qua ratione, ſalua legis mente, depræhendi poſsit hæc diſtinctio, animaduerto. Traditū nanq; eſt, populum omne Imperiū ſuum & ptātem Principi cōceſsiſſe. Nobis itaq; viſum eſt cōmodi⁹, illæſa & ſnīa, & verbis legis, oēm eam ptātem q̄ ante legē Regiam penes populum fuit, ſoli Principi totius pọlitiȩ capiti, quiq; vniuerſitatis locum ſupplet, tribuere. Sȩpè eñ à nobis inculcatum eſt, quod nunc hic repetere cogimur, nullius authoritati conceſſum eſſe, vt legis verba, contra legiſlatoris mentē, nimis quā par eſt, reſtringat, vel legis ſnīam ampliorem reddat. Sed video hac in parte doctiſsimorū hoīm authoritatem oppoſitā eſſe. cenſuit enim quidam, Marius, ſ. Salomonius in annot. ad Pandect. legem regiam eam fuiſſe, qua cuiq; certis conditionib. decernebatur Imperium, Vlpianūq; de ea loquutū, quæ de Alex. lata eſt: in qua & hoc fuit, vt ipſe legibus ſolueretur. quod primū Veſpaſiano datū putat, & cæteris deinde Principib⁹. At cū principat⁹ ſit in pares, dñiū vero in ſubditos, Principē creatū, nō dñm, fuiſſe credit, & quāuis populo p̄eſſet, ī populo tñ nūatū fuiſſe. aſſeruit, igiẗ populi eādē fuiſſe ptātē, poſt legē Regiā, in cōdēdis legibus, q̄ pri⁹: ſed falſus eſt. nec eñ populū legē tuliſſe ſub Impe. legim⁹ certū nāq; ē, legē Regiā ſub Augu. latā eſſe vt Diodo. li.53. eiq; oē Imperiū tribuiſſe. Nec aliquē moueat, ꝙ Iulian⁹ in l.de quib. D.de legib. populo ſuffragiū tribuere videaẗ, cū Adria. Imp. oīs poteſtas cōceſſa eſſet. agit eñ de antiqua illa populi legūlatione, quā cū conſuetudine cōparat, q̄ populi tacitum cōſenſum expoſtulat, ex quo principis deducatur authoritas. Quo quidē argumento doctiſsimos homines eò retractos eſſe mior, vt oēm in legibus ferēdis ptātē tp̄e Adriani penes populum fuiſſe autumēt. Et hæc quidem, lata lege Regia, obſeruata ſunt. verum cum generoſo Heroum animo, & innatæ (vt veterum fuit opinio) ſapientiæ multum, & vltra quam par eſſet, tribuerent: atq; illi à patrū & proauorum virtute degenerarēt, lege opus fuit, quȩ liberam illam iuris conſtituendi poteſtatem, & nimis pro quorundam Imperio tyrannicā, paululum reſtringeret ac coarctaret: atq; ita quod antea principum humanitati, qui optima quæq; ſuopte ingenio, nulla coercitione aut lege admoniti conſtituebant: tandem ob quorundā principum beluinam tyrannidem, (qui ab expectatis moribus deflexerunt, atq; omnia pro effrenata libidine conſtituerunt, non quid liceret, ſed quid liberet, potius expectantes) in legis neceſsitatē & vim retractum eſt. conſtitutúmque eſt à Theodo. & Valén. in dicta l.humanum. C.de legibus. vt ſi quid de cætero in publica priuatáve cauſa emerſerit neceſſarium, quod formam generalem & antiquis legibus non inſertam expoſcat, id ab omnibus antea tam proceribus noſtri Palatij, quàm glorioſiſsimo cœtu noſtro, Patres Cōnſcripti, tractari. Etſi vniuerſis tam Iudicibus quàm nobis placuerit, tunc legata dictari, & ſic eo denuo collectis oībus recenſeri: & cùm omnes conſenſerint, tunc demum in ſacro noſtri numinis conſiſtorio recitari, vt vniuerſorum conſenſus noſtræ ſerenitatis authoritate firmetur. Sed videamus an prioribus Imperatoribus libera legum condendarum poteſtas conceſſa fuerit, & ſine Senatu nihil potuiſſe videtur. Nam cùm penes populum eſſet imperium, populus quidem iubebat, Senatus tamen author erat, vt Cicero de legibus. Iā vero populus plus imperij, poteſtatiſq; in principem cōferre non potuit, quàm ipſe habebat. Et ſunt qui exiſtimarunt, Marius, ſ. Salomonius in Annotat. ad Pandec. eandem & populi & Senatus, Imperatorū tempore, in legibus condendis poteſtatē fuiſſe, quæ prius: legēq; Regiā ſub Veſpaſiano latā crediderunt, cū tamē Auguſtus ſuffragio populi legib⁹ ſolutus fuerit, & oēm poteſtatē, vt diximus, à populo acceperit: teſtis Diodo. li.53. Neq; vero legimus populū vnquā legē ſub Impp. tuliſſe: neq; Senatū niſi conſenſu principis: vt qđ antea ſuo iure dicebat, Principe refragante non poſſet, conceſſum quidē aliquādo eſt, vt aliquā priſtinæ dignitatis vmbrā retinuiſſe videreẗ. Contra ſententiā principis, ſi fieret, non reciſſum eſt, ſi de re leui agereẗ, & quȩ Principis ius parū offenderet, ne tyrannidis erga eos ſpecie vti videretur. Extant in iure noſtro de reb⁹ facta Senatuſconſulta in l.cū hic. D.de don.inter vir.& vxo. meminerunt Flau. Vopiſc. Sueton. & Capito. & reſponſum eſt, Senatū ius facere poſſe: ꝙ vtiq; ea moderatiōe intelligēdū eſt, quā diximus. Quod aūt incōſulto Senatu principes legē cōdiderint, quidā iniuriȩ magis vſurpatione, quā iure factū exiſtimant, vt eſt Cōnanus li.j. & iuſtius non negauerim, ſi quorundā effrenis cupiditas grauiſsimorū virorū authoritate fuiſſet coercita. Attamē lege Regia iis hoc datū puto, cū popul⁹, & proinde Senatus, oēm ſuā authoritatē in Principē trāsfuderit, eáq; ſe nudauerit, vt principē veſtiret. Quod pulchre de Senatu īdicauit Theoph. §. quod Principi placuit. in inſti. de iure natu. Clarius Liui⁹ li.j. Refert eñ fremente plebe ob multiplicatā ſeruitutē, ꝙ centū pro vno domini facti viderenẗ, creatis iā partib⁹: ita gratiā iniere patres, ſumma poteſtate populo permiſſa, vt nō plus darent iuris, quàm detinerent, decreuerunt enim, vt cùm populus Regem iuſsiſſet, id ſic ratum eſſet, ſi patres authores fierent, quod ipſum ſua ætate in legibus rogādis & magiſtratibus creandis vſurpatum ait oīm optimè Suetonius lib.j. qui intranti in vrbem Caligulæ, Senatus & irrumpentis in Curiam turbæ conſenſu, rerum agendarum arbitrium conceſſum eſſe teſtatur. Ad conſuetudinem ꝙ attinet, id admonere ſuffecerit, non aliter eam induci poſſe, niſi tacito populi & principis conſenſu, & diſsimulatione. Conſuetudo enim cum vis legis obtineat, æque prioribus legibus derogat, quàm ipſa lex. Ideoq; nō minorem authoritatē in conſuetudine requirimus: hoc ſolum obſeruato, quòd principe cōſentiente leges, eo vero diſsimulante introducatur conſuetudo. Quod de abrogatione priorum legum traditum eſt, non ſatis expeditū eſt. Illud enim q̄ſitū ſcio, an conſuetudo legē vincat. Et abrogari poſſe, apertiſsimo Iuliani reſpōſo docemur, in l.de quib⁹. D.de legib. qui rectiſsime illud receptum eſſe ait, vt leges nō ſolo ſuffragio legiſlatoris, ſed etiā tacito cōſenſu oīm p deſuetudinē abrogenẗ. Quod & rōne monemur. ſi enim priores leges poſterioribus cedāt, cur nō id in conſuetudine recipiamus? nā quid intereſt, cōtrario ſuffragio populus & princeps voluntatem ſuā declaret, an rebus ipſis & factis? præterea cū nullas alias leges niſi Reipubli. conuenientes admittamus, merito has tanquam vniuerſitati inutiles abrogari permittimus. Euentus enim declarat, quàm proſint ciuitati. traditum nanque eſt vno ore à Philoſophis, eas leges demum vtiles eſſe, cui pareant ſubditi: eas contra inutiles, quæ facto ciuium non comprobarentur. Solon enim eas leges optimas iudicauit, quibus populus vteretur, teſtis Plutarchus in vita Solonis. Ariſtot. etiam nullam legis vim eſſe, niſi moribus comprobatæ, aper-

te indicauit libr.2.Politic.c.7.concord.c.in iſtis.4. diſtin.& nou.40.Et hæc ita ſe habere,nemo ſanus negauerit,ſcrupulum tamen mouet,& ad contrariam ſententiam incitare poſſet Conſtantini reſcriptum in l.2. C.quæ ſit longa conſue.Conſuetudinis,inquit, vſusq; longæui non vilis eſt authoritas:verum nõ vſqueadeo ſuo valitura momento,vt aut rationem vincat,aut legem.Varij variè eò,quòd id reſcriptum authoritati cõſuetudinis plurimum derogare videatur,interpretati ſunt.Sed maxime recepta videtur Accurſij diſtinctio, qui generalia conſtitutionis verba reſtrinxit,& addita moderatione paululum temperauit,putauítque conſuetudinem in vna ſaltem ditione receptam,quam particularem dicit:legem,quæ in vniuerſum cõcepta eſt, omnéſque Romano Imperio ſubiectos tenet, vincere, & abrogari nullo iure poſſe:derogare autem, eoſque qui ea ditione continentur,iuri communi eximere nõ prohiberi. Quam ſane legum conciliationem ridiculã quiuis ſanus iudicauerit.Quis enim ignorat,vilis populi alicuius ciuitatis Scito legem Romanorum vniuerſalem labefactari non potuiſſe?Certe ſi aliquẽ meæ ſententiæ authorem haberem,atque id quod non ſentio,liberi⁹ proferre liceret,commodius dici poſſe putarem, recepta prima,quam refert & reiicit Accurſius, ſententia,conſuetudinem,rationem & legem,i. naturalem rationem & æquitatem vincere non poſſe : nec noua videatur eius vocabuli(legis) interpretatio: ipſum enim Ariſtotelem hac in re habemus authorem, qui,νόμου vocabulo naturalem rationem diuinitus inditam atque ab ipſa prima natura nobis traditam intellexit.Quam interpretationem ſi ſequamur,nullus ſupereſt ſcrupulus.ſi enim bona nulla alia norma,niſi naturæ á malis ſecerni nequeant:& ea demum recta ſunt,q̃ natura ducente fiunt,mirum non eſt,nullam conſuetudinem,vel nec leges,contra rationẽ & æquitatẽ induci poſſe.eſt enim ratio ſiue ius naturale omnis mutationis expers,quãuis derogari,ſuadente ciuili æquitate, aliqñ ei poſsit:vnde non immerito reprobata eſt Imperatoris ſentẽtia,ꝙ contra ius naturale aliquid moliretur,Clemen.paſtoralis.§.cæterum.de re iudica.Et hæc quidem commode & probabiliter dici poſſe videbantur : ſed mehercle ad Conſtantini ſententiam in d.l.2. incommodè,qui rationem à lege aperte diſtinxit, neque vero à Proculo in re huiuſmodi vti controuerſa conſultus & interpellatus fuiſſet,cum ex iuris principiis,quæ ſit iuris naturæ vis & robur manifeſtũ reddi poſsit.Putarem igitur Imperatorẽ à municipiis,eoque populo,qui populo Romano paret,Romanísque legibus vtitur,aditum & rogatũ fuiſſe:an illi, cum conſuetudine vtantur,hoc ſua cõſuetudine poſſint, vt populi Romani lex,de eadẽ theſi lata,apud eos nullius ſit authoritatis,cum enim conſuetudinis & legis,ad effectũ ꝙ attinet , eadem ſit authoritas , ſane quod lege & expreſſo totius municipii conſenſu fieri poſſe negatum eſt,tacito cõſenſu & ſuffragio effici nõ poſſe dicemus. Quod aũt lege generalia Romanorum iura non tollãtur,ex Vlpian.in l.3. §.Diuus.D.de ſepul.violat. perſpicuum eſt,qui,cum diuus Adrianus in eos, qui in ciuitate ſepulchrum facerent, pœnam quadraginta aureorum ſtatuiſſet : Quid tamen, inquit,ſi lex municipalis permittat in ciuitate ſepeliri poſt principalia reſcripta,an ob hoc diſceſſum ſit?Et reſpondit,Imperialia Statuta ſuam vim obtinere,& in omni loco valere. Id tamen hac exceptione dictum volumus,niſi principis in lege municipali apertus ſit conſenſus:vel in conſuetudine,quod hoc caſu rarius eſt,diſſimulatio. Hincque illud quotidianum in principis inauguratione exemplum:ſolent enim ciuitates & eorum Magiſtratus,omnia ſtatuta & conſuetudines,ſi quæ certæ ſint,Principi offerre:& ſi quid durius aut leuius conſtitutum ſit, illi corrigendum committere , tumque earum confirmationem perpetuam petere.

## An Reſpublica priuilegio gaudeat. Ca.10.

Ait Paulus libro j.Sententiarum,

*REſpublica creditrix omnibus chirographarijs creditoribus præfertur.*

Cum reſpublica incolumis priuatas res facile ſaluas præſtet,eáque perdita,priuata nequicquam ſerues, non leui ratione Iuriſconſulti & Imperatores illam eo proſecuti ſunt fauore.ei enim non noſtra ſolum,ſed nos totos debemus,cum ea ſit rerum tum bello tum pace agendarum , quaſi neruus.At quo iure chirographariis creditoribus præferri dicemur? πρωτοπραξίας ne,an vero iure hypothecæ? Equidẽ ius hypothecæ interueniſſe videri poſſet,ꝙ eius cũ fiſci ratio eadẽ eſſe appareat.Sed non ꝑmittit hoc Antoninus,qui cõſultus,an Reſpublica,in cuius locum alij ſucceſſerãt,eo ꝙ ſatis feciſſe ſe debito ꝓponebant, ius pignori in eo fundo haberet,reſcripſit,in l.2.C.de iure Reipu.lib.11.Reipub.cauſam,ſi neq; beneficio ſibi conceſſo ius nacta eſt,neque ſpecialiter in obligatione pignoris ſibi ꝓſpexit,nõ ſeparari à cæteris creditoribus, qui habent perſonalẽ actionẽ.Cedo igitur,qua ratione Reipub.ius à Fiſci iure ſeparatum ſit?Eę quę Romanæ ditioni parebant ciuitates,habebant,vti & Roma, quæ in●r ſuos incolas & ciues eſſent communia , eoq; nomine publica vocabantur,nõ ꝙ reuera eſſent huiuſmodi:erant eñ eius ciuitatis priuatæ facultates:ſed ꝙ illorum vſus omnibus ciuibus,iiſq; ſolis,ſi quando res ita ferret, cõmunicaretur. Iam vero vel nomẽ Fiſci,eius cum Repub.diſcrimen oſtendit.dictus eñ eſt, Pædiano authore,à Fiſcis,hoc eſt,ſportulis,quæ nũmorũ ſunt receptacula,ad maioris ſummæ pecunias capiendas.Vnde quia maior eſt ſumma publicæ,quam priuatæ pecuniæ:factum eſt,vt pro pecunia publica Fiſcus dicatur. quanquã poſtea,tranſlato in principem Imperio,proprium & priuatum principis patrimonium fiſcus dici cœperit.Vnde de Adriano Spartianus:Damnatorum bona in fiſcum redigi vetuit,omni ſumma in ærario publico recepta. Et Plinius in Panegyrico:At fortaſſe,inquit,non eadem ſeueritate Fiſcum,qua ærarium,cohibes?immò tanto maiore,quanto plus tibi licere de tuo,quam de publico,credis.Erant eñ Romanorum Prouinciæ ita diuiſæ,vt quædã principi,quędã populo tributa penderent.Illa in fiſcũ,hæc verò in publicum populi Romani ærarium redigebantur. Atque hinc patet eius,quod dixi,ratio.Quanuis eñ principi omnis poteſtas,omne ius in fiſcum datum ſit,fuit tamẽ ſemper rerũ publice agendarum neru⁹,eoq; municipia Romano.Prouinciæ,deniq; ipſa Rom. Reſp. ab hoſtiũ iniuria ſeruabatur illæſa,atq; à finitimorũ incurſu defendebatur,& vt ſemel dicã,quãquã eius eſſet dñium, vſus tñ cẽſebatur public⁹.Ideoq; eo maiore fauore dignus fuit,quã Reſp.quo plurib.ciuita.& prouinciis vſus eius cõicatur.Reipub.eñ,ſi q̃ ſit vtilitas.intra ſuos ſe cõtinet.Fiſci verò commoditas ad oẽs omnino prouincias popu.Roma.extenditur.Quo pertinet Martiani reſponſum,in l.ſimile.D. ad municipales.aptiſsimũ ſanè ad hæc,de quib.agimus,diſtinguenda.Simile,ait, priuilegiũ fiſco nulla ciuitas habet in bonis debitoris niſi nominatim id à principe datum ſit.Sed hic bellum nobis mouebit Antonini conſtitutio,quã attulimus in d.l.2.qui non modo à fiſco Reipubl.ius ſeiunxit,ſed & cum cæteris creditoribus fecit æqualem,quaſi negare volens,omnem etiam inter chirographarios creditores prærogatiuam.at id neutiquã dicẽdum eſt.alia eſt enim Imperatoris mens & ſententia.Cũ enim ait,cauſam eius nõ ſeparari à cæteris creditoribus,qui perſonalem habent actionem,eos non dubie intelligi voluit,quibus & perſonalis actio,& perſonale priuilegiũ cõpetet.cum enim de pignore quæſitum eſſet,ab hypothecariis creditoribus Rempub.ſeparaſſe Imperatori viſum eſt ſatis.Plus autẽ Cõſtantinus in l.2.C.de debito-



ri .ciuitat.qui etiam hoc ciuitatibus tribuit,vt cõceſſa debitori in vſurã pecunia obnoxia corpora quoquo modo alienata à quocunque poſſeſſore, pro rata peti poſsint,perſpectis ſcilicet debitoris facultatibus, quas habuit,cum ei pecunia crederetur. Quæ quidem conſtitutio duplici fauore ciuitatibus conſulit:vt ipſis ſatis cautum ſit,& vt non cogantur,etiam vergẽte debitore ad inopiam, pecuniam mutuò datam repetere: ſed vt maior ſit eius fructus & vſura,tutò poſsint eam apud debitorem relinquere , ea tamen moderatione, quam ſubiungit:ab eo enim à quo conſtat fortunarum maximam partem receſsiſſe,etiam reliquã ſortis portionem quæ apud eum reſederit,ad idoneam transferri oportebit.In qua conſtitutione,ne quis obnoxia ciuitati corpora dici miretur , cùm hypothecæ ius iam Reipubli.detraxerimus,ea obnoxia dici credimus, ad quem tandem condemnato debitore perueniri poſsit. non poſſunt enim non obligata videri eius bona, qui in multorum ære eſt.Quin etiam ſi hypothecæ ius interueniſſet,non poſt debitoris inopiam demũ,neq; pro rata,ij ad quos venerunt bona debitoris,tenerẽtur,ſed ſtatim & inſolidũ Quæ autẽ hic de hypotheca dicuntur,in rerũpub.adminiſtratore obſeruata putari noluimus.ad exemplum enim minoris,ciuitas in eius bona hypothecã habet.Poſtremo autẽ hic obſeruari velim, non eſſe perpetua hęc fiſci & Reipub.priuilegia.ea eñ maioris fauoris gratia remitti poſſe,illud exẽplo eſt,ꝙ fiſcus in bonis deportati debitoris oĩbus creditorib⁹ poſtponatur.ſuadet enim fauor,ne vllius facultates lędantur,néue illi detrimentum inferatur,quod non fiſco fruſtra vereremur,cùm ſolum lucrum extorqueatur,damnum autem non infligatur.

## Quibus creditoribus actionẽ,& proinde priuilegiũ prætor deneget. Cap.11.

Ait Vlpian.lib.64.ad Edictum.

*AIT prætor,quod poſtea cõtractum erit,quã is,cuius bona vænierunt,conſilium receperit fraudandi cauſa,ſciente eo qui contraxerit,ne actio eo nomine detur.*

Cũ nulla res magis Rempu.cõtineat,quã fides,eáq; nulla ſit(vt dixit Cicero)niſi neceſſaria ſit rerũ creditarũ ſolutio:optimo ſanè cõſilio de eo,qđ in fraudẽ creditorũ geſtũ eſt,reſcindẽdo ꝓpoſuit p̃tor.cũ enim contract⁹ fraude & dolo initus,ciuili & ipſo iure firm⁹ ſit: vidit ſane & diligẽter perpẽdit,ſocietatem humanam rerũq; cõmercia,ſine ſuo conſilio ſalua eſſe non poſſe. Quid eñ nõ faciẽt ij,quib⁹ iã bonis cedendũ eſt,vt creditores fruſtrent̃,& amicis ſe beneuolos p̃beant,& in aliquo,ſi poſsint,gratulent̃?fit ſanè,vt cũ penè extremę ſint ſortis,& deſperatę iã fortunæ,vt paruo nũmo amicis,quã iuſto p̃tio creditorib⁹ addicere malint,hac ſcilicet ꝑſuaſione,ꝙ æquo momento ſe liberãdo putent. Quis eñ nudo detrahet?Sed ne quis hic miſeram eſſe emptoris cõditionẽ,reſciſſa vẽditione,q̃rat̃, emptores hic diſtinxit p̃tor:& alios quidẽ fraudis cõſcios facit, alios vero doloſæ machinationis ignaros,his quidem cõtractũ ratũ ſeruari iubẽs,illis vero etiã cum dãno reſcindi.quod vſq; adeo placuit Impp. vt emptorẽ fraudis cõſcium,cum vẽditore colludẽtẽ,in ſubſidium teneri debitori reſpõderint.l j.& 3 & vlt.C.ſi vẽdito pig. aliis vero,quod rite cõtractum eſt, cũ dãno auferri nõ põt.nõ eñ vni ꝑ alium iniqua cõditio irrogat̃.merito autẽ dãni rationẽ haberi voluit:eo eñ ceſſante,cõtractum reſcindit.Prætor,etiã ſi is qui cũ debitore cõtraxit,dolũ nõ admiſerit.vnde Vlpianus in l.qui aũt.§.ſimilſq;.D.Quæ in frau.cred.facta ſunt.Si cui donatum ſit,nõ eſſe q̃rendum,ait,an ſciẽte eo,cui donatũ eſt,geſtum ſit:ſed hoc tñ,an fraudent̃ creditores: nec videt̃ iniuria affici is qui pignorauit,cũ ei lucrũ extorqueatur,nõ dãnum infligat̃.Sed qua rõne,inquies, dolum, qui animi eſt,& callidã machinationẽ ꝓbabim⁹?Vlpianus ſane in l.oẽs .D.d.titul.eã dicit rõnem eſſe fraudis ꝓbabilẽ,ſi cum ſe ſciret habere creditores, donatiõis titulo bona alienauerit, idq; teſtat̃ Iulian⁹ in l.ſi quis D.d.tit.in l.etſi debitor.D.de mort.cã.do. In emptore vero dolus p̃ſumitur,ſi vẽditor criminis, ob qđ bona alienari poſsint,re⁹ fact⁹ ſit.non eñ põt abeſſe à ſuſpitione fraudis,qui cum eo contrahit,fraudẽ autem hic ĩtelligim⁹ eã,quæ dolũ habet admixtũ:ſi eñ ſine dolo, iuſta rei ſuæ alienatione,fraudẽ,hoc eſt,dãnum creditorib⁹ dederit debitor,nihil hic cõtractus lædi põt: & rurſus,ſi dolũ machinatus ſit debitor,nihilo magis tñ dãnum creditoribus inflictũ ſit,nihil habẽt ꝙ contractui moueant controuerſiã. fraus enim ſine dolo,legibus non vindicatur:& fruſtra dolus ſine fraude,i. ſine euẽtu punitur.Quo ꝑtinet qđ Labeo,rogatus,cur prętor edicto de pactis non adiecerit,ſi fraudãdi cã pactũ factum eſſe dicatur,reſpõndit in l.iuriſgentium.§. ſed ſi fraus.D.de pactis.iniquum eſſe,ſi quod ſemel remiſit creditor debitori ſuo bona fide,iterum hoc conetur deſtruere:ſuperuacuũ,ſi ipſe deceptus hoc fecerit:ſeſt enim dolo & fraus,hoc eſt,ſi creditor partẽ debiti nulla machinatiõe inductus,creditori remiſerit,& poſtea eã ipſam petit,inique facit quanuis enim deterior facta ſit eius cõditio,nullius tamen dolo,ſed propria voluntate fraus commiſſa eſt.ſin vero huic contractui & dolus acceſſerit,iam ſuperuacuum fuiſſet addere hãc edicto clauſulam,neque fraudandi cauſa:cũ dolus hic commiſſus ſit,& ad eam partem dicti,quæ de dolo concepta eſt,commode ferri poſsit.Fraus autem damnum proprie denotat.hinc illa fœcialium populi Romani in paciſcendis fœderibus formula, Quod ſine fraude mea,populíque Quiritum fiat.Sed de ea fraude,nõ admixto dolo,non agimus. Quæ autem dolo committitur fraus, vſque adeò iure prętorio coercetur,vt omnem ad conſequendum precium actionem Prætor,rebus per Magiſtratum diſtractis,fraudatori peremerit. Ait enim Papyrius Iuſtus in l.Imperatores D.de curatore bonis dando.Imperatores Anto.& Seue.Auguſt.reſcripſiſſe,bonis per procuratorem ex SC.diſtractis,nullam actionem ex ante geſto fraudatori cõpetere. Plus voluit Venuleius in l.fin.§.penul.D.de his quæ in fraudem cred.&actionem Paulianam in fraudatorem(ſiue debitorem qui in fraudem creditorum aliquid contraxit)competere arbitratus eſt. Quod Melæ perſuaderi hac ratione non potuit:quia iniquum videtur, actionem dari in eum cui bona ablata ſunt:Quod certe non debuit Melam offendere,cùm hæc actio ad reſcindendum contractum,non autem vt amplius quid à debitore extorqueatur,à prætore conceſſa ſit.id enim tantum per hanc actionem agit prætor,vt omnia perinde ſint atque ſi nihil alienatum eſſet. Hac autem actione etiã aduerſus emptorem ad rem reſtituẽdam intra annum quidem,ſi ex cauſa oneroſa res corporalis diſtracta ſit: ſin ex lucratiua,intra triginta annos agem⁹.Si vero res ſit incorporalis,aut nomina , quæ alienata ſunt tanto tempore durat reuocatoria actio,quanto debitoris actio duraſſet.ait prætor §.hæc actio D.quæ in fraud. cre.& ibi Bart.Iaſ.ad §.item ſi quis in inſti.de act. Adeo aũt hac actione compellitur rem reſtituere emptor,vt etiam ſi venditor precium non ſoluat,nihilo minus tamen liberetur.Sed cùm Pomponius in l.ſi ſciens.D.de contrahend.empt.eum qui ſciens creditorem fraudari,aliquid à debitore emerit,dominum fieri aſſeruerit: age,cur prætores actionem huic emptori denegarint? ſed recte & Põpo.& p̃tor.ipm eñ ius,qđ Ciuile vocamus,emptori ex quacũq; emptiõe,nulla habita doli & fraudis cõmiſsi rõne,actionẽ cõceſsit.qđ ſpectauit Põpon.Prætor verò æquitate ius ciuile hac noſtra l.moderatus,nõ ſuſtulit quidẽ actionẽ,cũ hoc eſſet nõ temerare,ſed ius ciuile corrigere:at nata exceptione,actionem à iure ciuili datam peremit . Et hac ſnĩa non dari emptori actionẽ ex prætoris edicto,aiebat Vlpian.

## Quis in emptione rerum præferatur, ſi hæres nullus ſit, quem conuenire debeant creditores. Cap. 12.

Ait Caius lib.4.ad Edictum.

*CVM bona vęneunt debitoris, in comparatione extranei, & eius qui creditor cognatúsve ſit, potior habetur creditor cognatúsve: magis tamen creditor, quàm cognatus: & inter creditores potior is eſt, cui maior pecunia debetur.*

Hactenus de Priuilegiariis creditoribus. nunc reſtat dicenda via, qua illi aduerſus debitorem, eiuſque hæredem ſuccurri debeat. Eſt autem duplex huius perſecutionis remedium. ſi cum debitore agamus: in bona *miſsio*, ſi quidem viuat debitor: bonorum vero venditio, ſi metu onerum nullius ei hæres extiterit, is conueniendus eſt, vt infra latius circa l.paterfamil. Difficilis autem poſterior via eſt, nec ſcrupulo caret, cũ multa euenire poſsint, diuerſis concurrentibus, quæ venditioni faciãt remoram. quid enim ſi multi in rerum emptione concurrant, atque hic ob ius cognationis, alius ob intimam cum defuncto familiaritaté, alius poſtremo ob maiorem pecunię ſummã defuncto conceſſam, æquo pretio oblato, ſibi priorem in emẽdo locum eſſe cõtenderit? Rectè Caius oẽm hic controuerſiã ſuſtulit, voluítq; quantũuis in rei cõparationẽ concurrant, ei priorẽ locum concedi, in cõcurſu extranei, qui vel defuncto pecuniam crediderit, vel ei aliquo neceſsitudinis vinculo coniunctus ſit: extraneũ autẽ, cuius hic cõflictum ponimus. eum accipimus, quẽ neq; beneuolẽtia, neq; natura defuncto deuinciuit. Si vero cognatus nulla actione munitus, cũ creditore contendat, maior creditæ pecuniæ quàm cognationis ratio habetur. Iam vero, ſi duo creditores inter ſe confligant, ſiquidẽ inęquali obligatione obſtrictum habeant defunctum, cui maior debetur pecunia, eius petitio præualet. Et hinc quid Caius voluerit, apparet ſatis: nunc autẽ quã graui cenſura & iudicio examinauerit, quæq; ſit cuiuſque prærogatiuæ cauſa, age videamus. Et primo quidẽ cur cognatus extraneo pręferatur, hac ratione factum crediderim, ut immenſæ illi in rem propinqui affectioni paululum concederetur: vtpote ſi ædes, hortus, aut villa auita, aut alterius cuiuſquam ſanguine nobis deuinctiſsimi, vænalia indicentur: mouemur enĩ, (ait Cicero 2. de leg.) neſcio quo pacto, locis ipſis, in quibus eorum quos diligimus, adſunt veſtigia: mouemur, inquã, recordatione locorũ, vbi cedere, vel diſputare, vbi familiariter cũ ſuis ſolitus ſit colloqui: vt nõ fruſtra quæſiiſſe lib.2. de Finib. Ciceronẽ putandũ ſit, naturáne nobis, an errore hoc datum ſit, vt cũ ea loca videamus, in quibus memoria dignos viros acceperimus multũ eſſe verſatos, magis moueamur, quàm ſi eorum ipſorum aut factũ audiamus, aut ſcriptum aliquod legamus: vnde eo loco plus ſe delectari dixit Cicero legũ primo, vbi Maiorũ multa erant veſtigia. ineſt enĩ neſcio quid, inquit, ac latet in animo ac ſenſu meo, quo me plus hic locus fortaſsis delectet. Quin etiã in canibus, equis, aliiſq; rebus vilioribus affectio plerunq; immodica cõſpicitur. ac qui modus eſt in his rebus cupiditatis, idẽ & æſtimationis eſſe ſolet. Exẽplo eſt fictilis Epicteti lũcerna, quę, Luciano teſte, tribus drachmarum millibus eſt ęſtimata, quo etiã factum puto, vt huius affectionis ratio, in iuramẽto in litẽ, habeatur. Quantũuis autem magna ſit hæc affectio, non tanti tamẽ æſtimata eſt, vt prior ſit cognitionis, quã creditæ pecuniæ locus. Quod ideo placuiſſe credimus, vt facilius ſuũ conſequatr creditor, cõmodiúſq; cõpenſatione liberetur debitor, quę eadem ratio ſuaſit, vt is cui maiòr pecunia debetr, cum alio creditore cõcurrens, præferatur. Sed hic iuſtè me tẽperare nõ poſſum, quin inquirã diligentius, qđ à multis quæſitũ ſcio, qua ratione creditor cũ extraneo confligens, p̄latus ſit: cũ Alexandri cõſtitutione in l.2. C.ſi in cã iud.pig.captum ſit. tum demum ad earum rerum commercium, & debitoris bona emenda quibuſdã admitti videatur, ſi vel extraneus emptor non exiſtat, vel exiſtat quidem, ſed nõ dignum pretium offerat. Et fuit ſane hęc cõſtitutio, q̃ ad abſurda, & à legis mente aliena commenta interpretes noſtros hic adegit: qđ mirũ profecto videri poſsit, ob ſumma eorum ingenia & reſcripti, quod in contrarium torſerunt, facilimam ſententiam. Ait enim Alex. in d.l.2. Si alio emptore non exiſtente, vel exiſtente quidem, ſed nõ dignum pretium offerente, is cui iudicatus ſatis non fecit, ad licitationem ſecumdum conſtituta fuerit admiſſus, cuiuſlibet alterius vice ex officio emere debet. Quo reſcripto, hoc voluit Alexand. creditorem debito ordine obſeruato, qui non obſeruatus, venditionẽ facit irritã. l.j C.de fide inſtru.& iure haſtæ fiſca.libr.10.l.fin.C.eodem titu. cæremoniiſque rite peractis, ſi extraneus emptor ſe nõ offerat, ad res emendas cogi. Iam ſane, ſi dato extraneo emptore, hunc penitus ab emptione arceamus, iniqui erimus interpretes. Et neſcio equidẽ, an ne ſimile planè argumentum Harmenopulo non tolerandi erroris cauſam dederit: qui, cum apud Iuriſconſ. noſtros ſæpe tractatum videret, l.cum lege.de recept.Arbi.& l.cum Prætor.§.fi.D.de iudiciis.l.quidam conſuelbant.D.de re iudicata. minorem xxv. annis, ad iudicium ſuſcipiendum non cogi, tranſtulit in ſuum illud Epitoma, eum à iudicandi munere arceri, quod perquã abſurdũ eſt. Fruſtra enim cauit lex, de non cogendo, qui iure nõ admittitur. Infirma igitur conſecutio eſt, ſi lex non inuento extraneo cogat, eo inuento non admittere. Quæ autem de electione diximus creditori concedenda, in emptione ſolum locum habere volumus: at in dilatione debitori indulgenda, aut debito ante aditam hæreditatem remittendo, ab hoc ordine receſſum eſt. Quid enim ſi cognato, vel alij arctiori vinculo debitori deuincto, liberum & remittendi precij & ſolutionis differendæ relinquatur arbitrium? an non ſpreto vili forte precio, debitori fauere, creditores autem cęteros debito fraudare immenſa illa cogit affectio? ſic equidem credidero futurum, ob naturæ illud vinculũ, quod nuſquam non ſe prodit. Quapropter cùm ſine creditorum detrimento non poſſet, nihil hic cognationi tributum eſt ſingulare. Primus igitur locus, primúmque ſuffragium in remittendo debito eius eſt, cui maior debetur pecunia, etiam nullo habito multitudinis diſcrimine, ſiquidem æquales ſint in debito, maiori numero arbitrium committitur: vtputa ſi Titius, qui actionem habet ad quingenta, contendat cum Caio Mæuia & Sempronio, quibus cõiunctim eadem portio debetur. Iam enim ob æqualitatem precij numerus ſpectandus eſt, cum efficaciora ſint duo vincula, quam vnũ. Quid igitur, ſi & par ſit creditorum numerus, quod, inquam, in hac ambiguitate prætoris erit officium? ſane hic creditorum dignitas ſpectanda venit, qua qui præualet, etiã arbitrio potior eſt. Quòd ſi omnibũs his exacte examinatis, & velut in ęquilibrio perpenſis, nullum diſcrimẽ appareat, nihil prius prætori videri debet, quam vt humaniorem ſequatur ſententiam: atque hiſce modis maior pars inter confligentes creditores habetur: qui cũ dilucide à Marco Imperatore in l.fi.C.qui bonis cedere poſsint. conſtituti ſint, & ſuccincte à Papiniano in l.maiorem D.de pact.traditi, libet eius verba huc referre: Maiorem partem eſſe pro modo debiti, non pro numero perſonarum, placuit: quòd ſi æquales ſunt in cumulo debiti, tunc plurium numerus creditorum præferendus eſt: in numero autem pari creditorum, authoritatem eius ſequetur prætor, qui dignitate inter illos præcellit: ſin autem omnia vndique in vnam æqualitatem concurrant, humanior ſententia à Pręt
ore eligenda eſt. hoc enim ex Diui Marci reſcripto colligendum



eſt. Et hæc de maiore parte, & quæ ea dicatur, dicta ſufficiant. Quæ autem ſupra de creditorum & cognatorum priuilegio dicta ſunt, ita velim temperari, ſi nondum ex legis præſcripto emptio celebrata ſit, ea enim completa, nullus eſt reſciſsioni locus. Nam grauis hęc videtur iniuria, licet honeſtatis prætextu tegatur, l.dudum.C.de contrahen.emp. quòd emptione ſolenniter contracta, alij ius ſuum emptor cedere cogatur. Nec vero vlla eſt ratio, quæ propter cognationis vel obligationis ius, contractum reſcindi requirat: cum enim per præconem tempus rei ſub haſta vendendæ publicè ſoleat denuntiari? ſane per ipſum ſtetit, & ſuæ culpę debet aſcribere, qui non tempeſtiue futuræ actioni ſe parauerit. Cum autẽ hic de rei iudicatæ executore agamus, fruſtra torquebit te, quòd Valentinianus Imperator in dicta l.2. dominis rerum diſtrahendarum liberum reliquerit arbitrium. nam ſuæ quiſq; rei moderator eſt & arbiter. l.in rem mandata.C.mandati.l.nemo exterus.C.de Iudæis. Executori vero hoc vnum curæ eſſe debet, vt ei res addicatur, qui ex præſumpta teſtatoris voluntate in re emenda non dubiè fuiſſet prælatus, vtpote cognatus aut creditor. Quæ quidem voluntatis coniectura effecit, vt extraneus qui aliquid à debitore emerit, antequam de omnium bonorum venditione apud Prætorẽ ageretur: (alioqui enim fraus præſumitur) titulo emptionis tutus ſit, creditore vel cognato quantumuis contendentibus.

## Quæ res, bonorum appellatione in ædicto veniant. Cap. 13.

Ait Paulus libro j.ad legem Iuliam & Papiam.

*AVFIDIVS † refert, Statuas in publico poſitas, bonis diſtractis eius, cuius in honorem poſitæ ſunt, non eſſe emptoris bonorum eius: ſed aut publicas, ſi ornandi municipij cauſâ poſitæ ſunt: aut eius cuius in honorem poſitæ ſint, & nullo modo eas diſtrahi † poſſe.*

Quomodo edicto prætorio bonis venditis creditoribus conſulatur, vtcunque tradidimus: nunc id reſtat videamus, quæ res bonorum appellatione in edicto veniant, & offert ſe hic Aufidij ſententia, qui retulit, ſtatuas in publico poſitas, nõ eſſe bonorum emptoris, etiam omnibus eius bonis, in cuius honorem poſitæ ſunt, diſtractis: ſed omnino extra hominum cõmercia eſſe. Referũtur autem à Pomponio in l.2.D.de origine iuris. Aufidij duo, Mamuſa & Tuca, vterq; Seruij Sulpitij auditor. Mamuſam de ſtatuis retuliſſe crediderim in ſuis illis cẽtum quadraginta libris, quos ex multis, vt refert Pomponius Iuriſconſultus, digeſsit. Fuit autem id apud veteres tum Romanos tum exteros obſeruatum, vt in perpetuam eorum memoriam, qui vel in pace, vel in bello aliquid laude dignum & præclarũ memorabiléq; facinus geſsiſſent, ſtatuæ in publico collocarentur: adeo, vt tandem ob res præclare geſtas, tantus fuerit ſtatuarum aceruus, vt vùlgo iactitatũ fuerit, in vrbe Romana mediã hominũ partẽ lapideã eſſe, vt Alexã. Neapo.l.4. Genialiũ dierum. Fuit autem primo receptũ, vt diis in publicis locis ſtatuæ conſtituerentr, quod etiã cum è Repub. eſſe animaduerteretur, viſum eſt tandem, etiam hominum, qui re præclare geſta, ad deos prope accedere viderentur, ſtatuta facta quã maximè diuturnã facere memoriã. Quam equidẽ ſtatuarũ cõdendarum rõnem à Q.Maximo & P.Scipione Salluſtius in princ. belli Iugurtini ſe accepiſſe dicit. Sępè, inquit, audiui, Q Maximum & P.Scipionem, præterea ciuitatis noſtræ præclaros viros, ſolitos ita dicere, cũ Maiorũ imagines intuerentur, vehementiſsimè animũ ad virtutem accendi. ſ.non ceram illã, neq; figuram tãtam vim in ſe habere, ſed memoria rerum geſtarũ eam flãmam egregiis viris in pectore creſcere: neq; prius ſedari, quam virtus eorum famam atq; gloriam adæquauerit. Egregia, mehercule, eſt ſtatuarum à ſummis viris profecta prædicatio, vt non immerito earum in exoluendis debitis rationem habitam exiſtimem. ſufficiebat enim, rebus debitorum, creditoribus ſatisfieri: quę ſi non facerent ſatis, ad ſtatuas non erat deueniendum, cùm non priuati cauſa, ſed in publicam vtilitatem conſtrui ſolitæ ſint. Et hinc ratio peti poteſt: cur extra cõmercium ſint, & prohibita ſit earum à legibus alienatio. debet enim, vt pulchre Vlpian. dixit, in l.ſtatuas.D. de acquir.rer.domin. Prætor operam dare, vt quod ea mente in publico poſitum eſt, ne à priuato auferatur. Hic ſi quis noſtros mores examinet, nec ad veterũ ſimplicitatem ſe referat, protinus Tribonianũ accuſabit, q Fucidij dictum hac noſtra l.in Pandectas noſtras retulerit: cũ tamen ex Theophraſti, l.3.& 4.D.de leg.& aliorum ſnĩa, iura ad ea quæ frequentius accidunt, accommodari debere, nobis inculcauerit. Quid enim, dicet aliquis, huc referre attinet de ſtatuis illuſtrium virorum, vendendæ ſint, necne, cùm bona eorum, exemptis ſtatuis, creditoribus ſoleant ſufficere? Et ſane ſi noſtros mores hic contemplemur, raro futurũ erit, vt ei, qui ſtatuam meritus ſit, bona defectura ſint. Qui vero veterum fuit in contemnendis fortuitis animus, nõ raro compertum eſt, illuſtriſsimorum virorũ bona creditoribus non ſatisfeciſſe. Quem aũt exempli loco potius adducam, quam Agrippam Menenium, Patrum & Plebis conciliatorem, virum omnium hiſtoricorũ ſcriptis celebratiſsimum, præcipue à Liui.li.2. qui tãtæ traditur mortis tempore fuiſſe inopiæ, vt ſumptus funeri curando defuerit: qui tamen ſi vllus alius, certè ſtatua decorari dignus fuit, ob egregia in Rempubli. merita, & Patrum plebíſque animos ſeceſsione diſperſos, maximo cõſilio & prudentia in vnum redactos. Sed ſi hęc & ſimilia referre pergerem, vereor ne prius charta quã exempla deficerent: adeo ſummorum virorum ab ambitione & auaritia alieni fuerunt animi, frequentiſsimum igitur eſt, nec indignum quod huc à Triboniano referretur.

## Que res venditæ dicantur omnium bonorum venditione. Cap. 14.

Ait Paulus lib.j.Sententiarum.

*BOnis venditis excipiuntur cõcubina & liberi naturales.*

Celebrata omnium bonorum venditione an nihil eximatur, quæſitũ eſt. Et commodè reſpondit Vlpianus, in l.obligatione.D.de pig. generali obligatione ea non contineri, quæ veriſimiliter quis obligaturus non fuiſſet, atq; ideo cõſtat generali venditione non cõtineri cõcubinã & filios naturales, i.ſeruos ex ancilla procreatos. Quod ſane non mirum eſt, cum in generali venditione ſemper deducatur ea, in quibus maior eſt debitoris ſiue venditoris affectio, quæ quidẽ nulla in re maior perſpici põt, quam in concubinis & liberis naturalibus, cũ & concubina vxoris locum fere obtineat, & amorem ergo liberos ſeruitutis non infringat. Animaduertendum hic in primis illud eſt, veteribus tum Romanis, tum exteris miram in filios non modo naturales & ſeruos, verum etiam legitimos conceſſam eſſe poteſtatem: adeo, vt lege Romuli ter legitimos vẽdere licuerit, pignori creditoribus dare, maiorẽmq; tyrannidẽ in filios quàm domino in ſeruos (qui ſemel venditi, poſt manumiſsionem in domini poteſtatem non redigebantur) exercere permiſſum fuerit. Quæ tamen lex cùm durior videretur à Numa Pompilio ſecundo Romanorum rege, vt refert Dionyſius lib.3. cum ſumma omnium gratulatione, temperationem in eo recepit, qui matrimonium contraxiſſet,

Vt mirum ſit,eàm poſtea in leges decemuirales redactam eſſe,& longo poſt tempore ſeueriſsime ſeruatam; idem Dionyſius libro 2.

Poſtremo autem Imperatorum Conſtitutionibus plurimum eadem lex labefactata eſt , conſtitutúmque, liberos à parentibus neque venditionis, neque donatiõis titulo,neque pignoris iure,aut alio quolibet modo ; nec ſub prætextu ignorantiæ accipientis in alium tráſferri poſſe.l.1. C.de patribus qui filios ſuos diſtra. Conſtantinus tamen Imp.in l.2.C.de Titu.neceſsitatis gratia vno caſu ei Conſtitutiòni derogauit,Prouincialibus reſcribens:Si quis,inquit,propter nimiã paupertatem,egeſtatémque victus cauſa,filiũ filiámve vendiderit,venditione in hoc tantummodo caſu valente, emptor obtinendi eius ſeruitij habeat facultatẽ.liceat autẽ ipſi qui vẽdidit,vel qui alienatus eſt,aut cuilibet alij eum ad ingenuitatem propriam repetere , modo ſi aut precium offerat,quod poteſt valere,aut mancipiũ pro huiuſmodi præſtet.

Pertinet eodem,referente Plutarcho in Solone,eiuſdem Solonis σεισάχθεια,qua cautũ eſt,ne liber homo creditori adduceretur.cum enim infima plebs opprimeretur à diuitibus æris alieni magnitudine,cogerentúrq; alij aut capta fructuum parte agros illorum colere , alij ſeſe illis ad imperatum quoduis offerre,vt aut ſeruirent ipſis creditoribus,aut ab eis venirẽt extraneis,alij filiorũ ſeruitutẽ,ſe libertatémque ſuã redimere,viſa eſt res hęc legitimo indigere remedio:de quo multa apud Diodorũ de fabuloſis antiquorum geſtis lib. 2.Decretúmq; eſt,non ſolum in Solonis Repub.verum etiam apud Græcos & Aegyptios,ne creditori in poſterum tãtum concederetur:quin etiam ipſi Romani,cum nimiã creditorum crudelitatem aliquot exẽplis eſſent experti,anno à xij. Tabul.125.L.Papirio Magillano & Caio Petilio tertium Conſulibus,legis xii.Tabul.ſæuitiam remiſerunt.indéque libertatis Romanæ primum manauit initium.Sed vt hic in viam reuertamur,& quod tractandum de cõcubina & liberis naturalibꝰ ſumpſimus, ad finem perducamus,non intempeſtiue quæritur, cũ generali venditione hæc non contineantur,an ſpecialem venditionẽ patiantur.Et certo reſpõdẽdũ eſt,cum hic quæſitum ſit,an vniuerſis bonis venditis contineãtur ancilla & liberi,conſequens eſſe,alienationem liberorũ celebrari poſſe.Fruſtra enim in hoc inquireretur, an generali venditione contineatur,quod nullam omnino venditionem admittat.l.8.D.de pignor.l.vlti.idẽ C.commune de manumiſſ. Hinc illud apertum eſt,ꝙ concubinam,quanuis vxoris loco habeatur , ancillam habere poſsimus,atq; ita manifeſtus eſt eorum error, qui vxorem,quæ vſu habebatur,cum concubina confundũt.nullum enim cum ancilla erat matrimonium. Matrimonium autem,quod vſu contrahebatur,frequẽtiſsimum fuiſſe,putandum eſt,ꝙ perpetua eſſet patris vel tutoris in elocatam filiam poteſtas : nec eo matrimonio quod vſu erat,extinguebatur:at tum demum, ſi in manum viri conueniſſet.vnde Tribonianum pro,in manum conuentione,in matrimonium cõuentionem poſuiſſe diligens Pandect.lector facile animaduertei. Vnde id ſit probabile,non licuiſſe has nuptias cum ancilla inire,in eoq; concubinatu diſtare.quin etiam cũ & iuſtã & iniuſtam vxorem iure mariti accuſare quis poſsit,vt refert Cæcilius,l.ſi vxor.§.j.D.ad l.Iuliam,de adul.concubinam tamen non poteſt.Quanuis autẽ humanius videatur,debitori etiam concubinã & liberos naturales,ſi aliud nihil quo creditoribus ſatisfaciat, poſsideat,auferre noluerunt:tam legiſlatores , vt tam inhumane cum eo agatur,vt nihil illi ad vitæ cultum neceſſarium relinquatur.putarem enim veſtem debitori non eſſe detrahendam.Bart.Bald.& cæteri dd.ad l.j. C.quæ res pig.obli.poſ. Nam contra omnem rationem factum videretur,ſi ne id quidẽ quod corpus tegeret, debitori relinqueret:preſertim cùm eadem humanitate eos vſos eſſe videam in iis,qui bonorum ceſsionem impetrarunt,vt Bartol.& dd.ad l.penulti.D.de ceſsion. bonor.argumen.l.diuus.D.de bonis damna.Non permittimus autem debitori prætioſiorem veſtem , quin etiam ſi quæ ſit,detrahi eam,viliorémq; eius loco ſubrogari à creditore cõcedimus,cum hic neceſsitatis ratio in tegendo corpore nulla ſit.æque enim per vilem, ac prætioſam,neceſsitati conſulitur,velimus tamẽ hic humanitate ducti,aliquam dignitatis & perſonarum rationem haberi.

## De iis, quibus per pignus prætorium priuilegium conceditur. Cap.15.

Ait Vlpianus lib.j.de Officio Conſulis.

SI Magiſtratus fideicommiſsi ſeruãdi cauſa in poſſeſsionem miſerunt , dare arbitrum poſſunt ad ea diſtrahenda,quę mora deteriora futura ſunt , ita vt pretium ex his redactum , apud fideicommiſſariũ in cauſa depoſiti ſit,donec de fideicommiſſario,quo ei debeatur, conſtet.

Tres ferè cauſas eſſe,ex quibus in poſſeſsionem omnium bonorum eatur,alibi ab Vlpiano reſponſum eſt, in l.3.D.ex quibus cauſis in poſſeſsionẽ eatur.rei.ſ.ſeruandæ cauſa,itẽ legatorũ ſeruandorũ gratia , & vẽtris noĩe.Dãni enim infecti noĩe ſi non caueatur.nõ vniuerſorũ bonorũ fit miſsio,ſed rei tm̃,de qua damnũ timetur.Iure tñ quo nunc vtimur,authẽ.& quis iurat.C.de bo.auth.iud.poſ.reliquæ in bonorũ poſſeſsionem miſsiones,cũ ea quæ dãni infecti noĩe fit,hac in parte pari iure cenſentur.Cùm aũt hæc in bona miſsio publici iuris ſit,priuati authoritate peragi non poſſe conſtat,ideoq; ad Magiſtratũ populi Romani recurrẽdum eſt. Magiſtratus autẽ poteſtas & iuriſdictio cũ diuerſa ſit, nõ cuiuis id muneris iniũgemus,ſed maioribus ſolũ.l. ea quæ.D.ad mnnicip.Et maiores quidem magiſtratus Marco Meſſalæ apud Gelliũ lib.13.c.14.dicũtur, Conſules, Prætores,& cẽſores,quiq; cẽturiatis comitiis creãtur.Miores vero,qui tribunitiis comitiis fiebãt. Municipalis Magiſtratus cũ ea q̃ magis imperij ſunt,quàm iuriſdictionis peragere nõ poſsit,poſſeſsionẽ bonorũ dare non põt.Eſt aũt magiſtratus municipalis, qui municipiis p̃erat.Municipia olim ꝓprie vrbes dicta fuiſſe,q̃ in Italia erant,notandũ eſt:ij quoq; ciue Romani municipes dicũtur,qui ſunt ex municipiis,ſuo iure & legibus vtẽtes,muneris tm̃ cũ populo Romano honorarij participes:à quo munere capeſſendo appellati videñt, nullis aliis neceſsitatibus.nec vlla popu.Rom.lege adſtricti.Diſtant aũt in hoc à colono municipes,ꝙ coloni oĩa iura,inſtitutaq; populi Romani,nõ ſui arbitrij, habeãt.Cũ aũt ciues Romani in coloniã deducerẽtur, ſummæ grauitatis viris eorum Reſp.cõmiſſa eſt. quiq; cũ oĩbus locis cõmode præeſſe non poſsint,diuerſi diuerſis in locis ſurrogati ſunt.& iis eadẽ,quæ ipſis præſidibus,authoritas nõ eſt conceſſa.liquet id ex multis iuris Reſponſis.Quanuis enim de ſeruo noxio ſupplicium ſumere Præſidibus liceat,id tamen municipali magiſtratui denegatum eſt,l.Magiſtratib.D.de iur.om.iu Modica aũt caſtigatio facile cõceditur.Pręterea tutorẽ à magiſtratibus datũ,per ordinẽ electũ non videri, traditũ eſt.in l.j.§.j. D.magiſt.cõueniẽ.Porro id hic omittendum non cenſui,in poſſeſsionem,quæ damni infecti nomine fit,aliquem etiam ſola magiſtratus municipalis authoritate mitti poſſe:ita tamen , ſi res peragenda celeritatem deſideret;prætoríq; periculoſa videatur dilatio.Ait enim Vlpianus in l.j.D.de dã.infe. Heruagius in ſuis Pandectis ita legit, Cum res dãni infecti celeritatẽ deſiderat,& periculoſa dilatio Prętori videtur: ſi ex hac cauſa ſibi iuriſdictionem reſeruet.



Ideo Magiſtratibus municipalibus delegatũ hoc rectè putauit.incommodius enim eſſet ex municipio ad Prætorem recurrere:damnúmq; forte datum eſſet, antequam prætori res cognita eſſet.Huius autem cum in ſecundo decreto nullum ſit periculum,merito magiſtratus municipalis authoritati id denegatum eſt. l 4.§.duas ergo.D. de Titul.Solet nanque duplici modo hæc,de qua agimus,in poſſeſsionem bonorum miſſio fieri,per primum.ſ.decretum,& ſecundum:arg.l.li. prætoris officium.& l.ſi finita.§.ſi ante hoc, & ibi Bar. D.d.titu.Vnde illa eſt harum phraſium diſtinctio:vt in poſſeſsionem mittatur quis primo decreto , poſsidere iubeatur ſecundo,& ob eum,qui in poſſeſsionem miſſus eſt,non cogatur dominus diſcedere,at ſi poſsidere iuſſus ſit,cogatur.primum enim decretum nihil iuris ei qui in poſſeſsionem mittitur,tribuere,ſed ſolam rei cuſtodiam,nudámque detentionem conferre notiſsimum eſt,l.cum legati.D.quib.ex cau.in poſſ.eat. quippe actionem hypothecariam poſt rem amiſſam huius decreti authoritate non conſtitutum eſt. in l.3.D.vt in poſ.le. Iuſtinianus tamẽ Imperator ſua conſtitutione, vt & multa alia,ita hoc quoque ſuſtulit,in l.vlti. C.de præto.pign. Ait enim,humanius eſſe in p̃torio pignore dare recuperationem creditori,quocunque modo poſſeſsionem amittat,ſiue culpa,ſiue non,ſiue fortuito caſu:non eſt autem,ꝙ hanc in bona miſsionem imploret à prætore legatarius , cum ei hodierno ſaltem iure(licet quidam Pandectarum id receptum fuiſſe contenderint per l..creditorib.D.de ſeparat.)alio legum beneficio abunde proſpectũ eſt,vtpote hypothecaria actione.Ait enim Iuſtinianus Imperator,in §.noſtra.inſtit. de legat.ſe diſpoſuiſſe,vt omnibus legatis vna ſit natura,& quibuſcunque verbis aliquid relictum ſit , liceat legatariis id perſequi,non ſolum per actiones perſonales,ſed etiam per in rem & hypothecariam.Controuerſiam huic noſtræ opinioni(qua diximus per primũ decretum duntaxat rerum cuſtodiam competere in poſſeſsionem miſſo)mouere videtur Papiniani reſpõſum, in l.miſſo.D.pro emptore.ex quo non nudam detentionem,verum etiam ius in re,ei qui in bona miſſus eſt,iure conceſſum eſſe apparet.ait enim,miſſo legatario in poſſeſsionem,res pro emptore vſucapi,ſalua prætorij pignoris cauſa. Quod ſi verum fateamur,legatarium non detinere id quod vſucapitur , concedamus oportet:vſucapionem enim ſine poſſeſsione contingere nõ poſſe Lucinius Rufinus reſpondit in l.ſine poſſeſsione. D.de vſuc.ſi vero is qui in bona miſſus eſt,rem non detineat : & ſalua tamen ſeruetur ei pignoris cauſa,amplius quiddam,quam nudam detentionem conceſſam eſſe videbitur. Sanè quanuis hoc Papiniani in dicta l. miſſo.cum aliorum reſponſis in l.cum legati D.qui ex cauſ.in poſſeſ.eat.l 3.§.fina.D.de acquirend.poſſeſ.& l. is cui.D.vt in poſſeſ.legat.è diametro pugnare videatur,nulla tamen in nodi huius diſſolutione latet difficultas.nõ enim de ea vſucapione,quæ miſſo iam in poſſeſsionem legatario inchoatur,ſed de ea quæ à teſtatore cœpta fuit.Iuriſconſultus egiſſe cenſendus eſt. Accommodat nanque ſe ei hypotheſi , qua quæſitum eſt, an per hanc in bona miſsionem rei emptæ interrumpatur vſucapio,& vſucapionem (ſalua legatario prætorij pignoris cauſa) non vſurpari reſpondit,ídque nõ temere.omnis enim vſurpatio vel naturalis,aut ciuilis eſt,l.naturaliter.D.de vſucapion.l.intra quatuor. D. de diuerſis & tempor.præſcript.Et ciuilem quidem vſurpationem hic non verſari conſtat,naturali quoque ideo non datur locus , quòd non ſit interrupta poſſeſſio, nam hæredi per miſsionem in bona , non magis poſſeſsionem auferri placuit dicta l. tertia,§,finali.& dicta l.cum legati quam ei qui peregre profectus ſeruum ſuum rei familiaris adminiſtrationi præfecerit.l.qui peregre D.de acquir.poſſeſ.Nec enim per ſeruum ſolum,aut filiũfamilias,verum etiam per liberos homines,quos in poteſtate nõ habemus,poſsidere dicimur.arg.l.clam poſsidere.§.qui ad nũdinas.D.d. tit. licet per extraneam perſonam nihil acquiri nobis poſſe conſtet,ex §.ex his itaque,inſtitu.per quas perſonas poſſe.nobis acquir.& l.liber.D.de acquir.rerum domi. Quod autem Iuriſconſ.pignus legatarium ſaluum ſeruare tradiderit,non de vero pignore,( quod iure Pandectarum ex primo decreto miſſo in poſſeſsionem diximus non competere)ſed de fictitio,vtpote quod ob ſolam detentionem conſtituitur accipiendum eſt. Viſum eſt & id hic inueſtigatiõe dignum,an hęc( quam in priuilegiis creditorum frequentiſsimam eſſe diximus) regula,vt ſcilicet is potior ſit iure, qui in duobꝰ diuerſo tempore in poſſeſsionem miſsis,locũ habeat? Et iure quo nunc vtimur,nulla de eo eſt controuerſia, cùm omnibus legatariis ſimul,& eodem nomine hypotheca poſterioribus conſtitutionibus in bonis defuncti indulgeatur,l.prima.C.commu de legat.§. noſtra autem,inſtitur.de legat.Si vero iuri,quod tunc tractamus,nos accommodemus,generali prætori pignoris iuri nihil derogabimus.Idq;,quod omnibus in poſſeſsionem miſsis commune eſt,legatariis non detrahemus.Vt autem conſtet de quo agamus , id prætorium pignus appellari notandum eſt,quod ob cõtumaciam, vel ob rem iudicatam ad maiorem poſtulantis ſecuritatem à prętore conceditur:nec enim placuit quorundam opinio,qui diuerſam pignoris naturam in eo qui ob contumaciam,& ob rem iudicatam in bona miſſus eſt,conſtituerunt.dd.ad §.contra autem creditor.inſtitut.quibus aliena.lice.vel non.& ad §.fin.inſtitut.quibus modis re contrahitur obligatio.Illud enim prætoritm,hòc autem iudiciale nominarunt,qua autem authoritate id factum ſit,ſane hoc nòn video. Et potius, ſi ſpecierum diſtinctio hic habenda ſit, id quod iudiciale vocarunt,prætorium dici poſſe:quod vero prætorium,iudicialis appellationem mereri videtur : quanquam nec hoc admittamus.Sententias enim iudicum prætores exequi ſoliti ſunt.l. à diuo Pio.D.de re iudicata. Poſſeſsionem vero bonorũ concedere, ex primo decreto penes magiſtratum fuit.l.prima.ff.de damno infecto.vtrunque vero iudici dato negatum eſt , quod ex Vlpian.cap.3.ne quis eum,facile eſt colligere. ſeruãda eſt itaque Iuſtiniani in pignoribus diſtinctio , qui dicit in l.2.C.de prætor.pigno.Veteris iuris dubitationem decidentes ad duplum genus hypothecarum reſpeximus:vnum quidem ex conuentionibus & pactis hominũ naſcitur,aliud,quod à iudicibus datur,& prætoriũ nuncupatur.His ſic præmiſsis,vt ad id,quod tractandum ſumpſimus,deſcendamus,Iuriſconſultis placuiſſe ſciendum eſt,eum potiorem eſſe in pignore,(qđ ob rem iudicatam conceditur) qui prior eſt tempore. cap.qui prior.de regul.iur.lib.6.l.ſi pluribus.D.de leg. j.& l.4.C.qui potio.in pign.habe.hoc tamen obſeruato,vt & ex æquitate ſententia lata ſit,& eius authoritate in bona miſſus ſit,cui id à legibus fuerit conceſſum. Ait enim Vlpi.in l.ſi & iure D.qui poitor.in pigno.&c. Si & iure iudicatum eſt,& pignus in cauſam iudicati ex authoritate eius qui iubere potuit,captum eſt,priuilegiis temporis potior eſt hæres eius,in cuius perſona pignus conſtitutum eſt:& hoc non immerito ſic reſpõſum eſt,cum ius noſtrum vigilãtibus ſcriptum eſſe dicatur.in l.ſi.C.depoſiti.l.qui prior appellat.D.de iudi. Ideoque ſi debitam pecuniam accepi,antequam bona poſsideantur,quanuis ſciens prudénſque ſoluẽdo nõ eſſe,recipiam prætoris edictũ,quo alienata in fraudẽ creditorum reuocantur,non oberit mihi.l.qui autem. §.ſciendum.D.quę in frau.cre.niſi aut vtroq; vel omnibus inſtantibus creditoribus mihi gratificatus ſoluerit.l.pupillus.D.de Titu.l.ſi non.§.ſi pupillus.D.de bonis auth.iud.poſ.vel pecuniã ab inuito debitore extorſerim.arg.l.j.C.quã li.vnicui.ſine iud.& c.1.& 2.23.q.1. gl.ad c.iuriſgentium.j.diſt.dũ tamen facultatẽ adeũdi

iudicem habuerim:alioqui enim pecuniam mihi deléiam auferre à debitore inuito non prohibeor.ait nãq; Vlpianus lib.73.ad edictum,l.ait prætor.§.ſi debitorẽ. D.quæ in fraud.credit.Si debitorem ex plurium creditorum conſecutus eſſem fugientem,& pecuniam ſecum ferentem,& abſtuliſſem ei id,quod mihi debebatur,placet Iuliani ſententia multum intereſſe,antequã in poſſeſsionem bonorum mittantur eius creditores, hoc factum ſit,an poſtea:ſi ante,ceſſare in factum actionem:ſi poſtea,huic locum fore.Sed hæc obiter.nũc reuertamur ad reſponſum Vlpia.libr.j.reſponſorum, in l.ſed & iure.Et hæc à quibuſdam interpretibus.Dyn.ſ. ad c.qui prior.de regul.iur.numer.14.certa ratione reſtringitur,quaſi locum duntaxat habeat in iis, qui diſſimilem titulum prætendunt. Si enim (vt illi volunt) creditores ſimilem titulum habentes,in poſſeſsionem bonorum ex cauſa iudicati miſsi fuerint,omnium cõditio æqua erit:neque is qui prior eſt tempore,potior iure futurus eſt,cui limitationi in hoc reſpõſo locum non concedimus( quanuis forte vera ſit,quo ad legata & dãna infecta,cùm is,qui legati nomine prior miſſus eſt,præferatur ei qui poſtea damni infecti nomine mittitur) ratio enim quæ eos ad id commentum impulit,in eo pignore,quod ex cauſa rei iudicatæ oritur, locum non obtinet:nanque quod exiſtimarent,vno creditore in poſſeſsionem ex cauſa iudicati miſſo, etiam reliquos miſſos cenſeri,id illis non facile cõceſſerim, atque omnia reſpõſa quibus vno in bono miſſo,etiam reliquis creditoribus aditum cõceſſum eſſe,traditum eſt,non ad eã,quæ rei iudicati nomine,ſed quæ ob contumaciam creditori( qui actionem aduerſus debitoré inſtituit) conceditur,l.cum vnus.D.de bon.auth.iud. poſsid.& l.ſi finita,§.ſi plures.D.de damno infect.referemus.Sed obiiciet forte aliquis,quanquam vno legatario miſſo,alium non cẽſeri miſſum legibus deciſum ſit,cum ea quæ legatorum ſeruandorum cauſa fit miſſio,non iure actionis,ſicuti & in damno infecto,ſed officio iudicis concedatur,atq; petentibus præter ſuum officium impartiat:duobus tamen legatariis in poſſeſſionem ſeparatim miſsis,vtriuſque conditio par cenſetur.l.is cui. §.qui prior.D.vt in poſſeſsion.legat.&c. igitur nihil obeſt,quo minus duo ex cauſa iudicati in poſſeſsionem miſsi concurrant,quòd vno miſſo, alter non cenſeatur miſſus.Huic obiectioni reſpõdebimus, ꝙ facile in aduerſariorum deſcendemus opinionem,ſi oſtenderint nihil aliud repugnare, duobus in poſſeſſionem cauſa iudicati miſsis,quàm quòd conceſſa vni poſſeſsione,alteri non cenſetur indulta.Eſt enim longè alia diuerſitatis ratio eorum, qui vel damni infecti nomine,vel legatorum ſeruandorum gratia, & qui rei iudicatæ cauſa in poſſeſsionẽ miſsi ſunt:nã cũ cautio ſiue ſatiſdatio petitur,non eſt opus lõga diſputatione, l.j.ff.de damno infecto.ſed ſummariè in cauſa procedendum.Diuus enim Pius Saluio reſcripſit,in l.j.C.vt in poſſeſsion.legat.&c.Quoniam nihil actor amplius poſtulat,quàm vt fideicommiſsi nomine ſatiſdetur.nõ debet is qui iure dicendo præeſt, ſubtiliter cognoſcere,debeatur necne fideicommiſſum,ſed tantum decernere, vt ſatiſdetur. Antequam autem ad ſententiam ſe componat iudex,varia vt præcedant neceſſe eſt, atque demum ſumma deliberatione facta,ſententiã promulgare ſolet.Deſinant itaque mirari aduerſarij, cur pignus prætorium,quod ob cauſam rei iudicatæ accipitur,ſemper tempore æſtimetur:in eo vero, quod vel rei ſeruandæ cauſa,damni infecti nomine,vel legatorum ſeruandorum gratia accipitur, ordinem non expectari,reſponſum ſit.nam cum vnus legatarius ſuſpecta ſibi defuncti facultate,iudicis officium ad bonorum poſſeſsionem implorauerit, eiúſque petitioni ſatesfecerit iudex,non poterit aliis,cum eadem ratione defuncti facultatibus diffidant,æquale ius denegare: non idem dicendum eſt in eo qui bonorum poſſeſsionem rei iudicatæ cauſa impetrauerit:vni enim conceſſa miſsione,nonraro aliis denegatur,quòd rei iudicatæ euentus incertus ſit.fit nanq; ſæpiſsime,vt creditores exceptionibus repellantur,quod in aliis non venit in conſideratione:hoc enim conſtituiſſe ſufficit,legatũ eſſe relictum,vel damnum futurũ vereri.Cęterũ in hac bonorum poſſeſsione,quæ fit ex primo decreto, id obſeruatum eſt,vt ne iudicis quidẽ authoritate interpoſita debitoris bona diuendantur,atq; ideo dato arbitro ea duntaxat quæ mora deteriora futura ſunt, diſtrahi poſſe reſpondit Vlpianus hac noſtra lege.Quod quidem & ratio ſuadet:ſemper enim intenti eſſe debemus ad auertenda alterius incommoda, cum in omnibus, tum vero in iis quæ alioqui nemini ſunt profutura:vnde apud Ciceronem in Quintiliana edicti prætorij verba hæc ſunt:Qui ex edicto meo in poſſeſsionem venerunt,eos ita videtur in poſſeſsione eſſe oportere, quod ibidem recte cuſtodire poterunt,ad ibidem cuſtodiant:quod non poterunt, id auferre & abducere licebit. Et hanc quidem diſtractionem, niſi parata pecunia celebretur, in ſimili facti ſpecie non admittit Vlpian.in l.à Diuo.§.ſed ſi emptor.ff.de re iudicata. Quod autem arbiter rei diſtrahendæ dari ſolicitus ſit, maximã continet æquitatem, ne ſ.pro libito priuatus alterius negotia adminiſtraret,debitoríque vel ex negligentia,vel latente dolo inferretur incommodum. Atque hinc Imperat.Alexander reſcripſit,in l.2.C.ſi in cauſ.iud. pig.acceptum ſit.Cum in cauſa iudicati aliqua res pignori capitur,per officium eius qui ita decreuit,venundari ſolet,non per eum qui iudicatum fieri poſtulauit.Poſtremo,cum dominium in debitoris facultatibus creditori non cõcedatur,atq; hoc ſibi adiudicari iniuſte poſtulet,l.pro debito.& ibi Bald. & Paulus Caſtrenſ.C.de bon.autho,in poſſeſ.non iniuria libera rerum adminiſtratio & alienatio à legibus recuſata eſt.ſ.hac noſtra.l.Quod cum ita ſit,nullúmque dominij ius illis ſit reliquum,cæteros creditores,qui pignori res acceperant,hiſce creditoribus, qui hanc miſſionem in bona impetrarũt,potiores eſſe non ambigitur.dict.l.pro debito.Si vero nemini probentur res obligatæ,ac ſi ne ſucceſſore communis debitor,vel eius hæres deceſſerit,non dominij rerum vindicatione,ſed poſſeſsione bonorum,itémque venditione æquali portione,pro rata debiti quantitate omnibus creditoribus conſulendum eſt,niſi ſubſit cauſa,cur hic aliis ſit præferendus.

## Quomodo pignus prætorium per in bona miſſionẽ,iure contrahatur. Cap.16.

Ait Marcellus.lib. ſingulari ad formulam hypothecaꝛ.

*EVM qui in poſſeſſionem miſſus ſit rerum eius,qui Reipublic.cauſa abfuerit,ſi apparuerit eum modo malo Reipub.cauſa abeſſe,iure in poſſeſſione eſſe placet,donec ſolidum ſoluatur.Eum autem qui rerum eius, qui ſine dolo malo Reipub.cauſa abfuit,in poſſeſſionem miſſus ſit,pignus non contrahere, & ideo diſcedere oportet de poſſeſſione.*Non nouum eſt,in eius bona miſsionem fieri poſſe,qui copiam ſui creditoribus non fecerit, & turpem occultationem(vt pro Cluentio.ait Cicero) illis præſtiterit.Is autem Vlpiano in l.Fulcinius.§.illud ſciendũ.verſicul.ſi tamen occurſum.D.quibus ex cauſ. in poſſeſ.eatur.latitare dicitur,qui occurſum creditorũ euitauerit,vel vt Marcellus voluit,in l.eum qui.hoc tit.qui circa colũnas ſe occultauerit,vt creditorẽ euitet.Colũnarũ vocabulo intelligim⁹,qđ in foro, aliíſq; publicis locis,imponẽdis ſtatuis,alijve publico vſui dicatũ eſt.Cui⁹ rei,ſi quis exactiorẽ tractationẽ requirat adeo



adeat eruditiſsimi viri Andreæ Alciati τῶν παρέργων librum quintum.qui huius rei copioſiſsimum adfert teſtimonium.Sed videamus vt Cicero d.loco,latitationem definierit,& an merito ea ab Vlpiano in dicta l. Fulcinius.notata ſit,qui dixit latitationem non eſſe,vt Cicero diffiniuit,turpem occultationem ſui. poſſe enim quem latitare non turpi de cauſa,vtpote qui tyrãni crudelitatem timet,vim hoſtium,aut domeſticas ſeditiones.Et vt libere,quod ſentio,eloquar, non video quæ ſit iuſta huius notæ cauſa,cum Cicero eam latitationem definiẽdam ſibi ſumpſerit,quæ in edicto,quod tractabat,expreſſa erat.Quin & ipſe Vlpianus poſtea, quid ſit latitare deſcribens,turpem occultationem ſatis expreſsit,cum eum latitare dixerit, qui occurſum creditorum euitauerit.Cæterum non omnem latitantem pati in bona miſsionem, & eorundem venditionem,legibus deciſum eſt.ſcilicet dict.l.Fulcinius.§.cũ hoc edictum.Si enim fraudationis cauſa quis latitet non tamen propter creditores: & vt illos euitet, licet hæc latitatio creditoribus obſit,in ea tamen erit cauſa,ne inde poſsideri bona eius poſsint.Quippe nõ hoc animo latitat,vt decipiat creditores.ſemper enim animus latitantis inſpicitur,& quæritur quo animo,an vt fraudet,an alia ex cauſa latitet?Atque adeo hunc animum & affectum occultantis deſiderant Iuriſconſulti, vt reſponderint,in dicta l.Fulcinius.§.adeo autem.furioſum, prodigum, minorem, ſimiléſque perſonas, hanc bonorum venditionem non pati:ſed ſi non defendantur,curatores iis dandos eſſe:& ſi curator datus, illos non defendat,eum remouendum eſſe,oporteréque prætorem dare curatorem aliquem ex creditorib⁹, qui ad exemplum mulieris in poſſeſsionem ventris nomine miſſæ,l.j.§.mulier.D.de ventre in poſſeſsion.mittẽ. ea ſola,ſine quibus is,cuius curam habet, viuere non poteſt,ſumere ex bonis debet:plane & quandoque bona horum vendenda erunt,ſi æs alienum vrgeat,& dilatio graue damnũ ſit allatura creditoribus. Aetas enim & conditio perſonarum,ius noſtrum lædere non poſſunt.Quo itaque ſenſu prætor edixerit,in d.l.Fulcinius.§.primo.Eius qui fraudationis cauſa latitat,ſi boni viri arbitratu non defendatur,bona poſsideri, vendíque iubeo,ſatis conſtat. Quanquam autem in eius bona,qui occurſum creditorum euitauerit,miſsionem fieri reſponſum ſit,non tamen in omnibus omnino negotiis id obſeruandum eſt.Ait enim Paulus in l.ſi quis creditorem.D.quibus ex cauſis in poſſeſsion.eatur.

Creditor conditionalis in poſſeſsione nõ mittit: quia is mittitur,qui poteſt bona ex edicto vendere,ſi tamen hic creditor in ius vocet debitorem ad præſtandã cautionem,beneficium hoc non denegatur.in omnibus enim iudiciis tam ſtricti iuris quàm bonæ fidei,ſi ex iuſta cauſa agat aliquis ad interponendam cautionem, condemnatio fit,l.in omnibus.D.de iudiciis. ideoque recte Paulus alio in loco reſpondit in l.in poſſeſsionẽ. ff.quibus ex cauſis in poſſeſsion.eatur,in poſſeſsionem mitti ſolent creditores,etſi ſub cõditione pecunia promiſſa ſit.Non placuit autem quorundam in hoc Pauli reſponſo ſentẽtia,de quo vide gloſſam ad dictam l.in poſſeſsionem.exiſtimãtium id tum ad legatarium, ſeu fideicommiſſarium, tum vero ad conditionem cuius certus eſt euentus, referri debere .Conſiderata enim propria & genuina vocabuli ſignificatione,eius quod certum eſt,nullam conſtituemus conditionem.nec minus & id abſurdum eſt,quod id ipſum ad legatarium producere conati ſint:eos nanque pecuniam ſtipulatos nemo ſanus dixerit.& proinde falſum eſt,in poſſeſſionem mitti ſolere creditores,hoc eſt, legatarios,etſi ſub conditione eis pecunia promiſſa ſit.

Cæterum quòd de euitando creditorum occurſu traditum eſt,adeo in hac miſsiõe requiſitum eſt, vt etiam ſi liber ad debitorem acceſſus aliquo obſtaculo impediatur,dolo tamen non latitauerit:& data opera creditores non euitauerit,beneficium hoc,de quo agimus, non concedatur.

Et hac ratione reſponſum eſt,in l.eum qui. eum pignus non contrahere,qui in poſſeſsionem rerum eius, qui ſine dolo malo Reipubli.cauſa abfuit,miſſus eſt,etiam ſi ob longum interuallum liber non patuerit aditus.Præterea cùm non dolo tantum & callida machinatione,verum etiam nullius culpa aut fraude interueniente,detrimẽtum creditoribus inferri poſsit,merito eorũ cõmodo à Iuriſconſul.conſultum eſt.l.ſi diui. D.quibus ex cau.in poſ.eatur.nouoq; morbo nouũ datum eſt remedium.Cum enim defuncti debitores, vel nullum hæredem inſtituiſſent, vel inſtituiſſent quidẽ, eum tamen qui ſuſpecta defuncti hæreditate adire recuſaret,atque ita inani ſpe lactaretur creditor,concedi tandem in bona miſsionem placuit.

Quòd ſi fiſcus bona vacantia ſibi vendicet, hærediſque nomen ſuppleat, ad hanc miſsionem, vtpote ſacram ancoram, non eſt quod confugiat creditor. alio enim ei prouiſum eſt remedio. Nam Fiſcum,qui in hæredis locum ſurrogatus eſt,conuenire poteſt.

Sed quod ſuperius de concurſu creditorum ob debitoris contumaciam attigimus,ne cui ſcrupulum hic ingerat, id indicaſſe ſuffecerit, Pandectarum & Codicis iure,l.cum vnus D.de bon.author.Iud.poſſ.in l. cum apud veteres.C.de bon.autho.iudi.vno in facultates debitoris miſſo,non ſolum hunc,ſed & alios creditores hac commoditate frui:hoc tamen obſeruato, vt creditores præſentes ante biennium:abſentes verò, intra quadriennium,eum qui nunc hoc beneficio fruitur,de debito fecerint certiorem:& expenſas ſecundũ quantitatem debitorum ei perſoluerint.quo tempore præterlapſo,cauſa poſsidentis potior eſt.vide dictam l.cum apud veteres.Sed iure quo nunc vtimur,huic Cõſtitutioni vix datur locus,cùm non in omnia bona,ſed computato cuiuſque debito,in debitam bonorum partem creditor mittatur.Iuſtinianus enim, propoſita de abſente creditore hypotheſi,ſecundum ea quæ proponerentur,ita reſcripſit:in authen.& qui iurat.C.de tit. Si abſit,inquit,examinet iudex vbi ſit induciis datis,inter quas ſi nõ occurrit,ſecũdũ vnã partẽ examinato negotio,mittet actorem in poſſeſsionem rerum eius iuxta menſuram declarati debiti.Quòd ſi redeat antequã proſequatur cauſam,reſarciat actori omne damnum, præſtabítque fideiuſſorem de lite proſequenda, & res ſuas ſuſcipiet.An autem quocũque tempore redeat debitor,bona poſſeſſa recuperare poſsit,à quibuſdã quęſitum eſt.Et controuerſiam facit,ꝙ Imperatores nunc annum ad repetenda bona liberum reliquerint:nũc vero nulla habita temporis ratione,omnem contradictionem debitori excluſerint.Humanius quidẽ cũ eo egiſſe videtur Iuſtinus Imperator,in l.ſi quid emptionis. §.ſed etſi.C.de præſcrip.3.vel 40.annorum.Sed etſi,inquit,non per vim,ſed per ſententiam Iudicis eam detinuerit, ea tamen occaſione quòd abſens prior poſſeſſor,& ad litem vocatus,minimè reſpõdit, licebit ei ad ſimilitudinem cæterorum qui rei dominium habent, intra vnũ annum ſe offerenti,cautionemque ſuſcipiendæ litis danti,eandem rem recipere:ſupérque ea cognitionalia ſubire certamina. Inhumanius autẽ egiſſe cũ eo,& longe plus iuris detraxiſſe debitori videtur Iuſtinianus Imperator.Ait enim in l.properandum.§.ſin autem. C.de iudiciis.nullam licentiam ei,vel alij perſonam eius ſolam prætendenti,concedendam contradicenti,cum in poſſeſsionem ex huiuſmodi cauſa Actor mittitur.nec ſi reuerſus fuerit,& noluerit fideiuſſorem dare,& poſſeſsionem recuperare,audiatur.in huiuſmodi etenim caſibus omnem contradictionem ei excludimus.Quæ quidem reſcripta pugnare,& nunc nullum, nunc aliquod tempus debitoribus indulgere vidẽtur. Et quanuis difficilior videatur harum conſtitutionum conſiliatio,cum tamen nullam in legibus Antinoniam

reperiri teſtatus ſit Iuſtinia.in præfatione Pandect.dāda eſt opera,vt diuerſorum reſcriptorum ratio & ſententia explicetur.Et Iuſtinianus quidem hac ratione debitoribus omnem ad res recuperandas præcluſit aditū,quòd cepto iam iudicio, & probe iam perſpecta & explorata Actoris actione,alio ſe cōtuleri t debitor: atque propoſito edicto peremptorio,reoque iudicio ſe non ſiſtente,ſententiam promulgauerit iudex.at cū hæc ſententia tanquam diffinitiua ob appellationem non interpoſitam,in rem iudicatam tranſierit,pro veritate habenda eſt.Sed ſi de cauſa non ſatis conſtet Iudici,quia videlicet lis non ſit cōteſtata,aliud æquitate ſuadente,& natura iudicij expoſtulante,dicēdum eſt: nec enim temere debet reus,ſiue debitor,ſuis bonis defraudari & priuari,cum iudicium nondum cœptū ſit,& de veritate rei controuerſæ nihil iudici conſtet. Si autem Actor copiam ſui non fecerit, Iudex ſententiam aduerſus abſentem dicet,ac reum ab inſtantia iudicij abſoluet.Ratio diuerſi iuris hæc ſeſe offert,quòd Iudicium tanquam res ſacra,ab omnibus contumeliis debeat ſeruari illæſum,ac ab omni ignominia immune.Iudicium autem & rem illam diuinam cōtemnere, ac illudere contumacem actorem, omnibus ſatis eſt perſpicuum.Et quanquam eadem fere ratione abſens reus iudicium deludat,tamē cum in poteſtate actoris ſit non agere,& reus cogatur iudicium inuitus accipere,maiori fauore conuentus & in iudicium vocatus dignus fuit:vnde & illud prodiit,fauorabiliores reos eſſe quàm actores.Ius autem Ciuile humanius cum actore egit.Pandectarum enim iure,l. & poſt edictum. D.de iudic.eo qui edictum peremptoriū impetrauit die cognitionis abſente, circunducitur edictum, neq; de cauſa cognoſcitur:neque ſecundum præſentē pronuntiatur.ac edicto circunducto,inſtantia ſolum periit,ex integro nanque cauſa agi poteſt.Reo vero poſt edictum peremptorium impetratum abſente,cum dies venerit,abſens citari debet,hoc eſt,in ipſo iudicio & tribunali euocari per præconem,vt præſens ſit,necne, appareat.At Imperatorum conſtitutionibus, l.properandum.§.& ſi quidem.C.de iudiciis.actore abſente,ſi de cauſa liquet,ſententiam proferre poterit Iudex: ſi non liquet,abſoluitur reus,triplici tamē edicto per interuallum non minus decē dierum prius vocato actore,ac triennio,litibus,& cauſis à iure indulto, elapſo. de quo vide gloſſam ad d.l.properandum.§. & ſi quidem.C.de iudiciis.circa verbum licentia. Quod temporis ſpatium videtur Iuſtinianus Imperator non requirere.Ait enim in authentic.Quod fier.C.de dilat. Si igitur poſt tempus à ſe conſtitutum infra decē dies reo præſente non occurrat,dimittatur reus. Heremodicium itaque,ſiue vt Demoſthenes ait, ἐρημοδίκιον. Pandectarum iure,dict.l.& poſt edictū.actore abſente locum non habuit,lite tamen cōteſtata,Imperatores d.l. properandum.§.& ſi quidem.hoc admiſerunt. Canones vero in c.cauſam.de dolo & contumacia. & ibi Panormit.domini de Rot.deciſion.404.in nouis,eod.tit. abſente actore,ſententiam ferri poſſe,nunquam prohibent,ac reo abſente ante litem conteſtatam,nullam cōdemnationem:at vel bonorum poſſeſsionem cuſtodiæ cauſa concedunt:vel ſi cauſa talis fuerit, vt actor ad poſſeſsionem nequeat admitti,per Cenſuram eccleſiaſticam eſt compellendus contumax,vt iuri pareat. Heremodicium autem Iuriſconſulti appellant, atteſtante Alciato libro quarto circa principium, de verborū ſignificatione.quoties in iudiciis abſente altera parte, ius dicitur. Hinc facile conſtat,recte Imperatorem Iuſtinum reſcripſiſſe,in dicta l.ſi quid emptionis.§.ſed etſi,datam cautionem intra vnum annum ſuſcipiendæ litis rem poſſeſſam,& ab aduerſario rei vendicatione petitam recipere poſſe,quem recuperare non poterit anno elapſo,etiamſi litis ſuſcipiendæ cautionem offerat contumax reali iudicio prius conuentus.nam cum Reipublicæ interſit,dominia rerum eſſe diſtincta, ob negligentiam & contumaciam aduerſarij cōſtituitur ipſo iure anno elapſo alter,verus bonorum poſſeſſor. ideoque onere probandi dominium non grauatur, licet re non vſucapta,inſtituatur in rem actio. Et commode ad actionem in rem hæc retulimus. Actiōe enim in perſonam conuentus,etiam poſt annum,ad recuperandam poſſeſsionem admittitur, ſi cautionem ſuſcipiendæ litis,& ea quæ in contumaciam impenſa ſunt, præſtet:verum qui ſecundo decreto poſsidere iuſſus eſt,quanuis iudicium ſit perſonale,verus conſtituitur poſſeſſor:ideoque fructus facit ſuos. Quòd ſi res diſtractæ ſint,iudicis authoritate,nullus nec rei, nec poſſeſsioni repetendę locus eſt.quod enim iure ſubſiſtit, reuocari non poteſt.Sed quia hæc tam pulchre & copioſe proſecutus eſt Innocentius tertius in capi.quoniam frequenter. §.in aliis.extra,vt lite non conteſtata.noſtram hac de re tractationem intermittimus, & Innocentij verba,vt exactiſsimam huius rei declarationem habeat lector, non grauabor aſcribere.quanuis enim longiora multis videri poſsint, conſultius tamen nobis viſum eſt,omnia licet prolixius,exactius tamē enodare,quā breuitati cōſulentes,in obſcuritatem incidere.ait itaque laudatiſsimus Pontifex:In aliis vero caſibus prudēter eſt attendendū,vtrū cōtumax reali actioni,an perſonali cōueniatur:ſi reali,mittēdus eſt actor in rei petitæ poſſeſsionē:vt tædio affectus reꝰ,veniat reſponſurus Qui ſi venerit infra annū,iudicio ſiſti præſtita cautione,ac exhibita ſatiſdatione congrua expenſarū,poſſeſsionē recuperet.Quòd ſi cautionē offerre neglexerit infra annū,actor poſt annū verus cōſtituetur poſſeſſor:ſuper proprietate dūtaxat aduerſæ parti defenſiōe legitima reſeruata:ꝙ ſi ſuper rebus immobilibus quiſpiā cōueniatur,qui eas poſsidet nomine alieno,debet ſtatim in iudicio dn̄m nominare certo dierū ſpatio à iudice finiēdo:eoq; ad eius notitiā ꝑducēdo, vt vel ipſe veniēs,vel idoneū dirigens reſponſalē,actoris intentionem excipiat.Si vero poſt tempus indultū, quod diſpoſitum eſt,noluerit adimplere,tanquam lite quæ ingeritur,ex eo die quo poſſeſſor ad iudicium vocatus eſt,ad interrūpendā præſcriptionē longi tēporis conteſtata:dominū poſſeſsionis Iudex tribus edictis legitimis euocabit,& tunc ipſo in eadē voluntate manēte,negotium ſummatim examinās,in poſſeſsionē ipſarum rerū,actorē mittere non tardabit,omni allegatione abſenti ſuper principali quæſtione reſeruata.Si aūt ſuper perſonali actione conueniatur,vel mittendus eſt actor in poſſeſsionem mobilium ipſius,vel immobiliū, ſi forte mobilia non habeat,pro modo debiti declarati,vel in contumacem eſt Eccleſiaſtica ſententia proferenda:ita videlicet,quòd alterutra pœna,quæ magis timeri debeat,Iudex à principio ſit contentus:ad alterā nihilominus proceſſurus,ſi hoc meruerit proteruitas contumacis:qui veniens infra annum,vel poſt etiā audietur,iuxta diſtinctionem in alio caſu ſuperius annotatam,hoc eſt,modo præſtet cautionem iudicio ſiſti,& reſtituat aduerſario impenſas occaſione contumaciæ factas.hactenus Pontifex.Nos autem,ne aliquid,quod ad huius tractationis enodationem attinet, intactum relinquamus,cum ab eo de actionibus in rem,& in perſonam ſolum tractatū ſit,quid iuris in mixtis iudiciis obſeruetur,quarūmque actionum naturam conſequantur,videamus.Vt itaque à definitiōe exordium noſtra ſumat oratio,eas mixtas appellabimus,in quibus vterque litigantium,actoris atque rei conuenti vice fungitur.Et huiuſmodi actiones tres numero inueniuntur. nam vt Caius dixit,in l.in tribus.C.de iudiciis.in tribus iſtis iudiciis familiæ erciſcundæ, communi diuidundo,& finium regundorum,quæritur quis actor intelligatur:quia magis placuit eum videri actorem,qui ad iudicium prouocaſſet. Hoc itaq; in primis certum ſit in hiſce iudiciis,ſi eius rei ob quam intēditur actio, partem



partē noſtram reſpiciamus,actiōe in rē experiri:econtra ſi aduerſarij partem contemplemur, in perſonam agere dicemur. & ſi ipſam harum actionum cauſam, primámq; originem intueamur,cùm ex quaſi contractu deſcendant, non in rem,ſed in perſonam iudicia eſſe dicemus.His igitur præambulis præmiſsis, vt ad quęſtionis noſtrę tractationem deſcendamus, in duobus prioribus iudiciis ad duo,ad rē ſcilicet,& ad præſtationes.agi reſpondebimus.Ait enim Vlpi.in l.iudicium.D.fin.regund.Familiæ erciſcundę iudicium ex duobus conſtat,id eſt,rebus atq; p̄ſtationibus. In his itaque iudiciis conſiderata rerum petitio, eadem ratione in bona contumacis mittitur, ac ſi actio in rem intentaretur:ſpectatis vero præſtationibus, perſonanalium actionum naturam ſeruamus.Hoc etiā hîc notatu dignum eſt,quotieſcunque in bona ob contumaciam aliquis mittendus eſt,in poſſeſsione totius rei,licet pars modo debita ſit, miſsionem fieri debere.Ait enim Cicero,bonorum poſſeſsionem nō in aliqua parte,ſed in vniuerſis,quę teneri ac poſsideri poſsint,ſpectari. Hoc tamen obſeruato,vt percipiat fructus pro portione ſolùm debitæ partis: aliarum vero partium, in quas ex proportione Geometrica nullā habet actionem,fructus arbitrio iudicis ſeruentur.Cuius diſtinctionis hæc tradita eſt ratio,quòd in partē rei petitæ, ſaluis legibus,nemo mitti poſsit:fieret enim diuiſio rerum,& dominium transferretur ante litem conteſtatam.Vnde id abſurdi dimanaret,ꝙ iudex ante cœptū iudicium ſententiam,quæ vim diffinitiuæ habet,pronunciaret.Atque hoc nemo ſanus admiſerit.Tertia reſtat actio in qua id obſeruatum eſt, vt in contumacis bona eo modo mittatur, ac ſi perſonali iudicio in ius vocatus eſſet.tum ꝙ actio finium regundorum,vel ad conſtitutionem nouorum,vel ad refectionem veterū terminorum,& ad præſtandum id quod intereſt,concedatur:tum vero,ꝙ aduerſario ſe iudicio non ſiſtente, actor Iuſiurandum in litem præſtet, & quanti ſua interſit,reum non veniſſe declaret.

## Quomodo & quando ab hæredibus creditores ius ſuum perſequantur. Ca. 17.

Ait Iauolenus lib.j.Epiſtolarum:

PATER familias impuberi filio,ſi ante pubertatem deceſsiſſet,ſubſtituit hæredem: is filius paterna hęreditate ſe abſtinuit, ideóque bona patris vęnierunt,poſtea filio hæreditas obuenit: qua adita, deceſsit: Quæro, cum prætor in ipſum pupillum, quamuis poſtea hæreditas obueniſſet, creditoribus tamen patris actionem non daret:an in ſubſtitutum creditoribus patris danda ſit actio,cùm in bonis paternis,quæ ſcilicet ad creditores miſſos ad bona pertinent, nihil acquirat. Et cùm creditores nihil iuris in bonis pupilli habuerint, eorúmque nihil interfuerit,adiretur necne pupilli hæreditas, cùm ea bona omiſſa à ſubſtituto hærede, ad creditores non pertinebant.Me illud maximè mouet, quòd præceptoribus iuris placet, vnum eſſe teſtamentum.Reſpondit quòd filio, qui à paterna hęreditate ſe abſtinet,præſtat ne bonis patris eius venditis, in eum actio detur: tametſi poſtea ei hæreditas obuenit, creditoribus non reddat:idem & in ſubſtituto filio hęrede ſeruandum eſt:quoniam filij pudori parcitur,vt potius patris, quàm bona eius, vęneant. Itaque in id quod poſtea ei obueniat actio, creditoribus denegatur.Quia id quod ex aduentitio acquiſitū eſt, non per patrem ad eum peruenit:At cùm ſubſtitutus filio hæreditatē adiit,poſtquā pupillus ſe paternæ miſcuit hęreditati,tūc hęreditas & patris & filij vna eſt, & in omni ære alieno,qđ aut patris aut filij fuerit etiā inuitus hæres obligatur.Quemadmodum enim liberum nōn eſt poſt obligationem, vt non omnimodo ſi non defendatur,ipſius bona vęneant:ita nec ſeparari quidem æs alienum in patris & filij poterit: quo caſu efficietur,vt creditoribus in eum actio dari debeat:ꝙ ſi ſubſtitutus hæres hęreditatem non adierit, creditoribus patris in id quod pupillus reliquit,actio dari nō debet:quoniam neque pupilli bona vęnire debēt propter æs alienum patris:neq; in bonis patris eſt, quod pupillus acquiſiuit.

Multis nūc de παραπομπῇ traditis præceptis,& via, quaſi qua ius ſuum creditores perſequantur, preſcripta:quęri poſſet,& hoc non incommode,quo auxilio & à quibus ſucceſſoribus ius ſuum obtinere queant. Ex facto itaque conſultus eſt Iauolenus,in hac le.noſtra. cum pater filiofam.impuberi, ſi ante pubertatem deceſsiſſet,hæredem ſubſtituerit:atqui filius fortuna patris diligentius explorata,hęreditate ſe abſtinuerit,eique ab alio poſtea delata fuerit hæreditas,qua via, & à quo creditores, quibus paterna bona non ſufficiunt,res ſuas iure petere poſſint? Et contra pupillum nullus reſtat experiundi modus,nihilque iuris in eius bonis creditoribus relinquitur. Ideoque Iauolenus, per Epiſtolam conſultus,reſpondit, Prætorem filio qui à paterna hæreditate ſe abſtinet,præſtare,ne,bōis patris eius venditis,in eum actio detur:tametſi aliunde poſtea ei hæreditas obueniat.Præterea & illud quærebatur,an ne creditoribus à pupilli facultatibus reiectis,per ſubſtituti hæreditatem ſuccurri debeat: Et creditoribus hinc maxime apparebat ſuccurri debere quod Iuriſconſ.in l. patris & filii. D.de vulg.& pupil. ſubſt.§.igitur. in inſt.de pup.ſubſt.vnum patris & filii teſtamentum eſſe viſum fuerit:atque ideo qui pupillo ſucceſſerit,patri ſucceſſiſſe cenſeatur.Contrarium tamē Iauoleno viſum eſt: cur enim illis ad ſubſtituti bona patebit via:tum quod illorum nihil interfuerit,adiretur necne hæreditas pupilli: atque ea etiam omiſſa, nullo iure ad creditores pertinerent:tum vero,ꝙ paternis creditoribus reſpondendum ſit, ex patris, non autem ex aduentitiis pupilli bonis. Atque non tanti fuit apud Iauolenum argumentum, quod de paterni cum pupillari teſtamenti coniunctione adductum eſt quanuis enim quodammodo vnum teſtamentum cenſeatur,d.§.igitur.diuerſæ tamen ſunt hæreditates.Atque his argumentis motus,ſane infirmiſſimis,Iuriſcōſul.ſententiam ſuam reſcripſit.in hac noſtra. l. Ad explicationem autem difficilimi huius capitis, atque celeberrimi,ob pugnantia reſponſa,l.ſi filius qui patri.l. ſed ſi plures §.ſi ex aſſe.D.de vulg.& pup.ſub.l.quęſitū cum duabus ſubſequētibꝰ.l.qui patri hęres.D.de acq. hære.l.quidam.C.de iure delib.vt aliquid adferamus primo ſciendum eſt,veteribus etiam legumlatoribus inuento iam apud omnes pene gētes teſtamentorum vſu,æquiſſime viſum eſſe, vt ſicut hæredibus debitores,ita viciſſim creditoribus hæredes crediti nomine pro portione hæreditaria adſtringerentur. Summopere enim prudētiſsimi homines in eo laborarunt, ne vlli ius ſuū adimeretur.l.ius noſtrū.D.de reg.iur.Cū igitur ab eo cui pecunia credita eſſet, vtpote iam è medio ſublato,debitū ſolui nō poſſet:mortémq; modum non ſatis validum exiſtimarēt,quo alij,qui bonis ſuis commodè frui poſſet,ius ſuum detraheretur, nullum æquè pro debitis hæreditariis obligari conueniebat, quàm hæredem & omnium bonorum ſucceſſorem. qui ſane ſuo munere fungi volet,id oneris non detrectabit,cùm is,qui commodum ex hæreditate ſentiat, debita luere,& ſi quæ ſunt alia incommoda, tolerare ſumma ratione & natura quaſi dictante cogatur. Sed bonis teſtatoris quantumuis oneratis,liberum tamen eſt quoſcunq;,& in quot velit vncias hæredes inſtituere,§.hæreditas.in inſti.de hæred.inſtituen.dato etiam cui velit ſubſtituto,§. j. in inſtitut. de vulga.ſubſtitut. Nihil enim eſſe putarūt legiſlatores quod magis hominibus debeatur,quam vt ſupremæ voluntatis,poſt-

quam iam aliud non poſſunt, liber ſit ſtylus, & licitũ, quod non iterum reddit arbitrium.l.j.C.de ſacroſ.eccle.cuius fauore etiam illud inductum eſt,vt is qui vniuerſorum bonorum ſucceſſor ex voluntate teſtatoris deſtinatus eſt,hęreditatem ſibi delatam partim repudiare,partim vero adire ꝓhibeatur.cùm, ne in regulam peccetur, quæ neminem pro parte teſtatum, pro parte inteſtatum decedere voluit, l. ius noſtrum non patitur.D.de regulis iuris.tum vero,ne teſtatoris iudicium,& vltima voluntas in vna quidem portione comprobetur,in alia vero reiiciatur.l.j.& 2. D. de acquirend.vel omit.hæred.vnde & illud profluxit,quod qui partem hæreditatis agnouit,reliquam etiã agnouiſſe cenſeatur,l.1.& 2. & argumento l. qui ex duabus § fina.D.de acquirend.hæred. quamuis non econtra, qui portionem aſpernatus eſt,id quod ſupereſt, reieciſſe præſumatur:Glo.ad l.2.D.de acquire.hæred.ſiue quod priuato nec augeri,nec imminui poſsit:vt Iaſon ad d.l.quidam. C.de iur.delibe. ſiue quod maiore fauore additionem dignati ſint Iuriſconſulti in l. cùm quidam.D.de lib.& poſthumis.Quod vſque adeo verum eſt, vt etiamſi incertis portionibus ſubſtitutum habeat,nihilo magis eaſdem omittere, & reliquas agnoſcere concedatur.nec enim ſufficit, ſubſtitutum eius vices obire. Nanque abſurdum Caio viſum eſt, in l. nam abſurdum. D. de bon. libert. licere eidem partim comprobare iudicium defuncti, partim euertere:ſeu, vt dixit Paulus, in l.ſi ita ſtipulatio.§.fina. de operis liber. ex parte obligationem comprobare, & ex parte tanquam de iniquo queri. Si tamen idem inſtitutus & ſibiipſi ſubſtitutus proponatur, (quod à Iuriſconſultis,mutata cauſa,id eſt,maiore emolumento ex poſteriore gradu expectato,permiſſum eſt, l.ſed ſi plures.§.nemo inſtitutus.D.de vulg.& pupill.) aliis à priore, aliis à poſteriore gradu legatis relictis,poterit impunè omiſſa ex inſtitutione hęreditate,ex ſubſtitutione eandem recipere.idque ex prǽſumpta teſtatoris voluntate,qui liberum hęredi reliquiſſe arbitrium adeundę ex vtrouis gradu hęreditatis cēſeatur. Hinc Papinianus,in l j.§.ſi proponatur.D.ſi quis omiſſa cauſa.&c. Si proponatur,inquit,idem inſtitutus & ſubſtitutus, & prętermiſerit inſtitutionem, an incidat in edictum, quęritur. Et non puto incidere, quaſi teſtator hanc ei dederit facultatem qui eum ſuſtituit. Nec enim in edictum incidere viſus eſt, & teſtamenti cauſam omnino omiſiſſe cenſendus eſt, qui ex facultate ſibi à teſtatore conceſſa vnum gradum (vtpote ſua opinione magis opimum)prę cęteris elegit.Hinc & illud non abſimile profluxit, plurium hęreditatum vni eidémque delatarum ſeparationem fieri poſſe, l.liber homo.§.vlt.D.de hęred.inſtit.ſicuti & rerum legatarum,ac partium vnius eiuſdémque rei legatę, quas ipſe teſtator fecit.l.legatarius.D.de leg.j.l.4.5.& 6.& l. ſi cui D.de leg.2.Cùm igitur hęredi ad probandam vnam partem,& alteram reiiciẽdam nulla via,nullúmque remedium reliquum ſit, placueríque ſiue in inſtitutionibus, ſiue in pupillari ſubſtitutione vel omnia admitti,vel omnia reiici,d.l.quidam,C.de iure de libe.ingerit ſe hîc confeſtim quęſtio intricatiſsima, liceatne ſubſtituto, pupilli eius hęreditatem adire, & paternam aſpernari? Et hęc ea eſt quęſtio, in qua totius noſtri reſponſi vis & quaſi cardo vertitur. mouebat Iauolenum in negantem partē,quod vnum idémque teſtamentum eſſe patris & filij,pręceptoribus iuris placuerit.Qui obex ita,vt ſtatim admonuimus,facilimè tolli poteſt,ſi vnum quidem teſtamentum eſſe admittamus:vnam vero hęreditatem eſſe inficiemur: nam,vt dixit Iuſtinianus,dicto.§.igitur vel duo quodammodo ſunt teſtamenta,alterum patris,alterum filij,tanquam ſi ipſe filius ſibi hæredem inſtituiſſet: vel certe vnũ teſtamentum duarum cauſarum,id eſt duarum(vt ſuam ipſius mentem explicat dicto loco) hęreditatum: atque hinc patet nihil eſſe,quod generale illud Axioma,quo traditum eſt, vel omnia ſimul admitti, vel omnia repudiari debere, ſiue in inſtitutionibus, ſiue in pupillari ſubſtitutione: vllam in hac noſtra tractatione faciat remoram. Nam vt in omni tum inſtitutione, tum pupillari ſubſtitutione, ita etiam in hac de qua agimus hypotheſi merito huic canoni locum damus. Qui enim pupillo ſubſtitutus eſt, parte aſpernata,ad reliquam partem quantumuis deſideratam, ob perpetuam huius regulæ authoritatem non admittitur:paterna vero repudiata,cur à pupillari arceamus, nulla iuris ratio admittit. Nec enim hîc vulgatę regulæ vlla ratione derogatum eſt, & quamuis pupillare teſtamentum eodem iure cum paterno cenſeri debeat,eóque cadente cadere,cùm(vt dixit Iuſtinianus in §.liberis autem.inſtit.de pupil.ſubſtit. ſequela ſit & paterno teſtamento accedat, tamen cum diuerſę hęreditates ſint donec aditione vniantur, & paternum & pupillare in vnum redigantur:mirum nō eſt, cur hîc huic apud omnes iactatę regulę non ſit locus: ad formam autem & ſolennitatem teſtamentariam quod attinet,cùm eędem cęremonię vtrique celebrando ſufficiant,notiſsimum eſt,dict.l.patris & filij,ſi in inſtitutione lapſum ſit reliquum etiam, quod huic ob vnos eoſdemque ritus accedit, authoritatem & vires obtinere non poſſe:vnde per inofficioſi quærelam expugnato teſtamento, ne pupillares quidem tabulæ manēt ſaluæ,l.Papinianus.§.ſed nec impubes. D.de inoff.teſta.quod per contratabulas bonorũ poſſeſſionem certum eſt non fieri,propterea quod remedium ſit honorarium:iam vero nihil tritius eſt, quam per prętorem:vt non facit eſſe hæredem,ita neminem deſinere eſſe hæredem.Querelam vero,cum ſit iuris ciuilis,teſtamentum penitus,& quę ex eo depēdent,omnino corruunt,argu.§.quos autem.inſti.de bon. poſſ. Sed nunc audire videor lectorem tacite ſecũ obmurmurantem.At igitur qua ratione,quove iure ab Imperatoribus decretum ſit,eum qui pupillarem hæreditatem ad ſe deuolutam non reiecerit,paternæ renunciare poſſe,contra vero qui paternam hęreditatem ſemel acceptam habuit,pupillarem aſpernari non poſſe,d.l. quidam.Co.de iur.deliber.cum tamen vtrobique diuerſæ ſint,te authore,hæreditates? Nos Vlpianum ſecuti,in l.ſi pupillus.D.de acq.hęr.non aliam diuerſi iuris rationem inuenimus,quam quod pupilli fauor ius ſingulare deſiderauerit:nec alia ratio fuit, cur merito & iure reprehenſum eſſe à Marcello Iulianũ teſtetur Vlpianus in d.l.ſi pupillus.Si enim nullá hic perſonarum & priuilegii ratio haberetur,ſane dicendum putarem:vti is qui pupillarem hæreditatem acceptauerit,paternam repudiare non prohibetur,ita etiam qui paternæ ad ſe delæat hæreditati locum dederit, pupillarem iure reiicere poſſe, propter eandem in vtraque rationem.Verum ius illud cum pupilli vtilitati plurimum detrahat,æquitate lenitum eſt.cum enim in omnibus præcipue ſpectetur vtilitas,tum vero precipue in hoc noſtro articulo priuilegium pupilli ætas expoſtulauit. Ideoque cum cauſam reprehenſi à Marcello Iuliani diligentius inquireret Vlpianus,di.l.ſi pupillus.nulla alia ſe obtulit commodius,quam vtilitas pupilli,cuius fauore iuri in vniuerſum,& generaliter cōcepto per priuilegium merito derogari poſſet. Quæ, inquit,ſentētia à Marcello recte notata eſt,impugnat, enim vtilitatem pupilli, qui ipſe ſaltem poteſt habere ſucceſſorem,metu enim onerum patris,timidius quis etiam impuberis hæreditatem adibit,id igitur certiſſimi axiomatis loco teneas velim. Quicumque patri hæres extiterit, eundem, ſi filio impuberi ſubſtitutus ſit, pupillarem hæreditatem prętermitere non poſſe, lege qui patris. Digeſti. de acquirenda hæreditate. Contra vero, qui pupillarem hæreditatem admiſerit, patris ſpernere nullo iure prohiberi,



beri:l.ſi filius qui patri.D.de vulg.& pupill.l.quęſitum cum duabus ſubſequentib.D.de acqui. hæred. tum ꝙ expediat pupillo,habere ſucceſſorē ex teſtamento, tũ etiam,ꝙ multum à legum latoribus commēdetur,qui proſpicit,ne pupilli hęreditas oneribus patris ſit obnoxia.Cæterum alia nec minus intricata hîc non importunè ſe ingerit quæſtio,conueniēs ſane ad id,quod agimus,diligentius excutiendum, cur ſcilicet cùm in hac noſtra,quam tractamus,hypotheſi ſolus filius inſtitutus,eíque ſubſtitutus datus proponatur, ſubſtitutus, repudiata paterna,ad pupillarem hæreditatem iure ac merito admitti dicatur:videri enim poſſet, in iuris principia & axiomata in iure certiſsima,à Iauoleno peccatum eſſe,hac noſtra l. Nam quocunquè te vertas,vel contra mentem huius reſponſi, vel contra vulgatas regulas reſpondeas oportet. Si enim filius hæreditatem repudiauerit,ob non additam hæreditatem paternam,etiam pupillares tabulas concidere, & proinde nullam conſequendæ hæreditatis viam ſubſtituto relinqui luce clarius eſt. Rurſus, ſi aditã à pupillo hæreditatē admittas,in abſurdum incides priore non longè minus:nam (vt ſuperius admonuimus) propter admiſſam à pupillo hæreditatem,ita in vnum redigi cœpit vtriuſque hæreditas,tanto vinculo vniri & conſtringi,vt vel vtriuſque hæreditatem habere debeat,aut neutrius.Iũcta enim cœpit(vt pulchrè dixit Vlpia.in l.ſed ſi plures.§.filio impuberi.D.de vulg. & pupill.)vtriuſque hæreditas. Qui ſane ſcrupulus, ſi vllus alius,in hac noſtra materia multorum fatigauit ingenia, quíque ad tam remotos,támque à legis ſententia alienas fictiones interpretes noſtros compulit,(de quo vide Barto.ad hanc noſtram l.& glo.circa verb. paterfami.)vt quod olim de aſtrologis vulgo iactatum eſt, merito in noſtros iuris profeſſores retorqueri poſsit,mirum ſcilicet eſſe,cur profeſſor profeſſorem adſipiciēs,vel obuium ſalutans, ob tam varias & remotas diuinationes à riſu & cachinno ſe temperare queat.Nos remotis ambagibus,iíſque q̃ à Iuriſconſ.mēte magis aliena ſunt,contenſioſis hominibus relictis,facilimam,quã ſciemus poterimúſque, in extricatione huius labyrinthi ſequemur methodum & viam.Quod igitur traditum eſt in d.l.ſed ſi plures §.ſi ex aſſe.deficiente ob repudiationem paterno teſtamēto,pupillarem nihilominus hęreditatem ſubſtitutum conſequi poſſe,hanc rationem habere viſum eſt,ꝙ ſola ſuitas(libet enim hîc peregrinum vocabulum lōgo vſu iam receptiſsimum vſurpare) pupillares tabulas, alioqui,ob non aditam hæreditatem paternam inualidas ſua acceſsione cōfirmet,d.l. ſi filius qui patri.& l.filius,qui ſe paterna.D.de acq.hær.& ad eandem l.apertè Bart.& quod alias eſſet infirmũ,ſuo vinculo reddat firmiſsimum,ſi tamen ſuus hæres inſtitutus ꝓponatur,& cohæredem extraneum non habeat. Inſtitutio nanque extranei, vim quandam patriæ poteſtatis (licet non ipſam poteſtatem)tollit & extinguit.Et hac ratione tradit Vlpia.in d.l.ſed ſi plures.§.ſi ex aſſe.conſultus in hac facti ſpecie,cum ex aſſe hęres ſcriptus,& filio exhæredato ſubſtitutus repudiauit patris hæreditatem,hunc ſubſtitutum nō poſſe filij hæreditatem adire,cũ nō valeat filij teſtamētum,l.2.§.quiſquis D. de vulg.& pupil.ſubſt.niſi patris adita fuerit hæreditas. Qua itaque ratione reſpōderit Iulianus,d.l. filius qui ſe paterna.filium qui ſe paterna hæreditate abſtinuit, ſi exhæredati fratris hæreditati ſe immiſcuerit, & pro hærede geſſerit,poſſe ex ſubſtitutione hæreditatē obtinere.Hinc ſatis conſtat ꝙ nullus niſi patriæ poteſtati ſubiectus,à teſtatore inſtitutus dicebatur.Sed nunc ſe hîc ingeret quiſpiã,ſi naturale illud vinculũ (quod ſuitatem dicis) teſtamentum pupillare deficiente aditione, perinde acſi adita eſſet hæreditas, confirmet, cur non tantum ei vinculo tribuis, vt ſua acceſsione ita in vnum teſtamētum patris & filij conſtringat atque vniat vt admiſſa vna alteram prætermittere non liceat? Ne hic nodus vos intricatos teneat, ante omnia tenendum eſt,iure ciuili (quo patris & filij bona eadem cenſebātur,l.in ſuis D. de liber. & poſth. §.ſui autem.inſtit.de hæred.& qualit.& diff.& patri ſuccedēs filius ſibi quodammodo ſuccedere putabatur)ob patrię poteſtatis vinculum,quo omnia patri in filium licebant cōſtitutum fuiſſe,vt patris filius neceſſarius hæres extiteret.l.neceſſari⁹.D.de acq.hęr.vide Vigliũ ad d.§.ſui autem. Quod cum in filium æquo ſeuerius conſtitutum prętori videretur,ſucceſsit ius honorarium,ſed his prętor.inſt.de hæred.qua.& diff. quod liberam & adeundę & repudiandæ hæreditatis voluntatem liberis in eorum fauorē indulſit:iam vero quid tritius hac regúla eſt,qua traditur,nullam iuris rationem & æquitatis benignitatem admittere, vt ea quæ ſalubriter pro hominum fauore introducta ſunt,in eorũdē odiũ retorqueãtur:l.nulla iuris. D. de legib.l.q̃d fauore de legib.l.ſi iudex.D.de no.l.nō eo minus.C.de proc.c.quod ob gratiã de reg.iur.lib.6.quãtũ autē pupilli fauori hîc derogatum eſſet, ſi repudiationem nō concedamus liberam tum pupillo,tum etiam ſubſtituto,clarius eſt quàm me egeat interprete. Si tamen ea contemplemur,quæ minoris vtilitatem reſpiciunt, filiumfamilias patri hæredem eſſe,licet ſeſe non immiſcuerit hæreditati paternæ,certi iuris eſſe videbimus. de quo vide Ioan.de Platea.

Porro nunc hoſce ſcopulos præteruectus,alium nō minus laborioſum & difficilem, quíque diligentē lectorem remorari poſſet, videre videor.cum enim hic ex aſſe inſtitutus filiusfamilias proponatur,quo referemus Marcelli opinionē,tãtopere ab Vlpiano cōprobatam,ad d.§.ſui autem in l.quęſitum D.de acq.hęre. cui viſum eſt, ſubſtitutum, ſi ex parte inſtitutus ſit,ſine metu remota patris ſucceſſione,impuberis hæreditatem amplecti poſſe, hoc non dubie ſubindicans, ſi ex aſſe inſtitutus eſſet,idem illi beneficium non indulgeri?Et ſane hic locus eſt,qui ab interpretibus non ſatis examinatus,ad nouas,eaſque minus neceſſarias diſtinctiones in hac noſtra materia eos redegit. Quidã enim Iauoleni vię inſiſtere non ſatis tutum eſſe arbitrantes,cohæredem pupillo datum finxerunt, de quo vide Bar.& poſt illum Zaſium ad l.hanc.quod quo minus ſequeremur,fecit hęc Iuriſconſulti ſententia: qua ob repudiationem pupilli bona vendita eſſe tradidit, hac l.circa verſ.Ideoque bona patri,&c.id certe neutiquam aditurus,ſi cohæres,qui hęreditatem occupaſſet,cum eo fuiſſet inſtitutus.Nos itaque & verbis inſiſtere,& ſententiam ſaluam ſeruare contendentes, pupillum qui hęreditate abſtinuit,ſolum hęredem ſcriptum fuiſſe,exiſtimamus.nec mouet nos Marcelli diſtinctio,in dicta.l. quęſitum. cum longa ſit noſtrę hypotheſeos,cum ea quæ Marcelli eſt,differentia.Hic enim ſubſtitutus,non inſtitutus proponitur extraneus contra vero in Marcellina diſtinctione extraneus inſtitutus & ſubſtitutus pupillo fingitur. Vbi ſane multum intereſt,vtrum ex aſſe ſcriptus ſit,nullo dato(prę ter pupillum forte)cohęrede,an vero ex parte,vt quidem hac ratione repudiata,paterna ad pupillarem pateat via,adita tamen à cohęrede hęreditate: illa vero ob vtriuſque repudiationem & voluntatis paternę infirmationem nulla ratione. Nullus nanque ibi confirmandę pupillaris ſubſtitutionis modus reliquus fuit:nec enim per aditionem cum hęreditatem nullus agnouiſſe proponatur, nec etiam ob eius vinculi,quod Suitatem vocant,vim & authoritatem pupillares Tabulę redditę ſunt firmiores: Nam regulæ ſuperius traditę,dato extraneo hęrede, non eſt locus: ſecus eſt,ſi non alius quam ſuus hęres inſtitutus proponatur. Quo pertinet illud Papiniani reſponſum,

in d.l.ſi fili⁹ qui patri. Si filius, inquit, qui patri, ac poſtea fratri hæres ex ſecundis tabulis extiterit, hæreditatem patris recuſet, fraternam aũt retinere malit audiri debet. Iuſtius enim Prætorem facturum exiſtimo, ſi fratri ſeparationem bonorum patris cõceſſerit. Sed cùm apud omnes in confeſſo ſit, extraneum cohæredem Suitatis vim, de qua diximus, & authoritatem in cõfirmatione pupillarium Tabularum penitus conuellere, quęri poſſet, an reiecta paterna, aditus ad pupillaré ei oĩno ꝑcluſus ſit? Et ſanè ꝑcluſam eſſe, nó vno arguméto doceri poſſet: oportet enim vel adierit, vel repudiauerit hæreditaté. Et illa quidé hypotheſi ſuo iudicio vtriuſq; hæreditas cõiuncta eſt, vt vna ſine alia nec admitti, nec repudiari queat. d.l. quidam. C. de iure delib. hac vero teſtamẽtum paternum, niſi pupilli aditione cófirmatum ſit, facit inutile, à quo cùm pupillare tanquam fundamento dependeat, fieri non poteſt, quin illo labefacto, etiã hoc fiat inualidũ. Vlpian. enim authore, d.l. ſed ſi plures §. ſi ex aſſe. nó valet filij teſtamentum, niſi patris adita fuerit hæreditas: ſi auté pupillus ſe hęreditati immiſcuerit, non minus anguſtis terminis conſtringitur coheres: cùm enim ea pupilli cõprobatione vnita ſit vtriuſq; hęreditas, d.l. ſed ſi plures §. filio impuberi. non poterit indiſſolubile illud vinculũ, & nodũ quaſi Gordieum vlla via diſſoluere. Si igitur paternis oneribus extricari poſtulet, nullũ ſalubrius erit cõſiliũ, quã vtriuſq; hęreditati ſimul renuntiare. Iam igitur an nullũ ad hęreditatem pupilli acquirendam extraneo hęredi ſuperſit auxilium, inquiramus. Et ad inſtitutioné ꝙ attinet, nullum modũ acquirendę hęreditatis illi competere, ex iis q̃ dixim⁹, certiſsimũ eſt. Cæterum an ab inteſtato pupillo ſuccedere inſtitutus à patre poſsit, in dubium forte trahi queat. Et quo minus poſsit, impedire videtur edictũm Prætoris, in l.j. §. q̃rimus l. quia. D. ſi quis omiſſa cauſa &c. quod in eos, qui omiſſa cauſa teſtamenti, ab inteſtato hęreditaté poſsidẽt, cõceptũ eſt. Cui ſanè edicto non ſatis tribuiſſe Vlpia. in l. ſi pupill. D. de acquir. hęred. pro dignitate videri poſſet: qui cũ Marcellus fratrem teſtatoris impunè pupilli hæreditatem ab inteſtato poſsidere repudiata paterna, aſſeruiſſet, facilè illi præbuit aſſenſum. Videndum eſt itaq;, q̃ ſit edicti & reſponſorum ratio. Atque prætoris quidé edictum ita interpretatus eſt Vlpia. in d.l. quia autem. §. non ſimpliciter. & l. excuſatus eo. tit. vt ſi iuſta cauſa aliqua interuenerit, actio ex eo nó detur. Cùm aũt in hac, quam retulimus, facti ſpecie maxima ſit ratio, q̃ id poſtulet, ne ſcilicet oneribus patris pupilli hæreditas implicetur, maximè cõuenit cum edicti ſententia Vlpianus: tantum abeſt vt vlla in parte diſcrepet. Vt igitur generali q̃ſtioni ſatisfaciamus, id in vniuerſum obſeruatũ eſt, ꝙ iam in hypotheſi oſtendimus. vt ſ. ſemper in extraneo cohærede pupillo dato ob cõmodũ pupilli, ꝙ legiſlatores ꝑcipuè ſpectare ſolent, edictũ ꝑtoris remittatur. Hinc nouum videri nó debet, cur aliud in pupilli fratre, aliud in teſtatoris fratre reſponderit Vlpianus. Illi enim alia via abundè conſultum eſt, ob facilẽ hæreditatum ſeparationem, cùm non ſit datus cohęres extraneus: huic vero non item.

## Quomodo res, non iure alienata, recuperetur. Cap. vltimum.

Ait Papyrius libro primo de Conſtitutionibus.

*Imperatores Antoninus & Seuerus reſcripſerunt, qui bona ſua negãt iure vaniſſe præiudicio experiri debere: & fruſtra à Principe deſiderare reſcindi vẽditionem.*

Diximus ſuprà, que natura ſit iuris ſingularis, & quomodo contra tenoré rationis: atque illud ius quod omnes tenet, indulgeri ſolitum ſit. Vnde facile peti poteſt. cur hic Imperatores ſecundum ea quæ proponerentur, fruſtra peti reſcripſerint. Si enim id quod petitur, ius permittat, ad priuilegiũ non eſt recurrendum, pulchre Imperator Leo cum propter quotidianas de theſauro inuento controuerſias, lege lata, certum pręſcripſiſſet iudicium, ſuperfluum dixit fore, ſi id ꝙ iam lege permiſſum eſſet, precibus ab eo contenderent. Variæ autem ſpecies ſunt, quibus debitor de iniuſta venditione non immeritò conqueri poſſit, vt pote, ſi pretermiſſa haſtarum ſolennitate, poſſeſsiones ex officio diſtractæ ſint: l.3. de iure Fiſc. lib. 10. l.2. de fide inſtru. & iure haſtæ Fiſca. vel ſi precij vilitate ob exiguum debitum gratioſam emptionem in fraudem tuam, vtilitatemque rationum mearum aduerſarium commentum fuiſſe dicas: vel ſi creditor, non facta denunciatione, propria authoritate pignus vendiderit: ſi res pupilli ſine decreto iudicis alienata dicatur: itemque ſi ii, quibus ſacrarum rerum cura commiſſa eſt, rerum immobilium alienationi debitas cæremonias receptosq; ritus adhibitos non eſſe querantur. Et generaliter vti creditor pignus vendens, ita & executor, ſi quid dolo fraudeve agat, doli actione tenetur. leg. 4. §. ſi executor D. de neg. geſt. Hoc itaque modo ſi quis ſe læſum exiſtimet, non implorandum eſſe in integrum reſtitutionis beneficium, ſed ex iure communi cũ aduerſario agendũ eſt: vel, vt aiunt Imperatores, Pręiudicio experiundum eſt. Quæ igitur hæc actio ſit, ad quã nos remittũt Imperatores, quæque Præiudicialis in iure noſtro appellatur, paucis videbimus. Eſt igitur ꝑiudiciũ, Aſconio & Quintiliano, res q̃ cum ſtatuta fuerit, adfert iudicaturis exéplum ꝙ ſequantur. Sed parum aut nihil hoc ad noſtrum inſtitutum. Præiudiciũ igitur, ꝙ quęrimus authore Theophilo, in princip. Tituli de Interdictis. ἐστι τύπος ἀπὸ ἰντεντίωνος μόνης συγκείμενος. Cur autem ex ſola intentione conſtare dicatur, ſubiungit, οὐδὲ γὰρ ἔχει κατάδικην ἐν ἑαυτῇ quod quidã nuper impugnare conati ſunt, ſed plumbeum telum reiiciet quiuis. Condemnationem enim intelligit rei, de qua agitur. Agat igitur hic, qui Imperatorem priuilegii impetrandi cauſa acceſſit præiudicio: & bona ſua Prætoris decreto, non iure, veniſſe declaret. quod vbi demonſtrauerit, parum equidem, ad condemnationem quod attinet, profeciſſe dicetur. vbi enim, liberéne an iniuria bona vænierint, ſatis probatum erit, ad præcipuã actionem totius rei caput progredietur: & ad repetenda bonæ rei vendicatione acturus eſt. & ſi qui concurrant creditores, omnibus præferetur. Non diſſimilis eſt controuerſia Curiatij apud Plinium, lib. quinto. Epiſt. cum hæredibus: Cum enim is exhæredatus eſſet, & hæreditatem peteret, obiecta fuit exhæredationis nota, quam ipſe quidem factam admiſit, ſed iuſtam negauit: vnde ad petendam hæreditatem præiudiciali quærela actum eſt. Cui autem in hac controuerſia probandi onus incumbat, ſatis indicant Impp. cum aiunt, in hac l. eum Præiudicio experiri debere: niſi enim probet præiudicio agentem, reiiciet aduerſarius. generaliter enim Vlpianus ait, in leg. generaliter. D. de except. eum in Iudiciis partibus actoris fungi, qui habet intentionem ſecundum id quod intendit. Sin minus probauerit, iam cauſa non interueniſſe cenſetur: atque à iudicio, quo properabat, inſtituendo ſe continebit. Hæc mihi nunc de priuilegiis creditorum occurrebãt dicenda, quæ ſi minus accurate ſcripta, nimis prepropere edita videantur, æqui bonique conſulas, te Lector candide rogo: & exactius me hæc aliquando tractaturum, vbi tempus, ſtudium & diligentia iuuabit, putato.

FINIS.



# TRACTATVS DE FIDEIVSSORIBVS, SVMPTVS EX REPETITIONE RVBRICAE ff. EOD. CLARISS. IC. HYPPOLYTI DE Marſiliis Bononien.

1 *In principiis librorum non requiritur rubricæ continuatio.*

2 *Fideiuſſor eſt ille qui alienã obligationẽ in ſuã ſuſcepit fidẽ, prĩcipali tamẽ debitore remanẽte obligato.*

3 *Mandator dicitur ille, qui aliquid mãdat alicui, vt ſibi vel alij aliquid faciat.*

4 *Expromiſſor eſt, qui pro non obligato promittit.*

5 *Sponſor eſt, qui ſpõte, ſine rogatu alicuius, pro aliquo intercedit.*

6 *Differentia inter fideiuſſorem & mandatorem.*

7 *Fideiuſſor renuncians beneficio de fideiuſſoribus, poteſt conueniri antequàm principalis.*

8 *Compſor fideiubens pro aliquo, non habet beneficium excuſſionis. nu. 358.*

9 *Fideiuſſor qui iurauit in contractu obligationis, beneficium excuſſionis non habet.*

10 *Excuſſioq; nõ fiat, quãdo certũ eſt & notoriũ principalẽ nõ eſſe ſoluẽdo, vel ipsũ nõ facilẽ ad conueniẽdũ.*

11 *Fideiuſſor non poteſt vti beneficio excuſſionis, quãdo ipſe creditor aliàs eſſet debitor fideiuſſoris, & vellet compenſare.*

12 *Vbi agitur de bona fide & æquitate, fideiuſſor nõ habet beneficium excuſſionis.*

13 *Beneficium excuſſionis fideiuſſor non habet, quando procedit ex forma ſtatuti ſummariè & de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicij.*

14 *Fideiuſſor poteſt conueniri priuſquàm principalis, quãdo principalis eſt abſens à ciuitate ſeu iuriſditione loci vbi fideiuſſit.*

15 *Si fideiuſſor impedit executionem, quæ fiebat contra principalem, non habet poſtea beneficiũ excuſſionis.*

16 *Eximẽs captum pro debito ex manibus familiæ, tenetur ad debitum pro quo ille erat captus, tanquàm ſi pro eo fideiuſſiſſet.*

17 *Notificans alicuius debitori, quòd creditor ſuus quærit facere eũ capi & carcerari, tenetur creditori ad ſoluendum debitum illud, ſi ille fugam arripuit.*

18 *Creditor habens pignus debitoris, nõ poteſt conuenire fideiuſſorem, quando pignus poſſet cõmodè vendi.*

19 *Negans ſe fideiuſſorem, ſi probatum fuit eum fideiuſſiſſe, perdit beneficium excuſſionis.*

20 *Fideiuſſor ſuccedẽs debitori, tenetur vt principalis, & ceſſat beneficium excuſſionis.*

21 *Si debitor meus cõſtituit ſe precario nomine meo oĩa bona ſua poſſidere, ſi poſtea aliqua de dictis bonis alienat, poſſum petere adueniente caſu obligatiõis talia bona alienata ab illo qui illa emit, nec requiritur quòd fiat excuſſio contra principalem.*

22 *Ad tollendam excuſſionẽ cõtra principalem, au ſufficiat ſola relatio nuncij dicentis ſe perquiſiſſe in bonis principalis debitoris, & nihil inueniſſe, & an hoc dicatur ſufficiens excuſſio.*

23 *Fideiuſſor indemnitatis non poteſt conueniri antequàm principalis, etiamſi renunciauit beneficio de fideiuſſoribus.*

24 *Quando ſuperueniũt bona principali debitori, pendente iudicio contra fideiuſſorem, debet excuti principalis etiãſi primo fuit excuſſus, & hoc, ſi fideiuſſor non renuntiauit beneficio excuſſionis.*

25 *Exceptio dilatoria ſuperueniens lite conteſtata, prodeſt ipſi reo.*

26 *Facta excuſſione contra principalem debitorẽ, debet iudex pronunciare eam eſſe ritè factam, aliàs non poterit deueniri contra extraneos poſſeſſores.*

27 *Quid ſit beneficium epiſtolæ diui Adriani cedendarum actionum, & nouæ conſtitutiõis de duobus reis. num. 28. 34.*

29 *Renunciatio beneficij cedendarum actionum, debet fieri ſpecialiter, aliàs nihil operatur.*

30 *Generalis exceptionum renunciatio, nũquàm intelligitur illam exceptionem excludere, quæ ortum habet ex facto aduerſarij agentis.*

31 *Renunciatio generalis adiuncta renunciationi ſpeciali, ſolum trahitur ad eos caſus, qui ſunt ſpecialiter expreſſi ſimiles ſeu minores, non autem maiores ſeu grauiores.*

32 *Alternatiua cadit inter æquipollentia vel parum diſtantia.*

33 *Iuramentum interpoſitum ſuper renunciatione generali, refertur ad caſus ad quos refertur renũciatio.*

35 *Clauſula, & omni aliter legũ & iuris auxilio, quid operetur.*

36 *Renunciatio beneficiorum facta per renunciantem, qui neſcit talia beneficia ſibi competere, non valet etiamſi interuenit iuramentum. num. 38.*

37 *In qualibet renunciatione requiritur certioratio.*

38 *Cautela ad annullandum contractum eſt, vt iudex interroget Notarium aſſerentem in inſtrumento ſe certioraſſe contrahentes de beneficio ſibi competenti: quod ſi neſciuerit Notarius, corruet inſtrumentum.*

40 *In his quæ dependent ab animo, ſtatur aſſertioni dicentis cum iuramento.*

41 *Scientia vel ignorantia probatur iuramento.*

42 *Creditur & ſtatur confeſſioni alicuius factæ in mortis articulo, dummodo cum iuramento deponat.*

43 *Salutis æternæ quilibet præſumitur memor.*

44 *Moriens non præſumitur mentiri.*

45 *Dicta doctorum debent intelligi ſecundum iura quæ allegant.*

46 *Quilibet præſumitur bonus & fidelis.*

47 *In dubijs capimus intellectum, per quem quis non cadat in delictum.*

48 *Faciens pacem cum aliquo, & permittens eum non offendere ſub pœna, ſi committit adulterium cum eius vxore, non incidit in pœnam.*

49 *Magis creditur teſtibus laicis deponentibus me nõ deliquiſſe, quam teſtibus clericis dicentibus me deliquiſſe.*

50 *In dubio debemus in benigniorem partem inclinare.*

51 *Filius natus ex meretrice maritata, præſumitur eſſe mariti, & non adulteri.*

52 *Licet quis ſuggeſſerit falſam interpretationem reſcripti, quod non præſumitur, quod fecerit hoc per dolum, ſed per ſimplicitatem.*

53 *Cauſa colorata licet ſit fatua, excuſat à dolo.*

54 *Conſuetudo etiam iniqua excuſat à delicto.*

55 *Vbi verba poſſunt trahi ad falſum & non falſum, fit interpretatio quod non contineant falſum.*

56 Quando reperitur aliud ſcriptum à notario, quàm fuerit dictum à partibus, quòd præſumatur error, & non falſum.

75 Quando aliquod verbum profertur ab aliquo contra aliquem, quod poteſt ſonare in iniuriam, & non in iniuriam, debet accipi quòd non ſonet in iniuriam.

58 A dolo quis excuſatur quibuſcunque excuſationibus vel præſumptionibus etiam iniuſtis.

59 Verba improprianturvt quis dicatur bonus.

60 Si clericus oſculatur mulierem, præſumitur cauſa benedictionis hoc facere.

16 In dubio miles non videtur remiſſus à militia propter dolum.

62 Fideiuſſor qui conſtituit ſe principalem debitorem, an tunc poſſit priuſquàm principalis conueniri.

63 Acceſſorium potentius principali non ſequitur naturam principalis.

64 Vnumquodque etiam minimum verbum, appoſitũ in lege ſtatuto vel diſpoſitione, contractu vel inſtrumento, debet aliquid operari. nu. 195.

65 Quãdo plures interuenerunt fideiuſſores pro mutuo pecuniæ, ſi pecunia illa tota peruenit ad manus vnius ipſorum, ille talis eſt principaliter obligatus: alij habentur loco fideiuſſorum, & fideiuſſorum beneficio gaudent. num. 372.

An accipiens fideiuſſorem minus idoneum, videatur eum approbare, adeo quòd non poſſit vlterius petere ſibi caueri.

67 Inhabilis citatus ad iudicium, cum clauſula, ſi tua putaueris intereſſe, videtur habilitatus.

68 Contrahentes cum aliquo, videtur eum approbare pro idoneo.

69 Qui facit citare aliquem in teſtem in iudicio, eius perſonam reprobare non poteſt.

70 Citans aduerſarium ſuum approbat eum vt legitimum reum.

71 Creditor habens ex conuentione authoritatẽ intrandi poſſeſſionem rei debitoris, ſi petit licentiam à iudice intrãdi talem poſſeſſionem, & ſibi denegetur, nõ poterit vlterius propria authoritate intrare dictam poſſeſſionem.

72 Dies commiſſi delicti ſi in accuſatione ponatur, & non probetur, reus abſoluitur.

73 Accipiens fideiuſſorem minus idoneum, an poſſit dicere, quòd ignorauit illum non eſſe idoneum.

74 Qui dedit fideiuſſorem, qui effectus eſt non ſoluendo an teneatur iterum ſatidare.

75 Inopia repentina dicitur caſus fortuitus.

76 Si debitor dedit idoneum fideiuſſorem, qui ſtatim arripuit fugam, vtrũ hoc caſu ipſe debitor teneatur iterum dare alium fideiuſſorem.

77 Si aliquis alloquutus eſt aliquem ad aurem, qui ſtatim commiſit homicidium, an præſumatur factum conſilio alloquentis.

78 Si eodem momento temporis quo datus eſt curator minori, ipſe curator interponit authoritatem in aliqua obligatione ipſius minoris, non valet talis contractus. nu. 86.

79 Sententia in breui tempore lata, eſt ipſo iure nulla.

80 Si conſultor repente conſultat, conſilium eſt nullum.

81 Laudum præcipitanter latum, eſt ipſo iure nullum.

82 Licentia data ad faciendum molendinum, operatur, vt iam factum poſſit retineri.

83 Statutum dans præmium capienti bannitum, habet locum in illo qui bannitum iam cepit.

84 Si Papa mandat alicui prouidẽti in certo loco de prima vacatura, quod poterit illi prouideri de vacante illam conceſſionem Papæ.

85 Legatum factum pro B. maritanda, ſi eſt iam maritata tempore teſtamenti, debet habere legatum.

87 Si venditur animal quod moritur infra triduum, habet locum redhibitoria ad precium.

88 Vendens frumentum pro maiori precio, quam quod taxandũ erat de proximo, & id ſciebat, quod teneatur emptori.

89 Per nouationem factam de obligatione inter debitorem & creditorem, an ſit liberatus fideiuſſor.

90 Si receditur à primo iudice, an fideiuſſor ſit liberatus.

91 Fideiuſſor an teneatur ad augmentum, quod acceſſorie aliquo modo venit ad obligationem principalem.

92 Fideiuſſores obligantur ſtipulatione ſeu verbis.

93 Fideiuſſor illius qui fuit ſemel liberatus, & poſtea ex noua prouiſione fuit condemnatus, non tenetur. numero 212.

94 Fideiuſſor poteſtatis nõ tenetur pro tempore quo eſt refirmatus.

95 Qui promiſit fructus vnius arboris quæ poſtea eſt inciſa, non tenetur ad fructus nouellæ arboris ibi natæ poſt.

96 Fideiubens pro penſione domus, nedum tenetur pro penſione domus, ſed etiam pro deuaſtatione maſſaritiarum.

97 Fideiuſſor caſu quo teneatur ad augmentum, an teneatur pro primo tantum, an pro omnibus.

98 Si alicui conceditur ſecuritas eundi & redeundi, intelligitur pro prima vice tantum.

99 Qui promiſit repræſentare aliquem coram iudice ad ipſius iudicis mandatum, liberatur per primam repræſentationem.

100 Infinitas eſt euitanda, niſi verba contractus vel diſpoſitionis ſint apta ad infinitatem importandam.

101 Iuri offerendi an poſſit præſcribi.

102 Qui promiſit aliquem repræſentare toties quoties fuerit requiſitus, an liberetur per binam repræſentationem.

103 Si pater facit legatum filiabus ſuis in cauſa viduitatis quòd filiæ poterunt habere illud legatum in omnibus ſuis viduitatibus.

104 Stante ſtatuto, quòd inter affines fiet cõpromiſſum, ſi ſemel factum ſit & expirauit, an iterum poſſint cogi ad compromittendum.

105 Ex confeſſione inualida cui non creditur, non poteſt quis pati damnum.

106 Cancellationes inualidæ, factæ per magiſtratus vel per tabelliones, non derogant ſcripturæ.

107 De contractu nullo non ſoluitur gabella.

108 Fideiuſſor in cauſa appellatiõis, an teneatur in cauſa principali, & econtra.

109 Fideiuſſor an liberetur per deſertionem inſtantiæ.

110 Fideiuſſor an ſit liberatus à fideiuſſione de iudicio ſiſti, quando ille quem promiſit ſiſtere, mutauit ſtatum ſeu forum.

111 Quando quis eſt effectus clericus poſt delictum commiſſum, à quo iudice puniatur, an à ſeculari, an ab eccleſiaſtico.

112 Mulier nupta perdit domicilium originis, & efficitur de domicilio viri.

113 Priui-



113 Priuilegiũ conceſſum mihi & omnibus meis deſcendentibus maſculis & fœminis, non cõpræhendit fœminas nuptas.

114 Priuilegium ſuperueniens, eximit quẽ à priore onere quod incumbebat.

115 Sacerdotium ſuperueniens, tollit munus publicum iam iniunctum.

116 Filius ſi cõmittit aliquã cauſam ingratitudinis contra patrẽ, propter quam poſſit exhæredari, ſi efficiatur clericus, exheredari non poteſt.

117 Clericus fil. fam. poteſt eſſe in iudicio in cauſis eccleſiaſticis ſine conſenſu patris.

118 Stante ſtatuto, ꝙ homines villæ teneãtur capere maleſactores, non habet locũ in clericis maleſactoribus.

119 Statutum arctans litigantes ad compromittendum, non ligat clericos.

120 Pater non poteſt vendere filiũ præsbyterum propter neceſſitatem famis.

121 Limitatio l. quiſquis. C. ad l. Iul. maieſt.

122 Quicquid acquirit clericus, etiã ex cauſa aduentitia, acquirit ſibi pleno iure, & non patri.

123 Filius ſpurius, per ingreſſum religionis efficitur legitimus.

124 Frater religioſus admittitur ad teſtificandum pro fratre.

125 Ordinatio clericalis tollit infamiam.

126 Clericus nõ poteſt torqueri, licet contra eum ſint indicia delicti, niſi aliàs ſit infamis.

127 Si ſint legata mille alicui, ſi nupſerit: & 500. ſi religionem intrauerit: ſi intrauit religionem, debet habere mille tanquàm ſi nupſiſſet.

128 Pater poteſt alienare de rebus quæ ſubiacẽt reſtitutioni, pro filia quam vult ponere in monaſterio.

129 Dignior eſt omnis ſacerdos quolibet principe.

130 Si priuatus habet rem cum clerico vel eccleſia iuuabitur vt cõtra eum non currat niſi præſcriptio centũ annorum.

131 Clericus & laicus alicui ſimul obligati, debent ambo conueniri coram iudi. eccleſ.

132 Si iudex eccleſiaſticus & ſecularis ex cauſa iudicauerunt ſimul, appellatur ad eccleſiaſticum.

133 Fideiuſſio de iudicio ſiſti, facta coram vno iudice, an tranſeat ad ſucceſſorem.

133 Mãdatum factum ſub nomine dignitatis, an finiatur morte mandantis vel tranſeat ad ſucceſſorem.

135 Compromiſſum an finiatur morte arbitri.

136 Fideiuſſor de iudicio ſiſti, vel de aliquo præſentãdo, an poſſit opponere & dicere, ſe non teneri ad præſentandum illum, quia erat malè captus.

137 Eximẽs aliquem, non auditur ſi velit probare quod ille non erat creditor qui fecit eum capi.

138 Fideiuſſor qui promiſit aliquem exhibere, an ſemel exhibendo ſit liberatus.

139 Pœna ſi ſit promiſſa toties, quoties contra factum fuerit, tamen non poterit committi niſi bis.

140 Fideiuſſor qui ꝓmiſit rep̃ſentare aliquẽ ad oẽm iudicis volũtatẽ, tenetur ẽt eũ p̃ſentare poſt ſentẽtiam.

141 Fideiuſſor promittens aliquid ſine ſcriptura, non tenetur vltra quatuor menſes.

142 Si fideiuſſor promiſit præſentare reum iudici ad ſuũ libitum vel voluntatẽ ſub certa pœna, quo ſtante ille reus fuit captus per illũ iudicem, deinde manus eius aufugit, an tũc fideiuſſor teneatur vlterius p̃ſentare

143 Fideiuſſor liberatur, quando culpa iudicis vel fideiuſſoris, reus præſentandus aufugit de carcere.

144 Fideiuſſor qui tenetur ſub pœna præſentare aliquẽ, non cadit in pœnam non præſentando, niſi fuerit requiſitus.

145 Stante ſtatuto, quòd iudex teneatur expedire proceſſum infra menſem ſub pœna, ꝙ non cadit in pœnã ſi non expediuit proceſſum, parte hoc non petente.

146 Statutũ dicens ꝙ ſententia ferri non poſsit niſi cum conſilio ſapientis, intelligitur hoc, ſi petatur à parte.

147 Statutũ diſponens cauſam debere cõmitti per priores ſub certa pœna, intelligitur, ſi petitum fuerit.

148 Iuramentum calumniæ debet præſtari ad validitatem proceſſus, ſi requiritur.

149 Statutum, quòd bannitus non debeat audiri, intelligitur, ſi à parte petatur.

150 Fideiuſſor, qui promiſit præſentare reum infra menſem, & pendente dicto tẽpore ipſe reus eſt bãnitus vel accuſatus de crimine capitali, ex quo ipſe reus dubitans carcerari fugam arripuit, an ſit liberatus.

151 Faciẽs pacem & promittens aliquem non offendere ſub pœna, non cadit in pœnam, ſi eum offendat ex noua cauſa de nouo ſuperueniente.

152 Quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio.

153 Affectatio non prodeſt affectanti.

154 Ignorantia affectata non habet locum in caſibus, in quibus ignorantia excuſat à delicto vel à pœna.

155 Fideiuſſor qui promiſit ſe facturũ & curaturũ, quod talis faciet talẽ contractũ, an liberetur ſi ille moriatur, an vero obligatio trãſeat ad hæredẽ illius. nu. 160

156 Impoſſibilium nulla eſt obligatio.

157 Impoſſibilitas excuſat appellantem à proſecutione appellationis, adeo vt non dicatur deſerta.

158 Emphyteuta qui propter eius paupertatem nõ poteſt ſoluere canonem, excuſatur vt non cadat à iure ſuo.

159 Difficultas excuſat à pœna, & à periuro, & ab excommunicatione.

161 Fideiuſſio ſimpliciter facta pro maleficio, extinguitur morte fideiuſſoris.

162 Proteſtatio reſpiciens tempus futurum, impedit fideiuſſionem ſequentem.

163 Proteſtatio contraria actui, remouet voluntatem ab actu.

164 Proteſtatio clandeſtina vnius, vitiat actum vtriuſque, caſu quo propter iuſtum metum non poterat proteſtari præſenti.

165 Faciens actum contrarium proteſtationi, videtur ipſi proteſtationi renunciare.

166 Cautio iuratoria ſubrogatur loco fideiuſſoris.

167 Qui alias non ſeruauit iuramentum, perdit beneficium iuratoriæ cautionis.

168 Semel periurus, non admittitur ad iurandum in aliquo caſu.

169 Limitatio c. quanquam. de vſuris, lib.

170 Non creditur teſti, qui alias dixit falſum.

171 Inſtrumentũ fuiſſe de nouo repertum, probatum per iuramentum producentis.

172 Periurus non poteſt ſubire iuramentum honoris, ſed ſolum oneris.

173 In caſibus in quibus ſolet ſtari iuramento alicuius, non ſtatur, ſi eſt perſona ſuſpecta.

174 Captus, licet ſit relaxandus fideiuſſoribus ex aliquo delicto, ſi alias aufugit de carceribus, non erit relaxandus.

175 Statutum loquens de rapiente mulierem ſolutã, non habet locum in rapiente mulierem ſolutã, quæ alias ab alio fuit carnaliter cognita.

II

176 Raptus mulieris non committitur in muliere nuptaꝛ inhoneſte viuente.

177 Monachi non tenentur recipere monachum, qui alias bis ſugit de monaſterio.

178 Stante ſtatuto, quòd de dãno dato ſtetur ſacramẽto damnum paſſi, ꝗ ſi damnum datum eſt alicui periuro vel aliter infami, non ſtabitur ſacramento ſuo.

179 Si principalis eſt diues & fideiuſſor pauper, vel ecõtra, ſatis eſt, quia bona eorum reputantur pro vnico patrimonio.

180 Licet ex forma legis vel ſtatuti quis teneatur ſatiſdare in aliquo caſu, tamen honeſto & probo viro remittitur ſatiſdatio.

181 Cautio iuratoria non admittitur in criminalibus.

182 Fideiubens pro poteſtate, an teneatur de geſtis extra officium poteſtariæ.

183 Si ex forma ſtatuti debet credi libris artificis vel mercatoris, intelligitur tãtũ de ꝑtinẽtib. ad artẽ ſuã.

184 Satutũ volẽs bannitũ haberi ꝓ confeſſo, nõ extenditur ad maleficia in libro maleficiorũ non deſcripta.

185 Syñdici qui habent ſyndicare officiales, non poſſunt ſe intromittere de eo quod geſſerunt extra officium.

186 Fideiuſſor indebitè condemnatus, an habeat actionẽ contra debitorem principalem.

187 Fideiuſſor de iudicio ſiſti, & de iudicato ſoluẽdo, an poſſit adſtringi à creditore ad ſoluendũ nedum principalẽ quantitatem, ſed etiam expenſas quas ipſe creditor fecit in litigando & cõuincẽdo ipſum debitorẽ.

188 Connexorum & dependentium idem eſt iudicium.

189 Procurator ponens manum ad connexa mandati, non dicitur excedere fines mandati.

190 Vendita vacca venit vitulus, qui eſt in corpore, & etiam vitulus natus, qui nondum paſcitur herbis.

191 Liberatio ſuper principali, extenditur ad connexa & dependentia, etiam non expreſſa.

192 Sententia extenditur ad connexa.

193 Fideiuſſor an poſſit agere ad damna & intereſſe contra debitorem principalem.

194 Fideiuſſor nõ habens alia bona, niſi ea ꝗ nõ veniunt in generali obligatione, ſi fideiuſſit pro aliquo, & obligauit omnia bona ſua in talia bona, quæ nõ veniũt in generali obligatione, intelligantur obligata, poſtquã non habet alia bona.

196 Diſpoſitio teſtatoris debet taliter interpretari, vt non reddatur inutilis.

197 Verbum filius, quando non poteſt verificari niſi in filiis adoptiuis, in illis verificatur.

198 Legato blado, ꝙ quis habet in ciuitate, venit illud ꝙ habet in diſtrictu. ſi nullũ habet bladũ in ciuitate.

197 Princeps dicitur vti clauſula de plenitudine poteſtatis, quando illa non vtendo actus eſſet inualidus.

200 Priuilegium datum epiſcopo vt poſſit, teſtari intelligitur de bonis eccleſiaſticis.

201 Statutum loquens de carceratis relaxandis, non extenditur ad carceratos pro crimine falſi.

202 Poſſunt accipi ꝓ pignore illa quæ ſpectant ad culturaus agri, quando ruſtici non habent alia bona.

203 Qui iurat nõ fideiubere, an poſſit poſtea fideiubere.

204 Primum iuramentum an inualidet ſecundum.

205 Proteſtatio contraria facto non releuat proteſtantẽ.

206 Fideiuſſor an poſſit obligari ad pœnam corporalem, vt valeat fideiuſſio.

207 Occidens volentem, punitur de homicidio.

208 Nemo poteſt ſe torturæ ſubmittere.

209 In criminalibus iuriſdictio prorogari poteſt.

210 Reus criminis an & quando ſit fideiuſſoribus relaxandus, nu. 19.

211 Fideiuſſor de vulnere, an teneatur de morte ſequuta. num. 305.

213 Fideiuſſor an poſſit reuocari inuito creditore.

214 Emphyteuta ſi vult ponere in loco ſuo vnũ, qui velit facere illam & pacta domino quæ ipſe faciebat, dominus tenetur illum accipere.

215 Si emphyteuta fecit pactum cum domino de eleuãdis ſuis melioramentis in fi. locationis, poteſt tamẽ dominus hoc ſibi prohibere offerendo precium.

216 Fideiuſſor an poſſit agere contra principalem debitorem, antequam ſoluat: vbi vide plures caſus.

217 Fruct⁹ de ꝓximo recolligẽdi, habẽtur pro recollectis

218 Baſilica de proximo cõſecranda, habetur pro conſecrata, & gaudet priuilegiis eccleſiæ.

220 Filia quæ peccauit in corpus ſuum, nõ poteſt exheredari, quando per pœnitentiam eſt emendata, & reuerſa eſt ad bonos mores.

221 Ceſſante cauſa, an ceſſet effectus.

222 Odioſa conſtitutio contra vſurarios edita odio vſuræ, ceſſat ceſſante vſura.

223 Locator poteſt compellere conductorem relaxare domum conductam, quando vult eam reficere, & illa refecta, poteſt conductor cogere locatorem ad retradendum ſibi dictam domum.

224 Pater licet poſſit vẽdere filium propter neceſſitatem famis, tamen ſi pater facta tali venditione, peruenit ad pinguiorem fortunam, filius poteſt agere contra patrem vt redimat.

225 Si filia renunciauit hæreditati patris ꝓpter fratres, quòd illis mortuis, renunciatio illa ſibi non nocet.

62 Procurator emẽs pro domino, poteſt agere cõtra dominum antequam ſoluat, & petere quod dominus ſoluat precium rei, quam ipſe pro eo emit.

227 Fideiuſſor nõ poſſidens immobilia, an ſit idoneus, & iuſte poſſit recuſari. num. 228. 229. 237. 240.

230 Nemo carnem ſuam odio habet.

231 Sicut propria infirmitas excuſat à contumacia, ita excuſat infirmitas ſuorum.

232 Iniuria facta cõſãguineo meo, cẽſetur facta mihiipſi.

233 Sicut non valet renunciatio beneficii facta per metũ inſtãtis periculi illatum clerico, ita nõ valet per metum periculi imminentis in perſonam conſanguineorum vel affinium ipſius clerici.

234 Magna amicitia idẽ operatur ꝙ cõiũctio ſanguinis.

235 Coniunctio ſanguinis vel licita affectio, habet vim clauſulæ codicillaris.

236 Affectio habet vim reuocationis clauſulæ derogatoriæ appoſitæ in primo teſtamento.

238 Fidelis homo approbatæ vitæ eſt idoneus fideiuſſor, licet non poſſideat immobilia.

239 Virtus animi pro ſatiſdatione habetur.

241 Fideiuſſor licet nõ poſſideat immobilia, ſi tamẽ poſſideat plura mobilia, quæ de facili exportari nõ poſſent, dicitur idoneus.

242 In cauſis ſummariis & aliis, in quibus poteſt perueniri ad ſententiã diffinitiuam abſque litis conteſtatione, non requiritur ſatiſdatio de iudicio ſiſti dato quod reus non poſſideat immobilia.

243 Quod eſt in iure ſeu in obligatione, intelligitur eſſe in patrimonio.

244 Fideiuſſor datus à teſtatore, dicitur idoneus, licet non poſſideat immobilia.

245 Qui poſſidet immobilia, an ſemper dicatur idoneus fideiuſſor, adeo quod non poſſit recuſari.

246 Caſus, in quibus poſſidẽs immobilia, non eſt idoneus fideiuſſor, ſed tenetur ſatiſdare numer. 247. 248. 249. 250 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257.



258 Forenſis non eſt idoneus fideiuſſor, licet poſſideat immobilia.

259 Qui non poteſt conueniri niſi cum difficultate, non dicitur idoneus fideiuſſor.

260 Potentiores non ſunt idonei fideiuſſores.

261 Poſſidens immobilia ſubiecta reſtitutioni, eſt idoneus fideiuſſor.

262 Promittens dare fideiuſſorem, an poſſit dare forenſem, vel teneatur dare fideiuſſorem de ciuitate, vbi factus eſt contractus.

263 Homo viuus vel mortuus repertus Bononiæ, in dubio præſumitur Bononien.

264 Eleemoſyna diſtribuenda pauperibus, debet diſtribui pauperibus illius ciuitatis, vbi ordinata eſt.

265 Fideiuſſor repetens à debitore ſolutũ pro eo, an probet ſolutionem per ſolam confeſſionem creditoris.

266 Mulier habens inſtrumentũ confeſſionis dotis, cõſequitur omnia priuilegia dotis, ſicut ſi eſſet vera dos.

267 Exceptio cõpetẽs principali, an cõpetat fideiuſſori.

298 Fideiuſſor poteſt excipere ex perſona rei, etiam ipſo reo inuito.

299 Fideiuſſor poteſt opponere exceptionem reo competentem, quam non poteſt opponere reus.

270 Fideiuſſor mulieris, iuuatur beneficio Velleiani.

271 Fideiuſſor excõmunicati, poteſt opponere exceptionem compenſationis de credito principalis.

272 Fideiuſſor qui intercedit pro aliquo, & ꝓmiſit liberè ſoluere ſine aliqua exceptione, non intelligitur renunciaſſe beneficio excuſſionis: & tũc prius debet cõueniri principalis, quàm ipſe fideiuſſor.

273 Exceptio cõpetens principali quãdoque vt nõ teneatur vltra quã facere poſſit, non competit fideiuſſori.

274 Fideiuſſor non gaudet beneficio inhibitoriæ factæ ꝑ iudicem eccleſiaſticum iudici ſeculari, ne cognoſcat contractu vſurario.

275 Dilatio conceſſa reo, non extẽditur ad fideiuſſorem, quando conceditur perſonæ, & non cauſæ.

276 Pactum liberatorium factum principali debitori, prodeſt fideiuſſori.

277 Exceptio dicitur inniti æquitati.

278 Qui ex aliqua cauſa nõ poteſt opponere exceptionẽ, poteſt tamen implorare officium iudicis.

279 Si ex forma ſtatuti in cauſa criminali nullus debet admitti ad aliquã exceptionem allegãdam niſi perſonaliter cõpareat, poterit tamen tali caſu implorari officium iudicis, vt ipſe iudex ex officio capiat informationem, quòd inquiſitus eſt clericus, vel quòd occiſus erat bannitus & poterat impune occidi.

280 Officium iudicis poteſt implorari, quando præcluſa eſt via excipiendi vel probãdi, vel quãdo lata eſt ſententia, vt ipſe iudex ſe informet de tali exceptione.

281 Quando lapſum eſt tẽpus opponendi exceptionẽ nõ numeratæ pecuniæ, vel nõ numeratæ dotis, officiũ iudicis ĩ locũ illi⁹ exceptionis deficiẽtis, põt implorari.

282 Excluſa quacũque exceptione ex forma ſtatuti, non intelligitur excluſum officium iudicis.

283 Quando officium iudicis imploratur, poteſt ex præſumpta calumnia per iudicem denegari.

284 Securitas data principali, an proſit fideiuſſori.

285 Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis nu- mer. 315. 354.

286 Inhabilis ſuſtentatur per habilem.

287 Teſtis valde dignus, & teſtis infamis infamia facti plene probant.

288 Si duo notarii ſimul rogati de vno cõtractu, & vnus ipſorũ ſit priuatus officio tabellionatus, alter vero ſit notarius authenticus, valet tamẽ tale inſtrumentũ.

289 Socius omnium bonorum, habet excuſationem à muneribus propter perſonam ſocii.

290 Extraneus teſtis valde dignus cum dicto matris, plene probat ætatem filii.

291 Fideiuſſor an poſſit in plus obligari, quam principalis, & ſi ſe obligat in plus, an valeat obligatio.

292 Fideiuſſor poteſt obligari pro illo, qui eſt prohibitus obligari per ſtatutum.

293 Fideiuſſor poteſt ſe obligare ſub guarẽtigia, licet principalis nõ ſit obligatus eodẽ modo: & talis fideiuſſor poteſt petere à principali, quod eũ liberet ab obligatione, antequam conueniatur.

294 Fideiuſſor poteſt efficacius obligari, ꝗ principalis.

295 Fideiuſſor an poſſit petere à principali, vt eum eximat ab obligatione fideiuſſoria.

296 Qui tenetur dare fideiuſſorem, an dando pignora liberetur.

297 Melius eſt pignori incũbere, quã in perſonam agere.

298 Creditor tenetur emendare damna pignorum penes eum exiſtentium.

299 Iudæus tenetur ad emendationem damni in pignoribus à tineis vel alio modo dati.

300 Qui promiſit alicui in inſtrumento, facere eum ſecurum, an & quãdo teneatur ſibi dare fideiuſſorem vel pignora.

301 Verba in dubio debent intelligi ſecundum naturam actus, ſuper quo interponuntur, & debẽt impropriari, vt intelligantur ſecundum naturam actus.

302 Statutum continens id, quod ius commune, debet aliquid operari vltra ius commune, ne fruſtra emanauerit.

303 Ille cui per ſcriptum eſt conceſſum vt poſſit appellare, poterit tertio appellare, vt ſcriptum vltra ius cõmune aliquid operetur.

304 Stante ſtatuto, quod debeat quis in certo caſu tercitari, non ſufficiet vnica citatio pro omnibus.

305 Dans pignora vel fideiuſſorem, an dicatur ſatisfacere obligationi, remiſſiuè.

306 Debitor qui dedit pignora creditori, ſi vult dare fideiuſſorem, & repetere pignora, an poſſit.

307 Filiusfamilias an poſſit eſſe fideiuſſor.

308 Pater & filius cenſetur vna & eadem perſona.

309 Clericus an poſſit eſſe fideiuſſor, & ſi ſit an obligetur.

310 Multa fieri prohibentur, quæ tamen facta tenent.

311 Laicus qui fideiubet pro clerico, an poſſit coram iudice laico conueniri.

312 Fideiuſſor gratis liberatus à creditore, an repetat à principali

313 Aduocatus qui agitauit cauſam propriã, & ex ſua aduocatiõe perdidit lucrum alterius aduocationis, in taxatione expenſarum poterit illud petere tanquàm intereſſe.

314 Fideiuſſor indemnitatis ad quid teneatur, & quando poſſit conueniri.

315 Mulier non poteſt fideiubere pro alio, niſi ei promittatur indemnitas cum traditione pecuniæ.

316 Promittens vel dans aliquid iudici, vt pro ſe ferat ſententiam, tenetur pœna falſi: ſecus, ſi promittit de conſeruando eum indemnem.

317 Non valet promiſſio indemnitatis, facta vt maleficium committatur.

318 *Fideiuſſio facta, nulla expreſſa cauſa, an & quando valeat.*
319 *Pactum de non petendo, non valet ſine cauſa.*
320 *Confeſſio ſine cauſa, in iudicio facta, plene probat.*
321 *Fideiuſſio ſine cauſa, extra iudicium facta, iuramẽto validatur.*
322 *Fideiuſſor negans ſe fideiuſſiſſe, ſi cõuincitur, an ſibi præiudicet, & in quo numer. 324.*
23 *Hæres negans hæreditariam rem, perdit Falcidiã.*
325 *Negans poſſidere rem, ſi conuinciatur de mendacio, ſtatim priuatur poſſeſſione illius rei, & poſſeſſio trãſfertur in aduerſarium.*
326 *Vaſallus negans feudum, ſi conuincatur de mendacio, priuatur iure feudi.*
327 *Maritus negans ſe maritum, perdit beneficia competentia maritis.*
327 *Neganti ſententiam pro ſe eſſe latam ad inſtãtiam fori appellantis, petentis ipſam exhiberi, imponitur ſilentium, vt amodo illa non vtatur.*
329 *Negans ſe habere aliquod inſtrumentum, quod petitur exhiberi, ſe cõuincatur de mẽdacio, interdicitur ſibi omne commodum quod ex ipſo percipere poſſit.*
330 *Negans contractum, perdit beneficium contractus.*
331 *Qui negat poſitionem aduerſarij, nõ poteſt poſtea ex illa iuuari.*
332 *Contradicens libello aduerſarij, non poteſt poſtea ſuper ipſo libello fundare.*
333 *Quis non poteſt ſe iuuare ex articulo quem negauit.*
334 *Nõ dicitur ſcriptum pro eo, qui venit cõtra ſcriptũ.*
335 *Per actum contrarium perditur priuilegium.*
336 *Negans generaliter litẽ conteſtando, licet conuincatur de mendacio, non punitur aliqua pœna.*
337 *Negans ſi pœniteat ante litẽ conteſtatã, nõ cadit in aliquã pœnã, vel antequàm ſit probatum contrariũ. bannito tranſeunte & comedẽte in hoſpitio, & poſtea recedente.*
338 *Quando petitio eſt inepta, negans eam non cadit in aliquam pœnam.*
339 *Licitum eſt negare totum, propter partem plus petitam.*
340 *Negans poſitionẽ, an poſſit poſtea ſe ex illa fundare.*
341 *Statutum remittens dimidiam pœnam cõfitẽti delictum, non habet locum in illo qui primo negauit, & poſtea confeſſus eſt.*
342 *Pœna nunquàm remittitur cõfitenti delictũ, quando imponitur à ſtatuto ipſo iure.*
343 *Iniuria trahens ſecum executionẽ, trãſit in hæredẽ.*
344 *Executio vbi fit à lege, non poteſt mora purgari.*
345 *Iudex accipiens fideiuſſorem minus idoneum, non tenetur quando talis fideiuſſor fuit approbatus per approbatorem fideiuſſorum.*
*Intellectus l. cùm oſtendimus. § fin. de fideiu. tuto.*
346 *Publicatis bonis principalis, an fideiuſſor ſit liberatus.*
347 *Si ego procurator tuus quem defendebam, ſatiſdedi ꝓ te de iudicio ſiſti, & de iudicato ſoluendo, & poſtea tu efficiaris non ſoluendo, potero recuſare defenſionẽ tuã nec cõmittetur ſtipulatio ob rem non defenſam.*
348 *Sententia lata contra principalem debitorem, an noceat fideiuſſori non citato.*
349 *Sententia lata contra vnum, quem negociũ principaliter tangit, præiudicat in quandam conſequẽtiã neceſſariam ei, quam negocium tangit acceſſoriè.*
350 *Fideiuſſor datus in iudicio nullo, an ſit obligatus.*
352 *Data inualiditate contractus, precarium in eo appoſitum corruit.*
353 *Corruente inſtrumento, corruit iuramentum in eo appoſitum.*
355 *Quando citatio eſt inualida, omnia inde ſequuta corruunt.*
356 *Fideiuſſio nuda an veſtiatur cohærentia contractus.*
357 *Ex pacto nudo oritur actio, vbi interpoſitum eſt iuramentum.*
358 *Inter ſimplicem loquelam & iuramentum Deus nõ facit differentiam.*
359 *Verecundia eſt, recuſare illud quod quis promiſit pacto nudo adimplere.*
360 *Contrahens ſponſalia per verba de futuro, an teneatur illa ſeruare.*
361 *Legatum nudis verbis factum, valet.*
362 *Fideiuſſor conuentus pro executione, an poſſit petere executionem contra principalem.*
363 *Fideiuſſor ſoluẽs pro principali, an habeat executionem paratam contra eum.*
364 *Fideiuſſor cõuentus pro principali, an poſſit ſoluere de bonis principalis.*
366 *Quæ incontinenti fiunt, videntur ineſſe.*
367 *Actus agentium non operantur vltra eorum intentionem.*
368 *Plures inquiſiti ſimul, an poſſint inuicem fideiubere, ſi tractetur de pœna pecuniaria.*
369 *Vnus inquiſitus, an poſſit teſtificari pro alio.*
370 *Fideiuſſor ad quẽ peruenit tota pecunia, an debeat priuſquam alij, excuti.*
371 *Tutor qui geſſit, prius eſt cõueniendus, quam ille qui non geſſit.*
372 *Si debitor principalis conſignauit ſeu depoſuit debitum, ex quo ipſe & fideiuſſor erat liberatus, ſi poſtea reus accipiat illud, quod depoſuit & cõſignauit, an tunc fideiuſſor poſſit conueniri.*
373 *Non dicitur factum, quod non durat factum.*
374 *Statutum quod bannitus non poſſit habitare in ciuitate, alias poſſit ibi capi & decapitari, non habet locum in bannito tranſeunte & comedente in hoſpitio & poſtea recedente.*
375 *Statutũ puniẽs conducentẽ ſal ad ciuitatẽ, nõ habet locũ in cõducente ſal ad ciuitatẽ, vt alibi trãſferat.*
376 *Qui euacuauit domum ex iudicis præcepto, ſi poſtea in eam ingreſſus eſt, ꝙ dicatur præceptũ cõtempſiſſe.*
377 *Si ſchedula citationis affigatur oſtio, & ſtatim eleuetur, citatio non dicitur competenter facta.*
378 *Creditor ſi elapſo termino ſolutionis, fecit carcerari fideiuſſorem, quo ſtante, petit etiam tenutam bonorũ ſuorum, an ſit audiendus.*
379 *Carcer non ſoluit debitum, ſed burſa.*
380 *Captura rei non liberat fideiuſſorem.*
381 *Fideiuſſor an & quando poſſit eſſe teſtis pro reo principali.*
382 *Fideiuſſor an poſſit teſtificari pro confideiuſſore.*
383 *Creditor poteſt ferre teſtimonium in cauſa ſui debitoris.*
384 *Homini nihil deterius eſt, quam tempus in vanum conſumere.*
385 *Remota iuſtitia, nihil aliud ſunt regna, quã magna latrocinia.*

DE fideiuſſoribus. ¶ Ad te domine leuaui animã meã: Deus meus, in te cõfido, non erubeſcã: ita inquit Dauid Pſalmo 24. & Pſalm. 118. inquit: Viuifica me dñe ſecũdũ eloquiũ tuũ, vt ſciã teſtimonia tua. Et pulchre dixit idẽ dauid ibid. Da mihi intellexe

ctu m,



ctum, & ſcrutabor legem tuam, & cuſtodiam illam in
toto corde meo. Et dixit Hieremias c. 17. Sana me Domine,
& ſanabor: ſaluum me fac, & ſaluus ero, quo-
niam ſalus mea tu es. Idcirco ſupremum ac clemen-
tiſsimum Deum toto corde inuoco, vt dignetur lin-
guam calamúmque meum in preſenti repetitione re-
gere & dirigere, vt eius mediante ſuffragio, ſcribere
& in medium adducere valeam, quæ vera ſunt & ma-
ieſtati ſuę grata, & lectores delectent, eóſque inſtruãt,
ad laudem & gloriam indiuiduæ Trinitatis. Hac
breui inuocatione contentus, venio ad ipſam rubric.
Et omittam continuationem ipſius rubr. quia ex con-
tinuatione rubricarum nullam vnquam vtilitatem co
1 gnoui. †Et etiam eam omittam, quia ſumus in princi-
pio libri, & in principiis librorum regulariter nõ re-
quiritur cõtinuatio rubricę, vt inquit gl. reputata ſin-
gularis. in rub. ſuprà, de condi. furtiua. ſed alia ſimilis
2 in rub. ſuprà de leg. 3. Iſtis igitur omiſsis, ¶ † Quæro e-
go ſolus, quid ſit fideiuſſor. Nã, vt inquit Tul. de offi-
ciis lib. j. omnis res de qua loquimur, debet à defini-
tiõe incipi, vt intelligatur quid ſit id de quo diſputa-
tur: ideo dicas ꝙ fideiuſſor eſt ille, qui alienã obliga-
tionẽ in ſuã ſuſcipit fidem, principali tamen debitore
remanente obligato. ita dixit Oſtien. in ſumma huius
tit. in principio, & habetur etiam inſtitu. eo. in princi-
3 pio. ¶ † Quæro etiam, quia dicitur in hac rubrica de
fideiuſſoribus & mandatoribus, Quid eſt mandator?
in quo dicas, quod mandator eſt ille qui alteri man-
dat vt fideiubeat, vel eum rogat vt fideiubeat. & ideo
practica notariorum eſt, quòd in inſtrumẽtis fideiuſ-
ſionum dicitur talis ſciens ſe obligatum non eſſe, ſed
volens obligari: ideo precibus & inſtantia talis princi
palis debitoris, ꝓ eo exiſtit fideiuſſor & ꝓmittit &c.
Et de iſtis habetur etiam ſuprà in titu. manda. Subdit
etiam Paul. de Caſtr. hîc quòd mandator etiam intel-
ligitur ille, cuius cõtemplatione aliquid facio: & tũc
etiã ipſe mãdator tenetur, vt fideiuſſor. vtputa ſi mihi
mandaſti, quod mutuarem Titio centũ, & ego illi mu
tuaui dicta cẽtũ, hoc caſu teneris mihi, ipſo Titio non
4 ſoluẽte, tãquã fideiuſſor. ¶ † Quęro etiã, quid eſt expro
miſſor? in quo dicas: ꝙ expromiſſor eſt ille, qui ꝓ non
obligato ꝓmittit, vt habetur in l. ſi quis accepto. ff. de
cõdi. ob cau. & in l. & elegãter §. ſeruuſpactiõis ſuprà
de dolo. & in l. aliquãdo. ſuprà ad Velle. & in l. quia li-
bertinos. §. fi. ſuprà de ope. lib. & in l. ꝙ ſi non ſoluere.
ſuprà de pig. act. ¶ Quãdoq; ẽt accipitur expromiſſor
impropriè ꝓ fideiuſſore, intercedẽte ꝓ aliquo obliga
gato vt fideiuſſor, vt habetur in l. ſtipulationũ alie. §.
ſatis acceptio. cũ gl. in verbo expromiſſores. ſuprà de
ver. obl. ita dixit d. Alex. in d. l. ſi quis accepto. Scias ẽt
ꝙ expromiſſor dicitur ille, qui ſe reponit in locũ prin
cipalis debitoris. de quo ꝑ doct. in locis ſuperius alle.
5 ¶ † Spõſor aũt eſt ille, qui ſpõte ſine rogatu vel rogami
ne alicuius ꝓ aliquo intercedit: ita dicit gl. in auth. de
fideiuſ. in prin. q̃ ẽt ſubdit, ꝙ licet talis ſpõſor ſpõtè ſi-
ne rogamine alicuiꝰ intercedat, attamẽ habet actionẽ
mãdati cõtra eũ, ꝓ quo intercedit. alleg. l. qui fide. & l.
ſi ꝓ te ſuprà mãda. Et de iſtis differẽtiis oĩbus vide gl.
magiſtram. in d. auth. eo. de fideiuſſ. in prin. & gl. in l. ſi
vero non remunerandi. §. ſi poſt creditã. ſuprà manda.
6 † ¶ Quęro modo vna cũ gl. q̃ differentia eſt inter man-
datorem & fideiuſſorẽ? in quo gl. reſpondet, ꝙ differẽ-
tia eſt, quia fideiuſſor ſemꝑ ſequitur obligationẽ, ſed
mandator ꝓcedit. Sed hoc non placet Bart. per tex. in l.
pe. & in l. ſi ſtipulatꝰ. infrà eo. in quibꝰ locis habetur, ꝙ
etiam ante obliga. fideiuſſor poteſt interuenire: ideo
Bar. ipſe dicit, ꝙ differẽtia eſt inter fideiuſſorẽ & mã-
datorem: nam fideiuſſor ante & poſt obliga. poteſt in-
teruenire, mandator autem ante. allegat auth. eo. poſt
prin. & l. ſi vero non remunerandi. §. ſi poſt creditã. ſu-
prà manda. itẽ fideiuſſor obligatur verbis tantũ, vt in
l. blãditꝰ. C. eo. & l. 5. §. ſatis acceptio. cõſ. ſuprà de ver.
obli. ſed mandator obligatur conſenſu, vt l. ſi hæredi.
§. j. ſuprà manda. Itẽ fideiuſſor actione ſtricti iuris ex
ſtipulatu tenetur: mãdator vero ex bonę fidei iudicio
conuenitur. ita dicit Bart. hîc quem ſequitur Paul. de
Caſt. ¶ Modo ſic ꝑmiſsis, ſcitote ꝙ hunc titulũ non le
gam ordinariè, prout iacent leges: ſed eum legam per
ſaltus: nam prætermittam leges, q̃ nõ habent materiã:
ſed breues ſunt, & ſuper eis nihil ſcribitur à doctorib.
ſed tranſitũ faciã ad ll. vtiles, habentes amplam mate-
riã & quotidianã: & quia multæ q̃ſtiones & notabiles
doctrinę in materia fideiuſſorum tradũtur à doctori-
bus in variis & diuerſis locis, q̃ commode non cadũt
ſub aliqua l. huius tit. ideo decreui hãc rubr. legere ꝑ
modũ repetitionis. & in ea ponã quamplures q̃ſtiones
in materia fideiuſſorum, q̃ ſæpè cõtingunt de facto, &
ego quãplures ex eis aliàs practicaui: ideo erige au-
res, attẽdéq; ¶ † Et primò pro intelligẽtia tyronũ, q̃ro: 7
fideiuſſores quotidie accedunt obligationibus & fiũt
inſtrumenta, in quibus ipſi fideiuſſores obligantur, &
in eis apponuntur plures clauſulæ & renunciationes
ſub his verbis, videlicet ꝙ Titius fideiuſſor ſolẽniter
ſe obligauit, & renunciauit beneficiis de fideiuſſorib.
beneficio epiſtolę diui Adriani, beneficio cedendarũ,
& beneficio nouę cõſtitutiõis de duobꝰ reis, & omni
alteri iuris auxilio ſeu beneficio pro ſe facienti, &c.
Quęro igitur, quid importẽt ꝑdictæ renũciatiões ſeu
clauſulę: in quo dicatis, ꝙ ꝑdictę renũciatiões & clau
ſulæ ſunt maximę importãtię, & primo, quantũ ad be-
neficiũ de fideiuſſoribus, ſcias ꝙ generaliter quilibet
fideiuſſor intercedens ꝓ alio, habet beneficiũ excuſ-
ſionis: ꝙ idem eſt, ꝙ beneficium de fideiuſſoribus: ꝙ ta
le eſt, videlicet ꝙ ſi fideiuſſor conuenitur à creditore
principalis debitoris, poteſt dicere & opponere, ꝙ pri
57.)Et pro hoc dicto facit.nam in caſibus in quibus fi-
deiuſſor non habet beneficium excuſsionis,tũc ſi ipſe
fideiuſſor doceat principalem condebitorem emolu-
mentum negotij eſſe conſequutum,tunc dicere pote-
rit,Excutias primo debitorem principalem ſumptibus
meis:& hoc caſu facta tali obligatione tenebitur cre-
ditor excutere:primo principalem debitoré antequã fi
deiuſſorem:ita probat tex.& ibi Bar.& latius Paul.de
Caſtr.in l.vnde quæritur.in prin.ſuprà commo.& hoc
etiam deciditur ex his quæ not.Bar.in l.in duobus.§.j.
poſt me.ver.quæro.pone ad vnũ ex correis.ff.de duob.
reis.& pro hoc eſt bonus text.in l.cum plures.§.veſti-
menta.ff.loca.& facit tex.in l.ſi vt certo.§.nunc viden
66 dum.el.2.in verſi.ſumptus.ſuprà commo.¶†Modo in-
grediendo quæſtiones,quæro ſecundo,vtrum recipiẽs
fideiuſſorem minus idoneum,videatur eum approbaſ
ſe,adeo quod non poſsit petere vlterius ſibi caueri : in
quo dico,ꝙ ſic,ꝙ ſibi præiudicat,& quòd videtur eum
approbaſſe:nec propter hoc poterit petere iterum ſibi
caueri:ita probat text.in l.qui ſatiſdare.quæ eſt l.3.in-
frà eod.in §.fi.& in l.inter cauſas.in §.abeſſe ſupra mã
da.& tex.in l.ſi is à quo.§.fin.ſuprà vt in poſſ.leg.idem
tenet Alex.in conſi.ſuo 60.incip.conſideratis.in j.col.
(Et in conſi.33.incip.conſideratis in j.col.in 7.volum.)
Pro quo facit,quod dicit Ioan.de Ana.in ca.intellexi-
mus.in 11.col.de adul.in ver.nec ob.ſi dicatur.vbi dixit,
ꝙ actor prouocans reum inhabilem ad iudicium,vide
tur eum habilem ad litigandum reputare,adeo,ꝙ nõ
poterit poſtea eius perſonã impugnare. †Idem etiam
67 firmat Ludouicus Ro.in repe.rub.ff.de arbi.in 9.char.
in fi.3.col.verſi,an ſicut,&c.niſi ſecundum eũ ibi in ci-
tatione ſit appoſita clauſula,cõpareas,ſi tua putaueris
intereſſe:quia per talẽ clauſulam,inhabilis citatus, nõ
videtur habilitari.alleg.ad hoc doctrinam Bal.in l.li-
bertus à patro.ſupra de in ius voc.& voluit etiam Bal.
in l.fi.C.de edic.diui Adrian.tol.& in l.ſi ſuſpect.ff.de
inof.teſta.& Lud.Ro.in l.de pupillo.in prin.ff.de ope.
68 noui nun.& Cæpol.in cautel.205.incip.ſi facis.†Item
pro prædictis facit quod dicit Alex.in conſ.142.incip.
viſo proceſſu.circa fin.vbi dixit,quòd ille qui contra-
hit vel compromittit cum aliquo,videtur eum appro-
bare pro idoneo.allegat l.qui cum alieno.ff.de regulis
iur.& d.l.3.infra eo.& d.l.inter cauſas.§.abeſſe.& facit
etiã quod voluit Bal.in l.ſi quis teſtibus.C.de teſtib.v-
bi dixit quòd ſi produxi inſtrumentum manu cuiuſ-
dã notarij,aliàs inhabilis ,videor eũ approbare,adeo
quòd ſi poſtea contra me producatur aliud inſtrumen
tum manu eiuſdem notarij,non potero illum nota-
riũ,vt inhabilem repellere,ex quo ſemel videor ipſum
approbaſſe:& facit dictus Bal.quẽ ibi ſequitur Ioan. de
Imo.in l.qui teſtamẽto.ff. de teſta.vbi dicit,ꝙ ſi appro-
baui pèrſonam legatarij in fauorem teſtamenti,in quo
ſum hæres inſtitutus,non poſſum poſtea eum repelle-
69 re,ſi voluerit deponere pro ſuo legato.†Ad quod facit
dictus Bal. in l.data opera.in 15.col.C.qui accuſa. non
poſ.vbi dixit,ꝙ ſi feci citare aliquem in teſtem in iudi
cio,amplius eius perſonã non potero reprobare:quod
etiam voluit Bald.& Imol.in l.ad teſtium.§.conditio-
70 nem.ff.de teſta.†Et facit quod voluit Bald.in l.2.in 15.
colum.C.de edict.diui.vbi dixit,ꝙ ille qui facit citari
aduerſarium ſuum ad iudicium, videtur eius perſonã
approbare adeo,ꝙ nõ poteſt poſtea illum improbare:
& idem dixit Bar.in l.cum mulier.in 2.col.ff.ſolu. mat.
Bar.in l.de pupil.§.ſeruo.ff.de oper noui nun.& Bal.in
d.l.cum mulier.in 10.col & Bal.in l.2.circa fin.C.de pa
ctis & Bald.in l.j.§.Offidius.ff.ne quis eum qui in ius
voca.& Bal.in l.ob maritorum.C.ne vxor pro marit.&
Bald.in l.quinquaginta.ff.de excuſation.tuto. Bald. &
Angel.in l.ſi ſuſpecta.de inofficioſo teſtamen.Bald. in
c.cum inter.in 3.col.de elect.Bald.in ca.teſtimonium.
in fin.de teſti.Bal.in c.in nomine Domini.& in capi.de
teſti.eo.tit.Ang.in l.fi.fa.§.ad defendendum.ff.de pcu
ra.Io.de Ana.in d.c.intelleximus.de adul.in 11.colũ.&
Inno.in c.cum inter.de excep.quem ſequitur ibi d.An.
& idem tenent doctor.in l.j §.cum dicitur.& in §.hæc
ſtipulatio.ff.ſi cui pluſquam per l.Falcid.& d.Angel.in
c.exhibita.in antepenul.colum.de iudic.ita etiam fir-
mat Cæpolla in cautela ſua 205.incipi.ſi facis.vbi ſin-
71 gulariter loquitur.¶†Iſtis etiam addi poteſt theorica
Bar.in l.creditores.in ſua repeti.C.de pign.& Bal.in l.
j.C.de ſeruitu.& aqua:vbi dixerunt,quod ſi vendo tibi
domum cum hoc,quòd ſi infra annum nõ ſolueris mi-
hi pretium,licitum mihi ſit propria authoritate ingre
di fundum tuum,ſi labitur annus,& non ſit ſoluta ta-
lis pecunia,& ego accedam ad iudicem,& petam quòd
mihi det licentiam & authoritatem intrãdi fundum
tuum pro ſatisfactione pecuniæ meæ:quòd ſi iudex re
cuſat dare mihi talem licentiam,non potero poſtea in
gredi propria authoritate abſque pœna,quia mihi im
putetur,ſi poteram ingredi propria authoritate,& ac-
ceſsi ad iudicem pro licentia:ideo hanc viam quã mi-
hi elegi,debet pati,l.mulier.§.fi.ff.quod metus cauſa.
pro quibus etiam faciunt dicta per Bal.in l.tale pactũ.
72 in §.qui prouocauit.in 10.col.ſupra de pactis.†Et pro
iſtis facit quod voluit Ang.de Are.in lib.malefi.in ver.
de anno præſenti.in ver.ſecundo quæro &c.vbi dicit,
quòd licet dies de neceſsitate in libello criminali non
ſit apponendus per l.libellorum.ff.de accuſ.nihilomi-
nus ſi per accuſatorem apponatur,& non probetur de
ipſo die.licet omnia alia probentur:tamen reus nõ de
betur abſolui:imputet hoc ſibi accuſator,ſi poſtea non
probat.allegat l.habebat.ff.de inſto.Et ex iſtis ſatis cõ-
ſtat in propoſito quæſtionis noſtræ,quòd ille qui reci-
pit fideiuſſorem minus idoneum,videtur eum appro-
bare:nec poteſt ſe conqueri de hoc,quia eſt ſibi impu-
73 tãdum per prædicta.¶†Sed quæri poteſt tertiò,vtrum
ipſe qui talem fideiuſſorem recipit,poſsit dicere quòd
ignorauit illum non eſſe idoneum:ideo petit ſibi de no
uo caueri:in quo dicas,quòd ſic,quòd talis creditor
hoc poteſt dicere & petere ſecũdum gloſſam in l.quis
ſtipulatus ſit Stichum aut Pamphilum.§.fina.ſupra de
verborum obligation.qui probat.quòd receptio fide-
iuſſoris non idonei ignoranter facta à creditore, ſibi
non præiudicat ad idem gloſſ.in dicta l.inter cauſas.in
§.abeſſe.ſupra manda.& in dicta l.ſi is à quo.§.fina.pro
quibus gloſſ.facit.l.promittendo.§.ſi à debitore.ff.de
iure do.ſed dominus Alexander in hoc dubio in con-
ſilio ſuo 60.incipien.conſideratis præallegato,in j.co-
lum.in 5.volumi.tenet contrarium:& hoc quia ille qui
accepit dictum fideiuſſoré,prçſumitur habuiſſe ſcien-
tiam conditionis ſuæ:nam ille qui cum aliquo cõtra-
hit



hit,præſumitur ſcire,vel ſcire debet conditionẽ ſuam
l.qui cum aliquo.ff.de regulis iuris.cum ſimilib.ibi al
legat.& paria enim ſunt,ſcire vel ſcire debere.l. quòd
te.ff.ſi cert.pet.l.lare.in prin.infra de verbo.ſignifi.l.ſi
Titius.infra eod.& ſubdit ibi ipſe d.Alex.quod ſi talis
creditor vult dicere,neſciuiſſe illum fideiuſſorem nõ
eſſe idoneum,& petere quòd debitor de nouo ſatiſdet:
erit ſibi neceſſe probare,quod ille fideiuſſor non ido-
neus,communi opinione reputabatur idoneus,diues
& ſoluendo ad hoc,vt ipſe qui eum accepit,excuſetur.
alleg.l.3.ff.ad Macedon:an.& l.miles.§.mulier.ff.de a-
dulter.l.Barbarius fil.ff.de offic.prætor.vel eſſet opus
ipſi creditori probare ꝙ debitor ſibi affirmaſſet, quòd
dictus fideiuſſor erat ſoluendo,per d.l.ſi Titius.infra
eo.ita eſt de mente Ang.in l.j.ſupra ſi quis ĩ ius voc.nõ
ie.& ibi hoc clarius ponit Pau.de Caſt.ita etiam tenet
Paul.de Caſt,in d.l.qui ſatiſdare.infra eo.vbi dicit,ꝙ ſi
quis recipit fideiuſſorem non idoneum facultatibus
ignoranter,non tamen per hoc poterit petere iterato 75
alium fideiuſſorem idoneum ſibi præſtari, nec etiã in-
tereſſe aliquod ſibi dari,niſi interuenerit dolus debito
ris præſtantis fideiuſſoré,qui affirmauerit illũ eſſe ido
neũ,vel niſi iuſtiſsima ignorãtia recipiẽtis ĩteruenerit:
vt puta quia cõiter reputatur idoneus ipſe fideiuſſor.
alias imputet ſibi creditor qui accepit talem fideiuſſo
rem,quare non explorauit eiùs conditionem:& ita di-
cit de facto ſeruari:ideo dicit,ꝙ per communitates ſo
lẽt deputari quidam approbatores fideiuſſorũ,qui ap-
probant fideiuſſores ſuo periculo.ita dicit Alexã.in d.
conſi.ſuo 60.incip.conſideratis &c.in 5.vol.& ibi etiã
reſpondet ad gl.ſuperius alleg.contrariũ innuentes,vi
delicet ad gl.in d.l.ſi quis ſtipulatus ſit Stichum.§.ſin. 76
cum aliis prælleg.quod verum eſt,ꝙ quando creditor
recipit ignoranter fideiuſſorem non idoneum faculta
tibus ſibi non præiudicat,ſ.quantum ad hoc,quia po-
teſt agere ad intereſſe contra illum qui tenebatur præ
ſtare fideiuſſorem:videlicet quanti ſua interſit,præſti-
ſtitum non eſſe fideiuſſorem idoneũ:ita ſecũdum eum
loquitur text.& gloſſ.in d.l.ſi quis ſtipulatus.§. ſed ad
fideiuſſorem nouum idoneum præſtandum agere non
poteſt creditor:vt in d.l.3.in fi.j.eod.& ſubdit ipſe Ale
xand.ꝙ hanc opin.ſequitur Bar.& Ang.in d.l.3.& Pau.
de Caſt.ibi.& reprobat ipſe Alex.opi.ſeu reſponſioné
contrariã datã ſibi à Ioan.pe Imo.ita reſidet d.Alexan.
in d.conſi.ſuo 60.& in l.ſi cùm dotem.in §.ſi mulier.ff.
74 ſol.mat.¶†Quæro quarto vlterius ſubſequenter: po-
ne,datus eſt fideiuſſor idoneus à debitore ipſi credito
ri,qui eſt diues & ſoluendo,ſed expoſt efficitur inhabi
lis,pauper,inops & non ſoluendo:vtrum hoc caſu cre
ditor poſsit cogere debitorem ad præſtandum iterum
alium fideiuſſorem idoneum:in quo dicas,diſtinguen
do,quòd aut quis tenebatur ſatiſdare officio iudicis,
aut ex conuentione partiũ:& ſic aut ſatiſdatio eſt prę-
toris,aut conuentionalis:primo caſu ſi datus ſit fide-
iuſſor idoneus,qui poſtea efficiatur inops:poteſt debi
tor iterum cogi ad ſatiſdandum & præſtãdum nouum
fideiuſſorem idoneum,vt habetur in l.prætoriæ.la 2.in
fra de præto.ſtipu.& l.ſi is à quo,in fi.ſupra vt in poſ.le
gat.& in l.ſi ab arbitro.ſupra qui ſatiſd.cog.& in l.præ 77
tor.§.pe.ſupra de ope.no.nun.Secũdo aũt caſu,qñ quis
tenetur ſatiſdare ſeu fideiubere ex cõuentione partiũ,
vtputa de euictione rei venditæ: & tunc ſi dedit fide-
iuſſoré idoneũ,qui poſtea efficiatur inops & nõ ſolué-
do nõ tenetur debitor præſtare nouũ fideiuſſorem.ita
probat tex.in l.pupilli.§.ſoror.infra de ſol.& in l.ſi no-
mé.ſupra de hære.vel act.ven.ita in hac quæſtiõe tenet
Bar.in l.3.in fi.infr.eo.& in l.prætoriæ.la 2.de pto.ſtip.
Bar.& Ang.in l.quoties.& ĩ l.ſi arbitro.ff.qui ſatiſ.cog.
Per.de Anch.in c.ex reſcripto.de iureiur.de quo etiam
per Oſtien.in c.cum olim.extra de arbi.per Abb. anti- 78
quum.in c.vt clericorũ.de vita & honeſta.cle.per Inn.
in c.fi.extra de procu.per d.Alex.in d.cõſi.ſuo 60.inci.
conſideratis his.in vlti.col.in 5.vol.& per doc.Mod.in
l.2.ſupra qui ſatiſda.cog.vbi etiã quærunt,pone ꝙ eſt
datum pignus creditori per debitoré,quod pignus de
perditum eſt abſq; culpa vel dolo creditoris.vtrũ poſ-
ſit petere aliud pignꝰ ſibi dari:vide ibi p eos:& p Pet.
de Anch.in d.c.ex reſcripto.de iureiur.& per Mod.in
l.ſi cùm dotem.§.mulier.ff.ſolu.matr.de quo etiam per
Specu.in titu.de offi.iudi.in §.de ſeruit.in ver.item ad
uocatos.circa fin.alias incipit,Item faciat &c.& tene
menti,ꝙ licet qũ datus eſt fideiuſſor idoneꝰ,qui poſtea
efficitur inops & non ſoluẽdo,non poſsit cogi debitor
ad iterum dandũ aliũ fideiuſſoré,quando ſumus in cõ
uentionalibus per iura ſupra alleg.tamẽ iſtud fallit in
dote,quia ſi fuit datus fideiuſſor mulieri pro dote,qui
erat ſoluendo,ſi poſtea efficiatur inops,debet iterũ ſi-
bi caueri idoneè:caſus eſt ſing.ſecundum Ang.in d.l.ſi
cum dotem.§.ſi mulier.& ibi doct.ſupra ſol.ma.quem
tex.ad hoc p not.allegat Ang.in d.l.quoties.ſupra qui
75 ſatiſd.cogan.†Et in materia iſta adde Bal.& Barb.poſt
eum ibi in 5.colum.in ca.ſedes Apoſtolica.de reſcript.
vbi dicunt,quod inopia repẽtina dicitur caſus fortui-
tus.allegant tex.in l.ſi res pupillaris.ff.de admin.tuto.
& adde etiam in materia not.verbum,videlicet quod
ſi iudex maleficiorum acceptauit fideiuſſores nõ ido-
neos,& captũ relaxauit,nihilominus poteſt iterum ca
pere reum,& facere quòd iterum præſtet fideiuſſores,
quibus præſtitis nihilominus etiam primi fideiuſſores
ſunt obligati:ita ſingulariter dixit Bald.in l.j.ff.ſi quis
in ius voc.non ierit.quod dictum pro notab.refert &
ſequitur do.Angel.de Are.in ſuis addit.ad Ang.in tra-
cta.maleficiorum.in verbo,fama publica.in 11.chart.in
76 j.addit.ver.& tene menti.¶†Item iuxta prædicta quæ-
ro quinto,debitor dedit fideiuſſorem vel expromiſſo-
rem idoneum creditori,qui tamen fideiuſſor vel expro
miſſor ſtatim arripuit fugam:vtrum hoc caſu ipſe de-
bitor teneatur iterum dare aliũ fideiuſſorem vel expro
miſſorem idoneum:in quo dicas,ꝙ ſic:nam iſta breui-
tas temporis facit præſumi,ꝙ ipſe debitor fuerit con-
ſcius ipſius fugæ,ex quo iterum teneatur ad dandum
alium fideiuſſorem ſeu expromiſſorem:& hoc maximè
procedit in cauſa dotis per dict.text.l.ſi cum doté.§.ſi
mulier.ſuprà ſolut.mat.vbi eſt caſus ſingular.ad hoc ſe
cundum Ang.ibi poſt Bald.quos ſequuntur ibi Moder.
ſi autem debitor tenebatur ex alia cauſa,& tũc dicas ſe
cundum do.Alex.ibidem,ꝙ licet non ſit nulla delega-
tio & conſignatio illius expromiſſoris,quia illa operã
tur vt ipſe debitor à prima actione liberetur,tamé cõ-
tra eum datur actio de dolo ad intereſſe.alle.l.ſub præ
textu.l.j.C.de tranſact.& not.in glo.ibi in dict.§.ſi mu
lier.quod dicit eſſe menti tenendum.quam partem ibi
firmat Rapha.Cuman.& Paul.de Caſtr.qui alleg.pro
hoc l.fin.ſuprà de eo,per quem factum erit : ſed ſecun-
dum do.Alex.melius allegaſſet.l.quoties.ſuprà de præ
ſcrip.verbor.& not.per Bald. in l.j.ſuprà de condi.ex.l.
& ratio huius poteſt eſſe ſecundum Ioann.de Imol.in
dict.§.ſi mulier,quia dolꝰ debitoris præſumitur,& col
ligitur quando in breue tempus talis expromiſſor fu-
gam arripuit.per l.ſi ventri.§.eorum,ſuprà,de priuile.
77 credi.per quem text.dicit ibi Barto.quòd ſi †aliquis al
loquatur ad aurem famulum ſuum,qui famulus poſtea
illo inſtanti offendat inimicum ipſius domini,præſu-
mitur quòd dominus ei hoc mandauerit.quod dictum
refert & ſequitur Baldus in l.j.in 4.colum.C.de ſer.fu-
gi.pro quibus facit ſecundum domi.Alex.in d.§.ſi mu
lier.quòd not.Bald.in l.multum.C.ſi quis alteri vel ſibi
& not.per Barto.in l.qui in alienam.§.ſi is qui ſuprà,de
acquirend.hæred.& quæ habentur in capit.veniens.el
2.& in ca.fina.de ſponſa. ¶Sed vltra prædicta pro hac
parte dico.quòd pro iſtis adduci poſſunt alia quã plu-
78 ra ſimilia.†Et primo adduci poteſt,quod voluit Pet.de
Anchara.in conſil.ſuo 83.incipiẽ.viſis diligenter actis.
vbi dixit,quòd ſi eodem momento temporis,quo quis

eſt deſignatus curator minoris per decretum iudicis,
præſtita ſit authoritas in certa obligatiõe minoris per
ipſum curatorem datum, & interpoſita ſit authoritas
ſeu decretum iudicis,quòd non tamen valebit actus:
quia non interuenit cauſæ cognitio ipſius curatoris,in
terponentis authoritatem ex modicitate vel ex breui-
tate temporis:quæ cauſę cognitio in ſimilibus interue
nire debet.& illud conſi.Pet.de Ancha.refert & ſequi-
tur dom.Alexand.in conſi.ſuo 217.incip.viſis &c.in vl-
tim.col.& Barba.in conſi.ſuo incipien.ſcripſi Eccleſia
ſticus &c.quod eſt inter conſil.do.Alexand.in ordine
meo 470.in vlti.colũ.& idem dixit ipſe Pet.de Anchar.
in conſi.ſuo 35.inci.viſa quadam peti.in j.col.& in con
79 ſil.ſuo 115.incipien.ſecundum ordinem in 2.col.†& fa-
cit optime quòd dixit Dominicus de S.Gemi.in c.põ-
deret.l.diſt.vbi dixit not.contra iudices,quibus de ma
ne mittitur proceſſus,& in veſperis ferunt ſententiam,
vt talis ſentẽtia ſit ipſo iure nulla:quia ex breuitate &
modicitate temporis,non præſumitur adhibuiſſe cau
ſæ cognitionem debitam:quod dictum refert & ſequi
tur Barb.in c.ſuper quæſtionum.§.intentionis.in 4.co
lumn.de offic.deleg.&in d.con.incip.ſcripſit &c.in pe
nul.chart.in vlt.col.vbi ſubdit,quòd idem voluit Bald.
in l.prolatam.l.fin.C.de ſen.vbi pro hoc allegat caſum
in capit.cum ex literis.extra.de in integ.reſtit.allegat
etiam ad hoc tex.in l.ius alimentorum.§.ſed ſi non con
ſtat.ff.vbi pupil.edu.debe.& idem dixit Pau.de Caſtr.
conſi.135.alias 137.incip.in quæſtione quę vertitur.in 2.
colũ.& Pet.de Anch.in conſ.188.incip.viſis poſt princ.
& facit etiam not.verbum Gemi.in c.j.de reſcrip.in 6.
quod refert & ſequitur Bart.in ca.ab excommunicato.
80 in 2.col.de reſcrip.† & faciunt dicta per d.Ang.in ca.ſi
pro debilitate.de offic.deleg.vbi dixit,quòd ſi conſul-
tor repente conſulat,cõſiliũ eſt nullum ipſo iure:quod
dictum refert & ſequitur d.Alex.in d.l.prolatam.& fa-
ciunt optimè dicta per d.Feli.in c.eccleſia S.Mariæ.in
8.column.de conſti.& ibi per 6.col.ſequentes,vbi om-
ninò videas:& illud dictum Bar.in d.l.prolatam.& re-
fert & ſequitur do.Ang.in c.2.de re iudi.& in cap.poſt
electionem.de conceſſ.præbend.& in c.in veſtra.de co
ha.cle.& mulie.& Pet.de Ancho.in c.j.de re iudic.in 6.
81 & Imo.in c.cum Bertoldus.de re iudic.† Et facit quod
dixit Iaco.Butr.in d.l.prolatam.vbi dixit, quòd laudũ
latum præcipitanter & ſic in modico tempore,eſt nul-
lum:quinimmò etiam talis ſententia de qua ſuprà,&ta
le laudum eſt nullum, etiam ſi ſit bene lata vel latum:
ita dixit Bar.in l.is apud quem.in j.col.C.de edẽ.quod
dictum refert & approbat Barb.in ca.ſuper quæſtionũ.
§.intentionis.in 4.col.de offi.dele.ſed illud improbat
ipſe Barb.in c.cauſamq;.in 6.char.ver.not.ibi,ſi litera-
rum.extra de reſcr. ¶Quod tamen ego limito,niſi ipſa
cauſa ſeu controuerſia ante factum cõpromiſſum, fuiſ
ſet longo tempore ruminata & diſputata corã illo,qui
poſtea fuit factus ſeu electus arbiter, qui poſtea tulit
laudũ ſtatim facto cõpromiſſo:quia hoc caſu tale lau-
dũ valebit,nõ obſtante breuitate temporis:ſed habet
alia ſolennia à iure requiſita:quia non poteſt hoc caſu
dici laudũ latũ eſſe,non pręcedente cauſę cognitione:
quia cauſæ cognitio præceſsit,licet non pceſſerit poſt
factum compromiſſum:ſed nõ refert,quid ex æquipol
lentibus fiat.l.3.C.de inſti.& ſubſti.ſub cond.fac.cum
ſi.(Idẽ dixit Soci.in conſi.121.incip.in cauſa.in 4.col.in
82 3.vol.) † Pro quo faciunt dicta per Paul.de Caſ.in l.ſi
quis filio.§.irritũ.ff.de inoffi.teſta.vbi dixit,ꝙ ſi iudex
dedit licentiam alicui,vt faciat molendinum in flumi
ne publico,quod ſi ille habebat iam factum,poteſt il-
lud retinere virtute illius conceſsionis:ad quę vide o-
mnino Bart.in c.conſtitutus.in penul.& vlti.col.de re
ſcrip.& d.Feli.omnino in c.quoniam.in 12.col.de con
ſti.& c.conſtitutus.in pe.col.verſic.ſi ſcribitur. de re-
ſcrip.& vide dicta per me.in l.2.in 3.char.in 2.colum.ff.
de teſtam.pro quibus facit tex.& ibi Bal.in l.Titius.in
§.Lucius.ff.de libe.& poſt.hu.& quod voluit Bald.in l.
ſed ſi de ſua.in §.j.ſupra de acqui.hære.& Bal.ſuper ſta
83 tutis.in verb.capere.in verſi.ſtatutum,ꝙ † quicunque
vbi dicit,ꝙ ſi ſtatutum dicit,ꝙ quicunq; cœperit ban-
nitum,habeat centũ,ꝙ habebit locũ in illo,qui iã cœ-
pit bannitũ.Et faciunt dicta per d.Alexã.poſt Paul.de
Caſt.in l.vt militibus.in prin.C.de teſta.mil.vbi dicit,
ꝙ ſi papa conceſsit epiſcopo vel abbati,vt poſsit face-
re teſtamentũ de reditibus beneficiorũ, ꝙ talia licẽtia
extenditur etiã ad teſtamentũ antea factũ. Itẽ pro hac
mea limitatione noua faciunt etiã dicta ꝑ Dominicũ
de S.Gemi.in c.vnico.in 2.col.in prin.de exceſ.prælat.
in 6.vbi dixit ſe vidiſſe de facto hic Bononiæ in fratri-
bus de obſeruantia,quibus data fuerat licentia à papa
ædificandi ſibi vnũ monaſterium ſupra montẽ,ꝙ illud
ædificarunt:ſed propter magnitudinem & multudinẽ
venti nõ poterant habitare in dicto monaſterio,quòd
ſibi vigore dictæ licentiæ iã habitæ potuerũt ſine alia
noua licentia ędificare nouũ monaſterium in loco vbi
nunc eſt.licet iſtud dictum non ita bene ſeruiat ad pro
poſitum huius limitationis,vt faciũt alia proximè ad-
84 ducta.†Item pro prædictis etiã optime facit quod vo
luit Cyn.in l.cum vxori.C.quando dies leg.ced.Bal.&
Ang.per illũ tex.in d.l.Titius.§.Lucius.de lib.& poſt-
hu.vbi dicunt,ꝙ ſi papa mãdat alicui prouideri in cer-
to loco de prima vacatura,quòd poterit illi prouideri
de illa quę vacabat ante dictam prouiſionem ſeu con-
ceſsionem papæ,ſaltem ſi papa ignorabat illam vaca-
re:ad quod faciunt no.in Cle.j.de conce.præbẽ.& per
Moder.in l.hæc conditio filiæ meæ.§.fi.ff.de condit.&
demon.& faciunt dicta per Paul.de Caſtr.in l. Lucius
85 Titius.ff.de leg.2.† Et per Bal.in l.fin.in vlti.col.C. de
ſent.quæ ſine certa quanti.vbi dixit,quòd ſi teſtator le
gat centũ pro Berta maritanda,& ipſa iam erat marita
ta tempore teſtamenti,quòd tamen debebunt ſibi illa
centum per l.ſi iam facta.ff.de condit.& demon.& per
l.antepen.C.de inſtit.& ſubſtit.ſub condi.fac.quod di
ctum refert & ſequitur do.Alex.in conſi.ſuo 146.incip.
in cauſa & lite.in j.colũ.in 5.vol.vbi etiam refert Cyn.
in d.l.cum vxori.& ſubdit etiam ibidem,quod pro iſtis
facit tex.in l.Iulia.& quod ibi no.ſupra qui ſatiſd.cog.
vbi ſi Titius ſine mandato meo egit contra te nomine
meo, & à te accepiſſet, fideiuſſores iudicatum ſolui,
poſtea pendente dicto iudicio mandaui ſibi, vt ageret
contra te,videor ratificare quod antea fecit.& ideo fi-
deiuſſores,qui promiſerunt iudicatũ ſolui,obligabun
tur mihi:& dicit,ꝙ domini de Rota,deciſio.443.incip.
Item fuit dubitatum,vtrũ procurator ad cauſam &c.
volunt,quod procurator habens mandatum ad ſubſti
tuendum,ſi ſubſtituat vnum, qui antea ſine mandato
egerat,videtur ratificare iam geſta.allegat etiam ipſe
do.Alex.in d.conſi.alia ad hoc propoſitum.quæ nõ re-
fero breuitatis cauſa, pro quibus faciunt quæ voluit
Paul.de Caſt.in l.cum quidam.ff.de lega.2.vbi dixit,ꝙ
ſi pater facit legatum filiæ quæ remanebit vidua,com
prehendit etiam filiam,quæ ante teſtamentum erat vi
86 dua.¶†Ex quibus omnibus doctrinis poſſunt limitari
doctrinæ illæ ſuperius allegatæ.videlicet quòd nõ va-
let interpoſitio authoritatis curatoris in obligatione
vel alienatione rei minoris,quando eo inſtanti eſt de-
cretus curator,& ſtatim interponit authoritatẽ in cõ-
tractu ipſius minoris,non valet talis actus ſeu contra-
ctus:quia ex breuitate temporis non pręſumitur,quòd
ipſe curator adhibuerit cauſæ cognitionem debitam,
ſecundum Pet.de Anch.in d.conſi.ſuo 22.incip.viſis di
ligenter.non habet locum, vbi ipſe curator habuiſſet
plenam cognitionem dictæ obligationis vel cõtractus
ipſius minoris,antequam fuiſſet decret⁹ curator:quia
tunc valet talis interpoſitio decreti & authoritatis,&
per conſequens talis contractus,quia ceſſat ratio pro-
pter quã nõ valebat.& idẽ dicas in iudice habẽte pro-
ceſſum cauſæ in manẽ,& proferente ſententiam in ve
ſperis:



ſperis:quia valebit non obſtante breuitate temporis,ſi
antequã cauſa eſſet ſibi cõmiſſa,fuiſſet plene inſtruct⁹
de meritis ipſius cauſæ & de iuſtitia partiũ:quia tunc
licet ſententia fuerit lata in veſperis:attamen valebit,
nec poterit dici lata abſq; cauſæ cognitiõe.Idẽ in lau-
do & in aliis ſimilibus per prædicta,quæ oĩa tene men
ti:quia hanc limitationem non inuenies ab aliquo tra
ditã,nec tactam:ſed eſt limitatio & inuentio mea no-
ua nuper in lucẽ edita,& non audita vſq; ad hæc ſecu-
87 la.¶†Modo redeundo ad materiã breuitatis tẽporis,
ex qua præſumitur dolus & fraus,adde qđ voluit Ioã.
And.in tit.de emp.& vend.§.ſciendum.in addi.incip.
de illo qui ſimpliciter &c.vbi dicit, ꝙ ſi venditur ani-
mal,quod moritur infra triduum,& infra modicũ tp̃s,
quod habet locum redhibitoria ad pretiũ: quod dictũ
refert & ſequitur Ioan.de Imol.in l.ſi quis cũ aliter.ff.
de verb.oblig.& Bal.in l.2.in 3.col.verſicu.& ſi dubita-
tur.C.de reſcin. ven.& in l.j.in pen.col.C.de ædil.act.
& Ioã.de Ana.in c.præterea.in vlt.col.de cleri.percuſ.
88 † Et facit opti.no.deci.Bar.in l.contra legem.ſupra de
legi.vbi dixit,ꝙ ſi aliquis eſt magnus homo in ciuita-
te,& eſt de aliquo conſilio,in quo fit ordinamẽtum,ꝙ
non poſsit vẽdi corbes frumenti,niſi pro decẽ: & ante
quã tale ordinamentũ publicetur,ille talis magnus ho
mo,& de cõſilio,vendidit frumentũ pro maiori quan-
titate,quã non vẽdidiſſet publicato ordinamento:qua
vẽditione facta,incõtinenti fit proclama, ꝙ nõ poſsit
vendi corbes frumenti niſi pro decem.dicit ibi Bart.ꝙ
talis venditio poterit retractari,tãquã ſit facta in frau
dem propter modicũ tẽporis interuallum inter vend.
& publi.illius ordinamenti.idem etiam voluit Bart.in
l.quæro.ſupra de act.emp.& Bal.in l.2.C.de peri.& cõ
mo.rei ven.& Lud.Ro.in ſing.ſuo 235.ſecundum ordi-
nem meũ qui incipit,nũquid ſi ſum magnus dominus,
&c.vbi pro hoc allega. tex.in l.ſi vina.aliàs ſi quis vi-
na.ver.plane.ff.de peric.& commo.rei vendi.Item pro
prædictis etiam adduci poteſt quod voluit Odofred.
quem refert & ſequitur ibi Bald.in l.quoties. C.de rei
vendi.vbi dixit,quòd ſi dubito mihi moueri quæſtio-
nem ſuper domo,& eam alieno,deinde ſtatim moue-
tur mihi quæſtio ſuper ipſa domo, quòd ex breuita-
te ſeu modicitate temporis præſumitur dolus ex parte
mei vendentis.adeo quòd talis vẽditio reuocatur per
titulum de aliena.iudi.mutan.cau.fac.quod eſt etiam
de mente Bar.in l.qui petitorio.ſupra de rei vendica.&
Bar.in l.2.§.fi.ſupra de alie.iudi.mutã.cã fact.& Angel.
in l.ſin autem.§.j.ſupra de rei vendi.pro quibus faciũt
dicta per Innoc.in c.dilecti.de excep.per Bald.in l.ſi is
qui reipublicæ.ſupra ex quib.cau.maio.per Cyn.in re
gula,poſſeſſo.de reg.iur.in 6.per Bart.in l.Fulcinius.§.
pen.ff.ex quib.cau.in poſſ.eatur.& per Paul.de Caſtro
in conſi.ſuo 91.incip.ſuper eo quod quærit,de qua ma-
teria dixi vltra prædicta in repe.mea l.fin.C.de proba.
in 71.char.& in l.ſtatuliber. in pen.& antepen.col.j.de
quæſtion. ¶Modò in prædicta quæſtione ex iſtis con-
cludo,ꝙ ſi debitor dedit expromiſſorem, qui ſtatim ar
ripuit fugam,nõ eſt liberatus,quia præſumitur in do-
lo per prædicta.An autem debitor principalis,qui a-
lium ſubdelegauit vel ſubrogauit loco ſui apud credi-
torem,ſit liberatus,ſi ipſe ſubdelegatus arripiat fugã,
vel efficiatur non ſoluendo,non ex animo hic,quia nõ
eſt proprie materia cadẽs in materia fideiuſſorum:ſed
me remitto ad dicta per me in l.ſecunda.in tertia char
ta,in j.& 2.colum.C.de execu.rei iudicatæ.vbi late exa
89 minaui hanc quæſtionem:vide ibi.¶†Quæro ſexto &
vlterius de alia quæſtione vtili & quotidiana profe-
cto:videlicet,an ſi principalis creditor cum debitore
principali,aliquo modo alterat obligationẽ inter eos
exiſtentem,pro qua fideiuſſor interceſsit ſine ſcientia
& conſenſu fideiuſſoris: vtrum ipſe fideiuſſor ſit libe-
ratus,vtputa debitor principalis tenebatur creditori
ad ſoluendum centum aureos in termino ſex mẽſium,
vel vnius anni,& huic obligationi interuenit fideiuſ-
ſor,poſtea pẽdente termino ſolutionis fiẽdæ creditor
prorogauit terminũ ſolutionis ipſi creditori,vel ſecũ
conuenit de accipiendo frumentũ, vinum vel aliquid
aliud loco pecuniæ,vel aliter alterauit obligationem
ſine conſenſu & ſcientia ipſius fideiuſſoris,an his caſi-
bus ipſe fideiuſſor ſit liberat⁹:in quo dicatis ꝙ ſic,quia
quoties res ipſa vel pretiũ mutatur,tũc videtur eſſe no
uus contractus.tex.eſt no.in l.pacta cõuenta.in §.Pau-
lus.ff.de contrah.emp.& in l.aliã.infra de noua.( Vide
Alex.in conſi.73.inci.habita.&c.in 6.vol.in j.col.Et fa-
cit optime tex.in l.Labeo.la 2.ff.de arbi.& in l.itẽ quæ
ritur.in §.qui impleto.ff.loc.& in l.ſi cũ Hermes.C.eo.
tit.loca.& habetur per gl.& doct.in c.conſtitutus. ex-
tra.eo.& facit l.nouatione.C.eo.vbi habetur, ꝙ ſi fiat
nouatio,fideiuſſores primi contractus liberantur,ſi in
ſequenti ſe non obligauerunt:& hanc partem,ꝙ ſit li-
beratus,firmat Ioan.de Imol.in conſi.ſuo 12.incip.viſo
quodam.in fin.vbi conſuluit pro Gatamalata,qui fue-
rat fideiuſſor apud Petrum de Nauarino,pro vno ſti-
pendiario:idem etiam tenet Dyn.Bald. & alij,in l. Ti-
tius.ff.de excuſat.tut.& facit text.in d.l.Labeo.§.ſi per
fideiuſſorem.& ibi Bart.ff.de arbit.hanc partem etiam
tenet Bart.in l.Valerianus,ff.de præto.ſtipul. per illum
tex.& Cyn.& alij in l.fin.C.de noua.& idem poſt lon-
gam diſputationẽ ad partes firmat expreſſe Raph.Ful-
go.in conſi.130.incip.Matthæus Cimator &c.Sed con-
tra hanc partem,videlicet ꝙ talis fideiuſſor non ſit li-
beratus,eſt bonus text.in l.ſi vn⁹.§.j.ff.de pact.pro quo
etiam eſt tex.in l.ſi cùm dies.in princi.ff.de arbi.& in l.
ſed ſi manente.ff.de precario.in quibus iuribus proba
ri videtur,ꝙ per nouationem factam de obligatiõe in-
ter debitorem & creditorem,non ſit liberatus fideiuſ-
ſor:pro quo optime facit tex.in l.fina.in fin.C.de vſur.
rei iudi.vbi fideiuſſor tenetur, licet ſit reo principali
prorogatus termin⁹.Quapropter doctores in hac quæ
ſtione in locis prælleg.veniunt ad hanc diſtinctionẽ,
videlicet quòd aut fideiuſſor obligauit ſe ad tempus,
vtputa,quia dixit,nolo teneri pro iſto vſque ad meſſẽ:
& hoc caſu non tenetur facta prorogatione temporis:
aut obligauit ſe pure ad debitum,& ſine aliqua præfi-
nitione temporis,&tunc prorogato termino,non eſt li
beratus fideiuſſor.Idem dicendum eſt,quãdo aliud eſt
conuentum inter debitorem,ſoluere aliud quam fue-
rit in prima obligatione:quia aut fideiuſſor ſe obliga-
uit ſoluere tantum rem illam exiſtentem in prima obli
gatione:& tũc facta permutatione vel obligatione in-
ter debitorem & creditorem de alia re ſoluenda,fide-
iuſſor non tenetur:aut ſimpliciter fideiuſſor ſe obliga-
uit ſatisfacere creditori,& tunc tenetur facta permu-
tatione ſeu nouatione de alia re inter debitorem &cre
ditorem:quia eadem ratio nõ eſt in hoc,quæ in primo
caſu:ita concludunt doctores communiter in dictis lo
cis.& d.Alex.in l.vbicunque.infrà eod.& in l.dies cau
tionis.ſuprà,de dam.infect.in fi.in prin.de qua quæſti.
habetur etiam per Barto.& Ange.in l.quod dicitur.§.
miles.ſuprà,de teſta.mili.& per Spec.in tit.de fideiuſſ.
in §.j.ver.illud autem.& vide omnino doct.de Rota in
antiquis deciſio.deciſio.771.incip.penes Titium cam-
pſorem.&c.& Bald.in l.ex diui.in fin.C.loca.Cardi.in
clem.j.§.vos itaque.in fi.de iureiurã.de quo etiam per
doct.in d.c.conſtitutus.extra.eo.per Bal.in l.tam man-
datori.in 2.col.C.de non nume.pec.per Bart.poſt Dy.
in l.Lucius.§.Paulus.ff.de admi.tuto.per Alexan.poſt
Ang.in l.ſi vnus.§.j.ff.de pact.per Bartol.& doctor.in l.
Labeo.§.j.ff.de arbi.per docto.in l.item queritur.§.qui
impleto.ſuprà,loca.& in l.ſi cum Hermes.C.eod.loca
per Bald.in conſi.ſuo 290.incipi.Gabriel &c.in j.volu.
per Ang.in d.l.ſed ſi minante.ſuprà,de precario per gl.
& doct.in c.hi qui authoritate.de præben.in 6.per Bar.
in l.j.§.hi quibus.ff.de leg.3.Bart.in l.meminiſſe.ſupra,
de offic.procon.& per Alexand.in d.l.dies cautionis,

in fin.princ.ſupra de dam.infect.vbi alios allegat exa-
minantes hanc quæſtionem,de quibus ibi per eum. &
per Cyn.& Bar.in l.quoties.C.de preci.imper.offer.
90 ¶ †Quæro ſeptimò vlterius,ſi receditur à primo iudi
ce,vtrum fideiuſſor ſit liberatus, vt pone,tu cõueniſti
me coram Antianis,& ego tibi dedi fideiuſſorem iudi
catum ſolui,id eſt,de ſoluẽdo omne illud quod ipſi iu-
dicabunt me tibi debere:poſtea tu ex eodem contra-
ctu,vel ex eadem re me conuenis coram alio tribuna-
li:vtputa corã poteſtate,& reportas ſententiã pro te,in
qua ego ſum condemnatus ad dãdum tibi centũ: vtrũ
hoc caſu,me non ſoluente,poſsis agere ſeu adſtringe-
re fideiuſſorem meum,qui promiſit pro me iudicatum
ſoluere coram Antianis ad ſoluenda dicta centum. In
quo dicas,ꝙ non,iſte eſt text.in l.3.in princ.& in l.cum
quærebatur.§.fi:& in l.cũ apud.infra iudi.ſolui.& hoc
voluit ibi Bar.& doct.idem expreſſe firmat Ioan.de I-
mol.in conſi.ſuo 47.inci.in caſu præmiſſo &c.vbi ſub-
dit idem dicendum eſſe in fideiuſſore de iudicio ſiſti:
quia illa etiam ſatiſdatio reſpicit inſtantiam iudicij ſe
cundum gl.in authẽ.de his quæ ingred.& appel.circa
prin.col.5.& dicit ꝙ hoc etiam voluit Bart.in d.l. cum
apud.pro quibus etiam faciunt ſecundum eum quę ha
bentur in l.Græcẽ.§.poſt litem.infra in hoc titu.
91 ¶ †Vlterius quæro octauò de no.quæſtione.videlicet
vtrum fideiuſſor teneatur ad augmentum,quòd acceſ-
ſorie aliquo modo venit ad rem ſeu obligationẽ prin-
cipalem,vtputa promitto ſoluere illud quod debet ſol
uere Titius,vel ad quod tenetur vigore talis inſtrumẽ
ti:modo pone ꝙ ipſe Titius contrauenit illi inſtrumẽ-
to,ex quo ex forma ſtatuti cadit in pœnã mille, an hoc
caſu ego fideiuſſor tenear ad illa mille,vel pone,ſtatu-
to cauetur,vt eſt hic Bononiæ,ꝙ pro vnaquaq; poſitio
ne negata,negãs cadat in pœnam,ſi ſit probata per po
nentem:tu petebas à me centum,ego hoc negabã.de-
di tibi fideiuſſorem,qui ſe obligauit ad ſoluendum il-
lud,quod apparebit me eſſe debitorẽ tuum:quo ſtãte,
feciſti mihi plures poſitiones veritatem continentes:
quos negaui:tu eas legitimè probaſti,adeo ꝙ cecidi in
pœnã,& fui condemnatus ad dandũ tibi centũ pro ve
ro & principali debito,& centũ pro pœna incurſa pro
pter poſitiones negatas:an hoc caſu fideiuſſor tenea-
tur non ſolum ad centũ pro debito principali,ſed etiã
ad pœnã illã incurſam.In quo dicas, ꝙ ipſe fideiuſſor
non tenetur ad dictam pœnã,nec ad aliquod augmen
tum:ꝙ acceſſoriè venit ad principalem obligationem:
ita ꝓbat tex.in l.fi.infra eo.& tex.in l.fideiuſſores ma-
giſtratuũ.eo.tit.& tex.in l.libertus.infra ad Muni.& in
l.j.ſupra de in litem iur.& in l.pignorib⁹.C.de vſur. &
in l.Græce.§.fin.à contrario ſenſu ſupra de pig.in qui-
bus locis glo.allegat alias cõcordantias.& hoc etiam
no.in l.quæro.in prin.ſupra,loca.vbi eſt glo.no.in ma-
teria:& habetur in l.centũ Capuæ.ſupra de eo qđ cer.
loc.& in l.2.§.fi.ſupra qui ſatiſd.cog.hanc partẽ etiam
firma g.no.in l.ſiue in duplũ.& ibi docto.oẽs,ſupra qui
ſatiſd.cog.& Lud.Ro.in cõſi.ſuo 270.inci.pro deciſio-
ne.in fi.& in cõſi.507.incip.in caſu &c.& idẽ tenet An
ge.de Are.in §.ſequens.in 2.col.in ver.in gl.in ver.in rẽ
&c.inſti.de act.& Io.An.in addi.Spe.in tit.de fideiuſſ.
§.j.in vlt.addi.vbi pro hac parte allegat plura iura, &
etiã rationẽ ad hoc,quare fideiuſſor nõ teneatur ad au
gmentũ ſeu ad acceſſoriũ,quod aliquo modo aduenit
92 principali obligationi:& dicit,ꝙ ratio eſt: †quia fide-
iuſſores obligantur ſtipulatione ſeu verbis tñ.l.j.ff.de
verb.obli.ibi vtroq; loquente &c.l.blanditus.C.de fi-
deiuſ.habetur in l.ſi vero nõ remunerãdi.§.ſi poſt cre-
ditã.ſupra mand.Effectus enim ſtipulationis nũquam
extenditur ad vltima verba.vt habetur in l.dãni.§.ſi is
qui.ff.de dã.infec.& in l.quicquid.ff.de verb.obl.de eo
aũt quod nihil fuit dictũ,pluſquã abſurdũ eſſet dicere,
fideiuſſores tenerentur ad illud:ita reſidet ibi Io.And.
adducens etiã alia iura,& alias rationes pro hac par-
te:de quibus ibi per eum.pro qua optime facit qđ vo-
luit Spec.in tit.prçalleg.de fide inſtru.in §.j.ver.ſed po
n R.vulnerauit A.P.&c.vbi dicit ꝙ ſi ex forma ſtatu-
ti pro vulnere ſit pœna centũ:& pro homicidio ſit pœ
na mille,& fuerit formata inquiſitio cõtra Titium de
vulnere,pro quo fideiuſsit Seius iudicatum ſolui,pen
dente proceſſu vulneratus deceſsit,quòd fideiuſſor nõ
tenetur in mille.idem dixit do.Alexand.in d.l.ſiue in
duplum.& alleg.Spec.in d.loco.& Bald.ibi & doct.in
d.l.fideiuſſores magiſtratuum.de quo etiam per Iaſ.in
l.j.ante finem.ſupra de iureiur.& vide etiã infra in q.
93 55.¶ †Pro iſtis etiam optimè adduci poteſt, quod vo-
luit ſingu.Bartol.in l.fi.ſupra de pac.vbi dicit,ꝙ ſi ali-
quis officialis pro ſyndicatu ſuo dedit fideiuſſorem,
qui pro eo fideiuſsit,qui officialis fuit abſolutus,poſt-
ea inde ad annum vel biennium fuit factum ſtatutũ,&
non obſtante quacunque abſolutoria,poſsint reuideri
proceſſus.& viſis proceſsibus iſte officialis qui iã fue-
rat abſolutus,fuit condemnatus:dicit ibi Bartol.quod
iſte fideiuſſor non tenetur,& dicit ꝙ ita de facto fuit
obſeruatum:quod dictum refert & ſequitur pro nota-
bili Ange.de Are.in tractat.maleſi.in verſic.pro quibus
Antonius fideiuſsit.in verſi.& menti habeas.pro quo
dicto faciunt dicta per Bald.in l.pacta nouiſsima.in an
tepen.col.C.de pact.& per eundem in l.fin.in prin.C.
ad Macedo.& vide etiam Aret.in dicto verbo.pro qui
bus Antonius fideiuſsit.in verſicu.quæro an fideiuſſor
94 &c.†Et pro iſtis faciunt optime dicta per Bal.in l.ſi cũ
Hermes.in princ.C.loca.vbi dixit,quòd fideiuſſor qui
fideiuſsit pro poteſtate,non tenetur niſi pro tempore
quo durat officium.ſed ſi ipſa poteſtas finito tempore
ſui officij refirmetur in officio, talis fideiuſſor nõ erit
obligatus pro iſto tempore refirmationis,licet hoc nõ
fuerit expreſſum in inſtrumento ſuæ promiſsionis .idẽ
voluit Ang.in l.legem.in fi.C.loc.pro quibus etiam vi-
de dicta per docto.in cap.conſtitutus.extra.eod.& Bal.
& Imol.in l.cum pater.§.pater certam.ff.de legat.2. &
Bald in l.etiam.in fi.ff.de iure do.& in c.olim.el 3.de re.
95 ſtitu.ſpo.†Facit etiam ad prædicta gl.multum notabi.
in l.damni infecti.§.ſi is qui vicinas.in verbo, augeri.
ſuprà de dam.infect.quæ dixit quòd ſi promiſi tibi fru
ctus iſtius arboris,quæ poſtea eſt inciſa,vel vi ventorũ
deiecta,quòd non teneor ad fructus nouellæ arboris
ibi natę poſt:& idem dicit,quòd ſi ruſticus promiſit mi
liti aquam frigidam in æſtate in manſione quam habe
bat,quòd ſi domus comburatur,& poſtea reædificetur
ꝙ ipſe ruſticus non tenetur:& idem ſubdit ibi illa glo.
eſſe in procuratore promittente defendere dominum.
quod intelligitur tantũ de quæſtionibus præſentibus.
non autem de his quæ poſtea emerſerunt:quod ibi etiã
firmat Barto.reſpondendo contraria quæ adduci poſ-
ſent.Item & vltra prædicta adduci poteſt vnum,videli
cet quòd nedum fideiuſſores non tenentur ad augmen
tum,ſed nec etiam principalis:quod patet. Nam pẽſio
fundi locati non eſt augenda conductori,etiam ſi fun-
dus conductus creſcat per alluuionem.ita ſingul. dixit
Ange.in l.legem.C.loc.quod eſt notãdum.Adde etiam
circa hoc,quòd augmentũ quandoque non nocet nec
obligat principales,ſecundum Abb.in capi.quanto.de
cenſi.vbi dixit,ꝙ ſi fornarius ſe obligauit coquere pa-
nem pro tota familia pro 10.in anno,& augeatur fami
lia aliquibus perſonis,quòd nõ poteſt petere maius ſa
larium.Ratio eſt,quia iſtud pẽdebat à fortuna:& ideo
ſi diminuta eſſet familia per mortem vel per abſentiã,
non deberet habere minus.¶Et ſic ex iſtis remanet cõ- Cóm.
cluſio,quòd fideiuſſor nõ tenetur ad augmẽtum quod opin.
aliquo modo venit circa obligatiõem principalem:&
licet iſta ſit communis opinio,attamen aliqui ſunt tex
tus cõtra eam quos perpetuo tene menti.Primus enim
eſt in l.ſi ab vno.ſuprà,vt lega.non.ine ca.qui tex.opti-
me probat, quòd illud accreſcit principali obliga-
tioni,accreſcit etiam fideiuſſori:quem text. pro valde
not.



not.allegauit ad hoc Ludouic.Roman.in ſingula. ſuo
incipiẽ.quæro an id,&c.in 4.char.in formis.in ſecũda
colum.
¶Alius eſt etiam tex.in l.amiſsi.in §.fideiuſſores.ſecũ-
dum ſecundam lectu.gl.ibi.infra in hoc titulo.Ex quo
tex.dicit Lud.Ro.in ſing.ſuo inci.an fideiuſſor inter-
cedens &c.in formis.in 16.char.& in l.fideiuſſor.§.fin.
ſupra qui ſatiſd.cog.ꝙ ſi quis fideiuſsit ꝑ ſcholari pro
penſione domus per eum conductæ,tenetur nedum ad
penſionem,ſed etiam tenetur pro deuaſtatione maſari
ciarum vel ſupellectilium:& dicit illum tex.fore ſingu
96 larem ad hoc,quod tene menti.¶ †Adde hic etiã text.
ſingu.quem ego ſolus allego in l.2,ff. in quib.cauſ.pig.
tacit.contraha.vbi dicit text.ꝙ inquilinus eſt obliga-
tus nedum pro penſione domus,ſed etiam pro deterio
ratione domus conductæ,& inuẽta & illata erunt etiã
obligata pro deterioratione domus,ſicut pro pẽſione:
quod eſt valde no.cum ſæpe occurat in facto : & ideo
forte fideiuſſor pro pẽſione domus erit obligatus pro
deterioratione domus,ſicut pro deterioratione maſa-
riciarum.arg.d.l.amiſsi.§.fideiuſſores.quod no.& hoc
mihi tãto magis videtur procedere,quia obligatio ſo
lutionis penſionis domus,habet maiorem propinqui-
tatem & connexitatem cum ipſa domo, quàm habeat
cum maſariciis domus,patet,quia nulla eſt facta men
tio in obligatione pẽſionis de maſariciis.& tñ ad illas
tenetur:ſed de ipſa domo facta eſt mentio,ergo &c.vi
de etiam Cæpol.in cautel.127.incip.ille qui fideiuſsit.
¶Alius eſt tex.in l.ſi quis pro eo. §.ſi nummos.ff.eod.&
tex. no.in l.ſi poſtea.ff.rem pupil.ſal.fore.in quibus iu-
ribus ſimiliter habetur,ꝙ illud quod accedit ſeu accre
ſcit principali obligationi,accreſcit etiam fideiuſſori.
pro ſolutione.vide Bart.& alios in l.centum Capuæ.ff.
de eo quod certo loco.& in l.j.ff.de in litem iuran.
97 ¶ †Quæro nonò iuxta prædicta in caſibus, in quibus
fideiuſſor tenetur ad augmẽtum:vtputa in caſu d.l.a-
miſsi.in §.fideiuſſores.vel in aliis caſibus ſupra allega.
an teneatur pro primo augmento tantum,an vero pro
omnibus augmentis ſuccedentibus.Pone exemplum,
ſtatuto cauetur,vt eſt hic Bono.ꝙ conducens domum,
niſi ſpecialiter eam renuntiet domino debito tẽpore,
intelligitur eam reconduxiſſe eiſdem pactis,modis,&
conditionibus pro anno ſequenti:quod etiam cautum
eſt de iure ciuili,vt habetur in l.legem. C.locati.modo
ſcholaris conduxit domum pro vno anno, & dedit fi-
deiuſſorem,qui(vt dixi) tenetur etiam pro deuaſtatio
ne maſariciarũ,& in fine anni iſte ſcholaris nõ renun-
tiauit domum,& ſic intelligitur eam reconduxiſſe pro
anno ſequẽti:vtrum ipſe fideiuſſor teneatur pro dicta
penſione & pro maſariciis:& ſi dictã domum ſimiliter
non renunt iat in pluribus annis ſequẽtibus,an teneatꝰ
ſemper fideiuſſor quouſq; durabit dicta locatio vel re
uocatio tacita dictæ locationis : vel pone ꝙ diruptis
& deuaſtatis primis ſupellectilibus vel maſariciis,ite-
rũ dñs imponit alias maſaricias,poſtmodũ alias &c.an
ſemper ipſe fideiuſſor teneatur.In quo breuiter dicas,
ꝙ nõ tenebitur ipſe fideiuſſor,niſi pro prima recondu-
ctione tacita.& pro primis ſupellectilibus ſubrogatis
loco primarum deuaſtatarum Quinimmo nedum ipſe
fideiuſſor non tenetur niſi pro prima reconductione:
ſed nec ipſe principalis non poteſt conueniri, vt domũ
reconducat niſi pro prima reconductione tantum : &
hoc,vt infinitas euitetur,argumento tex.in l.fideicom
miſſa.in §.ſi quis decem.ff.de leg.3.vbi dicitur, ꝙ ſi te-
ſtator grauauit hæredem vt daret decem Titio:& ſi il-
la decem perdiderit,ruſus grauauit i;ſum vt daret ſi-
bi alia decem,quòd ſi illa perdiderit,non tenetur vlte
rius ad illa danda,quia intelligitur de prima vice tan-
tum,quia perdiderit dicta decem,& non de aliis vici-
bus,& hoc,vt euitetur infinitas.ad idem eſt textus in l.
boues.§.hoc ſermone.ff.de verborum ſignificatione.&
in l.inter ſocerum.§.fina.ff.de pactis dotal.& in l.cum
pater certam.ff.de legatis 2.& in l.matrimonij.ff. qui
& à quibus .in l.dotis promiſsio.& in l. ſponſalibus.ff.
de iure dot.cum ſimil.in gloſſ.dictarum legum allega-
tis.pro quibus optime faciunt dicta per Bald.in l.licet.
in pen.C.loca.in verſi.quarto quæro.vbi dixit,quòd ſi
quis cõduxit molendinum cum pacto,quòd ipſum de-
beret reaptare,qui cõductor illud ſemel reaptauit,ſed
iterum poſtea deſtructum eſt:an iterum teneatur con-
ductor ad reaptandum:& decidit ibi Bald.quòd non,
allegans d.l.fideicommiſſa.§.ſi quis decem.ff.de legat.
quod dictum refert & ſequitur d.Alex.in conſ.ſuo 360.
98 quod incip.breuiter in caſu &c.† Facit etiam.nam ſi
alicui conceditur ſecuritas eundi & redeundi, intelli-
tur pro prima vice tantum:ita ſingu.dixit Ioan.de Pla.
in l.j.C.de nauic.libro 11.quem refert & ſequitur dom.
Alex.in d.conſi.ſuo 360.ſecundum ordinem meum,in-
cip.breuiter in caſu ꝑmiſſo &c.in prin.ad quæ etiã fa-
cit ſecundũ Alex.ibi tex.in c.non poteſt.§.j.de præbẽ.
in 6.vbi habetur,quòd ſi alicui à papa cõceditur,quòd
ſimiliter poſsit recipere duo beneficia curata,intelligi
tur de duobus primis quæ impetrabit vel obtinebit:i-
tem ſubdit d.Alexan.in dicto conſi.quòd ſi alicui con-
ceditur licentia intrandi clauſuram monialium,intel-
ligitur de prima vice tantum:& allegat rationem, di-
cens quòd in materia reſtringibili,debet intelligi con
ceſſio facta pro prima vice tantum allega.hoc voluiſſe
Albe.de Roſa.in 2.parte ſtatu.q.181.incip.quòd per di-
ctum fratrem Vbertũ &c.Subdit etiam d.Alex.quòd ſi
ſtatutum diſponit,ꝙ ſi quis ceperit vexillum Florẽtiæ,
habeat certum præmium,quod intelligitur de prima
vice,& de prima captura tantum:ita voluit Bartol.ſe-
cundum eum in l.in hoc articulo quiſque.in vlti.colũ.
ff.de hære.inſti.quod eſt notan.pro ſtatuto.Bon.diſpo-
nente ꝙ ciuis electus ad aliquam poteſtariam, debeat
habere vnum vexillum à communitate:nam intelligi-
tur pro primo officio tantum.& ita in me & in aliis ci
uitatibus obſeruatum fuit,licet plura & plura habue-
99 rim officia.¶ †Ad prædicta etiam faciunt ſecundum d.
Alex.in d.conſi.Nam ſi quis promiſit repræſentare ali-
quem coram iudice ad ipſius iudicis mandatum,libe-
ratur per primam repræſentationem:ita dixit Benedi-
ctus de Plum.ſecundum eum in l.duobus. §.j.per gloſ.
ibi in verbo,exibuerit eum.ff.de iureiu.& ibi Paul.de
Caſt.poſt eum.& idem dixit Ioan.And.in addi.ad Spe
cu.in 3.parte.in titul.de Accu.in addi.quæ incip.Odo-
fred.Et ideo dixit Bald.in l.diuortio.§.ꝙ in anno.ff.ſo-
lut.matrim.quòd ſi aliquis vendidit vuas vel roſas vi-
ridarij ſui,qui fructificabat bis in anno,quod intelligi
tur de primis tantum.Item pro iſtis etiam facit ſecun-
dum eum,quod voluit Bart.in l.cum quidam.ff.de an-
nu.leg.vbi dixit,ꝙ ſi teſtator relinquit fratribus mino
ribus in feſto S.Franciſci vnam pitantiam,intelligitur
ſemel tantum:ad quod etiam alle.Bartol.in l.eum qui
calendis.ff.de verbo.obli.Ex quibus iuribus & doctri-
nis concludit ipſe d.Alex.in d.conſi.ſuo , quòd ſtatutũ
Boñ.loquens & diſponens,ꝙ niſi conductor domus re
nunciauerit debito tempore conductioni,ꝙ intelligi-
tur reconduxiſſe pro anno ſequenti,quòd hoc intelli-
gitur pro prima reconductione tantum,vt euitetur in
finitas,licet vltra adducta per d.Alexandr.dico,ꝙ pro
hac parte etiam faciunt,quæ voluit Ange.in l.ſi finita.
ff.de dam.infect.& in l.2.ff.de cuſto.reo.& in l.oratio-
ne.ſuprà de feriis.& in l.veluti.§.hæc vxor.ff.de edẽ.&
Ludo.Ro.in conſi.ſuo 15.incip.plura ſunt quæ quærun
tur.& idem dixit Alex.in conſilio ſuo 145.incipiẽ.quo-
niam abundè &c.in 2.volu.vbi dixit,ꝙ promittens prę
ſentare iudici aliquem toties quoties ſibi placuerit,ꝙ
ſi bis præſentauerit,eſt liberat⁹:& dixit Bal.in l.ſi duo.
§.ſemel.ff.de arbi.quòd ſi ſit ꝓmiſſa pœna toties quo-
ties fuerit contra factum,quòd iſta promiſsio verifica
tur in bina contrafactione,vt bis tantum exigatur pœ
na,ſi contra fiat:& dixit Bald.in l.j.in 2.colum.C.vt in

poſſeſ.lega.ꝙ ſi data eſt poteſtas arbitro, vt arbitretur
infra 10.dies cum poteſtate prorogandi,non tamē po-
terit prorogare vltra tres menſes.Facit etiam pro præ
dictis no.verbum Dominici de S.Gemin.in c.j.§.licet.
circa fi.de procu. in 6.vbi dixit,ꝙ ſi aliquis eſt cōſtitu-
tus procurator alicuius cum poteſtate ſubſtituendi,ꝙ
talis ſubſtituens procuratorem, non poterit ſibi dare
poteſtatem ſubſtituendi,ne poſsit ſubſtitutio procura
toris procedere in infinitum:quod dicit tamen non lo
cum habere in procuratore effecto domino litis: quia
tunc poterit ſubſtituere cum poteſtate ſubſtituendi,
quia talis procurator habetur loco domini. Itē faciūt
quæ voluit Bald.in c.ſua nobis.in fi.de app.vbi dixit,ꝙ
ſi data eſt poreſtas arbitro prorogandi tempus cōpro-
promiſsi,quod illud non poterit prorogare niſi bis,vt
infinitas euitetur:item faciunt etiam quæ voluit d.An
ge.in conſi.ſuo 31.incip.dubium ingerit,&c.in prin. &
faciunt optime dicta per Barba.in conſi.ſuo 5.incip.vi
ſo teſtamento & ſtatutis municipum.in j.& 2.chart. &
faciunt dicta per Alex.in l.qui bona.§.fi.ff.de dam.in-
fec.in vlti.col.& per d.Felin.in c.innouamus per totū
de treu.& pace.& in c.licet.el 2.de teſt.Ex iſtis ergo cō
cludo,ꝙ dictus fideiuſſor in q.ſupra formata,non tene
bitur niſi pro prima reconductione,vel pro primis ma
100 ſariciis deuaſtatis.†Et hoc illa ratione,vt infinitas e-
uitetur,vt in dictis iuribus cauetur:in qua tamen ma-
teria infinitatis nō omitto duo:primum,ꝙ etſi vera eſt
iſta regula,ꝙ infinitas eſt euitanda:iſtud tamē fallit,&
limitatur,niſi verbo cōtractus vel diſpoſitionis ſint a-
pta ad infinitatē importandā:quia tunc admittitur in-
finitas:& de hoc poteſt poni exemplum.qñ in diſpoſi-
tiōe ſunt appoſita verba,toties quoties opus fuerit:nā
tunc admittitur infinitas, quia natura verborū hoc im
portat:ita probatur in l.ſi ita ſtipulatus à Seio: & ibi ꝑ
Bar.poſt glo.infra in hoc tit.Idem etiam eſſet dicendū
in verbis,quandocunq;,vel quotieſcūq;:quia ſimiliter
talia verba ſunt apta ad infinitatem:ſecus,ſi verba non
ſunt apta cōprehendere infinitatem:ita dixit d.Alexā.
in conſi.ſuo 145.inci.quoniam abunde.&c.in fi.pe.col.
in 2.vol.conſiliorum,vbi ſubdit hoc eſſe verum, etiam
ſi ex multiplicatione actuum multiplicari poſſet dam-
num vel intereſſe,vt probatur in d.l.ſi ita ſtipulatus, ſe
cundum Io.de Imol.ibi,qui hoc exemplificat in dictio
ne,quandocunq;:quia tunc toleratur infinitas ex men-
te diſponentis.idem etiā eſt de mente Bar.ſecundū do.
Alex.in d.cōſi.in l.qui bona.ff.de dam.infec.vbi dicit,
ꝙ ſi loquitur de infinitate numeri.puta de multiplica-
tione præſtationis,& tunc dicit,ꝙ ſi verba diſponentis
ſunt expreſſe apta ad infinitatem,toleratur infinitas.al
leg.l.in annalibus.C.de lega.& d.l.ſi ita ſtipulatus.& l.
101 ſi duo.§.fina.ff.de arbit.†Et facit optime quod voluit
Bart.in l.cum notiſsimi.in fi.princi.C.de præſcript.30.
vel 40.annor,vbi dixit,ꝙ ſi ius offerendi competit ali-
cui per modum cuiuſdam facultatis,vtputa ſi debitor
quandocunque vult offerre debitum creditori, & pi-
gnus reluere,tunc iſta facultas non poteſt vnquā præ-
ſcribi nec tolli:de qua quæſtio.vide etiam Bal.in c.j.in
fi.de feudo dato in vicem l.commiſ. & in l.licet. C.de
iure delib.& in l.pignori.ff.de vſuca.& Ang.in d.l.cū
notiſsimi.Bar.in l.j.ff.de condi.ex lege.in 2.col.Imo.&
Roma.in l.quandiu.ff.de acquir.hæred.Imol.in c.quo
niam frequenter.in glo.fin.vt lite non conteſtat.Bal.in
non liceat.de præſcrip.in princ.Ang.in §.actionum.in
15.char.de action.Ang.in conſi.55.incipi.Guiliel.Abb.
in c.fi.in 21.col.vt lite non conteſtata.Ang.in conſ.241.
incip.ad hæreditatem Bernardi,&c.Et ad prædicta fa-
cit,quod voluit Ioan.And.in c.non eſt.de conſue.in 6.
vbi dixit,ꝙ illa quæ ſunt in mera voluntate, continent
infinitatem,& non ſunt præſcriptibilia. de quo etiam
per Felin.in rub.de præſcrip.in vltim.char.in 2.colum.
in fi.& in c.cum acceſsiſſent.in 3.colum.verſi.ſecundo
declaratur.de conſti.(Et in rub.de præſcrip.in penulti
col.in prin.& per Barba.in c.olim.in 3.col.extra. de re-
ſcrip.& per do.Felin.in c.cauſamque.in 15.column.de
reſcript.) Item pro iſta opin.optime facit tex.ſecundū
Alexan.in d.conſ.in l.j.§.j.in ver.toties quoties.ff ſi fa.
ſur.fe.dica.& inſtit.de eo cui libe.cauſa bona adi.§.j.
& idem eſt de mente Specu.in tit.de arbit.§.fin.verſic.
102 quid ſi dictum eſt in compromiſſo.ꝙ pœna &c. †Et
ideo dixit domi.Alexand.in d.conſi.145.quod non im-
merito Ioan.de Imo.& Ludouic.Roma.in d.l.ſi finita.
etiā ſuper pœna, tanquā ſuper connexo: quod dictum
refert & ſequitur do. Feli. in c. ſuper literis. in 13. colū.
de reſcri. vbi etiā dicit, ꝙ iuriſdictio ſuper principali
191 extēditur ad cōnexa. †Item facit: nam liberatio ſuper
principali extenditur ad connexa & dependentia etiā
non expreſſa, ſecundū do. Felin. in d. c. ſuper literis. ad
quod alle. Bar. in l. Aurelius. in §. Gaius. in 6. q. ſupra, de
lib. leg. & faciūt etiā quæ ego dixi in ſing. meo 251. in-
ci. cōnexorū idē eſt iudiciū, &c. Et faciunt dicta ꝑ Ab
ba. in conſi. ſuo 18. inci. in cauſa & quæſtione. in 3. col.
in 2. volu. vbi dixit, ꝙ arbiter poteſt cognoſcere de co
hærentibus, & connexis, etiā ſi in compromiſſo non ſit
dictū: ad quod alle. plura, de quibus ibi per eū: faciunt
etiā ad prædicta, quæ dixit d. Fran. de Are. in conſi. ſuo
29. inci. diligenter. in 12. col. in verſi. his breuiter præ-
miſsis, &c. & facit quod voluit Ioan. de Ana. in c. licet
Heli. in pe. col. de Simon. vbi dixit, ꝙ valet ſentētia ſu-
per nō petitis, quādo non petita, ſunt cōnexa, vel depē
dētia: & facit etiā, nā illud quod eſt de appenditiis, di-
citur ad ꝓpoſitū, & pertinēs ad articulū. ita dixit Bal.
in l. teſtiū. in 3. col. de teſt. & An. in l. iam dubitari. ff de
hæred. inſti. Itē facit, nā diſpenſatio extenditur ad cō-
tigua. ſecundū gl. in c. quia intantum. de præben. Item
iuramentū, vt habetur in l. ſi duo patroni. §. ſi quis iura
uit. ff. de iureiur. Item etiam mandatum procuratoris,
vt ſupra dixi, extenditur ad connexa, ſecundū gl. in ca.
192 licet. 8. q. j. †Itē ſententia etiā extenditur ad connexa,
vt habetur in l. ſi cū tibi. C. de iudi. & ibi Bart. & ſimi-
liter poteſtas delegati extenditur ad connexa, ſecūdū
Inno. & Bald. in c. cauſam quæ. extra, de re iud. quæ vl-
timo dicta ponit d. Feli. in c. de teſti. vbi etiā ponit ali-
qua alia, ad materiā iſtā facientia. & facit etiā, nā licet
de vnoquoq; actu pars debeat citari, l. de vnoquoq;. ſu
pra, de re iudi. cum vulg. tamen cōtumax in vno actu,
non citatur ad aliū actū fiendū, quādo non habet con
nexitatē neceſſariā cū actu procedēdi: ita dixit Gemi.
in c. ſi capitulo. §. j. in vlti. not. in fi. de conceſ. præben.
in 6. quod dictum refert & ſequitur do. Felin. in c. cum
olim. in j. colum. in fi. de teſti. & faciunt no. verba Alb.
de Roſa. in j parte ſtat. in q. 124. incip. itē pone ſtatuto
caueri, ꝙ nullus &c. vbi formaliter dicit, pone, ſtatu-
to cauetur, ꝙ nullus in conſilio debeat cōſulere vltra
vel extra propoſitionē propoſitā: & ſi conſultū fuerit,
non fiat inde partitū: & ſi contra fiat, non valeat: mo-
do aliquis conſuluit aliquid dependens à propoſitio-
ne, & facto partito obtentum eſt, quæritur an valeat:
in quo dicit, vidi obtineri ꝙ ſic. arg. ff. ad Treb. l. apud
Iulianū. §. antiſtita. & pro hoc facit, quia dependentia
videtur pars eorū à quibus dependēt, vt extra. de elect.
c. cupientes. §. denique. in fin. li. 6. vbi dicitur, poſtula-
tiones agentium depēdere, & idē puta de cōnexis. ar.
ff. de admi. tut. l. tutores qui tutelam. & de neg. geſt. l.
eum actū. ita formaliter dicit Alb. de Roſa. vbi ſupr. &
faciunt dicta per d. Feli. in c. ſignificauerūt. in 4. colū.
de exceptio. vbi dixit, quod materia expenſarum dici-
tur connexa principali articulo, ex quibus omnibus
concludendum puto in præſenti q. quod fideiuſſor de
iudicio ſiſti, & de iudicato ſoluendo, poterit adſtringi
ad ſoluendū expenſas in lite factas per creditorē per
iura præallegata. ad quod etiam faciunt dicta per Spe
cu. in tit. de acc. in §. j. in 6. col. verſ. quid ſi vulneratus.
193 ¶ †Vigeſimoſexto quæro, an fideiuſſor poſſit agere ad
damna & intereſſe contra debitorē principalē. in quo
mihi videtur dicendū, ꝙ ſic: nam de natura fideiuſſio-
nis eſt, ꝙ fideiuſſor conſeruetur indēnis, etiam ſi non
ſit dictū expreſſe, tamē ineſt tacite, ſed Bal. in l. conſtitu
tionibus. C. de vſur. vbi dicit ꝙ de hoc eſt caſus ſing.
in c. peruenit. in ver. alioquin. extra. de fideiu. & refert
etiā Iaco. de Are. dicere, ꝙ magna eſt iniquitas, ſi fide-
iuſſor remanet in dāno. Itē hāc partē, ꝙ fideiuſſor poſ
ſit agere ad dāna & intereſſe, firmauit Abba. in conſil.
ſuo 60. incip. quoniā ſatis &c. in j. colū. vbi dicit, quod
fideiuſſor poteſt agere contra mandatorem ſeu fide-
iuſſorem, nedum pro ſorte principali, quam pro eo
ſoluit, ſed etiam ad damna & intereſſe. ad quod alleg.
d. c. peruenit. &c. conſtitutus, eo. titu. & quæ habentur
in l. inter cauſas. in §. impēdia. & in l. qui mutuū. in fi.
ſupra, manda. & ſubdit, quod principalis tenetur eti-
am ad damna quæ paſſus eſt fideiuſſor caſu fortuito,
ad quod alle. Inno. in cap. ſicut. el 2. de iureiur. & Ioan.
An. in regula, acceſſorium. de re. iu. in 6. in Merc. Præ-
dictam tamen concluſionem intelligit veram Abbas,
quando fideiuſſor fuit diligens, & fecit quod potuit,
& oppoſuit debitas exceptiōes: alias ſecus, de quo ibi
latius per eum: pro quibus faciunt optime dicta ſu-
pra in quæſt. 24. & idem videtur formare Abb. in con-
ſil. ſuo 83. incip. conditor omnium &c. circa fin. & vide
Bart. in l. exceptione. in fin. infra, in hoc tit. vbi ponit,

an quando fideiuſſor ſuccumbit in cauſa, an tunc repetat ſumptus quos fecit in lite principali : & dicit ꝙ ſic,argument.l.etiam.ſupra,manda.& in l.ſi mandato meo.§.ſi fideiuſſor.& ſubdit Bart.in d.l.exceptione.in fi.ſe putare,quòd pendente tali iudicio,fideiuſſor poterit petere à reo,vt ſibi det pecuniam pro expenſis: quia eius negotium gerit:argu.l.ſi vero non remunerandi.§.fi.ſupra,manda.

194 ¶ † Vigeſimoſeptimo quæro de alia nota.q.videlicet, quidam non habens alia bona,niſi ea quæ non veniũt in generali obligatione,fuit fideiuſſor pro aliquo, etiam obligauit omnia bona ſua:an talia bona, quæ nõ veniunt in generali obligatione , intelligantur obligata poſtquã non habet alia bona:in quo puto dicẽdũ ꝙ ſic,ex pluribus iuribus & rationibus:& primo,quia ſi aliter diceremus,ſequeretur ꝙ talis obligatio & cõtractus nihil operaretur:quod non eſt dicendũ,arg.§. quibus.in j.cõſtitutione.C.& in l.ampliorẽ.§.in refutatoriis.C.de appella.& c.ſolite.de maio.& obed.cum ſimilibus.habemus enim de iure,ꝙ nedũ nõ debemus
195 vti ſuperfluis,ſed imò vnumquodq; † verbũ poſitũ in aliqua diſpoſitione,lege,ſtatuto,contractu,vel obligatiõe,intelligitur eſſe appoſitũ cum miniſterio aliquid operandi.ita dixit Bald.in rub.C.de contrahen.empt. in 9. q.quem refert & ſequitur d.Alex.in conſi.ſuo 151. incip.viſo themate.in 2.col.in 2.vol.& in conſi.157.incip.in cauſa & lite.in 3.col.in eodem vol.& in cõſi.113. incip.ſuper quæſitis.in fin.in 5.volu.& Ioan.de Ana.in conſi.ſuo 98.incipiẽ.viſis,&c.Secundò,pro hac parte optime facit tex.not.coniuncta gloſſ.in l.pediculis.in §.item cum quæritur.ff.de auro & argen.lega.vbi habetur,quòd licet in legato generali non veniant res venales,l.generali.§.vxori.& ibi Iacob.Butrigar.ff.de vſufruct.lega.tamen fallit,quando ſub tali legato non poſſent niſi tales res includi,quia tunc continerentur in legato.Ita etiam firmat Ludo.Rom.in l.ſi conſtãte. ff.ſolut.matri.& Bal.in rub.C.de verbo.ſignifi.in 4.q. pro quibus facit tex.in l.fundus qui locatus.ſupra, de fund.inſtru.& facit quod dixit Bal.per illum text.in l. ſi ita ſcripſiſſet,ſupra,de lega.2.vbi dixit,quòd licet legato credito,intelligatur de puro,& non de in diem, niſi adiiciatur, vt ibi:tamen ſi teſtator nullum habet creditum purum , intelligitur de illo quod habet in
196 diem.† Item facit text.in l.Titio cum teſtamento. in §.Lucius.ſupra de lega.2.vbi dicitur,quòd diſpoſitio teſtatoris debet taliter interpretari , vt non reddatur inutilis:pro quo faciunt dicta per Abb.in c.in præſentia.de proba.in 5.colum.in hac materia adduci poteſt not.verbum Bald.in l.eam quam.in 12.col.C. de fideicom.vbi dixit,quòd ſi non habeo niſi filios ſpurios:& hoc ſciens Titius,mihi concedit feudum vel emphyteuſim.pro me & filiis meis,quòd tale feudum vel emphyteuſis tranſibit ad filios meos ſpurios: quod dictũ refert & ſequitur Barb.in cap.veniens.in j.columa.de accuſat.& in c.nonnulli.in 5.char.de reſcript.pro quo eſt optimus text.quem alleg.Bald.in l.hæredibus.in §. fi.ff.ad Trebel.Et faciunt etiam dicta per Bald.per illũ tex.in l.quibus diebus.ſupra,de condit.& demon.vbi dixit,quòd licet teſtator mandando vt ſoluantur debita,non intelligatur de præſcriptis cum bona fide:tamen ſi nulla alia debita habeat,niſi præſcripta,intelli
197 gitur de illis.† Et dixit Baldus in l.ſi quis poſthumus. in princ.per gloſſ.ibi ſupra,de libe.& poſthu.quòd licet alias in priuilegiis verbum,filij , non intelligatur de adoptiuis.C.de adop.ſi de fun.fue.controuerſia. & Spec.in tit.de loca.in §.nunc aliqua.ver.68.tamen hoc fallit.vbi verbum, filiis , non poſſet verificari,niſi in adoptiuis:vtputa ſi erat talis,qui non poterat generare,vel clericus in ſacris conſtitutus:quod dictum refert & ſequitur do.Felin.in c.j.in 5.colum.verſi.2.dixit Bald.extra,de reſcrip.& faciunt dicta per Bal.in titul. de pac.Conſtan.in verbo.vaſalli,el 2.vbi dixit , quòd ſi quis conduxit fundum tempore guerræ,& impediatur propter guerram vti re locata, quod non poterit petere remiſſionem : quia talis conductio non poterat intelligi de alio tempore.& dicit,ꝙ ita tenet Bal.in l.ſi ea lege.in vltim.col.C.de vſur.quos refert & ſequitur d.Alex.in conſi.ſuo 6.incip. videretur.in vlti.col. in 2. vol.itẽ facit ad prædicta,quod dixit Abb. & ibi d. Feli.in c.poſtulaſti.de reſcrip.vbi dixit,ꝙ licet literæ ad eccleſias cathedrales,quo ad beneficia earum, non includant canonicatus,vt dicunt omnes in c.fi. de præben.tamẽ fallit vbi non ſunt ibi alia beneficia. & iſtis
198 ſeruit,†quod dixit Albe.de Roſa.in l. 1.in 1.col.ſupra, de offic.præfec.vrb.vbi dixit,quod licet legato blado, quod quis habet in ciuitate,non veniat illud quod habet in diſtrictu,tamen ſi non habet niſi illud,veniet in legato:& ibi ſubdit,idẽ eſſe in teſtatore qui legat chartas:nam ſi non habet alias chartas,tunc libri continẽtur in tali legato.per l.librorum.ff.de legat.3.Item vltra prædicta faciunt no.verba Bald. in l.qui Romæ. in §.duo fratres.in 6.quæſtio. ſupra.de verb.oblig.& per Alexandr.in conſil. ſuo 207.incip.viſo ſummario.in 2. colum.in 2.volum.(Vide Alex.in conſil.102.incip.viſo themate.in 1.col.in 6.volu.)Et facit tex.in l.ſtipendia. C.de execu.rei iudi.& quæ ibi dicunt doct.& gloſ. in l.ſpem C.quæ res pig.oblig.poſſ.& gloſſ. in l.executores.eo.tit.2.gloſſ.in l.commodis.ff. de re iudi. & dicta per Alex.in conſil.ſuo 68.incip. viſis &c. in 2. columa. poſt me.in 5.volu.& facit optime in argu.tex.in l.ſi vt certo.in §.plane ſupra,commo.vbi dicitur , quod ſi tu commodaſti mihi equum,vt irem ad bellum,ſi equus ſit mortuus in bello,non teneor tibi ad ſoluendum equum : quia ſciebas aliud regulariter & communiter euenire non poſſe de equo tuo : quia communiter equi interficiuntur in bello:de quo per Sali.in leg.quoniam.in 8.col.C.ad l.Iul.de vi.& per Alex.in conſi.112, in 4.colum.in 1.volum.& facit tex,in l.arboribus.in §. nauem. ſupra. de vſufruct.vbi bonus text. ( Adde hic dicta per Iaſ.in l.ſi à me.in pe.col.C. de ſucceſ.edict.) Pro quibus etiam faciunt dicta per Lud.Ro.in conſil. ſuo 395.incip .vt res &c. circa med. & per Bald.in l.licet.verſic.ſecundo quæro.Co. loca.& facit optime in argu.l.nominatim.ſupra,de libe.& poſthu. vbi qui habet vnum filium tantum , poteſt dicere,exhæredo filium meum:& dicitur nominatim exhæredatus,poſtquam non habetur niſi vnicum.& faciunt optime dicta per excellentiſſ.V.I. interpretem domin.Hieronymum Zanetinum mihi auunculum Bon.in conſil. ſuo incip.punctus ſuper quo petitur conſilium &c.in ſec.
199 charta.† Fecit etiam no.& ſingul.verbum Pau.de Caſtro in conſi.ſuo 284.incip.in facto præſenti non intendo adulari.vbi dixit,quòd licet in dubio princeps nõ videatur vti plenitudine poteſtatis:tamen quando actio eſſet inutilis,& alter non valeret,niſi princeps vteretur plenitudine poteſtatis,tũc in dubio princeps intelligitur vti plenitudine poteſtatis.allegat l.etiam. ff.de bonis libe.quod dictum refert & ſequitur Alex. in l.2.in ver.iuxta prædicta.C.de teſta.milit.& ibidem in primo not.illius legis.& idem dixit Paul.de Caſtr. in l.ex imperfecto.C.de teſta.& eum ſequitur do.Feli. in c.j.in prin.in 9.col.de conſti.& in c.cum inter priorem.in 5.col.de excep.& in c.in cauſis.in 2.colũ.de re iudi.& Alexã.in l.idem Vlpianus.§.ſunt & alij.in apoſtil.ſupra.de excuſa.tut.de quo dicto latius valde locutus ſum in ſingula.meo 84.incipiẽ.princeps in dubio, &c.& idem in ſimili dixit Gemi.in conſi.17.incip.pro declaratione.in fi.2.col.& do.Philip.Decius in conſi. 140.in 2.colum.pro quo facit etiam quod in ſimili dixit idem d.Feli.in conſi.ſuo 77.incip.viſo puncto.in fi. pe.col.& in illo conſi.in 4.colum.vbi refert & ſequitur Pau.de Caſtr.in dictis locis.Pro quibus etiam faciunt dicta per Felin.in c.j.in 5.& 6.colum.de reſcrip. & quæ ego dixi in l.j.in princ.in fin.penul. char.ſupra, de



de pigno.& in l.j.C.quæ res pign.oblig.non poſ.& in conſi.meo 53.incipiente,quæritur à me,&c.vbi latiſſime locutus ſum in hac materia.Et faciunt etiam dicta per dom.Ioan.Bap.de ſancto Seueri.in repet.l. omnes populi.ff.de iuſti.& iure.in 112.colum.in prin & per d. Feli.in c.ſedes apoſtolica.in 11.colum.poſt mediũ.de
200 reſcript.† Et facit quod voluit Pet.de Anch.in conſi. ſuo 186,inci.pro parte eccleſiæ.in vlti.col. vbi dixit,ꝙ priuilegium datum epiſcopo,vt poſſit teſtari, intelligitur de bonis eccleſiaſticis , vel ab eccleſia quæſitis, nõ autem de patrimonialibus,de quibus poterat abſque vllo priuilegio teſtari, quod dictum refert & ſequitur dom.Felin.in c.j.in 4.col.in fi.de reſcrip. & dixit Bal.in l.j.in 4.col.verſi.quinto oppono.C.ſi ſeruus extero.quòd facultas teſtandi data ſimplici monacho per papam, intelligitur de bonis quæ de facto tenet, quia non poteſt alia bona habere.& dixit Cardi.in c. fi. circa med.de præben.ꝙ mandatum de prouidendo de beneficio in certa eccleſia,includit canonicatus, ſi in ea nõ ſunt alia beneficia,licet alias ſecus per c.quãuis.el j.de præben.in 6.& adduci etiam poteſt no.verbum Io.de Imo.in l.tam is.in §.j.ſupra de dona.cauſa mort.facta à filio in poteſtate,oporteat patrem conſentire nominatim,vt in l.filius.ff.de don.tamẽ ſi filius donat cauſa mortis,patre præſente,& dicat,ſi non valet iure teſtamenti,valet iure codicillorum & cuiuſcũque alterius vltimæ voluntatis:certe ex quo nõ poteſt habere locum alia vltima voluntas,niſi donatio cauſa mortis,perinde erit ac ſi nominatim eſſet facta ſpecificatio donationis cauſa mortis : quod dictum refert &
201 ſequitur d.Feli.in c.ſedes.in pe.col.de reſcrip.† Et adduci poteſt etiam ad prædicta:nam ſtatutum loquens de carceratis relaxandis, non extenditur ad carceratos pro crimine falſi,ſecundum Bartol.in l.Lucius.ſupra ad Turpil.& Pet.de Anch.in repe.c.j.de conſtitu. in 39.chart.in ver.vnde ſi ſtatuto,&c & Ang.in diſputatione ſua incip.Exorta guerra:de quo latius dixi in ſingu.meo 163.incip.crimen falſi,&c.hoc tamen fallit, niſi in carceribus non eſſent niſi carcerati pro crimine falſi : quia tunc tale ſtatutum extenditur ad ipſos. Ita not.dixit dom.Ioan.Bapt.de Cazalup.in repetit.l. omnes populi.in 112.colum.in princip.ſupra,de iuſti. & iure. Item ad prædicta etiam adduci poteſt, quòd voluit Baldus in l.liberti.C.de operis libert.vbi dixit, quòd ſi filia cedat omnia iura,quæ habet in hæreditate patris: an tunc videatur ceſſiſſe iura quæ habet ad dotem maternam in hæreditate patris : & dicit quòd ſic,ſi aliud ius non habebat ipſa filia in hæreditate patris:pro quo ipſe allegat dictam l.fundus qui locatus. ſupra,de fund.inſtruct.& facit quod voluit Angel. & Imola in l.4.ſupra,de legatis j.vbi dixerunt,quòd ſi dixero,lego tibi equum meum morellum,& nullum habeo morellum,ſed vnum album tantum habeo : quòd ille cedet legato.& iſta duo dicta refert & ſequitur Alexander in dicta l.2.ſupra,de liberis & poſthumis. & dixit not.Ange.de Aret.inſtitut.ad l.Aquiliam.in princip.in j.colum.in verſi.nota.quòd æque. &c.quod appellatione pecudum veniunt omnia animalia quadrupedia:& ſubdit,quòd ſi quis legat pecora ſua,& non habet niſi boues,quòd illi continentur in legato:& faciunt dicta per Bar.in l.Aurelius.§.Gaius.in 2.colum. ſupra,de libe.legat.& facit etiam notabile verbum Salicet.in l.vbi adhuc.in 4.colum.verſic.quæro quinto. C.de iure dot.&c.Et vide Cazalupum in tractatu ſuo
202 de debi.ſuſp.& fugi.in vlti.verſi.ante fin. † & ex iſtis omnibus teneas menti,ꝙ licet habemus cautum in iure,quòd ea quæ pertinent ad culturam agri , pro pignore auferri non poſſunt , vt habetur in l.executores.& in l.pignorum gratia.& in authentica, agricultores.C.quæ res pign.obliga.non poſſunt.iſtud eſt verum,quando debitor habet alia bona:quia tunc talia nõ poterunt auferri pro pignore:ſecus,ſi nõ habet alia bona:ita dixit gloſſ.notab.in dicta l.executores.quam tenet Cynus & Salic.in l.ſpem.eod.titu.vbi reprobant Specu.tenentem contrarium.& per illam gl.mihi videtur ꝙ poſſit limitari & reſtringi gloſſ. quæ ſolet allegari pro ſingulari in l.nepos Proculo.infra,de verbo. ſignifi.quæ dicit,quòd pro pignore nõ poſſunt auferri arma militibus,nec libri ſcholaribus,quòd illa glo. habet locum,quando miles vel ſcholaris habent alia bona,quæ poſſint pignorari:ſed ſecus teneo , quando non haberent alia bona , quia tali caſu arma & libri poſſent pignorari,& hoc, ne ipſi cum aliena iactura locupletarentur,per regulam,locupletari.de regulis iuris.in 6.& l.nam hoc natura.ſupra de condict.indebi.cum ſimi.& pro hac limitatione facit optimẽ tex. & glo.fi.in l.ſtipendia.C.de execu.rei iudic.quæ omnia tene menti ad materiam huius quæſtionis.

203 ¶ † Vigeſimooctauò quæro de alia quæſtione:pone, quòd Titius iurauit non fideiubere pro aliquo, poſtea rogatus à quodã amico ſuo,vt fideiuberet pro eo, fideiuſſit,an talis fideiuſſor obligetur?In quo reperio Oldradum ſuper hac quæſtione conſuluiſſe in conſilio ſuo 9c.incip.quidam iurauit, &c. vbi ipſe diſtinguit,dicens,ꝙ aut iſte qui iurauit nõ fideiubere, erat clericus,aut erat laicus:ſi erat clericus,& tunc nõ valet fideiuſſio:quia iuramentum non videtur illicitũ, quia ad hoc tenetur de iure,ſcilicet ad non fideiubendum.per cap.j.extra de fideiuſſo.& c.te quidem.11.q. j.ſecus autem dicit eſſe in laico:quia ſi iurat non fideiubere,tale iuramentum videtur illicitum contra bonum charitatis,quod iuramentum non obligat,vt 22. q.4.c.qui ſacramento.& c.inter cætera. & de iureiurand.& c.cum quidam.& laicus tenetur de proximo fideiubere,vt in c.ſicut.11.q.j.& dicit Archi.ibi, quòd peccat ſi non fideiubet:ideò in laico tale iuramẽtum videtur eſſe illicitum.Poſtea autem ipſe Oldra.dicit, ꝙ non videtur ꝙ in laico tale iuramentum non ſit illicitum.Nã ad hoc,vt tale iuramentum ſit illicitum,requiritur ꝙ per eius obſeruantiã vtraq; ſalus ſpiritualis & temporalis periclitetur , vel ſaltem alter : vt 22. q.4.§.quod nõ eſt hic,quia alio modo neceſſitatibus proximi poſſumus ſubuenire. quod ſufficit , vt habetur in fi.d.§.Dicit poſtea ipſe Oldra.ſe tamen credere, quòd ſi tanta eſſet neceſſitas,quòd niſi iſte iurãs fideiuberet,quòd altera ſalus periclitaretur,vel corporalis vel ſpiritualis,quòd non obſtante iſto iuramento, poſſet fideiubere etiam clericus.arg.86.di.c.non ſatis. quia non videtur iuraſſe non fideiubere in tãta neceſſitate:vel ſi hoc ſit,iuramentum eſſet illicitum.arg. de iureiur.in c.quanto.& de hoc etiã habetur per Archi. in c.non eſt.22.q.j.ita formaliter dicit Old.in d.conſi. ſuo 90.ſupra alle.& dictũ conſilium in hac quæſti.referunt & ſequuntur do.in c.fi.de fo.compe.libr.6.Sed mihi videtur aliter poſſe dici:videlicet quòd talis fideiuſſio non valet:& per cõſequens,ꝙ talis fideiuſſor
204 non ſit obligatus.¶ † Ad quòd dicendum me mouet glo.no.in c.licet mulieres.in vlti.gloſſ.de iureiur.li.6. quę dicit,quòd ſi aliquis primo iurat aliquid licitum non facere,poſtea illud facit cum iuramẽto,ꝙ talẽ factũ ſecũdo loco non valebit,ſed primũ iuramentũ debebit ſeruari:& dicit illa gl.ꝙ hoc voluit etiã Oſtien. in c.cum cõtingat.de iureiur.& alleg.iura de quibus ibi per eum:quã gl.refert & approbat Bart.in l.ſi prædium,C.de iure do.& do.Felin.in capi.cum M.Ferrarienſis.in pe.col.de conſtit.& eam approbat Archi.in d.c.licet mulieres.& d.Alex.in l.duobus.in §.idẽ Pomponius.ſupra de iurein.de qua gl.etiã late loquitur d. Alex.in conſi.ſuo 239.ſecũdum ordinem meum incip. ponderatis &c.& pro dicta glo.facit optime quod voluit Spe.in tit.de emp.& vendi.in §.tertio loco.in ver. quid ergo.& in ver.ibi ſequenti,incip.generale conſilium,&c.vbi dicit,ꝙ conſilium mulierum & parẽtum ſuorũ eſt,vt quando mulier traditur nuptiis,pater fa-

ciat eam iurare,quòd nunquam conſentiet alienatio-
ni rei dotalis,niſi coram iudice cauſa cognita & pro-
bata,ſcilicet neceſsitatem inſtantis,nõ fictæ,ſed veræ:
tunc enim ſi aliter conſentiat & iuret,nõ valebit talis
alienatio,cum tale iuramentum ſit contrarium priori
iuramento licito & honeſto,vt extra de iureiu. C.eam
te.& hoc dictum Spe.approbat Bal.in addi.ſuis.in ad-
dit.incip.quando alienatur dos,&c.vbi dicit,quòd in
tali caſu primum iuramentum derogat ſecundo,& ſic
concordat cum gloſſ.d.c.licet mulieres.quam gloſſ.&
dictũ Spe.vbi ſupra,approbat Gemi.in d.c.licet mulie
res.in fi.& pro dicta glo.eſt tex.expreſſus in c.intelle-
cto.de iureiurã.& ſic ex iſtis mihi videtur dicendum,
ꝙ ſi quis iurauit non fideiubere,& poſtea fideiubeat
etiam cum iuramento, quòd talis fideiuſsio non va-
leat,nec fideiuſſor ſit obligatus.Non obſtat ſi dicere-
tur,quòd immo talis fideiuſſor debet in tali caſu ob-
ligari,eo quia licet iurauerit ſe non obligare vel fide-
iubere,tamen poſtea fideiubendo,facit actum contra
rium proteſtationi ſeu promiſsioni:quo caſu,non iu-
205 uatur ex tali proteſtatione:† quia proteſtatio contra
ria facto,non releuat proteſtantem,vt habetur in l.pa-
cta nouiſsima.C.de pactis.& per Barto.in l.ſi quis ex-
traneus.ſupra,de acquir.hæredi.& per gloſſ.in c.olim.
extra,de cenſibus.& habetur in l.ſi cum plures.§.loca-
tor horrei.ſupra loca.& in c.cum M.Ferrarieñſis.de cõ-
ſtit.Et facit dictum Bal.in l.Neſennius.ſupra de nego.
geſt.vbi dixit,ꝙ proteſtatio nihil operatur,ſi ab ea re-
ceditur per factũ contrarium:quia facta derogant ver
bis.Sed ipſe fideiuſſor poſt promiſsionem de non fide
iubendo,ſi fideiubet,facit actum contrarium promiſ-
ſioni:ergo merito videtur dicendum,quòd valeat talis
fideiuſsio:& per conſequens,quod talis fideiuſſor ob-
ligetur.Sed iſtis non obſtantibus,teneo primam opi-
nio.ſ.quòd non valeat talis fideiuſsio.Et non obſtat il-
lud,quòd proteſtatio contraria facto non releuat pro-
teſtantẽ:quia dico quòd illud poteſt procedere in ſim
plici proteſtatione vel promiſsione,ſed ſecus in prote
ſtatione ſeu permiſsione firmata iuramento:quia pro-
teſtans ab ea recedere, non poteſt tacite nec expreſſe,
quia tenetur ad obſeruantiam iuramenti,iuxta ea quæ
habentur in cap.cum contingat.de iureiuran.in c.quã
uis.de pact.in 6.& in d.c.licet mulieres.& in authenti.
ſacramenta puberum.C.ſi aduerſus vend.& in l.ſi quis
maior.C.de tranſac.cum ſimi.de qua materia proteſta
tionis latius locutus ſum in conſilio meo incipiẽ.ſalus
omnium in te confidentium omnipotens Deus,&c.cir
ca me.& vide de hac quæſtione & materia per Iaſ.no.
loquentem in l.non ſolum.in §.morte.in 14.colũ.ſupra
de operis noui nuntia.

206 ¶ †Vigeſimononò quæro,an fideiuſſor poſsit obliga-
ri ad pœnam corporalem: in quo videtur dicendum
quòd non:quia licet homo ſit dominus rerum & bono
rum ſuorum,tamen non eſt dominus membrorum ſuo
rum,vt in l.liber homo.ſupra,ad l.Aquiliam. Ideo non
poteſt ſe obligare ad pœnam corporalem:& hoc tenet
expreſſe gloſſ.in capi.cùm homo.23.q.5.& voluit Bald.
in l.j.in verſicu.ſecũdo reuoco in dubium.C. ne filius
pro patre.vbi allegat d.gloſſ.& voluit etiam Salicetus
in l.ſi fil.familias.circa principium.C.ne fil.pro patre.
& Bal.in rubr.C.res inter alios acta.& Ioan.de Ana.in
c.2.in 6.colum.C.de delict.puero.& Iaſ.in l.j.in penul-
tima colum.ſupra de in litem iurand.Baldus in conſi-
lio 224.incipiente,duo famuli.in j.volum.& Specul.in
titul.de accuſa.in 3.parte.in §.ſequitur.in 6.in fi.& hoc
etiam per illam gloſſ.firmat Angel.in tractatu malefi-
ciorum.in verbo,pro quibus Anto.fideiuſsit.in j.ver.
de quo pulchre per dominum Felinum in C. cõtingit.
el.j.quaſi per totum,de ſententia excommunicat.(De
hac quæſtione vide Alexandrum in l.ſæpe conſtitutũ.
in 4.columñ.quaſi per totum.ff.de re iudicata.& doct.
Rochum Curtium in capit.fin.in lxxij.colum.de con-
207 ſuetudi.) †Et pro hac parte facit quod dicimus,quòd
non eſt licitum homicidium in volente occidi: immo
talis occidens,punitur ac ſi occidiſſet inuitum: vt dixi
in l.prima,in princip.in primo colum.infra de ſicariis.
vbi etiam dixi idem eſſe in percutiẽte volentem, quia
punitur:quod eſt intelligendum de graui percuſsióne,
non de leui,vt dixit Bartol. in l.prima,in §.vſqueadeo.
infra de iniuriis.& voluit Ange.& Paul.de Caſt.& do.
Alexan.in l.quanuis.ſupra,de in ius voc.& doc.Felin.
in c.ſolite.in 2.col.de maio.& obed.pro quo eſt textus
208 in c.contingit.el.j.de ſenten.excommunic. † Et facit
etiam, nam nemo poteſt ſe ſubmittere torturæ, & di-
cere:Domine iudex,ego non habeo indicia nec proba
tiones aliquas contra iſtum quem accuſaui de tali de-
licto:ſed volo ſtare ſecum in tortura, & aliter hoc ſibi
probare:certe iudex nõ poteſt hoc facere.ita dixit do-
minus Franciſcus Brunus in tractat.ſuo de indi.& tor
tura.in 16.chart.in prima columna.& iſta retuli in di-
cta l.j.in princip.in j.colum.infra de ſica.& in l.penul.
in j.colum.verb.datur.& tertia lectura infra de quæ-
ſtionibus.Contrariam tamẽ partem tenuit Albericus
de Roſa.in j.parte ſtatu.quæſtio.51.incipien.& ex præ-
dictis poteſt oriri alia quæſtio &c.& inter cætera mo-
uetur ad hoc dicendum, videlicet quia quis poteſt ſe
obligare ex facto alieno, vt in l. cum filius.§.j. ſupra,
de verbor.oblig.& in l.nemo.infra.de duobus reis. Et
ideo dicit, quod ſi ſtatuto cauetur in ciuitate, quod
fractor pacis capite puniatur,prout eſt in ciuitate Par
mæ:eſt etiam de iure,vt infra,de re iudica.l.final. & in
tit.de pace tenenda.in vſi.feu. & ideo dicit, ſi duo fe-
cerunt pacẽ, & ego fideiuſſi pro vno quod pacem ſer-
uaret, poſtea ipſe fregit pacem occidendo, ipſe certe
decapitabitur, non tam ex vi pacti, quam ex vi ſtatu-
ti:ſed cum factum illius, repræſentet factum fideiuſ-
ſoris, qui promiſit quod ſeruaret pacem, ipſe feciſſe
videtur,cum lex repræſentet factum principalis, fa-
ctum fideiuſſoris. Ideo fideiuſſor punietur pœna cor-
porali: & dicit quod ita tenuit Vber. de Bobio.in l.ſi
quis maior.C. de tranſactio.ad quod alleg. ſupra, de
perb.obliga.leg.mora rei.& ſubdit, quod ſicut poteſt
quis delinquendo ſe obligare ad pœnam capitalem,
ſic & promittendo, quia contractus & delicta parifi-
cantur,vt ſupra,de iudi.l omnem, & in authentic. vt
omnes obed.iudic.§. & hoc conſiderantes: & non di-
citur tam puniri ex facto alieno, quam ex facto pro-
prio repræſentando & per eum promiſſo: pro quo
etiam bene facit, ſecundum eum. nam ſi quis ſuſci-
piat & ſe obliget ad cuſtodiam carceris, & fraudulen
ter permittat fugere carceratos,punietur capite, vt in
l.fina.infra.de cuſtod.reo.& in l.milites.& in l.penult.
eo.tit.de cuſto.reo. ex quo patet, quod ex conuentio-
ne ſua obligatur ad pœnam capitalem. Subdit po-
ſtea Alberi.vbi ſupra, quod iſta opin.eſt dura,licet for
te de ſtricto iure ſit vera: attamen multi eam non ap-
probant propter dictam l. liber homo. & etiam quia
talis conuentio eſt contra bonos mores: & ideo dicit,
quod ita ſeruatur, ſcilicet quod non valeat talis fide-
iuſſio. Ego autem ſequens hanc partem, quod talis
fideiuſſio non valeat, vltra Arberic. & alios ad corro-
borationem huius opinionis adducebam vnum, vi-
delicet quod non ſolum in criminalibus, vbi agitur
209 de pœna corporali, non poteſt quis fideiubere. † Sed
& in criminalibus vbi agitur de pœna corporali,non
poteſt prorogari iuriſdictio ſecundum Bal.in l.ſi quis
ex conſenſu.in 2.columñ.verb. reuoco igitur in dubi-
um.C.de epiſc.audien.& in l. j. in princip.verſicul. ex
hoc infertur.C.vbi de cri. agi opor.in l.j.in vltim. col.
& ibi Barto.C.de iuriſd.om.iu. & in l.j.in 5.nota.Cod.
qui pro ſua iuriſdi.& per Barto. poſt gloſſ. in l.j.in ſec.
columñ.ff.de iudic.& per Bald.in addi.Specu.in tit.de
compe.iudic.ad verſicul.quod in criminali &cæte.de
quo etiam per Specul.in titul.de iuriſ.omn.iudic.in 3.
chart.



char.& per Innoc.in cap.de cauſis. in j.colum. de offi.
delegat.& per Alexand.in leg.j.ſupr.de iudi. ſecus ta-
men eſt in ciuilibus,quia in illis poteſt prorogari iu-
riſdictio,vt in l.j.Cod.de iuriſditio.omn.iudic.& in d.
l.ſi qui ex conſenſu.Cod.de epiſc.audien.Item prædi-
ctam partem & opinionem, quod non valeat fideiuſ-
ſio vbi tractatur de pœna corporali, firmauit Baldus
in titul.de pace Conſtant.in §.damna.in fin.vbi alleg.
gloſſ.in d.cap.cum homo 23.q. 5.& Bartol.in l.4.infra.
de cuſtod.reo.& ibi Alexandr.qui alios allegat tenen-
tes hanc partem.& Ange.de Are.in tract.ſuo maleſic.
in verb.pro quibus Anton.fideiuſſit.in j.verſicul & in
eodem tracta.in verſic. dictum Sempronium in libris
tercentum ſententialiter condemnatus &cæter.in vl-
210 tim.verſ.& ibi in additio.latius.†Et ex ſupradictis de
ciditur quæſtio illa, videlicet an reus criminis ſit fi-
deiuſſoribus relaxandus. in quo fit diſtinctio à do-
ctor hoc modo,videlicet, aut talis reus venit punien-
dus pœna corporali,& nõ poteſt relaxari fideiuſſori-
bus, aut venit puniendus pœna pecuniaria, tunc ſe
cus, per iura & rationes ſuperius adductas, de qua
quæſtione habetur per dominum Feli. primo capitul.
prælatorum.quod eſt cap.fina.de accuſa.in penult.co
lum.vbi notan.loquitur.& habentur etiam per domi-
num Bart.Cæpol.in conſilio ſuo 25.incipient.cum per
Ser.Iacobum & cæt.& per dominum Felin.in capi. ex
parte el j.in 11.colum.in princip.de reſcription.& per
Bald.in d.conſi.ſuo 204.incipient.duo famuli & cæte.
in j.volu.an autem quando pœna eſt arbitraria, reus
ſit relaxandus fideiuſſoribus, vide Angel.de Aret. in
tract.maleficiorum.in verſicul.pro quibus Anto.fide-
iuſſit.in verſiculo.ſis etiam quod fideiuſſoribus.& ibi
211 melius in additio. †Et circa hanc materiam teneas e-
tiam mẽti vnum,videlicet quod ille qui fideiuſſit pro
accuſato de vulnere,ſi ex vulnere ſequatur mors,non
tenebitur ad pœnam homicidij,ſecundum Specu. in
tit.de fideiuſſo.§.j.verſic.ſed pone,egi & cæt.cum ver.
ſeq.de quo etiam per Barto.& alios in leg fideiuſſores
magiſtratuum infra,in hoc titul.& per Bald.& Ludo.
Roman.in l.ſiue ſupra,qui ſatiſda.cogan.& per Iaſon.
212 poſt alios.in l.j.in vlt.colũm.ſupra,de in li.iur. †Scias
etiam & menti teneas, quod fideiuſſor in criminali-
bus datus, & liberatus per ſententiam abſolutoriam
latam pro reo principali, non poteſt obligari per ſta-
tutum poſtea conditum, quod proceſſus reuideant-
tur iterum: nam licet poſtea principalis condemne-
tur per reuiſores, tamen vlterius non tenetur fideiuſ-
ſor qui fuit antea per ſententiam liberatus. ita no-
tan.dixit Bar.per illum tex.in l.fi.ſupra de pact. quam
doctrinam refert & ſequitur Ange.de Are.in tractatu
malefi.in verb.pro quibus Ant.fideiuſsit.in pen.colũ.
in verſi.& menti habeas.pro qua do.Augu.de Ari. ibi
in addit.adducit dicta per Bal in l.pacta nouiſsima.in
antepe.col.C.de pactis.& per eundem Bal.in l.fina.in
princ.C.ad Maced.

213 ¶ †Trigeſimo quæro,an fideiuſſor poſsit renouari in-
uito creditore:in quo videretur dicendum, quod ſic,
dummodo debitor velit ſibi dare alium fideiuſſorem
æque idoneum.Nam tali caſu nihil hoc eſſet credito-
ri.cùm ſibi pariter eſſet cautum cum iſto fideiuſſore
ſubrogato,ſicut cum primo:ex quo videtur,quòd ipſe
debitor ad hoc poſsit, & maxime ſi debitor promiſit
ipſi fideiuſſori ſub pœna,eum liberare ab obligatio-
ne & eximere à fideiuſsione:nam quod tibi nõ nocet,
& alteri prodeſt,de facili eſt concedendum: vt in l.2.
in princip.& ibi Barto.& alij ſupra, ſolut.matrim. ſed
hoc non noceret creditori,& prodeſſet debitori,quia
euitaret pœnam quam promiſit fideiuſſori,ſi eum nõ
liberaret à fideiuſsione:ergo videtur quòd cogi poſ-
ſit accipere alium fideiuſſorem loco primi.& pro hac
parte videtur text.expreſſus in l.qui autem.in § ſed ſi
quis.ſupra,de conſtitut.pecu.vbi dicitur,quòd ſi ego
promiſi tibi dare certã perſonã pro fideiuſſore,& non
darem illam,ſed aliã æquæ idoneam,ſum liberatus:&
ad idem facit tex.in l.Labeo.in §.fi.ſupra,de arb.& in
l.illud §.pe.ſupra,quod me.cauſa.& in l.ſi quis domũ.
in prin.ſupr.loca.& in l.ſi cui.ſupr.de ſeruitu.& in l.j.
alias 2.§.pe.ſupra,de reli.& ſumpti.fune.& in l.j.C.de
propoſitis agen.in rebus.lib.12.in quibus iuribus dici
tur,quod obligatus dare certũ quid, liberatur nõ dan
do illud,ſed æque idoneum.(Ad ꝙ etiam facit gl.not.
in c.omnis qui.7.q.j.& quæ dixit Lud.Ro. in l.ſi vero.
in §.de viro.in 19.fallen.ff.ſolu.matri.)Item ad prædi-
cta etiam facit optime,quod voluit Ang. in l. murile-
gulis.C.de murilegu.libro.12.vbi dixit,quod licet do-
minus non poſſit vendere feudum inuito feudatario,
vt voluit glo.not.in l.inuitus.ſupra,de fideicom.libe.
nec vaſallus poteſt alienare feudum, inuito domino,
vt in c.imperialis.de prohi.feu.alien.immo nec etiam
poteſt facere, ꝙ alius capiat fructus inuito domino,
vt dixit tex.valde no.in l.fin.C.de rebus alie.non alie.
licet cõtrarium dixerit Bal.in l.j. ſupra quibus modis
vſufru.amit.quem improbat d.Franc. de Cre.in nota.
ſuo 86.incip.emphyteuta &c.tamen dixit Ang.vbi ſu-
pra,ꝙ †ſi vaſallus vel emphyteuta inuenit vnũ qui ve-
lit facere illam et pacta domino, & conducere rẽ pro-
prie ſicut ipſe faciebat, quod dominus compellitur
illum accipere. (Quod dictum etiam refert & ſequi-
tur do.An.Corſe.in not.ſuo in verſic. feudum.)Et fa-
cit etiam not.verbum Io.de Imo.in c.j.in pe.col.extra
de commo.vbi dixit, ꝙ ſi commodo tibi boues meos,
& moriãtur culpa tua, quod ſi tu vis mihi dare boues
æque bonos,ꝙ cogor accipere,nec poſſum dicere, vo
lo precium.ad quod alleg.d.l.qui autem.§. ſed ſi quis.
215 ſupra,de conſtitu.pec. †Et facit etiam no.& ſing.ver-
bum Bal.in l.in fundo.ſupra,de rei vendi. vbi dixit, ꝙ
etiam eo caſu quo emphyteuta facit expreſſum pactũ
ꝙ in fine locationis poſſit tollere & eleuare omnia me
lioramenta,& ſint ſua certe, ſi emphyteuta in fine lo-
cationis vult ipſa melioramenta tollere ſeu exporta-
re quod dominus offerendo illud quod ab alio habi-
turus eſſet,poteſt emphyteutam inhibere ne eleuet ta
lia melioramenta:quod dicit eſſe not. quod dictũ pro
not.refert & ſequitur Iaſo.in l.2.in 9.colum.poſt prin-
cip.Co.de iure emphy.& ſic ex iſtis omnibus videtur
dicendum, quod fideiuſſor datus poſſit renouari in-
uito creditore.Sed contrarium tamen eſt verius,quia
creditor non cogitur mutare debitorem, vt habetur
in l.ſi mandato meo.§.fin.ſupra,mandati.licet debitor
cogatur nouum ſuſcipere creditorem,vt in l.ſecũd.in
princ.ſupra,ſolu.mat.& in l.idemq;.§,ſi cui. ſupra,mã
dati.& ratio eſt,ſecundum docto.quia creditorum eſt
agere,& nõ conueniri.Ita dixit Baldus in l.ſi pater.C.
de collation.vbi reſpondit ad iura contratria,& quæ-
rit poſtea, quomodo ſuccurretur debitori, qui dedit
fideiuſſorem creditori, & ei promiſit ſub pœna, eum
releuare ſeu eximere ab obligatione ſeu à fideiuſsiõe:
in quo reſpondet,quòd illud quod non poteſt fieri per
modum liberationis,fiet per modum cautionis, iuxta
gloſſam dict.l.ſi pater.& ea quæ habentur in dicta l.ſi
mandato meo.& dicit quòd hoc caſu cauendum erit
fideiuſſori pignoribus ſibi datis,vt ſupra, de collatio.
bonorum.l.j.§.iubet. ſed ſi fideiuſſor nolit in ſe onus
cuſtodiæ pignorum,tunc ſi inuenio fideiuſſores de eũ
conſeruando indemnem,debeo eos ſibi dare:ſi autem
non inuenio fideiuſſores,tunc ſi non vult recipere pi-
gnora,videtur facere quo minus poſsit ſibi caueri: &
ideo ſatis eſt mihi qui debeo,vt l.debere.§.cautionis.
infra,de verbo.ſignifi.& no.ſupra, de feriis.l.moræ.&
de re iudicata.l.in eo.§.nemo.& de condit.& demon-
ſtratio.l.Iulianus.el j.& ſubdit Bal.vbi ſupra.idem eſ-
ſe in eo qui dedit fideiuſſorem,rem pupilli ſaluam fo-
re,& promiſit eum extrahere de obligatione:nam in-
telligitur eo modo quo fieri poteſt,vt ſupra,de condi.

& demonſtra.l.quibus diebus.§.dominus.ita finaliter
reſidet Bald.in dicta l.ſi pater.C.de collatio.& idem in
hac q.firmant cæteri ſcribentes ibi.& idem voluit Cy.
& Bal.in l.2.C.de ſent.quæ ſine cer.quantita.& in l.qui
autem.§.ſed & ſi quis.ſupra,de conſtit.pecu.& Bald.in
conſilio ſuo 468.incipien.conſiderandum eſt,quòd fi-
deiuſſor,&c.in 7.volu.& Bald.in l.ſi pro ea.in 9.quæſt.
& ibi Sali.in 6.q.C.manda.& Bald.in l.Labeo.§.fin.per
illum tex.ſupra,de arbitr.& Bald.ſuper ſtatu.in verſic.
fideiuſſor.in 2.verſic.& Alexan.in l.facere poſſe.ſupra,
ſoluto mat.& Alex.in d.l.ſi pater.C.de collat.vbi dicit,
quòd Lud.Ro.ibi dicit,quòd deciſio Bald.ibi procedit
etiam ſi interueniſſet iuramentum debitoris, qui pro-
miſiſſet fideiuſſori ipſum eximere ab obligatione ſeu
à fideiuſsione,& allegat rationem,dicẽs & difficultas
excuſat à periurio.c.breui.de iureiurã.ſicut excuſat à
mora ſecundum quod plene not.in l.quod te.ff.ſi certũ
pet.de qua difficultate aliqua dixi in conſilio meo 46.
incip.in curia mercatorum &c. in 2.chart.& in c.ſigni
ficaſti.el 2.de homicidio.
219 ¶ †Trigeſimoprimo quæro,an fideiuſſor poſsit agere
contra principalẽ antequam ſoluat:in quo dicas,quòd
non regulariter,vt eſt textus formalis in l.ſi pro ea. &
ibi per omnes ſcribentes C.manda.& habetur in cap.
fina.extra de fideiuſſorib.Sed hoc limitatur in aliqui-
bus caſibus,in quibus ipſe fideiuſſor poteſt agere con
tra principalem antequã ſoluat:vnus eſt caſus,ſi prin-
cipalis cœperit dilapidare bona ſua. Alius eſt,ſi fuerit
condemnatus ad ſoluendum.Alius caſus eſt,ſi ita con-
uentum fuit inter eos:quos caſus ponit textus in dicta
l.ſi pro ea. Et eſt etiam alius caſus ſecundum gloſſam
ibi, videlicet ſi fideiuſſor diu ſtetiſſet in obligatione.
text.eſt notab.ponens hos caſus in l.Lucius Titius.ſu
pra,manda.quos caſus etiam ponit glo.in dicta l.ſi pro
ea.& in dicto c.fina.extra de fideiuſſo.& in d.l.Lucius.
quæ ponit alium caſum,videlicet ſi fideiuſſor obtulit,
conſignauit & depoſuit: & hoc probat textus in l.qui
mutuam.in §.fideiuſſor.ſupra manda.Sed tu etiam vl-
tra dictas gloſſas adde etiam alios caſus, in quibus fi-
deiuſſor poteſt agere contra principalem,antequã ſol-
uat. Nam vnus eſt fideiuſſor de iudicio ſiſti, quia po-
teſt agere antequam ſoluat.textus eſt in l.ſi mandato.
in §.ſi iudicio.ſupra.manda. item alius eſt caſus in fi-
deiuſſore,qui ſe obligauit per inſtrumentum guaren-
tigiatum.ſecundum Bartolum in l.fideiuſſor pro ven-
ditore.infra in hoc titu.de fideiuſſ & idem dixit Bald.
in dicta l.ſi pro ea.in 4.q.& Cy.& Bald.in l. certum.C.
famil.erciſcund.& ſubdit ibi Bald.in 2.col. quòd idem
eſſet,ſi foret obligatus per ſcripturam mercatorũ:quæ
ſecundum formam ſtatuti haberet executionem para
tam:quod dictum affirmat Alexand.in dicta l. fideiuſ-
ſor pro venditore.infra in hoc titu.vbi latius loquitur
in materia.Alius eſt etiam caſus,in quo fideiuſſor po-
teſt agere contra principalem antequam ſoluat:videli
cet quando ipſe fideiuſſor vult ſe abſentare à loco, in
quo fideiuſsit ex cauſa vtili vel neceſſaria:nã tunc po-
teſt agere contra principalem,vt eum liberet: ita not.
dixit Specu.in titu.de iudi.in §.j.in penult.col.in verſ.
ſed quid ſi fideiuſſor.quem ſequuntur cano.in cap.fin.
de fideiuſſor. & illud dictum pro ſtupendo & vnico in
mundo refert & ſequitur Lud.Roma.in ſingu.ſuo 100.
incip.quæro à te,&c.Item eſt alius etiam caſus,in quo
fideiuſſor poteſt agere cõtra principalem antequã ſol-
uat:videlicet,ſi interuenit inimicitia vel ſuperuenit in
ter fideiuſſorẽ & debitorẽ cauſa tñ debitoris: nam tali
caſu fideiuſſor poterit agere contra principalem debi
torẽ,licet pro eo non ſoluerit.ita dixit Io.An. in addi.
Spec.in tit.de iudiciis.in §.j,in pen.col.in addit.incip.
hic not quòd cum lex illa &c.ad quod alleg.plura, de
quibus ibi per eum:& idem dixit Lu.Ro.in d.l.id face
re poſſe.ſupra ſolu.mat.ꝙ in l.3.§.fi.ſupra.de alimẽ.leg.
Item alius eſt caſus,in quo poteſt fideiuſſor agere cõ-
tra debitorẽ antequã ſoluat:videlicet quando ipſe fi-
deiuſſor diu ſtetit in carcere pro illo debito:nam tunc
poteſt agere contra debitorem:quia poſſet mori in car
cere:ita dixit Bal.in c.ex reſcripto.de iureiur.circa fi-
nẽ.Itẽ alius eſt etiã caſus,in quo fideiuſſor poteſt age-
re cõtra debitorẽ antequã ſoluat:videlicet quantũ fuit
fideiuſſor contractus,& non iudicij,ſecundum Angel.
poſt Bar.in l.j.ſupra,iudi.ſolui.& do.in d.l.Lucius. ſu-
pra.mãda.Itẽ alius eſt caſus,in quo fideiuſſor põt age-
re contra debitorẽ antequã ſoluat,videlicet quãdo fi-
deiuſsit ſine mãdato,per gloſſ.in l.videamus.ſupra.de
nego.geſt.cõtrariũ tamẽ tenet Bal.in d.l.ſi pro ea.in fi.
niſi dñs ratũ habuerit,ſecundũ eũ ibi.Itẽ alius eſt etiã
caſus,in quo fideiuſſor poteſt agere contra principalẽ
debitorẽ antequã ſoluat:videlicet quãdo euidenter ap
paret,ꝙ fideiuſſor de proximo eſt condemnandus: ita
dixit Bal.in d.l.ſi pro ea.in 6.q.C.mand.quem refert &
ſequitur Iaſ.in l.diuortio.in §.interdum.5.column. ſu-
pra,ſoluto mat.vbi etiam adducit plura ſimilia,& pri-
217 mò adducit† quòd fructus de proximo recolligendi,
habẽtur pro recollectis,ſecundum gl.& Bar.in d.§.in-
terdum.Item adducit etiam text.in l.pe.de teſta.milit.
vbi probatur,quòd potẽtia proximo actui,habetur pro
actu.Et ideo dicunt ibi do.per illũ tex.ꝙ illud quod de
proximo eſt fiendũ,habetur pro facto:quod etiam di-
218 xit Barto.in l.j.§.ſed in eo.ſuprà,ad ſimilia.† Adducit
etiam:nam baſilica de proximo conſecranda,habetur
pro conſecrata,& gaudet priuilegiis eccl.Abb.in c.ec
cleſia.in 3.not.per illum tex.de immuni.eccl.Adducit
etiã:nam qui de proximo eſt condẽnandus per ſñiam,
habetur pro condẽnato.tex.eſt no.ſecundum eum in l.
qui plene.in §.diuus Pius.ſuprà.de manumiſſ.adducit
etiam Ang.in l.ex eo tẽpore.ſuprà,de teſt.mili.vbi ha-
betur,ꝙ pœna ſtatuti impoſita offendendi ſcholarem
matriculatum,habet locum in illo ſcholari,quem Re-
ctor iuſsit matriculari,licet nondum ſit deſcriptus in
matricula.ita refert & ſequitur Alex.in l.ſi id quod.in
prin.in j.col.in fi.de iur.om.iud.Itẽ adducit ẽt Sal.in l.
cũ te.in fi.C.de do.ante nup.vbi dixit,ꝙ pro coniuncta
& copulata carnaliter à viro, habetur illa quæ de pro-
ximo copulanda eſt.Item dicit etiam ꝙ ille qui depro-
ximo eſt bãniendus,habetur pro bannito,vt poſſit im-
pune offendi,ſecundum Pau. de Caſt.in vna lectu.in l.
3.§.ſi ſeruus.ſup.de acq.poſ.quãuis non bene firmet.&
do.Alexan.ibi hoc reprobat. Ita formaliter dicit Iaſo.
in d.l.diuortio.in §.interdum.ſupra.ſolu.matrim.in 5.
col.quibus optime addi poſſunt dicta per me in ſingu.
meo 106.incipien.qui de proximo eſt cingẽdus &c.&
219 vltra ea quæ ibi dixi,adduci† poteſt pro dicto Bal.in d.
l.ſi pro ea.in 6.col.quod voluit multum not.Bal.in l.ſed
ſi is,ſupra,de in ius voc.vbi dixit,quod licet vbi tracta
tur de pœna corporali imponenda, non ſit reus fide-
iuſſoribus relaxandus: attamen talis reus, ſi eſt carce-
ratus,eſt relaxandus etiam ſine fideiuſſoribus ante ſen
tentiam, quando apparet ipſum eſſe abſoluendum, vt
puta quando eſt publicatus proceſſus. allegat ad hoc
text.in leg.nullus.Codice de exhibend.reis in verſicu-
lo donec repererit &cæ. & idem dixit Baldus in leg.
ſi quis poſt accuſationem.ff.de teſtam. & in dicta. leg.
nullus.pro quo eſt etiam bonus text. in leg.qui pœnæ.
§.primo ſupra,de manumiſsio. & hoc etiam firmat Lu
do.Roma.in ſingular. ſuo 492. incip.accuſatus de cri-
mine capitali &cæ. & dixi ego etiam in practica mea
cauſarum criminalium.in 201.charta. ante medium:&
in ſingu.meo 381.incip.licet reus & cæte. vbi latius lo-
cutus ſum circa hoc. ad quod etiam vide Iaſo. ponen-
tem nota. verbum circa hanc materiam in l. quoniam.
circa fi.C.de teſta.& eundem in l.non tantum.Cod.de
lega.& in authent.ſi qua mulier.in 6.col.Codic.de ſac.
ſan.eccle.& in leg.ſi is qui pro emptore.in 20.column.
ſupra, de vſucapt. Et aduertas diligenter, inquantum
glo. ſuperius allegata in princ. huius quæſtionis, vo-
lunt,



lunt,ꝙ fideiuſſor poſsit agere cõtra debitorem ante-
quã ſoluat,quãdo ipſe debitor incepit dilapidare bo-
na ſua &c.ꝙ iſtud limitatur & reſtringitur,niſi poſt in
ceptã dilapidationẽ redeat ad bonos mores: quia hoc
caſu nõ poterit contra eum agere fideiuſſor reſpectu
dictæ dilapidationis.Ita dixit Bal.in d. l.ſi pro ea. in 8.
220 q.C.manda.ꝓ quo dicto facit optime:†Nã licet filia
q̃ peccauit in corpus ſuũ,nõ debeat ali nec dotari à pa
tre,vt not.Spec.in tit.qui fi.ſint leg.§.pe.ver.quid ſi fi-
lia peccauit &c.& Bal.in l.fi.C.de dot. promiſ.tamẽ ſi
filia ꝑ pœnitentiã emendatur,debet ali & dotari à pa
tre,ſecundũ Spe.in d.§.pe.ver.quid ſi pœnitentiã ege-
rit.& eũ ſequuntur cano.in c.quintauallis.de iureiur.
& ibi d.Ang.in 3.col.& Ab.in 2.col. vbi alleg. bonum
tex.in c.ferrum.& ibi gl.50.diſt.ꝙ dictum refert & ſe-
quitur Iaſ.in l.arenã.in 2.col.in ver.ego ſequor &c.C.
de inofficio.teſta.vbi etiã refert do.Alex.per hoc di-
centẽ in l.j.in 16.col.ſupra ſolu.ma.ꝙ filius ſi ingratitu
dinẽ cõmiſit,ꝑ quã poterat à patre exhæredari,ſi pœ-
nitentiam viuo patre agat, vel ante conditum teſta-
mentum , non poterit amplius exhæredari : & addu-
cit etiam Bart.in l.3.§.fin.per illum text. ſupra de adi-
men.legat.vbi dicit,quod ſi pater exhæredauit filium
ex iuſta cauſa,& poſtea filius ſe reconciliauit cum pa
tre,quod tunc exhæredatio videtur adempta. & idem
dixit Iaſ.in l.ius autem ciuile in 5.colum.ſupra,de iu-
ſtit.& iure.& ideo prædictorum omnium poteſt eſſe
221 regula illa,videlicet quod†ceſſante cauſa,ceſſat effe-
ctus, vt habetur in l. adigere. in §.quamuis.ſupra. de
iure patro.& in c.cum ceſſante.extra.de appel.cũ ſi.&
ꝓ hac fallẽtia,& ꝓ hac regula facit:nã licet princeps
ex cã poſsit auferre rẽ ſuam alicui,vt habetur in l. itẽ
ſi verberatũ.ſupra de rei vẽdi.cum ſi.tamẽ ſi cauſa illa
ceſſat, debet talis res ſibi reſtitui ſecũdũ Inn.in c.quia
pleriq; de immu eccle.& d.An.& Io.de Imo.in c. quæ
in eccleſiarũ.de cõſti.& facit c.præſciſ.& ibi Archi.&
Gemi.55.diſt.vbi dicit,ꝙ lex diſpenſatiua ceſſat ceſſan
222 te cauſa diſpenſationis.†& facit no.cõſilium Lu.Ro.
404.inci.in caſu ꝓpoſitæ &c.vbi ponit no.verbum in
materia.quẽ refert & ſequitur d.Feli.in d.c.quæ in ec-
cleſiarũ.in 11.col.in ver.ſecunda declaratio. de conſti.
vbi illud adducit,& adducit etiam tex.cum gl. in ver.
donec.in c.cum tu.extr.de vſur.vbi habetur,ꝙ odioſa
conſtitutio edita contra vſurarios odio vſuræ, ceſſat
ceſſante vſura:& allegat etiam tex.in l.fi.C.qui ad lib.
perue.non poſſunt.per quem dicit ibi Bal.quod ſi mu-
lier priuatur patria ex forma ſtatuti propter maritũ
bannitũ,quod eo mortuo reuerti poterit ad patriam,
& allegat etiã l.j.C.de nauti.fœnor.per quã dicit ibi
Bal.quod conſtitutio aliquid permittens propter peri
culum,ceſſat eo ceſſante.itẽ d.Feli.vbi ſupra adducit
Lud.Rom.in conſi.ſuo.417.incip.in propoſito &c.vbi
per plura iura conſulit, ꝙ ſi aliquis populus cogitur
ſoluere cẽſum ſuperiori ꝓtegenti terrã eius,& illa ter
ra demoliatur,non cogitur amplius populus ſoluere
illũ cẽſum.Itẽ adducit etiam Lu.Ro.in conſi. ſuo 439.
incip.in propoſito.vbi cõſuluit, ꝙ beneficium ciuili-
tatis cõceſſum forẽſibus propter concordiã inter eos
factã,ceſſat ſi ꝑueniunt ad guerram,quę oĩa ad hoc re
223 fert d.Feli.in d.c.q̃ in eccleſiarũ.in 11.col. †Sed vltra
d.Feli.adde tu aliqua alia in hac materia:& primo ad-
de, ꝙ licet quãdo locator domus vult reaptare domũ
locatã,poſsit illam auferre cõductori,vt in l.eden. C.
loca.tamẽ refecta vel reaptata domo,põt ipſe condu-
ctor repetere & conſequi dictam domũ. Ita not.dixit
Lu.Rom.in ſing.ſuo 235.incip.tu habes &c.ad ꝙ alle-
gat gloſſ.quam dicit ſingularem,in l.ſi duo.in §. ſi in-
quilinus.in verb.teſtari ſupra,vti poſſid.quã ibi ſum-
me not.Barto.ſecundum eum.idem dixit dict.Fran.de
Cre.in not.ſuo 72.incipien.tu ſcis &c.Adduco etiam
Pau.de Caſt.in l.nec patronus.C.de ope.lib.vbi dixit,
quod ſi ſcriptor ſit effectus rector ſtudij,licet ſit libe-
ratus à ſcribendo,ꝓpter dignitatẽ ſibi obuentã, tamẽ
finito dicto officio & dicta dignitate,poterit cogi ad
ſcribendũ,& ad ꝑficiendum obligationẽ ſcribendi.al
224 leg.in ar.l.plane.ff.eo.de operis lib.†Adduco etiã:nã
pater põt vendere filiũ ꝓpter neceſsitatẽ famis.vt l.2.
& ibi doc.C.patri.qui fi.diſt.& voluit glo.in c.ſi quis.
extra de furtis.& in ca.diſcipulos.de conſecra.di.v.&
Inn.in c.nõne.in prin.vl.col.de p̃ſump.attamẽ talis ſic
vẽditus à patre,põt agere cõtra patrẽ vt eum redimat,
ſi peruenerit ad pinguiorẽ fortunã,& ſic ceſſante pau
pertate:ita dixit Bal.in c.ex reſcripto. in fi.de iureiur.
ꝙ dictũ refert & ſequitur do.Feli.in c.cum dilecta. in
27.col.in verſi.fallit octauo.de reſcrip.de quo etiã di-
xi in ſingũ.meo.101.incip. pater poteſt &c. & in l.etiã
225 ſi redhibitus.in vlti.colum.infra de quæſtioni.†Item
adduco etiam Bald. in l.pactum quod dotali. in 4.q.
C.de colla. vbi dicit, quod ſi filia renunciat hæreditá
ti patris ꝓpter fratres,ꝙ illis mortuis renunciatio il-
la ſibi nõ nocet:quod etiam voluit Sali.& Pau.de Ca.
ibi.& Gemin.in ca.quamuis.de pactis.in 6.& Lu. Ro.
in l.qui ſuperſtitis.ſupra de acqui.hære.& d.Phil. De-
ci.in conſi.ſuo 31.in j.col. vbi etiam alia ad hoc alleg.
Adduco etiam Soci.in conſi.54.incip.in pręſenti con-
ſultatione &c.in 5.col. verb. præterea dico. vbi dixit,
ꝙ deficientibus perſonis,ad quas debet deuenire res
prohibita alienari,deficit prohibitio alienationis. ad
ꝙ allegat plura iura de quibus ibi per eum:tene men-
ti prædicta,quia ſunt no.ex quibus fortificatur doctri
na Bal.in d.l.ſi pro ea.in 8.q.inquantum dixit,ꝙ licet fi
deiuſſor poſſit agere antequã ſoluat cõtra debitorem
principalem, quando incepit dilapidare bona ſua, ꝙ
hoc nõ habet locũ quando ipſe debitor ſe retraxit à di
lapidatiõe bonorum,& reductus eſt ad bonos mores:
quia tunc non poterit agi contra eum cum ceſſet cau
ſa propter quam contra eum agi poterat &c.tene mẽ-
ti,quia forte alibi nõ reperies ſupradicta ſimiliter cu-
mulata ad iſtud propoſitum.Modo vlterius inquantũ
ſupra in princ.huius quęſtionis dictũ eſt,ꝙ fideiuſſor
poteſt.agere contra debitorem principalem antequã
ſoluat, quãdo ipſe fideiuſſor diu ſtetit in obligatione,
ſcias hoc nõ ꝓcedere in fideiuſſore euictionis:nã licet
diu ſteterit in fideiuſſiõe,tamẽ nõ dicitur ſtetiſſe in o-
bligatiõe:quia fuit obligat⁹ ſub cõditiõe,ſi res euince
retur,& nõ pure:& ideo niſi ſequatur euictio, nõ põt
dici ꝙ diu ſteterit in obligatione:& ideo agere nõ po
terit cõtra ipſum debitorẽ principalẽ:ita no.dixit Bal.
in §.veterani.poſt Ricard.Malumb.ibi ſupra,de pro-
cura.& in l.reos.C.de accuſa.& dicit Iaſ.vbi ſupra,ꝙ
ad idem facit quod voluit Angel.in l.quos prohibet.
poſt Iac Bu.ſupra,de poſthum.vbi dicit,quòd ille qui
ex forma ſtatuti non admittitur ad excipiendum, niſi
ſatiſdet,poteſt tamẽ implorare officium iudicis, cum
officium iudicis & exceptio differant realiter & eſſen
tialiter,ſecundum eum.Et idem dicit Alberi.de Roſa.
poſt Iac.Butr.in d.l.fi.de petit hæredit.vbi dicit,quòd
ſtante ſtatuto,quòd in cauſa capitali non admittatur
aliquis procurator ad aliquam exceptionem vel decli
natoriam opponendam,ſed principalis debeat perſo-
naliter comparere:tunc,ſi procurator comparet, nõn
debet opponere exceptionem,nec declinatoriam:ſed
debet implorare officium iudicis,vt ibi plene per eũ.
Adducit etiam Iaſ.ad idem quod voluit Specul.& Io.
Andr.in titu.de inſtrumen.edit.in §.fin.verſi.ſed quid
ſi debitor.vbi dixerũt,quòd ſi pars renuntiauit produ
ctioni teſtium vel inſtrumentorum cum iuramento,
quo caſu valet c.ſi vero.de iureiuran.tamẽ debet pro-
curare teſtes recipi ex officio iudicis, & eos ſequitur
Imo.in c.2.de proba.& Lapus in c.quanuis.de pactis.
in 6.& Alexan.in authent.iubemus.& ibi Iaſ.C.de iu-
280 diciis.¶†Ad prædicta etiam adducit.Nã ſi alicui eſt
præcluſa via excipiendi,puta quia lapſus eſt terminus
ſtatutus à iudice vel à lege,vel iam eſt lata ſententia,
poteſt implorari officium iudicis,vt ſe informet de ta
li exceptione.Et ideò aduocatus in hoc debet eſſe be-
ne cautus.Ita dicunt Ange.Fulgoſ.& reliqui moderni
in l.nam & poſtea.in §.ſi damnetur.ad fin.ſupra,de iu
reiur.Ang.in l.fin.in 2.col.ſupra,de petit.hæredit. vbi
dicit,ꝙ iſtud eſt tenendum fixum menti,& quòd nun
quam exeat de memoria.Et idem dicit Bal.in l.domũ.
in 2.col.C.de rei vendi.& Abb.in c.inter monaſteriũ.
de re iudic.Et ſubdit Iaſ.in d.l.j.in 8.columl.ſupra,de
iuriſdic.omnium iudic.quod Angel.in d.§.ſi damne-
tur.videtur reſtringere iſtud mirabiliter, vt procedat
quãdo apparet ex actis,talem exceptionem compete-
re:& idem videtur tenere Abb.vbi ſupra,tamen dicit
ipſe Iaſon,quòd quando ex actis apparet,etiam ſi non
opponatur à parte, nec imploretur officium iudicis,
tamen iudex tenetur ſupplere ſecundum do.Anton.in
c.ab excommunicato.in 3.col.de reſcrip.quod ſumme
exclamat Alex.in d.§.ſi damnetur.in vlti.colũ.vbi di-
cit ſe plenius dixiſſe.
281 ¶†Adducit etiam ad prædicta Bal.in l.ſi ex cautione.
in 9.q.C.de non nu.pec.vbi dixit,ꝙ ſi exceptio nõ nu.
pecu.vel non numeratæ dotis non poteſt amplius op-
poni,puta propter lapſum tẽporis,tamẽ officium iudi
cis in locũ illius exceptionis deficientis,poteſt implo
rari.Et idem tenet ſecundũ eum in l.in contractibus.
in prin.in 2.no.C.de non nu.pec.& Bal.in l.illicitas.in
prin.per illum tex.ſupra,de offi.præſi.& dicit prædi-
cta eſſe põderanda ad id,de quo dubitauit Bal. in l.in
cauſæ.la j.in prin.ſupra,de mino.poſt gl.ibi videlicet,
ꝙ ſi ex forma ſtatuti contra inſtrumentũ publicũ nul-
la poteſt opponi exceptio,an poſsit peti reſtitutio in
integrũ à minore contra tale inſtrumentum,arguit ad
partes:demum inclinat quòd non,tamen dicit, quòd
non eſt ſine magna dubitatione. Sed ipſe Iaſ.dicit,
quòd ipſe putat indubitãter cõtrarium per ea quę ibi
proxime dixit,cum in integrum reſtitutio veniat of-
282 ficio iudicis.vnde†excluſa quacunque exceptione in
forma ſtatuti, non tamen intelligitur excluſum offi-
cium iudicis, & multo minus in minore, per id quod
vult gloſſ.ſingularis in l.poſtquam liti.in gloſſa. final.
Codic.de pact.quæ dixit,quod in generali excluſione
nunquam intelligitur excludi beneficium reſtitutio-
nis in.integrum competens minori.Pro quo facit glo.
no.in l j.in gloſſ.pe.C.ſi de momen. poſſ.fue.app. quæ
voluit quod in caſibus in quibus non admittitur ap-
pellatio,poteſt tamen minor implorare reſtitutionem
in integrum aduerſus talem ſententiam. & facit gloſ.
in l.& ſi ſine.§.fi.ſupra,de mino.Dicit poſtea Iaſo.vbi
ſupra,aduertendum eſſe circa prædicta. quia differen
tia eſt, an competat exceptio, an vero officium iudi-
cis. Nam vbi exceptio proponitur, non remouetur
propter præſumptam calumniam.ca. licet cauſam.de
283 proba.† Sed quando officium iudicis miſericorditer
imploratur, poteſt ex præſumpta calumnia per iudi-
cem denegari.leg.ſi quis libertatem.§.plane.ſupra, de
pe.hære.Ita dicit quod Bal. declarat in d. l. in contra-
ctibus.in prin.in 2.not.ita ad literam dicit Iaſo.in d.l.
j.in 8.col.ſupra,de iur.om.iu.ex quibus motus ſum ad
dicendum, quod quando aliqua exceptio competit
principali,quæ non competit fideiuſſori: tamen quia
exceptio dicitur defenſio,vt dici poterit ipſe fideiuſ-
ſor,implorare officium iudicis, ad conſequendam di
ctam exceptionem.& vltra adducta per Iaſon. vbi ſu-
pra,optime faciunt quæ ego alias dixi in l.j.in §.fin.in
13.columl.infra,de quæſtion.vbi plura adduxi in ma-
teria æquitatis:& faciunt etiam quæ dixi in leg.ſi quis
de quæſtion.in 25.columl.in verſicul.reperio etiam a-
lium eſſe caſum &cæter.eo.tit.& quæ dixi in practica
mea cauſarum criminalium.in 17. charta. circa me.&
in 29.poſt me.& in cap.poſt med.& vide dom.Felin.in
rub.extra.de except.& ibi Barba.& Bart.in c.ex parte.
el 2.in vlt.colum.extra.de offic. delegat.& eundem in
rub.de excep.in cle.Et Iaſ.in l.vbi pactum.in 5.colum.
in princ.C. de tranſac.Tene menti prædicta,quia ſunt
multum nota. & multum quotidiana. Et antequam
veniam ad ſequentem quæſtionem.ſcias vnum, quod
quando petitur executio inſtrumenti contra fideiuſ-
ſorem, non oportet oſtendere inſtrumentum debiti
principalis,dummodo fiat de eo mentio in inſtrumen
to fideiuſſoris.Nec auditur ipſe fideiuſſor opponens
talem exceptionem:ita dixit Bald.& Angel. per gloſſ.
ibi in l.ſciendum.ſupra,de verb. oblig. quos refert &
ſequitur Alex.ibi in 2.colum.& dicit quod non obſtat
quod habetur in authent.ſi quis in aliquo.C.de eden.



vbi videtur probari,quòd etiam ſi fiat mẽtio de inſtru
mẽto debiti principalis,debeat illud produci:quia il-
lud eſt verũ inter alias perſonas:ſed inter eas, de qua-
rum volũtate fuit factum inſtrumẽtum fideiuſsionis,
ſufficit illud producere: quia facit fidem inter eos de
omnibus ibi enumeratis:de quo ibi latius per eum.
284 ¶†Trigeſimoſeptimo q̃ro,vtrum ſecuritas data prin
cipali,proſit fideiuſſori:in quo dicas,ꝙ non.Nã pactũ
perſonale ad alium non extenditur, quàm ad perſonã
cui factum eſt,& non ad eius fideiuſſorem,quẽadmo-
dum nec ad hæredem:vt ſupra,de pact.l.idem in duo-
bus.§.perſonale.ergo eodem modo ſecuritas data reo
principali & eius perſonæ,non debet extendi ad fide-
iuſſorem.Item etiam pro hac parte facit.Nam fideiuſ
ſor & hæres pariſicantur,quãtum ad vires perſonalis
beneficij extendendas:ſed beneficiũ perſonale,& ma-
xime de non petendo ad tempus,non tranſmittitur ad
hæredem:vt in l.non ſolum.in §.tale.ſupra.de lib.leg.
ergo nec ad fideiuſſorem pertinere debebit. Præterea
illud beneficium,quod non datur hæredibus,nec etiã
datur fideiuſſoribus,vt habetur in l.& ſi fideiuſſor.in
prin.& in §.ſi maritus.ſupra,de re iud.& in l.ſciendũ.
eo.tit.Sed beneficium perſonale non extẽditur ad hę-
redes,vt habetur in l.idem in duobus:ergo tale bene-
ficium non extenditur ad fideiuſſorem: & facit l.æta-
tem.& l.forma.in §.quanquam.infra de cẽſi. & infra,
de reg.iur.l.in omnibus.& l.priuilegia.in quibus dici
tur,quòd ſicut beneficia perſonalia non pertinent ad
hæredem,vt dixi,ita non debent ad fideiuſſorẽ exten-
di.Præterea facit:nam exceptio perſonalis pertinens
ad perſonam principalis,non competit fideiuſſori,vt
ſupra,de excep.l.exceptiones quæ perſonæ.& C.de fi-
deiuſſor.& in l.j.& arg.l.in cauſæ.in princip. ſupra,de
minor.& hanc partem per has rationes & iura tenuit
Dyn.in conſi.ſuo xj.incip. Quæſtio talis eſt,quòd Be-
nogius,&c.Et idem tenent Ang.de Are.in §.in omni-
bus.in 2.colum.in princi.inſtitu.de fideiuſſoribus.vbi
allegat quæ habentur per doct.in l.cum fil.fam.ſupra,
de verb.oblig.& idem videtur tenere do.Fran.de Are.
in conſil.ſuo 33.incip.conſultatio.in j.col.& hanc par-
tem etiam tenet Barto.in d.l.cum fil.fami.§.ſi ita ſtipu
latus ſum.in fin.ſupra.de verborum obligatio.& facit
pro hac parte l.vbicunque.infra,in hoc titu. & eſt bo
nus textus in l.verum.in princ.ſupra,pro ſocio.in con
trarium tamen facit text.in l.fi.C.de vſur.rei iud.in §.
fi.& tex.in l.tam mandatori.C.de non nume. pecunia.
& tex.in l.ſi is qui fideiuſſorem.ſupra,ſi quis cautio.in
quibus iuribus dicitur,quòd priuilegiũ ſeu exceptio
competens principali,competit eius fideiuſſori: ad i-
dem facit l.à ſententia.infra,de appellat. vbi dicitur,
quòd ita poteſt appellare fideiuſſor à ſententia lata cõ
tra principalẽ,ſicut ipſe principalis: & facit l.2. ſupra,
de libe. lega.& l.omnes.ſupra,de excep. Quapropter
docto.in locis primo alleg.& Cyn.& alij in l.quoties.
C.de precib.imper.offe.faciunt longam diſtinctionẽ
circa hanc quæſtionem:& iudicio meo diſtinctio ſua
magis continet obſcuritatem, quàm declarationem.
Bald.autem in d.l.tam mandatori,dicit,ꝙ aliquæ ſunt
exceptiones ſeparabiles à perſona rei,& illę non pro-
ſunt fideiuſſori.Aliquę vero ſunt exceptiones ſepara-
biles à perſona rei,& illæ competunt etiam fideiuſſo-
ri. & Bald. ibi ponit exemplum de inſeparabilibus &
etiam de ſeparabilibus à perſona rei,de quo ibi latius
per eum.Mihi autem magis placet opinio tenentium,
quòd exceptio ſeu priuilegium competens reo,com-
petat etiam fideiuſſo.& hoc ex pluribus.& primo per
illam generalem regulam l.omnes.ſupra,de except.&
per iura pro hac parte ſupra alleg.Item pro dicta opi
nione facit optime.Nã fideiuſſor dicitur quid acceſ-
ſorium reo principali:vt de ſe patet:& eſt tex. inſtitu.
275 de fideiuſſo.in §.fideiuſſores.† & acceſſorium ſequi-
tur naturam ſui principalis,vt in regula acceſſorium:
de regul.iur.in 6.cum multis ſi.ergo debet fideiuſſori
competere illud quod cõmpetit principali. Præterea
videmus,quòd acceſſorium venit in conceſsione ante
cedentis.l.3.§.qui habet.ſupra,de ſeruit.ruſti.prædio.
& ibi Alexan.& voluit Bald.in l.quanuis.C.de fideicõ
miſ.ergo conceſſum antecedenti,intelligitur eſſe con
ceſſum acceſſorio,& ſic fideiuſſori. Præterea clarum
eſt,quòd fideiuſſor non poteſt in plus obligari, quàm
principalis,l.Græce.§.illud.infra,in hoc titul.§. fide-
iuſſores.inſti.de fideiuſ:& l.ſi vltra.C.eo.Sed ſi dicere
mus, quòd exceptio ſeu priuilegium conceſſum reo,
non extenderetur ad fideiuſſorem videretur, quòd fi-
deiuſſor eſſet in plus obligatus,quàm principalis: &
ſic contra illa iura.Item vltra præmiſſa pro hac parte
facit optime. Nam negari non poteſt, quòd debitor
principalis & fideiuſſor eius,non cõcurrant vterque
ipſorum pro eodem debito in obligatione:& hoc pa-
tet euidenter ad ſenſum.Quo ſtante,dico quod exce-
ptio ſeu priuilegium conceſſum principali, extẽditur
ad fideiuſſorem,etiã ſi dictæ exceptiõis ſeu priuilegij
276 eſſet incapax fideiuſſor aliqua ratione vel cauſa.†Nã
quando ſimul in aliqua re concurrit inhabilis cum ha
bili,ipſe inhabilis ſuſtentatur per habilem, & gaudet
beneficio ſeu priuilegio habili conceſſo:ita dixit tex.
nota.in leg. ſi communem.ſupra,quemadmodum ſer-
uitutes ami. & in leg.ſi is qui duos.& ibi Bar.ſupra de
libe.lega.& probatur etiam ex tex.not.in ca.per tuas.
extra. de arbitr. vbi qualitas duorum laicorum per ſe
inhabilium,habilitatur propter adiunctionem vnius
clerici.Et facit etiam tex.not.in l.j.§.ſi vir.in ver.con-
miſta familia.ſupra,ad Syllæ.& voluit Abb.in c.ad au
dientiam.extra.de præſcrip.vbi dicit,ꝙ contra priua-
tum habentem rem communem, cum eccleſia Roma.
287 currit ſolum præſcriptio centenaria:†& facit ſingu-
lare dictum Bal.& Aug.ibi poſt eum in l. ſi quis ex ar-
gentarijs.§.j.ſupr.de eden.vbi dixit,quod teſtis valde
dignus,& teſtis infamis infamia facti plene probant.
Quia integra fides vnius,ſupplet defectus alterius:&
idem dixit Bald.in l.j.in 3.col.Cod.de teſt.& Salice.in
l.in bonæ fidei.in 15. colum.C. de reb.credit.& Ludo.
Roma.in conſ.ſuo 400.incip.in caſu &c.in fi.pro quo
facit quod dixit Ange.in conſilio.ſuo j.vbi dixit,quod
pater eſt idoneus teſtis pro filio:quando dictum ſuum
concordat cum dicto aliorum,quoniam integra fides
vnius ſupplet defectus alterius. Et idem etiam di-
xit Paul.de Caſt.in conſi.ſuo 93.incip. Non ſequendo
&cæt.in fin.& in conſil.140.incip.ad bene examinan-
dum.in princi.& Lud.Roma.in conſi.ſuo 486.incip.in
caſu &cæ.& do.Alexand.in conſilio. ſuo 56.incip.viſo
proceſſu.in vlti.colum.in 2.volu.& in conſil.24.incip.
animaduerſis his.& in 7.columl.in 2. vol. & idem vi-
detur velle ipſe Alexand.in conſilio.ſuo 221.incip.viſa
facti narratione,in 5.columl. & hanc partem tenet e-
tiam Barba. in c.teſtimonium.in 5.char.in ſec.colũ.in
288 ſua rep.extra.de teſti.¶†Pro quibus etiam facit quod
ſingulariter voluit Bal.in l.imperator.la j.ſupr.de ſtat.
ho.in 4.columna.verſ.nota etiam quod vilis perſona.
vbi dixit, quod ſi duo notarij eſſent ſimul rogati de
vno contractu, & vnus ipſorum eſſet priuatus officio
tabellionatus: alter vero eſſet notarius authenticus,
quod nihilominus valeret tale inſtrumentum propter
illum notarium authenticum: quod dictum refert &
ſequitur Barb.in repet.rub.extra. de fide inſtru.in vlt.
colum. vbi dicit etiam hoc voluiſſe Bald. in d.l.ſi quis
ex argentariis.§. cogentur.quod etiam voluit Petr.de
Ancha.in conſilio.ſuo 243.incip.prius de viribus. Pro
quibus etiam faciunt dicta per Salic.in l.j.Cod.de his
qui ſibi aſſcrib.in teſta.vbi infert ex verbis ſuis, quod
licet in cauſa propria quis non poſſit eſſe notarius, &
tale inſtrumentũ non faciat fidem, ſi tamen teſtes ap-
poſiti in inſtrumento illo, dicunt & affirmant totum
illud quod dicit illud inſtrumentum, quod tale in-

ſtrumentum ſuſtentabitur:quod eſt no.& faciunt no.
verba Bal.in c.j.an remo.debe.teſtes in vſi.feudorum.
vbi ſingulariter loquitur.Itē pro illo dicto Bal.in d.l.
imperator.vltra ſuperius dicta facit ſecundū Barba.in
d.repet.rub.de fide inſtru.quod not.Bald.in l.præſcri-
ptione.C.ſi contra ius vel vtil.publi.& facit etiam ſe-
cundum eum,quod voluit Bal.in c.j.quibus mod.feu.
amit.in 4.colum.vbi dixit,ꝙ ſi duo fratres habēt feu-
dum à domino,& vnus ipſorum viriliter defendit do
minum in bello,alter vero frater aufugit,ꝙ contuma
cia ſeu improbitas iſtius fugientis ſuſtentatur ſeu to-
leratur propter virilitatē alterius fratris.& ſic nō per
dent feudum,pro quo ipſe allegat text.ſecundū Dy.&
289 Bar.in d.l.ſi his qui duos.ſupra,de libe.lega.¶†Et ad
duci etiam poteſt gloſſ.no.in l.fi.C.de mune.& hono.
nō conti.libr.10.quæ dixit,ꝙ ſocius omnium bonorū,
habet excuſationem à muneribus propter perſonā ſo
cij:& facit quod voluit Abb.in c.fin.de iure patro.vbi
dixit ꝙ ſi laicus & clericus ſunt patroni vnius benefi
cij:quòd tunc legatus de latere non poterit illud be-
neficium conferre, dato ꝙ ſi eſſet clericus patronus,
poſſet illud conferre:quod etiam dicit tenuiſſe Frede.
de Senis in conſil.ſuo 63.Et facit etiā quod voluit Bar.
in l.ſi emancipa.C.de colla.& quod voluit Lud.Rom.
in l.arbitro.ſupra,qui ſatiſd.cogā.vbi dixit,ꝙ licet ab
arbitro iuris appelletur,vt voluit Bar.in l.cum ſpecia
li.C.de iudi.& in j.conſti.Cod.& not.in l.ſi quis ma-
ior.C.de trāſact tamen ſi cum tali arbitro iuris iudi-
cat alter,qui non ſit arbiter iuris,nō appellabitur,pro
quibus omnibus faciunt dicta per Alex. in conſil.ſuo
469.in 6.col.quod incip.viſo puncto, &c.vbi etiā alia
290 plura circa hanc materiam adducit.¶†Et facit quod
voluit Iac.But.in l.etiam.ſupra,de proba.vbi dixit, ꝙ
extraneus teſtis valde dignus cum dicto matris,plene
probant ætatē filij:quod etiā videtur ibi velle gloſ.&
faciunt etiā d.per Bal.in conſi.ſuo 272.incip. quædam
mulier,&c.in fi.j.col.in 3.vol.Pro quibus etiam faciūt
dicta per Barba.in conſi.ſuo 82.incip. viſo puncto for
mato in j.chart.in 3.vol.faciunt optime quæ alias ego
dixi in repe.mea.l.fi.C.de proba.in 5.& 6.chart.& quę
dixi in ſing.meo.180.incipien.plura & plura. vbi om-
nino videas.Et faciunt etiam optime dicta per do.Fe-
li.vltra omnes in c.placuit.in 4.& 5.colum.de pręſcri.
& in c.tua nos.circa fin.de ſimon.& in c.multorum.&
in c.Iudæi.el 2.de Iudæis.& in c.3.loco.in fin.extra, de
proba.& ſic ex ſupradictis ſatis patet,quòd ſi aliquid
conceditur vni,extenditur ad ſocium,licet inhabilis
ſit & incapax de iure propter perſonam ſocij.Ita ergo
mihi videtur dicendum,ꝙ ſecuritas,exceptio,vel ſal-
uus conductus conceſſus reo principali,proſit etiam
fideiuſſori ius ſocio in illa obligatione. Nec habent
obſtare iura primo loco allegata,dicentia quòd priui
legia perſonalia non egrediuntur perſonam.Quia re-
ſpondeo hoc ſemper non eſſe verum: quia immo pri-
uilegia etiam mere perſonalia ſæpe extendūtur ad ſo
cium,vt clare patet in dictis iuribus & doctrinis al-
legatis,& etiā in illis ad quæ me retuli:& ideo rema-
neo in hac opi.quò ſecuritas data principali debito-
ri,prodeſt etiam fideiuſſori.
291 ¶†Trigeſimooctauo quæro, an fideiuſſor poſsit in
plus obligari,quàm obligatus ſit principalis:& ſi ſe o-
bligat plus,an valeat obligatio:in quo dicas,quòd nō
regulariter,vt eſt textus in l.Græce.in §.illud.infra,in
hoc titu.& in §.fideiuſſores.inſtit.eo.& in l.ſi vltra.C.
eod.& vbique per docto.& habetur in l.ſicut.infra,in
hoc tit.& habetur per Alex.in l.j.in §.ſi ſtipulanti.in j.
col.ſupra, de verb.oblig.hanc tamen regulam limita,
& intellige eam eſſe veram:quo ad factum principale.
Secus autem,quo ad acceſſoria,vt ad vſuras:& quo ad
pœnam. nam poteſt fideiuſſor ad hoc obligari, vltra
quàm ſit obligatus principalis.Ita dixit gloſ.ſingul.in
dicta l.ſicut.infra,in hoc titu.& ibi Ang.& Imo.quam
gl.ad hoc refert & ſequitur Alex.in d.l.Gręce.§.illud.
& in l.hi qui.infra,eo.in duabus apoſtil.& illam gloſ.
etiam refert & ſequitur Bal.in l,ſi pro ea.in 5.q.C.mā-
da.& Ang.de Are.in §.fideiuſſores.in 3.col.inſti.de fi-
deiuſſo.& Ang.in l.ei qui.infra,in hoc titu.& Iaſ.in l.
2.§.fin.in 2.col.ſupra,qui ſatiſda.cogan.& idem etiam
Bar.in l.centum Capuæ.in 2.col.ſupra,de eo quod cer
to loco.& Pau.de Caſt.in d.l.2.§.fi.ſupra,qui ſatiſ.cog.
& Bal.in l.ſi teſtamēto.§.fi.infra in hoc tit.Limita etiā
hanc regulam,vt non valeat obligatio fideiuſſoris in
plus,quàm principalis.hoc eſt verū,niſi fideiuſſor ap-
ponat iuramentum in tali fideiuſsione: quia tunc va-
let obligatio:ſi non tanquam fideiuſſoria,ſaltem vt i-
pſe fideiuſſor habeatur pro principali ita dixit Bar.in
l.ſi quis pro eo.in prin.in pe.col.infra,eo. quod dictū
refert & ſequitur Ang.de Are.in §.fideiuſſores.in fin.
inſti.de fideiuſ.& Corſe.in repet.rub.extra,de iureiu.
in 35.priuilegio iuramenti.& idem dixit Ange.& Ioā.
de Imola tacito Bartol.in l.hi qui.infra,eodem titulo.
Et voluit Ludouicus Romanus in l.prima.§.ſi quis i-
ta.ſupra,de verborum obligation. & canon. in capit.
cum contingat.de iureiuran.& Alexand.in conſil.ſuo
376.incipien.in cauſa executionis,&c.in vltima colū-
292 na,in fi.¶†Item ſcias quod licet fideiuſſor nō poſsit
in plus obligari, quàm principalis:tamen poteſt obli-
gari pro illo,qui eſt prohibitus obligari per ſtatutum
Ita dixit Alexand.in l.Marcellus.infra,hoc titul.Et di
cit quod hoc voluit Bal.in l.j.infra,in hoc titu.Et Cy.
in l.decretam.C.quod cum eo.ſed errat,quia nulla eſt
lex Codi.quod cum eo.nec ff.eo.titu. quæ incipiat de
cretum.& idem dixit Bald.in repertor. ſuo.in verſi.fi-
deiuſſor.in 3.colum.in verſi.an fideiuſſor intercedens
&cæter. Item fideiuſſor poteſt obligari ſuo maiori
pœna,quam principalis,ſecundum Bal.in leg.qui cri-
men.in 9.quæſtio.Co.qui accuſ.non poſſ.quem refert
& ſequitur Ale.in l.ſi quis reum.infra,de cuſt.reo. vbi
dicit,ꝙ pro hoc videtur ibi caſus:pro quo facit gl. in
293 d.l.ſicut.infra,eodem.& quæ ſuperius dixi.¶†tem fi-
deiuſſor poteſt ſe obligare ſub guarentigia,licet prin
cipalis non ſit obligatus eodē modo ſub guarentigia.
Ita dixit Bar.in l.hi qui.in 3.colum.in ver.quęro,pone
& cæt.infra,hoc tit.de qua materia vide etiam Ale. in
d.l.hi qui.& in l.fideiuſſor.infra,eo.vbi dicit,quod fi-
deiuſſor taliter obligatus poteſt petere à principali,ꝙ
eum liberet ab obligatiōe antequam conueniatur, ꝙ
eſt no.in practica.Item ſcias etiam quod fideiuſſor pu
pilli,qui compromittit ſine tutoris authoritate tene-
tur ad pœnam,ad quam pupillus non tenetur.Ita not.
dixit Spec.in tit.de compe.iudi.ad.in §.j.in 17.colum.
verſi.ſed pone,clericus allegat in ar.l.ſi pupillus.ſupr.
294 de arbi.¶†Scias poſtremo circa hanc materiā, quod
licet fideiuſſor regulariter non poſſit in plus obligari,
quam ſit principalis obligatus, vt in dictis iuribus ſu-
perius allegatis, tamen poteſt efficacius obligari. Ita
probatur in l.ſi pupillus.ſupr.de verb. obli.& habetur
in l.ſi vltra.& ibi Bald.C.eo.de fideiuſ.& in d.l.Græce,
§.illud.infra,eo. & ſcias etiam quòd licet regulariter,
vt dixi,fideiuſſor non poſſit obligari in plus quā prin-
cipalis,poteſt tamen obligari ad æſtimationem dam-
ni vel intereſſe.textus eſt no.in l.ſtipulatus.in §. opus.
infra,in hoc tit.& in l.iam tamen.§. in hac ſtipulatio-
ne.infra,iud.ſol.ita dixit Bal.in reperto.ſuo.in verbo,
fideiuſſor.in 2.colum.in pe.ver. de quo etiam per Bar.
in l.ſi ita fideiuſſorem.infra,in hoc titu.& per doct.in
l.2.ſupra,ſi cer.pet.& in d.l.his qui.infra,in hoc titu.
295 ¶†Trigeſimonono quæro,an fideiuſſor poſſit petere
à principali, vt eum eximat ab obligatione fideiuſſo-
ria:in quo dicendum videtur, quod non,per regulam
illam quæ habet, quod quæ ab initio ſunt voluntatis,
ex poſtfacto ſunt neceſſitatis. l.ſicut.C.de act. & obli.
& in l.2.C.quando lice.ab emptor.diſce.cum ſi.hoc ta
men fallit in pluribus caſibus,in quibus fideiuſſor po
teſt pe-



teſt petere ſe eximi ab obligatione. Quos caſus ſub
diuerſis terminis poſui ſatis late ſupra,in q.31.vbi quę-
ſiui an fideiuſſor poſsit agere contra principalē ante-
quam ſoluat,&c.Nam in illis caſibꝰ in quibus poteſt
agere cōtra principalem antequam ſoluat,in illis po-
teſt petere ſe eximi ab obligatione:& ideo,vt non con
teram tempus in vanum,& ne replicem idem per idē,
refero me ad ea quæ dixi ibi.Et vide Ludo.Roman.in
ſingu.ſuo 100.incip.quæro à te,&c.& Ioan.And. in ad
di.Spec.in tit.de iudi.in §.j.in pen.col.in addi.incipi.
hic nota,ꝙ cum lex illa,&c.vbi dicunt, ꝙ fideiuſſor ſi
vult ire ad ſtudium,poteſt cogere creditorem ad ſub-
rogandum alium fideiuſſorem in locum ſuum. quod
multum not.Lud.Rom.in d.ſuo ſingu.
296 ¶†Quadrageſimo quæro,an ille qui tenet dare fide-
iuſſorem,dando pignora liberetur:in quo videtur di-
cendum ꝙ ſic,etiam inuito creditore:ita tenet glo. in
l.j.& ibi doct.ſupra,qui ſatiſd.cog.& gloſſ.in l.præto-
riæ.la 3.infra,de præto.ſtipu.& glo.in authē.de exhib.
re.in §.ſuſcepto.& ita tenet Bar.& communiter alij in
d.l.j.& idem tenet Ioan.And.in addi.Spec.in tit.de pi
gno.ſuper rub.& Cy.Bal.& alij in l.j.C.de procura. &
Io.And.in addi.Spe.in tit.de ſatiſd.§.dicto.circa prin.
297 & pro hac parte facit ratio,videlicet quia†melius eſt
pignori incūbere,quàm in perſonam agere.l.plus cau
tionis.infra,de regu.iur.§.furti.inſtit.de oblig.quæ ex
delicto naſcuntur.& voluit Bar.in l.in eo.§.j.infra, de
regu.iur.& facit tex.in c.vt pridem.23.q.vltim.in con-
trarium tamen allegatur text.in authent. offeratur.&
ibi glo.C.de lit.conteſtat.quod etiam tenuit Iac.But.
Salic.& Flo.in d.l.j.C.de procur.& Fulg.& Lud.Rom.
& Alex.in d.l.j.ſupra,qui ſatiſda.cog & mouētur,quia
ſi aliquis promiſiſſet dare fideiuſſorem expreſſe, non
poſſet tunc inuito creditore dare pignora, quia aliud
pro alio,inuito creditore,dari non poteſt, etiā ſi me-
lior conditio offeratur:vt in §.præterea.inſti.de actio.
& in l.fi.ſupra,de vſu & habita.& pro hoc facit etiam
ratio.Nam labor & periculum imminet in cuſtodien-
dis pignoribus:& ſi pignora deteriorantur vel deua-
298 ſtentur,†creditor qui ea habuit penes ſe,tenetur illa
emendare.l.quemadmodum.§.pe. ſupra,ad l.Aquiliā.
299 per quem text.dicunt doct.ꝙ †Iudæus tenetur ad e-
mendationem damni dati in pignoribus à tineis vel
alio modo,quod etiam voluit Flo.de ſancto Pet.in d.
l.quemadmodum.in d.§.pen.& do.Abb.in conſil. ſuo
81.inci.illud de iure.quæritur,&c.in 2.volu.& Iaſ.in l.
j.in 4.col.ſupra,qui ſatiſd.cogan.& Bald.in l.quæ for-
tuitis.in 8.colum.C.de pign.act.vbi dicit, quòd fœne
rator qui res pignoratas minus diligenter excuſsit à
tineis,eſt in leui culpa:& per conſequens tenetur per
regulam l.ſi vt certo.§.nunc videndum.ſupra, commo
dati.& addit Iaſ.in d.l.j.in 4.colum.ſupra, qui ſatiſd.
cogan.circa hāc materiam textus in l.quæſitum.& ibi
Bar.ſupra,de diſtract.pigno.vbi dicit,quòd illa lex eſt
multum nota.ad hoc,videlicet,quando creditor ven-
didit pignus ex conuentione partium,vel ex conceſ-
ſione legis vel ſtatuti, quòd tunc non poteſt conſequi
pretium ab emptore,quia aufugit,nihilominus debi-
tor remanet ſibi obligatus.Item circa prædictā quæ-
ſtionem dicit Iaſon,vbi ſupra, quòd quādo quis pro-
miſiſſet ſeu teneretur ſimpliciter ſatiſdare,poſſet tunc
dare fideiuſſores vel pignora per gloſ.ibi in d.l.j.& de
ſupradicta quæſtio.videlicet,An ille qui tenetur ſatiſ
dare,per dationem pignorum liberetur,vide Alexan.
in dicta l.prætore.la 3.infra,de præto.ſtipu.vbi cōcor-
dat iura quæ ſunt contraria.in d.quæſtio.vt ſupra vi-
dimus.& ibi etiam ponit poſt Bartol quòd quis pro-
miſit cauere ſimpliciter,ad quid teneatur: & ſimiliter
quando promiſit idoneè cauere ad quid teneatur. tūc
300 vide ibi.¶†Sed dubitari poteſt,quid in illo qui in in-
ſtrumento promittit alicui,puta Titio,facere eū ſecu
rum.An tunc teneatur ſibi dare fideiuſſorē vel pignō-
ra,& non ſufficiat,ſi velit cauere & ſe obligare per in-
ſtrumentum?in quo dicas, quòd non ſufficit, velle ſe
obligare per inſtrumentum, ſecundum doct.in l.j. ſu-
pra,qui ſatiſd.cogan.vbi dixit Albe.de Roſat. quòd ſi
in inſtrumento pars promittit facere aliquem ſecurū
ad conſilium ſapientis,ꝙ ſapiens non poteſt ordinare
de nuda promiſsione,ſed debet facere ꝙ dentur fide-
iuſſores vel pignora.Pro quo eſt tex.in l. prætor ait.in
§.deinde.in ver.hoc interdictum.ſupra,de oper. noui
nun.& facit l.ſi Titius.in fi.ſupra ad Trebel. Contra-
rium tamen tenent doct.in d.l.j.ſupra,qui ſatiſd. cog.
vbi dicunt,quòd ille qui promittit aliquem facere ſe-
curum,tenetur ſolum per ſtipulationem promittere,
non autē dare fideiuſſores,nec pignora.Ad quod Iaſ.
ibi in 3.col.alleg.tex.in l.§.cōmunes:& ibi Bar.in fine,
ſupra,de præto.ſtipu.& gl.in l.ſi mandato Titij.§.fin.
ſupra,māda.& Spec.in tit.de empt.& vend.§.j.in ver.
ſed ſi in inſtrumento.& Bal.in l.ſancimus.C.de verb.
ſignifi.& in l.executorum.in 5.col.C.de execu.rei iud.
hanc tamen concluſionem limitat ipſe Iaſ. vbi ſupra,
tribus modis. Primo,niſi quis antea ſe obligaſſet per
inſtrumentum,& poſtea promitteret facere ſecurum,
quia tunc iſta ſecunda promiſsio ſi intelligeretur de
nuda cautione verbali,eſſet ſuperflua.l.qui bis idē.ſu
pra,de verb.obli.& nihil operaretur cōtra l.ſi quādo.
ſupr.de leg.j.& ideo tunc intelligeretur mediantibus
fideiuſſoribus vel pignoribus ſecundum Ang.Pau. de
Caſ.& Alex.ibi.& Lu.Ro.in d.§.deinde.& dici,quod
ita ſunt intelligenda iura allegata in oppoſitum.Secū
do limitat, niſi promiſiſſet plene vel idonee facere ſe-
curum:quia tunc non ſufficeret velle cauere,& ſe ob-
ligare per inſtrumentum,ſecundum gl.in d.l ſi manda
to Titij.in §.fi.& Albe.& alios in d.l.j.ſup.qui ſat.cog.
& Bar.in l.prætoriæ.la vl.circa fi.infra,de præt.ſtip.de
quo per ipſum Iaſ.in d.l.ſancimus.Tertio limitat,quā
do promittēs eſſet forenſis,ita quod veriſimiliter poſ-
ſet ſuſpicari de eius fuga, ſecundum Paul. de Caſt.&
Alex.ibi.qui allegant gl.in §.ſuſcepto.in auth.de exh.
reis.Ita dicit Iaſ.in d.l.j.ſupr.qui ſat. cog.& ibi etiam
refert Alb.de Roſ.ibi dicentem,quod in d.q. conſide-
randum eſt, in qua materia proferantur illa verba,
301 ſecurum facere. †Nam verba in dubio,debent intel-
ligi ſecundum naturam actus ſuper quo interponun-
tur:& debēt impropriari, & large & improprie acci-
pi,vt intelligantur ſecundū naturam actus.l.ſi vno. in
prin.ſupr.loca.l.inſulā:& ibi doct.ſupr.de præſcr.ver-
bis.l.ſi olei.C.loca.vbi gl.Bar.& alii.c.intelligentia.de
verb. ſig. vnde ſecundum eum ſi hæc verba proferan-
tur in prætoriis ſtipulationibus, quia illa regulariter
ſolam nudam cautionem requirunt, verba, ſecurū fa-
cere,intelligerentur de nuda cautione. Si aūt eſſemus
in ſtipulationibus iudicialibus,quæ requirunt fideiuſ
ſores vel pignora,vt habetur in l.j.infra de præto.ſtip.
in princ.ſecus eſſet. Si autem ſumus in contractibus,
tunc aut ſumus in tali contractu, de cuius natura eſt
quod veniat præſtatio fideiuſſorum vel pignorum, vt
in contractu emptionis, quando euictio imminet in
limitatione contractus.vt in l.poſt contractum.C. de
euict.& tūc illa verba eo modo intelligentur:alias aūt
regulariter in contractibus illa verba intelligerentur
de nuda cautione ſeu obligatione per inſtrumentum,
cum illa limitatione,quā dixi ſupr.videlicet niſi om-
nino ante debitor eſſet per inſtrumentum obligatus.
Ita dixit Albe.de Roſa.in d.l.j.ſupr.qui ſatiſdare cog.
relatus à Iaſ.ibidem in 3. colu. Ego autem circa illam
primam limitationem datam à doctor. ibi, videlicet,
quod promittens facere ſecurum, tenetur ſolum per
ſtipulationem promittere, non autem dare fideiuſſo-
res vel pignora:quod eſt verum, niſi antea ſe obligaſ-
ſet per inſtrumentum, & poſtea promitteret facere ſe
curum, quia tunc non intelligitur de nuda cautione
alias iſta ſecūda promiſſio nihil operaretur per l.qui

bis idem.ſupra,de ver.obli.& ſic eſſet contra l.ſi qñ.cũ
302 ſi.ſupra de leg.j.¶ †Addo ꝙ pro hac limitatione facit
optime.Nam ſtatutum continens id quod ius cõmu-
ne,debet operari aliquid vltra ius commune, ne fru-
ſtra emanauerit tale ſtatutũ.gl.eſt no.in auth,de exhi
ben.reis.in §.quia vero,quam ibi ſumme no.Ange.ad
hoc,ꝙ licet victus non debeat condẽnari in expenſis,
qñ habuit iuſtam cauſam litigãdi,vt habetur in l. qui
ſolidum. §.etiam.ſupra,de leg 2.& in l.eum quẽ teme-
re.ſupra,de iudi,& in l.properandũ.§.ſinautem.C. de
iudi.& in c.finem litibus.de dolo & contu.cum ſi. ta-
men hoc fallit,niſi ſtet ſtatutum in loco vbi litigatur,
ꝙ victus victori condemnetur in expenſis:quia iſto ca
ſu etiam ſi habuerit iuſtam cauſam litigandi , tñ con-
demnabitur in expenſis,vt ſtatutum aliquid operetur
vltra ius cõe.& illam gl.etiam refert & ſequitur Ale.
in conſi.ſuo 257.incip.viſo proceſſu.in fi.& in cõſi.183.
incip.viſo puncto.in fi.verbis.in 5.vol.& do.Franc.de
Cre.in no.ſuo 120.incip.habens iuſtam cauſam.& An
ge.in l.non ſolũ.ſupra de rei vend.Pro qua gl.faciunt
optime dicta per Alexan. in l.j.C.de theſau.lib.10.in
303 ſuis apoſtil.ad Bar.¶ †Itẽ pro dicta limitatione facit
etiam quod voluit do.An.in c.j.in 3.col.extra,de reſcr.
vbi dicit,ꝙ ille cui cõceſſum eſt per reſcriptũ ſeu pri-
uilegium,ꝙ poſsit appellare,quo ad hoc,vt tale reſcri
ptum ſeu priuilegium aliquid operetur vltra ius com
mune,ꝙ poterit tertio appellare:quod eſt ſingulariter
notandũ,quia alias ſi nihil operaretur vltra ius com-
mune,diceretur ius commune,non ſtatutum,vt dixit
Bal.in l.3.in 2.ſupra,de legat.j.de quo etiã per Ange.&
Imol.in l.ſtipulatio.ver.niſi.ſupra,de verb.obli. & per
Bar.in l.j.ſupra,ad l.fal.& per do.Alexãd.in d.l.j. C.de
theſau.lib.10.in ſuis apoſtil.ad Bar.& per glo.in c.j.de
conſti.in 6.& per Bar.in l.4.§.prętor ait.in 3.col.ſupra,
304 de dam.infect.¶ †Et facit etiam ad prędicta,quod vo
luit Bal.in l.2.in vlt.col.C.quomodo & quando iudex.
vbi dixit,ꝙ ſi ſtatutum dicit quem debere ter citari,ꝙ
operatur,vt non ſufficiat vnica citatio pro omnibus,
vt aliquid addat iuri cõi.Et idem dixit Bal.in c.pen.de
milite vaſal.qui cõtu.eſt,& in l.non ſunt liberi. ſupra,
de ſtat.homi.quem refert & ſequitur do.Fel..in rubr.
extra,de præſcrip.in 2.col.vbi videas.& faciunt etiam
quæ ego dixi in l.patre vel marito.in 6. & 7.colũ.infra,
de quæſtio.Item vltra prædicta pro dicta limitatione
facit.Nam licet ad hoc,vt quis cadat in pœnam,nõ fa
ciendo,requiratur monitio.vt dixi late in l.vnus.in §.
cogniturum.in j.col.infra,de quæſti.tamẽ quãdo quis
promittit vel obligatus eſt ad aliquid faciendũ ex par
ticulari obligatione,& etiam ſtatutum arctat eum ad
illud faciendum,tunc vt ſtatutum aliquid operetur,te
netur illud facere ſine monitione:aliàs cadit in pœnã.
Ita dixit Frede.de Senis in conſi.ſuo 104.inci.ꝙ nõ fe-
cit reſidẽtiam.quem ſequitur d.Ang.& Abb.in c.quo-
niam frequenter.in §.porro.extra,vt lite non conteſt.
in 6.colum.& Soc.in conſi.ſuo 133.incip.profecto, &c.
tene menti prædicta ad corroborationem dictæ limi-
305 tationis.¶ †Vlterius circa materiam huius principa-
lis quæſtiõis poteſt etiam quęri,an ille qui dat pigno-
ra vel fideiuſſorem , dicatur ſatiſdare obligationi : de
quo vide Iaſ.in l.j.in j.not.ſupra,qui ſatiſda. cogan.&
domi.Feli.in c.ad hæc.de ſenten.excommuni.Item vi
de etiam Bal.in l.ſancimus.in j.colum.C.de verb.ſig-
nifi.vbi ponit appellationem cautionis,de qua intelli
306 gatur.dic vt ibi.¶ †Quæri etiam poteſt in hac mate-
ria,ſi debitor dedit pignora creditori,nunc autẽ vult
dare fideiuſſorem,& repetere pignora , an poſsit hoc
facere inuito creditore.in quo dicas,quòd non.Ita di
xit gl.no.in §.ſuſpecto.in glo.magna circa medium,in
in authen. de exhiben.reis.

307 ¶ †Quæro modo vlterius,& ſic quadrageſimoprimo,
an filiusfami.poſsit eſſe fideiuſſor,in quo dicas,quòd
ſic,ſi eſt legitimæ ætatis,vt in l.nulla.& in l.ſi ex alio.
C.quòd cum eo.& maxime pro patre,vt in l.fil. famil.
& ibi Bald.C.de fideiuſſo.& in l.2.§.& filius.ſupra,qui
ſatiſd.cogan.Et idem dicas eſſe pro extraneo , cum in
omnibus tanquam paterfamilias obligetur,vt in l.fin.
ſupra,de actio.& oblig.& in l.tam ex contractibus.ſu
pra,de indi.& in l.ſi dubitetur.§.fil.famil.infra,in hoc
titul.& idem eſt etiam econtra:quia pater poteſt fide-
iubere pro filio,& dominus pro ſeruo, vt in l.ſi man-
dator.C.quòd cum eo. Sed contra prædicta videtur
facere tex.in l.2.§.j.ſupra,qui ſatiſda.cog.vbi dicitur,
quòd ille qui non poteſt agere,non poteſt fideiubere:
& ſi fideiubet,fideiuſsio eſt nulla.Sed ſi.fa.non poteſt
agere in iudicio ſine conſenſu patris,vt in l. cum non
ſolum.§.neceſsitate.C.de bon.quæ libe.ergo filius.fa.
non poterit eſſe fideiuſſor.Dicas quòd d.l.2.ſupra,qui
ſatiſd.cog.nõ loquitur in fa.ſed loquitur ſolum in ſer-
uo,vt ibi dicit gloſſ.penitus eſt excluſus à limine iudi
cij:non autem in fil.fa.qui in aliquibus poteſt eſſe in
iudicio:vt ponunt docto.in d.§.ex neceſsita. & in l.fi.
filiusfam.ſupra,de verb.obliga.Item contra iura dicẽ
tia,quod filiusfamilias poteſt eſſe fideiuſſor pro pa-
tre,vt in d.l.fil.fam.C.eo.& in d.l.ſi dubitetur.§.fil.fa.
infra,eo.& in d.l.2.§.& filius.ſupra,qui ſatiſd.cog.fa-
cit.nã obligatio principalis & acceſſoria,non põt cõ-
currere in eadẽ perſona,vt in l.generaliter.infra.eod.
308 ¶ †Sed pater & filius cenſetur vna & eadẽ perſona,vt
in l.fi.C.de impu.& aliis ſubſtitu.&c.contradicemus.
§.hac authoritate.35.q.3.ergo filius non poterit eſſe fi-
deiuſſor pro patre.Sed dicas ꝙ illa regula,quod pater
& filius cenſeantur vna & eadẽ perſona , eſt vera quo
ad quid,non autem quo ad omnia:ita dixit Bart. in d.
l.ſi dubitetur.§.fi.fa.de qua regula,quod pater& filius
cenſeantur vna & eadem perſona,plura not.ponit do.
Fel.in c.afferte.extra.de præſumpt.in ver.no.2.&c.ibi,
date &c.& Bal.in c.j.in fin.in princ.quibus modis feu.
conſtit.poteſt.& dixi ego in l. in auditum. in j.colum.
infra.ad l.Cor.de Sic.& de hac quęſtione,an ſi.fa.poſ-
ſit eſſe fideiuſſor, vide Dy.in conſi.ſuo 33.incip.quæſt.
talis eſt,quædam nomine C. &c. vbi etiam ipſe dicit,
quod quando filiusfamilias , publice agit , & contra-
hit tanquam paterfamilias , quod tunc tanquam pa-
familias debet obligari.alleg.l.3.ſupra.ad Macedo. &
allegat rationem, dicens quod communis opinio veri
tati æquipollet , vt in l. Barbarius Philippus.ſupra,de
officio præto.& de ſuppel.leg.l.3.& l.j.C.de teſtam.&
l.ſi arbiter.C.de ſenten.quod eſt no.in materia iſta: &
etiam ad materiam dictæ l.cum non ſolum.§. neceſſi-
tate.C.de bo.quæ libe.
309 ¶ †Quadrageſimoſecundo quæro , an clericus poſſit
eſſe fideiuſſor : in quo reſpondeo , quod clericus non
debet eſſe fideiuſſor,vt dicit text.& in cap.te.quidem.
xj.quæſt.j.& in c.j.extra.de fideiuſſ.& habetur in c.nõ
ſatis.86.diſt.& in l.curiales.Co.loca. attamen ſi cleri-
cus pro aliquo fideiubet:valet fideiuſſio. tex eſt in ca.
pernenit.& in c.conſtitutus.extra. de fideiuſſo. & ibi
310 docto. ¶ †Pro quo facit regula illa quæ dicit,quod
multa de iure fieri non debent , quæ tamẽ facta tenẽt,
vt habetur in l.j.ſupra,de feriis.& in l.j.§.biduum.in-
fra,quando appel.ſit.& in l.relegatorum.in §.ad tem-
pus.ſupr.de interdic.& releg. & in l.ſi pupillorum. in
§.ſi prętor.ſupra,de rebꝰ eorum. Pro qua regula facit
tex.in l.fin.Co. de anna.exceptio.vbi patet,quod licet
libellus generalis poſsit reſpui ſeu reiici , tamen ſi ad
illum reſpondeatur , tenet reſponſio & iudicium ſu-
per illo fundatum:quod etiam voluit Innocen. in ca.
ſi.de libel.& obla.& facit tex.in c.j.de accuſa.in 6. vbi
dicitur, quod licet parti competat exceptio cõtra in-
quiſitionem contra ipſum formatam, tamẽ ſi illa præ-
termiſſa, reſpondet tali inquiſitioni , facit ſibi præiu-
iudicium:pro quo faciunt dicta per Innocen.in c.qua
liter & quãdo.el 2.de accuſat.& faciunt dicta per Ab-
ba.in conſi.ſuo 118.incipien.in cauſa ſeu controuerſia
neatur



in 2.col.in 2.volumi.vbi dixit, quod licet quis non te-
neatur reſpondere poſitionibus ex aliqua cauſa,tamẽ
ſi talibus poſitionibus reſpõdet,ſibi præiudicat: & ibi
adducit plura iura & doctrinas,de quibus ibi per eũ.
Ita in propoſito dico quòd licet clericus non debeat
fideiubere,tamen ſi fideiubet,valet & tenet eius fide-
iuſsio.¶ Sed modo operæpretiũ eſt quærere circa hãc
materiam clerici de alia quæſtione:videlicet.
311 ¶ †Pone,aliquis fideiuſsit pro clerico,an talis fideiuſ
ſor poſsit conueniri coram iudice laico:in quo Spec.
in tit.de competen.iudi.ad.dicit,videri dicendum ꝙ
ſic.Nam dantur fideiuſſores,vt melius cautum ſit cre-
ditoribus:vt ſupra,qui ſatiſda.cog.l.j. & 2.hinc eſt, ꝙ
ſi pupillus ſine tutoris authoritate compromittit, &
fideiuſſorem præſtiterit,peti poſtea pœna à fideiuſſo-
re,ad quam alias pupills non teneretur,niſi fideiuſſo-
rem præſtitiſſet.argu.ſupra,de arbit.l.ſi pupillus.Prę-
terea dicit,quòd iſte creditor ſecutus fuit perſonam
fideiuſſoris,& non clerici,cum quo non erat alias cõ-
tracturus.vt cap.ſi tutor vel curator inter.l.ſi creditor,
Item dicit,quòd hoc eſt perſonale priuilegium : vnde
perſonam non egreditur.C de accuſation.mul.ſordi-
dorum.Sed argu.contra,quia exceptio quæ competit
principali,competit fideiuſſori.Item non intelligitur
obligatus,penitus eſſe excluſus à limine iudicij in du
riorem cauſam,quàm principalis.l.Græce.in §.ſi quis.
infra,in hoc titu.& contra l.datus eſt.vnde videtur ꝙ
non valeat.10.diſt.videt.C.de leg.j.non dubium. Sed
prius dictum verius eſt,quoniam perſonales exceptio
nes ad alios non transferuntur:vt ſupra,de exception.
l.exceptiones.primo reſponſo:reales vero, ſic : vt ibi.
Ita formaliter dixit Specu.in d.tit.de compe.iudi.ad.
in §.j.in 17.colum.in verſi.ſed pone,clericus,&c. Et i-
dem tenet ibi Bal.in addi.vbi etiam ſubdit,quòd ſi cle
ricus fideiubet pro laico,tunc ſententia iudicis ſecu-
laris non mittetur executioni contra clericum fideiuſ
ſorem.Et dicit quòd lex fina.C.de vſu rei iudi. intelli-
gitur,quando reus & fideiuſſor ſint eiuſdem fori, vel
quãdo fideiuſſor poteſt prorogare iuriſdictionem:ſed
hoc non poteſt facere clericus,vt ibi per Spec.ergo ta
lis ſententia non poterit mitti executioni contra cle-
ricum fideiuſſorem : & de ſupradicta quæſtione vide
Bald.in rub.C.de priuileg.dotis.in fin.& Ludo.Rom.
in ſingula.ſuo 944.incip.nunquid fideiuſſor clerici.&
docto.in l.ſi reus infra,iudi.ſolui.& in l.ſed & ſi reſti-
tuatur.ſupra,de iudi.& refert Ludo.Rom.in d.ſuo ſin
gu.ſe conſuluiſſe in d.q.Et vide quæ dixi ſupra, in illa
quæſtion.An exceptio quæ competit principali,com-
petat fideiuſſori:vbi plura ſunt quæ faciunt ad hanc
materiam quæ non refero breuitatis cauſa.
312 ¶ †Quadrageſimotertio quæro,an fideiuſſor gratis li
beratus à creditore,repetat à principali : in quo,dico
diſtinguẽdum eſſe hoc modo,videlicet aut fideiuſſor
fuit liberatus ſimpliciter à creditore , aut fuit libera-
tus,quia extraneus ſoluit pro fideiuſſore.& hoc ei do
nauit.Primo caſu eſt diſtinguendum.Nam ſi creditor
liberauit gratis fideiuſſorem, tunc aut eum liberauit
remunerationis gratia,& tunc fideiuſſor poteſt repe-
tere à principali:aut eum liberauit per ſimplicem do-
nationem,& tunc non repetit.Secundo caſu , quando
aliquis extraneus ſoluit pro fideiuſſore:& hoc ei do-
nauit,tunc ſimiliter fideiuſſor nõ poteſt repetere. iſta
omnia probantur in l.ſi vero non remunerãdi.in prin
cipio.& in §.Marcellus.ſupra,manda.& ibi doctores
aſsignant rationem harum deciſionum multum pon-
derantes factum remunerationis gratia:quod factum
non eſt,nec dicitur proprie donatio,cum iã præcedat
tacita obligatio ſaltem ad antidora:iuxta ea quæ ha-
bentur in l.ſed ſi lege.in §.conſuluit.ſupra,de petitio-
ne hæreditatis.& talis actus remuneratorius,eſt quã-
doque magnæ importantiæ & effectus,vt dicunt doc.
in §.conſuluit.dx quo actu remuneratorio multa po-
nit Iaſ.in l.ex hoc iure.in 12.col.cum 4.col.ibi ſequen-
ti.ſupra,de iuſti.& iure.vbi ponit multa ſingularia di
cta in tali materia:quem omnino vide. De qua mate-
ria vide etiam eũdem Iaſonẽ in l.ſi pater puellæ.C. de
inoffi.teſta.poſt Cy.ibi & vide Cæpo in caute.ſua 113.
incip.donatio.& Iaſ.in l.ſi ſtipulatus fuerim.in §.cum
ſtipulamur.in 2. col.ſupra,de verbor.oblig.& do.Phi-
lip.Decium in conſi.ſuo 164.incip.diligenter.in 2. co-
lum.& Lud.Ro.in conſi.ſuo 310.incipien.in cauſa &c.
& Alex.in conſil.55.incip.cõſideratis verbis.in j.volu.
& in eodem volu.in conſil.101.incip.viſis inſtrumen-
tis,&c.in 7.col.& Oldra.in conſil.126.incipiẽ.quidam
epiſcopus.& Pet.de Ancha.in conſi.ſuo 248.incip.du-
bium facit,&c.& Soci.in conſi.ſuo 95.incipiẽn. circa
primam,&c.in j.col.& in cõſi.66.inci.fruſtra,&c. in 2.
col.& Iaſ.in l.petens.in 7.colum.verſic.tertio nota.C.
de pactis.& quę ego dixi in ſingu.mẽo 50.incip.dona-
tio,&c.& circa prædictam quæſtionem , an fideiuſſor
gratia liberatus à creditore,repetat à principali. Ad
de in ſimili,& in argu.quod voluit gloſſa in l.elegan-
ter.in §.qui reprobos.in j.gloſſa,poſt med.ſupra,de pi
gnor.actione.& dicta per Iaſonẽ in §.actionum.in 16.
colum.in verſic.iuxta ſupradictam materiam,&c.in-
ſtit.de action.& vide gloſſ.no.in l.cum quidam.C.de
fruct. & lit.expen. de qua dixi in l.patre vel marito.in
313 12.col.infra,de quæſtion.†& vide etiam.Pau.de Ca.in
l.ſtipulatus. infra,in hoc titu.vbi dixit,quod ſi aliquis
aduocatus agitauit cauſam propriã,& pro ipſo allega
uit & obtinuit,quod non poteſt in condemnatione ex
penſarum petere ſalarium aduocati poſtquã aduoca-
tum nõ habuit niſi ſeipſum,pro quo facit ſecundũ eũ.
l.habitatores.ſupra,loca.ſubdit tamẽ quod ſi propter
hoc ipſe perdidit lucrum alterius aduocationis,quod
poterit illud petere tanquam intereſſe.Ad quod alle-
gat Spec.in ti.de expenſis.in §.poſtremo.verſi. quid ſi
act.& verſ.ſeq.de quo etiam dixi in d.l.patre vel mari-
to.in 12.col.de quæſt. & cum iſta quæſt.43. fraternizat,
alia quęſtio,videlicet,an liberato principali,ſit libera
tus fideiuſſor,& econtra:de qua vide Io.de Im.in cõſ.
ſuo 12.inc.viſo quodam &c.ante fi.& Bar.in l.adulter.
§.j.ſupra,de adul.& in l.aduerſus.ſupra,de arb.& in l.
qui iuraſſe.§.à fideiuſſore.ſupra,de iureiuran.& in l.fi.
§.fi.eo.tit.& Pau.de Caſt.in l.ſi cum teſtamẽto.§.fi.ſu-
pra,de except.rei iudica.
314 ¶ †Quadrageſimoquarto quæro,quid importet fide-
iuſſio indemnitatis,& ad quid obligetur talis fideiuſ-
ſor:in quo primo ſcias, quod ille qui promittit aliquẽ
conſeruare indemnem , qui dicitur fideiuſſor indem-
nitatis,talis non poteſt conueniri antequam principa
lis , etiam ſi renunciat beneficio de fideiuſſoribus ſe-
cundum Bart.in l.1.C.de cõuenien.fiſci debito.lib.10.
& in l.quæro.ſupr.loc.& ibi Raph.Ful.& Bal.in l.j.C.
de reuo.his quæ in frau.alie.ſunt.& Sal.ĩ l.j.in vl.col.
C.quod cũ eo.& in l.j.de fideiuſſ.tut.& in l.j.C.ſi ma-
ter indẽ.promiſſa.& ſic habes differentiam inter ſim-
plicem fideiuſſorem,& fideiuſſorem indemnitatis.Nã
primus poteſt renunciare beneficio fideiuſſorũ:& tũc
poterit conueniri ante principalem. Secũdus autem,
dato quod renunciauerit,tamen nõ poterit conueniri
antequam principalis : Item alia eſt etiam differentia
inter eos:nã ſimplex fideiuſſor debet opponere de be-
neficio excuſſionis ante litem conteſt.alias lite cõteſt.
non poterit amplius opponere dictam exceptionẽ ex-
cuſſionis:quia illa exceptio eſt dilatoria.ita dixit Cy.
Bald.& Salice.in l.exceptionem.Cod.de probation.&
Salice.in l.2.C.communi diuidun.& in authenti. hoc
ſi debitor.in penulti.q.C.de pign.& Paul.de Caſtr.in
leg.10.ſupra,de verbo.obliga.& eſt de mente Barto.in
l.3.ſupra,de excep.nõ autem.ſic eſt in fideiuſſore inde-
mnitatis,quia talis fideiuſſor poterit opponere talem
exceptionem poſt lit. conteſt. quia iſtud eſt ex natura
promiſſionis ſeu conuentionis:ita dixit Bal. in cap. ex

reſcripto.de iureiurand.iſtud tamen, quòd fideiuſſor
iudemnitatis non poſsit conueniri antequam princi-
palis,limita,niſi talis fideiuſſor in tali fideiuſsione ap
poſuiſſet iuramentum:quia tunc poſſet conueniri nõ
excuſſo principali.ita dixit Bald.in dicto cap.ex reſcri
pto.quem refert & ſequitur Alexand. in conſil.ſuo 259.
incipien.in cauſa excuſsionis motæ contra Bartholo-
mæum,&c.in vltim.colum.licet ipſe Alexander repre
hendat illud dictum Bal.in l.ſi ego.in 7.colum.ſupra,ſi
certum petatur.de quo latius per Iaſonem ibi,in 2.co
lum.vbi prædicta in hac materia fideiuſſoris indemni
tatis adducit aliqua ſingularia addendo,vt ibi per eũ:
de quo etiam vide eundem Iaſonem in l.ſi ſtipulatus.
§.poſſum.ante finem.ſupra,de verborum obligation.
& Bal.in l.ſi pro ea.in 12.quæſtione.C.manda.& in l.2.
circa me.de ſenten.quæ ſine certa quanti.& in rubric.
C.de verborum ſignificat.in 7.quæſtione.& dominus
Franciſ.de Are.in l.ſi quis ab alio.§.fin.ſupra,de re iu-
dicata.& Alexand.in l.Modeſtinus.infra,de ſolution.
ſcias etiam in hac materia,quòd promiſsio indemni-
315 tatis operatur alium effectũ.†Nam facit valere illud
quod aliàs non valeret:nam mulier non poteſt fideiu-
bere pro alio,vt in toto titulo,ſupra,& C.ad Velleia.
& etiã habetur in titu.mandati.ſi tamen mulieri pro-
mittitur indemnitas,non cũ ſimplici promiſsione,ſed
traditione pecuniȩ,valet talis eius fideiuſsio.ita dixit
tex.ſing.in l.ſi mulieri dederim.ſupra,ad Velleia. quẽ
tex.ad hoc dixit aureũ Ange.in l.j.§.fi.ſupra,de pig.&
idem per illũ tex.dixit Bal.in l.j.in prin.C.ad Velleia.
& d.Alex.in l.j.C.de cõuen.fiſc.debi.lib.10.in apoſtil.
ad Bar.Itẽ etiã ſcias,ꝙ fideiuſsionis na tura eſt, ꝙ ſer-
uetur indẽnis fideiuſſor,etiã ſi hoc nõ ſit ſibi promiſ-
ſum expreſſe:quia hoc ineſt tacite,ſecundum Bal.in l.
conſtitutionibus.C.de vſur.ad quod allegat text.quẽ
dicit ſingu.in c.peruenit.extra,de fideiuſſ.ſcias etiã ꝙ
ille qui promittit indemnitatem,mota lite cõtra eum
cui promiſit, cogitur ſuſcipere iudiciũ in ſe.ita dicit
Bar.in l.pater.in prin.ſupra,de dote prȩlega. quod di-
cit non eſſe alibi.& idẽ dixit Alex.in l.quæro.in princ.
316 ſupra,locati.† & adde etiam in hac materia indemni
tatis,Bar.in l.ſi quis vxori.in §.ſi fugitiuũ.infra,de fur
tis.vbi dixit,ꝙ ille qui dederit aliquid vel promiſerit
iudici,vt ferat ſententiã pro eo,ꝙ talis incidit in pœ-
nam falſi.vt infra,ad l.Corne.de fal.l.j.§.2. attamen di
cit Bartol. ꝙ iſtud debet intelligi quando promittitur
iudici aliquid,per quod ſibi aliquid acquiritur:ſed ſi
promittatur ſibi tantum defenſio de cõſeruando eum
indemnem,tunc non incidit in crimen falſi : ad quod
allegat tex.& dicit,ꝙ ita debet intelligi l.j.& 2.ſupra,
317 de calumniatoribus.†Item ſcias, ꝙ ſi aliquis mandat
delictum committi,& promittit mandatario de con-
ſeruando eum indemnem,ꝙ talis promiſsio nõ valet,
& ipſe promittens non obligatur:ita dixit Bartol in l.
ſi à reo.in §.illud quod vulgo.infra,in hoc tit. & ideo
dicit hoc eſſe no.pro ſyndicis communitatum,qui ad
petitionem aliquorum petentium non denuntiãt ma-
leficia,& recipiunt promiſsiones de indẽnitate,quòd
tales promiſsiones non valent: & ſic in aliis delictis
committendis dicendum eſt,vt habetur per Nicol.de
Neapo.in l.j.§.nunc tractandum.ſupra,de tutel.& ra-
tio.diſtr.& per gl.no.in l.quoniam mulcta.C.ad l.Iul.
de vi pub.in §.ſupplicium.& per Innoc.in c.ſicut.el 2.
de iureiur.& per Cardi.in cle.2.in 3.q.de re iudi.& per
Bal.in marga.in verbo,opem.vbi admonet præſtantes
opem bello iniuſto,quia non poſſunt petere expẽſas,
nec damna,licet eis fuerit facta promiſsio indemnita
tis.de quo etiam per Baldum in l.obſeruare.in §. profi
ciſci.in 9.quæſtio.ſupra,de offic.proconſul. & ſi per-
mittatur indemnitas iudici,ſi ferat talem ſententiam
tali modo,an valeat talis promiſsio,& alia in hac ma-
teria vide per do.Paridem de Puteo in ſuo tracta. ſyn
dica.in 34.char.in 2.col.verſ.an ſi tempore,&c.& vide
quæ dixi ſupra,proxime.
318 ¶†Quadrageſimoquinto quæro:pone,aliquis fideiu-
bet pro aliquo ſine expreſsiõe alicuius cauſæ,an talis
fideiuſsio valeat.In quo videtur dicendũ,ꝙ non,quia
promiſsio ſine cauſa,eſt inualida: & ſimiliter obliga-
tio ſine cauſa,eſt inualida:& eſt tex.in c.ſi cautio.de fi
de inſtru.& in l.cũ de indebito.in §.fi.ſupra,de proba.
& voluit gl.in l.inſtrumenta.C.de proba.& in l.gene-
raliter.C.de non nu.pec.& Bar.in l.nuda.C.de donat.
& Sal.in l.j.C.de edendo.& Spec.in tit.de confeſ.in 2.
parte.§.nunc videndũ.ver.ſed quæ eſt ratio,&c.& ibi
Io.And.& voluit Cy.& Bal.in l.generaliter.C.de non
nu.pec.& Bart.in l.ſcripturas.ad fi.C.qui pot.in pign.
hab.& Bald.in rub.C.de fi.inſtru.in 17.col.in verſi.ſed
quæro,ſi in libro,&c.& in l.fi.C.ſi cert.peta.& Bald.in
rub.C.de confeſ.& Alex.in conſi.ſuo 3.incip.in cauſa
& lite,&c.in 2.col.in 2.vol.& ibi in conſ.13.inci.ex his
quæ in themate.in 2.colum.& ibi in conſi.4.inci.circa
primum.in 2.col.& in eod.volu.in conſil.83.incipiẽ.in
cauſa & lite.in vlti.colũ.& idem Alexand.in l.à Titio.
vbi no.loquitur.ſupra,de verbo.obliga.& in cõſil.158.
inci.circa primum.in j.col.in 2.vol.de quo etiam per
Bal in addi.Spe.in tit.de inſtru.edi.in 4.colum.in ver.
inſtrumentum habet,&c.vbi not.loquitur:& per Lu-
do.Ro.in conſ.ſuo 292.incip.pro habenda &c.in fi. &
in conſ.373.incip.in caſu propoſito.& Bal in add.Spe.
in ti.de app.in 6.col.de quo etiam per Ale.in conſ.ſuo
181.inci.lectis & ponderatis &c.vbi ſubdit,quod nedũ
requiritur ſeu debet eſſe cauſa in obligatione:ſed etiã
requiritur quod ſit apta.certa & intelligibilis,quia pa
ria ſunt,quod cauſa non ſit expreſſa vel expreſſa,& nõ
apte & incertitudinarie ac intelligibiliter. ita ſecun-
dum eum patet,& notatur per Bart. in l. quicquid ad-
ſtringendæ.ſupra,de verborum obl. in 3.colu. per illũ
tex ſecundum vnam lectu.& voluit Spe.in ti. de inſtr.
edi.§.oſtenſo.ver.quid ſi abbreuiatura &c.& per not.
in l.1.in §.circa.ſupra.de doli exception.& notab.Bal.
in l.generaliter.in 4.q.C.de nõ numera.pec.vbi dixit,
319 quod cauſa debet eſſe potens & cohærẽs.†Et facit ad
ſupradcta,quod voluit Bal.in l.j.§.illud autem.circa fi
nẽ.C.de Lati.liber.toll.vbi dixit,quod pactum de non
petendo non valet ſine cauſa:& faciunt quæ vltra oẽs
dixi in l.j.in §.præterea.in xj.col.cum 4.col.ibi ſequen
ti.de quæſtionibus.Ex quibus videtur dicendũ,quod
fideiuſſio facta ſine expreſſione alicuius cauſæ nõ va-
leat.Attamen in hac quæſt. puto diſtinguẽdũ eſſe hoc
modo,videlicet ꝙ aut talis fideiuſſio eſt facta extra iu
dicium,aut eſt facta in iudicio. Primo caſu non valet,
quando eſt facta extra iudicium per iura ſupra allega
ta.Secundo vero caſu quãdo eſt facta in iudicio, licet
nulla ſit expreſſa cauſa,tamen valet & tenet. ita dixit
Spec.in ti.de dolo & cont.in §.fi.in antepe. col.& Bal.
ibi in addi.penu.vbi dicit ꝙ in fideiuſſore contractus
vel iudicij,non requiritur expreſſio cauſȩ:& idem di-
xit ipſe Bal.in l.qui crimen.in 4.col.poſt princ.in verſ.
ad idem,quia in iudiciis.C.qui acc.non poſ.& licet ip
ſi non dicant,dicas tu,quod ratio eſt calor iudicij,qui
calor plura operatur,vt dixi ſatis late in rep.rub.C.de
320 prob.in 19.col.in verſi.intellige etiam &c.vbi†dixi,ꝙ
cõfeſſio ſine cauſa facta in iudicio plene probat ſecũ-
dum gloſſ.fi.in 1.§.fin.ſupra,de interroga.actio.quam
ad hoc refert & ſequitur Alexan.in conſilio.ſuo 13.in-
cip.ex his quæ in themate.in 4.columna.& in l.pacta.
poſt princip.ſupra,de pact.& do.Feli.in cap. quoniam
contra falſam.in 7.colum.extra,de probation. & in c.
j.col.fin.de pact.& Ange.in l.ſi vnus.in §.pactus. in 2.
col.ſupra,de pact.& illam gloſſ. etiam refert & ſequi-
tur Barba.in repetit.rubri.de fid.inſtru.in 3.char. & in
3.col.pro quo dicit eſſe caſum, vbi hoc voluit Bald. in
l.ſicut.C.de repu.hæredit. & illam gloſſ.etiam refert,
& ſequitur Ludo.Roma.in conſi. ſuo 290. incip.in ca-
ſu &c.circa fi.de qua gl.latius dixi, pro ea etiam plu-
ra



ra addendo,quæ hic non refero breuitatis cauſa,in d.
321 repe.mea rubri.C.de proba.in 19.col.vbi videas: † &
ſcias etiã ꝙ ſi fideiuſsio ſine cauſa ſit facta extra iudi-
cium,licet,vt dixi,non valeat,tamẽ ſi in ea ſit appoſitũ
iuramentũ,valet & tenet.probatur ex dictis per Lud.
Rom.in conſi.ſuo 373.incip.in caſu propoſito,&c.cir-
ca med.verſi.cæterũ aduertendũ,&c.vbi dicit,ꝙ licet
confeſsio ſeu obligatio ſine cauſa non valeat, tamen
hoc fallit,niſi ſuper ea ſit appoſitum iuramẽtum, quia
tunc plene valet:& idem dixit do.Ioã.Baptiſta de ſan-
cto Seuerine in repe.l.admonendi.in 7.char.in prin.3.
col.ſupra,de iureiur.vbi ad hoc allegat Bal.in duobus
locis:quem vide.de quo dixi etiam in l.j.§.prȩterea.in
12.colum.infra,de quæſtion.
322 ¶†Quadrageſimoſexto quæro, an fideiuſſor negãs ſe
fideiuſsiſſe,ſi conuincitur de mẽdaci,ſibi præiudicet:
in quo mihi videtur dicendum,ꝙ ſic,ex pluribus.pri-
mo per tex.in l.ſed hoc ita.§.j.ſupra,de re iudi. vbi di-
citur,ꝙ negans ſe ſociũ,petit beneficiũ ne conuenia-
tur,niſi in quãtum facere poteſt.quod competit ſocio,
vt in l.ſunt.qui ſupra,eo,de re iud.ad quod etiã ex tex.
in l.ſi vnus.in §.fi.ſupra,pro ſocio.Et facit ſecũdò pro
hac parte tex.in l.fi.ſed ſi ex parte.§.interdum.ſupra,ꝙ
cum eo.vbi punitur filiusfa.qui negauit ſe filiumfa.&
323 mentiendo dixit ſe patremfamilias.†Tertio facit tex.
in l.hæreditatem.in §.fi.ſupra,ad l.Falci.vbi dicitur,ꝙ
hæres negans rem hæreditariam,ſi conuincatur, per-
dit Falcidiam.& illum text.pro ſingulari allegat Bald.
in reper.ſuo.in verbo,negatiua,vbi dicit,quòd negãs,
ſimilis eſt ſubſtrahenti.per illum tex.& idem dixit Bal
dus in c.dudum.el 2.in 4.colum.de electio. de quibus
etiam per Iaſ.inſtitut.de actio.in §.item ſi quis in frau
324 dem.in 19.columm.† Et ex iſtis puto dicendum, quòd
fideiuſſor negans ſe fideiuſsiſſe,ſi conuincitur de mẽ-
dacio, ſibi præiudicet: in quo autem ſibi præiudicat,
dicas quòd perdit beneficium excuſsionis, & benefi-
cium cedendarum.ita dixit Bald.in authẽ.contra, qui
propriam,in 3.colum.C.de non nu.pec. vbi allegat bo
num textum in l.ſi dubitetur.in §.ita demum.infra, in
hoc tit vbi hoc etiam tenet Ang.& Alex.& voluit Iaſ.
in l.j.in pe.col.C.de tranſact.& Bart.in l.etiam.§.j. ſu-
pra, ſolut.matrimon.& pro hac opin. ꝙ conuictus de
325 mendaciò,puniatur.¶†Poſſunt aliqua adduci,& pri-
mò tex.valde no.in l.fi.ſupra,de rei ven.vbi dicitur, ꝙ
ſi quis in veritate poſsidet aliquam rem, & cõtra eum
agatur rei vendica.ad illam rem,ſi ipſe negat illã poſ-
ſidere, & conuincatur de mendacio, quia actor pro-
bat ipſum illam poſsidere, tunc debet talis poſſeſsio
incontinenti ab eo auferri, & in actorem transferri,
etiam nihil de ſuo iure probante:de quo textu late lo-
quitur Abb.in c.pe.in 6.col.de iura.cal.& Ang.de Are.
in §.omnium.inſt.de act.vbi dicit idem eſſe, ſi actũ eſ-
ſet cõtra aliquem qui diceret ſe tenere rem pro Titio,
nominando Titium in iudicio,vt haberet beneficiũ l.
3.C. vbi in rẽ actio.cùm ille Titius nõ eſſet dominus,
nec pro eo poſsideret,ſed poſsidebat pro ſe:tũc ſi cõ-
uincatur de mendacio,debet priuari poſſeſsione,& il
la eſt in aduerſarium transferenda: & ita dicit tenere
Spec.in titul.de primo & ſecundo decreto.in §.reſtat.
in verſi.quid ſit nominas,&c.& Bal.in d.l.fi.de rei vẽ.
ad quod etiam vide Bart.& Bal.idem tenentes in d.l.3.
C.vbi in rem actio.& Bal.in l.vnica.C. de his qui pœ-
næ no.& in rub.extra,de eo qui mittitur in poſ.rei ſer-
uan.cauſa.circa fin.& Inno.in c.quoniam frequenter.
in §.quòd ſi ſuper.extra,vt lit.non conteſt.& ibi dom.
An.in 2.col.de quo text.d.l.fin.ſupra,de rei vend.vide
etiam Lud.Roman.late loquentem in conſilio ſuo 70.
quod incipit,viſo themate.in 2.& 3.col.& Abb.in con
ſil.17.incipien.in quæſtione Ottonelli.& per illũ text.
d.l.fin.dixit ibi Angel.in j.colum.quòd ſi emphyteuta
negat rem eſſe emphyteuticam,& conuincatur de mẽ
dacio,quòd priuatur iure ſuo emphyteutico:& alleg.
Inno.ita tenere in c.cæterum.in fi.de iudi.& idem vi-
326 detur eſſe † in uaſallo negante feudum: quia ſi cõuin
catur de mendacio,priuatur iure feudi.text.eſt notabi
in c.vaſallus.el j.ſi de feudo fuerit controuer.inter do
minum & agnat.& idem etiam dicas in creditore ne-
gante rem ſibi eſſe pignoratam:quia per talem nega-
tionẽ videtur renuntiare ius pignoris,ſecundũ Ange.
in l.Titius.in §.Titius Seio.ſupra,quibus modis pign.
vel hypo.ſol.de quo etiam dixi in authenti. item poſ-
327 ſeſſor.C.qui potio.in pign.hab.facit etiam:†nam ma
ritus negans ſe maritum,perdit beneficia competen-
tia maritis,ſecundum Barto.in l.etiam.in §.j.ſupra,ſo
luto matri.quem refert & ſequitur Iaſ.in l.j.in pe.col.
C.de tranſact.& dicit Bartol in d.l.etiam. idem eſſe in
liberto,qui negat ſe libertum.facit etiam ad prȩdicta.
Nam quando dominus negat ſeruum dantem damnũ
eſſe ſuum,perdit beneficium dandi ſeruum pro noxa,
ſi conuincatur de mendacio.l.ſi ſeruus depoſitus.§. ſi
negauerit.ſupra,de noxal.& voluit Iaſon in l.j.§.j.ſu-
pra,ſi ex noxali cauſa agatur.circa principium.& Bal.
328 in l.j.in 9.colum.C.de furtis.† Item pro prædictis fa-
ciunt etiam quæ dixit Bald.in repert.ſuo,in verbo,ne-
gatoria.in 3.verſicul.vbi dicit,quòd imponitur ſilen-
tium neganti ſententiam eſſe latam pro ſe ad inſtantiã
forte appellantis, qui petit ipſam exhiberi: quia non
habet copiam:nam tali,neganti dictam ſententiã pro
ſe eſſe latam,imponitur ſilentium, vt amodo illa non
vtatur:ita ſingulariter ſecundum eum dixit Innocen.
in c.G.perpetuus.extra.de fi.inſtru.in princip.ar.l.pe-
nult.ſupra,de interroga.act.quod dictum non eſt ali-
bi,ſecundum Bald.in dicto ſuo repertorio, vbi ſubdit
idem eſſe in quolibet inſtrumento,quod facit pro ali-
quo, & illud debeat exhibere, ſiue negat ſe exhibere,
velle:quia negat illud habere, interdicitur ſibi omne
commodum,quod ex eo percipere poſſit. allegat tex-
tum quem dicit fore notan.ad hoc in l.j.ſupra, de his
quæ in teſta. delentur. & allegat etiam quæ habentur
in c.conſtitutus.de appel.& illud dictum Innoc.in d.
c.G.perpetuus.refert etiã & ſequitur Bal.in addi.Spe.
in titu.de excep.in 3.colum.in princip. vbi idem dicit
329 in ſententia & in ſcriptura priuata. ¶†Item faciunt
etiam ad prædicta,quæ dixit Bal.in l.j.in pe.colum. in
verſi.ſecundus caſus.C.de furtis.vbi dixit, quod ſi ali
quis dixit in iudicio,ſe perdidiſſe inſtrumẽtum,& po-
ſtea vult illud producere ad probandum,non poterit.
alleg.text.in l.fin.C.de fi.inſtru.Item facit etiam: nam
330 †qui negat contractum, perdit beneficium contra-
ctus,ſecundum Bald.in l.j.in 9.colum.in fin.C. de fur.
331 ¶†Ad prædicta facit etiam:nam negans poſitionẽ ad-
uerſarij, non poteſt poſtea ex illa iuuari. ita dixit Ar-
chi.in c.j.de conſecra.eccleſ.vel altar. lib.6. quem re-
fert & ſequitur quidam moder.dom.Vitalis de Caba-
nis.in ſuo tractatu clauſularum.in clauſula incipien.
clauſula.quod non ſit melior conditio &c.in vl.col.&
voluit Bar.in l.naturaliter.in §.nihil cõmune.in 5.col.
ſupr.de acquir.poſſeſſio.& Ioan.And.in c.j.de confeſ.
in 6.in Nouella. & canoni. in c. cum venerabilis. de
exceptione.& Spec.in tit.depoſition.in §.8.in verſic.j.
& Bartol.in l.non vtique.ad fin.ſupra,de excep.& in l.
poſt legatum.in princ.in 5.col.ſupra, de his qui.vt in-
dig.& Pe.de Ancha.in conſ.19.inci.viſo proceſſu,&c.
332 †& facit etiam: nam contradicens libello aduerſarij,
non poteſt poſtea ſe fundare ſuper ipſo libello,ſecun-
dum Bal.in l.cum precum.C.de libera.cauſa.& ibi Sa-
li.& Bal.in l.ſi magnam. C. qui accuſare non poſſunt.
do.An.in c.cum olim.de cenſi.& voluit Soci.in conſi.
41.incipien.antequam & cæt.in vlti. colum.& Iaſo.in
repet.l.admonendi.in 52.colum.ſupra,de iureiurand.
333 †& dixit Oldrad.in conſi.ſuo j.circa med. ꝙ quis non
poteſt ſe iuuare ex articulo quem negauit:ad quod al-
le.Inno.in d.c.cum olim.de cenſi.& dixit Bal.in l.vni-
ca.in fin.C.de confeſ. quod negans accidentia cauſæ,

non poteſt poſtea ex illis ſe fundare. & cũ refert & ſe-
quitur Iaſ. in repet. l. admonendi. in 3. col. vbi etiã ſub-
dit, ꝙ qui non acceptat expreſſe verba aduerſarij, non
poteſt ſe ex eis iuuare. allegat ad hoc Bal. in l. 3. n 2. no.
per illum tex. C. de repet. hæred. quod dicit eſſe not. &
334 pro prædictis etiam facit. †Nam non dicitur ſcriptũ
pro eo, qui venit contra ſcriptum. ita dixit Innoc. in c.
mandatum. de reſcrip. quem refert & ſequitur Bald. &
Salı. in l. cum proponas. C. de pact. quos refert & ſequi
tur Barb. in conſi. ſuo incip. ſapiẽter ſcribitur j. Regũ.
& facit etiam: nam ille qui venit contra ſtatutum, non
poteſt amplius ſe fundare ex ſtatuto. tex. eſt cum gloſſ.
in c. conſtitutus. de reſcript. in verſic. intentionem. &
idem dixit gloſſ. in c. pro illorum. in verſi. recepiſſe. de
præbend. & ibi do. An. in fi. pen. col. & probatur in ca.
cum acceſsiſſent in fi. de conſtit. & ibi dixit Bald. in 3.
col. quòd illi qui veniunt contra ſtatutum, nõ poſſunt
illud pro ſe allegare, ſubdens ꝙ ſtatutum intelligitur
reuocatum per actum contrarium ſtatuẽtium: & dixit
d. Abb. in d. c. pro illorum. de præben. in 3. col. ꝙ ſi col-
legialiter illi qui fecerunt ſtatutum, & illud rumpere
poſſunt, contraueniunt directe, immediate tollitur cõ
ſtitutio, ſaltem vt illam allegare non poſsint in præiu
dicium alterius, arg. illius tex. & d. c. cum acceſsiſſent.
335 †Et dixit d. An. in c. paſtoralis. in 9. col. de cauſa poſ. &
propric. & per actum contrarium perditur priuilegiũ:
& pro prædictis faciunt optimè dicta per Abb. in con
ſil. ſuo 61. incipien. videtur primo quòd dictus Peruſi-
nus, &c. in 2. col. 3. volu. & per do. Nicol. Millum in ſuo
reperto. in litera S. in 14. colum. in pen. verſ. & quæ ha-
bentur in c. recolentes. iuncta gloſ. de ſtatu mo. & vo-
luit Bal. in l. qui publicis. C. de his qui ſpon. mu. ſuſcẽ-
pe. & Ange. in l. eos. C. de aquæduc libr. 10. & Ioan. de
Imo. in c. officij. in 12. col. de teſta. in ver. vlterius quæ-
ritur: & facit quod dixit Oldra. in conſi. ſuo 103. incip.
quia in cuiuſlibet iudicij, &c. in 2. col. & Sali. poſt Cy.
in l. volũtarie. C. de excu. tut. & in l. 2. C. de iure aureo-
rum anulorum. & dom. Felin. in d. c. cum acceſsiſſent.
in 14. colum. de conſtit. & facit etiam: nam quãdo pars
quæ conuenitur ex contractu, negauit cõtractum eſſe
factum, ſi poſtea conuincatur de veritate contractus,
in odium ipſius negãtis præſumitur ſolẽnitas extrin-
ſeca interueniſſe in ipſo contractu, quæ alias nõ pręſu
meretur, ita dixit Bal. in c. 2. circa fi. quot teſtes ſint ne-
ceſ. quod dictũ refert & ſequitur, aliqua addendo Iaſ.
in l. ſciendum. in 9. col. verſ. ſexto limita. ff. de verb. ob-
li. & ſic ex omnibus ſupradictis ſatis patet, quòd fide-
iuſſor negans ſe fideiuſsiſſe, ſi conuincitur de menda-
336 cio, punietur pœna de qua ſupra dixi. ¶ †Quæ cõclu-
ſio poteſt tamẽ limitari aliquibus modis. Et primo po
teſt limitari, niſi talis fideiuſſor conteſtando litem ge
neraliter negaſſet narrata prout narrantur, &c. nam li
cet poſtea probetur, ꝙ ſit fideiuſſor, tamen non puni-
retur aliqua pœna: ſecus autem, ſi ſpecialiter negaſſet
fideiuſsionem per eum factam. ita not. dixit Bartol. in
l. ſi dubitetur. in §. ita demum. infra, in hoc titul. quod
dictum refert & approbat d. Iaſ. in §. omnium. in 19. co
lum. inſtit. de action. dicens hoc dictum eſſe perpetuo
notan. quia vtiliſsimum eſt in practica, vt conuentus
nũquam neget ſpecialiter, ſed generaliter neget nar-
rata, prout narrantur in libello eſſe vera: & refert Ioã.
de Imo. in d. §. ita demum. dicere ſe de hoc dicto alias
fuiſſe bene lucratum: quod dictum etiam refert & ſe-
quitur ipſe Io. de Imol. in l. ſed hoc ita. ſupra, de re. iu.
de quo dixi in ſing. meo 242. inci. tex. habet valde not.
337 &c. ¶ †Limita ſecundo, niſi ipſum fideiuſſorem pœni
teat negaſſe ante litem conteſta. & antequam probatũ
ſit contrarium. ita dixit tex. & ibi docto. in l. electio. §.
pe. ſupra, de noxalibus. & voluit Ange. & Imo. in l. ſed
hoc ita. ſupra, de re iud. & An. in d. §. ita demum. & ha-
betur etiam in l. de ętate. §. fi. & ibi Bal. ſupra, de inter-
rog. act. & voluit Alex. in d. §. ita demum. vbi latius lo-
quitũ in hac materia: de quo etiã ꝑ Alexã. in d. l. §. ſi quis
338 ſimpliciter. in fi. ſupra, de verbo. oblig. ¶ †Limita ter-
tio, quando libellus porrectus contra fideiuſſorem eſ-
ſet ineptus: quia tunc licet neget ſe fideiuſsiſſe, tamen
non punitur aliqua pœna. ita multum ſing. dixit Bald.
in repet. l. edita actio. in pe. col. C. de eden. quod dictũ
pro valde not. refert & ſequitur d. Alex. in d. l. fi. ſupra,
de rei vendic. & in l. etiam. §. licet in dotalibus. in vlti.
colũ. ſupra, ſolu. mat. vbi ponit ſupradictas limitatio-
nes: & illud dictum Bald. etiam refert & ſequitur Iaſ.
in §. omnium. in 19. colum. inſtitut. de action. ¶ Quarto
limita tu vltra omnes, & dicas quòd fideiuſſot negans
ſe fideiuſsiſſe, ſi conuincatur de mẽdacio, punitur pœ
na quam ſupra dixi. fallit, niſi ab ipſo fideiuſſore peta-
tur plus debito per creditorem: vtputa, ſi fideiuſſor fi-
deiuſſerat pro centum, & iam ſoluerat quinquaginta:
& tamen creditor petebat ab eo dicta centum. nam i-
ſto caſu ſi fideiuſſor negat ſe fideiuſsiſſe, licet conuin-
catur de mendacio, tamen non punitur aliqua pœna,
339 quoniam † licitum eſt negare totum propter partem
plus petitam. ita dixit gloſſ. in cap. ſecundo. de confeſ.
in 6. & gloſſ. in c. præſentium. in verbo, ſingulatim. de
teſt. in 6. & voluit Spe. in titu. de poſition. in §. 7. in ver.
11. &c. & Bal. in addi. Spec. in d. titu. de poſitionibus. in
3. colum. verſicul. pono quod percuſſiſti &cæt. & Bald.
in l. ea que. in 9. q. C. de cõdi. indeb. & voluit Salice. in
l. j. in vlti. q. C. de plus peti. & idem Salice. in 52. §. quod
obſeruari. in vlti. colum. C. de iura. calum. & in l. pro-
perandę. §. ſin autem alterutra. C. de iudicijs. & iſta vi-
detur communis opinio, licet Bart. vt refert Salice. te-
nuerit contrarium in aliquibus locis. quem refert Sa-
lice. in dictis locis: de quo etiam per Ang. de Are. in §.
hæc autẽ omnia. inſtit. de pœna temere liti. in 2. col. &
allegat ad hoc docto. etiam quæ habentur in l. ſi is qui
ducenta. §. vtrum. ſupra, de rebus dubiis. tene menti
340 prædicta: †& circa illud quod dixi, quod negans po-
ſitionem, non poteſt poſtea ſe ex illa fundare. Adde ꝙ
licet iſtud ſit verum, quod non poſſit ſe ex illa funda-
re, tamen bene poterit ſe fundare ex dictis teſtium re-
ceptorum ſuper poſitiõe negata. ita ſingulariter dixit
Ange. in conſi. ſuo 152. incipien. in quæſtione vertente
inter dominũ Micheletũ: quod dictum pro not. refert
& ſequitur Alex. in conſi. 183. inci. viſo puncto. in j. col.
in fi. in 5. volu. & dixit Petr. de Anch. in conſil. ſuo 209.
incip. iudex &cæ. in vlt. columm. quod licet negans po
ſitionem, nõ poſſit ſe fundare ex ea, quod ſi probetur,
probatio prodeſt neganti: allegat ea, de quibus ibi per
eum: item adde etiam circa illud quod dixi, quod ſi ne
gans eum pœniteat & cõfiteatur, nõ cadit in pœnam,
dicas hoc eſſe verũ ad euitandum pœnam: ſecus autẽ
341 puto eſſe ad lucrum acquirendum: †& ideo ſi ſtatuto
cauetur, quòd confitenti crimen media pars remitta-
tur: hoc caſu nõ remittetur dicta medietas pœnæ reo,
qui primo negauit delictum, & poſtea illud confeſſus
eſt. ita ſingulariter dixit Bal. in c. dudum. el 2. de elect.
in 4. col. & dicit quod ratio eſt, quia quis facilius con-
ſequitur veniam, quam præmium: quia venia pœnitẽ-
ti, præmium ſoli merenti datur. & dicit, quod mentiri
quandoque eſt ſpecies furti. ad quod alleg. l. hæredita
tum §. fi. ſupra, ad l. Falci. & idem voluit ipſe Bal. ſuper
ſtatutis: in verbo, beneficium. in 3. verſi. & idem voluit
Bald. in l. j. in pe. col. C. de furtis. quem refert & ſequi-
tur Iaſ. in l. diuortio. §. quod in anno. in 3. col. ſupra, ſo-
lu. mat. de quo etiam per Pau. de Caſt. in l. contra ne-
gantem. C. ad l. Aquil. & Bar. in l. eum qui. in princi. in
2. colum. ſupra, de iureiurand. & Bald. in c. j. §. porro. in
pe. col. quæ fuit prima cauſa benefi. amitt. in vſi. feud.
de quo etiam per Iaſon. in §. ex maleficijs. in 8. colum.
inſtitut. de action. & in §. item ſi quis in fraudem. in
19. columm. eod. titul. & facit optime pro iſtis text. in l.
traiectitiæ. in §. de illo. ſupra, de actionib. & obli-
342 gat. ¶ † Teneas etiam menti circa hanc materi-
am



am, quòd vbicunque ſtatutum imponeret pœnã ipſo
iure pro maleficio, tũc nõ remitteretur medietas pœ-
næ confitenti maleficium, etiam ſi extaret ſtatutum, ꝙ
confitenti delictum remittatur medietas pœnæ. ita di
cit Bar. in l. id quod. §. j. ſupra, de pecu. legato. quem re
fert & approbãt Bal. in l. ea quę. in ver. ſecundo quęro.
C. de condi. inde. & idem voluit Bar. in l. qui ob rẽ. ſu-
pra, de condi. inde. quod eſt ſumme notãdum: pro quo
faciunt dicta per d. Alex. in conſi. ſuo 57. incipien. per-
ſpectis. in vlti. col. in fi. in 2. volu. & faciunt optime di-
cta per Bal. in c. j. in §. inſuper. in vlti. col. de prohibit.
alie. feud. per Frede. vbi dixit, ꝙ hæres domini nõ po-
teſt obiicere vaſallo feloniam commiſſam contra do-
minum, ſi dominus in vita eam non oppoſuit: quod ta
men limitat ipſe nõ procedere in felonia, propter quã
vaſallus ipſo iure eſſet priuatus feudo: quia tunc vaſal
lus non iuuaretur ex taciturnitate domini in vita ſua.
nam poterit tunc talis felonia obiici per hæredem do
343 mini, non obſtante eius taciturnitate. † & allegat ra-
tionem, dicens quòd ratio eſt, quia iniuria trahẽs ſe-
cum executionem, tranſit in hæredem, vt not. ff. quod
quiſque iur. l. 3. §. quod ait prætor. quod dictum refert
& ſequitur Paul. de Caſtr. in l. omnimodo. in vlti. colũ.
C. de inoffi. teſtamen. & Abb. in c. fi. in vlti. colum. ex-
344 tra. de donat. †& facit quod dicitur, quòd vbi execu-
tio fit à lege, ipſo iure non poteſt mora purgari. l. ſi is
cui. & ibi Bartol. ſupra, de legat. 2. d. l. traiectitiæ. §. de
illo. ſupra, de action. & obligatio. voluit Bartol. & alij
in l. inſulam. ſupra, de verborum obligation. Bald. in l.
& ſi poſt tres. ſupra, ſi quis cautio. & do. Philip. Decius
in conſi. ſuo 140. in 3. columna. & iſta ſufficiant quo ad
præſentem quæſtionem.
345 ¶ †Quadrageſimoſeptimo quæro: clarum eſt in iure,
quòd iudex recipiens fideiuſſores minus idoneos, te-
netur parti ad intereſſe. l. fi. & ibi per docto. C. de ma-
giſtrat. conuenien. Sed an ſit dare aliquod remedium,
propter quod iudex non teneatur parti ad intereſſe, e-
tiam ſi reperit fideiuſſorem minus idoneum? in quo di
cas quòd ſic. Nam debet facere quòd approbator fide
iuſſorum, qui eſt in ciuitate, vt communiter deputan-
tur per ciuitates, primo approbet illum fideiuſſorem
pro idoneo & ſufficiẽti, antequam eum acceptet ipſe
iudex. & tali caſu non tenebitur in aliquo ipſe iudex,
ſed tenebitur tantũ dictus approbator. text. eſt ad hoc
not. in l. cum oſtendimus. in fi. ſupra, de fideiuſſ. tutor.
& facit tex. in l. j. in §. ſciendum. ſupra, de magiſt. cõue-
nien. & hanc partem firmat d. Alexan. in l. ſi vero. §. qui
pro rei qualitate. in 2. col. ſupra, qui ſatiſd. cog. ꝙ Ang.
de Are. in tract. ſuo malefi. in verb. quibus Antonius fi
deiuſsit. in pe. col. in j. verſi. & ad intellectum d. l. cum
oſtendimus. §. fi. vide Ioan. And. in regula, qui tacet. de
regu. iur. in 6. Cyn. in l. inuitus. C. de procurat. d. An. &
Abb. in ca. nonne. de præſumpt. Ludo. Roman. in l. dõ-
ctis. in 25. colum. ſupra, ſoluto matr. & Bald. in l. 2. in §.
voluntate. eo. titulo. & doctor. in l. ſciendum. ſupra, de
verbo. obligat. & Barto. in l. fi. ſupra. de præto. ſtipu. in
pen. colum. & in l. j. §. j. infra, à quibus appel. non licet.
& in l. cum quis decedens. in princ. ſupra. de legat. 3. &
Bald. in l. tale pactum. in §. qui prouocauit. in 7. colum.
ſupra, de pactis. & in c. j. §. fin. ſi de inueſtit. inter domi
num & vaſal. lis oriatur. & in l. ſtatutis. in fin. C. de ſen
ten. ex peri. reci. & in l. ſiue apud acta. C. de tranſactio.
in j. colũ. & Bal. in l. filius. in §. inuitus. ſupra, de procu-
ra. & Car. in cle. j. de procurat. & docto. in l. j. C. de de-
curion. lib. 11. & ſcribentes in l. j. ſupra, de verb. obliga.
& vide etiam ad intellectum d. l. cum oſtendimus. §.
fin. vltra doctor. ſupra, allegatos, do. Lanfrancum Bri-
xienſem in tractatu de arbitris. in 2. chart. in 4. colum.
in fine. Bal. in l. vnica. in pe. colum. in fi. C. de confeſsis.
do. Anto. in c. ſi cautio. in 6. colum. in verſicul. & ideo
non exigitur. de fid. inſtrumen. Card. in cle. j. in quarta
colum. de procurat. Bald. in l. fina. circa medium. C. de
fide inſtrumen. Salice. in l. cõtractus. in j. columm. C.
de fide inſtrumen. Ioan. de Imo. in clemen. j. de procu.
& do. Felin. in c. fraternitatis. in 5. colum. de teſti. & vi
de quæ ego dixi in l. cõtrahitur. ſupra, de pignoribus.
quaſi per totum.
346 ¶ †Quadrageſimooctauo quæro, Titius fuit fideiuſ-
ſor Sempronij apud fiſcum in aliqua cauſa pro aliqua
ſumma vel quantitate: quo ſtante, bona ipſius Sem-
pronij fuerunt per ſententiam publicata. vtrum per
talem publicationem bonorum, ipſe Titius fideiuſſor
ſit liberrtus? in quo reperio Rapha. Cuma. hanc q. ha-
buiſſe in facto, & ſuper eam conſuluiſſe in cõſilio ſuo
32. incipien. inculpatus &c. vbi dicit primo, videri di-
cendum quòd non ſit liberatus: quia licet principalis
liberetur, tamen fideiuſſor remanet obligatus, vt ha-
betur in l. prima. C. de fideiuſſoribus. & in l. vbicunq;
infra, eo. ſecũdum vnum intellectum: ſed dicit poſtea,
quòd contrarium eſt verius: videlicet, quòd ſi publicã
tur bona principalis in fiſcum, quòd fideiuſſor eſt libe
ratus: ad quod allegat Dyn. & Bartol. in l. prima. infra,
de iure fiſ. & notata per glo. in l. j. & in l. ſi vacantia. C.
de bon. vacan. libr. 10. Item allegat plures rationes ad
hoc, & inter alia allegat rationem: quia actio nõ poſ-
ſet cedi, vt habetur in l. hæres. in §. quod ſi ſtipulator.
& l. Vranius. infra eo. titu. vbi hoc videtur expreſſum.
item allegat etiam leg. in fraudem. §. ſi principalis. in-
fra, de iur. fiſc. de quo etiam latius per ipſum Rapha.
Cu. in d. conſilio. ſuo 32. vbi etiam ſubdit, quod hanc
partem, ſcilicet quod tali caſu ſit liberatus fideiuſſor,
tenuit Nico. de Matha. in l. j. C. de fideiuſſo. & dicit ibi,
quod eſt bona gloſ. ad hoc: & dixit, quod hanc partem
etiam firmauit Nico. de Matha. & Bartol. in leg. ſi ve-
ro. in princip. ſupra, qui ſatiſda. cog. ſed ego vltra Ra-
pha. in d. conſil. in ſimili adducebam not. & ſingulare
347 verbum: † Nam ſi ego procurator tuus ſatiſdedi de
iudicio ſiſti & de iudicato ſoluendo pro te, quem de-
fendebam, iuxta l. j. C. de ſatiſdando. & ea quæ haben-
tur in l. non ſolum. in §. qui alieno. ſupra, de procura.
& in leg. prim. C. eo. & poſtea tu efficiaris non ſoluen
do, vt quia bona tua iam incepta ſunt poſsideri per
creditores tuos, quod iſta eſt iuſta cauſa recuſandi de
fenſionem tuam, & vlterius non litigandi pro te: quia
ſi ego condemnarer pro tẽ & ſoluerem, non poſſem
poſtea à te recuperare: ideo non teneor vlterius pro te
litigare, nec contra me committitur ſtipulatio ob rem
non defenſam. ita ſingulariter & egregie dixit Pau. de
Caſtro. in lege mutus. in §. qui non cogitur. per illum
text. ſupra, de procura. quod eſt not. ad multa. de quo
ego dixi in ſingu. me 233. incipient. quæ de nouo emer
gunt &c. & pro iſtis facit etiam in ſimili. nam ſi quis
fuerit ſpoliatus bonis ſuis propter guerram, tunc non
debet poſtea in ſolidum condemnari creditoribus
ſuis: ita dixit Ioan. Fab. inſtitu. de action. in §. eum quo
que. quod licitum ſecundum eum ibi eſt, æquum &
pium: & eum ſequitur Ioann. de Platea ibi, de quo la-
tius dixi in ſingular. meo 241. incipient. non debet ad-
di. & cæter. pro quo facit dictum Bal. in capitul. prim.
in fin. verbis. in titulo. an agna. vel fil. & facit optime
quod voluit Bald. in l. 2. C. de vectigal. vbi dixit, quod
ſi quis portabat frumentum contra ventum: & ſic de-
bebat illud perdere, & in itinere obuiauit piratis, &
derobauerunt eum, quod tunc non tenebitur fiſco
ad æſtimationem frumenti: quod dic eſſe notatu di-
gnum.
348 ¶ †Quadrageſimonono quæro, an ſententia lata con
tra principalem, noceat fideiuſſori non citato: in quo
iura & doctor. videntur varij. & quod talis ſententia
non noceat fideiuſſori non citato, eſt tex. in leg. à ſen-
tentia. infra de appellat. & pro hac parte eſt gloſſ. in l.
cum miles. ſupra, ex quibus cauſis maio. quam gloſſa.
ad hoc not. Bartol. in l. decem. ſupra, de verbor. obli-
gat. vbi ipſe dicit, quod hanc partem tenuit Iacob. de

Are.arg.l.2.C.ſi propter publi.pen.& l.magis puto.§.
ne paſsim.ſupra,de rebus eorum.poſtea dicit quòd Ia
cob.Butri.tenet,quòd talis ſententia valeat non citato
fideiuſſore:& mouetur, dicens quòd valet ſententia
qua pronuntiatur teſtamentum eſſe inofficioſum le-
gatariis non citatis.in l.Papinianus.in §.ſi ex cauſa.ſu
pra,de inofficioſo teſtamen.Concludit poſtea Bart.in
d.l.decem.ſe putare quòd ſufficiat generalis citatio
per tubam,ſ.quicunque vult defendere talem,compa-
reat coram tali,tali die & hora.arg.Authen.ſi omnes.
C.ſi ſe ab hæredi.abſti.& l.ſi eo tempore.C.de diſtrac.
pigno.vbi bonus text.& quòd talis ſententia valeat,&
poſsit exequi contra fideiuſſorem, ipſo fideiuſſore nõ
citato,tenuit gloſ.in l.fina.C.de vſu rei iudic. & idem
tenuit Iaco.de Are.in l.ſi quis pro eo.§.ſi nummos.in-
fra in hoc titulo.Hanc partem videtur tenere Bald.in
l.is apud quem.in vltim.colum.C.de edend.vbi dicit,
ꝙ ex proceſſu inquiſitionis probatur damnum vel in-
tereſſe partis,quæ non interfuit proceſſui:quia hoc ve
nit incidenter,vt ff.de furtis.l.interdum.§.qui furem.
& ideo dicit quòd latro qui confitetur ſuper inquiſi-
tione, ex eadem confeſsione poteſt damnari ad inter
eſſe partis ſine alio proceſſu,ſecundum Inno.in c.cum
oportet.de accuſat.item dicit,quod ex quo inquiſitio
eſt permiſſa.debet prodeſſe ei cuius intereſt.ar.l.poſt-
humus.§.ſi quis ex his.ſupra,de inoffi.teſtam.de quo
349 latius per eum vbi ſupra. † Item hanc partem etiam
tenuit Angel.in l.in cognitione.in fin.ſupra,ad Syllæ.
vbi dicit,quòd ſententia lata contra vnum quem ne-
gotium principaliter tangit,præiudicat iu quandam
conſequentiam neceſſariam ei,quem negotium tãgit
acceſſorie etiam non citato,nec requiſito ad proceſ-
ſum:& ideo dicit,quòd ſententia lata cõtra principa-
lem,nocet fideiuſſoribus & mandatoribus,etiam non
citatis nec requiſitis:& mouetur ad hoc per gloſſ.ibi.
Bald.autem in l.j.in 4.colum.C.de conuen.fiſc.debit.
libro 10.tenet eodem modo, quòd non requiratur ci-
tatio fideiuſſoris,per iura & rationes per eum allegat.
Barto.autem in l j.infra,iudic.ſol.latius loquens circa
hanc q.poſt multa adducta ad partem, venit ad hanc
concluſionem,videlicet quòd aut loquimur in fideiuſ
ſore iudicij. aut loquimur in fideiuſſore contractus.
Primo caſu ſententia lata contra principalem,nocet
fideiuſſori,eo nõ citato.Secundo autem caſu, ſcilicet
in fideiuſſore contractus,ſecus:ad quæ adducit plura
iura & rationes: & idẽ tenet Ang.in d.l.j.de qua q.vi
de etiam Bar.in d l.à ſententia.infra,de appel. & Spec.
in tit.de execu.ſenten.in §.ſequitur.in ver.ſed nũquid
ſententia.& Ioan.And.in c.j.de iniuriis & dam. dato.
in 6.& Cy.in l.vlti.C.de vſu.rei iudi.Guil.de Cu.in l.
2.in fi.ſupra,qui ſatiſd.cog.& per Io.de Imo.in d.l.de-
cem.ſupra,de verb.oblig.& per Alexã.in l.cum filius.
in 2.colum.ſupra,eo.de verb.oblig.
350 ¶ † Quinquageſimo quæro:Titius conuentus in iudi
cio,dedit fideiuſſorem de iudicio ſiſti,vel de iudicato
ſoluendo,vel aliter:& pro alia re & cauſa dedit fide-
iuſſorem ſolẽniter:quo facto reperitur iudicium eſſe
nullum:vtrum tali caſu fideiuſſor ſit obligatus:in quo
mihi videtur dicendum,ꝙ nõ ſit obligatus:& hoc per
text.not.in l.2.§.j.ſupra,qui ſatiſ cog.vbi videtur text.
expreſſus de hoc,& ibi docto.not.quòd vbi non tenet
iudiciũ,ibi non tenet ſatiſdatio iudicialis.& dicit ibi
Paul.de Caſt.quem refert & ſequitur ibi Iaſ.in prin.ꝙ
fideiuſſor de iudicio ſiſti,põt dicere de nullitate pro-
ceſſus,ex quo non obligatur,quãdo proceſſus eſt nul-
lus,quod dicit Iaſ.fore notãdum propter l.ſancimus.
C.de fideiuſ.& l.ob ſentẽtiam.in prin.infra, de appel.
item pro hac parte, quòd fideiuſsio ſit nulla,quando
iudicium in quo data eſt,eſt nullũ:facit optime illa re
351 gula vulgata,videlicet † quòd acceſſoriũ ſequitur na-
turam ſui principalis.vt in regula,acceſſoriũ.de regu.
iur.in 6.& in l.fi.C.de non nu.pecu.& in l.fin.ſupra,de
conſti.pecu.& corruente principali, corruit acceſſo-
rium.l,cum principalis.infra,de regul.iuris.§.liberis.
inſtitu.de pupilla.ſubſtitu.& habetur in l.non dubiũ.
352 C.de legi.& pro iſtis facit optime: † nam data inuali-
ditate contractus,corruit etiam conſtitutum ſeu pre
carium in eo appoſitum:ita dixit Bal.in l.ex teſtamen-
to.C.de fideicom.& Bal.in c.j.§.ſi quis.in vlti.colum.
de feudo dato in vicem l.commiſſoriç.& eſt de mente
Barto.in l.quod meo.in principio.ſupra,de acquiren.
poſſeſ.& voluit Bald.in rubrica,extra,de præſcript.in
3.column.& Bald.in l.non dubium.in 11.colum.verſic.
ſimiliter dico,&c.C.de legibus.& Ludoui.Roman.in
repeti.l.ſi vero.in §.de viro.ſupra,ſoluto matrimonio.
in 3.fallent.& Alexan.in conſi.ſuo 82.incipien.perſpe-
ctis his.in 5.colum.in 2.volu.& in conſil.305.incipien.
lecto & diſcuſſo.in 7.colum.in fin.& Ludo. Roma.in
conſi.42.incipien.viſis quæ egregie.circa princi.& in
conſi.246.incipien.clariſsime aſſeſſor,&c.poſt princi-
pium.& voluit dom.Barth.Cæpol.in conſi.ſuo 4.inci-
piente,viſa quærela.in 2.column.& Barba.in conſilio
ſuo 12.incipiente,viſo puncto.in 5.column.in 4.volu-
mine.pro quibus facit optime quod Baldus in l.abſen
tis.in 5.colum.C.ſi certum peta.vbi dixit,quòd ſi non
valet contractus principalis, non valet etiam præce-
ptum guarentigiæ, vel confeſſio in eo appoſita. quod
dicit probari in dict.leg.fin.ſupra, de conſtitut. pecu.
& idem dicit idem Baldus in l. in contractibus. in fin.
principij.Cod.de non nume.pecu.quod etiam voluit.
dom.Alexander in dict.ſuo conſilio 305. & facit quod
voluit Bald.in addit. Specu.in titulo.de confeſ.in ad-
di.incipien. † quandoque † proceſſis &cæter.vbi dicit,
quod quando proceſſus non tenet ratione incompe-
tentiæ, non valet etiam confeſsio in eo facta: & pro
iſtis etiam facit:Nam ſi principale eſt nullum, ſimili-
ter clauſulæ renunciationis in eo appoſitæ ſunt nul-
læ:ita dixit Cy.in authent.ſi qua mulier.C.ad Velleia.
quem refert & ſequitur Bald,in leg. ſi quis in conſcri-
bendo.C.de pactis.in pe.colum.in fi. Item reprobato
aliquo, reprobatur quicquid venit in eius concomi-
tantiam vel vigorem, ſiue ſit lucroſum, ſiue pœnale.
ita dixit Bald.in l.pactum:circa prin.C.de colla.quem
refert & ſequitur do.Barthol.Cæpol.in d.conſil.ſuo 4.
353 † & facit quod voluit Ludo.Roman.in conſi. ſuo 293.
incipien.præſuppoſito &c.vbi dixit, quod corruente
inſtrumento,corruit iuramentum in eo appoſitum:&
facit gloſſa.not.in l.ſi patronus. in verbo Fauiana. ſu-
pra,ſi quid in frau.patroc.& faciunt pro prædictis di-
cta per Pe.de Ancha.in conſilio.ſuo 74. incipient.viſo
diligenter.ante fi.& dicta per Bald.in l.ſiue à me.in fi.
C.ad Velleian.& per Ludo.Ro.in conſi.ſuo 115. incip.
viſo compromiſſo.in verſ. his ergo præmiſſis &cæter.
& per Bartol.in l.nemo poteſt in iij.colu.ſupra,de leg.
j.& per Ludo.Roman. in conſil.ſuo 449.incipi.inqui-
ritur contra Iacobum.&c.in fi.& in conſil.330.incipi.
circa primum.in fi.primæ colu. & per Bald.in l.eos.in
j.not.C.de vſuris.& per Lud.Rom.in conſi.ſuo 330.in
354 4.colum.vbi dicit,quod † acceſſorium ſequitur natu-
ram ſui principalis, etiam ſi acceſſorium ſit dignius
principali:& facit glo.in c.j.in gloſ.magna de lite cõ-
teſt.in 6.quæ dicit,quod ſi præceptũ eſt nullũ, nõ ob-
ſtat exceptio rei iudicatæ ad impediendũ litis ingreſ-
ſum.quod etiam firmat ibi Io.An. in Nouella, & vo-
luit d.Alexan.in d.conſil.386.incipi.viſo proceſſu.in 2.
col.& faciunt ad prædicta quæ ego dixi in conſi. meo
21.incipient. Impone domine ſermonem ori meo &c.
in vltim.char.& in conſilio meo 25.incipient.confun-
dentur omnes &cæter.in penul.char. ¶ Item ad præ-
355 dictorum confirmationem facit: † Nam quando ci-
tatio eſt inualida vel nulla,omnia poſtea inde ſequu-
ta,ſunt nulla & inualida:ita dixit gloſſa.in l.ſi accuſa-
toribus.in gloſſ.fin.Cod.de accuſa. quam gloſſ. refert
& ſequitur Bald,in c.ſi clericus,in j.columna. de pace
tenen-



tenenda.& in l.cum fratrem.in vltima columna.C. de
his quibus vt indig. & in conſil.ſuo 173.incipien. præ-
ſuppoſito.in 3.volumine.& faciunt dicta per eundem
Bald.in Authentic.ſi omnes.C.ſi ſe ab hæredi.abſti. in
vltim.colum.vbi dicit,quod quando vitium eſt in ci-
tatione,nunquam tenet proceſſus in præiudiciũ ab-
ſentium:& idem dixit ipſe in l.teſtamenta.in 3.colum.
de teſta.& faciunt dicta per eundem Bald.in margari-
ta ſua.in verbo.citatio.in j.verſicu.& facit etiam ſing.
dictum Bald.in additio.Spec.in titu. de inquiſitione.
in j.ver.vbi dixit,quod ſi non valet denunciatio ma-
leficij, non valet etiam inquiſitio propter eam forma
ta:quod dicit eſſe ſumme not. & facit etiam.nam ſicut
non valet confeſsio torti, legitimis indiciis non præ-
cedentibus, etiam ſi ipſe tortus in ea perſeueret, vt
late habetur & ibi dixi in l.pe.infra de quæſtionibus:
ita nec etiam valet ipſo iure, quicquid poſtea ſequi-
tur.ita dixit.do. Paris de Puteo in ſuo tracta.ſyndi.in
102.char.in 3.colũ.in ver.an confeſsio fort. allegat ad
hoc plura iura, de quibus ibi per eum, de quo dixi in
d.l.penult.infra de quęſtionibus.in 5.colum.in ver.vl-
terius amplia &c. & facit etiam notabile verbum e-
iuſdem Bald. in l.ſi filius. ſupra de interroga. action.
vbi dixit, quod accuſatus à bannito, qui ex forma ſta-
tuti non debet audiri,licet patiatur labi terminũ ban-
ni,tamẽ nõ habebitur pro cõfeſſo ex forma ſtatuti,vo
lentis ꝙ contumax habeatur ꝓ confeſſo:quod dictum
refert & ſequitur Catal.in tract.ſynd.in ver.390. inci.
ad de ꝙ accuſatus ab aliquo:& faciunt quæ dixi in pra
ctica mea cauſarum criminalium.in 78.chart.& in re-
pet.mea,l.de vnoquoque. in 10.chart. ver.modo vltra
ſupradictas limitationes &c.ſupra de re iud.
356 ¶ † Quinquageſimoprimo quæro, vtrum fideiuſsio
nudo pacto facta,veſtiatur cohærentia contractus: in
quo reperio Bal.tenuiſſe,ꝙ non.in l.ex placito.in vlti.
co.in ver.17.quæro.C.de rerũ permu.vbi ad hoc alleg.
tex.in l.5.in §.ſatis acceptio.ſupra de verb.obli.& pro
hac parte facit etiam:nam fideiuſſor nõ obligatur ex
pacto nudo, etiam de iure canonico,ſecundum Bald.
in c.j.in pen.col.ver.pactum nudum. extra. de pact. &
facit ratio: quia fideiuſſor non poteſt obligari,niſi in-
terueniat ſtipulatio.dict.l.5.§.ſatis acceptio. ſupra, de
verbo.oblig.& l.bannitus.C.de fideiuſſ.niſi fideiuſſor
interueniat apud acta per l.cum oſtendimus §. fin. ſu-
pra de fideiuſſ.tut.ſed contra prædicta facit. nam ſi in
tali nuda fideiuſsione interpoſitum eſſet iuramen-
tum, certe talis fideiuſsio valeret, cum iuramentum
regulariter validet actum inualidum, vt poſſent po-
ni plura & plura exempla,quæ omitto breuitatis cau-
357 ſa: & hoc patet etiam in pacto nudo. † Nam licet ex
pacto nudo non oriatur actio,vt habetur in l.iuriſgen
tium.in §.ſed cum nulla.& in §. & generaliter. ſupra
de pact.in l.eleganter.in §. ſeruus pactionis.ſupra de
dolo.& in l.legem. & in l.petens.C. de pact. tamen ſi
in pacto nudo interuenit iuramentum, ex eo oritur a-
ctio,ſecundum Matthæ.in not.ſuo 35.incipi. nota no-
uam regulam:vbi ad hoc allegat.l.ſi quis maior.C. de
tranſact.& eum refet & ſequitur domi.Felin.in c. j. in
2.columna.extra. de pact. Ergo idem dicendum eſt in
nuda fideiuſsione,etiam ſi in ea non ſit appoſitum iu-
358 ramentum: † Quia inter ſimplicem loquelam & iu-
ramentum Deus non facit differentiam, vt eſt expreſ-
ſum in c.iuramenti,22.q.5.& in c.& habetur in ca.qui-
cunque ſuffragio.12.q.2.& voluit gloſſ.in ca.j.de pact.
& pro hac parte & opi.facit quod voluit Bald.in ca.ſi
pro debilitate.in 4.columna de offi.delegat.vbi dixit,
quod bona fides requiritur in his, qui plurimum ne-
gociantur:& in illis non differt pactum nudum à ſti-
pulatione.allegat l.j.ſupra de conſtitu.pecu. vnde cã-
pſores qui tenent menſam authoritate publica,nõ ha-
bent beneficium excuſsionis,ſecundum eum,ꝙ repu-
tat not.Alex.in l.iuriſgentiũ.in §.igitur nuda ſupra de
359 pact. † & facit gloſſ.in l. quintus.ſupra,manda.quæ di-
cit,quod verecundia eſt alicui, recuſare quod promi-
ſit pacto nudo:& idem dixit Sali.in l.placuit.C.de iu-
di.vnde dixit Bar.in d.l.quintus.quod in curia merca-
torum,vbi poteſt decidi negocium bona æquitate,nõ
poteſt opponi iſta exceptio:nõ enim interuenit ſtipu-
latio,ſed fuit factũ nudũ:& faciunt dicta per Bart.in l.
fideiuſſor.§.quædã. ſupra,mand.& in leg.ſi fideiuſſor.
in fin.infra,in hoc titul.& per Alexã.in apoſtillis in d.
360 l.quintus. ¶ † Item etiam ad prædicta facit:nam con-
trahens ſponſalia per verba de futuro, etiam ſine iu-
ramento,tenetur illa ſeruare,& nõ poteſt venire con-
tra fidem præſtitam:ita dixit Abba.in c.ex literis. el 2.
in 3.nota.extra.de ſponſa.& eſt textus.in ca.j.extra. de
ſponſa.duorum:& ibi Abba.in 2.nota.& eſt text.in ca.
ſicut ex literis.& ibi Abba.poſt Innocen.in tertia no-
ta.de quo latius per dom.Felin.in c.j.in pen.colum.de
pact.Item pro iſtis etiam facit text.nota.in cap.quali-
ter.in verbo,promittuntur,eo. titulo.de pact. & facit
etiam text.in l.fi.C.ad Velle.vbi dicitur, quod fideiuſ
ſor nudo pacto obligatur:quem text.dixit ſingu.Lud.
Roman.in repeti.Authent.ſimiliter.in 6.colum. verſi.
quarto.C.ad l.Falcid.quem refert & ſequitur domin.
Felin.in d.c.j.de pact.in vlti.columna. & facit optime
text.not.in c.iudicante.extra.de teſta.vbi habetur, ꝙ
aliquis obligatur nudis verbis, licet non interueniat
ſtipulatio:quem text.ad hoc alleg.gloſſ.in cap.quicun
361 que ſuffragio.12.q.2. † & facit etiam gloſſ.in d. c.iudi-
cante:quæ dixit, quod legatum factum nudis verbis
valet:ad quod alleg.text.in l.fi.C.de fideicom.attamẽ
ſupradictis non obſtantibus, credo primam opin. fo-
re veriorem,ſ.quod nuda fideiuſſio non valeat,& non
veſtiatur cohærentia contractus: & hoc per illam ra-
tionem,quod in fideiuſſione requiritur ſtipulatio, vt
in d.l.5.in d.§. ſatis acceptio:& in d.l. blanditus. & in
l.ſciendum.cum gloſſa.ſupra,de verbo obligat.& non
obſtat text.in d.l.fin.C.ad Velle.& in d.cap.iudicante.
& in d.l.fin.Cod.de fideicom.quia dico quod illi ſunt
caſus ſpeciales fauore piæ cauſæ:nec obſt.illud,quod
inter ſimplicem loquelam & iuramentum. Deus non
facit differentiam:de quo latius per do.de ſancto Ge-
mi.in c.fi.in pe.col.de iureiuran. in 6. quia dico quod
illud habet locum quo ad Deum,& in foro poli:ſecus
in foro fori,vt volunt docto.in d.c.j.de pact.& de hac
præſenti quæſtione,an valeat fideiuſſio facta nudo pa
cto,& an illa veſtiatur cohærentia contractus,vide Ia
ſo. in d.l.5.in d.§.ſatis acceptio.ſupra,de verb.obliga.
362 ¶ † Quinquageſimoſecũdo quæro, an fideiuſſor cõ-
uentus pro executione ſentẽtię latę cõtra principalẽ,
poſsit petere executionem cõtra ipſum principalẽ, ſi-
ne alia ſentẽtia vel ꝓceſſu facto inter ipſum fideiuſſo-
rem & principalẽ, in quo reperio Bal. ponentem hanc
quæſtionem in l.fin.C.de vſu. rei iudi. in 2.colum.vbi
primo dicit,videri dicendum,ꝙ ſic:quia propter con-
iunctionem cauſæ eſt idem iudex, qui tulit ſentẽtiam
principalis & fideiuſſoris.alleg.l.minor.ſupra,de eui-
ctio.in princip.& C.de ſenten.l.cum eorum, & C. vbi
cauſæ fiſca.l.cũ vendenti.ſed poſtea ipſe Bal. vbi ſupra
diſtinguit hoc modo, videlicet quia aut loquimur in
fideiuſſore iudicij, aut in fideiuſſore contractus. ſi in
fideiuſſore iudicij,& tũc fideiuſſor poteſt petere exe-
cutionem contra principalem ſine alia ſentẽtia:ſecus
autem dicit eſſe in fideiuſſore contractus, quia tunc
non eſt iudicium commune inter eos: vnde tunc nec
hinc,nec inde proceditur executiue: & quærit poſtea
etiam ibi ipſe Bald. quid autem in quaſi fideiuſſore,
id eſt,in patre: vtrum filio ciuiliter condemnato: fiat
executio contra patrem? & dicit, quod gloſſ. dicit,
quod ſic: quia ex ipſo iudicio obligatur, dum tamen
filius fuerit in iudicio patre conſentiente:& hoc, quo
ad executionem fiendam contra patrem in peculio
profectitio,& in vſufructu aduentitio:nam talis vſuſ-

fructus redigitur ad inſtar peculij profecticij: iſta eſt
gloſſ.ſingularis,quæ non eſt alibi ſecundum eum.in l.
ſi condemnatus.ſupra de noxal. quam dicit eſſe per-
petuo not. & menti tenendam.ita reſidet Bald. circa
prædicta in d.l.cum antiquitas.in 2.colum.verſi. quæ-
ro vtrum.C.de vſu.rei iudi.
363 ¶†Quinquageſimotertio quæro, an fideiuſſor ſol-
uens pro principali,habeat executionem paratam cõ-
tra eum.in quo reperio Bar.formantem hanc quæſtio-
nem in l.fin.in fin.C.de vſu.rei iudi.& ibi dicit, quod
fideiuſſor iudicatũ ſolui,qui exactus eſt pro domino,
habet executionẽ paratam cõtra dominum,nec habet
neceſſe contra eũ dare libellũ in actione mandata,nec
cõtra eum ꝓcedere ordinarie.& hoc ꝑ tex.ibi in ver.
ſtatim &c.& idẽ tenet ipſe Bart.in l.2.§.fi.ſupra qui ſa-
tiſ.cog.& lati⁹ in l.j.in j.col.infra,iudica.ſol. & dicit,
quod hoc etiam tenet Spe.in titu.de execut. ſenten.in
§.ſequitur.ver.ſed nunquid ſententia.& Ioan.And.in
c.j.de iniu.in 6.& Cyn.in d.l.fina.C.de vſu.rei iudi.&
Guil.de Cu.in l.2.in fin.ſupra,qui ſatiſ.cog. ſed ſecus
dicit Bar.in d l.j.eſſe in fideiuſſore contractus: & hoc,
l.grece. in §. ſi à debitore. ſupra de pignor. & in l. à
ſententia in princi.infra de appel.& per l. præſenti.§.
aduertentes.C.de his qui ad eccle.confugiunt|& hãc
partem etiam tenuit Ange.in l.ſi cum pecuniam.C. de
priuileg.fiſci. & adde hic Bald. in l.cum eorum.circa
princ.C.de ſenten.vbi dixit, quod ſi fideiuſſor capitur
pro debito, quod poteſt per eundem iudicem facere
capi reum principalem incidenter, licet talis nõ eſſet
ſuus iudex.ꝙ tamen dicit eſſe verum in fideiuſſore iu-
dicij,ſed ſecus dicit eſſe in fideiuſſore cõtractus, quia
nulla l.hoc dicit.de quo latius ꝑ eũ ibi:ꝙ eſt no.in hac
materia(Vide d.Fl.in l.ſi plures eiuſdem.ff. de noxali.
364 ¶†Quinquageſimoquarto quæro, an fideiuſſor con-
uentus à creditore,poſſit ſoluere de bonis principa-
lis:in quo dicas,ꝙ ſic,quãdo ipſe fideiuſſor eſt pauper,
& nõ põt ſoluere de ſuo,& ne forte marcidetur in car
cere:ita dixit Bar.per illũ text.in l.ſi procuratorẽ.in §.
ignorãtes.in prin.ſupra mandati. vbi ad hoc alle.opti
mũ tex.in auth.qua in ꝓuincia.C. vbi de cri.agi opor-
tet.& alleg.etiam gloſſ.in l.venditor. ſupra de iudi.|&
Auth.ſi captiui.C.de epiſ.& cle.& idem tenet Ang. in
Auth.vt omnes obe.iudi.in princip.in 4.col.& Bart.in
dict.Auth.qua in ꝓuincia.& ibi Bal.in fi.& in d.Auth.
ſi captiui.& idem etiam tenet Bal.in C.ſi qui teſtium.
l.fi.extra de teſti.& idem etiam dixit Ange.loquens in
fideiuſſore.in l.Plautius.ſupra,de procur.quem refert
& ſequitur Alex.idem firmãs.in d. l. ſi procuratorem.
§.ignorantes.& idem etiam voluit Bald. in ſuo reper-
to.in verbo,fideiuſſor.in 2.col.in 2.ver.ſic eſt commu-
nis omnium docto.concluſio in hac quæſtione,ꝙ ſi fi-
deiuſſor eſt pauper,ꝙ attenta eius impotentia ſoluen
di, poterit ſoluere de bonis principalis:quod maxime
credo procedere in fideiuſſore de iudicio ſiſti, & de
iudicato ſoluendo: & hoc per ea quæ dixi ſupra,in q.
proxima præcedenti,& in quæſtione ibi antecedente.
q̃ videas,& adde etiã dicta ꝑ Iaco. de Are.|& per Bart.
in l.eadem.ſupra de verb.oblig.quæ refert etiam ipſe
Barto.in d.§.ignorantes,ꝙ quando ſunt plures hære-
des,qui tenentur ad eandẽ ſpeciem:quia neuter ſolu-
tione partis liberatur, poteſt vnus ſoluere partem al-
terius: & ſic etiam fideiuſſor poſſet mittere te in poſ-
ſeſſionem rei principalis,quam ſoluere tenebatur: &
hoc ꝑ illum text.ꝙ dicit eſſe menti tenendũ.Quando
aũt fideiuſſor ꝓ principali eſt carceratus,an poſſit pe
tere, vt ipſe principalis faciat eum relaxari à carceri-
bus,vel poſſit petere damna & intereſſe, vel aliud ab
ipſo poſſit petere:vide Bald.in l.fin.in fin.C.de vſu rei
iudi.& in l.quenquam.C.de ſen.quæ ſine cert. quanti.
in quibus locis hoc examinat.
365 ¶†Quinquageſimoquinto quæro:pone, ſtatutũ im-
ponit pœnam pecuniariã pro vulnere,& etiam ꝓ ho-
micidio:vtputa,ponit pœnã cẽtum ꝓ vulnere, & pro
homicidio ponit pœnam mille: modo Titius fuit vul
neratus à Seio,& fuit inquiſitus de dicto vulnere, qui
tunc dedit fideiuſſorẽ ꝓ pœna dicti vulneris:quo ſtan
te, ſequitur mors dicti Titij vulnerati: vtrum dictus
fideiuſſor teneatur nedum pro pœna vulneris, ſed e-
tiam pro pœna mortis, & ſic ad mille. in quo Specu.
in titu.de fideiuſſ.in §.j.in verſic.ſed pone,R.vulnera-
tus &cæt. dicit videri dicendum, quod non teneatur
niſi ad pœnam vulneris: nam ipſe fideiuſſor fideiuſ-
ſit pro vulnere, & ſic pro re certa. vnde pro alia non
tenetur.l.centum Capuæ. ſupra,de eo quod certo lo-
co.& ſupra qui ſatiſ.cog.l.2.§.fina.dicit poſtea, quod
in contrarium facit, quod teneatur ſi ex illo vulnere
mortuus ſit, eo quia occiſus videtur, qui eſt letaliter
366 vulneratus: quia † quæ incontinenti fiunt, videntur
ineſſe.l.lecta.ſupra ſi cer.peta.& arg.extra.de electio-
ne.c.officij.& ſupra,de teſtament.mili.l.pe.& facit ad
hoc, ſecundum eum.l.ſi quis pro eod.§.2.infra,in hoc
titu.& C.quorum legat.l.fina. & extra. de cle.percuſſ.
capit.2.tamen ſecus dicit eſſe,ſi vulnus non fuit mor-
tale, quia tunc fideiuſſor nõ teneretur,niſi ad pœnam
vulneris,licet eſſet ſequuta mors.allega.l.qui occidit.
§.fina.ſupra,ad l. Aquil.& hanc partem tenuit per di-
cta iura Dyn. in l. fideiuſſores magiſtratum. infra, de
hoc tit.ſed do.Flo.de ſancto Petro in l.ait lex.in prim.
colum. ſupra, ad leg.Aquil.dicit,quod talis fideiuſſor
non tenetur niſi ad pœnam vulneris, eo quia morte
ſequuta,pendente proceſſu vulneris,proceſſus ille ex-
tinguitur,& de occiſo poſtea quæri debet.allegat leg.
illud.in eodem titulo.& ideo dicit, quod extinguitur
etiam obligatio de iudicio ſiſti,& de iudicato ſoluen
do,& in l.græce in §.& poſt litem.infra,in hoc titulo.
iuncta.l.cum quærebatur.& l.cum apud.ſupra, iudic.
ſolu.|& dicit,quod hæc videtur ſibi vera concluſio,li-
cet doctor.circa hãc quæſtionem variauerint.& idem
etiam tenuit ipſe Flo.in leg. ſi vulnerato.in j.columm.
eod.tit.ſupra,ad l.Aquil.idem etiam tenet Bartol.in d.
l.fideiuſſores magiſtratum.infra,in hoc titul. & idem
tenet Bald.in l.2.in §.ſiue in duplum.ſupra, qui ſatiſd.
cog.& idem tenet Iaſo.in l.2.in §.fi.in fi.ſupra, qui ſa-
tiſ.cogã.ſed Bald.in addi.Specu. in titul. de fideiuſſo.
tenet indiſtincte, quod talis fideiuſſor non teneatur,
niſi ad pœnam vulneris:& hoc per illam rationem, ꝙ
primus proceſſus annullatur mutato titul.criminis,&
non eſt eadem forma agendi:& idem tenet ipſe Bal.in
ſuo repertorio.in verbo, fideiuſſ.in 2.colum.in j.verſi.
& iſta opin. Bal.& Flo.& ſequacium verior videtur &
æquior,|eo quia fideiuſſor ſolum fideiuſſit pro vulne-
367 re,†& actus agentium non operantur vltra intentio-
nem eorum,vt in|l.non omnis.ſupra,ſi cer. pet. cum ſi.
& hanc quæſtionem etiam tetigi remiſſiue. ſupra, in
q.29.ante fi.de quo etiam per Iaſ.in l.j.in vlt.col. ſupr.
de in lit.iur.An aũt pax facta de vulnere,extẽdatur ad
mortem|morte ſequuta,vide quæ dixi in practica mea
cauſarum criminalium.in 101.char.in fi.& in char.195.
circa medium|: in quibus locis etiam poſui alia plura
in materia vulnerati, quãdo ſequitur mors. videas ibi
ſatis late.
368 ¶†Quinquageſimoſexto quæro: plures fuerũt inquiſi
ti de aliquo delicto,in quo venit imponẽda pœna pe-
cuniaria, an tali caſu vnus poſſit fideiubere pro alio.
in quo dicas,quod ſic, dummodo aliter ſint idonei fa-
cultatibus:ita dixit Barto.in l. Romanus.ſupra,de tu-
to.& cu.da:ab his, vbi dicit, quod plures accuſati vel
inquiſiti, vel ſimul.cũ armis inuenti poſſunt inuicem
fideiubere,& idem voluit ibi Bal.& idem tenuit idem
Bal.in leg.omnes.la.ſecund.C.de.epiſc.& cle. & idem
voluit Ang.& Ioan.de Imo.in l.reos.in princip.infra,
de duob.reis.& Ange.de Aret.in tract.malefic.in ver-
bo,pro quibus Ant.fideiuſſit.in verſic. quæro an vnus
&cæt.& ibi in additione.vbi d.Auguſt.de Ari.limitat
præ-



prædicta,ſecundum ꝙ ſupra dixi, videlicet prædicta
eſſe vera,& locum habere,dummodo dicti fideiuben-
tes ſint idonei facultatibus, alias non.allegat.gloſſ.ad
hoc in §.ſuſcepto.in authen.de exhi. reis. quod etiam
369 dixit Bald.in d.l.Romanus.¶† An autem quando plu
res ſunt inquiſiti pro aliquo delicto, an vnus poſſit
teſtificari pro alio: dicas, quod aut contra eos proce-
ditur ciuiliter de crimine,aut criminaliter: ſi proce-
ditur ciuiliter.& tunc vnus poteſt teſtificari pro alio,
ſed ſecus eſt, quando proceditur criminaliter, quia
tunc vnus non poteſt eſſe teſtis pro alio: ita dixit do.
Franc.de Aret.in conſil.ſuo 61. incip.in cauſa illorum
&c.in fin.pe.colum.vbi ad hoc alleg.Specu. in titu.de
teſt.in §.j.in ver. quid ſi quatuor homines &c. & text.
in c.quoniam.de teſti.& ibi Abb.de quo etiam habe-
tur ꝑ Ang.in l.fi.infra de ſica.& inquantum do.Franc
de Aret.in d. conſi. dicit, quod in criminalibus tales
inquiſiti non poſſunt teſtificari vnus pro alio: dico i-
ſtud poſſe limitari & reſtringi, niſi aliter crimen per
alios probari non poſſet, quia tunc poſſent deponere
vnus pro alio:nam quando crimen aliter probari non
poteſt,tunc indiſtincte ſocius criminis admittitur in
teſtem:ita multum ſingu.dixit domi.Franc.de Aret.in
dicto conſilio ſuo 61.incip.in cauſa illorum.in vltimis
verbis:ad quod alleg.text.in cap.fi.de teſti. cog.& do.
Anto.& alios in c.quoniam.de teſti. & Bald. in l. quo-
niam.per illum tex.C.de teſti.vbi videas.
370 ¶†Quinquageſimoſeptimo quæro:Titius mutuauit
mille Seio: cui Titio ipſe dedit pro dictis mille plu-
res fideiuſſores: attamen dicta mille, tota & integra
peruenerunt ſolum ad manus vnius ex dictis fideiuſ-
ſoribus: modo dictus Seius tempore prætorio non
reſtituit mille Titio creditori, adeo quod eſt ſibi ne-
ceſſe exigere fideiuſſores:quæro,an poſſit pariter con
tra omnes fideiuſſores agere pro dictis mille: an con-
tra vnum vel duos tantum, in quo mihi videtur di-
cendum, quod ſolum debeat primo agere contra il-
lum,ad cuius manum peruenerunt tota illa mille, &
non contra alios:& ad hoc dicendum moueor à ſimi-
li per text.not.in l.actione.in §.ſi communis pecunia.
ſupra,pro ſocio.vbi text.dicit, quod ſi communis pe-
cunia ſit penes aliquẽ ſociorum,vt quia fecerunt eum
camerariũ,vel burſariũ,aut depoſitariũ,ꝙ prius agen
dum eſt cũ illo,quã cum aliis ſociis:& ſic licet actio ꝓ
ſocio ſit perſonalis, tamen ſequitur ſociũ camerarium
vel depoſitarium in ſolidum: quod ſecundum Rapha.
Fulgo.ibi procedit, ſecundum quandam æquitatem,
quę verſari debet in iudiciis bonæ fidei: & hoc refert
& ſequitur Socin.in conſi.ſuo 24.incip.viſis &cæ.in 6.
colum.ita videtur mihi argu.prædictorum dici poſſe
in quæſtione, quod licet omnes fideiuſſores pariter
ſint obligati in caſu noſtro, attamen poſtquam con-
ſtat quod tota pecunia peruenit ad manus illius, pri-
mo ipſe erit conueniendus & diſcutiendus: & facit
optime quod voluit Guil.de Cug.in l.ſed Iulianus. in
§.idem ait ſi duos.ſupra ad Macedo. vbi dixit per illũ
tex.quod ſi plures rei debendi conſtituantur attamen
ſi in rei veritate ad vnum peruenit pecunia, quòd tũc
alij loco fideiuſſorum habentur: & ille habetur pro
principali obligato: & illi gaudebunt beneficio fide-
iuſſorum per gloſſ.in auth.de fideiuſſ.in §.j.in gloſſ. in
verbo, fideiuſſorem.& idem voluit Barto. in quodam
conſi.ſuo,inci. Titius ꝓmiſit mihi &c.vbi dicit,quod
ille prius eſt conueniendus,ad quem peruenerunt pe-
cuniæ:& illo non reperto ſoluendo,poſtea deuenitur
ad alios correos,qui non habuerunt pecuniam:& idẽ
dicit Bart.in l.in duobus.§.j.in ver.ſeptimo quęro &c.
ſupra de duob.reis.& alleg.in ſimili bonum text.in l.
vnde quęritur.in princip.ſupra commo. & idem dixit
Ludo.Rom.in conſi.ſuo 114.incip.viſis ſupra conſultis
&c.in princ.vbi alleg.Guil.de Cu.vbi ſupra,& Barto.
371 in dicto ſuo conſi.de quo latius ibi per eum:†facit ad
prædicta ſimile,quod dicim⁹ de tutore qui geſſit, qui
prius eſt conueniendus, quam ille qui non geſſit, vt
habetur in l.2.in §.fi.ſupra de curato.bonis dando, &
faciunt etiam dicta per Iaco.Butri.in d.l.vnde quæri-
tur.vbi dixit,quod ille eſt prius conueniendus,ad quẽ
peruenit pecunia.& idẽ tenet Ang.ibi,& faciunt dicta
per Bal.in l.cum in plures.in §.veſtimenta.ſupra loca-
ti:vbi dixit,ꝙ ſi ad vnũ de duobus correis tota pecu-
nia peruenit,ꝙ tũc poteſt actor cogi,vt cõtra eũ agat,
ad quẽ peruenit pecunia periculo & expẽſis correi:vt
ibi & in d.l.vnde q̃ritur:ꝙ dicit eſſe mẽti tenẽdũ, quia
licet in inſtrumẽtis cõmuniter renuncietur beneficio
de duobus reis,tamẽ illis legibus cõmuniter nõ renũ-
ciatur:& facit tex.in l.diuus Seuerus.in verſicu.prout
quiſq; geſſit tutelã &c.& in l.tutores.§.j.in verbo,ni-
hil geſſit.& in §.curatores. in ver. negocia geſſerunt
&c.ſupra de adminiſt.tutor. & facit text.l. actione. in
ver.nemo tenetur,niſi qui in tutelam &c. & in l.j.§.de
rationib.in ver.geſſerũt.ſupra de tut.& rationib⁹ diſ-
trahendis:& faciunt optime dicta ꝑ Barba. vbi ſupra-
dicta approbat in conſi.ſuo.12.incipien.illud &c.in 7.
& 8.colum.in 4.vol.& dicta ꝑ Soci.in conſi.ſuo 27. in-
cip.viſis &c.in pe.colũ.in 4.volu.& Pau.de Caſtr.in l.
3.in §.j.ſupra de duo.re.tene menti p̃dicta,quia illa ſę-
pe contingunt in facto.(Et vide ſupra eod.in 12. colũ.
in.ver.vlterius antequam &c.)
372 ¶†Quinquageſimooctauo quæro:pone, ꝙ erã tibi de
bitor in centũ,ꝓ quo debito dedi tibi fideiuſſorẽ:quo
ſtante,adueniente tẽpore ſolutionis,obtuli tibi debi-
tum,& depoſui& conſignaui.& ſic videtur ſublata o-
bligatio, vtrum fideiuſſor poterit poſteà conueniri, ſi
reaccipio pecuniã:in quo videtur dicendũ,ꝙ nõ:quia
res ſemel extincta,amplius nõ poteſt reuiuiſcere.l.qui
res.in §.aream.infra, de ſoluti. cum multis ſimi.ibi in
gl.all. & quod non poſſit vlterius cõueniri fideiuſſor,
tenuit Spec.in tit.de fideiuſſo.in §.1. in verbo, quid ſi
obtuli.& allegat rationẽ,dicẽs hoc ꝓcedere, quia vl-
terius principalis non eſt debitor ex prima actione,
vel ex prima obligatione: ergo ad quod alleg. l. acce-
ptam.Cod.de vſur.ſed dubito de hac deciſione ex plu-
ribus:& primo per illud,quod dixit ipſe Specul.in di-
cto tit.de fideiuſſ.in dicto.§.prim.in pe.col.in ver.po-
ne,cum deberes mihi 10. &c.vbi dicit, quod ſi debe-
bas mihi 10.& dediſti mihi fideiuſſorem, & obligaſti
bona tua,poſt hoc fuit mihi datus fundus in ſolutum
à iudice:qui fundus eſt à me euictus,& tu non es ſol-
uendo, nunquid habebo regreſſum ad fideiuſſorem.
& dicit videri dicendum, quod non:quia extincta eſt
obligatio principalis per dationem in ſolutum, vt ſu-
pra,de pigno.action. l. eleganter.& in d.l.cum res. in
d.§.aream.& C.de euict.in l.ſi prædium. Dicit tamen
poſtea, quod attamen videtur quod reſtituatur vtilis
cõtra fideiuſſorẽ,vt infra de iure fiſ.l.Titius.& ſupra,
ad Treb.l.debitor.& infra,de ſolution.l.ſi creditor.&
d.l.qui res.in princ. Secũdo dubito de prædicta deci-
ſione Spec. propter aliud, videlicet quia non dicitur
373 veniſſe,qui non ſtetit:& †nõ dicitur factum, quod nõ
iurat factum.l.item.§. quod ſi actor. ſupra, quod cui-
uſque vniuer.no.l.ſi pro parte.§. verſum.ſupr. de in rẽ
verſo.cum multis ſimi.ibi in glo.alleg. & eſt etiã text.
quem ibi ponderat Ioan.de Imo. in l.3.in §.ſi quis ita.
ſupra,de hæredi.inſtitu.& voluit Socin.in conſil. ſuo
91.inc.viſa diligenter.in 2.colum.vbi aliqua ad hoc al
leg. & ideo ſi carceratus qui aufugit, reuertatur ad
carceres,non dicitur aufugiſſe ſecundum Bal.in l.j.in
3.colum.C.de ædil.act.& in l.j.in 5.colum.Cod.de ſer.
fugiti.Pro quibus faciunt dicta per Socin. in conſilio
centẽſimo decimoſeptimo.inci.viſa &cæt. in 2. col.&
per Pau.de ca.in l.Ariſto.in §.Labeo.ſupra, de donat.
& per Socin.in conſilio ſuo 133.incipi. profecto &cæt.
in 3. colum.in verſiculo.3.& vltimo &cæter. ¶Et facit
374 etiam pro iſtis: † Nam ſi ex forma ſtatuti, bannitus

non poteſt habitare in ciuitate,alias poſsit ibi capi &
decapitari, non habet locum in bannito tranſeunte
& comedente in hoſpitio, & poſtea recedente:nam-
tunc non dicitur veniſſe, quia non ſtetit: ita dixit do-
min.Nellus in tractat.bannito. in prima parte ſecun-
di temporis.quæſtione. 58.& Petr. de Ancha.in conſi-
375 lio ſuo 73.incipien. viſo diligenter ante fin. & facit:†
Nam ſtatutum, dicens quod aliquis non poſsit con-
ducere ſal vel bladum ad ciuitatem ſub certa pœna,
non habet locum in conducentem bladum vel ſal ad
ciuitatem, vt illud alibi transferat: ita colligitur ex
his,quæ dicunt Iacob.de Are.& Cyn.in l.ſi quis poſt-
hac.per illum text.cum gloſſ.C.de ædific.priua.& Io-
an.And.in addition.Specul.in titul.de conſtitut.§.j.in
addition.incipien. Guido de Suza. &cæt.& Bartol. &
Ange.in l.cætera.in §.ſed & ſi quis.ſupra de legat.j.&
Pet.de Ancha.& Ioan.de Imo.in c.j.de cleric. non re-
ſiden.de quo latius per Alexand.in conſil. ſuo 433. in-
cip. viſa inquiſitione.in j.columna de quo etiam per
Pau.de Caſt.in d.l.cætera.in d.§.ſed ſi quis.& ad præ-
dicta facit optime, quod dixit Ludo. Roma.in conſil.
ſuo 510.incip.quo ad primum.in 9.colum. in verſic.2.
quia licet &cæt.& Bald. in repertorio. in verbo ban-
nitus.in verſi. quid ſi bannitus capiatur.& per Socin.
376 in conſil. ſuo 76.incip.viſa in 4.colu.in princip. ¶ †Et
faciunt dicta per Bartol.in l.ſicut.in §. ſuperuacuum.
in 3.colum.in ver.redeo ad ordinem &cæt.ſupra, qui-
bus modis pign.vel hypothec.ſolua.vbi dicit, quod ſi
iudex facit præceptum alicui, quod diſgombret &
exeat poſſeſsionem alicuius domus: quo facto, ille
exit & diſgombrat illam domum, poſtea reingredi-
tur dictam domum,an dicatur veniſſe contra dictum
præceptum: & dicit, quod ſic: quia non videtur exi-
uiſſe,ex quo reingreſſus eſt:quia illud prçceptum in-
telligitur de exitu perpetuo: allegat iura de quib9 ibi
per eum. Item facit etiam quod voluit Baldus in l.
ſi quis ita.C.de pactis inter empto.& vendito. vbi di-
xit,quod ſi teſtator reliquit centum eccleſiæ, vt ex il-
lis ſibi emat fundum, eccleſia emit dictum fundum:
poſtea vult illum vendere,an poſsit: & determinat, ꝙ
non.quia videntur data illa centum ad emendum fun
dum,vt fundus ſit perpetuo in ſeruitium ſeu benefi-
cium eccleſiæ.allega.l.Titio centum.ſupra.de condi-
tio.& demonſtra.& faciunt etiam dicta per Ange.in l.
377 ſi quis ita ſupra de cõditio.inſti.¶†Et faciunt dicta ꝑ
do.Feli.in c.ex parte decani.in 4. columm. de reſcript.
vbi dixit, quod ſi ſchedula citationis affigatur oſtio,
& ſtatim leuetur,tunc non dicitur citatio competen-
ter facta:& per Abb.in conſi.53. incip. inſtrumentum.
in vlti.colum.in 4.volumi.& per d.Philip.Decium in
conſilio ſuo 177.incipien.quod ſupra.ex quibus omni-
bus redditur dubia deciſio Specu. in dicta quæſtione
quare cogita.
378 ¶†Quinquageſimonono quæro: pone creditor ela-
pſo termino ſolutionis fiendæ, fecit capi & carcerari
fideiuſſorem: quo ſtante, petit etiam tenutam bono-
rum ſuorum: An ſit audiendus?in quo dicas, quod ſic
ſecundum Barto.in l.conſentaneum. in vltima col. C.
quomodo & quando iudex. & Bald.in l. ignorare. C.
de reſtit.mili.& voluit Petr.de Ancha.in c.j.de eo qui
mitt.in poſſ. rei ſeruand. cauſa: & allegant rationem
prædicti docto.& dicunt quod ratio eſt,quia iſta duo
tendunt ad eundem effectum, & vnum non eſt con-
379 trarium alteri.¶† Pro quo facit dictum Bald.in c.di-
lectus.in 2.colum.de appel.vbi dixit,quod carcer non
ſoluit debitum, ſed burſa: quod etiam dixit ibi Car.
Alex.in 2.col.& illam doctrinam Barto.in d.l. conſen-
taneum.& aliorum ſupra allegatorum.refert & ſequi
tur Alexand.in conſilio ſuo 477.incip.in cauſa Straza-
rolorum.in pen.colum. Sed tu vltra eum dicas,quod
idẽ tenuit Archi.in rub.de eo qui mitt. in poſſ. rei ſer-
uan.cauſa.in 6.&Bal.in l.j.§.fi.in fi.pe.col.ſupra ſi quis
ius dicen.non obtempe. vbi pro hoc dicit eſſe text. in
c.quoniam frequenter.§.fi.vt lit.non conteſt. & idem
tenet Pau.de Caſtr.in l.qui legati.per illum text.C. vt
in poſſeſsion. legatorum. & ibi allegat plura iura ad
hoc, & reprobat tenentes contrarium: & idem tenet
ipſe Pau.de Ca.in l.4.in §.ait prætor.circa fi. & ibi in
§.ſequen.ſupra de re iudi.vbi allegat Bart.in d.l. con-
ſentaneum.Idem etiam tenet ipſe Pau.de Caſtr. in l.ſi
Stichum in §.idem Celſus.ſupra de nouation.& idem
voluit Abb.in c.prout in vlti.col. de dolo & contu. &
Ange.in l.qui reſtituere.in vlti.col.ſupra de rei ven.&
in l.aduerſus.C.de action.& obliga.& do.Alex.in l.4.
in §.ſi ex conuentione.ſupra de re iudi.& Cardi.Alex.
in ca.dilectus.in 2.col.de appella.in ver. nota ex text.
380 ibi propter quod &c.¶†Itẽ ad prædicta facit, quod
nota.dixit Bal.in c.contingit.in 6.columm. de dolo &
contuma. vbi dicit, quod captura rei non liberat fi-
deiuſſorem. Sed dicit quod immo vterque poteſt ca-
pi pro eodem debito.ad quod alleg.l.hæres à debito-
re.§.quod ſi ſeruus.& ibi Barto.infra, in hoc titulo &
allegat etiam rationem, dicens quod licet deuentum
ſit ad capturam, non tamen eſt ſatisfactum. Idem di-
cit econtra, videlicet ſi primo eſt captus fideiuſſor, ꝙ
poteſt etiam capi reus principalis:nec iuuatur reus, ſi
fideiuſſor appellat à captura,vt in leg.creditor.ſupra.
mandati.in princip. vbi gloſſa.nota.de quo latius per
eum vbi ſupra,& vide Ange.in l.nemo carcerem.in 2.
col.Co.de exact. tribu.lib.11. vbi dicit circa hanc ma-
teriam, quod vno contextu non poteſt peti tenuta &
carceratio, ſed poteſt peti vnum poſt aliud. De qua
materia latius loquutus ſum in practica mea cauſa-
rum criminalium,in charta 209.in chart.210.& etiam
de hac eadem materia loquutus ſum in ſingula. meo
398.incipiẽte,dixi tibi alias &cæt.& in l.vnius facino-
ris.in §.cuſtodiæ.in pe.colum.infra,de quæſtionibus.
vbi videas.
381 ¶ † Sexageſimo & vltimo quæro,an & quando fide-
iuſſor poſſit eſſe teſtis pro reo principali: in quo Spe-
cu.in titul.de teſte.in §.j.in verſiculo,quid de fideiuſ-
ſore &cæt.dicit, quod aut debitor principalis eſt ſol-
uendo, & tunc admittitur, cum tunc non poſſit ipſe
fideiuſſor pati damnum:aut non eſt ſoluendo,& tunc
ſecus. & ſubdit ibi Ioann. An. hoc eſſe verum, etiam
quando fideiuſſor renunciaſſet beneficio de fideiuſ-
ſoribus.De quo ibi latius per eum.& idem videtur te-
nere Bartol.in l.ſi cui legetur.§.fin.ſupra. de legat.pri
mo,vbi ſe remittit ad Spe.vbi ſupra,& iſta videtur cõ-
munis opin. de qua quæſtione vide etiam per Angel.
in l.ab executore.in §.j.infra,de appellatio.per Ange.
& Imo.in l.fideiuſſor.§.fi.ſupra,de legat.1. per Ioann.
de Imo.in l.à ſententia.infra, de appellation. in prin-
cip.per Bartol. in l. ſi quis ita. ſupra,de rebus dub. per
do.Felin.in c. inſuper.in vlti. col. de teſtibus per om-
nes in l.dictantibus.Co.de teſtament.per.Alexand.in
conſilio ſuo 78.incip.in cauſa & lite &cæt.in 2. col.in
j.volu.in quibus locis doctor. ponunt plura exempla,
vt eſt in legatario & fideicommiſſario, qui poſſunt te
ſtificari pro teſtamento, quia eorum principaliter nõ
382 intereſt,& in proxeneta,& ſimilibus.†An autem fide
iuſſor poſſit teſtificari pro confideiuſſore, & dicit Ia-
ſon.in leg.dictantibus.in finalibus verbis,quod ſic,ꝙ
poſſunt teſtificari vnus pro alio:ad quod allegat Cyn.
& Baldum.& Angel.ibi,& Bartol.in leg.ſi quis. ita per
illum text.ſupra,de rebus dubiis. & Baldum.in leg. fi.
§.primo.in ſecund.columna.Codic. de execution.rei
iudic.cum limitatione.de qua ibi per eum,& in mate-
ria iſta vide Iaſon.latius loquentem in leg.ſi cui lege-
tur.in §.ſi Titio.in fin.ſupra,de leg.j.vbi inter alia ad-
ducit Iacob.Butri.& Angel. in l.non ſolum. in §.quæ-
383 ritur.per illum text.ſupra,de procurat. † vbi dicunt,
quod licet creditoris interſit, debitorem ſuum habe-
re locupletem,tamen in cauſa debitoris poteſt credi-
to



tor ferre teſtimonium,quod dictum ſecundũ eum re-
fert & ſequitur Alex.in dicto conſi.ſuo.78.inci.in cau-
ſa & lite vertente inter Bartholomæum.in j.volu.in 2.
co.ad quod alia plura allegat ipſe Iaſ.in d.§.ſi à Titio.
in vlti.col. quem vide.Et per iſta eſt expedita præſens
quæſtio & pſens repetitio mea,in qua pollicitus ſum
examinare ſexaginta quæſtiones in materia fideiuſſo-
rum,& ſatisfeci pollicitis.Fateor tamẽ ingenue,quod
aliæ plures & plures quęſtiones ponuntur in hac ma-
teria fideiuſſorum à doctoribus in diuerſis locis: ſed
ſupradictæ quæſtiones per me examinatæ, mihi viſæ
fuerunt principaliores & vtiliores aliis,& magis pra-
cticabiles.Ideo illas examinare curaui pro paruitate
ingenii mei,ad laudem & gloriam omnipotentis Dei,
& beatæ ac glorioſæ virginis Mariæ, nec non beatæ
Catharinæ aduocatæ meæ, totiusque cæleſtis curiæ.
¶Habes itaque lector chariſſime finem pręſentis meę
repetitiõis & opuſculi mei nouiter fabricati:in cuius
compoſitiõe,fabricatione & ordinatione pluries (vt
credere dignum eſt)inſudaui,laboraui, & inuigilaui.
Quorum omnium laborum præſentis operis & alio-
rum operum meorũ,iam partim impreſſorum,non me
pœnitet,ſed immo immẽſo gaudio plurimũ delector.
Sed heu heu vehementi dolore præmor, cruciorque
quod prædicta opera mea & aliqua etiam aliquorum
proborum virorum peruenerint in lucem hac labe
temporum, in quo omnis eſt ſublata, & nulla regnat
nec viget iuſtitia:non vndique tamẽ,ſed in aliquibus
partibus,ciuitatibus & locis Italiæ.Sed immo ipſa iu
ſtitia penitus eradicata,extirpata,lacerata, mortua &
ſepulta iacet:nec vlterius ſemẽ eius reperitur: & ideo
modernis temporibus non opus eſt legibus, iuribus,
nec eruditis viris: quoniam ſolum viget pro ratione
voluntas,libitum profecto ac cæca voluntas ſubroga
ta eſt in locum iuris & rationis:& vere,nõ fallor,mul-
ti ſunt ius dicentes,ſeu tenentes locum iuriſdicentiũ,
quibus nimirum licet quod libitum eſt, & apud eos
quod placet,licet.& cum iura eis allegantur & oſten-
duntur,obaudiũt:& de directo ſolum ex ceruice ſuas
ſententias contra ius,iuſtitiam, æquitatem, & bonos
mores audacter proferunt:quibus merito dici poſſet,
Ius & iura negant homines,& numina fallunt:
Nec Iouis imperium,nec Phlegethonta timent:ſed
quod deterius, grauius & crudelius eſt,nedum præ-
dicta in ciuilibus cauſis committuntur, ſed etiam in
criminalibus & in illis,in quibus tractatur de vita ho
minis, & de præiudicio irreparabili: nam homines
morti tradunt indebite & iniuſte, nulla lege ciuili vel
municipali,nulloque iuris ordine ſeruato.Sed velo le
uato, prout eorum cerebro & cæcæ voluntati vide-
tur & placet,noctis tempore eos morti tradunt: quo-
rum ſanguis profecto inceſſanter petit iuſtitiã & vin-
dictam à ſuperis contra tales iniquos, iniuſtos & ſce-
leſtiſſimos iudices,& contra eorum ſuperiores eos to
lerantes:& ſi aliqui euadunt vitam, eorum burſa non
euadit:quia ab eis euiſceratur & excoriatur ac etiam
phlebotomatur vſque ad ſyncopim incluſiue: & hoc
vero verius eſt:quare cum vlterius non ſit locus legi-
bus,iuribus,ſtatutis,nec iuſtitiæ, quieſcite iuris lato-
res,patres,fratres & filij,quieſcite iterum à continuo
ſtudio:Parcite laboribus, ſudoribus & vigiliis: nulla
apud vos ſit reuolutio chartarum:& poſtquam ſic pla
cet ſuperioribus,pereat doctrina:banniatur in totum
ſcientia canonica & ciuilis: odio proſequantur mo-
res,& bene viuendi normæ. Impreſſores librorum iu-
rium & bonarum artium, à ſolita impreſſione deſi-
ſtant,laborioſi parentes vlterius minime mittant,ſed
magis reuocent eorum filios à ſtudiis, nec patiantur
eos aliquam capeſſere canonicam vel ciuilem ſcien-
tiam, quoniam fruſtra expectatur illud, cuius euen-
384 tus nihil operatur. † Homini profecto nil deterius,
quam tempus in vanum conſumere. Multi hercle iu-
dices hac ætate reperiuntur, qui non ſolum iniuſti-
tiam aſſidue adminiſtrant, ſed tali perpetrato ſcelere
gaudent,lætanturque & coram populo gloriantur,&
magis ſitiunt humanum ſanguinem,quam vinum mal
uaticum: qui merito carnifices appellãdi ſunt:& pro-
385 fecto vbi talia vigent,minime ibi habitandum eſt: †
quoniam remota iuſtitia,nihil aliud ſunt regna,quam
magna latrocinia, ſecundum beatum Auguſtinum in
tertio de ciuitate Dei.& not. Io.And.in proœ. Decre-
tal. de quo etiam per Bal. in c. j. quæ fuit prima cauſa
benefi.amit.& voluit Lau.Cal.in conſi.ſuo 51.inci. li-
cet his &c in 2. col. & Dioge. dicere ſolitus traditur,
qua in ciuitate leges non valent,in ea pernoctandum
ſapienti non eſt.& dixit Ariſto.in 3.politi. ſine iuſtitia
impoſsibile eſſe habitare ciuitatem.& ſicut ſol mun-
do lucem ac cunctis rebus vitam præſtare ſolet,ſic po
pulorum iuſtitia gaudium eſſe fertur. Quare cum in
totum remota & extincta ſit modernis temporibus iu
ſtitia,non putent vlterius iuris latores ex doctrina &
labore ſuo vitam ducere,nec ex ea ditari, & opes ac-
quirere:immo inſequendo ſcientiam,nedum nihil ſu-
perlucrabuntur, ſed eorum patrimonia & acquiſita
perdent: & peruenient nedum ad paupertatem, ſed
etiam ad inopiam,& fame peribunt:& erunt deterio-
ris conditionis omnibus aliis artificibus. nam cerdo-
nes, barbitonſores, araminatores, & ſimiles viliſſimi
& abiecti,communiter ex eorum labore & artificio vi
tam ducunt:& ex ſudore ſuo veſcũtur pane ſuo,vt ex-
perientia rerum magiſtra docet.Doctores autem & iu
rium profeſſores fame pereunt,& ad nullum precium
iamiam reducti ſunt: & ideo merito in totum abradi
& deleri poteſt tex.in auth.de hęre.& fal.in §.fi.qui di
cit,quod legalis ſapientia non permittit hominem in
paupertate viuere:nec in anxietate mori:quia iſtis tẽ-
poribus tex.ille mentitur,& oculata fide dignoſcitur:
& prædicta cognoſcens expertus veriſſima, cogor mu
tare propoſitum,& contra morem meum quoſcunque
prudentes retrahere à ſtudio, à vigiliis & laboribus,
tanquam in vanum laborantes, & cribro aquam hau-
rientes: ſed vita ſeu tempus quod ſupereſt, expenda-
mus & conteramus circa vtiliora: ne ſenectus & ino-
pia ſimul finaliter nos reperiat infeliciſſimos: & hæc
omnia patienter toleremus,poſtquam ſic placet ſupe-
ris,vt omnia degenerent, & in præceps vadant & re-
trocedant quod vere patienter hæc & maiora tolera-
bimus,ſi ante oculos ſententiam illam diui Hierony-
mi habebimus,quę dicit,ꝙ facile contemnit omnia,
qui cogitat ſe moriturum &c.Laus Deo ac beatiſſimę
virgini Mariæ, necnon beato Franciſco,& beatæ Ca-
tharinæ,totique cæleſti curiæ.

FINIS.

Explicit repetitio mea Hippolyti de Marſiliis,
I. V. D. rub.fi. de fideiuſſoribus in hoc al-
mo patriæ meæ Bononiæ ſtudio, Die
7. Februarii, Anno 1520,

*Hoc eme lector opus,tibi quod Marſilia proles*
*Edidit,vt trepidis formula ſit vadibus.*
*Hoc bonus accipit grato pro munere Rango:*
*Rango, militiæ Pieridumque furor.*
*Rango cui magnus Leo ſe conceſsit habendum.*
*Ille Leo inquam hominum ſplendor,& ille deûm.*
*Sed licèt hoc habeas tibi, tu tamen vſque caueto:*
*Nulla etenim toto iam viget orbe fides.*
*Crimen ad hoc noſtrum eſt nobis vbi tantus habẽdi.*
*Creuit opum & lucri tam ſceleratus amor.*
*Hippolyto duce tutus eris:ne parce crumenæ:*
*Et tibi quod parui eſt hoc eme lector opus*

SOLEN-

# SOLENNIS TRACTATVS DE EXCVSSIONE BONORVM, PER D. IACOBVM DE ARENA.

*SVMMARIVM.*


1 *Excuſſio quid ſit.*
2 *Iudex excuſſionem faciens, debet cuncta rimari.*
3 *Excuſſio debet ſolenniter fieri.*
*Solennia quæ dicantur ibid.*
4 *Excuſſio qualiter & quando fieri debeat. & num. 5. 8. & 15.*
6 *Et vbi fieri poſſit.*
7 *Debitor vbicunque habeat bona, ſoluendo dicitur.*
9 *Noſtra intereſt plura auxilia habere, & ſi nobis vtilia non ſint.*
10 *Excuſſione facta, ſi non reperiuntur bona, locus eſt hypothecariæ vel ſecundæ conuentioni.*
11 *Iudicium an procedat contra tertium, ante excuſſionem factam, ſi non opponatur.*
12 *Iudex poteſt cogere principalem debitorem ad comparendum, & compellere per ſacramentum & mulctæ indictionem ad indicandum bona.*
13 *Idem facere poteſt de vxore & aliis domeſticis, qui talia ſcire poſſunt.*
14 *Poſſeſſor poteſt producere teſtes ſuper eo, quod principalis debitor ſit ſoluendo.*
16 *Relatio nuntij, referentis nihil eſſe in bonis debitoris, iudice eius vigore nil eſſe pronunciante, an ſufficiat, ita quod poſſit ad fideiuſſores deueniri.*
17 *Bona ſi reperiantur, quæ tamen ſint in controuerſia, an locus ſit hypothecæ.*
18 *De excuſſione an ſit fides facienda ante lit. conteſta. ſi de hoc exigatur in hypothecaria.*
*Si ſint diuerſi emptores rerum obligat. & vnus conueniatur, an is poſſit obiicere de aliis conueniendis pro virili portione.*
20 *Cauſa pignoris eſt indiuidua.*
21 *Excuſſione facta & pronunciatione, an poſſit excipi de debitore locuplete conueniendo.*
22 *Quid ſi poſt pronunciationem excuſſionis, auctæ ſint facultates debitoris, an procedatur in hypothecaria.*
23 *Quid ſi debitor ſit abſens, ita quod conueniri nõ poſſit, an poterit conueniri poſſeſſor.*
24 *Debitor obligatus pro principali, an poſſit opponere quod non ſit facta excuſſio principalis.*
25 *Si actum eſt contra vnum ex correis, an poſſit agi cõtra tertium poſſeſſorem, non excuſſo alio correo.*
26 *Excuſſum eſſe, & excuti non poſſe, an paria ſint.*
27 *Excuſſionis beneficium non habet locũ in fideiuſſore criminali.*
28 *Excuſſio rerum & perſonarum, quæ ſunt in alieno territorio, non eſt neceſſaria.*
29 *Excuſſio an poſſit ſuppleri poſt lit. conteſta.*
30 *In excuſſione debet moneri pars, vt ſit cum nuncio.*
31 *Excuſſio an ſit facienda, quando tertius poſſeſſor habet cauſam à debitore.*
32 *Iudiciũ licet procedat, ſi non apponatur de excuſſione, actor tamen non obtinebit in hypothecaria cõtra tertium ſi non probet excuſſionem factam, vel debitorem inopem.*
33 *Excuſſio ſicuti ad pignus conuentionale recuperandum eſt neceſſaria, ita & ad pignus prætorium recuperandum erit neceſſaria.*
34 *Indemnitatem qui promiſit, an poſſit cõueniri principali non excuſſo.*
35 *Excuſſione non facta, ſi agat hypethecaria, & lis conteſtata, an lite pendente fieri poſſit.*
36 *Sententia ſine excuſſione principalis facta an valeat.*


1 EXcuſsio † eſt bonorum atque re-
rum principalis debitoris ad vn-
gulam vſque ad ſaccum & peram,
per iudicem facta diſcuſſio, inqui-
ſitio, atque detectio. Bonorum di-
co, per l. j. de reuo. quæ fi. in fraud.
credi. Quæ autem intelligantur in
bonis noſtris, dicitur in l. bonorum. de verb. ſignif. Re
rum ideo dico, ſicut dicit l. j. C. de decu. lib. 10. rei au-
tem appellatione &cæt. vt l. j. ff. ſi cert. peta. & l. j. §. fin.
Cod. de conſtitut. peculi. & l. ſi ita fideiuſſorem. de fi-
deiuſſor. & l. rei appellatione. de verbor. ſignif. immo
etiam ſi habeo actionem ad rem ipſam proſequen-
dam, ipſam rem eſſe in bonis cẽſemus. l. rem in bonis
de acquir. re. do. & l. qui actionem. de regu. iur. Quare
autem dicatur, principalis debitoris, patet in omni-
bus legibus, quæ de excuſsione loquuntur. Ad vngu-
2 lam, ideo dicit, quia † iudicem qui excuſsionem fa-
cit, oportet cuncta rimari, vt patet in l. ſi cui libertas.
de condi. & demon. & l. 2. C. de ſenten. experi. recip. &
l. qui ſententiam. & l. qui iudicium. de pen. Quare di-
catur, vſque ad ſaccum & peram, patet in l. fin. §. ſi per
iudicem. ff. quæ in fraud. credit, per iudicem facta diſ-
3 cuſſio, ideo dico, quia lex dicit † excuſſionem ſolen-
niter fieri, vt quo quiſq. ordi. couuenia. lib. 11. & ea di-
cuntur ſolennia ſeu ſolenniter fieri, quæ per iudicem
fiunt. vt l. diuus. de in integ. reſtitu. & l. & ſi nihil. de re
iudi. & l. 3. in princ. C. de ſum. Trinit. & fide cathol. In
quiſitio quare dicatur, patet C. de iudic. l. iudices De-
tectio ideo dicitur, quia iudex per excuſſionem ea bo
na quæ detegit, in publicum ponit, non autem de no-
uo inuenire dicitur, argum. l. adeo. §. cum quis. & §. fi.
4 de acqui. rerum do. & l. j. Cod. de neg. geſt. Fieri † enim
debet & locum habet diſcuſſio in certis caſibus, qui
infra ſcriptis legibus continentur, vt l. 3, in fin. Codic.
de conuent. fiſci. debitò. & l. j. C. de decurion. lib. 10. &
authentic. hoc ſi debitor. §. j. C. de pigno. & authentic.
præſente. C. de fideiuſſo. & authentic. nouo iure. C. de
actio. & obliga. & l. penul. C. quan. fiſc. vel priua. & l. j.
C. de reuocan. quæ fi. in frau. creditor. & l. aduerſus C.
de magiſt. conuent. & l. 3. §. non putetur. de admin. tu-
tor. & l. Lucius. ff. cum teſtamen. eod. titu. & l. j. §. ſunt.
de magiſtrat. conueni. & l. decem. in fi. de verb. oblig.
5 & l. Moſchis. de iu. fiſ. † Fieri autem debet, quando re-
us principalis dubitatur, an ſit idoneus ſoluendo, vel
non. Si autem certum eſſet & notorium, ipſum non
eſſe idoneum, & non eſſe ſoluendo, tunc non eſt locus
excuſſioni. l. decem. in fi. de verb. obli. & l. fi. in princip.
ff. ſi cer. pet. & leg. emptore. §. j. de actio. em. Dubitatur
6 † vbi fiat, an in eo loco tantum vbi agitur, an etiam a-
libi. Si alibi dicatur habere, & videtur quod nota, vt l.
ſed & hær. §. non ſolum. de procurato. & l. ſi cum dies.
§. arbitr. & l. Mæuia. §. fi. de annuis legat. & l. quia niſi
de oper. liberto. Item cũ ſit condemnatus, vel pro con
demnato habitus principalis ex confeſſione ſua, vel
contumacia, arg. l. locorum. de comm. ag. de ſer. lib. 11.
fiet executio per arbitrium iudicis per eum, in cuius
loco res eſſe dicantur, arg. ff. de bon. autho. iudic. poſ-
ſid. l. cum vnus. §. pen. & l. properandum. §. ſin autem
reus



7 reus. C. de iudic. & hoc verum videtur, quia † vbicun-
que habet bona ſoluendo dicitur. facit pro hoc l. ſi fi-
deiuſſor. §. ſi neceſſariæ. ff. qui ſatiſdare cogãtur. & no.
in l. is autem. §. ſin aũt. ex quib. cauſ. in poſſeſſ. ea. Quo-
8 modo † & qualiter fiant, hic pendẽt leges & prophetę.
9 & ſicut noſtra † intereſt plura auxilia habere, etſi nobis
vtilia non ſint, vt l. j. in princip. de eden. & l. ex fundo.
in fin. de ſerui. & pro hoc l. 3. in fin. de liber. lega. & l. fi.
bene de vſur. ita ſunt plures viæ & modi faciendi ex-
cuſsionem. & primo videtur, quod principalis primo
conueniatur, & ſentẽtialiter condemnetur, & proba-
tur in auth. de fideiuſſo. §. ſed neq; ibi non trãſeat viã
ſuper pluribus actionibus. & auth. ſi debitor. C. de pi-
gnor. quia conueniri & agi intendo cũ effectu, vt con-
uentus condemnetur, vt l. 2. ſecũdo reſpon. de adul. &
l. ob hoc. §. deſtitiſſe. ad Turp. & l. qui cum maior. §. ac
cuſaſſe. de bon. liberto. & l. in ſeruitutem. §. petiiſſe.
eo. titu. & l. amplius. rem rat. habe. nã verba cum effe-
ctu &c. l. j. §. hæc verba. quod quiſque iur. & poſt con-
demnationẽ fiet excuſsio in bonis debitoris, ſi reperiẽ
10 tur, arg. l. 2. C. quan. fiſ. vel priua. Si † autem non repe-
riuntur de bonis excuſsis, locus eſt hypothecariæ, vel
ſecundæ conuentioni, arg. l. j. fin. de magiſtra. conuen.
Si vero debitum nõ inficiatur, ſed ſe non eſſe ſoluẽdo
alleget, vel non cõpareat citatus, tũc fiet inquiſitio de
bonis, etiã nõ conuicto nec cõdemnato principali, vt
l. j. C. de reuoca. quæ. fi. in fraud. credit. & l. aduerſus.
11 de magiſtra. conuen. & l. Moſchis. de iure fiſci. Sed † an
procedit iudicium, ſi agitur cõtra tertium poſſeſſoré
ante factam excuſsionem, ſi nõ opponatur, vide Bart.
in l. ſi probatum. cõmuni diuidũdo. C. & l. ſi mancipiũ.
§. j. de euictio. Et facta inquiſitione, fit pronunciatio
ſuper bonis excuſsis, arg. l. tutores, de confirma tutor.
12 & l. non tantum. §. ſenatus. de fideicom. liber. † Secun-
do modo poteſt fieri, quod iudex faciat comparere
principalem debitorem, & compellat eum per ſacra-
mentum, & mulctam indicendo, indicare bona ſua,
argu. l. ſancimus. §. licentiã. C. de iure deliberan. & l. 2.
§. in exigẽdis. quan. & quibus quar. par. lib. 10. & argu.
13 not. in l. j. ff. de ceſ. bon. † Et idẽ faciet de vxore, & aliis
domeſticis, qui talia ſcire poſſunt. argu. l. conſenſu. §.
ſeruus. C. de repud. & ſi nil inueniatur, concitet pro-
pinquos & vicinos qui teſtificẽtur ſuper hoc. & ſi di-
xerint ſe neſcire de bonis, eũmque non eſſe ſoluendo,
ſaltem fama & opinio circum adſtantiũ ſufficiet, arg.
l. cum de lanionis. §. aſinam. defun. inſtru. inſtrumen-
tóque lega. & l. j. §. j. de flumi. Sed ad hoc erit citandus
poſſeſſor rei obligatę. l. nam ita diuus. de adoption.
l. in concedẽdo. de aqua plu. arcẽ. & l. 2. in fi. adue. pu.
penſ. & l. magis. §. ne paſsim. & §. ne prius. de reb. eorũ.
& l. ſi quidẽ nouerit, & neget debitorẽ eſſe inopẽ, ꝓce
detur ad teſtes ꝑ actorẽ cõtra reũ, ꝓbando debitorem
14 ſoluẽdo nõ eſſe, vt C. de hær. act. l. adultã. † & ipſe poſ-
ſeſſor poterit ꝓducere ſuos teſtes, dicẽdo eũ eſſe ſol-
uẽdo, vt l. ex ꝑſona. de ꝓba. & l. fi. §. fi. ſi cer. pe. quia in-
cidẽter cã ſua eſt, vel intereſſe poterit. l. principaliter.
de libera. cau. & auth. nũc ſi hęres. de litig. & arg. C. de
teſt. l. ſi qñ. & l. laudabilem. de aduo. diuerſ. iudi. immo
minus valebit, quia lis cõteſta. nõ fuit, cũ hoc ad p̃pa-
rationẽ alterius iudicij poterit aliter expediri, arg. l. li
15 bertis. in fi. de libera. cau. & l. quoniã de adulter. † Ter
tio modo poteſt fieri, & hæc cõiter obſeruatur, vt iu-
dex mittat p̃conẽ, ſiue executorẽ ad inquirendũ & ei
referẽti credatur, & bona excuſſa ꝓnunciet, & eſt arg.
ad hoc in l. p̃ſenti. §. ſic vbi de his qui ad eccle. confug.
& l. ſi. de iudi. & l. magis. §. ne tantũ. de reb. eorũ. & l.
ea quidẽ. C. de accu. & l. j. C. de decurio. lib. 11. ſed cõſi
liũ eſt, vt duo executores mittãtur, quia in ore duorũ
&c. vt in auth. de teſtib. in prima. & §. ex ꝓuinciali. de
defenſ. ciui. & l. fi. C. de bon. vacã. & l. j. §. & ſi quidem.
16 ff. de vẽtre inſpici. † Sed an ſufficiat relatio nuncij re-
ferẽtis nihil eſſe, iudice eius vigore nil eſſe ꝓnunciã-
te, ita quod poſsit ad fideiuſſores deueniri. vide Barto.
in l. ſtipulatio. §. & habet iſta ſtipulatio. in fin de verb.
17 obligatio. † Quid ſi bona inueniũtur, q̃ tamẽ ſint in cõ-
trouerſia, an erit locus hypothecæ, vel etiam conuen-
tioni? videtur ꝙ ſic. l. à D. Pio. §. ſi ſuper. de re iudicata.
& l. 3. C. quãdo fiſc. vel priua. Ecõtra videtur ꝙ nõ niſi
primo cognoſcat vtrũ ſit debitoris vel alterius, & hoc
ſummarie. d. l. 3. Si autem poſsideret debitor, & tunc
capiet bona, nec ſit locus hypothecæ, quandiu ab eo
euincatur, an poſsideat aduerſarius vel nõ. vt d. l. à D.
Pio. Sin aũt facta ſolutione, inueniatur ꝓ parte ſoluẽ-
do, & ꝓ parte non, tũc tantũ erit locus hypothecæ in
reliquũ debiti, arg. d. l. Moſchis. & p̃dictę auth. præſen
te. & l. fi. ſi certũ petatur, argu. contra in l. ſoluendo. de
18 verbor. ſigni. † Quæritur, an de hac excuſsione ſit fides
faciẽda ante litis conteſtationẽ in hypothecaria, ſi de
hoc exigatur? & videt̃ ꝙ ſic, quia declaratoria eſt iudi
cij, de qua ante litẽ conteſtatã cognoſcẽdũ eſt, vt l. pe.
C. de exception. & d. l. fi. §. fin. & vide ꝙ not. in l. exce-
ptionum. de exceptio. & l. 3. circa fi. & l. ſi fideiuſſor. in
19 glo. fi. de fideiuſſor. † Sed pone ꝙ diuerſi ſunt empto-
res rerũ obligatarũ, an ille qui cõuenitur, poterit obij-
cere de aliis cõueniendis ꝓ virili portione? videtur ꝙ
ſic, d. l. Moſchis. Sed contra eſt l. fin. C. ſi vnus ex pluri-
20 bus. & l. creditores. de diſtr. pig. † & quia cauſa pigno
ris eſt indiuidua, vt l. rẽ hæreditariã, de euict. & l. qui
pignori. de pignorib. Itẽ pone ꝙ mulier renũciauit iu
ri hypothecarũ in cõtractu alienationis factæ à mari
to, an agatur aduerſus alios poſſeſſores rerũ mariti? de
ducitur, ꝙ ab alijs deducere potuiſſet. arguo ꝙ ſic. l.
quæſitũ. de pecul. §. ſi annua. & l. quãuis ad Velleianũ.
21 † An aũt facta excuſſione & ꝓnunciatione, poſſit exci
pi de debitore locuplete cõueniẽdo. videtur quod nõ
quia iã iudicatũ eſt. & iudicatũ, ꝓ veritate accipitur. l.
ingenuũ. de ſtat. hoim. & obſtat exceptio, ſi p̃ſens fuit,
alias nõ, quia res inter alios acta &c. l. ſępe. in princip.
de re iud. niſi forte ꝑ gratiã, vel colluſionẽ iudicatum
22 fuit vt l. venales. C. quãdo ꝓuoc. nõ neceſ. † Itẽ quid di
cetur, ſi poſt ꝓnũciationẽ excuſſiõis auctæ ſunt facul-
tates. videtur ꝙ tamẽ ꝓcedatur in hypothecaria. l. j. §.
23 fi. qui ſatiſdare cog. l. 2. in fine de appellationibus. † Itẽ
quid ſi debitor principalis eſt abſens, ita ꝙ conueniri
non poteſt, an poterit cõueniri poſſeſſor. dico ſic, vt §.
j in auth. de fideiuſſorib. & no. in auth. hoc ſi debitor.
C. de pignoribus. & debet fieri copia excuſſionis ante
quã agatur hypothecaria, vt not. in l. in magnis. de pi-
gnoribus. in fine.

¶ Quæſtiões iſtę quæ ſequũtur, ſunt additiones ad dictum tractatũ, de quo ſupra.

24 Itẽ † an debitor obligatus ꝓ principali, poſſit oppo-
nere, ꝙ nõ ſit facta excuſſio principalis, vide Bar. in l.
omẽ. C. que res pig. & vide Bal. in l. 2. C. quã. fiſ. vel pri
25 ua. † Item ſi eſt actũ cõtra vnũ ex correis, an poſſit agi
cõtra tertium poſſeſſorẽ, non excuſſo alio correo. vide
Bar. in l. quomodolibet. C. quo quiſque ord. conue. lib.
11. & in l. mulier. ff. qui pot. in pig. hab. & Iaco. de Bel. in
auth. de fideiuſ. §. ſed neque. & vide etiam Ang. in au-
then. hoc ſi debitor. C. de pig. qui tenet, ꝙ nõ poſſit cõ
26 tra poſſeſſores ꝓcedi, niſi excuſſis omnibus reis. † An
aũt paria ſint, excuſſum eſſe, & excuti non poſſe, vide
27 Bal. in l. ſi fideiuſſor. ff. qui ſat. cogan. † Itẽ fideiuſſor in
criminali, non habet beneficium excuſſionis. Bal. in d.
28 l. ſi fideiuſſor. §. j. † Itẽ nõ eſt neceſſaria excuſſio rerum
& perſonarũ, que ſunt in alieno territorio. Bal. in l. ſci
29 endum. ff. qui ſatiſ. cogan. † Item excuſſio an poſſit ſup
pleri poſt litem conteſtatam. Bald. in authentic. rogati
30 ad Trebel. & ibi vide eum. † Item in excuſſione de-
bet moneri pars, vt ſit cum nuncio. Baldus in leg. 2. C.
de vſuc. legat. Item excuſſionis beneficium non com-
petit argentario qui fideiuſſit. §. argentarium. in au-
thentic. de fideiuſſor. & Bald. in l. fin. C. ad leg. Falcid.

31 †Item quando tertius poſſeſſor habet cauſam à debi-
tore, an ſit facienda excuſsio, vide in Spec. de oblig. &
ſolu. §. j. verſi. fina. Item exceptio diſcuſsionis eſt mere
non dilatoria, ſed anormala, vt dicit Bartol. in conſil.
32 Tertius. † Item licet procedat iudicium, ſi non op-
ponatur de excuſsione: tamen actor non obtinebit in
hypothecaria contra tertium, ſi non probet excuſsio-
nem factam vel debitorem inopem, vt dicit Bald. in l.
33 2. C. commu. di. †Item ſicut ad recuperandum pignus
conuentionale eſt neceſſaria excuſsio, ita ad reparan-
dum pignus prætorium, ſecundum Ange. in l. ſi quis
34 miſſum. §. fi. de dam. infec. †An qui promiſit indemni-
tatem, poſsit conueniri principali non excuſſo vide
35 Barto. in l. j. C. de couen. fi. deb. libro 10. † Quid ſi actũ
eſt hypothecaria, & lis conteſtata, non facta excuſsio
ne, an lite pendente poſsit fieri? videtur quod ſic arg.
36 l. ſi. §. ſi rem. ff. de pignorati. actione. Sed an valeat ſen-
tentia ſine excuſsione principalis facta, arguo quod
non, in l. j. C. de appella. Item an tantum in tacita, vel
etiam in expreſſa locum habeat excuſsio, nota. in au-
thentic. de fideiuſſo, §. ſed neque. & melius in dicta l.
Moſchis.

FINIS.

# PERVTILIS TRACTATVS DE DISCVSSIONIBVS, EDITVS PER DN. BENEDICTVM DE PLVMBINO, ALIAS DE BARCIS.

*SVMMARIVM.*

1 *Diſcuſſio quid ſit, & quibus caſibus facienda.*
2 *Contra debitorem & fideiuſſorem iudicatum ſolui, eodem tempore poteſt fieri executio.*
3 *Fideiuſſor obligatus per inſtrumentum guarentigiæ, non habet exceptionem diſcuſſionis.*
4 *Caſus in quibus neceſſaria non eſt diſcuſſio.*
5 *Diſcuſſio neceſſaria eſt, quando agitur hypothecaria contra tertium, & quando agitur contra debitorem debitoris.*
*Et in pluribus aliis caſibus, vt ibi.*
6 *Diſcuſſio de quibus rebus facienda.*
*Limita vt ibi.*
7 *Diſcuſſio an ſit facienda de bonis in alieno territorio conſiſtentibus.*
8 *Tertius poſſidens, quando fit diſcuſſio contra principalem debitorem, an ſit citandus.*
9 *Libellus an detur in iudicio diſcuſſorio.*
10 *Creditor agens contra tertium, non facta diſcuſſione, quid probare habeat.*
11 *Interlocutoria iudicis de excuſſione legitimè facta, an ſit neceſſaria, an vero ſufficiat quòd iſtud ex actis conſtet.*
12 *Diſcuſſio quomodo & quo ordine ſit facienda in reali.*
13 *Diſcuſſio quomodo probetur legitimè facta.*
14 *Et an vitietur, ſi dicatur quod fuit erratum.*
15 *Diſcuſſio contra quas perſonas ſit facienda, antequã poſſit conueniri tertius poſſeſſor, aut fideiuſſor hypothecaria.*
16 *Diſcuſſio an requiratur principalis debitoris, quando non agitur hypothecaria, ſed condicitur, vel vendicatur res à tertio poſſeſſore.*
17 *Duo iudicia an ſint neceſſaria, vnum ſcilicet contra debitorem in diſcutiendo bona, & alterum cõtra fideiuſſorem, vel tertium poſſidentem pro conſecutione rei poſſeſſæ, vel debiti promiſſi.*
18 *Diſcuſſionis exceptio au ſit opponenda ante litis conteſta vel poſt poſſit opponi.*
19 *Sententia lata contra poſſidentem in hypothecaria, an poſſit excipi de non facta diſcutione.*
20 *Poſſeſſore allegante poſtquam petitur executio contra eum, quòd bona ſuperuenerunt principali debitori, an ſit audiendus ipſe.*
21 *Iudex an poſſit ex officio reſiſtere quod fiat diſcuſſio, quando quis non excipit de eius beneficio.*
22 *Reuocatoria quando agitur, quia creditor dicit bona alienata in fraudẽ creditorum, an poſſidens poſſit excipere, quod fiat diſcuſſio debitoris.*
23 *Quid ſi debitor conſtituat, ſe creditoris præcario nomine poſſidere bona ſua, deinde alienet, an poſſeſſor conuentus à creditore, habeat beneficium excuſſionis.*
24 *Præcario rogans naturaliter poſſidet.*
25 *Diſcuſſio an ſit facienda, quando proceditur in cauſa de veritate & æquitate.*

1 PRimo videndum eſt, † quid ſit
diſcuſſio. & dic ſecundum Iac.
de Are. quod eſt bonorum de-
bitoris vſque ad peram facta
diligens inquiſitio atque de-
tentio. Secundo videndum eſt,
in quibus caſibus ſit facienda
diſcuſſio. & dic, quod hæc ma-
teria frequentatur quando agitur contra tertium poſ
ſidentem, vt in authen. hoc ſi debitor. C. de pigno. vel
quando agitur contra fideiuſſorem, vt in authen. præ-
ſente. C. de fideiuſ. contra quem non eſt aperta via, ni-
ſi primo ſit facta diſcuſſio contra principalem debito
rem, vt dicit Bal. in l. 2. C. comm. diuid. Quod fallit pri
mo in fideiuſſore iudicatum ſolui, quia condemnato
2 debitore, vtique & ipſe videtur condẽnatus: †& iden
contra vtrunque eodem tempore executio fieri poteſt
vt dixit Bal. in l. cum eorũ. C. de ſent. & idem dixit eſſe
in quolibet fideiuſſore obligato per inſtrumẽtũ gua-
rentigiæ, attento quod videtur etiam condemnatus
vna cum principali virtute guarentigiæ, ſecundũ Cy.
& Bal. in l. certum. C. fam. erciſ. & ideo Bal. in l. 2. ff. qui
3 ſatiſ. cog. dixit no. † quòd fideiuſſor obligatus per in-
ſtrumentum guarentigiæ, non habet exceptionem diſ
cuſſionis, ſecundum d. auth. præſente. licet Guil. in tra
4 ctat. de diſcuſ. dicat contrariũ. †Secundo fallit, quan-
do notorie conſtat, principalem debitorem non eſſe
ſoluendo, vt dicit gloſſ. in l. decem. de verbor. obligat.
Tertio fallit, quando ipſe fideiuſſor eſt etiam princi-
paliter obligatus, vt dixit gloſſa. in l. mulier. in quib.
cau. pig. vel hypo. ſol. Contrarium not. gloſ. magna in
fi. in §. j. in authen. de fideiuſſor. Quarto fallit, quando
eſſet renunciatum beneficio de fideiuſſoribus, vt d. au
thent. præſente. Quinto fallit in campſore, vt dicit
Bal. in l. fruſtra. C. de non nume. pecu. per glo. in §. ar-
gentariorum. authen. de fideiuſſor. Sexto fallit, quan-
do principalis non eſt in loco, nec eſt de breui reuer-
ſurus, & ſua ſubſtantia ignoratur, vt dicit Angel. in §.
5 ſed neque. in authent. de hær. & Falci. †Itẽ neceſſaria
eſt diſcuſſio, quando agitur hypothecaria contra ter-
tium



tium poſsidentem. authent. hoc ſi debitor. C. de pign.
Item & tertio, quando agitur contra debitorem de-
bitoris. nam repellit agentem, niſi primo diſcutiat
primum debitorem. vt l. 2. quand. fiſc. vel priua. quod
eſt verum, niſi ſit conſtitutus procurator in rem ſuam
vt dicit ibi Bald. Item & quarto eſt neceſſaria, quan-
do duobus eſt facta commiſsio, ſed vni ſpecialiter, &
alteri generaliter, vt l. quoniam. C. de conuen. fiſci de-
bitor. lib. 10. quam legem ad hoc Bal. allegat, in d. l. 2.
Item & quinto eſt neceſſaria, quãdo debitor fiſci ſol-
uit collectori, & non ſeruauit ſolennitatem, de qua in
l. 2. C. de conuen. fiſci debito. libro 10. nam hoc caſu ſi
conueniatur à fiſco, habet exceptionem, vt primo diſ-
cutiatur collector qui recepit. vt eſt text. in dict. l. 2. de
conueni. fiſci debito. Sextus caſus eſt in l. j. C. de decu-
rion. libro 10. Septimus eſt in l. decem. de verb. obliga.
Octauus eſt in l. iſta. Nonus eſt, quando eſt promiſſa
indemnitas, vt dictum eſt per l. non iuſtam. C. de con-
uen. fiſci debitor. lib. 10. Decimus eſt in l. 3. §. non opor-
tet. de magiſt. cõuen. Vndecim⁹ eſt in l. Moſchis. infra
de iure fiſci. Duodecimus eſt in l. vnde quæritur. com-
mod. per quam legẽ dicitur, quod quando plures ſunt
principaliter obligati, ſed vnus ex eis recepit pecu-
niam, quod ille qui recepit, eſt primo excutiendus, de
quo vide per Bartol. in l. duobus. de duob. reis. & vide
6 text. in l. cum plures. §. veſtimenta. locati. † Tertio, de
quibus rebus ſit facienda diſcuſsio. dic, quod fieri de-
bet de omnibus rebus pertinentibus ad debitorem,
vt dicit Iac. de Are. in ſuo tracta. & Ang. in d. l. ſed ne-
que. vbi limitat hoc verum, niſi eſſent bona litigioſa,
quæ non ſunt conſideranda quo ad hũc effectum. Sed
Iacob. aliter dicit in dicto tracta. & forte verius, quia
licet ſint litigioſa, recipiunt tamen æſtimationem, ſe-
cundum quod æſtimari poteſt dubius euentus litis,
7 vt dicit gloſſ. in ſimili. in l. per diuerſas. C. mand. † Sed
an ſit facienda diſcuſsio etiam de bonis in alieno ter-
ritorio exiſtentibus, Ang. in d. §. ſed neque. dicit quod
ſic, per l. quod niſi. de oper. liberto. & arg. l. Mæuia. de
manumiſ. teſtament. Sed contra hoc facit l. ſed & hæ.
§. non tantum. de procuratoribus. & l. non ſolum. §.
ſi arbiter. de arbit. & ideo forte poteſt ſic dici, quod
aut fuit allegatum quod bona poſsidebat in alio ter-
ritorio, & tunc facienda eſt diſcuſsio, alias vero non.
& hoc intellige, ſi locus ille non ſit multum remotus,
vt ſi conuentus diceret, quod principalis debitor ha-
bet bona in Alemania. nam tunc non debet attendi, vt
in ſimili dixit Ange. in l. ſi filius. qui ſatiſda. cogantur.
quando qui vult euitare ſatiſdationem, allegando ꝙ
poſsidet immobilia, quia non releuatur, ſi ſint in lo-
8 co multum remoto. † Quarto principaliter videndum
eſt, an ſit opus citare tertium poſsidentem, quãdo diſ-
cuſsio fit contra principalem debitorem, & dicit Iac.
de Aren. ꝙ ſic, per l. de vnoquoque. de re iudi. & idem
dicit Bald. in l. 2. quam fiſ. vbi dixit, quod diſcuſsio fa-
cienda eſt citatis his quorum intereſt, & qui lædi poſ-
ſunt, per l. in executione. §. in ſolidum. de verbo. oblig.
9 †Quinto principaliter, an detur libellus in iudicio
diſcuſſorio, & Bald. in d. l. 2. tenet quod non, quia eſt
de præceptoriis ſecundi iudicij ordinarij, quod mo-
ueri ſperatur contra tertium poſsidentem: nam cum
ſit pars ſecundi iudicij, ſufficit libellus, qui dabitur
in ſecundo iudicio. & ita in ſimili dixit Barto. in repet.
10 l. de ætate. de minor. Sexto principaliter, † quod ha-
beat probare creditor, quando non facta diſcuſsione
vult agere contra tertium poſsidentem, vel contra fi-
deiuſſorem. dic quod primo debet probare ſumma-
rie ſe creditorem, & poſtea quando agit contra illum
tertium, vel contra fideiuſſorem, tenetur debitum
plene probare, vt dicit Bald. in l. 2. C. quam fiſc. Item
tenetur probare, quod debitor non fuerit ſoluendo
vt habetur in hac l. & in l. decem. de verb. obli. & quo-
modo hoc probetur, vide Barto. in l. ſi conſtante. ſolu.
matr. & Bal. in authen. ſed hodie. C. de act. & obliga. &
in l. j. C. de reuocan. quæ fi. in fraud. credi. Septimo
11 principaliter, † an ſit opus quod iudex interloqua-
tur diſcuſsionem fuiſſe legitime factam, vel ſufficiat,
quod iſtud conſtet ex actis. Barto. in l. ſtipulatio iſta. §.
habet autem. de nouis operis nunciatio. & in l. exitus.
de acquir. poſſ. dicit quod requiritur ſententia. ſed in
d. authent. ſed hodie. tenet contrarium. & vide quod
ipſe nota. in l. in criminali. C. de iur. om. iudic. & in l.
omnium. C. de teſta. & in l. ſancimus. C. ad Treb. vbi
adducit Theoricã Iac. de But. & vide etiam quod not.
Barto. in l. inſerti. C. de interdic. & in l. ſi finit. §. Iulia-
nus. in quarta quæſtione de damn. infect. & vide l. tu-
tores à patruo. de confirma. tut. & in l. à diuo Pio. §. in
12 venditione. de re iudic. †Octauo principaliter, quo-
modo & quo ordine facienda ſit diſcuſsio in reali, vi-
de Bald. in authent. ſed hodie. C. de action. & obligat.
& quando ſit facienda diſcuſsio de perſonis, vide Bar.
13 in l. duobus. de duob. reis. †Nono principaliter, quo-
modo probetur legitime fuiſſe factam. dic ꝙ conſtat
primo per ſententiam, in qua iudex declarauit fuiſſe
legitime factam, per §. in venditione. Secundo, quan-
do fuerunt conquiſiti vicini, vt docerent bona, & fue
runt miſsi exploratores. & facta fuit relatio per nun-
cios, vt plene habetur per Bald. in l. j. & 2. de reuoc. his
quæ fiunt in fraudem creditorum. & eſt cautela, vt fi-
at proclama, vt ibi dicit Bal. & idem eſt ſi ex actis po-
teſt apparere, ꝙ principalis non ſit ſoluendo, vt dictũ
14 eſt. †Decimo principaliter, an vitietur, ſi dicatur, quod
fuit erratum. Bartol. in d. §. in venditione. dicit, quod
propter hoc proceſſus non vitiatur per l. j. C. de ven-
15 dica. pig. ag. † Vndecimo principaliter eſt videndum,
contra quas perſonas ſit facienda diſcuſſio, antequam
poſſit conueniri hypothecaria tertius poſſeſſor, aut
fideiuſſor: & in hoc concludas, quod opus eſt facere
diſcuſſionem contra primum debitorem, nedum in
perſonali, ſed etiam in hypothecaria, ſi obligauit bõa
ſua, vt dicit Bartol. in l. edita. C. de edendo. & Ange. in
d. §. ſed neque. & quod plus eſt, gloſſ. in leg. mulier. qui
potio. in pigno. habeantur. dicit quod opus eſt diſcu-
tere primo debitorem, fideiuſſorem, mandatorem,
quam veniatur contra tertium poſſidentem. Nam
patrimonium fideiuſſoris impinguat patrimonium
debitoris, vt hſi plures. §. præterea. de fideiuſſoribus.
Sicut de patrimonio tutoris dicit gloſſ. in l. ſi mulier.
C. de iur. dotium. Item eſt opus. quod ſi duo ſocii ſunt
obligati in ſolidum, quod primo facta ſit diſcuſſio de
vtroque, quam eatur contra fideiuſſorem, vel tertium
poſſidentem, vt dicit Bartolus in l. j. Co. quo quiſque
ordina. conuent. libro vndecimo. & Bald. in dicta au-
thenti. ſed hodie. Et vide gloſſ. in d. l. mulier. quæ vult,
quod non poſſit agi contra tertium poſſidentem, ni-
ſi primo ſit facta excuſſio de debitore in reali & per-
ſonali. quod eſt verum, niſi ille ſit vnus ex obligatis
principaliter, ſicut erat in d. l. mulier. quòd not. Inſu-
per ſi debitor alienaſſet bona in fraudem creditorũ,
antequam eatur contra fideiuſſorem, opus eſt quod
ſit actũ reuocatoria contra illos, qui participata frau-
de emerunt bona, per text. cum glo. fi. in fi. in l. bona. §.
j. de iure fi. & videtur eſſe de mente Barto. in l. à D. Pio.
§. fi. ſuper. de re iudic. & vide quod not. Bal. in l. in exe-
cutorem. de excep. rei iudic. C. & Ang. in l. ſi quis miſ-
16 ſum. §. fi. de dam. infe. Duodecimo principaliter, † an
requiratur diſcuſſio principalis debitoris, quãdo non
agitur hypothecaria, ſed condicitur vel vendicatur
res à tertio poſſidente. dic, quod tunc nõ eſt opus face
re diſcuſſionẽ, vt habetur in auth. ſi debitor. C. de pig.
& per Bal. in rub. de reuo. his qui in frau. fi. cred. & an
idẽ ſit, quãdo bona ſunt expreſse deſignata & obliga-
ta. Bal. in l. hæredem. C. de hære. act. dicit, quod tali ca-
ſu eſt neceſſaria diſcuſsio. Tertiodecimo principali-
17 ter, †an duo ſint iudicia neceſſaria, vnũ ſcilicet cõtra

fideiuſſorem, vel tertium poſsidentem pro conſecu-
tione rei poſſeſſæ, aut debiti promiſsi. & in hoc dic
vna cum Bald.in l.licet.ff.ſi quis om.cau.teſt.& Barto.
in l.edita.C.de eden. quod requiruntur duo iudicia,
primum eſt ſummarium ſuper diſcuſsione,& eſt præ-
paratorium ad ſecundum, & etiam poteſt in eo iudi-
cio cumulari vtrunque, ita quod de duobus iudiciis
fiet vnum, agendo primo contra fideiuſſorem, & ſi
excipiatur de diſcuſsione non facta, poterit replicari
quod non erat neceſſaria,quia principalis non eſt ſol-
uendo,& petere terminum ad probandum: & hoc le-
gitime probato, conſeruabitur proceſſus primo fa-
ctus, ſicuti ſi fuiſſet facta diſcuſsio primo. & hoc eſt
quod vult gloſſ.in l.vbi hoc actum.ff.de pact. quã An-
18 ge.ibi ſingulariter nota.†Quartodecimo, an exceptio
diſcuſsionis ſit opponenda ante litem conteſtatam,
vel poſsit opponi ad merita cauſæ,& ſic poſt litẽ con-
te.& in hoc dic vna cum Bart.in l.& ſi inſtrumenta.C.
de fi.inſtru.& iu.ha.fiſc.lib.10.quod iſta exceptio op-
poni poteſt ante & poſt litem conteſtatam, & ſic ha-
bet naturam litis finitæ,de quo vide in l. ait prætor.§.
ff.de iureiur. Similiter dicas, quod ſi actor non fecit
diſcuſsionem in principio iudicij,& ſic ante litem cõ-
teſtatam,ꝙ per hoc non vitiatur proceſſus cum poſsit
ſuppleri poſt litem conteſtatam,vt dixit Bald. in auth.
19 cõtra rogatus.in fi.C.ad Tre.†Quintodecimo princi-
paliter,an poſt latam ſentẽtiam in hypothecaria con-
tra poſsidentem,poſsit excipi de non facta diſcuſsio-
ne:& dic quod non, vt ſupra dictum eſt, quando non
eſt oppoſita exceptio pendente proceſſu, omiſsio diſ-
cuſsionis vitiat proceſſum: ergo poſt ſententiam non
poteſt opponi, quia tandem excipitur, cum ſententia
20 ſit valida,vt ſupra dictum eſt. †Sextodecimo princi-
paliter,quid ſi poſſeſſor, contra quem petitur execu-
tio,dicat,quod bona ſuperuenerunt debitori princi-
pali poſt ſentẽtiam latam contra ipſum, an ſit audien-
21 dus?Iacob.de Are.in ſuo tract.tenet,quod non. †De-
cimoſeptimo principaliter,an iudex quando quis non
excipit de beneficio diſcuſsionis,poſsit ex officio ipſe
ſupplere & reſiſtere quod fiat diſcuſsio. & in hoc eſt
dicendum, quod ſi ex actis factis coram iudice con-
ſtat, diſcuſsionem fieri debere, quod tunc iudex po-
teſt ſupplere per not.in l.lecta.ſi cert.pet.& per Bar.in
l.eum qui ita.de verbo.obliga.alias autem non poſſet.
22 quod no. †Decimooctauo, an quando agitur reuoca
toria,quia creditor dicit bona fuiſſe alienata in frau-
dem creditorum, poſsit tunc poſſeſſor excipere,ꝙ fiat
diſcuſsio debitoris.vide quod not.Bartol.in rub.& in
l.j.C.de reuo.quæ fi.in fraud.cred.& in l.j.C.ſi de vẽd.
23 pign. †Decimonono principaliter,quid ſi debitor con
ſtituit ſe precario nomine creditoris poſsidere bona
ſua,deinde alienat,an tunc poſſeſſor conuentus à cre-
ditore, habeat beneficium excuſsionis?& hoc eſt vti-
le, eo quod mariti perſæpe in inſtrumento receptæ
dotis promittunt in caſu ſoluti matrimonij reſtitue-
re dotem, & conſtituunt ſe precario nomine vxoris
omnia bona poſsidere, deinde alienant bona, poſtea
agit contra poſsidentem matrimonio diſſoluto, non
facta diſcuſsione contra hæredes mariti, & dubiũ eſt
an poſsit.& Bald.in l.j.C.de reuo. his quæ fi.in fraud.
cred.vult,quod non requiratur diſcuſsio. & idem te-
net Ang.in l.exitus.de acquir.poſ.per l.fi.C.de acquir.
poſſ.quę vult,quod ille qui noſtro nomine poſsidet,
non poſsit nobis adferre præiudicium, & ideo vult
quod Dominus vel creditor poſsit ſine aliqua obſtan-
tia recuperare tenutam.Sed tu dic,quod hoc non pro
bat,quia loquitur in mero detentore, qui noſtro no-
mine detinebat, deinde alienauit, & ſic loquitur in
inquilino, vel in alio detentore, & in iſto loquitur in
24 poſſeſſore ſaltem naturaliter. †nam qui precario ro-
gat,naturaliter poſsidet,vt l.quod meo.& l.interdum.
de acqui.poſſ.& ideo dic,quod ſi eſſet conſtitutum ſi-
ne precario,procedet dictũ Bal.& Ange.quia eſſemus
in mero detẽtatore. Sed non poteſt procedere in ma-
rito qui conſtituit ſe precario poſsidere. & ita alias
diſputando firmaui. & ex hoc inferas quod tertius
poſſeſſor, qui habet cauſam à detẽtore,non habet be-
neficium excuſsionis contra illum pro quo detentor
25 retinebat. Vigeſimo & vltimo, †an quando procedi-
tur in cauſa de veritate & æquitate,ſit opus facere diſ
cuſsionem. & in hoc dicendum eſt,quod non eſt ne-
ceſſaria,quia eſt iſta ſolennitas de apicibus iuris,& nõ
eſt de æquitate. & ita dicit Bald. in l.ſi mancipium. §.
finali.per gloſam ibi poſitam.

FINIS.

# CLARISSIMI VIRI, DOMINI IODOCI DAMHOVDERII IVRISCONSVLTI, BRVGENSIS, SVBHASTATIONVM COMpendioſa Exegeſis capitatim diſtincta.

## AVTHOR LECTORI.

MEmineris ante omnia Lector candidiſſime, in hoc opuſculo me non declamatoris, non rhetoris partes aſſumere, neque in mouendis affectibus immorari, quum id apud Athenienſes per præconem oratori ſummopere vetitum fuerit, adeo vt ea ratione diuinus ille Plato oratores à republica frequenter ablegarit. Eſt enim vitij deteſtandi, ãnimos lectoris aut auditoris ſuo conatu à vero auertere: verum opinionem meam, meãque ſententiam iuris textibus atque item rationibus vrgentibus, verborum interim inanium prolixitate omiſſa, nuda ſimplicique phraſi, quam poſſum diligentiſſime confirmaturus ſum: Ornari enim res ipſa negat, contenta doceri.

## CAPVT PRIMVM.

*Summæ rerum.*


1 *Iuris ſanctiones ad ea quæ frequentius accidere ſolent, conditæ ſunt.*
2 *Legiſlatores ad eorum quæ ſæpe numero eueniũt cognitionem, multo magis quam quæ raro contingere ſolent, adſtringuntur.*
3 *Praxis vera Legum Canonumque enucleatrix eſt.*
4 *Theorica, id eſt, Scientia ſine experientia, parui eſt momenti.*
5 *Expertus non artifex, certius operatur artifice inexperto.*
6 *Natura potentem, ars facilem, vſus promptum reddit artificem: & cuilibet artificio præbet experiẽtia nutrimentum.*
7 *Experientia efficax rerum magiſtra.*
8 *Quæſtio omnis à definitione proficiſci debet.*
9 *Subhaſtatio quid ſit.*
10 *Subhaſtatio vnde dicta,*
11 *Subhaſtatã rẽ eſſe & pconizatã, paria nõnunq̃ ſunt.*





12 *Subhaſtare quid ſit.*
13 *Haſta quid erat.*
14 *Præcones qui ſint.*
15 *Subhaſtatio in quibus requiſita.*
16 *Subhaſtatio an requiſita in venditione bonorum eccleſiæ ac ſimilium piorum locorum.*
17 *Subhaſtationibus omiſſis, ſi res eccleſiæ vendatur, an teneat venditio.*
18 *Subhaſtatio præter commodum, bonũ & æquum nihil adfert.*
19 *Subhaſtationis ſolennitas, nequaquam leuis ſolennitas eſt.*
20 *De alienatione, ipſius ſolennitate & forma, rerum eccleſiaſticarum, & ſimilium.*
21 *In alienatione rerum eccleſiaſticarum cauſæ cognitio principio deſideratur.*
22 *De alienatiõis legitima cauſa debet apparere ac diſcuti, quid magis alienari expediat.*
23 *Vbi diſputatur, cauſæ cognitio abſimiliter req̃ritur.*
24 *Alienatio rei eccleſiaſticæ vel rei publicæ, vt valeat, quinque ſecundum Accurſium requiruntur.*
25 *Alienatio vel vẽditio rei eccleſiaſticæ, vt valeat, debet neceſſitatis aut euidentis vtilitatis eccleſiæ cauſa fieri.*
26 *De ipſius eccleſiæ vtilitate ac neceſſitate, ad effectũ alienationis fiendæ, aliter cõſtare debet, quã per prælati aut ſuperioris aſſertionem aut confeſſionem.*
27 *Confeſſio per voluntariæ iuriſdictionis modum emanans, eccleſiæ præiudicare nequit.*
28 *Abbatiſſa debet requirere monialium conſenſum p alienatione fienda.*
29 *Conſuetudo curiæ epiſcopalis, circa decreti interpoſitionem eſt ſeruanda.*
30 *Forma debet eſſe actui coniuncta.*
31 *Decretũ, quia eſt habilitatio ad actum, ſemper præcedere debet.*
32 *Contractus quando eſt vtilis Eccleſiæ, decretũ poteſt & præcedere & ſequi, etiam ex interuallo, valetque contractus, Baldo teſte.*
33 *In alienatione rei eccleſiaſticæ ſolennitas quocunque etiam iure requiſita, omiſſa, nonnullis in caſibus contractum minime vitiat.*
34 *Res quando modicæ æſtimationis dicatur, iudicis arbitrio ſtatur.*
35 *In rei eccleſiaſticæ alienatione iura certam ſolennitatem requirentia, habent locũ, quando alienatur directũ: nequaquã, quando vtile dominium dũtaxat.*
36 *Epiſcopus vel prælatus quando emit rẽ à ſua eccleſia aut capitulo, nõ requiritur ſolennitas, quæ requiritur in extraneo emptore.*
37 *Statutum arctans Eccleſiam vel pium locũ ad vendendum, an valeat.*
38 *Subhaſtatio an requiſita in alienatione rerum publicarum ac communitatum.*


1 QVONIAM ſacroſanctę iuris ſanctio
nes ad ea q̃ frequentius accidere ſolẽt,
cõditę ſunt, teſte Põp.in l.Iura cõſtitui.
ff.de legib. pſentis inſtituti meiq; mu-
neris eſſe non abſurde cenſui, nõnullas
2 ſtudij horas in huiuſmodi collocare: quũ legiſlatores
ad eorũ, q̃ ſæpenumero eueniũt, cognitionẽ multo ma
gis, quã q̃ raro contingere ſolent, adſtringuntur: vt in
authentic.vt ſine prohib.matri.debit.& credit.§.quia
vero. Cuius itidem & luculenter meminit Celſ. IC.
in l.Nam ad ea.ff.de legib. Huius itaque Exegeſis ma-
teria admodum frequens & vtilis eſt, necnon in praxi
3 (quæ vera legum canonumque enucleatrix eſt, Bal-
do teſte, in titulo de Feud. Sine culpa non amittend.
4 in vſib.feud.)apprime commendabilis. Hinc regula-
riter ait D.Ioan.An.in c.Poſt tranſlationem, per illum
textum, de renuncia.. Theoricam, ſine practica ſeu
adaptatione, id eſt, ſcientiam ſine experientia, parui
admodum eſſe momenti.Quod etiam perpulchre ali-
5 bi ait quidam magni nominis philoſophus, Expertũ
non artificẽ, certius operari artifice inexperto.Atque
idem alio ſatis etiam celebri loco:Natura potentem,
6 ars facilem, vſus promptum reddit artificem:& cuili-
bet artificio præbet experientia nutrimentum. cuius
partim & meminit Marcellus IC.in l.legatis.§.Orna-
tricibus. ff. de lega.3.quibus nec inconcinne addi po-
terit textus in c.quam ſit, ad exordium, cum gl.in ver-
7 bo, magiſtra rerum, de electio. libro.6. habens, magi-
ſtram rerum efficacem, experientiam eſſe. Quam ob
rem ad munus ſuſceptum progrediamur. Sed ne ex
8 ignotis, incognitisque procedamus, quandoquidem
omnis quæſtio à definitiõe pficiſci debeat,(vt inquit
Cicer. primo officior.libro)precium operæ duximus,
Muſis bene fauẽtibus, ſciſcitari, Quid ſubhaſtatio?vn
9 de dicta?In quibus requiſita?& cuius efficaciæ ſit?Cu
ius ordini vt faciamus ſatis, Subhaſtatio eſt rei vænа-
lis publice expoſitio, cum præcones vel edicto vel pro
clamatione, quæ pluris licitanti ſeu offerenti conce-
ditur, ſicuti probatur in authent. Hoc ius porrectum.
C.de ſacroſanct.eccleſ.& in l.Prima. C.de fid. inſtru.
10 & iure haſt.fiſca.lib.10.Et dicitur ſubhaſtatio, ab ha-
ſtario, quod ſecundum Papiam.locus eſt vbi vendun-
tur vel vendebantur proſcriptorum bona. Animad-
11 uertendum tamen, nequaquam diſparia in iure vn-
quam reperiri, rem eſſe ſubhaſtatam & præconizatã,
vti Impp.Seuer.& Anton. meminerunt in l. Ord.con-
iunct.gl.in ver.Subhaſtatas.C.de executo.rei iudicat.
necnon Dioclet.& Maxi.Impp.in leg.Edicto.C.Si ad-
uerſ. fiſc. reſtitut. poſtule. cum nonnullis iuribus mi-
12 nime diſſimilibus.Hinc ſubhaſtare, eſt ſub haſta mit-
tere, hoc eſt, per auctionem vendere. Haſta enim erat
13 virga, quæ dabatur, quum poteſtas cuiquam daretur
alicuius mercis.Et præcones(Priſciano teſte)ſunt qui
14 iuſſu magiſtratus publice aliquid ore denũciant, qui
auctionem faciebant,& audientiam in theatris indi-
cebant,&c.de eiuſmodi ſatis, quæ elementariis veni-
15 unt relinquẽda.In quibus vero requiſita ſubhaſtatio,
(hoc opus, hic labor eſt)ſeriatim elucidabimus. Sub-
haſtationis ſolennitas in nonnullis venditiõibus par-
ticularibus, ſpeciali ex priuilegio cõpetentibus, quam
ſit cognitu neceſſaria, nemo non ex ſequẽtibus facile
16 iudicabit: vt pote in bonorum eccleſiæ, templorum,
hoſpitalium, necnon ſimilium venerabilium domo-
rum, collegiorum ac piorum locorum (vt à digniori-
bus exordiamur)venditione, quorum bona, potiſſi-
mum immobilia, ſubhaſtationis abſque ſolennitate,
vẽdi, alienarive proculdubio nequeunt.Huic nec diſ-
ſentanea ſunt, quę habentur per Impe.Iuſtinia. in au-
then.Hoc ius porrectum.C.de ſacroſanc.Eccleſ. & in
authent.de non alie.aut permutã.reb. eccleſi.immob.
§.Nos igitur, Colla.2.in auth.de alien.& emphy. col-
la.9.§.Hoc autem ſuper ipſis,& §.Hæc vero iubemus.
Conſtit.3.vnde dicta auth. deprompta eſt. & vtrobiq;
Bar.Cui authen.concordat §.Hoc ius.10.q.2. vbi hanc
authenticã verbotenus legimus canonizatam iurique
canonico incorporatã.His ſeruit quod voluit Ang. in
dict authentic.de aliena.& emphyteo.§.hoc autem.j.
colum.in verbo.nota hic quod res Eccleſiæ ſubhaſtan
tur.Collat.9.Bartol.in l.Eos qui.C.de diuerſ. prædict.
17 vrba.libr.11.Sed præcedentibus ſubnectere propoſui-
mus queſtionem, quam ponit Baldus ad prçallega-
tam authenticam, Hoc ius porrectum, vbi inquit, De-
mus res eccleſiæ vendi, ſubhaſtationibus omiſsis, nũ-
quid tenet venditio?Cui interrogationi ſuccicte bi-

dem ſatisfacit reſoluendo: Si ius ciuile inſpiciamus,
minime, dicta authétic. Hoc ius porrectum, quodque
notatur in l. Si tempora. de fid. inſtru. & iure haſt. fiſc.
lib. 10. C. Si vero ius Canonicum ſeu pontificium per-
legamus, non eſſe ſubhaſtationem neceſſariam iudi-
cabimus, nec aliqua eſt decretalis, quæ canat neceſſa-
riam eſſe, quod ait ſignandum. Eiuſdem ſententiæ ac
opinionis videtur Innoc. in c. dudum. de reb. Eccleſi.
non alie. in 6. Quia dicta authentic. (inquit) fuit intro
ducta ab Imperatore, ſtatuendi poteſtatem nequaquã
habente. Tamen quicquid Baldo ſentire placuerit,
communi doctorum opinioni ac ſententiæ inhærebi-
mus: quandoquidem vti ſupra allegatum eſt, dictam
18 authen. Hoc ius porrectum. in §. Hoc ius porrectum.
10. q. 2. verbotenus canonizatam, ac iuri canonico in-
corporatam reperimus, relinquimus tamen iuris ſtu-
dioſis interim cogitandum. Subhaſtatio enim (vt vul-
go notum eſt) præter commodum emolumentum, bo-
num & æquum, affert nihil, quemadmodum ex ſub-
ſequentibus facile conſtabit. Ideo gloſſ. ordin. (cuius
authoritas, deficiente textu, maxima eſt, omnium au-
thoritates antecellés. Bar. in l. vt vim, ff. de iuſt. & iure.
Bald. in l. Cum hæreditas. C. depo. teſtibus nequaquã
19 minimis) ait, Subhaſtationis ſolennitatem minime
leuem ſolennitatem eſſe in authenti. de fideiuſſ. in §. j.
ſuper verbo, ſumus. quam ſignanter ponderauit Bald.
20 in dicta l. Ordo. Nec incaſſum fuerit, hoc paſſu de alie
natione, ipſius ſolennitate & forma, rerum eccleſia-
ſticarum atque ſimilium obiter ac leui brachio men-
21 tionem facere, in qua profecto cauſæ cognitio prin-
cipio deſideratur, ſicuti colligitur ex c. j. in fine extra.
vt eccleſ. benefi. ſine diminutione conferan. atque per
Archidiaconum in c. in venditionibus, 17. q. 4. Debet
22 enim de alienationis legitima ac iuſta cauſa conſtare
& apparere: necnon diſcuti, quid magis alienari expe
diat, iuxta Vlpia. IC. l. magis puto, ff. de rebus eor. qui
ſub tutel. vel cura ſunt, coniuncta l. nec quicquam. §.
vbi decretum. ff. de offic. proconſul. & legat. quemad-
23 modum dicimus, quod vbi diſputatur, cauſæ cogni-
tio non abſimiliter requiritur, vti placuit Archidia-
cono poſt Innocentium in ca. Licet cauſam, de elect.
lib. Idem nec diſplicuit D. Frederico de Senis in ſuis
conſiliis, conſilio 137. Verum Accurſi. in gloſſ. ordina-
ria. C. ne rei Dominicæ vel templo, vendica. tempo.
præſcrip. ſubmoueat, ait quinque requiri, quo rei ec-
24 cleſiaſticæ vel reipublicę alienatio valeat. Nempe, ꝙ
debitum ſubſiſtat, bona fides, iuſtum precium, ſub-
haſtatio, & Preſidis authoritas. De decreto ac ſuperio
ris conſenſu claret in dicta auth. hoc ius porrectum,
dicto c. dudum. meminique illius gloſſ. in l. fina. C. de
25 tranſact. necnon Baldus in Rubri. C. de reſcind. vend.
Et vt rei Eccleſiaſticæ alienatio vel venditio valeat
requiritur neceſſitas, aut euitendis vtilitatis eccleſiæ,
cauſa fieri: quippe, aut pro æris alieni ſolutione, vel
captiuorum redemptione, aut ſimili. c. ſine exceptio-
ne, 12. quæſt. 2. & c. vt ſuper. extra. de rebus eccleſ. alie-
nan. vel non. Plene meminit oſtienſis eod. titu. in ſum-
ma. §. ex quibus. atque huius fit mentio in ca. dudum,
26 eo. titul. libr. 6. Et animaduerte de ipſius eccleſiæ vtili-
tate ac neceſſitate pro alienatione fienda aliter con-
ſtare debere, quam per Prælati aut ſuperioris aſſertio-
nem aut confeſſionem, Petro de Peru. & D. Cardinal.
Florent. teſtibus in cap. quod quibuſdam. de fideiuſſo.
Anto. de But. in ca. j. de depoſ. per id quod habetur in
ſæpiuſcule allegata authenti. hoc ius porrectum. in c.
dudum, de elect. in c. præſentium de teſtib. libr. 6. nec-
non Petr. de Ancho. in Cle. j. de rebus eccleſi. atque ita
communiter in præfatis iuribus ac paſſibus tenetur.
Immo confeſſio Prælati & capituli hoc caſu nõ ligat,
quemadmodum gloſſæ placuit in authen. de non alie-
nan. in §. ſi vero, & ibi Iacob. de Bel. hoc idem firmant
Bal. in dicta authentica, hoc ius porrectum, Petrus de
Anch. & Anton. in c. j. de depoſ. ea potiſſimum ratio-
27 ne, quia confeſſio per voluntariæ iuriſdictionis mo-
dum emanans, Eccleſiæ præiudicare nequit, per id ꝙ
habetur in l. certum. in §. ſed an ipſos. & ibi per Barto.
ff. de confeſſis, per Cyn. in l. j. C. de confeſſ. atque per
plures alias rationes deductas, per Io. de Imo. in dict.
c. quod quibuſdam. vbi ait hanc opinionem eſſe te-
nendam & obſeruandam, & quod dictum eſt de præ-
lati & capituli conſenſu, idem dictum cenſeri opor-
28 tet in Abbatiſſa, quæ debet requirere monialium cõ-
ſenſum, iuxta S. P. Alexandri 3. ca. continebatur. extra.
de his quæ fiunt à præla. ſine conſen. capit. & in ca. j. §.
29 Abbatiſſa. quæ feu. dar. poſ. in vſib. feud. Pręterea at-
tendite circa decreti interpoſitionem curiæ epiſco-
palis conſuetudinem ſeruandam eſſe, quæ habet hanc
iuriſdictionem interponendi, cui & poſt præſcribe-
re, vt inquit Bald. in l. finali. §. neceſſitate, C. de bo. quę
liber. alias decretum debet interponi in ipſo actu, id
eſt, venditionis contractu & ex parte ante, vt dicit In-
30 noc. ſecundum Bald. in l. quæcunque. C. de bon. quæ
liber. forma enim debet eſſe actui coniuncta, & hæc
dicit gloſſa ordinaria in verbo, auditurum non eſſe.
31 in l. ait Prętor. §. permittitur. ff. de minori. quia iſtud
decretum, quod eſt quædam permiſſio, addictio, ſeu
habilitatio ad actum, ſemper præcedere debet, quia
eſt quædam poteſtatis factæ ſeu legatæ relaxatio. ſine
32 qua inferior nihil poteſt. Huic ſeruit quod notatur
in d. l. finali. §. neceſſitate: ſed idem Bald. in præalleg.
leg. quęcunque ait, quando contractus eſt vtilis eccle-
ſiæ, poteſt præcedere & ſequi etiam ex interuallo, va-
letque contractus. Nec pugnat c. auditis. de elect. quã-
33 doquidem in electione ſit ſpeciale: de quo ibi latius
per eum. Solennitas tamen tradita & requiſita in rei
eccleſiaſticæ alienatione, ſiue de iure ciuili ſiue cano-
nico omiſſa, contractum non vitiat. Primo, ſi res ſit
modici valoris, vt inquit gloſſ. in c. j. extra. de his quæ
fiunt à præla. ſine conſen. capitul. quam doctores imi-
tari non erubeſcunt, maxime Freder. de Senis in ſuis
conſilijs, conſil. 22. ſtaturque iudicis arbitrio, quando
34 res modici valoris aut æſtimationis dicatur, ſecundũ
Frederic. vt refert ac ſequitur D. Card. Spolet. in dicta.
authent. hoc ius porrectum. His optime congruit tex.
in l. ſcio. ff. de in integ. reſtit. & in l. res bona fide. ff. de
cõtrahend. emp. Vbi res bona fide vendita, minimam
ob cauſam inempta fieri non debet. His ſeruit gloſſa
in verb. magno incommodo. ad finem. in cap. propter.
extra. de loca. & condu. Secundo, ſi alienatio manife-
ſtam & euidentem eccleſiæ vtilitatem continet. Nam
tum etiam omiſſa ſolennitate valet, per gloſſam in l.
cum hi. §. eam tranſactionem. ff. de tranſact. quæ qui-
dem opinio, licet (teſte Bartol.) ſit ambigua & dubita-
bilis, fulciri ac probari tamen poteſt textibus l. fina-
lis. ff. de iure doti. l. finali. ff. de polli. necnon l. cui bo-
nis. ff. de noua. eãque ſequi apparet Bald. in l. ſi fundus.
ff. de reb. eor. cui etiam ſeruit bonus textus in leg. non
eo minus facta æquiparatiõe de minore ad eccleſiam.
C. de procura. Tertio, in alienatione rei eccleſiæ reuer
ſæ ad eam, conſuetæ tantum in emphyteoſim aliena-
ri, quæ poterit concedi & alienari abſque ſolennitate,
vt in c. 2. de feud. & notanter declarat Bald. in dicto §.
eam tranſactionem: & hoc etiam tenuit & conſuluit
Fredericus de Senis in ſuis cõſiliis, cõſilio 131. Idéque
35 Bal. in l. 3. §. fina. ff. de reb. eo. Sed Ioan. And. in cap. quę
in eccleſiarum, de conſtitu. dicit, quod iura requiren-
tia certam ſolennitatem in rei eccleſiæ alienatione, ha
bent locum, quando alienatur directum, nequaquam
quando vtile dominium duntaxat, per dictum ca. 2. de
feud. Sed ille textus loquitur exiſtente conſuetudine
alienandi in emphyteoſim, non ſimpliciter: & an-
ceps ſeu dubitabile apparet, per textum l. 3. §. ſed ſi ius
habet. ff. de reb. eorum. Quarto, non requiritur in alie
natione neceſſaria, vt in cap. extirpandæ, de præbend.



& in l. 3. §. pignori. ff. de reb. eor. Quinto, in re pignora
ta cum ſolennitate, & non poteſtate alienandi ex lege,
vel ex pacto, quæ poterit alienari abſq; alia ſolennita-
te, l. ſi pupillo. §. ſi pupillus. ff. de reb. eor. vbi Baldus ex
tendit ad bona eccleſiæ, etſi in minore loquatur. Sex-
36 to, quando epiſcopus vel prælatus emit rem à ſua ec-
cleſia aut capitulo, quia non requiritur ſolẽnitas, quæ
requiritur in extraneo emptore, Baldo atteſtante in l.
voluntas, ad exordium. C. de fideicom. Sed id ſuſpen-
ſum multũq; dubitabile videtur ob infinitas fraudes,
quæ in damnum eccleſiæ quotidie fieri ac redundare
poſſent: ideo nec ab re fuerit deſuper cogitãdi anſam
iuris ſtudioſis relinquere. Septimo, in alienatione rei
quæ ſeruando ſeruari nequit, ſicuti placuit Innocẽtio
in d. c. dudum. per textum l. lex quæ. C. de adminiſtra.
tuto. Octauo ac vltimo in repudiatione rei eccleſiæ le
gatæ, vbi proprie nõ dicitur alienatio, de quo per Bal.
in l. Contra iuris. §. fi. ff. de pact. Sed argutus quiſpiam
37 hic aliquod dubium mouere poſſet, Vtrum ſtatutum
arctans eccleſiam vel pium locum ad vendendum, va-
leat? cui paucis ſtatui facere ſatis, quum nec opus ha-
beat magno verborum ambitu. Nẽpe huiuſmodi ſta-
tutũ robore effectũq; proculdubio carere. Loca enim
pia, huiuſmodi ſtatuta arctatiua vel paſſiua non reci-
piunt, quandoquidem libertati Authenticę deſumptę
ex noua conſtitutione Frederici imperatoris, collat.
10. Caſſa & irrita. C. de ſacroſanctis eccleſiis. aduerſen
tur, prout tradidit Baldus, in ſæpe allegata Authentic.
hoc ius porrectum. in ver. tertio dicebam. C. de ſacro-
38 ſanctis eccleſ. Item, in alienatione rerum publicarũ.
nempe vrbium, ciuitatum, pagorum, atque id genus
communitatum, ſubhaſtationis ſolennitatem profe-
cto deſiderari, eſt omnibus meo iudicio in confeſſo:
Angelo eiúſq; ſequacibus teſtibus, in præallegata Au-
thentic. de alienat. & emphy. §. hoc etiam. j. columna,
in verbo, nota hic quòd res eccleſiæ ſubhaſtantur, col
latione 9. in quorum ſententiam haud dubie inclinan
dum eſt. Omitto interim plura, breuitatis ſtudio, quæ
hic dici commode poſſent.

## CAPVT SECVNDVM.

### Summæ rerum

1 *Subhaſtationis ſolennitas eſt neceſſaria in bonorum pupilli ac minoris venditione.*
2 *Subhaſtatio triũ cõſideratiõe ac reſpectu fieri debet.*
3 *Subhaſtatio fieri debet, ſeruata forma ſtatuti aut cõſuetudinis, aliàs nulla.*
4 *Subhaſtatio cùm fit, ſi quippiam promittatur, in cõtractu ſequenti repetitum cenſetur.*
5 *In ſubhaſtationibus patriæ, loci conſuetudo, vſus ac ſtylus obſeruandus.*
6 *In ſubhaſtationibus, licet formæ nonnullis in locis diuerſæ ſint, effectus finiſque idem erit.*
7 *Subhaſtationes non ſunt neceſſariæ in bonorum mobilium minorum alienatione.*
8 *Subhaſtationis ſolennitas eſt neceſſaria in rerũ mobiliũ minorũ alienatione, in quibus cõſiſteret affectio.*
9 *Minor aut pupillus eccleſiæ æquiparatur.*
10 *Quo venditio rerum minorum ac ſimilium valeat, quatuor ſunt neceſſaria.*
11 *Quò venditio rerum minorum valeat, octo ſecundũ Baldum ſunt neceſſaria.*
12 *In alienatione bonorum minorum, iudicis decretũ eſt neceſſarium.*
13 *Statutum eſt, minorum bona alienari obligaríve nõ poſſe ſine decreto, &c.*
14 *Adminiſtratione bonorum minorum ſine decreto alienantes, nihil agunt.*
15 *In alienatione rei emphyteuticæ, per minorem factã, decretum neceſſario deſideratur.*
16 *Minor nequit ſuã emphyteuſim ſine decreto vẽdere.*
17 *Minori non tantum non proprium, ſed nec vectigale quidem vel emphyteuticarium prædium ſine decreto venundare permittitur.*
18 *Pupillus ſicut nequit ius proprietatis directe alienare, ita nec vtile dominium, aut ius vſusfructus vel iura quorumcunque redditum.*
19 *Exceptiones aliquot prædicta admittunt.*
20 *Voluntas teſtantis in alienando ſeruanda eſt.*
21 *Volũtas teſtãtis idẽ operatur quod iudicis decretũ.*
22 *Brugẽſis ſi vẽdidit prædiũ in territorio Gandenſi ſitum, vtrius territorij iudex debeat decretum interponere.*
23 *Decretum ſententiæ æquiparatur, ſecundũ Baldum.*
24 *Decreti ſolennitatis interpoſitio cuius efficaciæ eſt.*
25 *Decretum iudicis vbi interpoſitũ reperitur, omnia atque ſingula ſolenniter acta præſumuntur, &c.*
26 *Pro decreto ſemper in dubio præſumitur, vt actus valeat ſuper quo interpoſitum eſt.*
27 *Iudicis decretum in contractibus facere interueniri, ſemper vtile eſt.*
28 *Iudicis decretum omnis doli ac culpæ præſumptionẽ ceſſare facit.*
29 *Decretum iudicis omnem metũ dolique præſumptionem in contractu excludit.*
30 *Interpoſitio decreti ſub conditione an valeat?*
31 *Iuriſdictio eſt officium neceſſarium.*
32 *Decretum ſub conditione interponi non poteſt, ſicut nec ſententia.*
33 *Actus legitimi conditionẽ regulariter nõ recipiunt.*
34 *Cauſæ ſingulatim exprimi debent.*
35 *Qualitas negocij, iudici aperte ac enucleate declarari debet, quo decretum valeat.*
36 *Decretũ ſine cauſæ cognitione aut leuj interpoſitum robore caret.*
37 *Decretum iudicis non debet eſſe alternatiuum.*
38 *Decretum iudicis debet eſſe certum, ſicut ſententia.*

1 PRoſequendo huius libelli materiam, non
eſt iuris ambigui, in bonorum pupilli aut
minoris venditione, ſubhaſtationis itidem
ſolennitatem eſſe perneceſſariam, quorum
bona abſque ſubhaſtationis ſolennitate vendi, aliena
rique proculdubio nequeunt, quod ſtabilitur in l. & ſi
ſine. in §. primo. coniunctis gloſſa & ibi Bart. ff. de mi-
norib. Idem adſtruit Bart. in l. alio. ff. de ali. & cibar. le-
ga. & firmat Speculator, in titulo de emp. & vẽdition.
in §. nunc dicendum. in ver. ſi igitur tutor. & titulo de
citat. §. ſequitur videre in verb. ſi vero ſubhaſtatio. &
tit. de j. & ſecund. decreto. §. 5. verb. ſed qualiter. & ſe-
quenti titulo de emptor. & venditio. §. 4. ver. hoc quo
que. Et Bartol, in l. licitatio ad exordium ff. de publi. &
vectigal. & Angel. in §. hoc etiam. in Authenti. de alie-
2 nat. & emphyt. collat. 9. vbi inquit fieri debere trium
conſideratione ac reſpectu, vt pote reſpectu loci, vt
publico in loco vno aut pluribus, pro conſuetudine,
vſu vel ſtylo fiat. Itẽ reſpectu modi. ſubhaſtator enim
obligatur & cogitur dicere, ꝙ plus offerenti dabitur.
Tertio, reſpectu temporis, quod durare debet 20. dies.
Sed ſeruate conſuetudinem & locorum ſtatuta. Debet
3 enim fieri ſeruata forma ſtatuti aut conſuetudinis ſub
haſtatio, alias prorſus inefficax & nulla eſt, teſte Bald.
in l. Ordo. C. de execut. rei iudi. Et ſi quippiam, cum fit
4 ſubhaſtatio promittatur, in contractu poſtea ſequen-
te repetitum indubie cenſetur, ſecundum Bart. in leg.
Sciendum. ff. ę dedili. edict. Quibus locis nec grauabi-

mini edictorũ ac proclamationũ formam,de iure cõ-
muni,hoc loco(breuitatis cauſa)omiſſam videre,quę
ſatis obſeruationi hodiernæ in talibus cõcors eſt:hoc
tamen admonitũ iuris tyronẽ volumus, patriæ locíq;
6 conſuetudinẽ,vſum ac ſtylũ in huiuſcemodi eſſe om-
nibus modis obſeruandũ.Licet formæ agendi videã-
tur nonnullis in locis diuerſæ,tamen effectus finíſque
omniũ idẽ profecto erit.Superiora tamen quodã cum
7 tẽperamento intelligenda indubie ſunt.Niſi bona mi
norũ eſſent mobilia,vt frumentũ aliáq; victualia,quæ
eſſent vendenda & alienanda. In huiuſcemodi enim
mobilium rerum alienatione, quæ vendi poſſunt pu-
blico in foro,minime ſubhaſtationes ſunt neceſſariæ,
nec etiã præconia:imo ſi fierent,eſſent fruſtranea,iux-
ta notata Bal.ad l.j.C.ſi prop.publi.penſita.quia præ-
conium eorum adeo eſt manifeſtũ,ꝙ ibidẽ colluſiões
nequeant interuenire & habere locum,ſecundum l.2.
8 C.de reſcind.vend.& ibi Bal.videre lubebit,poſt Bar.
in l.fi.C.de fide inſtru.& iur.haſt.fiſc.lib.10.quod qui-
dem temperamentum etiam ſub temperamento gau-
det:nempe,niſi eſſent tales res mobiles,in quibus con
ſiſteret affectio,quia tum ſine ſubhaſtationis ſolenni-
tate vendi alienaríque prohiberentur,cui ſeruit præ-
alleg.l.& ſi ſine.ff.de minorib.& prædictis ſubſcribit
Bald. communi doctorum opinioni inhærens,per l.&
9 ſi ſine,ſæpius præallegatã,quia minor aut pupillus, Ec
cleſiæ æquiparatur,quæ id priuilegij habet, ſecũdum
Auth.Hoc ius porrectum.C.de ſacroſanct.eccleſ.quã
ſæpiſsime prænarratam, cuius meminit Bald. in ſuis
conſiliis conſilio ſuo notabili,incipiente, In Chriſti
nomine ad intelligentiam prædictorum.quodque ei-
dem Baldo placuit in ſuo commento ſuper Innocen-
tio,in litera C.in verbo,contractus.alleganti Innocẽ.
ita tenere in c.dudum,de rebus eccle.non alien. lib.6.
Deinde nec incaſſum fuerit hic cõmonefacere de for
ma atque ſolennitate, quæ in rerum pupillarium ſeu
bonorum minorum,necnon ſimilium ſubiectarũ per-
10 ſonarum,alienatione requiritur. Quatuor enim ſunt
apprime neceſſaria,vt venditio,alienatióve eorum va
leat ac roborẽ gaudeat.Primo,tutoris curatoríſve au
thoritas. Secundo,cauſæ examinatio ſiue diſcuſsio.
Tertio, iudicis decretum, quemadmodum probatur
in l.final.C.ſi propter publi.penſita.ac per Imperato-
res Diocletianum & Maxi.in l.ſi quidem. & in aurea.
leg.ob æs.C. de prædiis & aliis rebus minor.ſine de-
creto non alienan.vel obligand.& Vlpianum IC.in l.
cum hi.§.ſi prætor.ff.de tranſaction.id ponit Azo titu
lo de prædiis minor.in ſumma. Quarto,Subhaſtatio,
vulgata ac non ſemel allegata l.& ſi ſine.§.primo.ff.de
minoribus 25.annis ſecundum Innocentium in præal
legato c.dudum.de rebus eccleſi.non alienan.libro 6.
Ita notabiliter tradit Bald.in ſuo repertorio ſuper In-
nocent.in verbo,contractus. Sed idem Baldus in ſuo
eleganti conſilio,incipiente,In Chriſti nomine vide-
tur dicendum,quòd nulla ex dictis vẽditionibus, &c.
11 latius pleniúſque ait octo eſſe neceſſaria.Primo,quòd
cauſa neceſſaria ac vrgens ad venditionem ſubſit.Se-
cundo,quòd debitum vrgens ex mobilibus ſolui non
poſsit. Tertio,quòd hoc liqueat Prætori aut Præſidi
per inquiſitionem ac diligentem ſcrutationem. Quar
to,quòd res minus damnoſa vendatur. Quinto, quòd
pro paruo debito, res magnæ ſeu magni valoris non
vendantur.Sexto, quòd ſubhaſtatio interueniat. Se-
ptimo,quòd tutoris vel curatoris authoritas interue-
niat.Octauo,quòd iudicis decretum interueniat. Ita
ſolenniter refert Mart.de Peruſio in ſuis conſiliis,cõ-
ſilio incipiente,Ser.Petrus ma.filioli,&c. Addi poteſt
& Nono,iudicis nempe ſubſcriptio. vt in l.ſecũda,C.
de aſſeſſor.& notatur in l.prima.ff.eod.Itẽ & Decimo,
quòd iudicis interlocutoria præcedat, per quam mo-
bilia minime extare declarentur.ita notabiliter dixit
Ang.per tex.ibi,facta æquiparatione bonorum eccle-
ſiæ & minoris in Authen.de eccle.rer.immobil.alien.
colla.5.Item,& Vndecimo, Tutoris & curatoris præ-
ſentia,vt inquiunt gloſſa & Bald.in l.j.in prin.ff.de re-
bus eorum.vbi gloſſæ placuit tria requiri, ſcilicet de-
cretum,cauſam,& præſentiam in alienatione bonorũ
minoris & eccleſiæ.Sed prædicta indubie intelligen-
da ſunt,vltra illa quatuor,quæ ſunt formæ, neceſſario
interuenire debere: alias contractus effectu omnino
caret,tanquam omiſſa vel non ſeruata forma, vt in l.
Cum hi.§.Prętor,ſupra allega. Sed alia præter illa,ſi
interueniunt,præſtant contractum etiam per reſtitu.
in integrum,irreuocabilem:cum nec poſsit,illis ſerua
tis,minor dici læſus,argu.l.Non videtur.cum ibi no-
tatis.C.de in integr.reſtit.& l.inter eos.§.quum inter.
12 ff.de fideiuſſo.Et animaduertendum ſignanter, Iudi-
cis decretum adeo eſſe neceſſarium,vt ipſiꝰ defectus,
bonorum alienationem ipſo iure reddat nullam. ita
13 ſenſit gloſſa ordinaria in vulgatiſsima Authen.Sacra-
menta puberum.C.ſi aduerſus venditor.Statutum eſt
enim bona non poſſe alienari obligaríve ſine decreto,
bona fide,& non per obreptionem interpoſito, id eſt,
per mendacium,falſoque à Prætore,Præſide aut iudi-
ce,quo alienetur,impetrato : quemadmodum cenſuit
Vlpianus IC.in exordi.l.j.necnon in l.magis puto.§.
manet actio pupill.ff.de reb.eo, qui ſub tute. vel cura
ſunt.Quodque in bonorum minorum alienatione de-
cretum requiratur, alias ipſo iure nulla. Diocletia.&
Maxim. Imperat. ac pleriſquę aliis eorum ſequacibus
viſum eſt,in l.ſiquidem.& in leg.ſi prædium ruſticum.
C.de præd. & aliis reb.min. atque Vlpian.IC. in præ-
fata leg.magis puto.in §.ſi æs alienum,vbi,inquit,de-
cretum nullum,ſi fuiſſet non recte interpoſitum, quia
ſine iuſta cauſa.idem quoque viſum eſt Valent.& Gal.
Imp.in l.non ſolum.Codi. de præd.min. Item tutores,
14 curatores,ac id genus ſimiles adminiſtratores ſine de
creto alienantes nihil agunt , ſicuti ſenſit Vlpianus
IC.in leg.tutor,quoque.§. Seuerus.ff. de ſuſpect.tuto.
& curato.& Imperatores Valentin.& Gal. in leg.cum
emancipatis,atque Imperatores Diocleti.& Maxim.in
l. ſiquidem. atque Imperator Gord. in l.2. C. de præd.
15 & aliis reb.mino.Idque adeo verum eſt,vt etiam in rei
emphyteoticæ alienatione per minorem facta, decre-
tum indubie requiratur, quemadmodum Imperato-
res Diocletian.ac Maxim.ſenſerunt,in l.etiam.Co. de
16 prædi.& aliis rebus minor.vbi inquit Bald.minor ne-
quit ſuam emphyteoſim ſine decreto vendere. Idem
Saliceto enucleatius placuit in dicta l.etiam,non tan-
17 tum proprium, ſed nec vectigale vel emphyteoteca-
rium prædium minori ſine decreto venundare per-
mittenti: quod Speculator declarat in titulo. de em-
18 phyteoſi in §.nunc aliqua.in verſic.99.Sicut enim pu-
pillus nequit ius proprietatis directæ alienare,ita nec
vtile dominium,aut ius vſusfructus,vel iura quorun-
cunque reddituum. Ita ſentit Vlpianus IC.in leg.ſed
ſi pecunia. §. ſi ius emphyteoticarium habeat pupil-
lus.ff.de reb.eor. qui ſub tut.vel cura ſunt,& ibi Bald.
19 Prædicta aliquot adſciſcunt & admittunt fallentias
ſeu exceptiones. Prima eſt,niſi res minoris, iudicis
authoritate pignorata fuerit, quo caſu abſque decre-
to,per creditorem proculdubio vendi, alienaríve po-
terit, quandoquidem in eius obligatione ſemel in-
teruenit iudicis authoritas, licet tutius & ſecurius
longe foret rurſus adhiberi. Textus eſt admodum
notabilis Vlpiani IC.in leg. ſi pupillorum. §. ſi pupil-
lus. VERBA TEXT. Si pupillus dedit res pi-
gnori ex permiſſu Prætoris, nonnulla erit dubitatio,
an alienatio poſſit impediri. Sed dicendum eſt, poſſe
creditorem ius ſuum exequi. Tutius tamen fecerit,
ſi prius prætorem adierit, quod Bald. ibi ſignat. ff. de
reb.eorum.qui ſub tutel.vel cura.ſunt. Secunda, in
alienatione quæ fit per negligentiam abſque alicu-
ius facto, quæ ad ſui validitatem decretum minime
deſide



deſiderat aut requirit,vt notabiliter inquit Baldus ad
l.ſed ſi pecunia.§.ſi ius emphyteuticarium habebat ſu
pra allegatam,vbi dicit eſſe caſum de eo in verbis, an
20 ergo hic non vtendo admittatur,ſi tutor cauſam præ
buerit:huius rei & manifeſtum eſt reſtaurari debere,
de quo tamen dubitauit gloſſa in l.finali.C.in quibus
cauſis in integrum reſtitut.non eſt neceſſaria.Reſpon
dendum autem quòd ibi eſt alienatio legalis, id eſt,
præſcriptio,vt in l.alienationis verb.ff. de verborum
ſignificatio.Tertia,Quum pater iure patris bona mi-
noris filij alienat, non ratione ſui officij,in caſu per-
miſſo non prohibito:quo quidem caſu valet ac robur
habet ſine decreto,ſi alienandi neceſsitas ſubeſt:quẽ-
admodum adſtruit Azo in ſumma.C.de bo.quæ liber.
quem ſignanter refert ac ſequitur Bal.in l.3.C.de præ-
diis & aliis rebus mino.ſecus in caſu prohibito.alleg.
l.j.C.de bon.mater.Huius etiam meminit ac inſequu
tus eſt idem Baldus in l.j.ff.de rebus eorũ qui ſub tut.
vel cura ſunt.Nempe patrem iure patris,tanquam ad-
miniſtratorem legitimum,in caſu neceſsitatis ſine de
creto alienare poſſe: alias minime, vti nec diſplicuit
Vlpiano IC.in l.ſi pupill.§.ſi pater.ff.de rebus eorum
qui ſub tutel.vel cura ſunt:& id ſecundum Azonem,
quod alibi ait non reperiri.Quarta exceptio ſeu fallẽ-
tia eſt,decretum non deſiderari nec requiri: quum in
alienatione, defuncti voluntas concurrit: quia pater
in teſtamento venundari iuſsit, vt li.j.& 5.& ibi Bal-
dus notat.C. quando decreto opus non eſt. voluntas
enim teſtantis in alienando & in teſtamentis & codi-
cillis profecto ſeruanda eſt.Ita quoque cenſuit Vlpia
nus in l.prima princip.& in l.magis puto.§.ſi fundus,
necnon Paulus in l.vltima.ff.de rebus eorum,qui ſub
21 tut.vel cura ſunt.Voluntas enim teſtantis ſeu teſtato-
ris idem operatur,quod decretum iudicis, & ibi Bal-
dus in l.magis puto.§.ſi fundus.ff.de rebus eorum qui
ſub tute.vel cura ſunt.atque ita ſentit gloſſ.ordina.in
l.prima,in princip.ſuper verb.cauerint.ff.de rebus eo
rum qui ſub tute.vel cura ſunt. Alias exceptiones ſeu
fallẽtias,quas hoc loco in medium adducere poſſem,
iuriſprudentiæ ſtudioſis ſciſcitandas ac inueſtigãdas
relinquo, quandoquidem multo plus laboris, quàm
vtilitatis earum perſcrutatio ac enarratio eſſet allatu-
ra.Sed hic occurrit pulchra & notabilis quæſtio. Si
22 Brugenſis vendit prædium in territorio, diſtrictu ſeu
ditione Gandenſi ſitum,vtrius territorij iudex debeat
decretum interponere?Baldus notat in l.prima. C.de
contrahenda emptione & venditione. (in vtranque
partem argumenta ſuccincte referens,Carneadis phi
loſophi inſtar,qui quauis de re vtrãque in partem diſ-
putare ſolebat) pro iudice territorij, quòd ſuum de-
beat interponere decretum. Adducitur l.ſi prædium.
C.de prædiis & aliis rebus minor.In contrariũ, quòd
iudex loci,vbi negotium agitur,allegatur l.magis pu
to.§.illud.ff.de rebus eorum qui ſub tut.vel cura ſunt.
& in l.in hac.C.de donation. Cui quidem quæſtioni
nonnulli faciunt ſatis,expreſsim ſuſtinentes quemli-
bet authorizare poſſe, licet ſecurius foret vtrunque
ſuum interponere decretum: cui nec incongruit Pa-
pinia.IC.l.iuriſperitos.§.primo.ff.de excuſatio. tuto.
vel cura.patet,quia coram quolibet conueniri nequa-
quam prohibetur:ergo cuilibet decretum interpone-
23 re licet.Decretum enim ſententiæ æquiparatur,vt in-
quit Baldus in l.j.præallegata.Animaduerte tamẽ Bal.
in crebro allegata l.magis puto.§.illud.ff.de rebus eo
rum qui ſub tutel.vel cura ſunt, cautelæ loco haberi
voluiſſe,nempe quando res in vna ciuitate poſita, ve-
nundatur in alia, vt vterque iudex ſuum interponat
decretum,iuxta illud quod reperitur in præcitata l.iu
riſperitos.§.cum oriundus, & apud Archidiaco.17.q.
4.in c.in venditionis, licet Iac.de Are.teſte Cy. in di-
cta l.ſi præſidium,alterius duntaxat decretum ſuffice
re ſenſerit,ſiue eius in cuius territorio res ſita eſt, ſiue
eius,vbi quis contractum celebrat.per l.finalem.C.de
24 long.tempo.præſcript.cuius decreti ſolennitatis in-
terpoſito tantæ eſt efficaciæ,vt in inſtrumento in quo
interpoſitum iudicis decretum reperitur, omnia at-
25 que ſingula ſolenniter acta & probata indubie pręſu-
muntur & intelliguntur:ſi in ea mentio fiat illorum,
ſeu de illis qui interuenerunt.gloſſa eſt aurea & ſingu
laris in l.prima.C.de fide inſtrument.& iure haſt.fiſc.
libro 10.quam ſolenniter ponderauit & excuſsit Bal-
dus in l.prima.in principio.ff.de rebus eorum qui ſub
26 tute.vel cura ſunt.In dubio enim pro decreto ſemper
præſumitur vt actus valeat,ſuper quo interpoſitũ eſt,
ſicuti notabiliter tradit Speculator in titulo de emp.
& venditio.§.nunc dicẽdum,ver.& illud ſcias,& pro-
batur in l.minor 25.annis.adito præſide ex adſpectu.ff.
de minoribus 25.annis,in l.actor.ff.rem ratam haber.
& in l.ſciendum.ff.de verbo.oblig.quod tradit etiam
27 Bal.in c.primo, quid ſit inueſtitu.Nam ſemper ac per-
petuo vtile eſt,in contractibus efficere,vt interueniat
28 iudicis decretum, ex eo nanque omnis doli ac culpæ
præſumptio & ſuſpicio ceſſat.Vulgata l.ait Prætor.§.
permittitur.ff.de minoribus 25.annis. ita perpulchre
ait Angel.poſt gloſſam in l.ſi ſtipulatus.§.ſi lancem.ff.
de ſoluto.Sed idem Ange.in l.quæcunque.§.qui à pu
pillo emit.ff.de publiciana.in rem actio.non ſequitur
gloſſam in dicta l.j.C.de fide inſtrument. & iure haſt.
fiſca.libro.10. aitque eam iure minime probari. Sed
(ſalua interim pace tanti viri) dici nec iuri diſſonum
fuerit, immo probari ex præfatis iuribus, maxime ex
præallegata l.mino.25.annis adito Præſide, ex adſpe-
ctu.ff.de minoribus.25.annis dicens,cum iuris decre-
tum reperitur interpoſitum per modum voluntariæ
iuriſdictionis ad confirmationem actus, quod tum
ſemper cauſæ cognitio iuriſque ordo præceſſiſſe præ-
ſumuntur,nequiequam ſic in decreto actus contentio
ſi,ſicuti notatur in dicta leg.prima.Cod.de fide inſtru
men.& iure haſt.fiſc.libro.10. niſi contrarium probe-
tur. Hæc ſunt verba Baldi ſignanda in l. nec enim. ff.
de adopt. Idemque tenuit & firmauit in ſuo notabili
conſilio,incipiente, In Chriſti nomine, vtrum dictus
contractus:Quod vbicunque requiritur & reperitur
decretum ſuperioris, ibi præſumuntur omnia ſolen-
niter acta,vt inquit Speculator in verſic.& illud ſcias.
§.nunc dicendum,titul.de empt.& vendit.licet in ſuo
conſilio incipiente, Ad intelligentiam quæſitorum.
dixerit non eſſe ſimpliciter & categorice verum, niſi
conſtet formam iuris eſſe ſeruatam per dictam leg.
actor.& l.primam.C.de prædi.decurio.libr.10.& in l.
cum hi.§.ſi prætor.ff.de tranſact.ſubditque glo. in di-
cta leg.j.quod omnia pręſumuntur interueniſſe,ſi no-
tarius dicat in inſtrumento fuiſſe adhibita, & ita vi-
29 detur ea gloſſa pertranſire.Item,Quia decretum à iu-
dice interpoſitum, omnem metum, dolique præſum-
ptionem ac ſuſpicionem, in illo contractu excludit,
vt in l.2.C.de prædi.decurio.libr.10. in l.ſi quos ſpon-
taneos. C.de decurio.lib.10.in l.ſignanter tradit,& de
clarat Bald.in l.pacta nouiſſima.Cod.de pact. necnon
Ang.ſolenniter in ſua diſputatione,incipiente, Aſten
ſis miles. allegans leg.cum hi, in exord. ff.de tranſact.
& ſat bene probatur in l.lex quæ.Cod.de adminiſtrat.
tuto. vel curat. in leg. non eſt veriſimile.ff. quod met.
cauſ.facit,quod habetur in l.omnium.C.de teſtamen.
ſed circa hæc occurrit pulchra, elegans & vtilis quæ-
ſtio. An valeat decreti interpoſitio ſub conditione
30 hoc modo facta, quatenus, vel, ſi & inquantum de
iure debeo, interpono, & alias minime. Bartolum
præſentem quæſtionem mouiſſe ac tradidiſſe in lege
& ſi conditionalis. ff. de authentic. & conſenti. tutel.
& curat. ſed nequaquam determinaſſe reperio. Af-
firmatiuæ tamen parti ſubſcribit Baldus in leg. pri-
ma. in penultima columna, in verſiculo, vlterius quæ
ro:cauetur ſtatut.Codic.qui admitti.ad bonor.poſſeſ.

poſſunt. Nempe iudicem debere interponere, ſi ne-
gotij qualitas ſuadet, & aliter non. dicta l. cum hi. §. ſi
prætor. de iure enim, inquit, debet interponi, ex quo
petitur. itaq; ſe refert ad iuris diſpoſitionem, quę cer-
ta eſt, quod ſignandum perpetuo ait. Nam actus vo-
luntariæ iuriſdictionis quo ad partem, eſt neceſſariæ
iuriſdictionis, quo ad iudicem, cum iuriſdictio ſit of-
31 ficium neceſſarium, quemadmodum ex iuriſdiction is
definitione aperte claret, l. prima. iuncta gloſſ. in ver-
bo, poteſt. ff. de iuriſdictione omnium iudicum. l. ſecũ-
da. ff. de officio proconſulis & leg. idque verum, ſicu-
ti prius meminimus, ſi æquitas contractus decretum
interponi ſuadebat: ſecus, ſi diſſuadebat argumento l.
cum hi. §. ſi prætor. ff. de trãſactionibus. facit l. fina. C.
ſi contra ius vel vtilitatem publicam. ſed prædictis al-
legationibus ac argumentis, necnõ infinitis aliis bre-
uitatis ſtudio prætermiſsis, minime obſtantibus, An-
geli opinionem eſſe longe receptiorem ac rationabi-
liorem arbitratus ſum, (quem & ego ſequor) elegãter,
nedum argute ſubtiliterque dicentis, decretum ſub
conditione interponi non poſſe, ſicut nec ſententiam,
32 vt in l. cum ſententiam. C. de ſenten. & interlo. omniũ
iudicum. & in l. prima. §. biduum. ff. quando appell. ſit.
Huius meminit idem Angelus in l. item eorũ. §. ſi de-
curiones. ff. quod cuiuſque vniuerſitatis nomine. Ra-
tiones ſunt in promptu. Primò, quia actus legitimi cõ
ditionem regulariter non recipiunt, iuxta Papinianũ
33 IC. in l. actus legitimi. ff. de regulis iuris. Item ſecun-
do, Quia decretum hoc modo interpoſitum videretur
deriſorium, ex quo iudex nequaquam videtur contra-
ctum approbare, nec cauſæ cognitionem, prout requi
ritur & deſideratur in eius interpoſitione habuiſſe.
Cauſæ enim ſingulatim exprimi debent, vt in l. magis
34 puto. §. non paſsim. ff. de rebus eorum, qui ſub tut. vel
cura ſunt: necnon in l. prima, coniuncta gloſſa, & ibi
optime declarat Bartol. C. de præd. decurio. libro 10.
Negociique qualitas iudici aperte ac enucleate decla
rari debet, vt plene & ad amuſsim, quid agatur, intelli
gat, ad finem effectúmque, quo decretum valeat, ſecũ-
dum quod eleganter voluit Baldus. C. qui amit. ſuper
rubric. allegans l. finalem. C. de edicto diui Adria. tol-
lend. alias cum præſentia vel authoritate factum non
videtur. Idem placuit Baldo in l. prima. in penultima
quæſtione. C. qui amit. Item tertio, quia hoc decretum
videtur perfunctorium ac deluſorium, quod non va-
36 let, quandoquidem nihil decernat l. meminerit. C. vn-
de vi. l. iuſte poſsidet. cum ibi notatis. ff. de acquirend.
poſſeſſ. & decretum ſine cauſæ cognitione, aut ſaltem
interpoſitũ nõ valet, roboréque caret, iuxta Baldi tra-
ditionem. in cap. primo. in §. Similiter. de controuerſ.
37 inueſtit. Item 4 quia iudicis decretum non debet eſſe
alternatiuum, Vlpian. IC. in l. ſi pupillo. §. ſi prætor. ff.
de rebus eorum qui ſub tutel. vel cura ſunt. quod com
probatur per id quod habetur in l. In cauſæ prima, in
§. cauſa autem cognita. ff. de minor. 25. annis. in l. nec
quicquam. in §. vbi decretum. ff. de officio proconſul.
& in l. cum hi. §. vult igitur. ff. de tranſac. Item quinto,
quia decretum debet eſſe certum, ſicuti ſentẽtia. §. cu-
rare. inſtitut. de actio. & textus & gloſſ. in l. præcitata.
l. item eorum. §. ſi ita. ff. quod cuiuſque vniuerſita. no-
mine. nemo tamen eſt qui neſciat, de conſuetudine ge
nerali ſeu ſtylo hodie vbique ſeruari in iudiciis, mul-
ta fieri aut recipi vel propter aſſeſſorum, ſeu conſilia-
riorum imperitiam, vel quia locus & tempus non pa-
tiuntur plenius deliberandi conſilium, vt inquit Vl-
pianus in l. prima, in principio. ff. de exercita. actio. fi-
naliter miſſam faciam hanc quæſtionem. Interim ta-
men eius materiam ad ſacietatem examinare ac diſcu
tere deſiderantem, ad apoſtillas ſeu additiones Barto-
li in dicta l. & ſi conditionalis, ac Bal. in l. prima. C. qui
admit. ad bonorum poſſeſsion. poſſunt. necnon ad D.
Fabianum de Monte, in ſuo Contractuum tractatu i-
dem copioſius explicantem, prolixitatis euitãdæ cau-
ſa remitto.

## CAPVT TERTIVM.

*Summa rerum.*

1 *Subhaſtationis ſolennitas in ſententiæ executione deſideratur.*
2 *Executori licitum eſt ſono tubæ aut voce ſua horrida, vel alias pro loci conſuetudine rem eſſe vænalem proclamare & ſubhaſtare.*
3 *Fraus & dolus in ſubhaſtatione ab executore committi non debent.*
4 *Executor in ſubhaſtatione multa ſingulatim narrare obligatur.*
5 *Limitatio ad illud, quod plus offerenti dabitur.*
6 *Præconis horrida vox, in ſolenni feſto ſileſcat.*
7 *Neceſſariorum omiſſio omnem diſpoſitionem vitiat.*
8 *Subhaſtationes debent fieri per plures & plures dies, ne fiat fraus.*
9 *Res quæ capiuntur pro ſubhaſtatione, non debẽt ſtatim adiudicari parti, ſed debent prius poni ad incãtum ac iuſto pretio vendi.*
10 *Publicus exactor debet iuſto precio vendere res ſubditorum, nec debet pati vllã in ſubhaſtatione fraudem.*
11 *In ſubhaſtatione, practica Pauli haud aſpernenda.*
12 *Res etſi fuerit vendita ad incantum, nihilominus poteſt venditor, aut is cuius erat res, conqueri de vltra dimidium iuſti præcij defraudatione.*
13 *In re ſubhaſtata ius prætendentes, debent vocari ad ius ante decreti adiudicationem.*
14 *Subhaſtationum edictum proclamatorium eſt neceſſarium.*
15 *Subhaſtatio eſt ſolennitas, cuius defectus, quicquid actum fuerit, reuocat.*
16 *Subhaſtationis ſolennitas in cuius fauorem introducta.*
17 *In venditione cuius hic ſit mentio, nonnulla deſiderantur.*
18 *Iudicis decretũ efficit, ne quis de dolo aut metu conqueri poſſit.*
19 *In iudicis præſentia acta, iuſte legitimeq́; facta præſumuntur.*
20 *In vẽditione per ſubhaſtationem celebrata, debitor vere vel interpretatiue neceſſario præſens deſideratur.*
21 *In iudicio agitato inter aliquos, tertius de cuius præiudicio agitur, ſemper citari debet.*
22 *Si pars de cuius præiudicio agitur, & cuius res ſubhaſtatur, appellet, pendente appellatione, an ſatelles aut apparitor ſuperſedere obligetur:*
23 *Appellatione indeciſa pendente, iudici legitime inſinuata, ante diſcuſſionem bene ne an male fuerit appellatum, non procedetur per iudicem ad decretum.*
24 *Appellatione pendente, nil nouari oportere.*
25 *Solennitates non dicuntur iudicium, ſed præparatorium ad iudicium arripiendum coram iudice.*
26 *In ſubhaſtatione, an liberetur qui minus obtulit per plus offerentem.*
27 *Quando res ſubhaſtandæ ſunt, non eſt ſubito ad venditionem procedendum, ſed ſæpius diutiusque ſunt ſubhaſtandæ, quo plus offerenti addicantur.*
28 *Subhaſtatio in venditione, quæ pro vltimæ voluntatis executione ſit, requiritur.*

29 Pau-



29 *Pauperum, minorum, & Eccleſiæ bona æquiparantur, quo ad ſubhaſtationis requiſitionem.*
30 *Subhaſtationis ſolẽnitas an videatur ſublata ex authoritate teſtatoris de vendendo.*
31 *Subhaſtatio ſemper requiritur, quãdo venundatur res abſentis.*
32 *Subhaſtatio an in locandis, ſicut vendendis rebus fiſci perpetuo deſideratur.*
33 *Subhaſtatio in pignoris venditione an requiratur.*
34 *Conſuetudinis, his in partibus, maxima authoritas.*
35 *Pactum inter creditorem & debitorem, quo res pignorata creditoris efficiatur, ſi debitor intra ſtatutũ tempus non luat, inualidum eſt, niſi addatur, quòd empta ſit pro quanto iuſtè æſtimabitur.*
36 *Fœneratorum praxis circa pignora.*
37 *Subhaſtatio pignoris, debitoris citationem ſemper affectat.*
38 *Exclamatio inuectiua Authoris, in noſtræ ætatis fœneratores peſtilentiſſimos.*
39 *Pignus nequaquam diſtrahitur, niſi debitori ter fuerit denuntiatum vt ſoluat, & ceſſauerit.*
40 *Fœneratores, furibus ac prædonibus impudẽtiſſimis comparantur.*
41 *Caſus apprimè ſignandus, pro egentibus fœneratorũ opera, contra eoſdem tamen fœneratores.*
42 *Annus fœneratoribus ex conſuetudine permiſſus, non conceditur, vt eo elapſo pignora omnino & ſimpliciter ipſorum efficiantur, ſed duntaxat vt ex illorum venditione ſortem cum vſuris recuperare poſſint, & reſiduum debitori reſtituant.*
43 *Fœneratoribus ſufficere debent ſors & permiſſæ vſuræ.*
44 *Fœneratorum inerme argumentum:*
45 *Fœnoratorum conſuetudo inuiolabiliter obſeruata.*
9 *Vſuræ præſentes, ab antiquis mirum in modum diſcrepant.*
47 *Subhaſtatio an & quando requiratur, priuſquam ad ſecundum decretum perueniatur.*

MATERIAM præſentem vt continue-
1 mus, nulli nõ compertiſsimum eſt, ſub
haſtationis ſolennitatem in ſententiæ
executione, hoc eſt in bonorũ vẽditio-
ne, quæ pro ſentẽtiæ executione fit, in-
dubitato deſiderari & requiri, Impp. Seue. & Ant. in l.
ord. C. de execu. rei iud. necnon Imp. Gor. in l. duplex,
& Imp. Aug. in l. ſi quis proſcribente. de fide inſtru. &
2 iur. haſt. fiſc. lib. 10. C. Executori enim licitum eſt, rem
proclamare ſono tubæ, ſi tuba ſit, aut voce ſua horri-
da, aut alias pro loci conſuetudine, (quæ optima legũ
interpres eſt, id adſtipulantibus Innocentio 3. in capi.
cum dilectus. extra, de conſuet. atque Paulo IC. in l. ſi
de interpretatione. qui textus ad hoc quotidie citan-
tur. ff. de legi.) rémque vænalem & exponere, & ſubha
ſtare pro primo termino octo dierum, aut pauciorum,
aut plurium, ſecundum locorum conſuetudiné, vſum,
vel ſtylum, in quibus fiunt. virtute literarum obliga-
toriarum, condemnatoriarum, ac ſimilium executo-
rialium, quod intellige in loco publico & ſolito, nec-
non in die fori territorij, in quo res ſita fuerit: & ad
quam maxima fieri poterit populi affluentia, ne fraus
ac dolus in huiuſcemodi ſubhaſtatione præſumãtur,
3 quæ ab executore committi minime debent. textus eſt
Valentin. Theod. & Archad. celebris in l. ſi quos. C. de
reſcindenda vendit. potiſsimum ibid. Ne ſub nomine
ſubhaſtationis publice locus fraudibus relinquatur,
vt poſſeſsionibꝰ viliore pretio diſtractis, plus exactor
ex gratia, quàm debitor ex pretio conſequatur, & ibi-
dem ad finem. Etenim periniquum eſt, vt alienis bo-
nis ſub gratioſa auctiõe diſtractis, parum accedat pu-
blico nomini, cum totum pereat debitori, & ibi per
ſcribentes, & per Paulum Caſtrẽſem, in dicta l. ordo.
4 C. de executione rei iudicatæ. & debet executor ſin-
gulatim narrare cauſæ ſaiſine, nomen creditoris, debi
ti quantitatem, propter quod res eſt ſaiſinata & ſubha
ſtata. Atque poſt octo dies primæ proclamationis &
ſubhaſtationis completos, aut aliud tempus, iuxta lo-
corum conſuetudinem, vſum ac ſtylum, ita quòd nec
ſufficit tempus ab vno die Martis, vſq; ad alium diem
Martis proximum. Pom completum octo dierum ſpa-
tium executori nec illicitum eſt, publice (ſicut dictum
eſt) ſono tubæ, aut voce iterum pro ſecundo edicto
proclamare, ac ibidem manifeſtare, vt ſciant omnes
& intelligant, quòd talem rem emere volentes ve-
niant in ſecundum edictum octo aut quindecim die-
rum, (ſecundum quod conſuetudo, vſus, aut ſtylus
habeat & dictet) coram talibus in tali loco, ad ve-
rum rei valorem licitandum, & quòd plus offerenti
dabitur. Adſtipulatur Iuſtinianus Imperator in vul-
gata Authentica, Hoc ius porrectum. C. de ſacroſanc.
Eccleſ. necnon Imperat. Aug. in l. j. de fide inſtrumen.
5 & iur. haſt. fiſca. libro. 10. Limita quod plus offerenti
dabitur, niſi quando eſſet adiudicatio facta iuſte. Et
ſic tranſactis & elapſis præfatis octo aut quindecim
diebus pro tertio edicto, quadraginta dierum, aut
aliud tempus, iuxta cõſuetudinem proclamari & ſub-
haſtari debet, quo omnes ſciant, vt dictum eſt, &c. Et
intellige, quod à diſtantia ſecũdi edicti ſubhaſtatio-
num, quod eſt quindecim dierum, vſque ad tertium
edictum, quod dicitur quadragenaria, debeãt eſſe tres
hebdomadæ: alias quindecim dies non complerentur
& totum tempus illud debet eſſe completum, adeo
quod ſi vna dies ſupereſſet, nihil eſſet. Et ſi aliquod ſo
lenne feſtum interueniat in illis edictis, quo vox præ-
6 conis ſileſcere debet, vt volunt Impp. Leo & Ant. in l.
dies feſtos. C. de ferijs, tempus fori ſequentis, quod e-
rit octo dierum, expectandum erit executori, quia hu-
iuſcemodi die feriato fieri nequeunt: cum tuba & vo-
ce preconis opus ſit, quæ his diebus ſilere neceſſe eſt.
d. l. dies feſtos, & illius fidem faciat per eius relatio-
nem, illud quippe obſeruatum fuiſſe. Si autem bis ſit
forum vna in hebdomada, & illud feſtum interueniat
in vna die edictorum, debet expectari dies ſequentis
hebdomadæ, in qua habuerunt ortum ſubhaſtatio-
nes, & non alia dies fori: & hoc modo nonnulli pra-
cticarunt. Hæc autem omnia in decreti literis inſerta
ſint, vt videatur an interruptio temporis facta fuerit.
Si enim vnius diei intermiſſio defectusve ſolen-
7 nitatis illius interceſſerit, quicquid ante dictum eſt,
reuocari debet, nec præſumuntur ſeruata ſolennia,
& ſic neceſſariorum omiſſio, omnem diſpoſitionem
vitiat. textus eſt ſolennis Imperatorum Archad. & Ho
nor. in tritiſſima. l. teſtamentum. Codic. de teſtament.
& ibi Alexander. Ex quibus nota poſt Paulum, in
8 dicta l. ordo. C. de execution. rei iudica. Subhaſtatio-
nes debere fieri per plures & plures dies, ne fiat fraus,
9 quod que res quæ capiuntur pro ſubhaſtatione, non
debent ſtatim adiudicari parti: ſed debent prius po-
10 ni ad incantum, ac iuſto precio vendition. per textum
& ſcribentes in dicta leg. ſi quis Codic. de reſcinden.
venditio. vbi publicus exactor debet vendere res ſub-
ditorum iuſto precio, nec debet pati vllam in ſub-
11 haſtatione fraudem, & ibi Paulus ponit hanc pra-
cticam: Antequam ponat in ſubhaſtatione, faciat
rem æſtimari per habentem illius rei notitiam, &
tum demum ponat in ſubhaſtatione pro precio de-
clarato per æſtimatores. Deinde detur plus offerenti.
per dictam leg. creditor. ſecund. ſi enim non præmiſſa
tali æſtimatione, poneret in ſubhaſtationem, magna
fraus

Pauli Pratica & forma ſubhaſtationum

fraus committi poſſet, cum graui damno & debitoris
& creditoris. addiceretur enim res fortaſsis pro vilio
ri pretio gratioſe per publicum exactorem, alicui for
te amico ſuo, & ita plus lucraretur exactor ex gratia,
quàm creditor ex debito. Et idem paulus notat in di
12 cta l. ſi quos. Quòd licet res fuerit vendita ad incan-
tum, nihilominus poteſt venditor, vel ille cuius erat
res, conqueri de vltra dimidium iuſti preti deceptio-
ne, quia nequaquam ſequitur, Non fuit repertus qui
plus offerret ad incantum, ergo nō pluris valebat. tex-
tus eſt in dicta l. ſi quos. & ſic non perdit beneficium
l. ſecundæ. C. de reſcindenda venditione. Animaduer-
13 tite (quandoquidem è memoria excidere nefas eſſet)
quòd prætendentes cauſam & ius quoddam in re ſub
haſtata, debet vocari ad ius ante adiudicationem de-
creti, vt ibi iura & rationes ſuas ſeriatim adducat, vt
per eaſdem cognoſcatur, vter prior & vter poſterior.
per Ioannem Fab. in l. properandum. C. de iudiciis. In
nocentius in capit. cum venerabilis. de religio. domi-
bus. & debeat cenſeri ſecundum naturam ſuarum hy-
pothecarum cum cauſæ cognitione, & hoc cum inti-
matione fiet, quòd alias procederetur ſuper his, prout
14 erit rationis. Deinde ſigna, quod eſt admodum conue
niens & neceſſarium, edictum proclamatorium ſub-
haſtationū pro foribus tribunalis territorij, cui ſub-
15 eſt prædium ſubhaſtatum, affigere, & eſt profecto v-
na de ſolennitatibus, cuius defectus vel alterius ſi in-
terceſſerit, quicquid actū fuerit, reuocabitur, quia nō
præſumerentur ſeruata ſolennia, vt hinc debeat res
reſtitui cum ſuis fructibus, teſte Imper. Augu. in l. j. de
fide inſtrum. & iur. haſt. fiſ. lib. 10. C. nec mirum ſi hoc
ſit neceſſarium, quia ſubhaſtatio (quæ auctio dici po-
teſt, ab augendo, per augmentationem pretij) eſt ven-
ditio facta in publico, vt declarat Bartolus in l. licita-
tio. ff. de publi. & vecti. & in dicta l. j. de fide inſtrumē.
& iur. haſt. fiſc. libro 10. C. ne videatur fraus ſecretò &
clandeſtinè committi. fores enim tribunalis dicuntur
locus publicus, in quo talia debent exerceri, ne fraus
interueniſſe præſumatur, quæ in talibus abeſſe debet,
per d. l. ſi quos. & per d. l. j. per Pau. in d. l. ordo. & in d.
16 l. ſi quos. Hæc autem ſolennitas eſt inducta in fauorē
debitoris cuius bona alienantur, ne ſua bona magni
valoris, vili pretio vendantur. Nam ſæpenumero vi-
demus rem oblatam venditioni in neceſsitate viliſsi
mo pretio venūdari. Sed huic iniquitati proculdubio
iura ſubueniunt. Nam vt valida ſit talis, & quæuis alia
venditio, nonnulla profecto deſiderantur, ſuntq; ne-
17 ceſſaria. Primum, quòd debitor ſit in mora ſoluendi.
Secundum, quòd talis venditio fiat cum authoritate
præſidis ſeu iudicis. Tertium, quòd fiat bona ſyncerá-
que fide & ſine fraude, per ſcribētes in dicta l. ſi quos.
Quartum, quòd iuſto pretio fiat. Quintum, quòd fiat
ſolenniter, & cum ſubhaſtatione. Nam ſi aliquod illo-
rum deficiat, & maximè ſi nō interueniat præſidis, iu-
dicis, ſeu magiſtratus authoritas, venditio retractari
18 poteſt. Hinc certum eſt iudicis decretum operari, ne
quiſquam de dolo aut metu conqueri queat. Præſum-
19 ptio enim eſt de his, quæ fuerunt in præſentia iudi-
cis, quod iuſte legitiméque ſint facta, Iacobo Rebuffi
20 ſentiente in l. prima, de loca. prædi. ciui. libro 10. C. In
qua quidem vēditione neceſſario deſideratur præſens
debitor, de cuius præiudicio agitur, quod intellige
vere vel interpretatiue. Nempe quòd fuerit citatus
cum intimatione ad perſonam vel domicilium: alias
ſibi nequaquam fieret præiudicium: & hoc allegatur
21 quòd in iudicio agitato inter aliquos, debet ſemper
citari tertius, de cuius præiudicio agitur, ſecundum
Iacobum Rebuffi. in l. prohibitum. ſuper gloſſa, quo-
rum intereſt, de iure fiſc. libro decimo. C. alias poſito,
quòd valet iudicium inter præſentes, minime faceret
præiudicium abſenti non citato. Cui ſeruit quod no-
tatur in l. in cauſæ. j. §. interdū. ff. de minoribus vigin-
tiquinq; annis. l. cum miles. ad finem. ff. ex quibus cau-
ſis maiores. per D. Cynum in l. prima, ante finem. C. de
aduocatis diuerſorum iudic. & gloſſam in dicta l. pri-
ma, de fide inſtrumentorum, & iure haſt. fiſc. libro 10.
C. Nec peregrina & extranea erit ſequens quæſtio, ſi
22 & huic loco ac materiæ inſeratur. Quid ſi pars de cu-
ius præiudicio agitur, & cuius res ſubhaſtatur per
præconem (IVXTA ILLVD Ciceronianum,
Bis iam vidimus haſtam in foro poni, & bona ciuium
ſubiacere voci præconis) appellet, pendente ſubha-
ſtatione, an ſatelles vel apparitor debeat ceſſare vir-
tute appellationis, aut ſuas ſubhaſtationes iuxta for-
mam, conſuetudinem, vſum ac ſtylum loci in quo fiat,
proſequi. Cui faciunt ſatis docti ac præcipui no-
ſtræ memoriæ practici, intrepide ſuſtinentes, appari-
tori eo caſu minime ceſſandum ac ſuperſedendum,
quum is cognitione cauſæ ac iuriſdictione careat, im
mo debet & obligatur procedere vſque ad ſolennita-
tum completionem, quæ ſuum concernunt officium.
Etiam quia caſus appellationis reparari poteſt in diſ-
finitiua, vbi ſubhaſtationes proſequens, ſuam (vt
23 vocant) requeſtam ſuſtinere nequaquam valeret. At-
tamen non procedetur per iudicem ad decretum,
appellatione indeciſa pendente, iudici debite ac legi-
time inſinuata, que debet prius ante omnia diſcuti, an
bene vel male fuerit appellatum. Nec pugnat illud tri
tum iuris inuolucrum, contrariarum opinionum ra-
24 tionibus inuolutū ſeu brocardicum, Nil nouari opor
tere appellatione pendente, quandoquidem id intel-
ligi debeat verum eſſe inter eaſdem perſonas, & iudi-
cio pendente, ſeu vt illius ſententiæ à qua eſt appella-
tū: hic vero inter diuerſas, quia plures ſunt opponen-
25 tes, per Cy. in l. appellatione. C. de appellat. & iudicio
non pendente, quia ſolennitates non dicuntur iudi-
cium. ſed præparatoriū ad iudicium arripiendum co-
ram iudice, vt ſignat Pyrrhus Anglebermæi in ſæpiu-
ſcule alle. l. j. in glo. magna, de fid. inſtr. & iur. haſt. fiſc.
libro. 10. C. Iudicare enim, iudicis officium duntaxat
reſpicit, Cyn. teſte, in l. ſancimus. C. de iud. Deinde hic
velut ob oculos inſignem quandam ſeu ſingularem in
26 hac materia ſubhaſtationum obſeruationem adiicere
cupio. Videmus enim bona hypothecata pro quodam
debito, ſub authentico ſigillo, ſubhaſtatione, iudicis-
que decreto venūdari vltimo appreciatori, ac plus of
ferenti tradi. Largiamur & fingamus tres fuiſſe appre
ciatores: Vnum ad decem, alium ad viginti, & tertium
ad triginta: demuſque vltimum ſeu tertiū mortuum
eſſe, aut alias dicta bona nequaquā cōcupiſcere: immo
expreſſe eis renunciaſſe ac renuiſſe, aut adeo egenum
ac inopem, vt non ſit ſoluendo, aut alias nequiret ha-
beri ad & contra eum recurſus, vel hoſpite inſaluta-
to receſſerit: quæſtio vertitur, an moleſtari & cogi is
poſſit, qui viginti obtulerat, vt pro illo oblato precio
capiat? Bart. in l. licitatio. ff. de public. & vectigal. ait,
oblatione facta à ſecundo, primum minime liberari:
ideoque indubie talis cogi poteſt, vt rem tali pro pre-
cio capiat, cui Vlpianus IC. ſubſcribit in l. Sabinus. ff.
de in diem adiecti. Bald. vero contrarium adſtruit, &
primum licitatorem liberatum eſſe, ſuſtinet, allegans
l. cum plures. §. lege. ff. loca. Vbi per ſecundum actum
ante rem perfectam, videtur recedi à primo actu, &
reſpondet ad dictam l. Sabinus, quod loquitur in actu
perfecto & iam conſummato. puta in venditione fa-
cta, cum pacto adiectionis in diem. tunc enim credi-
tore inuito per oblationem factam à ſecundo, non
reſcinditur primus actus venditionis perfectæ. Se-
cus in caſu præſenti, vbi venditio non erat perfe-
cta, ſed erat in ſuſpenſo, donec plus oblatum eſſet ab
alio: & hac opinione dicit Baldus ſe centum aureos
fuiſſe lucratum. Quod tamen, Paulo Caſtrenſi teſte,
in dicta leg. Licitatio, limitationem aſciſcit, quando
adhuc non fuerat adiudicata ſecundo, vbi eſſet ven-
ditio



ditio perfecta. Atque hæc Baldi opinio cum conſuetu
dinibus, iuribúſve municipalibus Flandrenſium, po-
tiſsimum autem Brugenſium, conſentit. Aduerte ta-
men hoc vnum, cuius meminit Baldus & eius ſequa-
ces, in frequenter allegata l. ordo. C. de executione rei
iudicatæ. ponderando ac excutiendo textum in verb.
27 diu ſubhaſtatas, minime repente ac ſubito ad vendi-
tionem procedendum eſſe, quoties res ſubhaſtandæ
ſunt, ſed ſæpius ac diu ſubhaſtandæ, id eſt, præconi-
28 zandæ, quo plus offerenti dentur. Dein ſubhaſtationē
in venditione, quæ pro vltimæ voluntatis executionē
fit, vtpote per executores teſtamentarios, deſiderari
ac requiri, explorati iuris indubie eſt, vt ſignanter po-
nit Bartolus in l. Alio. ff. de alimen. & cibar. legat. Sed
Baldus in hoc, contrariæ opinioni ſubſcribere nequa
quam erubuit, in ſuo vulgato conſilio, incipiente, Car
nouale Turcarini de Spello, ſuam condidit vltimam
voluntatem, inquiens fidem à teſtatore electam in bo
nis diſtribuendis inter pauperes Chriſti, ſufficere: at-
que à defuncto fuiſſe ex dicta cauſa iuriſdictionem &
vendendi poteſtatem commiſſam, l. ſecunda. C. quan-
do decret. opus non eſt, ſi quis ad declinandam. C. de
epiſcopis & clericis. & in l. vltima. ff. de rebus eorum
29 qui ſub tutela vel cura ſunt. Nec oppugnat, pauperum
bona, minorū ac eccleſiæ bonis æquiparari, in quibus
ſubhaſtatio neceſſaria eſt, vt l. finali, & Authentic. hoc
ius porrectum. C. de ſacroſanctis eccleſiis. & l. orpha-
notrophos. C. de epiſcopis & clericis. & crebro cita-
ta. & l. ſi ſine. ff. de minoribus vigintiquinque annis. &
hoc niſi conſuetudo, ius municipale ſeu ſtatutum vr-
geret cōtrarium: ſed bene (inquit) bonam ſyncerám-
que fidē deſiderari ac requiri, per l. creditor. §. Lucius,
ad finem. ff. mandat. quæ profecto præſumitur, vt in l.
penultima. C. de præſcript. longi tempo. & §. aliæ. in-
ſtitut. de actionib. ita notabiliter ſenſit Baldus in præ-
fato ſuo conſilio. Sed nec obſcurum fuerit dicere, pro
30 Bartoli opinione tuenda ac defendenda, quòd ex au-
thoritate vænundandi ſeu vendendi data per teſtato-
rem, nequaquam cenſeatur ſubhaſtationis ſolennitas
ſublata, argumento exordij l. ſi quando. C. de inoffic.
teſtam. nec ea ratione apparet electa via, quo venditio
non rite fieret ſeu celebraretur, argumento. leg. ſimi-
les qui deſtinauerat. ff. de militari teſtamen. cōiunctis
31 his quæ habentur in l. nemo poteſt. ff. de legat. primo.
Item in omnibus ac ſingulis venditionibus bonorum
abſentium abſque dubio ſubhaſtationis ſolēnitatem
interuenire, operæpretium neceſſariúmque eſt, vt in l.
fundus qui. & ibi Alexand. ff. de reſcindenda vendit.
& in non ſemel citata l. Licitatio. ff. de publica. & ve-
ctigal. per eundem dominum Alexandrum in l. ordo.
C. de execu. rei iudica. In rebus vero præſentium, ſub-
haſtatione minime opus eſt, niſi fuerint minorum, Ec
cleſiæ, decurionum, aut fiſci, quorum bona, ratione v-
tilitatis publicæ, vænūdari ſunt prohibita, vt in l. j. de
prædiis decurio. lib. 10. dicta Authentic. hoc ius por-
rectum. necnon in l. prima. ff. de minor. 25. annis. Hoc
pacto apprime ſolenniter declarat Baldus in l. ſæpiſsi
32 me allegata l. ordo. C. de execu. rei iudic. Subhaſtatio
quoque in vendendis rebus fiſci deſideratur & requi-
ritur, vti Imperator Diocletianus & Maximianus at-
teſtantur in l. edicto. C. ſi aduerſ. fiſc. reſtitut. poſtule.
hoc eſt, in omni vēditione quæ fit à fiſco de bonis ſuis
vel vlterius, propter debitum ſoluendum, ſubhaſtatio
neceſsitatur. Nec à propoſito alienum erit, hoc loco
alterius quæſtionis recordari, Nempe ſubhaſtatio an
requiratur in locatione rei fiſcalis, ſicut & in vendi-
tione. Hæc quæſtiuncula negatiuam deſiderat partē,
iuxta gloſſam in verbo, Publici prædij, in vulgata ac
notabili l. quamuis. C. de vendend. rebus ciuitat. libro
11. & ibi Bartolus, necnon gloſſa in verbo, licitatio. in
l. tertia. C. de fund. patrimo. libro etiam 11. quæ gloſſa
diſtinguit inter locationem perpetuam & tempora-
lem, quam videre poteritis. Superioribus adnectere
minime abſurdum fuerit, ſubhaſtatio in venditione
pignoris ſeu diſtractione an requiratur? Cui inter-
rogationi affirmatiue ſatis fieri haud dubium eſt, per
Iuſtinianum Imperatorem in l. finali. C. de iure domi.
impetrand. quod verum adſtruit Baldus ibidem in pri
ma columna, in verſiculo, nota diuerſitatem iſtorum,
& cætera, etiam ſi pactum fiat, ſine ſubhaſtatiōe ac de-
bitoris citatione fieri poſſe, & ait inualidam cenſen-
dam eſſe conuentionem vt ſine vlla ſubhaſtatione di-
ſtrahi poſsit, etiam debitore certificato ac certiorato
poſt biennium. Hinc Baldus ibidem ait apprime no-
tandum contra & aduerſum fœneratores, qui elapſo
biennio à die pignoris vendunt: quod de iure neque-
unt, immo vetitum legitur, quia illud biennium inci-
cipit à die nuntiationis, nō pignoris, vbi placuit gloſ-
ſæ in verb. niſi ei. in l. ſi conuenerit. ff. de pignoratitia
actione. Niſi id conſuetudo (cuius his in partibus ma
xima proculdubio eſt authoritas, ac cui obtemperan-
dum eſt) admitteret, ſicuti placuit gloſſæ in præallega.
l. fin. Sin autem eſt creditor gratioſus, tū profecto ob-
ſeruandum, quod notatur in l. tritiſsima. l. ſi conuene-
rit, iamiam prænarrata: cuius recitationem, prolixita-
tis euitandæ cauſa, poſthabere cōſtitui. Ex quibus in-
35 dubie ſuſtineri minime extraneum fuerit: Pactum
inter creditorem & debitorem, quo res pignorata effi
ciatur creditoris, ſi debitor intra certum tempus non
luat, inualidum eſſe, roboreque carere, niſi addatur
quod ſit empta ſummo iuſtæ æſtimationis precio, A-
lexandro in leg. prima, necnon Dioclet. ac Maximi. in
leg. 2. Imperatoribus teſtibus C. de pact. pignor. atque
Martiano IC. in leg. ſi fundus. §. finali. & ibi doctores
Bart. & Ange. ff. de pignor. Verba textus: POTEST
ita fieri pignoris datio, hypothecæve, ſi intra certum
tempus non ſit ſoluta pecunia, iure emptionis poſ-
ſideat rem iuſto precio tunc æſtimandam, hoc enim
caſu videtur quodammodo conditionalis eſſe ven-
36 ditio: & ita Diuus Seuerus & Anto. reſcripſerunt, vbi
inquit eſſe fraudulentorum vſurariorum ſeu fœne-
ratorum aſtutias ac praxim huiuſmodi contractus
celebrare, quibus addunt quod niſi luatur, reſolua-
tur ac redimatur intra tempus, omne pignus detur
ipſis integrum, in ſolidum pro precio æſtimando Ti-
tij ac Seij arbitrio, quos ex nunc in arbitratores &
bonos viros eligimus. quod memoriæ commendan-
dum aſſerit, ſed ſubdit Angel. vſurarium ſeu fœnera-
torem, callidum, vafrum ac aſtutum eſſe debere, quo
eligat amicos. qui pignus æſtiment ad ipſius animi
ſententiam. quod poſtremum Angel. additamentum
mihi (ſalua interim pace tanti viri) admodum diſpli-
cet, vt quod aperte erroris vitium præ ſe ferat, ſicuti
omnibus recte ſyncereque ſentientibus perſpicuum
eſt, de quo videre nemo grauabitur Bar. in l. fina. C. de
pact. pignor. dicētē ſubdolos fœneratores Bononien-
ſes ex conſilio ſuorum antiquorum doctorum & aduo
catorum facere fieri inſtrumenta, hoc modo. Si pecu-
niam ad tempus non reſolueris, ſit fundus mihi em-
ptus iuſto precio, arbitrio huius & illius declarando,
quos ex nūc in arbitratores bonoſque viros eligimus
quod conſilium ait ſignandum Barto. in l. 3. in vltim. q.
C. de pigno. & in dicta l. ſi fundus, & Bald. in c. primo.
2. colum. de feud. da. in vicem leg. commiſſo. in vſibus
37 feud. Nec obliuiſcend cenſui pignoris ſubhaſtatio-
nem, debitoris citationem deſiderare & requirere
gloſſa & doctores in allegata leg. finali. prima colum.
C. de iure domi. impet. ac in l. 4. C. de diſtract. pignor.
& in vulgata l. ſi conuenerit. ff. de pigno. actio. docto-
res in leg. ordo. C. de execut. rei. iudic. quibus quidem
paſſibus clare & expreſſe huius fit mentio, quos in-
38 tueri licebit. Sed quid hic de noſtræ ætatis peſtilen-
tiſſimis, numero (proh dolor) infinitis fœneratori-
bus mihi dicendū? qui pignora à debitoribus recepta

poſt finem anni, vti propria ſæpe clam & ſecreto, ra-
rius autem palam aut publice ex ſuo arbitrio, partè-
que minime vocata, vendunt atque diſtrahunt: vnde
non contenti ſua ſorte & vſura recepta, vniuerſam e-
tiam pecuniæ ſummam excreſcentem ſibi impuden-
ter vendicant, in animarum ſuarum, niſi tempeſtiua
ſequatur reſtitutio, perpetuum & ineuitabile exitiũ,
qui iuxta vtriuſque legis humanæ & diuinæ verita-
tem, nullo penitus in republica honore digni ſint, ſed
econtra tam haberi quàm vocari debent voraces vt
lupi, execrabiles & deteſtabiles ac infames vt prædo-
nes, tametſi hoc ſeculo vere infelici, conditionis mul-
to melioris appareant quibuſdam aliis inculpatæ vi-
tæ hominibus, qui egenis depoſito pignore, mutuum
dant, nihil inde ſperantes, (quos doctores ſæpenume-
ro creditores gratioſos appellare conſueuerunt) lege
39 ſi conuenerit. ff. de pignoratitia actione. vetitum legi-
mus pignus diſtrahi, niſi debitori ter fuerit denuntia-
tum vt ſoluat, & ceſſauerit: ſolutione autem ceſſante,
diſtractio publica permittitur eatenus, vt quod, acce-
pta ſorte, ſupereſt, debitori reſtituant. Secus illi: nam
vt dictum eſt, non contenti ſorte & vſura, reſiduum
(etiam inuitis dominis) poſt anni terminum perti-
naciter retinent, & quod deterius eſt, debitoribus id-
ipſum iuſte repetẽtibus minaciter & odioſe recuſant,
40 veluti fures, latrones, & prædones impudentiſsimi,
quibus merito veniunt comparandi, quanquam ſuam
rapinam conentur in humeros principum nonnun-
quam reiicere, prætextu quarundam literarum ſibi ad
vſuras exercendas ab iiſdem principibus, alias impor
tunis & improbis precibus, alias ingentibus muneri-
bus (reſtitutioni tamen indubie obnoxiis) conceſſa-
rum & permiſſarum, quum tamen huiuſmodi literæ,
ſi penitus intrſopiciantur, nihil ſupra vſuras fieri poſ-
ſe conniuent. Quamobrem vſuris huiuſmodi, vtut
permiſſæ ſunt, receptis, reliquum vt debitori, etiam
anno elapſo, reſtituant, neceſſum eſt, atque ad hoc
41 iudicialiter ſine dubio compelli poſſunt. Quod te-
ſtari poſſum. Dum enim Louanij operam iuri na-
uarem, ac eximio Do. doctori Nicolao Heems à Bru-
xella tunc in humanis agenti cohabitarem, contigit
quendam clericum ſex argenteos ſcyphos deauratos,
quos neceſsitate conſtrictus fœneratori Louanienſi
pignori dederat, anno decurſo. ſorte & vſura realiter
oblatis, repetere: fœnerator negauit ſe debere huiuſ-
modi realem oblationem accipere, & ſcyphos velle
reſtituere, quandoquidem ſui (vt aiebat) facti eſſent
per annuam poſſeſsionem, quo non luiſſet pignus.
Tandem re in controuerſiam iuridicam delata, con-
ſilio eiuſdem D. doctoris Nicolai Heems à Bruxella
ſuccubuit fœnerator, vtique condemnatus, & dicto-
rum ſcyphorum reſtitutionis, & expenſarum, citra
vllam etiam temporis illius vel anni lapſi conſidera-
tionem. Quamobrem ſimili caſu occurrente ſic iu-
42 dicandum erit. Nam annus ex conſuetudine fœne-
ratoribus admiſſus, non conceditur vt eo lapſo pigno
ra prorſus & ſimpliciter illis fiant propria: ſed ita de-
mum, vt ex illorum venditione ſortem cum vſuris ſi-
bi recuperare poſsint: quibus receptis, iuris, rationis,
43 & ſummæ æquitatis eſt, vt reliquum debitori reſti-
tuant: ſufficere enim illis debent ſors & vſura permiſ-
44 ſa. Neque ipſis ſuffragari poteſt inerme argumentũ,
quo ſuam iniuſtitiam tutari volentes, dicunt pignora
nonnunquam anno lapſo ſortem & decurſas vſuras
præſtare non poſſe, & ſic ſuis permiſsis fraudari vſu-
ris. huius nanque periculi caſum facile prouidentia
fœneratoria vitare ſatagunt, quando duntaxat habi-
45 ta ratione dimidij valoris oblati pignoris, ſua mutua
vſuraria ex conſuetudine per eos etiam inuiolabili-
ter antiquitus obſeruata exercent, adeo vt nihil illis
periculi ſuperuenire poſsit per anni huiuſmodi de-
curſum. Et haud dubium etiam eſt, pignus ſemper
pluris æſtimari quàm debitum. Vnde dicitur, quòd
reſiduum debet reddere creditor debitori, quando
pluris debito pignora vendit, l. finali. §. ſin autem mi-
nus. C. de iure domini impetran. l. ſi inter colon in fi-
ne, ff. de pignoribus. Vlpianus. Quia quod amplius
debito conſequutus creditor fuerit, debitori reſti-
46 tuere debet pignoratitia actio. Sed dolendum quòd
ab antiquis adeo diſcrepent præſentes vſuræ, vt opti-
me (quod dico, norunt) ſentiunt, quicunque neceſsi-
tate adacti, modernorum fœneratorum operam, ſeu
verius immitem immiſericordiam implorare cogun-
tur, à quibus velut ab hirudinibus exuguntur: ne-
que etiam minus deplorandum video, tam abiectos
olim & infames homunciones, ad primos nunc ho-
nores vbique fere locorum, atque adeo in ipſas aulas
principum vſque prorupiſſe, vt ipſos quibuſlibet vi-
ris, extra omnem controuerſiam etiam authorita-
te longe maioribus, ac dignitate, prudentia, conſi-
liòve magis conſpicuis, ſolo mammonæ iniquitatis
reſpectu, paſsim in matrimoniis contrahendis, in pri-
uatis & publicis conuentibus, prandiis & cœnis, de-
nique in acceſsibus ad principes, ad conſilia cum o-
ptatiſsima audientia præferri videamus: ſubticẽdum
interim, quia ea eſt materia, quàm hic altius repete-
re non eſt conſilium, & de quibus amplius dicendum
eſſe non arbitror. relinqua enim communia ſunt, & in
47 genio & prudentia facile in promptu erunt. Præterea
quæſtio occurrit minime aſpernanda. Subhaſtatio an
& quando requiratur, priuſquã ad ſecundum decretũ
perueniatur? Huc facit ſatis Bal. qui iuris nodos & le-
gum ænigmata vt plurimum ſoluit in l. ordo, in j. col.
in verb. ſed tu vlterius not. C. de exequu. rei iud. quod
ad ſecundum decretum non peruenitur, niſi pendente
ſubhaſtatione. hoc enim eſt neceſſe vbicunque res ab
ſentis vænundantur, ſi fundus, ff. de reſcindent. vendi.
Bartol. in l. acceptam C. de vſur. ſecus ſi res præſentis:
niſi ſit fiſcus, minor, Eccleſia, vel decurio, cuius bona
ſunt prohibita diſtrahi, publicæ vtilitatis fauore, vt
in Authentic. hoc ius porrectum. C. de ſacroſanct. ec-
cleſ. necnon in l. prima. de præd. decur. li. 10. C. l. ſed &
ſine. ff. de minori. 25. annis, dicitque gloſſa, quod ven-
dere rem cum ſubhaſtatione, non eſt ſolennitas leuis,
vt in Authent. de fideiuſſ. poſt exordiũ. De hoc capite
ſatis. ad alia veniamus.

## *CAPVT QVARTVM.*

*Summæ rerum.*

1 *Bartolus ſecũdum nonnullos* { *Iuris lucerna* / *Cæcorum dux* / *Veritatis ſpeculũ* / *Veritatis pater* } *appellatur.*
2 *Baldus ſubtilis ac ingenioſus.*
3 *Speculator vetuſtioris ſeculi practicus inſignis.*
4 *Bartolum iuriſperiti pro numine colunt.*
5 *Subhaſtationis forma ſecundum Bartolum.*
6 *Licitatio quãdo ſit, venditor emptori de meliori con*
*ditione per alium oblata, notificare obligatur, quo li*
*citantem vel vincere vel ſuperare poſſit.*
7 *In ſubhaſtatiõe ac licitatiõe, qui ſemel minus obtulit*
*ſuperatus ab alio, iterum poterit plus offerre, & ad-*
*mitti debet, quia venit vt alius.*
8 *In licitationibus, id eſt, oblationibus precij ad rẽ ve-*
*nalem, pro illa comparanda, priorem licitatorẽ, per*
*poſteriorem (qui vltra aliquid ad precium oblatum*
*offert) liberari certum eſt, ſi ſoluendo ſit, & licitatio*
*ni aptus ac idoneus, alias vero minime.*
9 *Idoneus non dicitur, qui conueniri nequit.*
10 *Licitator vt admittatur, requiritur maior idoneitas*
*& maior vtilitas.*





11 *Non habens vnde ſoluat, ſimilis eſt habenti exce-*
*ptionem peremptoriam.*
12 *Verba incanti, cum effectu intelligenda.*
13 *Obtuliſſe nec videtur, qui minime ſeruauit, quæ ſer-*
*uare debebat.*
14 *Venditori indubie licitum eſt, pluribus ex licitatori*
*bus maxime idoneum eligere.*
15 *Licitatio tùm eſt admittenda, cùm licitator fideiuſ-*
*ſores idoneos dare paratus eſt.*
16 *Fiſcus non acceptat, niſi ſufficientes & ſoluendo.*
17 *Subhaſtatoribus in mandatis non videtur dediſſe*
*reſpublica, vt inidoneum licitatorẽ acceptent, & ido*
*neum dimittant.*
18 *Licitator prior, per poſteriorem idoneum minime li*
*beratur, ſed vt ante obligatus remanet.*
19 *Per ſubhaſtationem aut alias res immobiles, tam vẽ*
*dẽdæ quàm vẽditæ, ſpecificari ac terminari debẽt in*
*inſtrumẽto, literis decurionalibus, aut ſimilibus per*
*earum quantitates, qualitates, loca, latera & fines.*
20 *Pretia ſeu æſtimationes rerum, aliquot probantur*
*modis.*
21 *Teſtis obligatur deponere per ſenſum corporeum a-*
*ctui congruentem.*
22 *Iudicari non ad teſtem, ſed iudicem ſpectat.*
23 *Probatio valoris rei in duobus priuilegiatur.*
24 *Probatio de credulitate admittitur in his, quæ non*
*cadunt directo in ſenſum corporeum.*
25 *Res poſtquam fuit ſubhaſtata, non eſt locus remedio*
*l. 11. C. de reſcindenda vend.*
26 *Aduerte ad diſtinctionem.*
27 *Franci ſeu Galli ex more habent, vt impetrent lite-*
*ras regias pro contractus reſciſſione, quas literas re-*
*gias reſciſſorias appellant.*
28 *In Gallia elapſo decennio à tempore contractus, non*
*habet amplius locum remedium l. 2. C. de reſcin. vẽ.*
29 *Literæ huiuſmodi reſciſſoriæ, elapſo decẽnio, in Gal-*
*lia non dantur.*
30 *Memoria hominis eſt labilis.*

TRACTATVRVS de ſubhaſtationis
forma ac modo, ſequentes doctores legẽ
dos atq; relegẽdos interim oĩbus modis,
1 nequaquam diſſuadeo: vtpote Bartolum
(quem nonnulli iuris lucernam & cæcorum ducem,
alij vero ſpeculum atq; veritatis patrem appellare ſo-
lent) in l. licitatio. ff. de publica. & vectiga. necnon in
l. j. C. de fid. inſtru. & iur. haſt. fiſc. lib. 10, atq; doctores
in d. authen. Hoc ius porrectum. C. de ſacroſan. eccle.
2 Et Bal. in l. ordo. C. de execu. rei iudic. quam ſæpiſsime
3 allegata. Et Speculatorẽ in tit. de cita. §. ſequitur. verſ.
ſi vero ſubhaſtatio. Vbi formæ ſubhaſtationis rei pu-
pillaris notãter meminit, quorum opiniones, dogma-
ta, & interpretamẽta hac in materia omnes paſsim ſe
quuntur, laudant & aſſerunt: nec eſt, meo iudicio, etſi
tenui, vlla iuris ciuilis pars, in qua adeo Bart. Baldo, &
Speculatori aſſentiantur & tribuant ſcriptores: ita re
cepta eſt in hoc ſcribẽdi genere eorum authoritas, vt
pro lege (quãuis vtique nullis corroborerur legibus)
4 apud omnes habeatur. Bartolus tamen (quem iuriſpe-
riti pro numine colunt, & cuius ſcripta inter ſacrorũ
vatum oracula in larariis habent) in allegata l. licita-
tio. ait ſubhaſtationis formam eſſe, quod edicto aut præ-
conis voce notum manifeſtúmque fiat, quicunque ta-
lem aut talem rem emere, comparare ac mercari deſi-
derat coram talibus vel talibus, infra tot dies ad pro-
mittendum compareat: & plus offerenti dabitur, vt in
dicta authentica, Hoc ius porrectum, & in allegata l.
6 prima. C de fide inſtru. & iur. haſt. fiſc. lib. 10. Et quan-
do ſit licitatio, venditòr emptori de meliori conditio-
ne per alium oblata, ac qualiter ab altero plus offer-
tur, indicare tenetur, quo licitantẽ vel vincere vel ſu-
perare poſsit, ſecundũ Bald. in l. licet. & in l. neceſſe. ff.
de in die adiect. & eſt ſimile de licitatione in l. vlti. C.
de iure emphy. in l. ſi tamen quibuſdam. & in l. cum pa
7 ter. §. rogo. ff. de legat. 2. Qui enim ſemel minus obtu-
lit ſuperatus ab alio, ſecundo poterit plus offerre, &
admitti debet, quia venit vt alius, & pro noua obliga-
tione, vt inquit gloſ. & Barto. in l. ſi tempora. C. de fide
inſtru. & iur. haſt. fiſ. lib. 10. & ſi vnus emerit cum hoc,
quòd ſi melior conditio fuerit oblata, & ſecundo eme
rit pluris cum dicta conditione ſtatim à prima vendi
tione receſſum videtur, vt in l. qui autem. & ibi decla-
rat Baldus, ff. de in diem adiectione. & ſi res fuerit vni
addicta & vendita, nihilominus audietur alius poſtea
veniens, durante termino, & admittetur ad emen-
dum: quia videtur prima facta ſub conditione, ſi alius
meliorem conditionem infra tempus in ſubhaſtatio-
ne adpoſitum non attulerit, dicta l. ſi tempora. & ibi
8 Bartolus declarat, licet ſubdat hoc locum non habe-
re, quando priuatus vendit. ſed duntaxat quum fiſcus
vel reſpublica. Animaduerte diligenter in licitationi
bus, id eſt, oblationibus pretij factis ad rem vænalem
pro illa emenda ac comparanda, primum licitatorem
per alium vltimum, & poſt eum venientem, qui vltra
aliquid ad precium iam oblatum offert, liberari,
quando is vltimus eſt idoneus & ſoluendo, atque per
venditores admittitur: ſecus, ſi non ſoluendo aut in-
idoneus reperiatur, tum enim prior remanet obliga-
tus. Ita determinat ſingulariter Bald. in ſuo conſilio
incipiente, Modus & forma datiorum in ciuitate An-
conæ, &c. inquiens eum videri liberatum, quia qui
dare fideiuſſorem promiſit inidoneum, dando libe-
ratur, authore Vlpiano IC. in l. qui ſatiſdare. §. plane.
ff. de fideiuſſo. & mandato. quia non dicitur in incan-
tu, quod dabitur idoneo, ſed plus offerenti. & plus eſt
oblatum, ergò ex virtute verborum receſſum eſt à pe-
nultimo licitante. Quamobrem nequaquàm curan-
dum eſt, ſi ait ſoluendo in non, dummodo ſit talis qui
obligari poſſit. Sed his ac ſimilibus rationibus mini-
me obſtantibus, in contrarium eſt proculdubio ipſa
veritas, quod præallegata l. probatur: requiritur enim
quod licitator ſit talis qui poſſit obligari & conueni-
ri. dicta leg. qui ſatiſdare. primo reſponſo. Et nequa-
9 quam dicitur idoneus qui conueniri nequit. Martia.
IC. in l. ſciendum. ff. qui ſatiſdare cogan. in authentic.
de exhib. reis. in §. ſuſcepto. probatur per d. l. qui ſatiſ-
dare. in fine ibi, quia qui admiſit, à contrario ſenſu,
necnon per textum in l. quod autem. §. finali. ff. de in
diem adiect. vbi ad hoc vt licitator admittatur, & di-
10 catur plus offerre, requiritur facultatum idoneitas,
maior promiſſio, vtilitas, & conueniendi facilitas, l.
vbi autem. §. penult. & finali. ff. de in diem adiect. ſed
in his ac ſimilibus, omnino contrarium cenſendum,
quia nec conueniendi facilitas, nec par vtilitas, nec
par quantitas poteſt eſſe, vbi quis non eſt ſoluendo.
11 Nam qui non habet vnde ſoluat, ſimilis eſt habenti
exceptionem peremptoriam, vt notatur in leg. Titius,
ff. de procurat. & in l. nam is. ff. de dolo. Item verba
12 incanti ſiue (vt nonnullis placet) incantamenti cum
effectu intelligi debent, vti notat gloſſ. in l. 2. ff. qui ſa-
13 tiſda. cogan. necnon in l. j. ff. in ius vocati vt eant. Item
nec obtuliſſe videtur, quiſquis minime ſeruauit cæte-
ra, quæ ſeruare debebat, nec contractum perfecit, nec
idoneos fideiuſſores dedit, vt in leg. arbitrio. ff. qui ſa-
tiſda. cogantur. Item quia venditori indubie licitum
14 eſt, pluribus ex licitatoribus, maxime idoneum eli-
gere: quemadmodum teſtatur Vlpianus IC. in leg. Sa-
15 binus. ff. de in diem adiection. Item, tunc eſt licitatio
admittenda, cum licitator fideiuſſores idoneos, &
cautiones offerre ac dare paratus eſt, Authore Pom-

pon.IC.in ſæpiſsime allegat.l.licitatio.ad initium.ff.
de publica.& vectigal.alias enim maximum ſequere-
tur abſurdum, vtpote,quòd qui male licitaretur ſeu
offerret alium inidoneum, quo ſeſe à promiſsione li-
beraret,proculdubio ſubmitteret. Vlpianus IC.in l.
cum hi.§.ſi cum lis.ff.de tranſact.& maxime hoc pro-
cedere nonnulli aiunt in venditione Reipub.cui ſem-
16 per debet excipi quod eſt vtile. Item quia fiſcus non
acceptat niſi ſufficiuntes & ſoluendo.l.prima.§.an bo
na.ff.de in.fiſc.facit in ratione ſui.l.ſi ſeruus plurium.
17 §.ſi quis ante.ff.de lega.j.Item quia reſpublica nequa-
quam videtur ſubhaſtatoribus in mandatis dediſſe,
vt acceptent inidoneum licitatorem, & idoneum di-
mittant.Gaius IC.in l.in perſonam.§.qui pecuniam,
ff.de pactis.& Vlpianus IC.in l.ſi bene.ff.de vſuris.ita
ſolenniter concludit Baldus in dicto ſuo conſilio. I-
dèmque etiam paucis videtur ſenſiſſe verbis Bartolus
18 in dicta l.licitatio.& in dicta l.ſi tempora. quòd prior
licitator per poſteriorem inidoneum,minime libere-
tur.ſiquidem prior licitator,per poſteriorem in cura-
tela cum cauſæ cognitione, prout de iure ac etiam
conſuetudine,edicto publico proſcriptum ſeu procla
matum prodigum,& ſic inidoneum, nequaquam li-
19 beratur,ſed vt prius,obligatus indubie remanet.Præ
terea animaduerte res immobiles per ſubhaſtationẽ,
aut quouis alio etiam modo tam vendendas,quàm vẽ
ditas ſpecificari ac terminari debere in inſtrumento,
literis decurionalibus(vulgo ſcabinalibus) aut pariũ
curię,per earum quantitates,qualitates,loca,latera &
fines, vt ſignanter Vlpiano IC.placuit. in l.forma.ff.
de cenſibus.necnon Scæuolæ IC.in l.Titius hæres.§.
finali.ff.de actionib.empt.& venditi. Ita confidenter
Speculator in titu.de empt.& vend.in §.primo.in ver.
ſi ita.quod paſsim practici omnes omnibus in curiis
ac foris inſequuntur,ſaltem obſeruare quàm maxime
ſtudent ac nituntur,quo indubie cõtrouerſiæ omnes,
concertationes,diſcrepationes,rixæ, necnon omnis
20 generis diſcordiæ facile deuiabuntur. Præterea me-
miniſſe minime obfuerit hoc paſſu (tametſi à ſubha-
ſtationum materia nonnihil abhorreant, occaſione ta
men oblata,cum alioqui cognitu ſint digna, non pi-
guit annotare) pretia ſeu rerum æſtimationes,aliquot
probari modis. Primo,per iudicem,facta per eum ta-
xatione. Secundo,per relationem peritorum & aſ-
ſumptorum per iudicem ad hoc. Tertio, per librum
æſtimi ſiue cataſtri publici(vt volunt Itali)in quo de-
ſcribuntur res omnium ac ipſarum pretia: qui qui-
dem liber minime plenam fidem facit, ſed præſum-
ptionem ac indicium duntaxat inducit. Bartolo ac
Baldo teſtibus,in l.vltima.C.de magiſtra. conuenien.
necnon etiam Baldo in l.ſi pater.C.de actionib.empt.
Quarto,per teſtes,quorum probatio omnium difficil
lima,vtpote per indirectum ſeu obliquum, nequaquã
autem per directum,ſcilicet per ſenſum corporeum:
æſtimatio enim rei in ſenſum corporeum teſtis non
cadit, ſed per iudicium intellectus.manifeſtiſsimi e-
21 nim iuris eſt,teſtem debere & obligari deponere per
ſenſum corporeum actui congruentem,vt l.qui teſta-
mento.§.finali,& ibi late Bartolus & doctores.ff.de te
ſtamentis.Bartolus in l.ad teſtium.Cod.de teſtibus.i-
bidem Innocentij deciſionem referens. Gloſſa ſolen-
nis,& ibi Bartolus in l.ſecunda.C.de reſcindenda ven
ditione.textus notabilis in l.vltima.& ibi Bartolus C.
de prædiis nauiculario.libro vndecimo.& non per iu
22 dicium intellectus.non enim ad teſtem,ſed ad iudicẽ
ſpectat iudicare,vt notat Bartolus in l.prima.ff.ſi cert.
23 petatur.Ex quo elicere nequaquã pigebit, valoris rei
probationem in duobus debere expendi,quod (vul-
go) dicimus priuilegiari. Vnum quo in eo obliqua &
indirecta probatio admittatur,neq; cogitur quis per
ſenſum coporeum deponere.Bartolus in l.ſecunda.C.
de reſcindenda venditione.Alterum eſt priuilegium,
licet regulariter non admittatur depoſitio de creduli-
tate,ſed tantummodo de certitudine. Bartolus in l.3.
ff.de iureiurando.tamen in probando valore rei, ad-
mittitur depoſitio de credulitate,& in hoc priuilegia
tur.Bartolus in l.pretia rerum.§.vltimo.ff.ad legẽ Fal-
24 cidiam.Ratio eſt,quia in his quæ non cadunt directo
in ſenſum corporeum,admittitur probatio de credu-
litate,l.j.§.primo.de vent.inſpi.c.propoſuit.de proba
tio.in antiqui.quod eſt ſolenne.Quinto, per ſubhaſta-
tionem:quę omnia aut his ſimilia explanare,neque eſt
omnino virium noſtrarum, neque præſentis inſtituti,
quinto duntaxat modo excepto,quo æſtimatio ſeu va
lor rei probatur per ſubhaſtationem.ſed horum vbe-
rius explicatiúſque meminit D.Angelus Areti.in ſuis
commentariis in §.ſi quis agens.inſtitut.de actionib.
quem petite.Proſequendo tamen materiam noſtram,
amplexabimus præfatum quintum modum, quo fru-
ctuum aut rei æſtimatio per ſubhaſtationem proba-
tur,quia tunc ad æſtimatinem factam in ſubhaſtatio-
ne conuolatur & recurritur par textum in l.ſæpiſsime
allegata authent.hoc ius porrectum.C.de ſacroſanct.
eccleſ.Hinc ſcribit Ioan.de Imola in dicta l.pretia re-
25 rum.§.vltim.quòd poſtquam res fuit ſubhaſtata, non
ſit locus remedio l.2.C.de reſcinden.vendit. Ratio ſe-
cundum eum,quia tunc venditio videtur legitime fa-
cta. Sed Bartolus contrarium indubie ſenſit, allegans
textum l.1.C.ſi propter public.penſita. Exiſtimo ta-
men(ſalua interim pace tam eximij ac ſingularis viri)
priorem opinionem, quæ eſt Imolæ, eſſe profecto ve-
riorem. Ratio eſt, quia res quæ haſtæ ſubmittitur ac
ſubhaſtatur, & traditur plus offerenti, igitur datur
ſecundum loci publici æſtimationem, quæ dicitur ac
cenſetur æſtimatio legitima & vera, vt ſcribit Bartol.
in ſæpiuſcule citatata l.precia rerum.§.vlti. Pro con-
cordia atque conciliatione dictarum opinionum in-
26 trepide ac fixo pede cenſendum paucis arbitror:Vbi-
cunque res venditur ſeu venundatur ad ſubhaſtatio-
nem,dolo & fraude ceſſantibus,idque ob neceſſitatẽ,
& datur plus offerenti, tum in illa nequaquam eſt lo-
cus remedio,l.2.C.de reſcind. vendit.& hanc opinio-
nem amplexantur & obſeruant huius ætatis practici
omnes. Res vero quæ minime ob rei familiaris ne-
ceſſitatem, ſed quadam ex voluptate venundatur, ſi
ad ſubhaſtationem, repugnante ſtatuto loci aut con-
ſuetudine,plus offerenti non detur,eo caſu locus erit
remedio dictæ l.2. C.de reſcind. vendit. hoc certe pa-
cto intelligitur opinio Bartoli in l.j.Co. de præſcript.
30.vel 40.annor. Ita intelligitur opinio Ang. & Pauli.
27 in non ſemel allegata l.precia rerum.§.vltimo. Nota,
quod ſemper in Francia habent pro more, vt impe-
trent literas regias pro contractus reſciſſione, quas
Galli literas regias reſciſſorias appellitant. Sed id ab
28 hinc aliquot annis limitatum per regias ordinationes
reperi, vt decennio elapſo, à tempore contractus ce-
lebrati,non habeat amplius locum remediũ l. ſecund.
29 Itaque poſt decennium effluxum huiuſmodi literæ ne
quaquam dantur, quum hominis memoria labilis ſit,
30 ſicuti meminit Imperator Iuſtinia.in l.2.§.ſi quid au-
tem.C.de veter.iure enuclean.Spec.de locato.§.terti.
verſic.habito quandoque poſt annum. gloſſa in cap.ſi
teſtes 4.quæſt.3.per l.ſi arbiter.ff.de probat. His ſatis,
ne copia faſtidium pariat.

## CAPVT QVINTVM.

*Summæ rerum.*

1 *Subhaſtationis tempus.*
2 *Subhaſtationis tempus iudici ſeu officiali augere,nõ minuere,permittitur.*
3 *Subhaſtator vẽdens,an fidẽ de precio habere queat?*
4 *Subhaſtatio an ementis præſentiam requirat?*
5 *Exponẽs venalia,ſi obligari nolit,illa verba,ꝙ plus offerenti dabitur,non adponat, quo caſu potius rei pretium explorare,quàm vendere voluiſſe videtur.*
6 *Subhaſtatio iudicis decreto facta,an exceptionẽ deceptionis dimidiæ excludat.*
7 *Ioãnes Andreæ profundiſſimus vtriuſque cẽſuræ monarcha,& veritatis iuridicæ defenſor amãtiſſimus.*
8 *Subhaſtatio pretium iuſtum diſcernit.*
9 *In ſubhaſtatione ſi plures concurrant, quid iuris, quidque fiet?*
10 *In ſubhaſtatione offerens plus iuſto,non emat, ſed vt alios inducat ad pluris emendum,tenetur crimine ſtellionatus.*
11 *In ſubhaſtatione,ſtatim quòd quis offert, obligatur tantum dare.*
12 *Minor in licitationibus reſtituitur.*
13 *Edicta publica,vulgo banna ſeu bannimenta nuncupantur.*
14 *Ex quo facio edictũ fieri ſeu rẽ præconizari, videor cõtrahere cum incerta perſona,quippe plus promittente.*
15 *Subhaſtatio cùm ſit,an habens duas partes rei, præferatur habenti vnam duntaxat.*
16 *Quum eris iudex ſuper re cõmuni diuidunda,optio defertur habenti maiorem partem,quam ſi non acceperit,trãſit optio ad habentem minorem partem.*
17 *In ſubhaſtatione offerens,an poſſit pœnitere?*
18 *Subhaſtatio an requiritur,quando hæres confecto repertorio vendidit?*
19 *Subhaſtatio non probatur venditionis inſtrumento, in quo ſit mentio ſubhaſtationis factæ,quæ fieri nõ potuit tempore inſtrumenti.*
20 *Subhaſtationis factæ confeſſio in vltimo elogio, an probet,& quid,ſi ſit cum iuramento remiſſiue.*
21 *Subhaſtata res cui concedenda.*
22 *Subhaſtatæ res eccleſiæ,iuſtum pretium,non plus offerenti,traduntur.*
23 *Eccleſia in ſuis cõtractibus nequit fraudẽ adhibere.*
24 *Eccleſia cultrix & auctrix iuſtitiæ,non patitur contra iuſtitiã aliquid fieri ac moliri in ſe vel in alterũ.*
25 *Priuatus ſæpe obuiat iuſtitiæ.*
26 *Lex ciuilis admittit vt cõtrahẽtes ſe inuicẽ decipiãt.*
27 *Ius diuinum & forum conſcientiæ nõ admittunt, vt contrahentes ſe inuicem decipiant.*
28 *Euangeliũ Matthæi 7.iubet cuique facere quod ſibi vult fieri,& prohibet alteri inferre,quod ſibi nolit fieri.*
29 *Omnia quæcunque vultis vt faciant vobis homines, & vos eadem facite illis.Matth.7.*
30 *Nemo præſumitur iactare ſuum.*
31 *In foro conſcientiæ quilibet debet eſſe bonus vir.*
32 *Ratio,quare in foro ciuili ac canonico licitũ eſt cõtrahentibus ſe circunuenire,& non in foro conſcientiæ.*
33 *Lex diuina nihil impunitum relinquit,quod ſit virtuti contrarium.*
34 *Iuſtum pretium non eſt punctim determinatum.*
35 *Subhaſtatio cuius efficaciæ.*
36 *Subhaſtatio vbi interuenit,omnem doli fraudiſque ſuſpicionem ceſſare facit.*
37 *Subhaſtatio firmat contractum, & perpetuo ei robur attribuit.*
38 *Haſtæ fiſcalis fides,facile conuelli non debet.*
39 *Subhaſtatio non eſt leuis ſolennitas.*
40 *Subhaſtatio tollit præſcriptionẽ contra vendentem.*
41 *Quod plus offerenti dabitur,illa verba in ſubhaſtatione,quid importent remiſſiue.*



ANTEQVAM huic exegeſi vltimã
imponeremus manum,nonnulla ad-
huc alia mihi ſubiicienda videbantᷓ,
quorũ explicatio & enarratio nõ pa-
rum ad intellectum eorũ,quę capiti-
bus præcedentibus expoſita & decla
1 rata ſunt,cõducet.Eſt autem tempus ſubhaſtationis,
in quo res vænalis ſtare debet ſub haſta, à iure diffini
tum,ſpatiũ quippe viginti dierũ in rebus eccleſiarum,
minoris,fiſci,& id genus nec diſsimiliũ, vt in d. auth.
hoc ius porrectum,ibi(per viginti dies rẽ eccleſię eſſe
vænalẽ,&c.)In aliis vero eſt arbitrariũ, id eſt,arbitrio
venditorũ,niſi aliter tẽpus ſtatuto aut cõſuetudine eſ
ſet aut reperiretur limitatũ,ſicuti ſentit Bar.poſt gloſ.
inſignẽ ac memorabilẽ in l.ſi tẽpora.C. de fide. inſtru.
& iur.haſt.fiſca.lib.10.à cuius ſententia & ratione nõ
abhorret Bal.id etiã tradẽs in l.j. C. de præſcrip.30. vel
40. annorũ.Sed idẽ Bal.in d.l.ordo.C.de execu.rei iu-
dic.cenſuit cõtrariũ,inquiens:In iudicis eſſe arbitrio,
poſſeq; efficere rẽ ſub haſta teneri,poſt ſuam ſentẽtiã,
2 ad annum vſq;,per c.querẽti.de offi.deleg.quod tamẽ
tẽpus officiali augere,non minuere permittitur ſecun
dum Bart.ita adſtruentem in l.ſi tẽpora præcitata:atq;
elapſis primi anni diebus in quo aliquis obtulit,ſecũ-
dũ bannimẽtum fieri nequit,quo alius admittatur, ac
ius iã q̃ſitũ priori offerẽti tollatur, niſi eſſet minor vel
perſona q̃ ex reſtitutione id impetraret,expreſſa l.& ſi
ſine.§.q̃ſitum ff.de minor.25.annis. alias primo banno
ſtandum eſt,vt l.2.C.de loc.præd.ciui.lib.11.ita decla-
rat gl.atq; Bar.poſt eam in ſæpe alle.l.ſi tempora. & in
l.licitatio.in princ.ff.de pub.& vectig.Nec inconcin-
niter prioribus ſubſequens q̃ſtio accõmodabitur: An
3 ſubhaſtator vendẽs,fidẽ de precio habere queat?Hæc
quæſtio negatiuã aſciſcit partẽ, ipſum fidẽ de precio
habere non poſſe,vti Vlp.IC.viſum eſt in trita ac vul-
gata l.A diuo Pio.§.ſed ſi emp.in verbis,oportet enim
res captas pignori & diſtractas p̃ſenti pecunia diſtra-
hi,nõ ſic vt poſt tempus pecunia ſoluatur.ff.de re iud.
& ita Bar.ſenſit in l.j.ad finem.ver.q̃ro, vtrum procur.
C.de fid.inſt.& iur.haſt.fiſ.lib.10.dicitque gloſſa præ-
cio præſente, vt l. ſi procurator in fine ff de iure fiſci.
Adde Bal.in l.contractus,in 2.col.in ver.ſecundam ve
ro opinionem.C.de fid.inſtru.& in prac.Papi.in verſ.
per publicum nuncium.in tit.de exec.ſent.Huius nec
immemor repetit Ioannes Bartachinus in ſuo tracta-
4 tu Gabellarum,tributorum,atque vectigalium.Dein-
de,ſubhaſtatio an ementis præſentiam requirat,præ-
ſens q̃ſtiuncula deſtructiuam partẽ deſiderat, nec re-
quiritur perſonæ ementis præſentia, ſufficit enim ꝙ
eat ad promittendũ,ad illam perſonam vel locum,qui
cõtinetur in præconio aut edicto,& ita obligatur pro
ponens ad vendendum,niſi antequam aliquis offerat,
publice reuocet,ſicut publice propoſuit, vt l. ſed & ſi
5 pupillus.§.de quo palam.in prin.ff.de inſtit. actio.Sed
ſi exponens ad vendendum,obligari nolit, illa verba,
quod plus offerenti dabitur,nequaquã adponat: quo
caſu potius rei precium explorare,quam vendere vo-
6 luiſſe videtur.Ita notabiliter placuit Bart.in d.l.licita
tio.& in d.l.ſi tẽpora.Præterea ſubhaſtatio iudicis de-
creto facta,an exceptionẽ deceptionis dimidiæ exclu
dat?Pro huius quæſtionis enucleatione conſiderandũ
eſt, hoc quippe pacto iuſtum precium probari poſſe,
vt pote ꝙ res fuerit ſubhaſtata in loco publico alta
voce,atque non plus fuerit repertum,niſi tantum.Iſto
enim caſu quum res eſt vendita per ſubhaſtationem,
nequit dicere venditor ſe vltra dimidium iuſti precij
circunuentum ac deceptnm,ſi iudicis decretum inter
uenerit,vt in l.j.C.de præd.decurio.ſine decre.nõ alie
nan.libro.10.& ibi Bartol.pro quo optime facit quod
7 elegantiſſime tradit Ioãnes An. Quod quid ſit iuſtum
8 precium, diſcernitur per ſubhaſtationem.allegat au-
thent.hoc ius porrectum.C.de ſacroſanc. Eccleſ.l. ad

officium,C.commu.diuidun.l.fina.§.penul.C.de iure
dom.impetr.l.2.& 3.C.ſi propter public.penſita. quod
tene memoria: id expreſſe etiam ſuſtinet D.Angel.in l.
obſeruandum.§.corpora.ff.ad l.Falcidiam licet Bart.
aliter ſentiat in l.j.C.de præſcrip.30.vel 40.annorum,
allegans l.ſi quos.C.de reſcinden. vend.quia (inquit)
non ſequitur,res fuit ſubhaſtata,ergo iuſto pretio vẽ-
dita. Ideoque nequaquam ſequitur neceſſario, quòd
nõ poſſet eſſe iniuſtum pretium, atque quòd nequeat
eſſe reuera deceptio.ſeruit quod habetur in ſimili in l.
3.in fine,de ſupellect.lega.alias ſequeretur,quòd re vẽ
dita per minorem cum ſubhaſtatione, cum authorita
te tutoris ſeu curatoris,& cũ decreto iudicis nõ poſ-
ſet per in integrum reſtitutionẽm retractari, quod eſt
à veritate haud dubio alienum, vt eſt bonus textus in
l.ſiquidem.C.de prædiis minor.Sed ibi clare fuit pro-
bata ambitio,ſecundum Angelum in dicto §.corpora.
Ita refert Matth. ab Afflictis Neapol.in ſuo commen
tario,ſuper Conſtitutione Freder.Imp.de iure Proto
miſeos.§.2.num.9.Similiter & Ang.in §.ſi quis agens,
num.3.inſtit.de actionib.quos, ſi lubet,videte.Quan-
doquidem aliquot nunc ſcrupuli circa ſubhaſtationis
9 materiam memoriæ occurrunt. Quid iuris,quidque
fiet,ſi plures in ſubhaſtatione concurrant.Reſponden
dum arbitror,primo offerenti dari debere, ſi tantun-
dem per omnes offeratur,vt l.prima,C.de commu.ſer
uo.manu.Si vero ſimul cõcurrant, & ſint æque idonei
& tantundem offerant,cuilibet pro rata dabitur, aut
gratificationi locus erit.Ita ſolenniter ponit Bald.in l.
10 fina.C.de teſta.ma.Offerens tamen plus iuſto, non vt
emat,ſed vt alios inducat ad pluris emẽdum, tenetur
indubie crimine ſtellionatus, id eſt,pœna extraordi-
naria iudicis arbitrio imponenda,ſeu infligẽda, vt eſt
textus notabilis in l.tertia.in §.item ſi quis impoſtu-
ram.ff.de crimin.ſtelliona.quem ſingul.commemorat
11 Innoc.in notab.ſuis,& vide text. in l.licitatio.in prin.
in verb.calore.ff.de publ.& vecti.Item,Aduertendum
quòd ſtatim cum quis offert,obligatur tãtum dare in
ſubhaſtatione,quemadmodum ponit Bartolus in ſæ-
piſsime citata l.ſi tempora.C.de fide inſtrumẽ.& iure
haſt.fiſc.lib.10.& officialis aut venditor cogitur ven-
dere & dare plus offerenti,ſi dixit,quòd plus offeren-
ti dabitur,niſi alteri potius offerẽti minus propter fa-
ciliorem ſolutionem dari expediat, quia magis ido-
neus,vt in l.tertia,& in l.Sabinus.ff.de in diem adiec.
ſecundum Barto.in dicta l.ſi tempora. & in l.licitatio.
in exor.& ad hoc quod dicatur melior conditio obla-
12 ta,vt in l.quarta.& in l.ſed & ſi ꝓponatur.ff. de in diẽ
adiect.minor tamen in licitationibus reſtituitur,vt d.
l.ſi ſine.§.primo. & facit l.Aemilius.ff. de minoribus,
25 annis,declarátque Barto.in crebro citata.l.ſi tem-
pora.& in l.licitatio.Et licet res fuerit conceſſa alicui,
tamen veniens alius infra ſubhaſtationis tempora,de
bet admitti,& res illi vendi:ſi plus offerat,vt dixit gl.
13 & Bartolus in dicta l.ſi tempora.& inter edicta publi
ca( quæ ſecũdum vulgare Gallicorum & Lombardo-
rum ac eos inſequentium,appellantur banna ſeu ban
nimenta, ſi ita fari liceat) & prouiſionem intercedat
temporis interuallum,tunc ex tali prouiſione vel ob-
14 latione poſtea ſequuta oritur obligatio: quia ex quo
facio rem præconizari aut edictum fieri, videor con-
trahere cum incerta perſona,hoc eſt,cum illo qui plus
promittit,quo promittente contractus eſt perfectus,
ſicut ſi dico,volo emere: & tu dicis,volo vendere. vt
notatur in l.in vendentis.C.de contrahenda emptio.
& vendit. & ſicut cum pecunia proiicitur in populo:
quia videor donare ei qui illã occupauerit.vt in l.qua
ratione.ff.finali.§.de acquirẽ.rer.do.Deinde etſi pluri
marum quæſtionum ſuperius memini, quæſtiuncula
nequaquam ſilentio prætereunda in mentem venit.
15 Subhaſtatio cum ſit,an habens duas partes ſiue maio-
rem partem alicuius rei,preferatur habenti vnam au-
minorem dũtaxat?Baldus in l.Sancimus.in principio.
ad finem ſecundæ columnæ.numero 9.& 10.C.de do-
nation.affirmatiuam partem intrepide ſuſtinet, nem-
pe habentem duas partes aut maiorem partem rei, an
teferri deberi habenti ſolum vnicam aut minorem
rei partẽ quia inquit:loco præallegato,maior ſeu præ-
16 cipua pars rei,quippiam operari debet. Subitq;,quũ
eris iudex ſuper re communi diuidenda, optio defer-
tur habenti maiorem partem: quam ſi non acceperit.
tranſit optio ad habentem minorem partem.Præterea
hic obiter occurrit nodus apud ſcriptores indiffici-
17 lis explicandus ac commonefaciendus. Offerens in
ſubhaſtatione an poſsit pœnitere?Barto.in vulgata l.
licitatio.ad exordium.ff.de publica.& vectig. affirma
tiuam ſuſtinere partem legimus,ſi modo publice pœ
niteat,ſicut & publice promiſit per l.ſed & ſi pupillus.
§.j.ff.de inſtitut.actio.quod Angel.diſplicet,cum em-
ptio ſit ſuſpecta,à qua non licet diſcedere.argumento
l.ſicut.C.de actio.& oblig.l.primæ & ſecundę.C.quã-
do lice.ab emp.diſce.l. ſecunda.ff. de reſcind.vendit.
& l.ab emptione,ff.de pactis.dicere tamen nec obſcu-
rum fuerit ſecundum Angel.de Periglis poſt Barto.in
18 non ſemel allegata l.licitatio.Barto.opinionem poſſe
eſſe veram, ſi Reipublicæ expedit, alias ſecus, quod
ſigna. Dein, ſubhaſtatio an requiratur quando hæres
facto inuentario vendidit? Negatiue reſpondendum
eſt cum Bart.in l.finali.§.& ſi præfatam.C. de iure de-
liber.hoc eſt,hæres repertorium cõficiens,poteſt ven
dere bona pro ſoluendis & ſatisfaciendis debitis &
legatis,nec ſubhaſtatio aut alia ſolẽnitas deſideratur.
Præterea ſubhaſtatio non probatur venditionis in-
19 ſtrumento,in quo ſit mẽtio ſubhaſtationis factæ,quæ
fieri nequaquam potuit tempore inſtrumenti.gloſſ.&
Bart.in l.j.C.de fid.inſtru.& iur.haſt.fiſca.libr.10. nec
non in l.Sciendum.& ibi Alex.10. colum. de verb.ob-
20 ligat. Deinde ſubhaſtationis factę confeſſio in teſta-
mẽto ſiue vltimo elogio an probet? & quid ſit, ſi cum
iuramento,vide Bald.in ſuis conſiliis conſilio 475. in
quinta parte.Et quandoquidem nonnulla locis ſupe-
rioribus de ſubhaſtatione tradidimus, obliuiſcẽdum
21 nequaquam cenſuimus, Rem ſubhaſtatam plus offe-
renti profecto concedi & tradi debere, ſicut non mi-
nus rationabiliter, quam eleganter tenuerunt ac tra-
diderunt Bart.eiuſque ſequaces in l. ſi tempora. C. de
22 fid.inſtru.& iur.haſt.fiſc.lib.10.Quod verum habebi-
tur præterquam in rebus Eccleſiæ, quæ indubie iuſtũ
precium offerenti tradi debent, & ſi alter plus obtu-
lerit,ſecundum gloſſam ſingularem in verb. vt plus.
in c.hoc ius porrectum.10.quæſt.2.& ibi Archi.& Bar.
in libello de ſimulat.contract.in 2.præſump.& Ludo.
Pon.in ſing.verb.venditio.verſic.ſcis quod res, atque
Bald.in l.in cauſæ.§.penultim.ff.de minorib.25.annis.
Itaque ſi in venditione plus offertur,quam pro rei va-
lore res valeat, Eccleſia ſummam illam oblationem
recipere nequaquam debet, ſed duntaxat iuſtum rei
precium, iuxta allegationes iamiam in medium de-
23 ductas, quia Eccleſia in ſuis contractibus non debet
fraudem aliquam adhibere,vt in ca.per tuas.extra. de
donat.cui ſeruit textus in cap.j.§.j.in titulo.de aliena.
24 feud.in vſib.feud.vbi pulchre textus ſic habet:Eccle-
ſia cultrix & auctrix iuſtitiæ,non patitur contra iuſti-
25 tiam aliquid fieri in ſe vel in alterum: priuatus vero
ſæpe obuiat iuſtitiæ, quod ait ſatis notabile ibidem
gloſſa in verb. Eccleſia. quia Prælati quam ſæpiſſime
contrario ſtudent, ſub prætextu quod ſemper melior
conditio Eccleſiæ fieri debeat. Nec aliquid operatur
legem ciuilem ac humanam admittere,vt contrahen-
tes ſe inuicem decipiãt,IC Vlp.referente in l. in cau-
ſæ.2.§.idem Pompo.ff.de mino.25.an.vbi textus.Idem.
26 Pompon.ait in precio emptionis & venditionis natu-
raliter licere contrahentibus ſe circumuenire,quia Ec
cleſia in ſuis cõtractibus nequit dolum aut fraudem
com-



27 committere dicto c.per quas. Itaque ſuſtinendum de
iure diuino ſeu poli, & ſic in cõſcientiæ foro minime
licitum eſſe contrahentibus ſe decipere, etiam citra
dimidium iuſti precij:& etiam in caſu vbi non dare-
tur reſtitutio,contrahenteſq; eſſent laici, per id quod
28 etiam Euangelico fundatur eloquio, quo quiſque iu-
betur alij facere,quod ſibi vult fieri:& prohibetur a-
29 lij inferre,ꝙ ſibi nolit fieri. Vnde Chriſtus in Euan-
gelio Matth. 7. Omnia quæcunquæ vultis vt faciant
vobis homines,& vos eadem facite illis:hæc eſt enim
lex & prophetæ,iuxta c.humanum genus. prima diſt.
Sed certum eſt vnumquenque velle quod ſibi ven-
deretur iuſto,æquo & communi precio: neque quen-
quam tam patientis animi,qui in precio decipi velit,
30 vel etiam citra dimidium iuſti pretij.Nemo enim præ
ſumitur iactare ſuum,trita l.cum de indebito.in prin-
cipio.ff.de proba.cum ſine numero ſimilibus. quam-
obrem vnuſquiſque debet velle vẽdere iuſto & com-
muni precio,& neminem decipere,potiſsimum men-
daciis ac periuriis,teſte beato Auguſt,in c. quoniã 88.
diſtinct.& Caſsiodorus eadem diſtinctione,c.quid eſt
aliud. Quos textus vtinam noſtri æui mercatores ac
negociatores memoriæ ſcrinio perpetuo commen-
darent,præque oculis haberent,nequaquem tam pro-
ni ad mendacia & periuria(proh dolor)eſſent. Ad ꝑ-
dicta vide gloſſam notabilem in l. ſemper in conuen-
tionibus.ff.de regul.iur.quæ dicit, Quod licet lex di-
cat,quod ſit licitum contrahentibus ſe circumuenire,
31 non tamen conuenit viro bono:ſed in conſcientię fo-
ro quilibet debet eſſe bonus vir,ergo &c.Verum quæ
32 nam apparet ratio,cur in ciuili vel canonico foro ad-
mittatur contrahentibus qualiſqualis circumuentio
in precio,quia licitũ eſt carius vendere & vilius eme-
re,etiam vſque ad dimidium iuſti pretij excluſiue, &
non ſic in conſcientiæ foro?Huic interrogationi facio
ſatis,ſecundum B.Tho.ſecunda ſecundæ,q̃ſti.77. arti-
culo primo, verſiculo, ad primum ergo dicendum:
Quod lex humana populo datur, in quo ſunt multi à
virtute deficientes, nequaquam autem datur ſolis
piis, bonis ac virtuoſis. Quocirca lex humana non
poteſt prohibere quicquid eſt contra virtutem, cui
ſufficit vt prohibeat ea quæ deſtruunt humanam cõ-
iunctionem: alia vero habeat quaſi licita, non quod
ea approbet, ſed quod nõ puniat.Sic ergo habet quaſi
licitum, pœnam non inducens,ſi abſque fraude ven-
ditorem ſuum ſuperuendat,ac circumueniat, aut em-
ptor illius emat,niſi ſit nimius exceſſus. Nam tunc
lex humana cogit ad reſtitutionem, puta quoties ali-
quis decipitur vltra vel citra dimidium iuſti precij.
33 Porro lex diuina quæ non ſolum datur populo, ſed
omnibus virtuoſis, nihil impunitum relinquit quod
ſit virtuti contrarium. Vnde ſecundum diuinam le-
gem illicitum reputatur, ſi in emptione & venditio-
ne non ſit æqualitas iuſtitiæ obſeruata, & tenetur ille
qui plus habet reſarcire omne detrimentum illi, qui
iacturam & fraudem paſſus fuit, ſi ſit notabile dam-
num: quod ideo dico, quia iuſtum precium quan-
34 doque non eſt punctim determinatum, licet magis
in quadam exiſtimatione conſiſtat, ita quod modica
additio vel diminutio nõ videtur tollere æqualitatem
iuſtitiæ,& hoc videtur rationi conſentaneum. Huius
opinionis ac ſententię etiam legitur beatus Bernar-
dinus in libello de contractibus & vſuris, in ſermone
35.artic.j.c.2. Præcedentibus interim minime inutile
fuerit annectere concluſionem admodum ſignan-
dam,ac nulli non compertiſsimam:Quamuis ius per-
mittat & tolleret, vt contrahentes, ſeſe decipiant in-
fra dimidium iuſti pretij, tamen in conſcientiæ ſiue
poli foro (vt vocatur) omnino illicita eſt huiuſmodi
deceptio. Hæc eſt omnium doctorum ac bonorum
virorum ſententia,D.Antho.de Butrio in c.cum extra.
de empti.& vendit. & bea.Thoma.22.quæſt.77. 1. & 2.
arti.teſtibus. Tenet Cynus in additione ad l.cauſæ.2.
§.penult.ff.de min.25.ann.Tractant id Sali.in authen.
ad hæc C.de vſu.Petr.de Ancho.in regula. peccatum,
de reg.iur.lib.6.Panor.in capi.plerique. de immunita
Eccleſi.Inno.in c.in ciuitate. de vſur.ac ibi latiſsime
Io.de Anna.quodq; confirmat Bald.in c. cum cauſam
de teſtib. huiuſmodi ratione dicens idem eſſe conſci-
entiam & bonum virum, ſed minime conuenit bono
viro vt aliquem decipiat contrahendo, etiam in mi-
nimo,ergo &c. & hoc placuit etiam Bald.in Rub. C.
de contrahen.emptio.& venditio.in allegata authen.
ad hæc.Præfatę tamen concluſioni admodum aduer-
ſari videntur c.primum,prima diſtinct. atque ca.ſana
nona diſtinct.continentia ac diſponentia,Ius natura-
le & diuinum idem eſſe, ſed iure naturali admittitur
deceptio infra dimidium iuſti precij, vt inquiunt Vl-
pian.IC.in l.in cauſæ.2.§.idem. Pompo.ff. de minor.
25.annis,& Paulus IC.in l.item ſi precio.§. finali. ff.
loca.quia naturaliter licet contrahẽtibus inuicem ſe
circumuenire, ergo huiuſmodi deceptio non eſt illi-
cita,etiam in conſcientiæ ſeu poli foro. Huic,omiſſa
digreſsione,faciendo ſatis,indubie dicendũ arbitror,
verbum naturaliter illis in legibus nequaquam ſigni-
ficare idem quod de iure naturali,cum dicitur in d. c.
j.diſtinct. j. Naturali iure iubetur quiſque alij facere,
quod ſibi vult fieri, & prohibetur alij inferre quod ſi-
bi nolit fieri.Sed dictio naturaliter, in prædictis acci-
pitur pro eo,quod eſt ex natura contractus, qui nõ eſt
ex iure naturali,ſed ex iure gentium,vt inquit gloſſ.in
verb.naturaliter licere,in dicta l.in cauſæ, ſecunda.§.
Idem Pomponius. cum dicit,naturaliter licere,id eſt,
iure gentium. Haud ſpernendum exemplum ob ocu-
los ad præcitatam concluſionem non inconcinniter
accommodabimus: Si mercator vendat rem vni ha-
benti bonam rei notitiam,12. alteri ignoranti, vendat
15. Vel ſi quis non mercator ex cauſa vendat fundum
ſuum minoris, quam re ipſa valeat, & emptor noue-
rit pluris valere. nam his caſibus ac minime diſsimi-
libus procedit indubitato pręallegata concluſio. Aut,
vt nemo hominum (potiſſimum lectione multa exer-
citatorum)neſcit, poteſt generaliter ſaluari prætacta
concluſio: nempe legem ciuilem ac canonicam per-
mittere cõtrahentes inuicem ſe circũſcribere re ipſa,
id eſt,rem pluris vendere quam valeat, citra tamen di
midium iuſti precij,ita quòd in contradictorio & iu-
diciali foro talis venditio non reſcinditur. relinquit
tamen venditorem,qui rem pluris vendidit,quã vale-
at,ſuæ conſcientiæ:quia ſi venditor ex hoc habeat cõ-
ſcientiam remordentem, quia rem tanti vendidit vl-
tra laborem ac impenſas factas,ad reſtitutionem pro-
culdubio tenetur: neque eum tuetur lex canonica vel
ciuilis, quæ ſolũ loquuntur in exteriori ſiue iudicia-
li foro,idque contingit multis aliis in caſibus,in qui-
bus canon relinquit aliquem ſuæ conſcientiæ,vt in c.
mulieri.de iureiur.& in c.2.de ſponſali.iuncta ibi opti-
ma ac ſcitu digniſſima gloſſa,in verb.tolerari, & in c.
veniens.qui cleri.vel vouen.matrim. contrahen. poſſ.
ſeruit textus in c.cum iam dudum.de præbend.itẽ fa-
cit quod Eccléſia tolerat & permittit paſſim proſti-
bula.c.inter opera de ſponſalib. Similiter lex ciuilis
ob vitæ vtilitatem meretrices dignas legum obſerua-
tione non credidit, inquit Conſtan.in vulgata ac tri-
ta l.quæ adulterium,ad finem.C. ad l.Iul.de adulte.&
ſtupr. item lex ciuilis permittit concubinatum.ff. de
concu.per vniuerſum titulum,Poſſentque dari exem-
pla,in quibus venditor rem pluris vendendo,vel em-
ptor minoris emendo,habere debeat cõſcientiam læ-
ſam, vt in caſibus præmiſſis & ſimilibus, vt quia mo-
dico labore vult nimis lucrari, quamuis citra dimi-
diũm iuſti precij. Deindé, quo præſentis opuſculi ſit
terminus, ne offendat vnius nimia longitudo, reſtat
demõſtrare,cuius efficaciæ ſit ſubhaſtatio,& vt quam

35 paucisſimis enucleem. Tanta eſt ſubhaſtationis ſolē-
nitas, quod vbi interuenit, abeſſe & ceſſare proculdū-
36 bio omnis doli fraudiſque ſuſpicio appareat. Cui mi-
nime diſſentit Impp. Valen. Theod. & Archadij haud
37 incelebris l. ſi quos. C. de reſcinden. vendit. Præterea
ſubhaſtatio eius eſt efficaciæ, vt firmet cōtractum, ac
ſibi perpetuo robur attribuat, Imperato. Conſtantino
authore in l. finali. C. ſi propter public. penſita. vendit.
fuer. celebrata, ibi ſub haſta diſtracta comparauerit,
perpetuam emptionis accipiat firmitatem, &c. Cui
admodum ſeruit Imperatorum Diocletiani & Maxi-
miani textus notabiliſsimus in l. ſi hypothecas. ad fi-
38 nem. C. de remiſsio. pignor. ibi. Nam fiſcalis haſtæ fi-
des facile cōuelli nō debet. cum ſimilibus etiam iuri-
39 bus, in gloſſa, in verbo, fides, allegatis. Ideo gloſſa or-
dinaria ait ſubhaſtationis ſolennitatem nequaquam
leuem ſolennitatem dicendam eſſe. in authentic. de fi-
deiuſſoribus. §. j. ſuper verbo, ſumus, quam plurimum
ſignanter ponderauit Bal. in l. ſæpe allegata l. ordo. C.
40 de execu. rei iudic. dicens. quod vēdere rem cum ſub-
haſtatione, non eſt leuis ſolennitas: quod & paſsim &
vulgo hiſce in partibus ad amuſsim obſeruari cerni-
mus. eſt etiam ſubhaſtatio tantæ efficaciæ, vt tollat p̄-
41 ſcriptionem contra vendentem in ſpec. de ceſsio. act.
§. primo. in 6. colum. verſi. ſed opponitur. Et quid im-
portent illa verba, quę vt plurimum & ſemper in ſub-
haſtationibus ponuntur & adiiciuntur, quod plus of-
ferenti dabitur, lubebit videre Baldum in ſuis conſi-
liis, conſilio 191. in 3. parte. Quæ omnia ſurda aure non
ſunt prætereunda, ſed altius infigenda animo, atque
memoriæ ſcrinio commendanda, quonia optima, no-
tatu digna, vtilia & quotidiana ſunt. Cætera quippe, quæ pertinerent ad huius materiæ ampliorem enodationem, non licuit per meorum negociorum molem examinare ac ſciſcitari. Sed plura deſiderantem ac expectantem remitto ad Bartolum in l. licitatio. ff. de publica. & vectigalibus. necnon in l. prima. C. de fid. inſtru. & iure haſt. fiſcal. libr. 10. Baldum in l. ordo. C. de execut. rei iudic. & Speculatorem in titulo de cita. §. ſequitur. ver. ſi vero ſubhaſtatio. quorum opiniones, dogmata & interpretamenta (vt prius memini) hac in materia omnes paſsim ſequuntur, laudant & aſſerunt, nec eſt meo iudicio, etſi tenui, vlla iuris ciuilis pars, in qua adeo Bartolo, Baldo ac Speculatori aſſentiantur & tribuant ſcriptores, non ſolum ſpeculatiui, ſed etiam & practici. ita recepta eſt in hoc ſcribendi genere, eorum authoritas, vt pro lege (quamuis vtique nullis corroboretur legibus) apud omnes habeatur. Quocirca vt res tandem ad finem decurrat, his impono finem huic exegeſi, etiam ſi ſine numero alia pulchra, vtilia & quotidiana, huic materiæ minime incongrua, ſed admodum conuenientia, in mediū adferre facile potuiſſem, quæ, ne lectorem multis morer, poſthabeo & omitto, atque ſtudioſo in rebus publicis non occupato, indagāda relinquo. Interim hoc pium candidumque rogans lectorem, ſi in huiuſmodi exegeſi, celeri calamo edita aliqua fortaſsis oſcitanter per incuriam aut imprudentiam minus recte, ſyncere ac dextere, excuſa & abſoluta reperiantur, ea & quæuis etiam alia pręſcripta, ſaniori ſemper iudicio peritorum atque melius ſentientium diſcutienda & ſciſcitanda benigne humiliterq; ſubmitto.

FINIS.

# TRACTATVS D. IOANNIS BAPTISTAE CACCIALVPI DE SANCTO SEVERINO, DE DEBITORE SVSPECTO ET FVGITIVO.

1 CVM viderē ſæpiſſime iudices & officiales egredi terminos iuris & æqui, in decernēdis capturis cōtra debitores aſſertos de fuga ſuſpectos & fugitiuos: & huiuſmodi diſceptatio in partib⁹ iſtis ꝓpter fines ꝓpinquos vicinorū quotidiana ſit: nā ſiue hinc diſcedētes illuc cōfugiant, vel ecōtra, huc ſe recipiant, & ea propter curent diligentes creditores pręuenire fugam: mecum ipſe volutans, ocium fugare decreui, & breui cōpendio hoc genus diſceptandi, à Maioribus noſtris ſparſim & imperfecte examinatum, nobiſcum conferre, vt mutua diſputatione veritatem inueſtigemus: & propter hanc rei huius digeſtionem, ſaltem detur mihi occaſio in pręmiſſis altius ſpeculandi: longeque melius erit, diebus feſtis in huius rei cognitione verſari, quam vagari, vt quidā ſcholares faciunt, contra quos dixit Odofr. in l. diuus. ff. de ferijs. antiquū fuiſſe prouerbiū, ſcilicet. *Chi ogi feſta, feſta nō ſa maicodico ne digeſta.* Itē vagus ſcholaris nunquā efficietur magiſter, vt dicit gl. not. in l. j. C. de tyronibus. lib. 10. & qui parum ſtudet, parum ſcit: dicit gl. j. l. vnicuique. C. de proxim. ſa. ſcri. libr. 11. Item non ſufficit ſtare in ſtudio, ſed oportet ſtudere: vt eſt text. optimus. vt in l. ſi quis ante. ff. de acqui. poſ. Item ſcholares ſi de domo non exeunt, tamen frequenter iocantur, & ſero ad libros redeunt, dicuntur vagantes & errantes. Nec gaudent priuilegio ſcholarium, vt in terminis dicunt Richar. & Rapha. in l. quis ſit fugitiuus. §. erronem. ff. de ædi. edic. & habetur per doctor. in l. ſumptus. de ſacroſanct. eccle. & in d. l. j. de tyronibus. & in l. ſcriniario s. de re milit. & per Cano. in cap. cleris. de fo. compe. & per Archid. in procemio ſexti.

¶Hic tractatus, qui inſcribitur de debitoribus ſuſpectis & fugitiuis, ex infraſcriptis 16. quæſt. principalibus diſpici poterit.

¶Prima, quis dicatur ſuſpectus de fuga, ſeu fugitiuus

¶Secunda, Ad cuius requiſitionem, petitionem ſeu inſtantiam poſſit captura decerni.

¶Tertia, Pro qua cauſa ſeu debito poſſit capi.

¶Quarta, A quo poſſit decerni captura, ſeu capi.

¶Quinta, Contra quem poſſit dicta captura decerni aut exerceri.

¶Sexta, Qualiter iudex ſe habere debeat, à quo petitur commiſſio capturæ.

¶Septima, Vbi capi poſſit.

¶Octaua, Quando & quo tempore poſſit capi.

¶Nona, Quare & ad quem finem capiatur.

¶Decima, Ad quid teneatur impediens capturam, occultans ſeu opem dans fugæ.

¶Vndecima, Quid fieri debeat per captum, vt carceres euadat.

¶Duodecima, Quanto tempore poſſit retineri per capientem.

Tertiadecima, ad cuius petitionem [illegible].

¶Quartadecima, Si captura fuerit nō ben[illegible] ꝯceſſa, vtrum poſſit quouis mō creditor indēnitati ꝓſpicere.

¶Quintadecima, Vtrum per huiuſmodi petitionē capturæ, & capturam, videatur cœpta lis corā illo iudice, & inducta ſit litis pendentia.

¶Sextadecima quædam generalia, quæ in præcedentibus non fuerunt, annectemus.

## SVMMARIVM.



1 *Fugitiuus is dicitur, qui, vt ſe domino celaret, extra eius domum cauſa fugæ moratur.*
*Fugitiuus nemo eſt dicendus, niſi ex animo in aliquem actum extrinſecum ſit egreſſus.*
2 *Seruus fugiens ab eo, cui per dominum fuerat commodatus, & ad dominum reuertens, non dicitur fugitiuus.*
*Carceratus de carcere exiens, & ad domum poteſtatis veniens, an incidat in pœnam.*
3 *Carceres euadens, qua ſit plectendus pœna, ſi ſpōte ad poteſtatis domum venerit.*
4 *Ruſtico prætoris album corrumpenti, nō penitus parcitur, ſed mitior pœna infligitur.*
5 *Fugitius dici poteſt qui ſe occultat, vt occaſionem fugæ nactus aufugiat.*
6 *Abſcondens ſe animo fugiendi, fugitiuus eſt cēſendus.*
7 *Aſſocians aliquem qui inimicum ſibi obuium occidit, quando teneatur.*
8 *Aſſocians alium in itinere, ſi perpendat eum machinari aduerſus dominum vel rempublicam, quid facere debeat vt pœnam euitet.*
9 *Debitor quare & quādo de fuga ſuſpectus dici poſſit.*
10 *Mercator quis de iudicio ſiſti ſatiſdare teneatur, & quis non.*
11 *Suſpectus de fuga quis teneatur, iudicis arbitrio cōmittitur.*
12 *Suſpicio fugæ ex quibus indiciis colligi poſſit.*
13 *Falliti, in omnibus ſuſpecti ſunt & infames.*
14. *Poſſidens immobilia, quando de fuga ſuſpectus à lege præſumatur.*
15 *Accuſatus de crimine, ſi captus fuerit, in vinculis teneri debet, donec de cauſa cognitum ſit.*
16 *Suſpectus de fuga, in quo differat à debitore fugitiuo.*

QVAERO igitur primo, Quid dicatur ſuſpectus
de fuga ſeu fugitiuus? Ad quod reſpondeo, ꝙ genera-
liter loquēdo, fugitiuus diffinitur in l. j. §. fugitiuum.
ff. de ſeru. fugitiu. & in l. quis ſit fugitiuus. per totam
l. ff. de ædi. edict. & in l. fugitiuus. ff. de verbor. ſign. &
habetur in l. j. C. de ſer. fugi. pro quorum iurium de-
claratione aliquid videamus, quod in materia noſtra
1 non erit inutile. & aperiet intellectum ad multa. †Fu-
gitiuus igitur eſt, qui extra domini domum, fugæ cau-
ſa, quo ſe à domino celaret, manſit: vt definit Vlpian.
in dict. l. quis ſit fugitiuus. in prin. Cælius autem fugi
tiuum quoque ſcribit eū, qui ea mente diſcedit. ne ad
dominum redeat. Caſsius quoque ſcribit fugitiuū eſ-
ſe, qui certo propoſito dominū reliquerit, ſcilicet nun-
quam redeundi: vt d. l. quis ſit fugitiuus. verſi. Cælius.
& ver. Caſsius. Iulianus adiecit, fugitiuum fere ani-
mi affectu intelligendum eſſe, i. quia non habet ani-
mum amplius redeundi: non vtiq; à fuga, ſcilicet ſo-
la, vt in verſicul. Item apud Iulianum. eadem l. quis ſit
fugitiuus. Quos tex. ibi doct. dicunt menti tenendos,
pro ſtatutis & bannis de fugitiuis loquentibus. Pa-
tet ergo quod nemo dicitur fugitiuus, niſi ex animo
egreſſus in aliquem actum extrinſecum. & eſt ratio
ſecundum Bald. vt ſupra quia eſſe fugitiuū eſt ex vitio
animi: & ideo requiritur animus & ꝓpoſitum delin-
quendi. ¶Ex prædictis iuribus cognoſcere poſſumus,
vtrum monachus ſit fugitiuus, an non: & per conſe-
quens, vtrum ſit apoſtata, ſecundum Bald. ſubdit ibi
tex. in d. l. quid ſit fugitiuus. gloſſ. idem probat in dict.
2 ver. apud Iulia. ꝙ †ſi ſeruus alicuius per dominum cō-
modatus, fugiſſet ab illis: & ad dominū veniſſet, nō eſt
dicendus fugitiuus. quem text. quidam dicūt ibi per-
petuo menti tenendum: dicentes, ꝙ ibi eſt caſus, ꝙ il-
le qui euaſit carcerem, & exiuit, & ad domum Pote-
ſtatis venerit, ꝙ in nullam pœnā inciderit: quia nō di-
citur fugiſſe, qui ad dñm fugerit. & ita refertur fuiſ-
ſe de facto deciſum per illum text. allegant etiā bonū
text. in l. milites agrum. §. deſertorem. & §. fina. ff. de re
mili. & quod nota. per Salicet. in l. ſi propter inſidias.
C. de accu. non poſſ. Pro quo vltra eos facit text. inſti.
de re. di. §. in his. & quod nota. per glo. in Cle. paſtora-
lis. de re iudi. & per do. Florian. in ſua diſputatione q̄
incipit inquiſitus. Aduertendū tamen puto: nam iſtud
3 videtur limitandum. †licet enim non ſit puniendus
pœna fugitiui carceres euadēdis, eſſet tamē puniēdus
aliqua pœna leuiori pro carceris exitu ſeu fractura,
pro modo culpæ. text. eſt ſingularis ad propoſitum in
l. ſi adulterium cum inceſtu. §. Imperatores. ff. de a-
dulte. quem ſemper tene menti. per quem Bal. in qua-
dam ſua repetitione in l. cunctos populos. de ſumm.
Tri. & fid. cath. dicit, ꝙ ſi ad ſubſtantiam criminis &
ad ſubſtantiam alicuius delicti requiratur dolus, vt
in furto: licet ceſſante dolo, ceſſet pœna ciuilis, vt l.
inter omnes. §. recte. ff. de fur. pœna tamen crimina-
lis omnino non deerit: ſed imponetur non pro deli-
cto conſummato, ſed vt pro attentato. vnde dicit ꝙ
4 in l. ſi quis id quod. de iuriſdict. omn. iud. †. ſi ruſticus
corrupit album, dato ꝙ ei parcatur quo ad integram
pœnam ibi poſitam, tamen non omnino parcetur, ſed
leuiter caſtigabitur arbitrio iudicis, quod no. Barto. in
l. j. ff. ſi quis te. li. eſſe iuſ. fue. & in l. aut facta. §. delin-
quis. ff. de pe. & Cy. in l. ſi quis non dicam. C. de epiſc.
& cle. & ad d. l. ſi quis id. quod ibi nullus tangit: quin-
immo do. meus ibi tenet, ꝙ etiam pro lata culpa in ter
minis illius edicti, dolum requirentis & fraudem, nō
puniatur aliqua pœna. & idem tenet in l. j. C. ſi aduer.
delict. Cuius contrariū videtur verius, vt p̄dixi. & vi.
de dicta in l. omnes populi. in 6. q. princip. circa inter-
pretationem reſtrictiuam. ff. de in. & iur. & l. ſi fugi-
tiui. C. de ſer. fugiti. & eundem in l. j. ff. de lega. & Abb.
5 in c. 2. de conſtitu. †Proſequendo rem, dico ꝙ etiam is
qui ſe occultauit, vt fugę nactus occaſionē, ſe ſubtra-
heret, dicitur fugitiuus: vt d. l. quis ſit fugitiuus. §. idē
ait interrogat⁹. Si vero ideo latuiſſet, vt domini iracū-
diam fugeret, tunc ſecus, vt ibidem: per quem text. ibi
dicunt, ꝙ ſi quis dum eſſet captus à familia, vel eſſet
incarceratus, videns iudicem vel ſuperiorem multum
iratum, aufugit animo redeūdi, tunc cū domini ira ceſ
ſaſſet, ꝙ non punitur tanquā fugerit de carceribus, vel
de manibus familiæ. quod nota. Dicit etiā Bart. per il-
lum tex. ꝙ ſi quis aufugerit furorē familiæ poteſtatis,
& poſtea citatus cōparuit, ꝙ nō dicitur fugitiuus: nec
fuga eo caſu induceret cōtra eum ꝓſumptionem, vbi
alias induceret in terminis l. lege Cornelia. ff. ad Syl.
text. etiā in eadē l. verſi. idē ait, vt nec eum videtur in-
nuere illum fugitiuū non eſſe, qui ſimpliciter latuit, ni
ſi pedem mouerit ad fugam. Sed videtur innuere. §.
apud Cælium. ver. plane. ea l. quis ſit fugitiuus. & ibi
6 glo. †Sed reſponde, ꝙ qui ſe abſcondit animo fugien-
di, fugitiuus eſt: vt ibi tenet glo. quā ſequitur ibi Ray.
& Albe. Item in ea l. ſi quis ſit fugitiuus. §. idem Cæli-
us. dicitur, quod exiens de domo vt fugiat, ſi capiatur,
etiam antequā exiſſet de fundo ſuo, dicitur eſſe fugi-
tiuus: ſecus, ſi vnum tantum pedem ad fugam promo-
uit, vel fugere cœpit: per quem text. dicunt ibi quidā,
ꝙ ille qui incepit fugere, & poſtea fuit captus, non di-
citur fugitiuus. dicit etiam ibidem Bal. ꝙ ex illo text.
verſic. idem ait, nec vim ſumitur arg. ad ſtatutum pu-
niens fugientem ante familiam: vt intelligitur de eo,
qui capi non poteſt, ſecundo capto. ſed certe text. in
ver. precedēti valde obſtat. Niſi dicamus ꝙ dictū Bal.
procedit, quando ille fugiens captus, lento paſſu fu-
giebat, quaſi fugiens furorem familiæ: ſecus, ſi cele-
riter, vt omnino euaderet, & tamen fuiſſet captus. &
ita loquitur ver. præcedens. vt eſt de mente gloſſæ, ibi.
vel ſecundo dicendum eſt, ꝙ in ver. idem ait. nec enim
duæ negatiōes, vt ibi, nec eum: & ibi, nō eſſe: & ſic con
cordat, vt l. duobus verbis. ff. de verb. ſigni. quod non

diſplicet.dicit etiã text.in l.j.§.idem recte.quod fugi-
tiuus & abſentatus,dicitur ſe poſuiſſe in ſpem cuiuſ-
dam libertatis.ita etiam allegat illum tex.gl.& doc.in
ea.l.in fugã.C.ad l.Fal.de plagia.vide etiam in ea l. in
ver.idem ait,ſi ſeruus.text.aureum,per quem dicit ibi
7 Guido de Suza,Richar.& Alberic. †ꝙ ſi quis vocauit
amicum ſuum, & non dixit ei quid velit facere,& quo
velit ire, ſed petit ꝙ eum aſſociet,& aſſociauit:& ille
qui eum requiſiuit, obuiauit inimico ſuo quẽ inter-
fecit:ꝙ aſſociãs,domino dãs auxiliũ ad maleficiũ cõ-
mittendum,non tenetur.Sed Rapha. ibi diſtinguit, ꝙ
aut iſte aſſocians, dum vidit illum velle interficere
inimicum ſuum,aufugit vel receſsit:& tunc teneatur:
per text.in d. verſi.vbi probari dicit diſtinctionem il-
lam,quam credo veram:ſed ex præſentia ſit aduerſa-
rius factus timidior,& ipſe audacior.not.in c.continẽ
tia.de clerico percuſſore. cum tunc dicamur opẽ da-
re.ſecus,ſi is qui excuſaſſet cum interfecto,aut inter-
ficienti prohibuiſſet,cum tunc non dicamur opẽ da-
re.& iſtam puto fuiſſe mentẽ præfatorum doct.Alb.&
Richar.ꝙ facit ad ea q̃ dicuntur infra q.10.& eſt pro-
8 fecto mirabilis text.per quem determinari poteſt, † ꝙ
ſi quis vocauit amicum vt aſſociet eum, aliter cauſa
non expreſſa: & in itinere iſte perpenderit, ꝙ machi-
nabatur aduerſus dominũ vel rempublicã ſuam,ſi qui
dem commoditatem habuit recedendi & ſignificãdi,
& non fecit,puniatur:ſin autem redire nõ potuit & ſi-
gnificare,excuſetur.Inquantũ aũt attinet ad præmiſ-
ſum tractatum,quem aggreſsi ſumus, videlicet quis
dicatur ſuſpectus de fuga ſeu fugitiuus debitor, alia
indagatione opus eſt. gloſſator igitur noſter Accur-
ſius,cuius authoritati eſt magis credendum,cum iura
melius cęteris intellexit,vt atteſtatur Barto. in conſi-
lio quod incipit factum ſuper quo conſilium. à cuius
etiã determinatione non eſt recedẽdum,quãdo pedes
firmat,in dubio ſum,vt pulchre dixit Iacob.But. in l.j.
C.qui pro ſua iuriſdict.ſicut no.dixit in l.ſi fideiuſſor.
§.fi.ff.qui ſatiſda.cog.ꝙ aliquẽ ſuſpectum faciunt,non
poſsidere immobilia.l.ſi creditores.ff.de priuileg. cre
di.†Debitor igitur poteſt dici ſuſpectus, quia in loco
vbi conueniri poteſt,& ſeparatur conuenire,non poſ-
ſidet immobilia aliqua,ſecundũ gl.vel ſupra nõ poſsi-
det tanta immobilia,in q̃ cadat tanta affectio poſſeſſo
ris veriſimiliter,quæ tollat ſuſpicionem fugæ. Ratio
enim quare poſſeſsio immobiliũ ſolet excludere præ-
ſumptionem fugę, eſt ꝓpter affectionem, quam reus
veriſimiliter habet circa res immobiles:quia in rebus
ſolidis probabiliter cadit affectio: nõ autem in rebus
mobilibus,vt l.ſi chorus.de lega.3. Non enim ſufficit
ad excludendum p̃ſumptionem fugæ, quod debitor
poſsideat minimam rem immobilem,aut minimã cru
ſtam terræ:nec requiritur ꝙ poſsideat immobilia æ-
quiualentia debito de quo agitur,ſed ſufficit poſside-
re tot aut talia, quod conſiderata affectione ad illa,
ceſſet veriſimiliter ſuſpicio fugæ, ſecundum Cyn. in
d.l.ſciendum.q.2.vbi hoc tenent Bar.Bal.Ang. & com-
muniter ſcribentes,vt tenet Cyn.in l.j.C.vti poſside-
10 tis.oppo.2. Et ideo Ange.& Moder.referunt, † quod
mercator poſsidens multa immobilia, & habens in-
tricata nomina debitorum,cui de facili non eſt receſ-
ſus poſsibilis propter multitudinem mercantiarum
vel grauitatem ipſarum,non tenetur ſatiſdare de iu-
dicio ſiſti,quia lex non habet eum de fuga ſuſpectum.
Similiter ſi poſsidet multa mobilia, quæ de facili
occultari non poſſunt,vel inde moueri, vt magna ſu-
pellectilia, vel magnã apothecam habet in platea: di-
cit Bart. ꝓpter q̃ ſit veriſimile,ꝙ non receſſurus,nõ eſt
habendus ſuſpectus de fuga:ſecundum doct.ibidem.
11 An † autem aliquis ſit cenſendus de fuga ſuſpectus, re-
linquendum videtur arbitrio iudicis,qui conſiderans
circũſtantias arbitratur,vtrũ ſit p̃ſumptio fugæ, con-
tra eũ de quo agitur,& hoc forte voluit dicere iuriſ-
conſultus magiſtraliter in dict.l.fideiuſſor.§.fin. ibi,ſi
hoc iudici ſederit,de quo infra 6.q.prin.& eſt glo.in l.
in oĩbus.ff.de iud.ver.iuſta cauſa.hinc repi ſuperiori-
bus annis fuiſſe conſultũ & iudicatũ in partibus Lõ-
bardiæ,ꝙ ſyndicus vniuerſitatis cõuentæ, nõ teneba-
tur de iudicio ſiſti ſatiſdare,quãuis mobilia non poſsi
12 det,quia cõtra ipſum nõ eſt ſuſpicio fugæ.†Colligitur
etiã interdũ hæc fugæ ſuſpicio ex aliis ſignis & indici-
is:puta quia iã cœpit cõponere ſarcinulas, vt in ſimi-
li habetur in l.ab hoſtibus.§.fi.ff.ex quib. cauſ. ma.vel
apparent alia ſigna receſſus,vt in ſimili dicitur in au-
then.omnes peregrini.C.oĩa de ſucceſſ.& in auth.ha-
bi.C.ne fi.pro pa.& per Bart.in tractatu repreſſalia.q.
6.prin.In ver.ſed q̃ro.& in ver.ad ſeptimum.& dicetur
infra q.9.& eſt tex.optimus ad ꝓpoſitũ in l.q̃ſitum. ff.
de pig.quẽ ad hoc no.Bal.in rub.C.de reuo.hic quę in
frau.cre.vbi ſubdit,ꝙ Bart.nullã bonã l.ad hoc ꝓban-
13 dum allegauit.†Illud ſcio,ꝙ omnis coniectura creſcit
cõtra fallitos,qui ſunt faciles ad mentiendũ ſunt etiã
infamiſsimi,qui voce antiquiſsimę legis dari deberẽt
creditoribus lacerandi,adeo ꝙ ꝓpter dolũ ſuũ nõ de
bent habere beneficiũ ceſsionis,ꝙ eſt ſubſidium miſe
rorum,non p̃ſidium doloſorum,vt inquit Bal. in cõ. ꝙ
incipit, ſuper libris.ar.not.in l.j.C.qui bo.ce.poſſ. &
l.fi.§.que in frau.cred.& l.pe. de iure do. & l.ſi quis ex
argentariis. ibi,humilis & deploratus. ff. de edẽ.cũ ſi.
Itẽ ſi fallitus,ergo fraudator. ſic enim lex vocat eum.
& appellatur edictum fraudatoriũ,quia à cõiter acci-
dentibus,falliti ſunt fraudatores,vt inquit Bal.in cõn.
14 in q.do.Mediolani.†Nec etiã omittẽdũ,ꝙ ſi quis poſ-
ſidet immobilia,quę ſua natura releuarẽt poſſeſſorem
à ſatiſdatiõe de iudicio ſiſti,& cõſequẽter à preſump-
tione fugæ:ſi fuiſſet in ius vocatus,& fuerit cõtumax,
cenſetur iterũ futurus cõtumax, & habetur à lege ſu-
ſpectus,ꝙ nolit ſiſtere,& ideo cogitur ſatiſdare de iu-
dicio,tãquã ſuſpectus de cõtumacia:vt dicit gloſ.not.
in auth.de exhib.reis.in §.ſi vero.in ver.fideiuſſionem.
quã oẽs ſequũtur in d.l.ſciẽdũ.& Bar.etiam ponit in l.
hoc aũt ſi.infra,qui.ex cau.in poſ.eat. Pro qua optime
facit tex.in l.de die.ver.plane.ff.qui ſatiſ.cogan.& tex.
15 nota.in l.Cor.ff.ad Syl.† vbi quis accuſatur de aliquo
crimine,ſi poſtea capiatur,ſemꝑ debet retineri in vin
culis,donec de cã cognoſcatur,etiã ſi paratus eſſet da
re fideiuſſores,alias datis fideiuſſoribus,euitaſſet vin-
cula,vt l.2.de cuſt.reo.facit c. put.de dolo & cõtuma-
cia.Creſcit igitur preſumptio legis,quę vnumquẽque
debitorẽ reum appellat fugientẽ,vt l.properandum.§.
ſin aũt. C.de iu.cõtra illũ qui ſolitus eſt fugere:per pre
dicta bene facit.l.nõ omnis.§.à barbaris.ff.de re mill.
& regula iuris, ſemel malus ſemꝑ p̃ſumitur malus.&
16 in l.3.ibi,niſi ſemel.C.de epiſc.audi. †Illud intereſſe
puto inter ſuſpectũ de fuga,& fugitiuũ debitorẽ:nã ſu
ſpect⁹ eſt quis,antequã fugere incipiat, aut latitare ſe
p̃parat, aut ſuus animus ad fugã diſpoſitus aliter pa-
tet,ſeu à lege p̃ſumitur.fugitiuus autẽ eſt, qui in ipſo
actu fugæ vitiũ mentis deduxit,vt ꝓbatur ex premiſ-
ſis,iuncta l.fugitiuus.ff.de verb. ſig. quod tene menti,
quia à nemine reperio declaratum.

1 *Captura ad cuius inſtantiam aduerſus debitorẽ fu-*
*gitiuum decerni poſſit.*
2 *Conſequens ſi concedatur,omne antecedens neceſſa-*
*rium ad illud,conceſſum cenſetur.*
3 *Procurator ad lites & cauſas,ſentent* [illegible]
*mandari petere nequit.*

1 SECVNDO principaliter q̃ro,†ad cuius petitio-
nẽ ſeu inſtantiã poſſit captura decerni cõtra debitorẽ
fugitiuum,aut de fuga ſuſpectũ & quidẽ ad inſtantiã
creditoris,vel ſui procuratoris, tamen quia procura-
tor omnia facere põt,que nõ inueniũtur ꝓhibita:vt l.
prim.§.vſus.ff.de procu.Et formaliter habemus gloſſ.
iſtud decidentem in l.j.Co.vbi quis decuri. vel cohar.
quam



quam tene menti:& vna cum d.l.j.quæ ſæpius allega-
tur in hac materia per doct. vt patebit in quæſtionib.
infra dicẽdis.vtrum autem ſufficiat ꝙ talis ꝓcurator
habeat mandatum ad lites & ad cauſas vel ad agen-
dum,opinor ꝙ ſic,argu.l.ad rem mobilem. & l. ad le-
2 gatum.ff.de ꝓcu.& l.2.ff.de iur.om. iud.cum ſit. †quia
conceſſo conſequenti, videtur conceſſum eſſe omne
neceſſarium antecedens, vt l.quãuis ſimpliciter.C. de
fideiuſſo.cum ſimil.Item quia iſte facere poteſt capi,
vt ſiſtat in iudicio,& ſatiſdet de ſtando iuri,& ſic mã-
datum ad hoc extenditur. Item iſte caſus non eſt nu-
meratus inter caſus requirentes ſpeciale mandatum:
quos ponit Specul.in tit.de procu.§.j.verſi.item op.&
Ioan.And.in c.qui ad agendum.de procu.lib.6. & Bal.
enumerauit in quodam conſi. Nec p̃dictis obſt.quod
dicunt Bart.& ſcribentes in l.hoc iure.ff.de ſol.vbi di-
3 cunt,†ꝙ procurator ad lites & cauſas, vel ad agendũ
conſtitutus non poteſt petere ꝙ ſententia mandetur
executioni:quia hic nulla petitur executio ſententiæ
iam latæ,vel iudicij finiti,ſed præparatum futurum iu
dicium.vnde eius poteſtas non eſt finita,& ibi vide la
tius per doc.in l.ſi procurator.ff.de procu.vbi egregie
loquitur Pau.de Caſt.ad illam.l.hoc iure.& vide quæ
dicentur infra 6.q.prin.

1 *Captura pro qua cauſa contra debitorem ſuſpectum*
*aut fugitiuum decerni poſſit.*
2 *Captura an peti poſſit & decerni pro debito in diem,*
*cuius dies nondum aduenit.*
*Captura decerni non poteſt nec peti pro debito quan*
*titatis minimæ.*
3 *Syndicus non tenetur denunciare leuiſſimã cutis ſciſ-*
*ſuram,ſtante ſtatuto de denunciãdis percuſſionibus*
*ſanguinolentis.*
4 *Scholaris pro doctore non poteſt legere.*
5 *Tranſgreſſus in modico,non eſt vituperandus.*
*Debitor paruæ quantitatis non poteſt capi vt de fu-*
*ga ſuſpectus.*
6 *Fur nocturnus impune occidi poteſt.*
7 *Pretium vile quod dicatur.*

1 TERTIO principaliter quæro, †pro qua cauſa
ſiue debito poſsit captura decerni contra debitorem
ſuſpectum aut fugitiuum,aut captura exerceri? hæc
quæſtio diuiditur in plures. Et in primo, vtrum pro
debito conditionali ante conditionis euentũ, & cer-
te etiam debitor ex iuſta cauſa cauere cogitur, vt eſt
caſus in l.omnibus.ff.de iudi. Iuſta autem cauſa quæ
ſit,relinquitur arbitrio iudicis, vt ibi dicit gloſſ.2. &
Ange.exemplificat,quando debitor incipit eſſe de fu-
ga ſuſpectus propter culpam ſuam:ſecus,ſi abſque cul
pa.& hanc doctrin.dicit haberi in l.ſi creditores.ff.de
pri.cre.quæ ſit in præbenda cautione predicta,cum fi-
deiuſsione vel pignore poſsit creditor in poſſeſsionẽ
mitti,& debitor detineri & capi:vt per doctor. in d. l.
in omnibus.quæ lex non ſolum habet locũ in contra-
ctibus & iudiciis bonæ fidei, vt loquitur, ſed etiam
ſtricti iuris,ſubſiſtente iuſta cauſa.& eſt caſus in d.l. ſi
creditores,& vbique ꝑ doct.cõmuniter.& in l.in poſ.
ff.ex quib.cauſ.in poſſ.eatur.vbi per glo.& Barto.& in
l.2.ff.ſol.matri.& in l,dedi.in prin.ff.de condi. ob cau.
vbi per ſcribentes.& habetur in l.pen.C. de oper.lib
q̃ lex in omnibus habet locũ etiã in dona. cauſ. mort.
caſus eſt ſingularis in l.Seia.verſi.bonæ fidei.ff.de do-
2 na.cauſ.mort.¶†Secundo,vtrum pro debito in diem,
cuius dies nondum venit, poſsit captura peti & de-
cerni,& ille ſatiſdet?& certum eſt ꝙ ſic,ſubſiſtente iu-
ſta cauſa ſuſpicionis, q̃ poſt emerſerit.ita determinat
gloſſ.ordi.in l.quæſitum.ff.de pig.& ibi tenet Barto.&
Bal.non ſolum in debito in diem, ſed in conditionali.
quod nota. ¶Tertio, vtrum pro omni debito cuiuſ-
cunque quantitatis etiã minimę?& dices ꝙ non,argu.
glo.no.in authent.minoris debitor.C.qui da.tu.po.&
eſt.glo.j.q̃ allegat bona iura.& ita determinat Bald. in
indiuiduo.in auth.ſed iã neceſſe.ꝑ gloſ.ibi.C.de don.
ante nup.& nota.in l.j.ff.ſi cert.pet. bene facit ꝙ dixit
Bal.in rub.C.de re.cre.& bonus tex.in l.ſi tamẽ.§.fi. &
l.j.§.ꝓinde.& §.vitiũ.ff.de ędil.edic.hic dixit Bal. in l.
ſi p̃diũ.in j.co.2.q.3.C.de ædi.acti.ꝙ modicum vulnu-
3 ſculum nullum in ſe habet delictũ,vt d.§.in tantũ. †Et
ideo ſi ſtatutũ dicit,ꝙ ſyndici teneãtur denũciare ꝑ-
cuſsiones ſanguinolẽtas,nõ erit denuncianda,q̃n fuit
leuiſsima cutis ſciſſura.& conſequenter etiã refert, ꝙ
leuis ſcarificatura nõ dicitur vulnus.& ſi in platea eſ-
ſet de vulnere pœna manus, certe pro tali vulnuſculo
nõ imponetur tã atrox pœna,cũ non pateretur infir-
mitatẽ,vt l.qui clauũ.ff.de ædi.edic.erit igitur d. caſu
ꝓ vulnuſculo imponẽda pœna,nõ ordinata ꝑ ſtatutũ,
ſed arbitraria,vt dicit Ange.in l.extat.ff.ꝙ met.cau.li-
cet Albe.& Raph.in l.j.§.ſciendũ.ff.de ædi.edic. dixe-
runt,quod forte non eſt ſecurum recedere à verbis ſta
tuti:tenendum videtur,quod dicit Bald. & Angel. in
dicto §.ſciendum.& l.ex hac, ibi: & non deformitatis
ratio.ff.ſi qua.pau.fe.di.& ibi per Florian.in l.j.§.pen.
ff.ad Syl.& per Angel.in l.quæritur.§.fina.ff.de ædi.e-
dic.& l.ſi vacantia.C.de bo.vacan.libr. 10.& in l.ſi pi-
gnus.ff.de fur.& pulchre ꝑ An.de Are.in ſuo opuſcu-
lo maleficiorũ,in glo.in ver.alia percuſsione.in vlt.q.
bene facit,ꝙ nota.in c.cum illorum.de ſenten.excom.
in glo.ſingu.ibi & ꝙ no.in c.peruenit.eo.ti.& inſti.de
iniur.§.ſeruis.ad idẽ quod no.ꝑ Io.An.in c.cũ in con-
templatione.de reg.iur.in Nouella.& Bald.in l.obſer-
uare.in fi.j.col.C.quorũ ap.ad.quod no.ſcripſit Barto.
in fin.in l.Seuia.§.pe.cui adde Soc.in rub.C. de Fabri-
cen.lib.10.vbi etiã not. Bart.ad idẽ etiã vide quod not.
Inn.in c.j.quod met.cau.& refert.Bald. in rubr.de re-
ſcin.ven.de paruo dolo:vide etiam in ſimili text.& ibi
Barto.in l.ſenatus.§.Marcellus.de lega.j. adde Bal.in l.
j.§.2.ff.nau.cau.ſta. ¶Ad idem in ſimili vide textum &
Bar.in l.decurio fortunã.C.de decu.libr.10.& bonum
tex.in l.j.in prin.ff.de leg.tute.& Barto.in l.pignora.§.
fi.ff.de pig.act.& in ſimili l.omnimodo. & ita nota de
impen.& quod not.in l.ſi.de reuo.do.C. de modica in
iuria:& in ca .ſi.de ſimonia.de paruo dono.& 11.q.3.&
epiſcopus.& vide gſo.in c.j.de coniug.ſer.vide etiam
ꝙ ſingulariter dicit Bal.in l.ſi mihi & Tit. §.j.de leg.j.
quem ſequitur Põtanus in rub.de arb.in 4.col.ad ma-
teriã.l.mag.C.de cõtrah.& committ.ſtipu.vide etiã in
ſimili no.tex.in l.fi.in §.colonus.ver.ꝙ ſi paucis.ff.loc.
& Bar.in l.pręcipimus.C.de cano.largi.titu.libr. 10.&
tex.not.& ibi Barto.in l.j.in fi.ff.de ven.inſpi. 4
¶†Solet etiam dici, ꝙ ſcholaris non poſſit legere pro doctore,
vt dicit gloſ.in l.j.C.de mãcip.& colo.li.10.quod Bart.
in l.parabolani.ver.excep.& ibi Bal.C.de epiſc.& cle.
tamen poſſit legere pro paruo tempore, puta aliqui-
bus,diebus alias nec etiã doctor ſubſtitutus admitere
tur,etiã ſi eſſet æqualis peritiæ:vt per Cyn.in l.j.§.nec
autem.C.de cad.tol.& per Barto.in l.nemo eſt qui ne-
ſciat.ff.de duo.re.niſi in caſu neceſſitatis: dicit Bald.in
d.§.nec autẽ.niſi eſſet conſuetudo in loco,an ille con-
ductus erat cõſuetus ſic facere,vt per Bar.in d.l.nemo
vidi in ſimili Bar.in l.oleo.de ali.& cib.leg.& Bal. in l.
ædem.circa mediũ. C.locati.& doct.in auth.qui rẽ.C.
de ſac.ſan.eccl.& Sal.in auth.de pœna.in tit.eo.& vi-
de tex.optimum in l.ꝙ in cõuiuio.ff. de ale. iuncta gl.
& ꝙ pulchre voluit per iſtũ tex. Ange.de Are.in dicto
ſuo tractatu maleficiorũ,in ver. metridunali. & Spec.
in tit.de loca.§.fi.in ver.nono quæritur.& in l.Seio. ff.
de mino.& in l.idem eſt.ff.de dolo. & bene faciũt que
habentur in l.quæſitum.ff.de re iudic.†Item quia pa- 5
rũ trãſgreditur,nõ vituperatur:vt in tex.no.& ibi Bar.
in l.quamuis.de cõd.& demon. ita conſueuit allegare
Bal.illã legẽ ſecũdũ Pau.de Ca.ibi.quã etiã ad hoc ſæ-
piſſime Old.vt dicit ibi Bar.circa ꝙ vide eũdẽ. l. eum

qui.§.in popularibus.ff.de iureiuran. Vide etiam ad
materiam Barto.notãter in l.Titium & Mæuium.§.al-
tero.ff.de admini tut.dum loquitur de communione
paruorum lucrorum.per quæ concludo, debitoré mi-
nimæ quantitatis ꝓ debito tanquã ſuſpectum capi nõ
poſſe. quænam ſit parua quantitas, magna vel mini-
ma,relinquitur arbitrio iudicis,vt in ſimili dicit glo.
in authen.ꝑterea.C.vnde vir.& vxor.& glo.eleganter.
in l.illicitus.§.tenuis.ff.de offic.præſi.in verſi.lumine.
& per Bar.not.in l.ſi conſtante.in prin.ff.ſolut.matr.&
6 ad prædicta faciunt. †Nam licet patrono occidere
furem nocturnum, vt euitet periculum rei: vt dicetur
in q.illud verũ,niſi res ſubtracta fuerit vilis aut parui
precij:quia tunc nullo modo liceret occidere, ſed nec
vulnerare,arg.l.ſi ex plagi.§.tabernarius.ad l.Aquil.&
7 l.adulterium.§.liberto.ff.de adult.†Vile autem preciũ
erit,vnus vel duo aurei:nam in quantitate parcitur fa
mi,vt l.idem eſt.ff.de dolo.fortius morti & vulneranti
parcendum erit, ita eleganter determinat Matthæ. in
ſuis notabilibus,not.135.

## SVMMARIVM.

1 *Iudex competens quis dicatur, cuius mandato capi
poſſit debitor de fuga ſuſpectus.*
2 *Suſpectus de fuga,captus ab incompetenti iudice,nõ
poteſt de incompetentia opponere.*
*Suſpectus de fuga,à iudice incompetenti poteſt capi.*
4 *Suſpectus de fuga,feriis vel aliis legalibus iudiciis nõ
gaudet.*
5 *Debitor fugitiuus aut de fuga ſuſpectus,per quem ca
pi poſſit.*
6 *Occidere hominem quo caſu liceat ob res non per-
dendas.*
7 *Furem notum & habilem ad inquirendum non licet
occidere.*
*Furem licet occidere,quoties vertitur periculum rei
amittendæ.*
8 *Malefactor an poſſit capi à quolibet.*
9 *Malefactorẽ capere licet cuilibet in criminibus pu-
blicis.*
10 *Debitorem ex contractu fugientem,capere licet pro
pria authoritate.*
11 *Debitori fugienti pecuniam mihi debitam authori-
tate propria accipere poſſum.*
12 *Debitor fugiens quando poſſit capi,& res ſibi auferri.*
*Debitor fugitiuus authoritate propria capi poteſt
duobus concurrentibus.*
13 *Debitor fugitiuus authoritate propria non debet ca-
pi,ſi copia iudicis poſſit haberi.*
*Rem propriam poteſt quilibet auferre propria au-
thoritate debitori fugienti.*
14 *Rem mihi debitam actione perſonali, authoritate
propria auferre poſſum à debitore fugiente.*
*Debitorem fugientem ſine re mea aut mihi debita,
ſed perſonaliter obligatum,an poſſim capere propria
authoritate.*
15 *Debitor mihi obligatus,ſine re mea fugiens, iudicis
copia deficiente,poteſt capi propria authoritate.*
16 *Lex id in potentia operatur, quod fuga ipſa in actu.*
*Debitor de fuga ſuſpectus,quòd non poſſideat immo-
mobilia non poteſt capi authoritate propria.*
17 *Creditor pignus habens à debitore, eum capere non
poteſt propria authoritate.*
*Creditor an poſſit exercere per procuratorem ius ca
piendi debitorem fugitiuum ſibi competens.*
18 *Maritus non poteſt committere alteri ius occidendi
adulterum cum vxore repertum,quod ſibi competit.*
19 *Ius ingrediendi propria authoritate quod quis ha-
bet,alteri commitere poteſt.*
20 *Mandatario licere cenſetur,quod mandatori lici-
tum eſſe reperitur.*

QVARTO principaliter quæro,à quo poſsit de-
cerni captura ſu capi:hæc quęſtio habet duplicem in-
quiſitionem, videlicet quis ſit iudex competens,cuius
mandato poſsit capi:ſcundo generaliter, per quem
poſsit capi.Super primo,quis ſit iudex competens in
1 faciendo capi debitoré ſuſpectum & fugitiuũ:& †qui-
dem omnis ille iudex ordinarius, qui poteſt recitare,
i.perſonali coercitione coercere debitores ſuæ iuriſ-
dictioni ſubiectos,poteſt hoc facere:quod quibus cõ-
petat,habetur per doctor.in l.2.ff.de iuriſdi. om.iudi.
& in l.imperiũ.eod.ti.in delegato ab inferiore à prin-
cipe cõmuniter in d.l.2.concludunt doct. Moder.non
licere ſibi recitare,i. capi facere: argu.text. in authen.
vt nulli iu.§.ſi vero ignoti.Circa hoc aduertẽdum eſt:
nam Pont.in dict.l.2.limitat hoc,quando ageretur de
capiendo illum qui non eſſet ſuſpectus de fuga. in eo
aũt qui eſſet de fuga ſuſpectus, de quo nos loquimur,
dicit licere.argu.l.ait prætor.§.ſi debitorem.ff. quæ in
2 fraud.cred. †Ité ex eo quia ſuſpectus de fuga,captus
etiam ab incompetenti, nõ poteſt opponere exceptio-
nem incompetentiæ: quia ſicut poteſt capi tempore
incompetenti,i.feriato,vt not. gloſſ. elegans in l.ſi ſu-
per.ver.fideiuſsionis.C.de feri. & dicetur. in quæſt.8.
eodem modo & in loco incompetenti, & à perſona
incompetenti, arguendo de tempore ad locum & ad
perſonam,vt l.miles ita.ff.de teſtamé.mil.& l.qui plu-
res.de vulg.& pupil.& habetur in l.vinum.ſi cert. pet.
3 & l.fi.ff.de trit.& hoc,† quod ſuſpectus de fuga, poſ-
ſit capi etiam ab incompetenti,vel captus, de incom-
petentia capientis non poſſit opponere, tenuit Petr.
de Ancha.conſil.184.idem ſecutus eſt Ponta. conſilio.
239.vt refert & ſequitur Ancha.vbi ſupra,& hoc habe
tur pro notabiliſſimo, nec aliud allegat. idẽ tenuit in
leg.de pupillo.§.meminiſſe.ff.de oper.no.nun.dicens
ſe ita conſuluiſſe in ardua quæſt. Florentiæ. Et idem
videtur de mente Bart.in l.j.ff.de eo quod cert. loc. in
prim.queſtio.vbi dum dicit,fugitiuum poſſe quolibet
loco conueniri,& arg.l.j.C.vbi quis decuri. vel co.&
l.j.C.vbi cauſa ſtatus.ſecundum Nico.de Mat.in qua-
dam ſua diſputatione. Idem videtur de mente Bald.
in quodam conſilio, præſuppono. & in alio, primo
oportet.vbi dicit,quod ſuſpicio fugæ facit competé-
4 tem iudicem,qui alias non eſſet.†Idem dicit,quod ſu
ſpectus de fuga, non gaudet ferijs, vel alijs iudicijs
legalibus.Angel.etiam in l.nemo carcerem. C. de ex-
actio.tribu.libr.10.in vlt.chart.ſuæ repetitionis dicit,
fugitiuum poſſe quolibet loco capi in quo inuentus
fuerit.argu. d.l.j.C. vbi quis decuri.vel co.de quo in-
fra,dicetur q.7.& dixi in d.l.3.de iuriſdi.om. iudic.fa-
cit ad prædicta:nam filium capere propria authorita-
te,vt infra dicetur in ſequenti membro,fortius vide-
tur,quã per iudicem hic incõpetenté.nam quando ali
quis poteſt facere aliquid propria authoritate,ſi adea
tur iudex incompetens,non vitiatur.ſolet ad hoc alle
gari gl.elegans inſt.de lib.§.ſerui.pro quo facit, quod
not.dixit Guil.de Cug.in leg.extat.ff.quod me.cau.&
infra dicetur.Poſſet forte dici,ꝙ aut loquimur de fu-
gitiuo,& de illo qui eſt in actu fugę,& qui in ipſo actu
fugę vitiũ métis deduxit,vt dixi ſupra,q.j.& [illegible] poſ-
ſit à quocunque iudice loci,in quo fugien[illegible]
erit, capi:maxime ſi ſit ordinarius in eo loco, [illegible]
uenitur,i. iuriſdictionem haberet ipſum capiendi, ſi
ſubditus eſſet.ita loqui videtur d. l. j. C. vbi decu.vel
cohar.iuncta glo.ordi.ibi ſuper verſi.à iudice. vel di-
cit,quod illa loquitur poſt capturam de iudice cogno
ſcente de conditione perſonæ captæ, non à iudice ca-
piẽte,vt ibi videre potes. aut loquimur in ſuſpecto de
fuga inſtanti,que arguitur ex probabilibus coniectu-
ris.



ris, & ſic adeundo iudicem competentem eſſet peri-
culum,& tũc idem in mora:arg.l.ſi alius. §. belliſsime.
ff.ꝙ vi aut clam. & eorũ q̃ infra dicentur hac eadem
q.in ſecũdo membro.aut loquimur de ſuſpecto de fu-
ga nõ inſtanti,& nõ periculoſa:puta ex eo ſolo dedu-
cta,quia non poſsidet immobilia:& tũc ſolum poſsit
iudex cõpetés.de quo vide quod dicã infra q.7.& 8.&
cogita ſuper prædictis:quia nõ reperio à doctoribus
trite examinata,& ſupradicta diſtinctio noua eſt.
5 ¶†Super ſecundo, per quem poſsit debitor fugitiuus
aut de fuga ſuſpectus capi.pro huius articuli euiden-
tia p̃mitte, ꝙ interdum quis eſt debitor ex maleficio,
interdum ex contractu:ſi quidem ex maleficio, & tũc
poſſum ipſum capere fugienté, & vinctum ducere ad
iudicé,& nõ occidere.ita dixit Spec.in tertia parte in
titul.de accu.§.j.ver.idem fortè in debitore.arg. d.§.ſi
debitorem.& in authen.vt iu.ſine quo.ſuf.§. neceſsita
tem.col.3.& authent.vt nulli iudi.§.ſi vero quis. col.7.
Illud tamẽ non eſt ignorandũ,ꝙ furẽ nocturnum licet
ꝓpria authoritate dãnum paſſo interficere,ſi non põt
ipſum dimittere ſine periculo ſuæ perſonæ vel rerum,
6 †& ſic ꝓpter res nõ ꝑdendas liceat hominé occidere.
& ideo ſi fur nocturnus ſubtraxiſſet mihi librũ, & fu-
git cũ eo,ſecure ſagittabo eũ, ſi aliter non poſſum mi-
hi conſulere pro conſecutione rerum, vt l. furem no-
cturnũ.ff.ad l.Corne.de ſica. & hoc in nocturno ideo
eſt expreſſum,in fure diurno videtur negatũ ꝓ tuitio-
ne rerum,vt l.itaq;. ff.ad l.Aquil. quia in fure noctur-
no frequẽtius contingit ꝙ ſit periculũ rei amittendæ:
quod tamen ſi cõtingeret in fure diurno, idé eſſet,ſ. ꝓ
defenſione & recuperatione rei ſubtractæ, quã aliter
comſequi non poſſumus.¶Hinc dicũt doct. in d.l. fu-
rem.& in l.fi.C.eod.titu.& plenius aliquo alio.Iacob.
de Rauen.in d.l.furem. quod poteſt eſſe, ꝙ fur diur-
nus nõ ſit notus,& ecõtra nocturnus ſit notus: quia vi
ſus eſt ad lumen lunæ,vel cũ alio lumine,puta cande-
7 læ.†Si ergo fur nocturnus ſiue diurnus eſt ꝑſona nota
& habilis ad inquirẽdum,à quo poſsit res recuperari,
licet ipſum non occidere, licet bene:licet rem incon-
tinenti recuperare, & vim cum moderamine repelle-
re.Si vero fur nocturnus,vel diurnus non eſſet habilis
ad cõueniendum,nec notus:tunc liceret ipſum inter-
ficere,ſi immineret rei amittendę periculum.quod eſt
not. Sed pone, fur eſt notus & habilis ad conuenien-
dum:ſed ſi rem portaret,ego furtũ paſſus non poſſem
ꝓbare de furto:quid tunc fiẽdum?certe dicit Iacò. de
Ra.in d.l.furem.ꝙ licet interficere,ex quo imminet pe
riculũ rei amittendæ:ita tamé, quod ſemꝑ interficiat
cum clamore ad latroné.& ideo lex voluit ſemper in-
terponere clamoré,vt facilius ꝓbaret.in d.l.itaq; &.ſi
iſte qui interfecit,non poterit ꝓbare,quod ille qui in-
terfectus eſt,fuit ipſum aggreſſus:dicit, ꝙ niſi probe-
tur,ꝙ interficiẽs fuerit aggreſſus interfectum,ſemper
abſoluetur,argu.l.ſcientiam.§.cum ſtramenta.ff. ad l.
Aquil.quæ verba tene proprio cordi.Bald.in tit.de pa.
8 iur.fi.§.j. ¶†Quærit,vtrum malefactor poſsit à quoli-
bet capi. & tandé dicit,ꝙ in ipſo actu delinquendi vel
immediate poteſt quilibet eum capere,& iudici p̃ſen-
tare,vt l.capite quinto.ff.de adul. etiã ſi delinqués eſ-
ſet cleric⁹,vt tamé p̃ſentetur epiſcopo, vt not.per doc.
in c.vt fame.de ſen.excom.in 6.alias ex interuallo ne-
mo poſſet eum capere ſine cõmiſsione epiſcopi,vt no.
extra.de iudi.c.cùm nõ ab homine.& ꝑ Bar.in l.ſi quis
ſeruitute.ff.de fur. Idem Bal.in d.l.itaque.ff. ad Aquil.
dicit,ꝙ licet non inueniatur permiſſum, niſi in fure
& in adultero,tamé Inn.in d.c.vt fame.dicit hoc gene
9 raliter in quolibet,& ideo concludit Bal.†ꝙ in publi
cis criminibus ſit licitum cuilibet capere, & ius rei-
publicæ tueri.ſecus,in priuatis criminibus: nam ſi nõ
licet accuſare in iudicio, ergo multo minus capere
de facto.Ang.in d.l.nemo carceré. pen. chart. dicit ꝙ
aut debitor fugiens, eſt debitor ratione delicti atro-
cioris:quia cum deliquit,fugit immediatæ.& tũc ne-
dum erit licita captura illi qui tunc iniuriã paſſus eſt,
ſed cuicunq; licitum eſt,delinquenté tépore criminis
fugienté,capere & ad iudicé ducere.l.interdum.§.qui
furé.ff.de fur.& d.l.capite quinto & in authent. vt iu.
ſine quo ſuff.§.neceſsitatem,& in authen.vt nulli iudi.
§.ſi quis vero compræhenſorum.Et ita dicit ſeruari de
conſuetudine,ꝙ in fragranti crimine multi capiun-
tur & ad iudicem ducuntur, & maxime fures, & ſtra-
tores,& robatores,ex interuallo nemo audet compręg
10 hendere,argu.dict.l.ſi quis in ſeruitute.†Si vero ſit de-
bitor ex contractu, & tunc imprimis ſcias, ꝙ eum fu-
gientem licet ꝓpria authoritate capere,vt l.non ſolũ.
§.de illo.de vſucap.& l.ſi quis curialis.C.de epiſco. &
Cle.& l.ſi ſeruus.C.de his qui ad eccle.confugiunt.&
d.l.j.C.vbi quis de cu. & co.& l.rem q̃ nobis.ff. de ac-
qui poſſ.ita dicit Spec.in ti.de accu.§.in l.ver. item ſe-
cundum Marti.de fano.Alium vero debitoré noſtrum
ex contractu vel quaſi fugienté, vel de fuga ſuſpectũ,
vtrum liceat nobis propria authoritate capere nõ eſt
11 ita expeditum.†Sed aduerte in primis,ꝙ debitori meo
fugienti,bene poſſum ꝓpria authoritate accipere pe-
cuniam mihi debitam,vt in §.ſi debitoré. qué ita intel
lexit Dyn.inſti de action.in princ.2.col.& Ray. in d.§.
ſi debitoré.& quidã alij.vbi Bart.etiã admittit,ſi licen
tiam iudicis expectare erat periculoſum.an auté pro-
pria authoritate liceat eum capere per perſonam,glo.
inſt.de act.in princi.ſuper verbo,in iudicio. determi-
nat ꝙ ſic:quod not.idé determinat Bart.in d.§.ſi debi-
torem.non vt detineatur, ſed ad iudicé ducatur: arg.
no.in ti.de pa.iu.fir.§.j.& l.generali.C.de decu.lib.10.
& in d.l.j.C.vbi quis decu.vel cohar. Idem tenet Bart.
in authentic.vt iud.ſine quo.ſuff.§.neceſſitaté. per ea-
dé iura.in gl.ibi.ſed Bal.in d.ti.de pa.iu.fir. §. j. diſtin-
guit,cum quæritur, vtrum debitor fugitiuus poſſit ca
12 pi.& res ſibi auferri.†dic,aut res eſt capiẽtis,& poteſt
ei auferri,vt d.§.ſi debitoré.aut nõ eſt capientis,ſed ei
debita obligatione perſonali: & tunc poteſt capi ipſe
& res debita:tamen debet conſignari magiſtratui ip-
ſe captus & res,ar.l.fi.C.de maleſi.& Math.Si auté au-
fugiat ſine re, capi poteſt & debet iudici præſentari,
vt l.interdum.c.qui furem.ff.de fur.Ange.in l.extat.ff.
ꝙ met. cauſa. dicit ꝙ debitor fugitiuus authoritate
propria non poteſt capi, niſi duobus concurrentibus,
ſ.ꝙ iudicis copia haberi non poſſit, vt capiatur:ſecun
do,ꝙ fugiat cum pecunia creditoris.& ita dicit tene-
re Dyn.addit ipſe Ang.tertium,ſcilicet,ꝙ poſt debitũ
cõtractum ſit factus fugitiuus.nam ſi fugitiuus ſeu de
fuga ſuſpectus erat ante,imputet ſibi creditor,qui cũ
eo cõtraxit:vt d.l.ſi creditores.de quo vltimo dicetur
infra q. 6.Idé Ang.in l.nemo carcerem.dicit, ꝙ aut eſt
debitum tale, ꝙ propter hoc perſona debitoris poſſi-
detur,vel quaſi:& licitũ eſt creditori eum capere pro-
pria authoritate:quia in capiendo capit ſuum potius,
quam alienum, exemplum in curiali curiæ adſtricto,
fugiente.& ita dicit loqui d.l.generalis.C.de dec.lib.
10.C.vbi quis decu.vel cohar.l.j. Si vero eſt dubiũ ꝓ-
pter quod perſona debitoris non poſſidetur,nec quaſi
puta quia aliquis eſt debitor alterius in quantitate,vel
in ſpecie:& tunc aut debitor fugit cum ſpecie vel quã
titate debita,& poteſt capi, vt d.§.ſi debitorem. & ita
dicit loqui not.in d.§.neceſſitatem.inſt.de act.in prin.
licet gl.ſimpliciter loquatur:alias ſi cum pecunia non
fugit, dicit capturã non eſſe licitam, nec hoc reperirĩ
13 iure cautum.& vbicunque dixit Ange.†debitorem ex
contractu vel quaſi,fugientem poſſe capi propria au-
thoritate,intelligit,ꝙ deſit copia iudicis, ita eius au-
thoritas non poſſit haberi,vt eſt text. in l. generali. &
gloſſa.in leg.ſi alios.§. belliſſime.ff. quod vi aut clam.
Breuiter collige,quod hominem fugitiuum licet pro-
pria authoritate capere: ideo monachos vel religio-
ſos apoſtatantes fugitiuos licet capere, vbi inue-

niuntur,ſecundum Bald.& docto.in l.ſi curialis. C.de
epiſco.& cle.& d.l.j.vbi quis decu.vel co.Similiter li-
cet eadẽ authoritate propria debitorem, cuius ꝑſona
poſsidetur vel quaſi.& iſtud eſt expeditiſsimum , ſe-
cundum Spe.& Ang.vbi ſupra,ꝙ etiã omnes aliæ con-
ſenſiſſent.Secundo conclude,ꝙ ſi debitor fugiens fu-
git cũ re mea,poſſum illam ſibi auferre,vt dict. §.ſi de-
bitorem.quẽ ita intellexit Bal.vbi ſupra,& eſt de mẽte
aliorũ doct.bene facit quod no.in l.interdum.§.qui fu
rem.ff. de fur.& per gl.in prima ſolu.& per ſcribentes
14 ibi.†Tertio concludo, ꝙ rem non meam,ſed debitam
mihi actione perſonali, poſſum à debitore aufugien-
te auferre propriaauthoritate,ſecundũ Ray.in d.§.ſi
debitorem .& habetur inſtit.de action.in princi.idem
admittit Bal.in d.§.ſi debitorẽ.Bald.vbi ſupra dicit, ꝙ
poteſt capi ipſe & res debita:dũ tamẽ ipſe cum re cõ-
ſignetur magiſtratui.Ange.in d.l.nemo carcerem. di-
cit ipſum poſſe capi,& idem dicit in d. l. extat. ſ. caſu
quãdo depræhenditur fugere cũ re mihi debita.Quar
to caſu,quãdo debitor aufugit,ſed ſecũ nõ habet nec
rẽ meã,nec mihi debitã: eſt tamẽ actiõe ꝑſonali obli-
gatus,dicit Ange.eodem modo,capturam non eſſe li-
citam:& iure cautũ non reperitur, vt p̄dixi,ſuper hoc
dubio:Nã quando obligatus eſt perſonaliter, puta ad
quantitatem,mihi non debetur magis illa quantitas,
quam ſecum fert,quã alia,vt l.incendium.C.ſi cer.pet.
& tamẽ licet capere,vt tenuit Dyn.Bart.Bal.& cõmu-
niter doc.in locis p̄allegatis,ꝙ etiam Ang.vt ſupra cõ
ſenſit:& tamẽ ſi quãtitas debita eſſet,cauſa capturę nõ
licere capere perſonam , ſed auferre ſibi quantitatem
15 p̄dictam.†Vnde opinor,ꝙ etiã liceat capere perſonam
ſine re mihi debita fugientem , ſi iudicis copia deſit,
cuius authoritate mihi conſulatur : prout intelligun-
tur caſus p̄cedentes.& in hoc ſtat fundamentũ dicto-
rum oĩm iurium,& ita determinat Bal.in d.§.j.&Bart.
in d.§.ſi debitorem.& in d.§.neceſsitatẽ. in d.l. gene-
rali.& glo.terminare videtur inſtit. de action. in prin.
& d.§.neceſsitatem.quę ſimpliciter loquuntur,dicen-
tes fugitiuum poſſe capi : quas ita intelligere viden-
tur Bart.& Bald.in dictis locis,licet Angel.aliter dixe
rit & prædicta puto procedere,ſcilicet ꝙ liceat cape-
re debitorem fugitiuum propria authoritate,& fugiẽ
tem,ideſt in ipſo actu fugæ vitiũ mentis deduxit:quia
veriſimiliter non poſſum mihi conſulere authoritate
iudicis.& ita intelligit Angel.in dict.l.nemo carcerẽ.
pen.chart.verſic.ſed tunc quæro.vbi vide.Idem dixit
Azo in ſumm.in titu.quæ in frau.cre.& Bal.in dict.l.j.
vbi quis decuri.vel cohar.& ita intellexit Bart.vbi ſu-
pra.quod propriè nota.Idem puta in eo qui nondum
eſſet in fuga actuali,ſed mentali , & ex ſignis colligi-
tur quòd fuga eſſet inſtans,adeo ꝙ tunc ſi non interci
peret,periculum eſſet in mora,vt eſt de mente doc.&
bene facit l.j.C.quando lic.vni.ſine iudic.le.vin.& l.
pen.de mili.teſt.cum ſimi.pro quo vide gloſ.ordi.in l.
16 pe.de pig.acti.quæ ſemper allegatur,†ꝙ illud quod o-
peratur fuga in actu,lex operatur in potẽtia.& ita col
ligit Bal.ex ea ibi.& ſimiliter Salic.dicentes illam per
petuo menti tenendam.ad quod etiam bonus tex.in l.
quæſitum.ff.de pi.Debitorem autem ſuſpectum de fu-
ga,non ex ſignis aliquibus apparẽtibus,ſed ex ſola nõ
poſſeſsione immobilium,cenſeo authoritate propria
non capi poſſe:quia tũc veriſimiliter iudicis copia ha
beri poteſt:arg.prædictorum.& ita intelligo Angel.in
d.l.nemo carcerem.dum dicit,ꝙ ſuſpectus de fuga nõ
dum fugiens,non poteſt authoritate propria capi,ſed
iudicis authoritate.ad quod omnino vide quæ dicen-
tur infrà q.6.& faciunt quæ dixi in præcedenti articu-
lo.& hanc cõſiderationem diuerſorum caſuum diligẽ
17 ter nota,quia nullus facit,& mihi videtur veriſſima.†
Vnũ eſt certũ,ꝙ ſi creditor haberet pign⁹ à debitore,
ꝙ nõ poſſent ipſum capi facere,& capere tãquã ſuſpe-
ctũ ꝓpria authori,cũ pignus in dubio cẽſeatur idoneũ,
vt l.2.C.de pig.ita determinat Bal.in l.creditor qui nõ
idoneum.ff.ſi cert.pet.ꝙ ſingulariter tene menti.Præ-
miſsis applicatur quæſtio elegãs,vtrũ iſtud ius capien
di debitorem fugitiuum,ꝓpria authoritate mihi cre-
ditori cõpetens, poſsim exercere per alium meũ pro-
curatorem & mãdatarium ſeu ceſsionarium:& primo
videtur ꝙ non,arg.gloſſ.in l.cum fundum,§.j.quæ in-
cipit,ex interuallo.ff.de vi & vi ar.quã ſequitur Bal.in
l.accuſationis.quod met.cau.C.pro iſta dicens per il-
lam glo.ꝙ ſi ſtatutum permitteret licere offenſo offen
dere offenſorem,non poſſet tunc illud per aliud face-
re.& eandem opinion.tenuit Bald.in d.ca.j.de pa. iur.
fir.§.j.& per illam determinat q. de qua per eundem
in d.l.accuſatiõis.& ſupra retuli.& ꝓpterea ſubdit i-
18 bidẽ,†ꝙ ius occidendi adulterũ cõpetens marito, nõ
tranſit ad alium cui commiſit:vt l.ſi quis in graui.§. ſi
maritus.ff.ad Syl.vbi per Moder. ad idem quod nota.
Bal.in l.j.C.vnde vi.col.12.verſicu. ſed quid dicemus.
& l. vt vim.ff.de iuſt. & iu. & in l.ſi à familia. ff. de iu-
riſdi. omn.iudic.& quod not.idem Bal.in l.ad officiũ.
C.de commu.diuid.& in l.dudum.de contrahen emp.
& in l.2.C.de pact.inter empt.& vendi.In contrarium
facit quod not.gloſſ.ſing.in dict.l.j.vbi quis decur.vel
cohar.ſuper ver.ab his.ibi,procuratoribus. per quod
hæc quæſtio videtur deciſa:nam loquitur nominatim
in fugitiuo.& ita allegãt ad hoc quidam Moder.l.j. §.
vſufructuarius.de opera. no.nun.ſecundo pro eadem
parte facit tex.opt.in d. §. vſufructuarius. per quẽ di-
19 cit ibi Bart.†quod ius ingrediendi propria authorita
te quis habere põt & alteri cedere. nec eſt in iure me-
lior tex.ad iſtud,ſecundum Bart.pro quo facit:nam il-
lud ius ingrediendi conceſſum vni , per pactum trãſit
ad hæredẽ,vt p Bal.in d.§. j.de pa.iur. fir.in fi. ergo eſt
ceſſibile,vt nota.in l.ſi in pluribus.de admi.tut.ad idẽ
bonus tex.in l.j.ff.de remiſ.quem not.Ang.in d.§. vſu-
fructuarius.ad idẽ bonus text.in l.ſicut.§. debitori.ff.
quib.mod.pig.vel hypo.ſol.& quod not.Inn.in c.cum
ad hæc.de cle.non re.Ad idem opt. tex. in l.metum. §.
ſed licet.ff.quod met.cauſa.& l.2.§.ſi.ff.de reli.& leg.ſi
quis in ſeruitutẽ.ff.de fur.& ibi Bart. & l.deuotũ.C.de
meta.lib.12.& c.qui ante.& c.dilect.de ſenten. excõ.&
c.ſicut viget.de hom.& 12.q.4.c.conſtitutus.& no.per
Ioan.And.in addi.Spec.in tit.de ceſſ.action.§.j.verſic.
iniuriarũ actio.& quod not.glo.in l.2.& idem Nerua.
ff.ne quis in loco publico.& quod no.Bal.in l.2.C.vn-
de vi.col.12.verſic.extra quæritur.circa fin.& vide §.j.
de pa.iur.fir.ibi,ſed Accur.not.contrarium.Et hæc mi
hi placet.nec obſtant leges ſupra allegatæ,que ſunt in
contrarium : quia loquuntur in iure perſonali & per-
ſonæ cohærenti.ad hoc text.in l.ſeruus cohæredi.poſt
princip.ff.de ſta.lib.ibi,perſonę duntaxat eius qui de-
monſtratus eſt,adhæret.quinimmo Bal. in d.l.Grach⁹.
20 de adul.no.tex.† ꝙ illud ꝙ eſt licitum in perſona mã-
dãtis,eſt licitum in perſona mandatarij.& ideo deter-
minatur ibi,ꝙ ſtãte ſtatuto, ꝙ bannitus pro certo cri-
mine nõ poſſit occidi,niſi à ſuo inimico,qui fecit eum
banniri: certe ſi ille inimicus fecit eum aſſaſſinari per
aliquem,neuter punietur:per illum tex.hoc tamen nõ
placet, quia contra allegata primo loco , quam credo
veriora in cauſa dicti ſtatuti.nõ ob.d.l.Gracchus.quia
ibi ſolũ permittit filio adulteriũ paſſo:de alio nihil di
cit,& in filio opinor intelligẽdam d.l.& ita etiam in-
telligit Bar.in l.non ſolum.§.ſi mãdato.verſ.2. quæro.
ff.de iniur.quod not.perpetuo.ſed in quęſtione [illegible]
opinor per alium iſtud poſſe expediri:arg.iurium [illegible]
hac parte allegatorum,quæ hoc probant,ſi diligenter
ponderentur.

1 *Minor ſeu pupillus aut infans,an poſſit capi pro de-*
*bito & carcerari.*
2 *Impubes non poteſt capi pro debito ciuili.*
3 *Minor vigintiquinq; annis,pro debito nõ poteſt car-*
*ceri mancipari.*
*Contumacia non poteſt notari minor.*
4 *Minor ex procuratoris contumacia vẽditionem pa*
*titur & miſſionem.*
5 *Carceratio eſt in multis minori damnoſa.*
6 *Iudex quarè notas habere debeat carceratorum*
*ætates.*
7 *Minor quando realiter citari poſſit & carcerari.*
8 *Filiusfamilias quando poſſit capi pro debito ciuili.*
9 *Doctor pro cauſa ciuili,nullo modo debet carcerari.*
10 *Priuilegijs ſingularium non derogat lex generalis.*
11 *Doctor legens per viginti annos,efficitur ſacri pala*
*tij comes.*
21 *Miles pro debito an poſſit perſonaliter capi,& car-*
*ceri mancipari.*
*Milites armatæ militiæ pro debito ciuili nõ poſſunt*
*perſonaliter capi.*
13 *Armigeri ad ſtipendia conducti,an gaudeant mili*
*tum priuilegijs.*
14 *Stipendiarij noſtri tẽporis,eccleſiæ Romanæ vel Im*
*perio militantes,militari gaudent priuilegio,*
*Milites inermis militiæ qui ſint,& an gaudeãt mi*
*litum priuilegijs.*
15 *Milites mercantijs incumbentes potius quã militiæ*
*non debent militum priuilegio gaudere.*
16 *Milites quos Papa facit,benedictione Papali con-*
*ſtituuntur.*
17 *Milites non ſunt quæſtioni ſubiiciendi.*
18 *Clerici an poſſint perſonaliter capi pro debito ciuili.*
19 *Clerici pro quo debito & per quem iudicem capi*
*poſſint.*
*Clericus pro debito fugiens,per quẽuis iudicem capi*
*poteſt.*
20 *Parti non permittitur,quod iudici denegatur.*
21 *Captura aliàs non permiſſa,ob fugæ ſuſpicionem per*
*mittitur.*
22 *Mulier pro debito ciuili non capitur regulariter.*
23 *Meretrix coniugata non læditur impunè.*
24 *Mulier honeſtæ vitæ,non poteſt carcerari pro debi-*
*to ciuili.*
25 *Meretrix quæ omni legum & iuris auxilio renun-*
*ciauit,carcerari poteſt pro ratione reddendæ admi-*
*niſtratæ tutelæ.*
26 *Mater vel auia quæ fuit tutrix filij,an poſſit conue-*
*niri vltra quàm facere poſſit.*



QVINTO principaliter quæro,contra quẽ poſ-
ſit d.captura decerni ſeu exerceri?Hæc q.diuiditur in
plures.Prima,vtrũ contra pupillum.Secunda , vtrum
contra puberem.Tertia,vtrũ cõtra filiumfami.Quar-
ta,vtrum cõtra doctorẽ.Quinta vtrum contra milites.
Sexta,vtrum contra clericos.Septima,vtrum cõtra mũ
lierem.Octaua & vltima,vtrum contra alias quſdam
1 perſonas priuilegiatas.†¶Redeundo ad primã,videli
cet vtrum contra pupillũ:dico in primis,contra mino
rem infantem nullo modo,vt neque impuberes.ff.de
in ius vocan.in maiore verò infante reperio varias o-
pin.nam author illius tractatus,qui intitulatur de car
ceribus,quẽ opinor fuiſſe domini Franciſci de.Vbal.
de Peru.vt colligitur ex allegationibus Barto.& Bald.
quos ipſe alleg.in 4.q.dicit,pupillũ doli capacẽ,poſſe
carcerari pro debito:licet dicat,cõpetere ſibi reſtitu-
tionem in integ.ſi fuerit ex hoc læſus.arg.l.ſi.C.de cu
ſto.reor.quã intelligit procedere etiã pro debito ciui-
li.Bar.no.in d.l.nã impuberes.& expreſſe dicit contra
2 riũ:†dicens impuberes non poſſe capi pro debito ci-
uili,per tex.illũ.idẽ tenet Bal.in l.j.C.qui bon.ce.poſſ.
quod puto verius.& ita tenuit in d.l.nec impuberes.
Circa ſecundã quæſt.vtrum contra puberẽ minorem
25.ann.eſt multum aduertendũ:nam præfatus doct.in
dict.tractatu de carcere.in q.4.tenet ꝙ ſic,arg.d.l.fina.
de cuſto.reo.ibi,ætatemq; vinctorũ.idẽ videtur de mẽ
te Bald.in l.j.C.in integ.reſtitu.poſtu.nil noui fiat.ſed
idem Bald.in l.i.C.qui bon.ced.poſſ.pe.q.tenet contra
3 rium,ſcilicet † ꝓ minorem.25.ann.non poſſe pro debito
carcerari,quaſi non ſtet per eum quo minus ſoluat:ſed
propter beneficium ætatis,vt ibi latius.Ang.in d.l.ne
mo carcerem.de exact.trib.in 2.char.ſuæ repetitionis
dicit,ꝙ forte non poteſt carcerari.Mouetur , quia in-
carceratio non poteſt fieri niſi cum quis eſt contumax
ita ꝙ cõtumaciter ſoluere ceſſet,vt d.l.nemo carcerẽ.
ibi,ad cõtumaciam adducatur:ſed in minore non vi-
detur iſta cõtumacia cadere,vt l.qui ſolidum.§.etiam.
ff.de lega.2.& l.cum & minores.C.ſi aduer.rem iudic.
etiam ſi fuerit legitimè defenſus per ſuum procurato
rem.licet enim patiatur miſsionem ex ſecundo decre-
to & venditione,vt l.ſi minor.in princip.cum ſimi.de
4 bo.aut.iudi.poſſ.tamen nõ patietur incarceratiõẽ:†
quia miſsionẽ & venditionẽ minor patitur ex cõtuma
cia ꝓcuratoris,nõ ex eo ꝙ ipſe ſit contumax,ſed quia
nõ defenditur.vt d.l.ſi minor,& l.pupill⁹.& l.ſi.de pri.
cre.ſed carceratio non poteſt fieri,niſi ex propria cõtu
macia carcerati,vt d.l.nemo carcerẽ.quæ ꝓpria cõtu-
macia in minorem non cadit, cum ſibi rerum ſuarum
adminiſtratio non ſit conceſſa.Item ideo patitur miſ-
ſionem & venditionẽ,& nõ carcerationẽ:quia ex ven-
ditione & miſſione non læditur minor, cum debitum
ſatiſfaciat:& ſi læderetur, poſſet recurrere contra cu-
ratorem,qui non ſoluit cum potuit:vt l.3.§. pen.& fin.
5 ff.de ſuſpect.†ſed carceratio eſt minori damnoſa mul
tipliciter.primo,quia per eũ nõ ſatiſfit debito. ſecun-
do , quia damnũ carceratiõis nõ eſt poſſibile recupe-
rare per minorẽ à curatore,cum ſit damnum perſona-
le.quare concludit, licet ſub dubio , ꝙ minor 25. ann.
non poſſit pro debito carcerari.& ideo dubitat , quia
nõ reperitur iure cautũ.hãc partẽ tenuit Ponta. conſi.
118.ꝙ incipit,circa primũ.& alle.ꝙ An.vbi ſupra,idem
conſultum vidit per dom. Thomam Doctium Seneñ,
allegantẽ ſimiliter An.vbi ſupr.allegat etiam Põta. in
d.conſil. quia ad hoc vt quis poſſit carcerari, requiri-
tur contumacia,vt l.cõſentaneũ.C.quomodo & quan
do iud.minor aũt in cõtumacia vere cõſtitui non põt,
vt ff.de mino.l.minor.etiã ſi quaſi cõtumax,cum gloſſ.
ſua.Item allegat d.l.nam impuberes.ad d.l.ſi. de cuſt.
re.reſpondet,ꝙ illa lex nihil ꝓbat: quoniã intelligen-
da eſt , vt ætates carceratorum cuſtos oſtendebat de-
ſcriptas,ſcilicet carcerabiliũ,non aũt inhabiliũ, qua-
6 lis eſt minor. † ideo aũt carceratorũ ætates lex iudici
notas eſſe voluit:quia nõ ita exactã cuſtodiã in carce-
rato ſene à cuſtode fieri vult,qualẽ in iuuene,vt l.ſi vt
certo.§.cuſtodiã.ff.cõmodati.Item quia ſi ꝓſpiciat ſe-
nio confectũ in carceribus exiſtere ciuitatis,principi
nũciabit,quia forte pietate motus dimitti faciet:quẽ-
admodum inquit iuriſcõſultus in l.in metallum.ff. de
pœnis.& de impera.in l.iudices.C.de epiſc. audi.do.
Martianus Soci.in ſuo cõmẽto.ſupr.rub. de dil.ar.5.q.
20.dicit,opin.prædictã An.& Bal.videri ſatis dubiam,
maxime,quãdo prædictus minor nõ habebat bõa, qui
requireret in eorũ alienatiõe decretũ.de quo in tit.de
re.eorum.Ex prædictis dicit ſibi videri poſſe ſumi cau
7 telã, † ꝙ ſi ex forma ſtatuti minor poſſet adminiſtrare
bona ſua ex eo , quia forte exerceret mercantiam : vel
aliter , ꝙ hoc caſu poſſet realiter citari & carcerari à
ceſſante ratiõe prædictorũ. ſed hoc caſu capi faciens,
debet eſſe cautus in articulãdo qualitatẽ,propter quã
minori conceditur ſuarum rerũ adminiſtratio.& hãc
cautelam procedere dicit,retenta etiã opi.Bal.& Ang.
cõtra relata,de cui⁹ veritate dubitãt,cũ quãdo immo-
bilia haberet,poſſit ſibi ꝓuidere , dãdo in ſolutũ cum
decreto iudicis, vel cedendo bonis cũ iudicis autho-

ritate & decreto,& aliis ſolennibus requiſitis:& ideo
videtur ſibi imputandũ,& per conſequẽs poſsit reali-
8 ter citari,i.capi & carcerari.¶†Tertiò quæro,vtrũ cõ
tra filiũfa.gl.in l.3.§ ſed vtrum.ff.de mino.videtur in-
duere ꝙ non.ſed contrarium eſt dicendum per text.in
l.pe.C.qui bo.ced.poſſ.per quem determinat ita præ-
fatus doct.in dicto tractatu de carcere.q.3.& commu-
niter tenetur.& vide Bart.in l.ſi filio.ff.ſolu.matri.vbi
hoc tenet per illum tex.d.l.pen.vbi caſus poſſet gloſſ.
d.l.3.§.ſed vtrum.quæ incipit,ſed exactio differtur.for
tè ſaluari in filiofa.minore 25.ann.de quo dixi ſupra.

¶Quartò quæro,vtrum contra doct.glo.l.medicos.
9 C.de profeſ.& medi.lib.10.dicit per illum text.†ꝙ pro
cauſa ciuili nullo modo poteſt capi.& ibi ſubditur,ꝙ
iudex qui doctorem realiter citauit,i.cepit pro cauſa
ciuili,capitaliter puniendus eſſet.Idẽ tenet præfatus
in d.tractatu de carc.idem tenet Matth.lib.10.& ſub-
dit,ꝙ hoc priuilegio gaudent communiter filij.arg.d.
l.medicos.intellige,viuentibus patribus,dicit ibi glo.
Bart.in d.l.medicos.dicit,ꝙ ſibi videtur,ꝙ hoc ꝓce-
dat ĩ doctore qui actu legit in ſtudiis approbatis:alias
ſecus.cum quo dicto ibi tranſit do.Io.de pla.bene fa-
cit.l.ſi duas.de excu.tut.ſed doctor etiam non legens,
vt ſuprà ſeu ambigua fata cauſarum adiuuãs & defen
dens patrocinando,gaudere videtur hoc beneficio,vt
not.gloſſ.Bar.& alij ſequuntur in l.miles.ff.de re iudi.
arg.aduocati.C.de aduo.di.iu.ꝙ procedit non ſolum
in doctore legum,ſed etiam medicinæ & aliarum ſciẽ
tiarum,non in Poetis,vt ſuprà expreſſe dicit Bar.vbi ſu
prà.& Matth.& Modernio.in d.l.miles.& hoc cederet
etiam ſi ſtatutum diceret,ꝙ quilibet poſsit pro debito
ciuili perſonaliter capi,argu.not.in l.ſi ſerui veſtri.de
10 noxa.& in cap.cum dilectus.de conſue.†&quia per ge
neralem legem nunquam videtur derogatum priuile-
giis particularium perſonarum,vt no.in l.decurioni-
bus.C.de ſilentiariis.lib.12.& in j.conſtit.C.§.quia ve
rò.& nota in l.in teſtamentis.C.de teſt.immò fortius
ſi ſtatutum diceret,quòd quilibet poſsit pro debito ci
uili perſonaliter capi,non obſtante quocunq; priuile-
gio:adhuc doctor,vt ſuprà,gaudet prædicta præroga
tiua:quia per illa verba,non obſtante quocunq; priui-
legio,non intelligitur derogatum priuilegiis inſertis
in corpore iuris.gl.eſt no.in l.2.§.omnes.& l.hæres ab
ſens.in prin.ff.de iud.& in authent.quia in prouincia
C.vbi de crim.agi opor.& in dictis locis per docto.&
per Bar.valde ſingulariter in extrauaganti,ad reprimẽ
dam.ſuper verſ.non obſtãtibus.quæ perpetuo tene mẽ
ti.nec videatur tibi mirum,ꝙ docto.legentes habeant
11 hoc priuilegium,vt ſuprà dicebat Bar.†nam doct. qui
legerunt 20.ann.in ſtudiis,efficiũtur comites ſacri pa
latij,vt l.2.C.de profeſ.qui in vrbe Conſtan.& ibi per
Bar.in l.Alexandrinos.C.de cur.per eundem in proœ-
mio.C.in 4.col.& audiui ꝙ excellens doct.do. Ioã.de
Graſsis doct.Taurinen.cum legiſſet ann.25.& vltra fe
cit committi cauſam de iure:&fuit declaratus comes.
glo.etiam in d.l.j.videtur velle ꝙ fiat etiam dux,ſed ex
rubro colligit,ꝙ fiat etiam comes.

12 ¶†Quintũ quæritur,vtrũ contra militem.circa hoc
diſtingue:quidã ſunt milites armatæ militiæ,quidã in
ermis militiæ,quidã cæleſtis militiæ. Milites armatæ
militiæ perſonaliter capi non poſſunt pro debito ciui
li,vt l.miles.ff.de re iudi.ſi tamen illud debitum cõtra
xerit in caſtris:ſecus,ſi vagando per mundum,vel etiã
domi,vt ibi dicit gl.cum qua doc.tranſeunt.Sed idem
eſt certè dicendum in debito cõtracto extra caſtra,ob
cãm tamen militiã concernentẽ,puta ꝓ armis& equis
emendis,ſecundum Odofr.ibi,& doct.ſequitur ibi do.
meus,vbi omnino vide per Moder.circa ꝑdicta.& vi-
de q̃ dicã infra in q.de clerico.applicatĩ ꝑmiſſæ.q.pul-
chra q.vtrum ſtipendiarij noſtri temporis,qui ſunt ar
migeri,nõ tñ milites,gaudeant hoc priuilegio, vt pro
debito contracto in caſtris, vel occaſione caſtrorum
non teneantur,niſi inquantum facere poſſunt, quia mi
lites gaudent:vt d.l.miles.hanc quæſtionem non repe
rio formaliter ab illis tactam,niſi quia Pau.de Ca.in l.
13 ſcriniarios.C.de teſta.mili.dicit,†ꝙ ſtipendiarij no-
ſtri tẽporis qui ſunt cõducti ad ſtipendia,exercẽt ſe in
caſtris,& tamen non ſunt milites,non gaudent priui-
legio militũ:deinde ſubdit,ꝙ ſi quis eſſet ſtipẽdiarius
ſuæ propriæ ciuitatis,& ſe in expeditiõe militari exer
ceret,non tñ eſt miles,ſed ſeruit ſuæ cõitati,cõductus
ad ſtipendium:puta,Florentinus à cõitate Florentiæ,
quod licet prima facie videatur ꝙ non habeat priuile
gia militum,quo ad bona quæ haberet Florentię vel in
comitatu,tamen putat contrarium,ſ.ꝙ gaudeat:licet
olim gaudebant ciues Romani,qui recipiebant ſtipen
dia à Romanis.nec ob.dicit præfatus doct.ꝙ iſti ſtipẽ
diarij hodierni non iurent:quia hodie illa obſeruan-
tia non eſt in vſu.hodie ſufficit, ꝙ eorum capitaneus
iuret pro omnibus,vel aliter,ſecundum eundem, etiã
iſti præſtant iuramentum fidelitatis de conſuetudine.
Idem ſentit præfatus doct.de huiuſmodi ſtipendiariis
noſtri temporis ciuibus,vt l.ſancimus.C.de teſt.mili.
dicens ꝙ potius inſpicitur actus militaris,quam ciui-
lis,ꝙ hodie nõ ſit in vſu,quòd omnes armigeri ſint mi
lites:quinimmo pauci ſunt milites,non eſt curandum
an ſint milites,vt ibi latius vide per eum.Angel.& In-
14 noc.in l.illæ autẽ inſtitutiones.ff.de hæred.inſt.†dum
loquuntur de ſtipendiariis noſtri tẽporis, ſentire vi-
dentur,ꝙ ſi quidẽ ſint militantes in ſeruitiũ eccle.Ro.
vel imperij,gaudeãt priuilegio militari.Vide ibi,&
quę dixi in l.licet.C.de pact.Vide etiam Ponta.in cõſ.
63.vbi dicit,ꝙ iura de priuilegiis militum loquentia,
locũ ſibi vendicare videntur in illis magnificis domi-
nis,qui continuis armis dediti ſunt & exercitiis, licet
nõ ſint milites veri tales,de quib⁹ loquitur gl. in l. pe.
ff.ex quib.cau.ma.& ex identitate rationis,vt in c.trã-
ſlato.de cõſt.Milites autẽ inermis militiæ,quales poſ-
ſunt dici milites noſtri temporis, calcaribus deaura-
tis vtentes,quorũ militia maxime fulget in ſeſſionib⁹,
& in bibendo prius,& in præcedẽdo,dixit Ia.Pet.Cy.
in l.j.C.de iur.& fac.igno. Vtrum gaudeant hoc priui
legio,de quo in d.l.miles.& ſupra dixi, variæ fuerunt
opin.nam Iac.Pe.Cy.& Bal.in d.l.j.dicunt, ꝙ non ha-
bent priuilegia militũ.Idem Albe.in l.militũ.C.de ꝓ-
cu.& Bal.not.in l.in teſtamento.in vlti.q.C.de re mili.
15 vbi dixi,†ꝙ milites Tuſciæ,& maxime Florentini,qui
ſtudent magis in mercantiis,quã arti militari: & vidẽ
tur non militare cauſa reipublicæ,ſed ad pompã, non
gaudent priuilegio militari,ſed ſunt tanquem priuati
homines.alleg.not.in l.eos.C.de offic.mag. mili.& in
l.pe.ff.ex qui.cau.ma. & ita ſequuntur Cano. in capit.
in noſtra.de procurat.& Moder, in d. l. miles. ff. de re
iudi.& ſecundum prædicta intelligendus eſt Spec. in
tit.de procu.verſic.item quod eſt miles.ſed Bald.in l.j.
in vlt.q.C.qui bonis ced.poſſunt.tenet,quòd etiam mi
lites noſtri temporis gaudeant priuilegio militum,&
non poſſunt realiter citari,i.perſonaliter capi pro de-
bito ex contractu.vel vt mouetur,quod non ſunt mili-
tes: alias falſo vocabulo vocarentur: quod dicere eſt
fatuitas. & licet non habeant inſignia veteris obſer-
uantiæ, tamen habent inſignia nouæ obſeruantiæ,
16 quod ſufficit:vt in capit.tranſlato.de conſt.† & quan-
do fiunt à Papa,benedicuntur:& forma benedictionis
habetur in pontificali,ca.33.& vide ibi.Tutius autem
eſt, tenere quod non gaudeant priuilegio: quia &
doctor. qui non ſunt in expeditione ſuæ ſcientiæ,
non gaudent,vt in præcedenti quæſt.dixi.ſed reperio
Guil.de Cug.in d.leg.pe.ff.ex quibus.cauſ.ma.diſtin-
guentem, quod milites habent quædam priuilegia,
quorum ratio hodie non militat in militibus no-
ſtri temporis, vt puta quod milites poſſint teſtari iu-
re priuilegiato,& iſtud hodie non habent,quia etiam
vetuſtius non competebant, niſi in expeditione in-
cum



cumbentibus,vt l.2.ff.de bo.poſſ.ex teſta.mili.cum ſi-
mil.Quædam ſunt priuilegia,quorum ratio hodie in
17 eis remanet,ſ.†ꝙ milites non ſubiiciantur quæſtioni:
quod priuilegium habebant,vt quia nobiles,vt l.nul-
lus.C.ad l.Iul.ma.& de pa.tenen.& eius violatoribus.
ca.ſed miles.& hæc habent,in quo fundatur l.milites.
C.de quæſti.Vnum non tacebo, quòd qui eſt effectus
miles cauſa litis fiendi,vel debiti non ſoluendi,debet
ſolui à militia inſtante creditore,vt l.j.C.qui mili.non
poſſ.lib.12.Item milites debent abſtinere ab agrorum
cultura,animalium cuſtodia,mercimoniorum quęſtu:
aliena non peragant negocia, & ad ciuiles curas non
accedant:alias priuantur militia & priuilegiis,vt l.ne
mo miles.cum ſe.C.de re mili.libr.12.ideo ad propoſi-
tum bene dicit,dum talis ſit miles,qui honorem digni
tatis militaris & onus decenter obſeruet, in equis &
armis &vniuerſo famulatu,& in aliis rebus,in quibus
milites conueniunt honorari:haberent etiam milites
noſtri temporis priuilegium,quòd non ſuſpendantur
pro eo delicto,pro quo plebeius ſuſpenderetur:vt di-
18 cit gloſ.hodie obſeruari in l.deſertorem.§.pœna.ff.de
re mili.¶†Sextò videndum eſt,vtrum contra clericum
qui dicitur miles cæleſtis militiæ,vt no.in cap.j.de cle
ri.ægro.in 6.quæſt.poſsit captura decerni aut exerceri
pro debito ciuili.gloſſ.in dicta l.miles.ſentit quòd nõ.
& ſic gaudeant in hoc priuilegio veri milit.idem te-
nuit Iaco.de Aret.inſtit.de action.§.præterea.Et ideo
tenet Ange.in d.l.miles.& Lud.de Ro.etiam idem te-
nuit in l.ſi verò.§.de viro.ff.ſolu.matri.in ſecũdo mẽm
bro principali.& in ca.Odoardus.de ſolu.Idem deter
minat in propriis terminis Ioan.And.in ca.ſi clericis.
de ſenten.excom.lib.6.ſcilicet quòd pro debito ex con
tractu vel quaſi,non poſſet,etiam ſi ſe obligaſſet perſo
naliter capi.vbi hoc ſequuntur Moder.Et tenet Lapus
allegatio.118.& hoc exclamat Matthæ.in ſuis notabi.
19 not.61.dicens not.†quòd clerici in ſacris vel in mino-
ribus conſtituti,non poſſunt capi per iudicem eccle-
ſiaſticum pro debito ex contractu vel quaſi:pro debi-
to autem ex delicto,vel quaſi ratione doli,quia contra
ctauit depoſitum,poſſet,vt ĩ c.j.de depo.& ibi hoc no.
Anto.de But.Vide ad prædicta etiam Matthæ.not.62.
Circa quod eſt aduertendum:nam clericum fugiẽtem
pro debito,nõ tantum iudex eccleſiaſticus,ſed laicus,
poteſt capere.arg.l.ait prætor.§.ſi debitorem.ff.quæ in
frau.cre.& eorum quæ dicit Barto.in l.ſi quis ſeruitu-
tem.ff.de furt.ſecundum Abb.in ca.vt fame.de ſenten.
excommu.& tenet do.Bert.in cle.j.de off.or.& Colle-
ctaneus.& Car.in d.cap.cum non ab homine.de iudi.
vbi etiam hoc ſequitur dominus Abb. quod videtur
prædictis maxime contrariari.Igitur pro huius artic.
ſcientia ſciendum eſt fortius,quòd præfatus dominus
Abb.in cap.cum non ab homine.vult etiam,ꝙ laicis li
ceat capere clericum debitorem ſuum fugientem, nõ
ſolum ſi fugiat cum rebus ſolum ipſius laici,ſed etiam
ſi ſit debitor in aliqua quantitate, vel etiam liceat ſo-
ciis ipſius laici ipſum adiuuare.Primum eſt de mente
ipſius Ioann.Andr.ibi.ſecundum confirmat do.Abb.
ex his quæ habentur in ca.olim.de reſtit.ſpo.bene fa-
cit quod not.Bald.in l.vt vim.ff.de vi & vi.in quæſtio.
vtrum illi cui licet ſe vindicare ex forma ſtatuti, poſ-
ſim impune opem ferre.& tamen iſta,vt prædixi,vidẽ-
tur incompatibilia cum doctrina Ioan.Andr.in dicto
ca.ſi clericus.ſuprà firmata,ſcilicet quod clericus pro
20 debito ciuili non debet capi à iudice aliquo modo:†
quia factum partis cui permittitur aliquid fieri pro-
pria authoritate.quod regulariter pertinet ad iudi-
cem,reſpicit gloſſ.ſuper conſtitutione regni,ſuper ru-
brica de iniuriis nobilium perſonarum,quæ dum lo-
quitur de militibus,diſcernit factum iudicis.l.penul.
& ibi Bald.de pignor.ac.cum ſi. Si igitur hoc nõ per-
mittitur iudici,quomodo permittitur parti? dominus
Maria.Soci.in dicto ſuo commento de dila.arti.veræ.
q.17.fallentia 14.dicit fortè ſaluari poſſe ꝙ liceat cape
re eo caſu,quando aufugeret cum pecunia creditoris
vel quando eſſet debitor ex delicto,poſſumus forte la
tius intelligere,quòd vbi clarius ſit fugitiuus, vel in
inſtãti actu fugæ poſſet capi.& hoc dicit præfatus do
21 minus Abb.in capitul.fina.de ſolu.bene facit, † quod
licet alias de iure ciuili captura non ſit ꝑmiſſa,niſi in
ſubſidium:eſt tamen permiſſa propter ſuſpitionem fu
gæ,non modo iudici,ſed etiam parti,vt etiam patet in
præcedentibus quæſtionibus,& patebit ex ſequenti-
bus.Idem ergo dicamus in clerico:quia licet alias nõ
poſsit capi,poſsit tamen vbi eſt ſuſpicio fugæ.Ex hoc
poſſumus inferre,quòd licet doctor,miles & huiuſmo
di non poſsint pro debito ciuili capi,vt ſuprà dixi in
princip.huius quæſt.principalis.q.4.& 5 tamen ſi eſ-
ſent fugitiui vel ſuſpecti de fuga inſtanti,poſſunt ca-
pi,ſicut & clerici capi poſſunt:quod à nemine reperio
attentatum.ideo cogita:quia eſſet ſingularis limitatio
ad prædicta.

22 †Septimò quæro,vtrum mulier poſſet citari reali-
ter,ideſt capi & carcerari pro debito ciuili.& regula-
riter dicendum eſt,quòd non.caſus eſt in l.j.C.de of-
fic.diuer.iudi.& in authen.ſed nouo iure.C.de cuſto.
reo.in authen.vt nulli iud.§.neceſſarium.etiam ſi fue-
rit debitum fiſcale. & contra faciens punitur grauiſ-
ſimis pœnis, vt in dictis iuribus. quod tamen limita:
Primo,ſi eſſet mulier infamis,puta meretrix: nam iſta
poterit pro debito carcerari,ſecundum Cyn.in d.au-
then.ſed nouo iure.quem ſequitur præfatus doctor in
dicto tractatu de carceribus,circa prin. & habetur in
l.nemo.C.de exac.tribu.li.10.& tenet Bart.in d. §.ne-
ceſſarium.tenet Bal.in leg.conſentaneum.C. quomo-
do & quando iur.circa fin.in authen.de teſt.& ea quæ
pa.§.fi.Hoc tamen Io. And.in addi. Spe.in tit.de iniur.
& damn.dato.videtur limitare mirabiliter, ſc. vt pro-
cedat niſi ipſa meretrix ſit coniugata: quoniam tunc
propter coniugium, detrimentum carceris euitabit.
23 †Vnde infert, quod conſtitutio reddens iniuriam ſeu
offenſam illatam meretrici impunibilem, ita con-
ſtringitur, vt non compræhendatur meretrix coniu-
gata. fundat ſe per l. vxor. §.j. ſecundum communem
intellectum.ff.de adult.vbi patet,quod l.ſi ea.& l.quæ
adulterium. ff.de adulter.prohibens accuſationem il-
liciti coitus cum meretrice commiſſi, non extenditur
ad meretricem coniugatam.Et hoc dictum Ioan. An.
laudat & ſequitur Ponta.in l.ſi vero.§.de viro.ſol.ma-
trimon.in ſecunda fallentia.Dubito valde,vtrum hoc
ꝓcedat,quãdo coitus illicitus regulariter impunibi-
lis cum meretrice,ideo eſt impunibilis ratiõe mariti,
quando eſt coniugata propter iniuriã quæ fit viro,cui
lex nõ vult fieri:ſed iſta carceratio ꝓ debito ciuili,pro
hibetur de muliere fauore ſexus & pudicitiæ,vt d.leg.
j.C.de offi.di.iudic. quem fauorem non meretur cum
ſexum vituperauerit, vt eleganter in ſimili dicit text.
in d.l.quæ adulterium. nec poteſt hic conſiderari iniu
24 ria mariti probabilis,vt ſupra,præterea†tex. dans hãc
immunitatem mulieri, non loquitur ſimpliciter de
omni muliere, ſed de muliere matrefamilias, id eſt,
quæ non inhoneſte viuit, vt aperte dicit text. in d. l.j.
de offi.di.iu.iuncta l.pronunciatio.§.j.ff.de verb.ſign.
per quæ duo iura not.confirmatur opi. Cyn. & aliorũ
ſupra relata.Illud opinor indubitãter,ꝙ ſi maritus di-
ctæ meretricis eſſet leno vel infamis, quia toleraret tã
tã miſeriã,ꝙ tunc coniugiũ nõ obſtaret prædictis, ar.
do.in d.l.quæ adulteriũ. & in authẽ. ſed nouo iure.C.
de adult. ibi, huiuſmodi iniquitati nec conſentienti-
bus.limitat ſecundo Bald. in l.j.in 2.col.Cod.qui bon.
ced. poſſ. quando eſſet diſtinctus carcer mulierum à
carcere hominũ: cum tunc dicat poſſe capi & carce-
rari hoc caſu, & licet alias ſecutus fuerim in leg. ple-
rique.ff.de in ius vo.tamen non placet, quod hæc di-
ſtinctio carcerum, arguat in ciuili facultatem carce-

randī mulierem. In criminali vero poſſet illud dictum
tolerari, forte ſicut obſeruat conſuetudo: de quo vtrū
in criminali procedat, vide in authent. ſed nouo iu-
25 re. C. de custo. reo. Innoc. in c. lator. C. de pigno. †Li-
mita tertio in muliere, quæ fuiſſet meretrix, & renun-
ciaſſet omni legum & iuris auxilio: cum tunc pro ra-
tione tutelæ adminiſtratæ poſsit carcerari, vigore di-
ctæ renunciationis: ſecundum Bar. elegāter in l. ſi ſub
conditiōe. ff. de teſt. tu. & in authen. matri & auiæ. C.
quando mu. tu. off. fun. poteſt. quem ſequitur præfa-
tus doc. in dic. tractatu de carceri. q. 2. & Matthæ. not.
109. vt etiam eſt de mente Bal. in authē matri & auiæ,
dum vult per prædictam renunciationem in omni-
bus redigi ad inſtar maſculi. quod dictum, licet dom.
meus in l. plerique de in ius voc. dicat ſibi videri non
verum, ſcilicet quod mulier poſſit per dictam renūcia
tionē omni legū & iuris auxilio, carcerari, quū ſit in
præiudicium ſexus & ignominiam pudicitiæ, tamen
mihi iſtud præſtantiſsime placet: quia illud eſt fauo-
re pupilli introductum, vt dicit Bar. in d. authen. matri
& auiæ. in 4. col. in verſi. ſed quæro, quid ſi renuncia-
uit mulier, quæ in caſu illo eſt redacta ad inſtar maſcu
26 li, vt ibi dicit Bartolus quem omnino vide. † Bene di-
co, quòd iſta ſit mulier quæ fuiſſet tutrix, eſſet mater
vel auia illius, cuius tutelam geſsit, quòd ad ius habe-
ret beneficium, quod haberet nō quia mulier, ſed quia
parens: quia tunc non videatur renuntiatum: & ideo
haberet beneficium, vt non conueniretur, niſi inquan
tum facere poſsit, & ſimilia parentibus data. ita dicit
idem Barto. in dict. authen. matri & auiæ. verſicul. ſed
beneficium. quæ verba ſingulariter tene menti. nā Bar
to. bene aſſerit, quòd mulier huic beneficio, ꝙ non poſ
ſit capi regulariter, non poteſt renunciaree, ſed aſſerit
quòd authoritate illius iuris in materia tutelæ permiſ
ſum eſt: ſic non mulier, ſed lex diſpenſauit. Ex quo aper
te colligitur, quòd in aliis caſibus, quam tutelæ. & ſu-
pra talis renunciatio mulieris, quo ad dictum effectū
carcerationis, eſt inanis. tene mēti, quia nō eſt trahē-
dū ad conſequentias, vt l. ius ſingulare. ff. de legi. quic-
quid aliter dixerim in l. alienam. C. de procu.
¶Octauò & vltimò, vtrum contra alias perſonas pri-
uilegiatas, de quibus in l. j. & 2. ff. de in ius vocā. ſit per
miſſa captura, dic vt ibi.

1 *Creditor petens à iudice licentiam debitorem ſuſpe ctum capiendi, quid allegare debeat.*

2 *Cauſā quando ſit in libello inſerenda.*

3 *Creditor ſciens debitorem ſuſpectum tempore debiti contracti, ſibi imputet quòd ei crediderit.*

*Statuta, à iure cōmuni, interpretationem recipiūt.*

4 *Creditor ſciens debitorem ſuſpectum, imputet ſibi ſi tacuerit.*

5 *Creditor licentiam petens capiendi debitorem, quā do dicere debeat ſuſpicionem ſibi ortam poſt contra ctum debitum, ne ſibi imputetur.*

6 *Suſpicio quæ mouere debeat creditorem ad capiendum debitorem.*

7 *Suſpicio leuis aut modica non debet iudicem moue re ad dandā licentiā creditori debitorem capiendi.*

8 *Cauſā ſuſpicionis mouens creditorem ad ſuſpicandum de fuga, duplex eſſe poteſt.*

9 *Iudici daturo licentiam capiendi debitorem de fuga ſuſpectum, qualiter de debito conſtare debeat.*

10 *Teſtis vnus non plus debet iudicem mouere, quàm iuramentum actoris.*

11 *Debitum an debeat probari per inſtrumentum & teſtes, vel per ſolum actoris iuramentum.*

12 *Probatio per teſtes vel inſtrumenta præſente parte facta, dicitur ſummaria: quæ plenaria dicetur, ſi ſiat ea abſente.*

13 *Captura non pro debito incerto committi debet, ſed pro liquido.*

14 *Iudex aliquem capturus, quando eum prius monere debeat, & quando non.*

15 *Iudex ſolo creditoris iuramento poteſt capturam decernere aduerſus debitorem ſuſpectum, ſi in mora ſit periculum.*

16 *Creditor qualiter debeat iudici fidem facere de ſuſpicione, & eius cauſis ſuper debitore ortis.*

17 *Debitor qualiter probari debeat ſuſpectus, vt contra ipſum poſſit captura committi.*

18 *Suſpicio cum ſuis cauſis, an ſufficienter probetur per iuramentum.*

19 *Creditor qualiter probare debeat, quòd cauſæ ſuſpicionum in debitore acciderūt debito iam contracto.*

20 *Suſpicionem ſuper debitore de nouo ad creditoris notitiam veniſſe, ſolo probari poteſt iuramento.*

*Suſpicio in debitore poſt capturam plenè probari debet & iuſtificari, & debitum debet liquidari.*

21 *Iuramentum emiſſum, iudice ipſum non deferente, nullius eſt valoris aut efficaciæ.*

22 *Iudex non cogitur dare familiam ad capiendum debitorem, ex eo ſolo, quòd immobilia non poſſidet, ſuſpectum.*

23 *Examinatio cauſarū ſuſpicionis in debitore, & ipſa commiſſio capturæ, an debeant fieri iudice pro tribunali ſedente.*

24 *Creditor qualiter debitorem ſuſpectum ſibi allegare debeat coram iudice.*

25 *Debitor coram iudice allegatus, ſuſpectus per creditorem, quid facere debeat.*

26 *Captura debitoris an ſit nulla, ſi creditor nō expreſſerit ſuſpicionē emerſam poſt debitum contractum.*

27 *Creditor ſciens debitoris ſui conditionem tempore contractus, nō poteſt eam poſtmodū improbare cauſa non allegata.*

28 *Dilatio ſecunda, conceſſa ſine cauſæ cognitione, eſt nulla.*

29 *Captura debitoris an ſit valida, ſi debitum pro quo capitur, partim verum ſit, & partim non verum.*

SEXTO principaliter quæro, qualiter iudex ſe
habere debeat, à quo petitur commiſſio capturæ con-
tra aſſertum fugitiuum, aut de fuga ſuſpectum. ¶Hęc
eſt vtiliſſima quæſtio, & quæ quotidie verſatur per ma
nus iudicum: quam diuido in duas partes. Prima eſt,
quæ debeant allegari per illum qui petit ſibi dari à iu-
dice licentiā, quod talis capiatur, & præterea familiā,
per quam capiatur. Secunda pars erit, qualiter de alle-
1 gatis debet iudici conſtare. ¶ †Circa primam partem,
videlicet quæ debeant allegari ſeu narrari: dicas, ꝙ in
primis debet dicere ſe eſſe creditorem illius, quem ca
pi petiit, in tanta ſumma, puta centum. Secundo debet
allegare illum debitorem eſſe fugitiuum vel de fuga
ſuſpectū, prout conuenit caſui de quo agitur, iuxta di
ſtinctionem quam feci ſupra in j. q. principali. Tertio
debet allegare, quod ſuſpicio emanauerit poſt contra
ctum debitum, vel ſaltem ad notitiam ipſius petentis
poſt contractum debitum peruenit ſuſpicio, quod tan
tundē valet. Primū probatur in l. hōc aūt. §. non defen
di. ibi, cōſtare debet, liquereque prætori. ff. qui. de cau.
in poſſ. ea. & in auth. ei qui. circa fi. ibi, iuſta tamē ſen-
tentia debiti. C. de bon. aut. iu. poſſ. & in corpore vn-
de ſumitur. nam æquiparatur miſſio in bonis & in per
ſona, vt infra ſubdetur. Secundū de ſuſpicione proba-
tur in l. ſi fideiuſſor. §. fi. ff. qui ſatiſ. cog. & in l. ſi ab ar-
bitro. §. ex qui. cau. eo. tit. & in l. in omnibus. ff. de iud.
& in l.



2 & in l. ſi creditores. ff. de priuil. credi. cū ſimi. † & quia
cauſa petitionis ſeu libelli ſemper eſt deducēda, quā-
do eſt talis cauſa, ſine qua petitio non reciperetur, vt
eleganter dicit Inn. in c. ex parte Abbatiſſæ. de priuil.
quod refert & ſequitur Bal. pro multū no. in l. 2. C. cō-
muni diui. & in aliis pleriſq; locis. Tertiū probatur in
d. §. ex quibus cauſis. & in l. ſi is à quo. in fi. ff. vt in poſ.
leg. & in l. qui bona. §. de illo. & in l. fi. ff. de dā. infec. &
in d. l. ſi creditor. in fi. C. de ſpon. vbi text. not. Si enim
cauſa ſuſpicionis ſubſiſtebat tēpore debiti contracti,
& creditor eam ſciebat, qua nō obſtante contraxit ſi-
bi imputet: cum videatur perſonam debitoris talem
qualis eſt, approbare, vt in dictis iuribus, & in ſuſpi-
cione quæ tunc erat, non poſſet ſe fundare, vt l. pen. ff.
de iure dot. Et hæc tria cōiter ſupra tradūtur ꝑ Bar. in
d. l. ſi creditores. & in l. ait prætor. §. debitorē. ff. quæ in
frau. cre. in d. l. fi. de ſponſ. & per ſcriben. in d. l. ſi fide-
iuſſor. §. fi. & per Bal. in d. l. fi. de ſpō. & C. de his quę in
frau. cre. & per Ang. in d. l. ſi ab arbitro. §. j. & in repet.
d. l. nemo carcerē. & oēs fere cōſentiūt, ꝙ iſta tria con
currunt. tenet etiā Ant. de Butr. in c. fi. de feriis. & Inn.
in c. quemadmodū. de iureiur. & in c. propter. de loca-
3 to. in 3. notab. Sed hic ſunt breuiter aduertenda: †nam
vt prædixi, ſufficit ꝙ ſuſpicio poſt contractū debitum
peruenerit ad notitiā creditoris, nō obſtāte ꝙ eſſet ea-
dē ſuſpicio tpe contracti debiti, vt in ſi. habetur in ca.
paſtoralis. de excep. & in c. præſentiū. de teſtib. lib. 6. & 6
no. in l. ita demum. C. de procur. & in l. 2. C. de conſor.
eiuſdē litis. & in l. Pōpo. §. rati. ff. de proc. in quibus iu
ribus cōcluditur, ꝙ paria ſunt, quid vel de nouo emer
gere, vel de nouo ad notitiā ꝑuenire, & hoc tenuit in
indiuiduo in noſtris terminis Bar. in l. fi. de ſponſal. &
cōſuluit hoc Rofre. de Peruſio & Paul. de Caſt. & pro
indubitato eſt habendū. probat tex. expreſſus in d. l. fi.
de ſpōſa. & in d. l. ſi ab arbitro. & circa iſtud vide oīno
Bal. in rub. C. quæ in fraud. credi. de eo qui cōtraxit cū
forenſi in nundinis aut alibi, & poſtea aliter nō dete-
riorata cōditione, petiit ſibi caueri. & ad de ꝑdictis, ꝙ
etiā ſi ſtatutū ſimpliciter diceret, ꝙ ratione ſuſpiciōis
creditor poſsit facere capi debitorem, debet illud ſta
tutū intelligi, vt locū habeat quando ſuſpicio ſuper-
uenit de nouo poſt contractum debitum, & non ali-
ter. ita ſingulariter dicit Bart. in d. l. fin. C. de ſponſa. & 7
eſt ratio. quia ſtatuta recipiunt interpretationē paſsi-
uam à iure communi, i. determinantur & diſtingūtur
à iure communi, vt l. ſi ſerui veſtri. C. de noxalibus. &
c. 2. de cōſue. & dixi late in l. omnes populi. q. 6. princi-
pa. circa partem reſtrictiuam. quod nūquā tradas ob-
4 liuioni. ¶ †Secūdo eſt aduertendum, quia dato quòd
iſta ſuſpicionis cauſa allegata emerſerit poſt contra-
ctum debitum, ſi tamen poſtquā creditori notū fuerit,
ipſe tacuit per multū tempus antequā peteret dictam
licentiam, ſibi imputetur. ita ſingulariter dixit Angel.
in d. l. ſi ab arbitro. §. fi. ff. qui ſatiſda. cog. arg. tex. no. in
d. l. ſi creditores. circa medium. quaſi forte per illā ta-
citurnitatem videatur eius perſonā approbaſſe, licet
ſuſpectam. hoc eſt de mente Iac. de Ra. in d. conſil. cre-
ditores. idem ſequitur Marianus Soci. in ſuo cōmento
de dilat. argu. 20. q. 28. verſi. 3. exigitur. quod eſt perpe-
tuo menti tenendum. quantum autē iſtud ſit multum 8
temporis, quo patiendo quis ſibi prȩiudicat. Azo dixit
quinquennium. argu. l. j. §. quod dictum eſt. ff. de ſepa.
ſed in d. l. ſi creditor. tenet, ꝙ arbitrio iudicis contine-
tur, vt l. j. in fi. ff. de iure deli. tu vide text. mirabilem in
5 l. ſi maior fac. in quinto capit. ¶ †Tertio eſt aduerten-
dum, quòd illud quod diximus, ſcilicet quòd debet di
cere, quòd ſuſpicio emerſit poſt contractum debi-
tum, habet locum, quando debitum proceſsit ex con-
tractu vel ex conſenſu creditoris: tunc enim eſt quod
ei imputetur, ſi ſciuit cauſam ſuſpicionis eſſe cū con-
tractu. ſi autem debitum habet ortum ex delicto, vel
quaſi ex contractu, tunc non eſt quod poſsit creditori
imputari, cuius conſenſu non fuit cōtractum, vt l. j. ff.
ſi cert. pet. & per Bart. in l. ſi is qui. ff. commod. & ideo
etiamſi cauſa ſuſpicionis ſubſiſtebat tempore cōtracti
debiti ex delicto vel quaſi contractu, vt dixi, & credi-
tor ſciebat, eū nō ꝓhibetur capi facere: quia perſonā
eius contrahendo non approbauit, cū præter eius vo-
luntatem & conſenſum ille inciderit in obligationē.
vnde ceſſante cauſa propter quam prohibetur, ceſſat
prohibitio. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patr. ita ele-
ganter conſuluit Paul. de Caſtr. in conſil. pro pleniori
examine. quod perpetuo tene menti. bene crederem ꝙ
ſi poſt contractum debitum prędictum ex delicto vel
quaſi, vel ex quaſi contractu erit conſenſum, credito-
ris creditor informatus eſt de cauſis ſuppoſitionum,
tunc vigentibus illis illas neglexerit, & per multū tē-
poris tacuerit, & paſſus ſit ꝙ prȩiudicaret ſibi, arg. d.
l. ſi creditores. & eius quod dixi in ver. præce. eſt enim
quod imputetur ſibi, quaſi perſonam eius approbaſſe
videatur per ſilentium tanti temporis. quod ſimiliter
diligenter not. Itē conſentiret, quòd licet ex illis cau-
ſis ſuſpicionis quæ tunc militabat, ipſum capere nō li
ceat: tñ ex aliis nouis cauſis ſuſpicionū, quas nunquā
probauit, bene poſſent hanc licentiam petere, ꝙ cape-
retur, vt colligi pōt ex his quæ ſupra dixi. ar. l. fi. C. de
ſponſa. cum ſimil. & ita reperio hoc eſſe de mente præ
fati Mariæ Soc. vt ſupra proxime allegaui. ver. 2. exigi-
tur. ¶ †Quarto eſt aduertēdū, ꝙ nō omnis ſuſpicio quę
reſideat in animo creditoris, eſt ſufficiens ad hanc ca-
pturam decernendam. debet enim iudex inueſtigare
cauſas ſuſpicionum, mouentes animum creditoris ad
ſuſpicandū, & illas diligenter examinare, & ſi inuene-
rit illas ꝓbabiles & iuſtas, poterit ad capturā ꝓcede-
re, conſtito de aſſertis: alias debet ipſam denegare. ad
hoc tex. infra, ar. in l. 2. ver. ſuſpectus. ff. ſolut. ma. cuius
arg. hoc determinat ibi Bart. & Bal. ſequitur Innoc. &
Ponta. ibidem fortius dicit Paul. de Caſt. in prællegā
to conſi. ꝙ non ſufficit dicere, habeo talem debitorem
ſuſpectum: ſed debet dicere, propter quod ſeu propter
quā cauſam habet ſuſpectum. vt ff. de procurat. l. item
ſuſpectus. In tex. & gloſſ. & l. cum hi. & in l. cauſa. ff. de
tranſla. & l. j. C. de prædiis curi. li. 10. ibi, cauſis quibus
tranſgrediatur. & hoc dicit voluiſſe Bal. dicere in leg.
apertiſſimi. C. de iudi. circa fin. l. † vnde dicta ſuſpicio
non debet eſſe leuis aut modica, ſed probabilis, & quę
animum boni viri moueat ad ſuſpicādum de fuga. ar.
not. leg. plebiſcito. in fi. ff. de offi. præ. & l. j. in fin. ff. de
ven. inſpi. & tex. no. in d. l. ſi ab arbitro. §. j. ibi, inſignis
calamitas. arg. no. in c. fi. de crimi. fal & in c. & ſi quæ-
ſtionis. de Simo. & tex. no. iuncta gloſſ. interlineari. in
l. 3. §. quid deinde. ibi, modica data occaſiōe. ff. de fidei
com. lib. & eorū quæ dixi ſupr. in 3. mēbro in q. princi-
pali. & hoc etiā voluit Pōta. in d. l. 2. ff. ſo. ma. & hoc eſt
quod dicit Barto. in d. §. ſi debitorem, quod ſi creditor
iuſte timet, quia vidit indicia fugæ, & iudex compe-
riit timorem iuſtum, iudex poteſt dare familiā: ſecus,
ſi non eſſet iuſtus timor. l. hæc autem. in princi. ff. ſi cui
pluſquam per. l. Fal. & d. l. 2. in prin. ff. ſol. ma. & pro cer
to iſtud voluit dicere Iuriſconſultus in d. l. ſi fideiuſ-
ſor. §. fi. ff. qui ſatiſdat. cogant. ibi, ſi hoc iudici ſederit,
vt dixi etiam ſupra in quæſt. j. principali. †Hæc autem
cauſa ſuſpicionis poteſt eſſe duplex: vel quia debitor
non poſſidet immobilia, vel nec ad ſufficientiam, vt
dixi ſupra in j. quæſtion. princip. quo caſu etſi non eſ-
ſet præſens fuga, appareat tamen hoc ſolum, quod nō
poſſideat immobilia reddituum, vt ſupra. hoc tamen
intelligit Paul. de Caſtro. in d. conſilio. procedere, vt
reddatur ſuſpectus quantum ad hoc, vt iudex ad par-
tis inſtantiam, facta ſibi fide, ad hoc ſcilicet quod non
poſſideat immobilia, poſſit, ſi velit, capi facere debi-
torem, & detineri quouſque caueat de ſtando in iu-
dicium: nō autem, vt cogatur facere capi, ſi nolit, qua-
ſi iſtud ſit remiſſum in arbitrio iudicis. & hoc dicit

probari in d.l.ſi fideiuſſor.§.fi.ibi,ſi hoc iudici ſederit.
vt no.in l.quicquid.ff.de iudi.& habetur in l.j.C.quo-
modo & quando iu.Alia cauſa ſuſpicionis eſſe poteſt,
quia allegantur ſigna vel indicia inſtãtis fugæ:de qua
cauſa ſimpliciter dixi in j.q.prin.ſupra eo.& tũc dicit
præfat⁹ doct.in d.cõſi.ꝙ iudex tenetur facere capi de-
bitorem ſuſpectum,& concedere familiam:alias tene
retur in ſyndicatu: & hoc eſt quod voluit Dynus &
Bar.in d.§.ſi debitorem.facit quod no.Bart.in ſimil.in
l.conſentaneum.C.quomodo & quãdo iud. ¶ Venio
ad ſecundam partem huius ſextæ quęſtionis principa
lis,qualiter iudici conſtare debeat de allegatis & aſ-
ſertis per creditorem: & primo videbimus, qualiter
conſtare debeat de debito: ſecundo qualiter de fuga
vel probabilius ſuſpicione: tertio, qualiter de nouo
9 ſuperuenerit ſuſpicio vel notitia ſuſpicionis.† Circa
primum,qualiter de debito conſtare debeat:ſolẽt vt-
plurimum iudices recurrere ad doctrinam Angeli in
dicta l.nemo carcerem.vbi dixit,ꝙ in debito requiri-
tur probatio talis,quæ ſi facta eſſet præſente parte, eſ-
ſet probatio plena & ſufficiens ad condemnationem.
ſed dici põt ſemiplena hoc reſpectu,quia abſente par-
te fit.allegat not.in authenti.de exhiben.reis.§.ſi vero
quidam.verſi.declarari.& glo.in authenti.ei qui.C.de
bon.authen.iud.& Specu.in titu.de contu.§.ſequitur.
verſ.ſed nunquid.& Cyn.in l.pen.C.vbi in rem actio.
nec dicit plus circa iſtum paſſum.& hoc ſequitur do.
Marian.vbi ſupra,ver.quinto requiritur.idem Ang.in
l.ſi ab arbitro.ff.qui.ex cau.ff.qui ſatiſda. cogan.dicit,
ſit cautus aduocatus actoris in faciendo fidem de de-
bito per teſtes vel inſtrumenta.Paulus de Caſtro in di
cto conſi.quod incipit,Pro pleniori.dicit, quòd ſuffi-
cit fidem facere per iuramentum:quia cum dicta pro-
batio nullum afferat quaſi præiudicium, capto ſuper
debito principali;quod patet,quia præſtita ſatiſdatio
ne de ſtando iuri,relaxatur:& actor niſi ordinarie pro
bet dictum debitum propter quod agit,nullum dam-
num patietur:igitur dicit ſufficere iuramentum ſicut
ex miſsione quæ fit ex primo decreto, vt notatur in l.
cum prophanas.& authen.ibi poſita,& in corpore vn
de ſumitur.C.de bon.autho.iudi.poſſ.& per Bartol.in
extrauaganti,ad reprimendum.ſuper verbo, ſumma-
rie.& in l.theſaurus.ad exhibendũ.& hoc dicit tenere
Modern.in dicta l.nemo carcerem. & patet per ratio-
nem:quia ſi exigerentur probationes per teſtes vel in-
ſtrumenta propter periculum fugæ,non plene proui-
deretur.quod non eſt dicendum,cum tempus non pa
tiatur plenius deliberandi conſilium.l.j.in principio.
10 ff.de exerci.†præterea dicit,non poteſt plus adiici ad
fidem iudicis per productionem vnius teſtis, quã per
iuramentum actoris: cum plura poſsint opponi con-
tra teſtes,quàm contra iuramentum: quod non niſi ex
magna cauſa retractatur,vt in l.videamus.ante finem,
ff.de in litem iuran.& l.admonendi.ff.de iureiuran.&
hoc ideo dixit:quia,vt dixerat in eodem conſilio ali-
qui dicebant,ad minus conſtare debere per vnum te-
ſtem,cum requiratur ſemiplena probatio, vt in capit.
fin.de ſucceſſ.ab inteſta.quam ſemiplenam facit iura-
mentum.& ſubdit præfatus doct. quod ita ſeruat to-
tus mundus, ſcilicet quòd ſufficiat de debito fidem
feciſſe per iuramentum. Miror de hoc, quod dicit in
11 practica obſeruari per totum mundum: †nam in par
tibus iſtis practicatur oppoſitum, ſcilicet quòd de de-
bito fiat fides per inſtrumẽtum vel teſtes. & ſic plene,
vt tenuit Angelus,vbi ſupra,& idem Angelus in dicta
l.ſi creditores.per textũ.idem ſequitur Imol. referen-
do Angel.in d.l.2.in prin c.ſoluto matrimo.& ita plu-
ries conſultum vidi per excellentes viros, qui ſecuti
ſunt Angel.aliter veritate huius articuli in puncto iu
ris non inquiſita.Quare cum hic magna diuerſitas ſit
inter Paul.de Caſtro.vt ſupra,conſulentem & præciſe
affirmantem,& alios doctor.ſupra relatos, aduerten-
dum eſt:nam ad primum decretum peruenitur, con-
ſtito de debito per ſolum iuramentum actoris: vt ex-
preſſe tenet Barto in l.ſi finita.§.Iulianus. de damno
infecto.& l.2.C.vbi in rem action.& in l.cum propo-
nas.C.de bonis authorita.iudic.poſsi.& per gloſſ.ibi.
& in extrauaganti,ad reprimendum.ſuper verbo,ſum
marie.Et gloſſ.tenet in authentic.de exhibend.reis.§.
ſi autem.ſuper verbo,declarato.& in l.ſi is à quo.ff.vt
in poſſeſsion.lega.& communiter tenetur, quæ proce
dere videntur à pari,vt ſupra dicebat Paul.igitur ſuf-
ficiat fides facta per iuramentum.Ang. ideo forte re-
quiſiuit,quòd de debito conſtaret per teſtes vel inſtru
menta:quia idem ſentit in primo decreto, vt in dicto
12 §.ſi vero.†tamẽ illa probatio,quæ fieret per teſtes vel
inſtrumenta, abſente parte,diceretur ſummaria: quæ
facta præſente parte,diceretur plenaria,vt egregie di
xit Bartolus ſuper dicto verſ.ſummarie.in dict.extra-
uaganti. verum quia communis opinio eſt, quod ad
primum decretum perueniatur, conſtito de debi-
to per ſolum iuramentum, forte in puncto iuris non
eſſet reiicienda opinio Pauli,vbi ſupra,volentis ſuffi-
cere fidem factam ſolo iuramento in caſu noſtro con
tra fugitiuum vel ſuſpectum de fuga. & hoc verũ cre-
derem, vt eſſet probabilis ſuſpicio inſtantis fugæ, vt
ratione periculi tolleretur dicta probatione, ſi expe-
ctemus teſtes vel inſtrumenta,interim euaneſcat pro-
uiſio fienda creditori per fugã debitoris, cum & hoc
caſu, ſi quidem timeretur periculum, liceret eum ca-
pere propria authoritate,vt dixi ſupra,quæſt. 4. Si ve-
ro petatur debitor capi non ratione fugæ inſtantis
collectæ ex indiciis, ſed ſolum ex eo, quia non poſſi-
det immobilia: tunc quia non imminet illa celeritas,
& tamen agitur de non paruo præiudicio,ſcilicet per
ſonalis detentionis, vt caueat, videretur procedere
opin.Ang.& aliorum de quibus ſupra,arg.eorum quę
dixi ſupra,quæſt.4.& infra dicam.quæſtio.8. & eorum
quæ doct.dicũt in d.l.2.C.vbi in rem actio.Dicit enim
Bal.in conſil.quod incipit, quæritur vtrum captura.ꝙ
conſtito de debito,oporteret conſtare per inſtrumen-
tum vigore ſtatuti ita diſponentis: ſi tamen creditor
ageret. vt hæres alicuius, & de debito authoris do-
cuiſſet ſummatim.argumẽ.dictæ l.theſaurus. dum ta-
men ſi poſtea negetur,probetur.allegat no. in l.tertia.
§.pe.ff.de libe.& poſthum.leg.finali.§.ſi quis.de legat.
j.nam hoc quod ſit hæres,non eſt principalis cauſa ſu-
per qua conficitur inſtrumentum, ſed magis eſt effe-
ctus illius cauſæ. quod nota. Hic inſurgit ſcrupulus
non paruus:nam Bal.in l.apertiſſimi,Cod.de iudic.di-
13 cit, † quod captura debeat committi pro debito li-
quido,non pro incerto.liquidatum autem eſſe non po
teſt,niſi parte citata:igitur videtur confundi hæc ma-
teria.& loqui videtur Bal.de captura, quæ fit ex cau-
ſa ſuſpicionis.ſed aduerte quod inepte locutus eſt, vt
dicit Paulus in dicto conſil. nam captura quæ fit, vt
ſatiſdet captus de ſtando iuri, ſemper fit pro debito
incerto, id eſt, non liquidato: alias non poſſet capi
quis vt ſuſpectus, niſi produceretur ſententia diffini-
tiua coram iudice,vel inſtrumentum habens vim ſen-
tentiæ paratam, puta guarentigiatum, quod eſſet ri-
diculum. Igitur doctrina Bald. poteſt procedere in
captura, quæ fit vt debitor ſoluat, id eſt, ad executio-
nem: non autem de cautione, de qua nos loquimur.
& hanc differentiam inter capturam quæ fit pro exe-
cutione vt quis ſoluat, & illam quæ fit propter ſuſpi-
cionem vt quis caueat.facit Bart. in l.ſi pecuniæ.§.fin.
ff.vt in poſſ.leg.per illum tex.ad hoc mirabilem. idem
dicit Bar.in l.ſi finita.§.ſi Iulianus.in 6.col.ff.de damn.
infect.& in l.conſentaneus.C. quomodo & quãdo iu.
in 6.col.per tex.in d.leg.ſi pecuniæ.quem valde ſingu-
larem dicit:dixi poſt do.meum in leg. nec impuberes.
§.qui in ius.ff.de in ius voc.vbi tex.no. bene facit etiã
quod nota.dixit Bald.leg.ſi quis curialis.C.de epiſ. &



14 cleri.† Vbi voluit,ꝙ licet iudex non debeat aliquem
capere,niſi prius moneat eum quando per executionẽ
capitur.Secus dicit eſſe in captura,quæ fit pro inſtru-
ctione vel cautione,quia ab illo poteſt incipi.quæ oĩa
perpetuo not.Poſſet etiam procedere doctrina Baldi
in d.l.apertiſsimi.ſ.vt pro debito incerto non ſit com-
mittenda captura contra ſuſpectum de fuga, quando
creditor non exprimeret quantitatem,in qua ille eſſet
debitor: ſed diceret eum ſuum debitorem, puta pro
damnis & intereſſe. nam tunc quia poteſt eſſe quòd
ſumma debiti erit parua, iudex nõ debet committere
capturam in diſcuſſo:quoniam pro paruo debito quis
non poteſt capi vt ſuſpectus, vt dixi ſupra in ſecunda
quæſtione tertiæ quæſtionis principalis.Et ideo repe-
rio conſuluiſſe dominum Marian.Socin.domi. Ludo.
de Interanite.do.Philip.de Piſto.pro quo vltra eos fa
cit quod no.dixit Bart.in l.ſi Pedius.§.diuus.ff. de in-
cen.rui.nau.& in l.aut facta.§.quantitas.ff.de pœnis.
15 quod diligenter nota. †ſtat ergo concluſio de debito-
re aſſerto de fuga ſuſpecto,ſi periculũ ſit in mora,ſuf-
ficere quòd ſit iudici fides facta ante capturam per ſo
lum iuramentum creditoris.præſertim ſi allgaret non
habere in promptu inſtrumentum vel teſtes argumẽ.
eorũ quæ ſupra dixi,& quæ dixit Ang.in d.l.nemo car
cerem.in verſic.credo breuiter.licet cautus ſit,facere
fidem per inſtrumentum vel per duos teſtes, vt dice-
bat Angelus & præfatus doctor,aut ſaltem per vnum,
& iuramentum creditoris,argumen. nota.in l.admo-
nendi.ff.de iureiuran.Sed vbi periculum non eſſet in
mora,puta quia ideo peteretur capi, quia immobilia
non poſsideret:tunc iudex non ſit contentus ſolo iu-
ramẽto,ſed faciat ſibi fieri fidem de debito per teſtes
vel inſtrumentum vel æquipollens.Hæc diſtinctio mi
hi videtur iuridica,licet Angelus in locis præallega-
tis & Imol.ſimpliciter dicat,vt ſi fiat captura ſuſpecti
de fuga,de debito per teſtes vel inſtrumentum debe-
re liquere.Sed pone quòd ſtatutum dicit,quòd captu-
ra alicuius tanquam ſuſpecti de fuga,poſsit committi
ad inſtantiam creditoris:vtrum tũc debeat in primis
cõſtare,quòd ſit creditor,an vero ſufficiat ſummatim,
vt dixit Paulus de Caſtro in dicto conſilio ſufficere
ſummatim quantum ad capturæ conceſsionẽ.Tu dic,
16 de credito conſtare debere,vt paulò ante dixi. † Quo
ad ſecundum,qualiter iudici fienda ſit fides de ſuſpi-
cione & cauſis ſuſpicionis allegatis, reperio ſimiliter
doctores vario modo loquentes. nam Baldus in dicta
l.apertiſsimi.C.de iudiciis. dicit, ſi ego volo aliquem
facere capi tãquam debitorem ſuſpectum, non credo
quòd ſufficiat iuramentum, ſed debet allegari cauſa,
quia forenſis vel vagabundus, & non poſsidens im-
mobilia.probatis autem ſummatim iſtis cauſis, tunc
ſufficit iuramentum ſuſpicionis,alias non:vt dicit l.ſi
creditores.& ideo iudex debet eſſe cautus in interro-
gando de qualitate cauſę ſeu cauſarum ſuſpicionis:&
ſi ſint cauſæ veriſimiles,tunc poteſt procedere ad ca-
pturam.hæc ſunt verba Bald.qui imperfecte & inepte
loquutus eſt,ſecundum Paulum in dicto conſi.qui di-
cit,quòd mens Baldi debuit iſta eſſe, videlicet quòd
non ſufficeret ſolum iuramentum, quod habet talem
ſuſpectum de fuga,non allegata aliqua cauſa, propter
quam ipſum ſuſpectum habeat:ſed debeat eum allega
re,& ipſam fidem facere intelligit præfatus doctor.l.
etiam per iuramentum. & ſic in effectu per iuramen-
tum debet docere de cauſis ſuſpicionum allegatis:de-
inde iurare quòd ipſum ſuſpectum habet:ita vult prę-
fatus doct.in d.cõſi.& Ang.etiam in repe.l.nemo car-
17 cerem.dicit ſe credere,†quòd vt fieri poſsit captura,
ſufficiat à principio fidem feciſſe de ſuſpiciõe & cau-
ſis ſuſpicionum per iuramentum creditoris:ſed captu
ra facta,oportet quòd iuſtificet per apertiſsimas pro-
bationes.hoc probat: nam vbicunque periculum eſt
in mora, ibi ad probationem ſuſpicionis ſufficit iu-
ramentum,vt not.glo.& Innoc.in c.quoniam frequen
ter.vt lit.non conteſtat.& per Azo.in ſumma.C.vbi in
rem actio.ſed periculum eſt in mora,igitur.& pro hoc
dicit eſſe caſum in l.eorum.ff.de damn.infecto.ibi,ti-
menti.iuncta l.qui bona.§.ſi quis ſtipulatus.ff.eod.tit.
vbi autem nõ eſſet periculum fugæ,tunc de ſuſpicio-
ne deberet probare.ita nota.in c.ſuſpicionis.de offic.
delega.& hoc,ſ,quòd ſufficiat per iuramentum ab ini
tio fidem feciſſe,tenet Imo.& Pon.in d.l.2.in princip.
ff.ſolu.matri.Bal.etiam in d.l.conſentaneum. voluit ꝙ
ſufficiat de iſta ſuſpicione fidẽ feciſſe per indicia.arg.
l.non omnis.§.à barbaris.ff.de re milita. communiter
18 practicatur.†quòd ſuſpicionem & cauſas ſuſpicionũ
ſufficiat probare per iuramentũ,quantum eſt ad con-
ceſsionem capturæ,vt dicunt præfati doct.Sed ſi quis
ideo ſolum peteret debitorem capi, quia forenſis eſt,
& non poſsidens immobilia,alia tamen indicia fugæ
non eſſent,aut in mora periculum: arbitror quòd tũc
debeat conſtare, ipſum eſſe forenſem & immobilia
non poſsidere,per duos teſtes,vel per alias probatio-
nes,i.taliter ꝙ ſufficeret,ſi parte citata fieret,vt ſupra
fuit dictum de debito.& hoc ſentit forte Bal.in dicta
l.apertiſsimi.& ſatis videtur de mente Ang.in d.l. ne-
mo carcerem.ver.credo breuiter.dum vult igitur ſuf-
ficere iuramentum,quia periculum erit in mora:quaſi
ſentiat quod vbi periculum non eſſet in mora, debe-
ret plene probari cauſa ſuſpiciõis. & bene facit quod
idem Ang.dixit in d.l.ſi creditores.& quod ſupra dixi
19 in j.quęſt.princ.& in 4.& dicetur in ſeq.†Quo ad ter-
tium,ſ.qualiter debeat fieri fides,quod cauſæ ſuſpicio
num emerſere poſt contractum debitum, puta quod
debitori inſignis calamitas aut magna inopia ſuper-
uenit,Angel. in d.l.ſi creditores. vult, quod hoc pro-
babitur per teſtes vel alias, ita quod iudicio conſtet
ita eſſe per illum tex.idem Angel. in d. l. ſi ab arbitro.
§.j.idem ſentit dum dicit, quod ſi per hoc duos teſtes
inducat,quia cauſa cognita,ſaltem ſummarie conſta-
re debet.& ita reperio conſuluiſſe do.Ludo.de Intera
nite,dum allegat Angel. in d.l.ſi creditores. & Bald.in
d.l.apertiſſimi. & dicunt eſſe de mente Bartol. in l. ait
prætor.§.ſi debitorem.ff. quæ in frau.credit. ſed idem
Angel.in d. leg. nemo carcerem.vult,quòd ad conce-
dendam capturam ſufficiat de hoc fidem feciſſe per
iuramentum.& hoc ſequitur Imol.in d.l.2.ſolu.matr.
& Paul.in d.conſil.& do.Marian. in d. ſuo commento,
20 vbi ſupra.Illud eſt certum,†quod ſuſpicionem de no
uo perueniſſe ad ſui notitiam,probatur ſolo iuramen
to,vt in cap.paſtoralis.de except.cum ſim.vulgaribus.
Vnum perpetuo tene menti, quia poſito quod de ſuſ-
picione vel cauſis ſuſpicionum ſufficiat ab initio fi-
dem feciſſe per iuramentum, vt ſupra dixit Ang. in d.
l.nemo carcerem.& Paul.& Imol. & Ponta. tamẽ poſt
capturam debet ſuſpicio plene probari & iuſtificari:
alias captura redderetur iniuſta, & tanquam facta
contra iuſtitiam, reuocanda eſſet. ita eleganter dicit
Angel.in d.l. nemo carcerem. refert & ſequitur Imol.
in d.leg.ſecund.ſolu.matri.in gloſſa.ſuper verb.ſuſpe-
ctum.& do.Marian.in loco præallegato verſic.j.Ex his
igitur dictis poteris multas impugnare capturas,pro-
ut aſſerit ſe feciſſe ſæpius. idem proculdubio dicen-
dum eſſet, quod captura debet poſtea iuſtificari reſ-
pectu debiti liquidandi, præſertim ſi ante capturam
non conſtitit de debito, niſi per iuramentum, ſecun-
dum opinionem Pauli. de Caſtro. & hoc expreſſe di-
cit in dict. conſilio, ſi poſtea plene non conſtat de de-
bito,reuocabitur captura tanquam ob repetitiõe facta
vt l.j.§.hæc verba.ff.ne vis fiat ei.& idem ſentit Bal. in
21 conſi.præallegato. † Item aduerte quod ſi in his, de
quibus ſupra dixi, ſufficere fidem factam per iura-
mentum, ſit cautus iurans, vt non iuret ex ſeipſo,ſed
iudice deferente:alias tale iuramentum nullam fidem
faceret,& nullius eſſet valoris.vt l.3.in princi.& §.fin.

ff.de iureiuran.& ibi per Bal.& l.videamus.§.deferre.
de in litem iurã.& in c.vltra tertiam.in verb.præſtitũ.
de teſtib.vbi hoc formaliter voluit Ioan.Andr.ad hoc
facit quod eleganter dicit Bald.in conſil.in quæſtione
prædicta conſiderandum occurrit.vbi voluit,quòd ad
hoc,vt iuramentum probet impedimentum ad conce
dendam ſecundam dilationem, oportet eſſe delatum
à iudice,alias autem parte ſine iudicis delatione iurã
te,aſsignatio dilationis ipſo iure eſt nulla. & ita for-
maliter in caſu noſtro quando iuramentum eſt contra
aſſertum fugitiuum,ſeu de fuga ſuſpectum,cõſultum
vidi per præfatum do.Ludo.de Inter.& eſt valde not.
Sed tunc quæro,ſi conſtat de debito,vt decet,& ſupra
eſt dictũ.Item de cauſis ſuſpicionum per iuramẽtum,
vt dictum eſt,aliquid vltra requiritur iuramentũ, ſu-
pra ipſa ſuſpicione fugæ:videtur requirere Bal.in d.l.
apertiſsimi.& Ang.in dicta l.ſi ab arbitro. cũ probata
cauſa ſuſpicionis,ſ.quòd immobilia non poſsideat,eo
ipſo ſit probata ſuſpicio,vt dixi ſupra in ..q.principal.
Reſpondet Paul.de Caſt.in d.cõſilio quod incipit,pro
22 pleniori examine,quod ex eo ſolo† ꝙ immobilia non
poſsidet,iudex nõ cogitur dare familiam ſeu capi fa-
cere,licet poſsit,ſi velit,vt in dict.l.ſi fideiuſſor.§.j.ibi,
ſi hoc iudici ſederit.quaſi hoc caſu ſit arbitrarium. &
ideo nõ cogitur, vt l.non quicquid.cum ſi.ff.de iudic.
& ſupra eſt dictum hac eadem q.princ.ſed ſi allegare-
tur inſtans fuga,& iure ſe ſuſpicari de proximo receſ-
ſu,tunc dicit præfatus doct. quòd iudex compellere-
tur.ad quod etiam vide dicta ſupra in 4.q.prin. & quæ
dicentur quæſt.8.Cum igitur ante capturam ſit fides
faciẽda de præmiſsis tribus, quæro vtrũ in hac cauſæ
cognitione vertatur,quòd debitor cõtra quem captu
ra procuratur,citetur ad videndum fieri fidem de de-
bito & cauſis ſuſpicionum, & quòd de nouo emerſe-
rint,an vero parte abſente,& non citata, fiat fides de
præmiſsis.oẽs docto.conuenerunt, quòd ad hoc pars
non ſit citanda,nec fuga inſtruatur.ita tenuit Iac.But.
Bal.& Scriben.in l.conſentaneum.C.quomodo & qñ.
in §.ſi debitorem.l.ait prætor.quæ in fraud.cred.idem
tenuit Bal.in l.j.C.de ſum.Trĩn.& in l.ſi quis curialis.
C.de epiſ.& cler.& in l.creditor qui non idoneum.ff.
ſi cert.pe.& Ang.in d.l.nemo carcerem.& domi.meus
not.in l.ſed ſi hac.§.prætor.ff.de in ius voc. quod not.
23 † ſed vtrum iſta examinatio quam facit iudex & com
miſsio capturæ debeat fieri ꝓ tribunali,Pau.de Caſt.
in d.conſil.quod incipit,pro pleniori. circa fin.ibi,ſe-
cundo ex prædictis ſequitur.dicit non eſſe neceſſe,iu-
dicem ſedere pro tribunali tẽpore quo prædicta exa-
minat,& licentiam capiendi concedit: cum modica
cauſę cognitio requiratur in prę miſsis.& ſic conclu-
dit,quòd fieri poterit in camera iudicis,vt l.noluit.ff.
de inter.actio.& l.2.§.dies.ff.quia ordo in bon.poſ.ſer.
bene facit quod no.Bar.in l.à procedente.C. de dilat.
vbi omnino vide.& in l.4.§.hoc autem iudicium. de
damno infect.& hoc perpetuo tene menti.Modo ſub-
24 damus practicam:nam actor,i.creditor†ſeu eius pro-
curator debet narrare,quòd talis eſt debitor ſuus in
tanta ſumma, & ꝙ tempore debiti conuenti debitor
de quo agitur,erat idoneus & ſoluendo,& ita reputa-
batur,& quo ad notitiam ſui de nouo prouenit, & ꝙ
eidem debitori inſignis calamitas aut magna ſuperue
nit inopia,& quòd ipſum habet ſuſpectũ de fuga, vel
quia ipſe non poſsidet immobilia, vel ex aliis cauſis
ſecũdum ſubiectam materiam,quare petiit, & imme-
diate offerat ſe paratam facere fidem de prædictis, &
faciat vt prædixi vel per inſtrumentum, vel per teſtes
vel iuramentũ,ſecundum diuerſitatem caſuum ſupra
poſitorum,& nihilominus iuret delato ſibi à iudice iu
reiurando,quòd habet illum ſuſpectum de fuga, qui-
bus factis,ſecuro iudex concedit ei licentiã capiendi
& detinendi.ita dicit Ange.in d.l.ſi ab arbitro.§.j. qui
ſatiſd.cog.& dicit ſe infinities practicaſſe.vbi vide la-
25 tius.† Reus vero diligenter aduertat,ſi deeſt aliquod
de iſtis requiſitis prædictis:& videat,ſi noĩatim actor
narrauit cauſas ſuſpicionis emerſiſſe poſt debitũ con
tractum,aut de noua,i. poſt debitum contractum ad
ſui notitiam proueniſſe,& ſi illas probauit,vt prędixi.
in quo ſæpiſsime erratur propter quod omiſſum dicit
Ange.in d.l.ſi ab arbitro.§.j.ſe feciſſe relaxari multos
captos tanquam ſuſpectos ex commiſsione imperito-
rum aſſeſſorum,ſequentiũ imperitos aduocatos. Ca-
ueas igitur ne ſis de illis. & vide eundem in l.ſi ſuſpe-
ctus.de procura.ff.& Imo.& Ponta.in d.l.2.in princip.
ſolu.mat Sed pone quòd creditor in ſua petitione ſeu
narratione omiſit allegare,qualiter cauſa ſuſpicionis
ſuperuenit poſt contractam obligationem,vel ſaltem
prouenit ad eius notitiam de nouo, & ſimpliciter de
hac ante capturam nulla fuit facta fides,vtrum ad ſu-
ſtentationem capturæ ſufficiat,ꝙ poſtea hoc narret &
probet,an vero captura ſit omnino nulla,tanquã deſit
vnum ex tribus ſubſtantialibus.Paul.de Caſt. in quo-
dam conſil.in cauſa dominæ Philippæ vxoris Antonij
de Senis,in finalibus verbis dixit,quòd licet iſtud nõ
fuerit expreſſum in petitione, & conſequenter nec e-
tiam probatum,tamen captura non eſt nulla,dummo-
do illud poſsit poſt capturam incontinenti probare.
licet enim iudex potuiſſet forte repellere partem hoc
non exprimentem, tamen ſi non repellit, proceſſit pe-
titio arg.l.fi.C.de an.excep. & hoc venit poſtea execu
tiendum in iuſtificatione capturæ: nam dicta expreſ-
ſio nõ requirebatur, niſi reſpectu iudicis: quia ex hoc
non lædebatur,ſed ſufficit ꝙ hoc incontinenti poſtea
26 probetur. † vnde concludit,quod licet in libello non
fuerit hoc expreſſum,ſ.dictã ſuſpicionem emerſiſſe,vt
ſupra,tamẽ ex quo iudex admiſit,& pars hoc eſt para-
ta probare incõtinenti,nõ reuocatur captura:quia nõ
intereſt capti, hoc fuiſſe in libello expreſſum,poſtquã
hoc probatur incontinenti. Item iudex poſtquam pe-
titionem admiſit,non debet eam nũc improbare. Iſta
ſunt formalia verba ſua in d.conſil. nec plus dicit cir-
ca hoc. Tu aduerte:nam iſtud videtur expreſſe contra
Ange.in d.l.ſi ab arbitro.§.j.vbi dicit, ꝙ propter iſtud
omiſſum fecit multos relaxari. Item contra eundem
in d.l.item ſuſpectus de procurat. & in d.l. nemo car-
cerem.videtur etiam contra Barto.in d.l.ait prætor.§.
ſi debitorem. licet formaliter non ponat hanc quæſt.
videtur etiam contra nota.per Imol.& Ponta.in d.l.2.
ff.ſolu.mat. Sed videamus in puncto iuris,quid ſit ve-
rius.& certe tex.in d.leg.ſi ab arbitro.§.j.videtur præ-
ſupponere, actorem non poſſe petere ſibi ita cito ſa-
tiſdari propter inopiã fideiuſſoris ſibi dati,niſi probet
inopiam ſuperueniſſe, cum iſtud ſit fundamentum ad
27 nouam fideiuſſionem habendam:†igitur idem in pro
poſito creditor qui præſumitur ſciuiſſe conditionem
eius cum quo contraxit, non poſſit ipſius conditionẽ
tunc improbare ratione ſuſpicionis, niſi alleget cau-
ſam quare improbat ſuperueniſſe, & ꝓbet: præſertim
cum ius præſumat ipſum potius temporis progreſſu
ditari,quam depauperari.l.ſi defunctus.C.arbit.tutel.
& in l.cura.§.deficientibus.ff.de mune.& hom.igitur
conſtito quod ſit pauper ſuſpectus, nõ præſumi debet
ideo,quod fuerit pauper ſuſpectus:igitur allegari de-
beat& probari,quod de nouo ſuperuenerit,prę ſertim
cum iſta cognitio fiat parte abſente & non citata:igi-
tur impleatur iudicis præſentia & legis prouidẽtia,vt
ea omnino allegentur & ſummatim probẽtur eo ab-
ſente:quæ ſi vera eſſent,concludent ad capturam. qua
cauſæ cognitione non facta, captura illa ſit nulla vel
28 reuocanda,prout in ſimili conſuluit Bart. †ꝙ ſecunda
dilatio ſine cauſæ cognitione conceſſa,eſt nulla.& di-
xit in l.fi.ff. de fer.de hoc in contrariũ facit. nam licet
contra fideiuſſorem nõ ſit aperta via in effectu, niſi ex
cuſſo principali,vt authen.pręſente.C.de fidei.tamen
pendente iudicio contra fideiuſſorem, ſufficit impli-
cando



cando docere,ꝙ principalis non erat ſoluendo,vt no.
in l.niſi duntaxat.ff.de pact.vbi dixit ſic in propoſito,
ſi opponatur de probatione cõditionis dicti pacti,fa-
cta per creditorem cum contraxit. ſufficiat implica-
ri,ꝙ immo ſuperuenit iſta calamitas.cogita:quia non
reperio iſtud alibi formaliter tactum.pro nũc non re-
cederem ab Ang.in d.l.ſi ab arbitro.in locis prælle-
gatis ad hoc no.tex.in l.plane.ff.vt leg.no. ca vbi alle-
29 gatur noua cauſa.¶ †Hic formatur pulchra quæſtio:
quid ſi debitum pro quo quis eſt captus,tanquã ſuſpe
ctus,reperitur pro parte verum,& pro parte nõ verũ.
vtrum tunc captura ſuſtentetur ſaltẽ pro debito vero,
an vero ratione partis falſæ,captura in totũ irritetur:
videtur pro nunc,ꝙ in toto irritetur:tamẽ quia actus
principalis eſt indiuiduus,l.in hoc iudicio.ff.fa.erciſ.
no.in l.j.C.de erro.cal.& in l.j.C.ſi aduer.rẽ iudi.¶ Itẽ
quia,vt in præcedentibus quæſtionibus diximus, iſta
captura habet in pluribꝰ inſtar primi decreti:ſed pri-
mum decretum & etiam ſecundum interpoſitum,pro
debito partim vero & partim falſo,eſt nullum ipſo iu
re in totum,vt conſuluit Bar.& etiam Bal.& tenet Bal.
in l.certi condictio.§.oportet igitur.ff.ſi cert.pe.& ha
betur in l.ſi non ſortem.per doct.in l.ſi cẽtũ.ff.de cõ-
di.inde.vbi hoc tenet Fulg.& do.meus late diſputat.
reperi tamen Bal.in quodam cõſi.quod incipit, quæri
tur vtrum captura,ꝙ ſi quis fecerit aliquẽ capi tãquã
ſuſpectũ partim ſuo nomine,& partim(vt habetur ſu-
pra) alieno,ꝙ ſi pro ea parte pro qua petiit, vt hæres
non iuſtificauit,& conſequenter non valet captura,
ſaltẽ valet pro alia parte.mouetur; quia quoties pluri
bus modis ſeu nominibus agitur,tũc poteſt pro parte
vnius valere,& pro alia nõ.ff.de iudi.l.non idcirco.ff.
de app.l.perluſorio:& l.Africa.§.hæres.eo.titu.cogita
ſuper prædictis, quæ à nemine reperio tacta. & vide
doct.maximẽ Imol.in l.ſi is ad quem.ff.de acqui.hær.

1 *Fugitiuus vbique repertus,capi poteſt.*
2 *Fugitiuus in alieno repertus territorio,an poſſit capi authoritate propria.*
3 *Fugitiuus authoritate propria capi poteſt,iudicis deficiente copia.*

VENIO ad ſeptimam quæſtionem principalem,
videlicet,vbi poſsit debitor fugitiuus aut de fuga ſu-
1 ſpectus capi.†Ad quod reſpondeo,quòd fugitiuus po
teſt capi vbicunque fuerit inuentus,quia in fugitiuo
verificatur illud dictum: Vbi te inuenero, ibi te iudi-
cabo.Et hoc eſt expeditum in iudice illius loci,in quo
fuerit inuentus,vt l.j.C.vbi quis decu.vel co. ſcilicet
in illo qui competens eſſet,ſi debitor ille eſſet de illo
loco,quòd ſi periculum eſſet in mora,liceret etiã alij
iudici dicti loci,licet alias eſſet incompetẽs,vt ſupra
late demonſtraui in quarta q.princip.bene facit quod
dixit Gul.de Cu.in l.extat.ff.quod met.cau.in quæſti.
2 2.† An autẽ poſsit propria authoritate capi fugitiuus
repertus in alieno territorio,in quo nec debitum con
traxit,nec alia de cauſa forũ ſortitur:eſt pulchra quę-
ſtio,& fuit iam de facto hic Senis,vt refert Ange.in d.
l.nemo carcerem.in vlt.char,quia cum quidam Peru-
ſinus nomine Andreas mutuaſſet certæ pecuniæ quã-
titatem vni,qui diligens & fidelis homo reputabatur,
tandem ille debitor aufugit:quẽ cõſequens Andreas,
inuenit in hac ciuitate Señ.& ipſum authoritate pro-
pria cepit tanquam fugitiuũ:tunc inſurgente clamo-
re,familia poteſtatis huius ciuitatis cepit vtrũq;, &
tandem dictus Andreas fuit inquiſitus,& condemna-
tus de interceptione liberi hominis.dicit Ang.vbi ſu-
3 pra,† ꝙ male fuit iudicatum,quia etiam capi poterat,
ſi copia iudicis deerat.vt d.l.j.& 2.C.vbi quis decu.vel
cohar.quod eſt perpetuo mẽti tenẽdũ.Et adde quæ di
xi ſupra,in 4.q.prin.vbi dixi,illud in eo fugitiuo locũ
habere,qui ſuſpectus de fuga inſtãti vel in procinctu
propter periculum, vt ibi vide late dicta. Poſſet hic
quæri,vtrum poſſet capi in domo, vel in eccleſia, vel
in hoſpitio,vel in apotheca,vel in caupona, vel in na-
ui,vel in curru.dic vt per doct.in l.plerique.ff.de in ius
voc.vbi dixi.

1 *Debitor fugitiuus quo tempore capi poſſit.*
2 *Suſpectus de fuga,nõ gaudet ferijs aut alijs legalibus beneficijs.*
3 *Feriæ inductæ in fauorem miſerorum, quando ſint præſidium doloſorum.*

OCTAVO principaliter quæro, quando & quo
1 tempore poſsit † capi debitor fugitiuus,id eſt,vtrum
tẽpore feriato vel aliter priuilegiato,puta vindemia-
rum vel mercati.& certe tẽpore feriato ob neceſsita-
tem hoĩm,eſt expeditũ ꝙ ſic: quia & eo tẽpore poteſt
fieri executio,vt in c.fi.de iudi.& ita tenet Bart.in §.ſi
debitorẽ.tempore vero feriato in honorẽ Dei vtrum
poſſet,ſolet allegari gl.ſingu.in l.dies feſtos.C.de fer.
ſuper verb.fideiuſſionis.quod ſic:quam Bart.& oẽs ibi
ſequuntur & tenet Bart.in d.§.ſi debitorẽ.ſ.ad finẽ,vt
ſatiſdatio præſtetur:nõ ad finẽ vt de debito cognoſca
tur,hoc eſt,indubitatũ in debitore fugiẽte:& ſimplici
ter in eo qui eſt ſuſpectꝰ de fuga,de quo ibi loquitĩ gl.
Bar.& ſcri.hoc limitat Paul.de Caſt.in d.cõſi.pro ple
niori. procedere in ſuſpecto de fuga inſtanti propter
indicia ſeu ſigna fugã indicantia.ad hoc dicit intelli-
gendã dictam gl.ſed quãdo non allegarentur ſigna in
ſtantis fugæ,ſed ſola carentia immobilium, dicit non
poſſe hoc fieri die feriato in honorẽ dei,quę perpetuo
tene mẽti,quia à nemine alio reperio animaduerſum.
& adde quę dixi ſupr.in 4.q.prin.& in 6.Dicit etiã Bal.
2 in cõſ.primo oportet,†ꝙ ſuſpectus de fuga,non gau-
deat feriis vel aliis beneficiis legalibus,arg.d.glo.quã
perpetuo tene menti Ratio eſt:nam ne fugam inſtrua
mus,expectare receſſum non debemus eius qui nõ eſt
reuerſurus.vt l.ſi legatarius.ff.de iud.nam propter pe-
riculum fugæ videtur ordinate fieri,ꝙ ſine ordine fit,
vt no.in l.extat.ff.ꝙ me.cau.& quia in extraordinariis
ordo eſt,ordinem nõ ſeruare,vt in ca.ad noſtrã.el 3.de
iureiur.bene facit ad prędicta,quod dicit Bar.ſingula
riter in tractatu repreſſaliarũ.in verſi.pro te.7.q.princ
ar..d.gl.& ꝙ dicit Bal.in l.ſi vt proponis.C.quomodo
3 & quando iu.vidi multoties dubitari,†ecce tẽpore fẽ
riarũ paſchaliũ & aliarum indictarum eſt forma ſta-
tuti,quibus omnis captura debitorũ eſt prohibita: in
quibus durãtibus etiã hi qui priꝰ aufugerũt,de cõſue-
tudine aut iſtis ſi approbarint:vtrum ſi aliquis qui nõ
dũ fugerit,ſed ſub clypeo illarũ feriarũ velit aufuge-
re,vel eſſet in actu fugæ,poſſit capi. & certe ſi dicamꝰ
ꝙ non,tũc feriæ inductæ in fauorẽ miſerorũ,erũt prę-
ſidium doloſorum & fraudare volentium: quod non
videtur de mente ſtatuti. ſuper quo tamen nihil præ-
ciſe dico,quia ſæpe ſub iudice lis eſt.

1 *Debitor fugitiuus ad quem finem capiatur.*
2 *Debitor ſuſpectus de quo ſatiſdare debeat.*
3 *Debitor captus & ſuſpectus relaxatur,ſi ſatiſdationem de ſtando iuri præſtiterit.*
4 *Debitor ob fugæ ſuſpicionem captus,relaxari debet, dato fideiuſſore de iudicio ſiſti.*
5 *Debitor poſſidens immobilia non æquiualentia debito,an teneatur ſatiſdare de iudicio ſiſti.*
6 *Suſpecti de fuga,quare potiſſime capi ſoleant.*
7 *Debitor immobilia poſſidens debito æquiualentia,ſi contumax ſit ſatiſdare,tenetur de iudicio ſiſti.*

1 NONO principaliter quæro,quare † & ad quem
finem capiatur debitor fugitiuus, aut certe de fuga
ſuſpectus.omnes dicunt, quod ideo capiatur vt ſatiſ-
det: & quod præſtita ſatiſdatione debet relaxari, vt l.
ſenatuſconſ.§.ſi præſidis.ff.de offic. præd.& l. nec pu-
beres. §. qui in ius.ff. de in ius voc. & l.ſi fideiuſſorib.

§.fi.ff.qui ſatiſd.cog.& d.l.ſi creditores.ff.de priuileg.
cred.& l.ſi pecuniæ.ff.vt in poſ.leg.ſtatim enim quod
ſatiſdatum eſt cauſæ,ob quam eſt facta captura,reuo-
catur captura,vnde ſi captus eſt,vt caueatur aut ſatiſ-
det,dato fideiuſſore,relaxatur: ſi autem captus eſt vt
ſoluat,non relaxatur niſi ſoluat.ita probat tex.in d.§.
qui in ius.& in dicta l.ſi pecuniæ.vbi Bart. ponit hanc
regulam.& in l.ſi finita.§.Iulianus.ff.de dam.infect.&
in l.eum qui. ff.de priuil.credi.& in l.cōſentaneum.C.
quomodo & qñ iud.& quicquid breuiter ſi re integra
factū eſſet,impediret miſsioné in poſſ.aut tenutā, aut
ſequeſtrum,aut capturam perſonæ, illud factum poſt
miſsionem,aut ſequeſtrum,aut capturam, facit tenu-
tam reuocari,& ſequeſtrum & capturam ſeu captū re
laxari.Caſus eſt in d.l.ſi pecuniæ:per quā in locis præ-
allegatis tenet hanc regulam Bar.& omnes ſequūtur.
pro qua vide tex.apertum in c.ex parte.de verb.ſigni.
2 Sed vna dubitatio magna ſupereſt,†de quo debeat ſa
tiſdare:vtrum de iudicio ſiſti tantum,an vero de iudi.
ſiſti & iudic.ſol.Bart.in l.ait prætor. §.ſi debitorem.ff.
quæ in frau.credi.videtur dicere,quòd debeat cauere
de ſtando iuri.allegat gloſſ.in l.dies feſtos.C.de feriis.
vbi gloſſ.relata ad text.ſuper ver.fideiuſsionis.loqui-
tur de fideiuſsione de iudi.ſiſti.& ideo dicit Bar.ſupra
d.glo.not.quòd quando aliquis eſt ſuſpectus ne aufu-
giat,poteſt capi die feriata in honorem Dei, vt det fi-
deiuſſorem de ſtādo iuri.glo.etiam in d.l.ſenatuſcon.
§.fin.& in d.l.fideiuſſor.§.fin.ſentit de fideiuſsione de
iudicio ſiſti.Ange.in repe.in d.l.nemo carcerem.C.de
3 exact.trib.lib.10.dicit,†quòd præſtita ſatiſdatione de
ſtando iuri,relaxatur captus & ſuſpectus.idem ſentit
Paul.de Caſt.in d.conſil.pro pleniori.dom.meus in d.
§.qui in ius.& in l.dies feſtos. ſentit ſimiliter de cau-
tione de iudicio ſiſti. Iſtæ doctrinæ videntur fundatæ
in vna ratiōe:nam poſſeſſor immobilium,releuat à ſa-
tiſdatione de iudic.ſiſti.vt l.ſciendum.in princi.ff.qui
ſatiſda.cog.& qui poſsidet immobilia,ſecūdum quod
dixi ſupra in j.quæſtion.principa.non incidit in hanc
ſuſpicionem,vt de eius fuga timeatur,vt d.l.ſciēdum.
ergo de primo ad vltimum videtur inferri, quòd hæc
fideiuſsio in caſu ſuſpicionis cū ſubrogetur loco poſ-
ſeſsionis immobilium,quæ æquipollet ſatiſdationi de
iudicio ſiſti,præſtari debeat de iudicio ſiſti tantum,vt
videtur eſſe de mente præfat.doctor.licet nullus prin
cipaliter quæſtion.moueat:tamen practica eſt optima
rerum magiſtra,vt in Clemen.paſtoralis.de re iudica.
& vſus qui eſt rerum magiſter egregius,vt inquit Cę-
ſar in ſuis commentariis,ſeruari videtur, quòd detur
fideiuſſor de iudi.ſiſti.& iudi.ſol Item Paul.de Caſtr.
4 in d.§.qui in ius.dicit not.† quòd captus vt ſuſpectus
de fuga,relaxari debet dato fideiuſſore de iudic. ſiſti.
ſupple,& de iudic.ſoluēdo.nec dicit plus, nec aliquid
allegat.quid ergo dicendū in tāto inuoluto?dominus
meus in dict.l.ſciendum.dicit,quòd etiam,licet poſsi
dens immobilia non æquiualentia debito,non tenea-
tur ſatiſdare de iudic.ſiſti:ſed tamen contingat ipſum
eſſe ſuſpectum de fuga,propter inopiam aut calami-
tatem quæ ſuperuenit,& propterea captum,& ſic non
ſolum ad finem,vt ſiſtat in iudicio:ſed etiam vt poſtea
debitum ſoluat,cum ſuſpicio ſit,quòd non ſatisfaciat
& fugiat:certe tunc licet poſsideat immobilia,tamen
non æquiualentia,debebit cauere de ſiſtendo in iudi-
cio,& quòd ſatisfaciet debito:& hoc propter deterio
ratam conditionem poſt debitum: quæ ſi à principio
fuiſſet,eadem conditio non deberet vrgeri ſatiſdare
de ſatisfaciendo. ita dicit ſibi videri concordandam
eſſe theoricam doctorum in dicta l.ſciendum. volen-
tium quòd etiam poſsidens immobilia non æquiua-
5 lentia,releuetur à ſatiſdatione de iudicio ſiſti.† Cùm
practica quæ ſic habet,quòd etiam poſsidens immobi
lia non æquiualentia,propter ſuſpicionem fugæ præ-
dictam teneatur ſatiſdare etiam de ſatisfaciendo. Et
quod infert,quòd licet ſuo nomine conuentus nō te-
neatur ſatiſdare de iudi.ſol.vt l.j.C.de ſatiſda.& inſti.
de ſatiſd.§.ſed hodie.licet immobilia non poſsideat,
ſed tantum ſatiſdare de iudicio ſiſti:tamen propter ſu
peruenientem ſuſpicionem teneatur ſatiſdare de iudi
cato ſol.quod dicit menti tenendum, vt aliter præfa-
tus doct.domi.meus do.Io.Petrucij de Peruſio, quòd
licet ſuo nomine conuentus,nō teneatur ſatiſdare de
iudi.ſiſti quando poſsidet immobilia,licet non æqui-
ualentia, vt dictū fuit ſupra in j.q.princ.tamen quan-
do ſuſpicio emerſit,teneatur ſatiſdare de iudic. ſiſti:
addit & de iudic.ſol.Et hæc dicit notabiliſsima & ne-
ceſſaria eſſe,quæ ſibi videntur vera,licet non inuene-
rit conteſtēm ſibi in hoc.Super hoc aduertendum eſt,
6 in primis.†nam ideo maxime capi videntur iſti de fu-
ga ſuſpecti,vt creditor ſe tutum reddat per dationem
fideiuſſoris,quòd debitum ſibi ſoluetur per fideiuſſo-
rem,in defectum principalis de quo confidit:quia ni-
hil immobile æquiualens poſsidet,& quia ſigna fugæ
vidit,& reo aufugiente non eſſet ſibi creditori conſul
tum.vnde licet ſatiſdetur de iudi.ſiſti,non videtur ſa-
tisfactum huic cauſæ,propter quam principaliter ca-
pitur,ſcilicet,vt tādem habeat quē excutiat, & ex quo
ſibi ſoluatur:igitur non relaxetur, niſi caueat de iudi.
ſol.ar.d.§.qui in ius.& d.l.ſi pecuniæ. & eorum quæ in
principio huius quæſt.dixi.Et optime facit text. in d.
7 c.ex parte.de verbor.ſignif.bene etiam facit:† nam ſi-
ue poſſidens immobilia æquiualentia,tamē ſi eſt con-
tumax,tenetur ſatiſdare de iudicio ſiſti, vt ſupra dixi
in prima quæſt.princ. quaſi indicauerit per contuma-
ciam primum ſe non compariturum, poſtea eo modo
ſigna fugæ oſtendens, licet non teneatur regulariter
ſuo nomine conuentus ſatiſdare de iudic.ſol.vt ſupra
dixi:tamē tenetur propter ſuſpicionem fugæ, per quā
videtur ſeipſum poſuiſſe in hac neceſſitate ſatiſdandi,
arg.l.in omnibus.ff.de iudi. iunctis his quæ notantur
in d.l.ſi debitori.d.eo.tit. Optime etiam facit pro hac
parte text.in d.l.ſi creditores.ff.de priuile.cred.ibi,ſa-
tiſdationem exigere poſſunt pro ſuo debito redden-
do. Cogita ſuper prædictis quæ à nemine reperio di
lucidata.& doct.vt ſupra dixi, videntur ſentire ipſum
teneri tātum ſatiſdare de iud.ſiſti.Practica vero,quod
etiam de iudi. ſol. quod nimis eſt attento fine propter
quem capiuntur.arg.l.minime.ff.de leg.& vide omni-
no ad materiam quæ dixi,poſt Rapha.in l.Iul.ff. qui ſa
tiſ.cog.contra Ang.

1 *Debitorem alienum occultans,an & quando ſe obli gationis & periculi conſortem faciat.*
2 *Impediens aliquem capi vel captum duci,aut de manibus familiæ poteſtatis vi eum eximens,ad quid teneatur,remiſſiue.*
3 *Statutū puniens receptantem fugitiuum, in quibus locum ſibi vendicare poſſit.*
4 *Animus occultandi quando præſumatur.*
5 *Fuga nō eſt ſimpliciter maleficium,ſed latitatio ipſa ſuſpicionem cauſans.*
6 *Conſiliū dediſſe homicidio faciendo quando quis præſumatur.*

DECIMO principaliter quæro,ad quid teneatur
impediens capi debitorem fugitiuum, aut occultans
eum,qui propterea aufugit.Bald.conſil.quod incipit,
1 in quæſt.domini Iuliani. † dicit,quod licet quis ſcien
ter occultet debitorem alienum,non facit ſe ſucceda-
neum obligationis, vel conſortem eiuſdem periculi,
neque debitorem.niſi in caſibus ſpecialibus, ſ. in caſu
l.fi.C.de ope.lib.Itē in debitore tributorū.C.de exac.
trib.lib.10.l.quoties. Item quando quis debitorem vi
eximit,vt l.ſi eximendi.§.item ſi quis.& l.pe.ff.ne quis
eum qui in ius. Itē quando quis impedit reū vel acto-
rem venire ad iudicium,iuxta l.fin. ff. de eo per quem
fac.erit.ergo cū in dictis caſibus ſit ſpeciale,in cōtra-
rium



rium eſt ius commune,ſecundum Bald.in dicto cōſil.
allegat Inno.in c.paſtoralis. in fi.de offic.deleg. & eo.
2 titu.c.j.quod no.perpetuo.†Impediens vero aliquem
capi vel captum duci,aut de manibus familię captum
eximens,aut de carcere extrahens, ad quid teneatur,
vide Bar.& Scribentes in d.l.ſi eximēdi.§.item ſi quis.
& in l.3.ff.ad legē Iul.maieſt.vide etiam Bald.in l.ele-
ganter.§.idem Labeo.ff.de dolo.& in l.addictos.C.de
epiſco.audi.& in d.l.fi.de ope.lib.& do.meum in l.fin.
in fi.ff.ne quis eum.& per aliquos Scriben.in l.quis ſit
fugitiuus.§.idem ait interrogatus.ff.de ædil.edict. &
3 vide dicta in d.§.item enim ſi quis.†Adde etiam præ-
dictis, quòd ſtatutum puniens receptantem fugiti-
uum.habet locum in eo qui retractat illum,qui ſaltem
vnūm pedem ad fugam moueat, & peruenit aliquo
modo ad principium facti: non autem in eo qui tem-
pore receptationis de ſe factæ,& tantum cōſilium fu-
gæ in mente habuit,ſecundum Bald.in eo.conſilio,ad
quod vide late dicta in ſupra quæſt.princ.Subdit etiā
Bald.in eo.conſil.quòd non præſumitur in dubio ha-
buiſſe animum receptandi, qui infra terminum pau-
4 corum dierum propalauit, † Dicit etiam quòd tunc
præſumitur quis occultandi animum habuiſſe,quan-
do ita celauit,vt nemini appareat.allegat Bart.in l.lo-
cum.§.ſi quis dolo.ff.de tabu.exhib.quod tene menti.
Dicit præterea quod conſulere ſeruo aut ſerui.i vin-
culo annexo quòd fugiat,eſt maleficium:idem.ſi inge
nuo conſulat vt fugiat cum re aliena.nec eſt mirum,
quia tunc conſuluit vitium. Subdit mirabilius, quod
idem eſt,ſi conſulat ingenuo vt fugiat cum pecunia
ſibi depoſita ad numerum,quæ olim fuit aliena, vt in
terminis §.ſi debitorem.l.ait prætor.ff.quæ in fraudē
cred. Pro quo tu vide omnino vltra eum Bart.& Bald.
& Moder.in dicto §.ſi quis Alias dicit Bald.in d.conſ.
5 † quod ſimpliciter fuga non eſt maleficium,ſed latita
tio:& generat cōtra eum ſuſpicionem, vt l.Fulcinius.
§.quid ſit latitare.ff.quibus ex cauſis in poſ.ea. Aliter
ſtatutum punit præſtantem conſilium ad fugam.con-
tigit,quòd probatur quod aliquis loquutus fuit cum
illo qui aufugit paulò antequam fugeret: non tamen
conſtat,quid ille dixerit illi qui fugit,quid iuris.con-
fert ad hoc elegans doctrina Barto.in l.ſi ventri.§.fi.ff.
6 priuil.credit.dicentis,†quòd ſi quis eſt inquiſitus de
eo quòd dederit conſilium ad homicidium,vt probe-
tur ſolum iſtud,quòd paulo ante homicidium loquu-
tus eſt homicidæ:certe attenta breuitate ſpatij.pręſu-
mitur quòd dederit conſilium ad homicidium, quod
dictum videtur valde durum,quia in dubio potius vi-
detur capienda coniectura,quod bene dixerit, quàm
quod male dixerit,vt l.non omnis.§. à barbaris.ff. de
re milita.& in regula iuris,ſemel malus ſemper pręſu
mitur malus.& in l.merito.ff.pro ſocio.ſed tunc pro-
cederet,quādo præceſſerunt cauſæ & indicia odij cō-
tra eum.alias dicit,quòd dictum Bartoli eſſet omnino
falſum.quod perpetuo tene menti.

1 *Debitor captus vt fugitiuus,aut de fuga ſuſpectus, quid facere debeat ad carceres euadendos.*
2 *Cautioni iuratoriæ ſerui agentis aut conuenti pro libertate,debet ſtari.*
3 *Obligatio nulla eſt ad impoſſibile.*
4 *Carcerari non debet is,qui in iudicio nunquam ſtetit,nec ſtare promiſit.*
5 *Deierare nemo præſumitur niſi probetur.*
6 *Obligatus præciſe per legem ad aliquid, manu militari compellitur id implere.*
7 *Vſufructuarius ob inopiam ſatiſdare non valens,vſufructu priuatur.*
8 *Cauſæ non ſatisfit per cautionem iuratoriam.*
9 *Cautio iuratoria quando admittatur.*
10 *Iuramentum vtilis perſonæ nullius pōderis eſt apud bonos & graues.*
11 *Iudex ſibi cauere debet, ſi cautio iuratoria offeratur,ne litem alienam ſuam faciat.*

VNDECIMO principaliter quæro,quid debeat
facere captus vt fugitiu⁹,aut de fuga ſuſpectus, vt car
1 ceres euadat,& à carceribus liberetur.†Reſpōdeo,ꝙ
in primis videat, ſi captura poteſt impugnari quouis
modo ex cauſis de quib⁹ ſupra,& maxime in 6.q.prin.
ꝙ ſi capturam impugnare non poteſt,det fideiuſſorē,
vt dixi ſupra quæſtio.9.& liberabitur:ſi autem fideiuſ
ſorem non inueniret,& iuraret ſe non inuenire,& of-
ferret iuratoriam cautionem:Arguo ſic,dicitur in au
then.generaliter.C.de epiſc.& cle.quòd ſi actor ſatiſ-
dare non poteſt.& paratus eſt iurare,ſtatur iuratoriæ
cautioni: & indiſtincte loquitur:ergo intelligatur tā in
actore ſuſpecto,quàm nō ſuſpecto,vt l.de pretio.ff.de
public.ſi iſtud eſt in actore,ergo idem eſt in reo: vt in
regula,non licet.de regu.iur.in 6.Secūdo videtur text.
in auth.cui relictum.C.de iudic.vidu.Tertio videtur
2 text.in l.j.in ver.omnes.C.de aſſer.tol.†vbi ſeruus ſi-
ue agat ſiue cōueniatur ꝓ libertate,quæ eſt cauſa ma-
xima,ſtatur ſuæ iuratoriæ cautioni, ſi cum fideiuſſore
ſatiſdare non poteſt. & nota ꝙ loquitur in ſeruo qui
eſſet potius incarcerādus propter vtilitatem perſonæ
& ſuſpicionem.arg.l. diuus.ff. de q.Item quia à com-
muniter accidentibus,ſi ſeruus eſt,ergo nequam. vt l.
penult.ibi,nequitiam.& ibi Bald.C.de li.& eorū libr.
alibi dicit glo.ſeruus,ergo fur.vt not. in leg.Iul. circa
3 prin.ff.de act.emp. †Quarto,impoſſibilium nulla eſt
obligatio:l.impoſſibilium.ff.de reg.iur.ergo cum hęc
ſatiſdatio quo ad eum,ſit impoſſibilis, fiat vt fieri po-
teſt,ſ.cum iuratoria cautiōe. bene facit l. Cæſar. ff. de
Publiciana.& in l.2.ff.ſi quis cau.& quod no.in l.quod
te.ff.ſi cer.pe.vbi propter difficultatem dicit excuſari
quem à mora.& bene facit.quod no.in c.querelam.de
iureiuran.Quinto hoc videtur determinari in glo.or-
di.in l.j.ff.qui ſatiſ.co.quę incipit,generaliter.& in gl.
d.l.j.C.de aſſer.tol.ſuper verſ. recedere.& in gl.ordin.
in c.ex parte.de verſ.ſign.vbi omnino vide:quia loqui
videtur in ſuſpecto & contumace. Sexto videtur text.
in d.l.nemo carcerem.C.de exact.tri.lib.10. Septimo
hoc videtur de mente Barto.in l.cum ab eo.alias inci-
4 pit,Labeo.ff.ad l.Iul.repe.ibi †dum dicit, quod is qui
nūquā ſtetit in iudicio,nec ſtare promiſit,non eſt car-
cerandus.& ibi, dum dicit ꝙ ſolum condemnatus ad
debitum,carcerandus eſt.Octauo dominus Franc.Ti
grini de Piſis in d.l.j.qui ſatiſ.co.dicit, ꝙ aut quis co-
gitur ad fideiubendum ſine alicuius cōmodi proſecu
tione in cauſa ciuili:& loquitur & procedit gl.ibi po-
ſita.& iſte videtur caſus noſter aut in cauſa criminali,
& loquitur in l.eos.§.ſuper his.ff.de ap.aut quis cogi-
tur ad ſatiſdandum reſpectu commodi ad quod inuita
tur,& loquitur l. vſufruct.cum ſua glo.C.de vſufruct.
Nono,ſi iſte qui non poteſt ſatiſdare donec debitum
liquidetur,deberet ſtare in carceribus:deterioris cō-
ditionis eſſet iſte carceratus debitor,non gaudens be
neficio ceſſionis,vt l.j.C.qui bo.ce.poſ.quā ille, qui eſ
ſet certus debitor & condemnatus: qui cedēdo bonis
liberaretur.quod dicere videtur abſurdum. Decimo,
cum inſtantia de iure cat.eullo temporis ſatis ſpatio
ſit limitata,vt habetur in c.fi.de iudic.& per doct.in l.
properandum.C. eod. tit. Et ſic inſtantia poteſt dura-
re plus quam vita hominis. ergo ſi deberet detineri
vſque ad finem cauſæ,conſequeretur inductio cuiuſ-
dam quaſi perpetuæ ſeruitutis, vt l.j.ff.de lib.hom.ex-
hib.& l.ob æs.C.de prædi.mi.& l. Titio centum ita re
licta ſunt, vt à monumento non diſcedat. ff. de con-
5 ditione & demonſtratione.accedit,†quod nemo præ-
ſumitur deierare,vt in c.cum contingat.de iureiuran.
nec immemor æternæ ſalutis,vt l.iubemus.Codic. ad

leg.Iul.pe.bene facit quod not.glo.fi.in l. eadem.ff.ex
quibus cau.maior.& hoc videtur determinare gl.in c.
cum in eccleſiis.ſuper verſic.iuramento.de maiori. &
obed.quæ loquitur de ſuſpectis.vt ibi patet in ea.gloſ.
vbi dicit,quòd ſtetur iuratoriæ cautioni, cum aliam
præſtare non poſsint illi de quibus ibi, cum nihil ha-
beant.& iſta videtur multum ſtringere,niſi reſpódeas
quod ideo ibi; quia priori cui debebatur obedientia,
& cui iuratur,aliter conſulitur,ſi periuraret, ſ. per ex-
cluſionem à conſortio aliorum fratrum, vt ibi dicit
tex.in fi.& in caſu noſtro,ſi debitor periuraret fugié-
do.creditori non eſſet conſultum.In contrariam par-
tem,quòd non admittatur ad hanc iuratoriam cauti.
arguitur ſic:Iudicia non debent eſſe eluſoria,vt l.prę-
tor.ff.de iudi.cum ſimil.ſed eo admiſſo ad cautionem
iuratoriam,veriſimiliter recederet, & eſſent iudicia
eluſoria,vt experientia docet, quia fides rara inueni-
tur:igitur,&c.Et hoc videtur velle gloſ.in l.conſenta-
neum.C.quomodo & quando iudex.in ver.cogédum.
6 †Secundo,quando lex præciſe obligat aliquem ad ali-
quid faciendum,tunc manu militari compellitur: &
præciſe per detentionem & carcerationem.l. qui,reſti
tuere.ff.de rei vend.& no.in l.ſtipulatio.§.ſiue autem.
ff.de ope.noui nun.ſed iſte præciſe videtur obligatus
ad ſatiſdandum,vt ceſſet timor fugæ:igitur,&c. Ter-
tio,hoc videtur tenere gloſ.inſtit.de ſatiſda.§.ſed ho-
die.ſuper verb.permiſsionem. & in l.2.§.ſi dubitetur.
ff.de iudi.ſuper verb.permiſsionem.quas gloſ.ſemper
tene menti. Quarto,bona mobilia perſonæ ſuſpectæ
de baratatione,ſequeſtrantur,vt l.ſi fideiuſſor.§.final.
qui ſatiſ.cog.& in l.imperator.ff.ad Trebęl.cum ſimi.
ergo à paritate rationis, perſona rei ſuſpecti de fuga,
ſequeſtretur donec ſatiſdet,vt l.illud.ff.ad l. Aquili.&
hoc argu.de ſequeſtratione rei,ad ſequeſtrationé per-
ſonæ,faciunt docto.ibi,& Bald.& Modern.in d.l.dies
7 feſtos.C.de feriis.†Quinto,vſusfructuarius pauper &
ſuſpectus,ſi non poteſt ſatiſdare de vtendo & fruen-
do,perdit vſumfructum:nec admittatur iuratoria cau
tio,vt per Cynum in l.vſusfruct.ff. de vſufructu. igi-
tur idem in caſu noſtro. Sexto, eadem æquitas quæ
ſuadet vt debitor condemnatus carceretur, vt conſe-
quatur creditor quod ſibi debetur,vt l.primà. & per
totum C.qui bon.ce.poſ.ſuadet etiam,ſit cautum cre-
ditori contra forenſem & vagabundum, ſeu de fuga
ſuſpectum vt ſatiſdet,& tandem poſsit ſuum cóſequi,
igitur idem ius,vt dicta l.illud,ad l.Aquili.& l.j.ff.de
fonte. Septimo eædem cauſæ quæ faciunt iſtum ha-
beri ſuſpectum de fuga faciunt ipſum haberi ſuſpe-
ctum de periurio,arg.no.per doct.in l.ſi ex cautione.
C.de non num.pec.& in l.doli mali.§.aduerſum.ff. de
noua.Octauo bene facit l.ſi creditori.ff.de priui.cred.
8 & l.de creationibus.C.de epiſco.aud.† Nono videtur
probari,nam per huiuſmodi caut.iuratoriam non vi-
detur ſatisfactum cauſæ,propter quam eſt facta captu
ra:quia non eſt conſultum plene creditori,vt de ſe pa-
tet,igitur non relaxetur,vt l.ſi pecuniæ.ff.vt in poſ.le.
& l.neq;.§.qui in ius.ff.de in ius vocã.& c.ex parte.de
verb.ſig.& bene faciũt quę ſupra dixi in prin.9.q.prin.
Decimo & vltimo hanc partem tenuit Paul.de Leaza
in clem.j.de procur.& ſecundum hanc partem conſu
luerunt do.Lud.do.Franc.de Albergot.de Are.& do.
Nico.do.Franc.de Platea,& dom.Roſſus Orlandi ad-
uocati Florentini.eandem partem tenuit Ioan.de Pla-
tea de Bon.inſti.de act.§.actio.alleg.ad hoc glo. ſecun
dum eum no.in d.l.2.§.ſi dubitetur.ff.de iudic. & pro
hoc videtur quòd propter impotentiam onus ad ſa-
tiſdandum nó remittatur.vide textum in l.filiusfami-
lias.§.idem princeps.ff.de lega.j.forte poſſet adhiberi
9 diſtinſtio.†quòd aut non inuenit fideiuſſores propter
paupertatem & inopiam,quæ ſuperuenit caſu & citra
eius dolum,& nihil poteſt ei obiici corruptorum mo
rum ſeu perfidiæ,& admittatur cautio iuratoria. nam
maxima eſt pietas, quæ pro paupertate. facit ibi l.qui
filium.§.j.ibi,egeſtatem prætendebam.ff. ad Treb. &
bene facit l.diuortio.ff.de nego.geſt.& text.no.in d.l.
ſi creditores,in verſi.plane.& loquuntur iura pro hac
parte alleg.aut non inuenit fideiuſſores propter ſuos
corruptos mores,& ſuam doloſitatem: & tunc nó ad-
mittatur,cum non ſit credendum iuramento illius,cu
ius mores ſunt corrupti,argumé.l.non omnis.§.à bar
baris.ff.de re milita.& ca.per veſtras.extra,de donat.
inter virũ & vxo.& l.hac edictali.§.his illud.C. de ſe-
10 cun.nupt.†Nam vilium perſonarum dictum iuramen
tum, nullius ponderis & quaſi pro nihilo reputatur
apud bonos & graues.hanc diſtinctionem nota.ſentit
Bal.in auth.cui relictum.C.de indi.vidui.in 3.colum.
ver.item no.quòd idem cautio.optime facit gloſſ.ele-
gans in cle.præſenti.de ſen.ſuper ver.non negotiãdo.
ibi,ſi perſonarũ qualitas non diſſuadeat.& quod pul-
chre dixit Bal.in l.non hoc.C.vnde cogna.in j.colum.
ibi,ſi iudici videbitur deferendum ex qualitate perſo
narum actuum per quæ dici ſolet,licet in pédentibus
ab animo,ſtetur iuramento eius de cuius animo agi-
tur,vt dicit gloſſ.no inſti.de actio.§.alic.& in l.atqui
natura.§.cum me abſente.ff.de neg.geſt.cum ſi.tamen
illud eſt commiſſum arbitrio iudicis, qnòd nó debet
deferri vili ribaldo, vel ad periurium, prout certum
omnino.vide ad hanc materiam text.not.in l.de die.§.
plane.ff.qui ſatiſd.cog.& ibi dixi,& vide Angel. in l.ſi
11 finita.§.idem videamus.ff.de damn.infect.† Sis ergo
cautus,& bene diſpice quid tibi agendum ſit,cum iu-
dex eris, ſi offeratur cautio iuratoria in caſibus præ-
miſsis. & caue ne alienam cauſam tuam facias. vide
etiam ad hanc materiam quæ dixit dom.meus in l.j.ff.
qui ſatiſ.cog.alleg.Bald.& Ang.in l.ſciendum.eo.titu.
Dicit ipſe do.meus ibi, ſupra in caſibus, in quibus eſt
ſtandum iuratoriæ cautioni in caſu impotentiæ: tunc
releuat iſta iuratoria cautio, quãdo iurauit ad iudicis
delationem.Si enim iudex arbitraretur, non eſſet de-
ferendum propter indicia & præſumptiones indican-
tes, quod ille poſſet inuenire fideiuſſores, ſi vellet: &
tamen ſi ille ex ſeipſo, non ad iudicis delationem iu-
raret,non ſufficeret dicta iuratoria cautio, ſecundum
Bald.no.in l.j.ff.qui ſatiſd.cog.& Ange.in l.ſciendum.
eod.titu.

1 *Creditor propria authoritate capiens debitorẽ,quan*
*to tempore penes ſe poſſit eum detinere.*
*Detinens aliũ vltra viginti horas,in crimen priua-*
*ti carceris incidit.*
2 *Creditor detinens creditorem minori ſpatio viginti*
*horarum, qualiter puniatur.*

1 DVODECIMO quæro principaliter, † quãto
tempore poſſit detineri per capientem,i.per illum qui
propria authoritate cepit fugitiuum, antequã ducat
illum ad iudicem? Reſpódeo quod ſi quidem ipſe de-
tinuerit vltra 20.horas, incidit in crimen priuati car-
ceris,vt l.j.Cod.de priua.car.iuncta l.capite quinto.ff.
de adul. Vbi hoc in indiuiduo nominatim tenet Bart.
in debitore fugitiuo,& tenet Ange.in d. l. j.C. de pri-
ua.car.dicens,quod non ſolum incidit in pœnam pri-
uati carceris, ſi teneret ipſum incluſũm in domo, ſed
2 etiam ſi in via detinuiſſet,vt l.2.ff.de lib.ho.exhi.† Si
vero detinuerit minori ſpatio 20. horarum, & ſic non
duxit ipſum captum immediate ad iudicem:tunc etiã
punietur.non tamẽ pœna priuati carceris,ſed minori
arbitraria,vt in ti.de extraor.cri.& in ti.de cri.ſtel. ita
tenet dominus meus in l.dies feſtos.C.de fer. quod to
tum erit in arbitrio iudicis indimetiendo tempus quo
diſtulerit, vtrum ſit imputãdũ necne,vt l.j. in fi. de iu-
redelib. Si vis agitur impune tranſire, ducas ipſum,
immediate ad iudicem.

*Debitor*



1 *Debitor captus vt ſuſpectus de fuga,ad cuius ſit in-*
*ſtantiam relaxandus.*
2 *Petere aliquem eximi à carceribus,cui licitum ſit.*

DECIMOTERTIO quæro ad cuius petitio-
1 nem ſit relaxandus,id eſt, † vtrum ad inſtantiam pro-
curatoris,ſpeciale mandatum non habentis,an ad in-
ſtantiam coniunctæ perſonæ coniunctorio nomine?
dubitationem mihi facit,nam Bart.in conſil.in cauſa
Statij.dicit ſingulariter,quòd quis non poteſt procu-
ratorio nomine petere quem eximi à carceribus, niſi
ad hoc habeat ſpeciale mandatum.alle.text.in l.Pom-
ponius.in prin.ff.de procurat.quod refert & ſequitur
Nellus de ſancto Gemi.in tract.bannitorum,in tertia
parte ſecundi temporis.quæſt.68.& in contrarium fa-
cit tex.in l.3.§.ſi mulier vel pup.ff.de lib hom.exhi.vbi
coniuncta perſona admittitur ad petendum coniun-
ctam eximi à carceribus,quæ non admitteretur, ſi re-
quireretur ſpeciale mãdatum,cum in caſibus ſpeciale
mandatum requirentibus coniuncta perſona non ad-
mittatur,vt habetur in l.exigendi.C.de procurat. per
docto.quare Ponta.in conſi.238.dicit dictum Bar.in d.
2 conſilio nó poſſe procedere indiſtincte,†& ideo con-
cluſit, quòd aut loquimur in eximendo à carceribus
perſonam.quæ eſt ſub patria poteſtate: & tunc proce-
dat dictum Bar.in d.conſi.& loquitur tex.in d.l.Pom-
ponius aut loquimur de eximendo à carceribus per-
ſonam,quæ non eſt ſub patria poteſtate, ſed ſui iuris:
& tunc licet etiam coniunctæ perſonæ, per iura præ-
alleg.quia arg.de executione vnius perſonę ad aliam,
non procedit,vt l.j.§.hoc interdictum.ff.de libe.hom.
exhib.dixi in d.l.Pomponius. Poſſet etiam reſponderi
ad iura ſupra contra Bart.allegata,ꝙ ideo admittitur
ibi coniuncta perſona, quia tanquam ſuam iniuriam
proſequebatur.& vide in l.patri pro filio.ff.de minor.
cæterum aduerte,quia Bart.in d.conſi.licet velit, ꝙ vt
procurator non poſsit quis petere quem eximi à car-
ceribus ſine ſpeciali mandato,vt prædixi,ſentit tamẽ
quòd quilibet poſsit tanquam vnus de populo. quod
perpetuo nota,& cogita,quia à nemine reperio tactũ,
niſi vt ſupra.

1 *Captura ſi aduerſus debitorem fuerit non rite conceſ*
*ſa,an creditor aliquo modo ſuæ indemnitati proſpice*
*re poſſit.*
2 *Petens reuocationem tenutæ,repelli poteſt per exce-*
*ptionem,dolo facis.*
3 *Reuocatio capturæ non rite conceſſæ, qualiter & per*
*quem peti poſſit.*
4 *Captura quo caſu ſuſtentari poſſit,etiam debito non*
*liquidato.*
5 *Tenuta leue præiudicium inferente,non admittitur*
*quis ad illius reuocationem.*

DECIMOQVARTO principaliter quæro, ſi
captura non fuerit bene conceſſa, vtrum poſsit quo-
1 uis modo creditor ſuæ indemnitati proſpicere. † di-
cunt quidam quòd poſito quòd captura eſſet non rite
facta,ſi tamen conſtat de debito per confeſsionem ca
pti,vel alio modo conſtet ipſum in veritate debitoré,
debet detineri.allega.ad hoc l.fina.§.final.ff.quod me
tus cauſa.& hoc ſequitur Paul.de Caſt.in conſi.in cau
ſa capturæ Iacobi.Aſsignat rationem,nam & in cauſa
poſſeſsionis recuperandæ,licet ſpoliatus ſit ante om-
nia reſtituendus,tamẽ ſi de proprietate manifeſte con
ſtat,ſcilicet quòd pertineat ad ſpoliatorem, denega-
tur reſtitutio,vt in c.cum eccleſia.de cauſa poſ.& pro
prie.& not.in c.ad decimas.de reſtitu.ſpol.in 6.ita hic
deneganda ſit reſtitutio in priſtinam libertatem,ſi de
debito cóſtet.hoc d.præfatus doct.in d.conſi.pro quo
vltra eum facit quod dixit Bart.in vltim. q.in l.à diuo
Pio.§.in venditioue.ff.de re iudicat.vbi dixit, quòd ſi
perſonaliter captus eſt pro executione ſententiæ alia
ſolennitate non ſeruata,dicendum eſt vt in d.l.fina.§.
ſi.ff.quod me.cau.ita quòd voluiſſe videtur Bartol.ibi
alleg.dictum textũ,quòd dicta captura teneat, quod
Ang.ibi non placet,qui dicit,quòd d.§.ſi.eſt correctus
per l.meminerint.C.vnde vi.Idem Ange.in l.ſi finita.
in princip.ff.de dam.infect.not.ibi gloſſ.ſuper verbo,
2 liberetur.dicendo ſe pluries practicaſſe,†quòd petens
reuocationem tenutæ,poteſt repelli exceptione, do-
lo facis:prætęrea tenutam reuocari eo,quia ſi reuoca-
ta ſit,tamẽ eum interim habebo. & hoc ſequi videtur
Imol.in cap.ſua nobis.in fi.de proba.Sed idem Imol.
in d.§.in venditione.dicit,quòd ille §.ſi.l.ſi. quod me.
cau.procedit in ſuis terminis,videlicet vt propter exe
cutionem de facto factam,nó poſsit agi actione quod
me.cau.per verum debitorem de facto exactum: quia
cum dicta actio detur ad intereſſe, & veri debitoris
nó interſit de iure non ſoluiſſe, nó poteſt dicta actio-
ne agere:non tamen excluditur,quo minus dictus de-
bitor agere poſsit aliis remediis, videlicet l.extat.ff.
quod metus cauſa.& d.l.meminerint.Ponta. etiam in
3 d.l.ſi finita.in princ.dicit,†quòd ſi quidẽ tenuta eſt in-
ualida,quia non rite conceſſa, puta parte non citata,
vel non probata debito:& tunc poteſt peti reuocari,
nec obſtabit exceptio, dolo facis, &c. licet ibi aliter
dixerit Ange.Subdit quod licet prima facie videatur
poſſe peti talem tenutam confirmari, ex nouiter de-
ducendis liquidando debitum.arg.tex.in d.l.fin.quod
me.cau.& Britinus ff.quod cum eo.& ca. abbate ſane.
§.ſubtilius.de re iudic. libr.6. tamen contrarium opi-
natur,ar.tex.cap.conquerentem.de reſti. ſpo. & per id
quod dixit Bar.in ſua diſputatione quæ incipit, La-
pus.vbi omnino vide: quia notanda inuenies ad pro-
poſitum,ad d.l.ſi.§.fin. quod me.cau.reſpondet, ꝙ lo-
quitur in authoritate iudicis, non rite interpoſita ad
petitionem creditoris in compellendo, i. carcerando
debitorem:qui ſi ſoluit, non datur recuperationis aut
reuocationis ſoluti remedium, cum verus ſit debitor.
ſecus dicit eſſe in authoritate iudicis, non rite inter-
poſita in expellendo: quia iudex immiſit creditorem
in tenutam bonorum debitoris, etiam vero non ſer-
uato iuris ordine,id eſt,non probato debito, vel non
citato: tunc enim datur reuocatio ipſi debitori, non
obſtante dicta regula,dolo facis &c. Et ſic facit diffe-
rentiam inter vim compulſiuam & expulſiuam. in ca-
ſu noſtro, ſumus in compulſiua. Item durante com-
pulſione, & nondum facta ſolutione: quo caſu, vide-
tur quod facilius ſuccurratur ipſi detento. ſed ideo
dubitatur, quia interim debitum, vnde tota vis ſtat
in intellectu d.§.ſi.& d.l.meminerint.vbi Bart.& Ang.
præciſe tenent, quod ſi intentetur condictio illius le-
gis recuperandum,nó obſtet condicenti exceptio do-
minij:per tex.ibi,dum dicit,ilico. & tamen ibi loqui-
tur in expulſiuo.remanet igitur maius dubium in ca-
4 ſu noſtro,cum ſimus in compulſiua.†. Vno caſu vide-
tur magis poſſe ſuſtẽtari captura ſeu tenuta,ita ꝙ non
reſtituatur quando debitum eſſet liquidatũ per con-
feſsionem. ſecundum Bald.in l. fundus qui Lucij Ti-
tij.ff.de reſcin.ven.arg.no.in c.Piſanus.de reſtitu.ſpo.
& eorum quæ dicit Bar. in l.ſi confeſſus. ff. de cuſtod.
reo.& Ang.in l.denunciaſſe.ff.de adul.& Innoc.in ca.
qualiter & quando.el 2.de excuſa.& in cle.conſtit. de
elec.& hoc tenuit Ponta.in ſuis ſingular.not.256. Pro
quo etiam facit quod notanter dixit Bart. in l.ſi prius.
in 5.col.ff.de no.ope.nun.vbi voluit,quod quando tẽ-
nuta cauſat modicum & leue præiudicium,nunquam
admittitur quis ad illius reuocationem.Cæterum pro
differentia ſupra facta inter ſpoliatum vi expulſiua
aut ablatiua, cui reſtitutionem petenti non obſtat ex
ceptio in d.l.ſi quis à ſe fundum.Co. vnde vi. & ſpoli-
atum in compulſiua, cui obſtat exceptio. vide Bartol.
not. in hac materia à nemine allegatum in l. ſi ob tur-
pem.ff.de condit.ob turp.cau.& doctor.in l.3.C.quod

met.cauſ.& vtrobique dixi.vide etiam materiā huius articuli,Bal.in l.j.in fin.C.de iur.& fac.igno. & omnino vide,quæ dixi ſupra,in 6.quæſt.princip.maxime in ver.ſed pone quod creditor.& vt ſupra dixi, diligēter pōdera verba Bar.in d.diſputatione,Lapus. & cogita, quia à nemine reperio iſtum articulum plene expeditum:& altiorem requireret indaginem.

1 *Lis an dicatur cœpta,& litis pendentia inducta per petitionem capturæ,aut per ipſam capturam.*
2 *Iudicium coram vno iudice cœptum, quando coram alio agitari poſſit.*
3 *pendentia litis non inducitur per ſequeſtrationē bonorum,aut capturam perſonæ de fuga ſuſpectæ.*
4 *Fideiuſſorem præſtans de ſe repræſentando ad iudicis mandatum,cenſetur tacite confiteri ſe iuſte fuiſſe detentum.*
5 *Soluens indebitum neceſſitate præciſa compulſus,cōdictionem indebiti intentare poterit.*

1 DECIMOQVINTO principaliter quæro, † an per huiuſmodi petitionem capturæ,& capturam, videatur cœpta lis coram illo iudice, & inducatur litis pendentia? Prima facie videtur quòd ſic,vt l. vbi cœptum.ff.de iudic.& quia ſicut per citationem verbalē dicitur iudicium cœptum,vt inſtit.de pœna te.liti.§.fi.& per glo.& doct.in rub.de in ius voc.ff.& Cod.ita longe fortius per citationem realem,i.capturam quæ præualet,vt per docto.in dict.l.vbi captum.& l.ſi quis poſtea.de iudic.& moder.in l.ſi pluribus.ff.de legat.j.
2 ¶ † In contrarium facit:nam quandocunq; coram vno iudice fuit,vt ita loquamur,iudicium inceptum ex neceſsitate,puta ratione ſuſpiciōis fugæ: vel quia actio peribat tempore,vel ex ſimili cauſa neceſſaria:tunc illud iudicium poteſt agitari coram alio iudice. ita eſt de mente Bal.& Ang.in d.l.vbi cœptum.argu.l.ſed & ſi reſtituitur.§.ædium.verſic.ſed & ſi dies.ff. de iudic. vbi etiam hoc ſenſit:& ideo quidam moderni in lege quanuis.ff.de dam.infect.dicunt,quòd ſi poteram cōuenire te Peruſij & Aſsiſij, & incepi te cōuenire corā iudice Aſsiſij ex neceſsitate,quia timebatur de fuga tua,potero poſtea conuenire coram iudice Peruſino.
3 † & fortius inferunt,quòd propter ſequeſtrum bonorum aut capturam alicuius tanquam ſuſpecti de fuga,quæ dicitur ſequeſtratio perſone, nō inducatur litis pendentia.quod eſſet mirabile,ſi procederet : nam licet in l.ſed & ſi reſtituatur. permittatur,quòd iudicium alibi finiatur, non tamen ibi expreſſe dicitur,ꝙ non ſit inducta litis pendentia.& ideo eſſet diligenter aduertendū pro veritate huius dicti,propter id quod dicitur in l.nulli.C.de iudic.& per Bald.in l.ordin.C. de rei vē.& propterea quæ vltra doct.dixi in l.omnes populi.ff.de iuſti.& iure.circa princ.ad intellectum l. diffamari.C.de ingen.& ma.Sed pone,iudex qui fecit ipſum capi,non rite & ſine cauſæ cognitione requiſita relaxauit eum,dato ſibi iudici fideiuſſore de ſe repræſentando ad voluntatem iudicis, Iudex in ſyndicatu moleſtatur ab illo,qui dicit ſe fuiſſe male captū, vtrū poſsit quomodolibet euadere:ſolet allegari Bar-
4 to.in dicta diſputatione,Lapus,† quòd per dictam dationem fideiuſſoris,videatur tacite confeſſus ſe fuiſſe bene captum,& tacite approbaſſe capturam. & ideo officiales conſueuerunt ſemper,quando liberant aliquem captum, ad cautelam recipere fideiuſſorem ab eo de ſe repræſentando. ſed hoc dictum ſemper mihi viſum fuit valde durum,arg.not.per Bar.in l.ſi conuenerit.ff.de iuriſ.om.iudicū.& in authent.offeratur.C. de lit.cōteſt.& eius quod dicit Ang.in l.fi.§.fi.ff.quod met.cauſa.Item quia dictam fideiuſsionem præſtant quodammodo compulſi: quia non relaxarentur, niſi illam darent: igitur non videntur approbare, argum. l.rem legatam.ff.de adimen.legat.& eorum quæ ſupra dicta ſunt in præcedenti quæſtione, hac eadem quæ-
5 ſtione principali.† Item,quia is qui ſoluit, neceſsitate præciſa compulſus ex diſpoſitione legis Velleiani aliter,& vt pareat ſuperiori,qui ſic voluit,non perdit cōdictionem indebiti,ſed poterit poſtea repetere, vt in ſimili per Bar.in l.j.§.quòd autem.ff.quod vi aut clam. & per doct.in l.j.C.de condi.indebi.& per domiuum meum in l.2.C.quod metus cauſa.& in l.ſi ob turpem. ff.de condi.ob turp.cau.

1 *Captura nulliter & abſque cauſæ cognitione cōceſſa & facta,an poſſit reuocari die feriata.*
2 *Iudex qui parte non citata tenutam dedit, nullo temporis reſpectu habito,poteſt quod fecit,reuocare.*
3 *Poſſeſſor iniuſtus facto iudicis immiſſus, abſque citatione & cauſæ cognitione poteſt à poſſeſſione expelli. Fugitiuus eſſe cenſetur quis eo ipſo,quod eſt in banno poſitus.*
4 *Contrahens cum aduena,quem ſcit ilico receſſurum, non poteſt poſtea allegare eum de fuga ſuſpectum.*

DECIMOSEXTO & vltimo principaliter quęro,quædam à præcedentibus non tacta inſerendo. Et primo, vtrum ſicut die feriata poteſt capi fugitiuus, aut de fuga ſuſpectus,vt dixi ſupra quæſtion.8. eodem
1 modo † ſi captura nulliter & ſine cauſæ cognitione conceſſa & facta fuerit, die feriata poſſit reuocari. Bald.in leg.dies feſtos. C.de feri. dicit quod ſicut poteſt fieri,ita reuocari.allegat gloſſa.ſingularem in leg. minor.in prin.ff.de euic.præterea idem Bald.in l.ſi pacto quo pœnam. C. de pactis.dicit quod ſi tenuta aut captura de facto ſit ſimpliciter,de facto reuocatur.allegat,gloſſa.in d.leg.minor.& quia ſicut fuit facilis in mittendo, & ita debet eſſe facilis in extramittendo. l. j.§.j.ff.ſi muli.vent. nomine. Et ſubdit notabiliter,
2 † quod ſi iudex dedit tenutam parte non citata,vel fecit aliquem capi, debet ſimpliciter hoc reuocare ſine alicuius temporis citatione. quod eſt profecto mirabile.allegat Innoc.in ca. querelam.de elect. idem latius tenuit Bal.in l.2.C.de ſeruitu.& aqua.in 12. col. verſic. quarto quæro.vbi omnino vide.& in l.fi.in 3.col.Cod. de edic.diui.Hoc idē ſecutus eſt Pontanus in ſuis notabi. nota.399. & hoc procedit ratione notoriæ iniuſtitiæ tenutæ vel capturæ nulliter conceſſæ. hinc dicere videtur idem Ponta.in leg.2.ff.de re iudica. ꝙ licet poſſeſſor etiam iniuſtus, non poſſit expelli, aut ſua poſſeſſione priuari abſque citatione,vt leg.authoritate.& l.meminerint.C.vnde vi.& cap.inter quatuor.de maio.& obe.& c.in literis.de reſtit.ſpo. & c.licet epi-
3 ſcopus.de præben.in 6. † tamen fallit in eo qui eſt iniuſtus poſſeſſor facto iudicis,qui immiſit in poſſeſſionem vel tenutam ſine cauſæ cognitione: tunc enim iſte talis poteſt ſine citatione priuari ſua poſſeſſione vel detentatione.& ita dicit intelligendam gloſſ.in d. l.minor.& Innoc.vbi ſupra.vide de hac quæſtione per moder.in l.j.§.nunciatio. de ope. no. nun. & hoc perpetuo tene menti. ¶ Secundo eſt ſciendum. quod ſtatim quod vnus eſt in banno poſitus, cenſetur eſſe in fuga,vt habetur in ti.de pa. tenen.§. ſi quis hominem. in vſi.feu.bene facit l.ſi cum Cornelius.& l.cum quis. ff.de ſolu.& quod habetur per Bald.& moder. in l. rogaſti.§.fi.ſi cer.pet. ¶ Tertio & vltimo ſciendum eſt, quod Bald.in quibuſdam lecturis dixit in l. fiſtulas.ff.
4 de contrahen.emptor.† ſi quis contrahat cum aduena illico receſſuro,non poteſt eum allegare ſuſpectum & fugitiuum,ſi ſciebat eum aduenam.pro quo facit leg. hæres abſens.§.ſi quis tutelam.ff.de iudi. & quod dixi ſupra quæſtio.6. principali. & tetigi in additione. ſed caue ne decipiaris:quia hoc debet intelligi ſane,quādo rem emptam ſecum non portaret: quando vero rem ſecum portaret,tunc ſecus:quia licet contrahens puta-



re deberet ipſum receſſurum, non tamen debet putare illum receſſurum cum re,non ſoluto pretio. & ideo hoc caſu poteſt petere ipſum capi vt ſuſpectum & fugitiuum,ne detur occaſio recedendi cum re:vt l. ſi legationis.ff.de iudiciis:& hoc eſt quod notanter dixit Baldus in rubrica,C.de reuocādis his quæ in frau. credi.ibi omnino vide. & ſequuntur modern.in l.qui bona.§.de illo.ff.de operis noui nuntia.vbi hoc tenet Ponta.& vide omnino Bald.in l.ſi donationis.C.de cōtrahenda emptione.

FINIS.

# DE IVRE SISTENDI ET MANVVM INIECTIONE, QVAM VVLGO ARRESTATIONEM VOCANT, SVCCINCTA EXPLICATIO.

AVTHORE D. PETRO PECKIO ZIRICAEO, IC. ET ordinario Iuris Profeſſore.

*SVMMA CAPITVM huius operis.*


*ARreſtum quid ſit,& vnde dicatur.* Cap.1.
*Quo iure arreſtum introducatur,& qua ratione ſuſtineatur.* Cap.2.
*Quis res vel bona alterius ſiſtere ſeu arreſtare poſsit.* Cap.3.
*Qui,aut quorum bona legitime arreſtentur.* Cap.4.
*Qui,& quorum bona ſeu res arreſtari nō poſsint.* Ca.5.
*Quo in loco arreſtatio fieri,vel non fieri poſsit.* Ca.6.
*Quo tempore arreſtum fieri,aut non fieri poſsit.* Ca.7.
*Cuius loci ſtatutum ad faciendum arreſtum ſpectandū ſit,& quæ conſuetudo,ſi in diuerſis locis alia & alia ſit,ſpectetur* Cap.8.
*De renuntiatione immunitatis & priuilegij de non arreſtando.* Cap.9.
*Renūtiatio imunitatis an porrigatur ad hæredes.* Ca.10
*Quæ ſint neceſſaria,vt ad arreſtū peruenir poſſit.* Ca.11.
*Vtrum arreſtum indebite factum, ex alia iuſta cauſa confirmari poſſit.* Cap.12.
*Qua actione teneatur,qui perſonam,aut res alterius indebite arreſtari fecit,* Cap.13.
*Arreſtatio per quem fieri debeat.* Cap.14.
*Vtrum Iudex per extraneum apparitorem arreſtare poſſit.* Cap.15.
*An apparitores magni Senatus vbique arreſtare poſſint.* Cap.16.
*De pœna apparitoris extra territoriū arreſtātis.* Ca.17.
*Quæ ſit pœna falſi & ſimulati apparitoris.* Cap.18.
*De apparitore,metu,precibus,vel ſordibus victo,& arreſtum non faciente.* Cap.19.
*Arreſtatus an credere apparitori debeat.* Cap.20.
*Apparitori referenti ſe aliquem arreſtaſſe,an ſit credēdum.* Cap.21.
*Quis ſalarium apparitori ſoluat.* Cap.22.
*De eo qui arreſtum violat.* Cap.23.
*Arreſtanti apparitori an liceat reſiſtere.* Cap.24.
*Arreſtanti reſiſtens,eundémque verberans,quo pacto puniatur.* Cap.25.
*De his qui arreſtatos eximunt,aut occultant in necem creditorum.* Cap.26.
*Debitore fugiente,quomodo Commentarienſis teneatur.* Cap.27.
*Debitor arreſtatus,quō ali & tractari debeat.* Cap.28.
*Contractus cum arreſtato factus, an infirmari poſſit.* Cap.29.
*De cuſtodia & periculo rerū quæ arreſtatæ fuerunt.* 30.
*Arreſtum qua ratione relaxetur.* Cap.31.
*Arreſti reſolutio cuius authoritate fiat.* Cap.32.
*Debitor an poſſet ab alijs recommandari in arreſto & aggrauari.* Cap.33.
*Debitor an poſſit pro expenſis carceris à Commentarienſi retineri.* Cap.34.
*De pacto quo alius debitum arreſtati in ſe ſuſcipit, & non ſoluit.* Cap.


## Arreſtum quid ſit,& vnde dicatur. Cap. 1.

*Sentētiæ ſupremarum curiarum cur arreſtæ dictæ ſint nume.1.*
*A ſententijs ſupremæ curiæ non appellatur.* nu. 2.
*Clauſula hæc, Quia tale eſt noſtrum placitum, quid ſignificet.* nu.3.
*Arreſtare quid.* nu.4.
*Arreſtare, & præhendere,quomodo differant.* nu.5.

1 VARIA eſt arreſti appellatio. Supremorum enim tribunalium ſententiæ vulgo arreſta appellantur, forte à Græco verbo ἀῤῥαγον quod ſignificat incorruptum,inuiolatumque, quod in illis ſupremis curiis ſententiæ incorruptæ & iuſtiſſimæ exeant, aut certe exire deberent,quæ inuiolatæ manent, nullaque prouocatione ſeu appellatione infringi aut ſuſpendi poſſunt.leg.j.ff.à quib.appell. non lic. Credit
2 enim princeps,eos qui ob ſingularem induſtriam, explorata eorum fide ac grauitate, ad huius officij multitudinem aſſumuntur,non aliter iudicaturos eſſe pro ſapientia & luce dignitatis ſuæ, quam ipſe foret iudicaturus.l.j.C.de offic.Præt. ideoque arreſtum eiuſmodi, prætextu iniquitatis damnari non poteſt. leg.ſi quis.vbi id not. Cyn. & Salic.C.de precib. Imp. offer.Budæus vero ad l.ſi.ff.de Senat.& Budæum ſecutus Franciſcus Conanus lib.prim.Comment.Iuris Ciuilis,cap.vltim.nu.9. ἀρέσοι Græce, Latine placitum & decretum dici exiſtimat,ſicut in Regiis diplomatibus poſt declaratas breuiter rationes,quibus adductus eſt Princeps,vt quid iubeat,vetet, aut permit-
3 tat, poſtrema hæc tanquam rationum omnium clauſula ſubiicitur, *Et quia tale eſt noſtrum placitum.* Quibus verbis, voluntatem pro iuſto Imperio & ratione habendam eſſe non cenſet Princeps:ſed vult intelligi,rem illam ſe de ſuorum procerum conſilio ſtatuiſſe. Quamobrem placere principi putauit Vlpianus,quod ratione & conſilio ab eo factum eſſet. Nam ciuilibus legibus, & vt ait Dion, ſcripto iure ſolutus eſt. cæterum naturali lege tam eſt adſtrictus, quam quiuis noſtrum, aut etiam multo magis. Prior expli-

catio magis placet multis. Nam vt Rebuffus in conſti.
Regias, Tomo 2. tit. vt contract. teſt. ſent. & alij omnes
ac. Gallic. concip. verb. gloſſ. 2. ait, Placitum nõ magis
conuenit Parlamentis ſupremiſque curiis, quàm infe-
rioribus, quia etiam ſententiæ inferiorum iudicum,
arreſta, id eſt, placita, dici poſſent, niſi per Antonoma
ſiam dicas. Sed ita (inquit) de omnibus rebus dici poſ
ſet, quòd citatio, litis conteſtatio, & omnia quæ Parla
mentis & curiis conueniunt, per Antonomaſiam de
Parlamentis intelligerentur.

4 Alio modo arreſtum, prout nec Græca, nec Latina,
ſed mere Gallica vox eſt, ſignificat impedimentum ſi-
ue interdictum, ne res aut perſona, loco aut ſtatu ſuo
moueatur. Eſtq; arreſtatio, iniectio manuum, cum ali-
cui à magiſtratu interdicitur, ne excedat ex eo loco in
quo inuentus eſt, niſi rebus cum eo compoſitis, qui de
illo apud iudicem queſtus eſt. Pyrrhus ad conſuetud.
Aurel. Rubr. de execu. inſtrument. cap. 12. Lagus in ſua
Methodo, cap. de execut. rei iudica. vbi etiam cum res
alicuius quacunque ex cauſa pro ſecuritate noſtra, au
thoritate publica detinetur, ita vt nobis inuitis ex lo-
co illo, negotio nondum ſopito auferri non poſsit.
Qua ratione, ſunt qui arreſtare idẽ eſſe dixerunt, quod
gradum ſiſtere: quia poſtquam arreſtum factum eſt, i-
bi ſiſtendum eſt. idem Pyrrhus d. loco titul. de execut.
ex locato, cap. 7. verſi. Habes caſum. Porro autem Car-
dinalis ad clemen. j. De hære. exiſtimat arreſtationem
abſque manuum iniectione fieri: præhenſionem vero,
ſine manuum iniectione fieri non poſſe. quod etiam
verum eſſe aſſerit Molinæus ad conſuetu. Pariſien. tit.
5 2. gloſ. j. ad verbum, arreſter. nu. 3. verſic: & dicendum,
quia ſicut plus eſt rem aliquã præhendere, quàm im-
pedire: ita plus eſt perſonam capere, quàm impedire
vel interdicere, ſeu vt vulgo dicunt, arreſtare. Eodem
etiam loco. nu. 11. & ſeq. latius explicat, quid arreſtum
cum ſequeſtratione, & miſsione in poſſeſsionem bo-
norum cõmune habet, & quatenus ab vtraque diſtin-
guatur, quod & Paulum Pariſium quoque conſil. 107.
nu. 72. libr. 3 feciſſe video, quæ omnia nos hoc vno lo-
co referre, non exiſtimamus eſſe neceſſarium. De hoc
autem arreſto dicere inſtituimus.

## Quo iure arreſtum introductum ſit: & qua ratione ſuſtineatur. Cap. 2.

*Debitor fugitiuus ꝓpria authoritate capi põt.* nu. 1.
*Animal ĩ agro alieno repertũ, an retineri queat.* n. 2.
*Debitoris nõ ſoluentis qđ olim ſuppliciũ fuerit.* nu. 3.
*Incipere ab executione non licet.* nu. 4.
*Arreſtatio quatenus iure ſit permiſſa.* nu. 5.
*Arreſti introducendi quæ fuerit ratio.* nu. 6.
*Arreſti vſus an ſit fauorabiliis.* nu. 7.

ILLVD in primis quæri poteſt, quo iure i-
ſtiuſmodi arreſtum ſuſtineatur. Sũt qui exi-
ſtimant ex l. fi. C. vbi in rem act. exerc. debit.
probari, ꝙ ſi quis equum, vel aliam rem de-
bitoris ſui forẽſis hic inuenerit, ſiſtere & arreſtare eã
poſsit. Verba legis hæc ſunt, Actor rei forũ, ſiue in rẽ,
ſiue in perſonam ſit actio, ſequatur. Sed & in locis, in
quibus res, propter quas contenditur, conſtitutę ſunt,
iubemus in rem actionem aduerſus poſsidentem mo-
neri. In cuius legis explicatione, diſputãt Interpretes
an forenſis cum equo alieno per hanc ciuitatem tran-
ſiens, conueniri poſsit. Quæ quæſtio proprie huc non
pertinet, quia de ſola vindicatione non quærimus, in
qua propter præſentem poſſeſsionẽ, aliquid amplius
domino rei tribuendum eſſe videri poſſet. Ipſéque Ac
curſius ibi res mobiles non niſi ſuſpicione aduerſus
debentem militante, detineri poſſe reſpõdit, ad quam
ſuſpicionis exiſtentiam, vſum arreſtorum non reſtrin
gi conſtat. Sic cum ęquitas poſtulat, lex concedit, de-
bitorem fugitiuum, vel de fuga ſuſpectum capi & de-
1 tineri. l. Ait prætor. §. ſi debitorem. ff. Quæ in fraudem
creditorum. Permittit etiam, ſi periculum ſit, damnũ
datum non recuperari, & ſi dominus ignoretur, ani-
mal à quo damnum acceptum eſt, retineri, & non ali-
ter. Nam alioqui, quanuis alienum pecus in agro ſuo
2 quis deprehenderit, (inquit Pomponius) ſic illud ex-
pellere debet, quo modo ſi ſuum depræhendiſſet: quia
ſi quid ex ea re damni acceperit, habet proprias actio-
nes. Itaque qui pecus alienum in agro ſuo depræhen-
dit, non iure id includit, nec agere illud aliter debet,
quam ſupra diximus, quaſi ſuũ: ſed vel abigere debet
ſine damno, vel admonere dominum ſuũ, vt recipiat.
Arreſtum vero quo hodie nihil vſitatiꝰ eſt, tam arctis
finibus non concluditur, latiuſque patet, & ad neceſ-
ſitatem aliquam ſemper non reſtringitur, eiuſque vſus
etiam ex ſola vtilitate agentis conſiſtit. Qua ratione
permoti alij, aſſerunt, leges nuſquam huius cohibitio
3 nis mentionem facere, cuius exemplum olim in L L.
12. tabu: extitiſſe videtur. Quia vt lib. 20. cap. j. teſtatur
Gellius, cõfeſsis, conuictiſq; debitoribus decem dies
ad quærendam pecuniam dati fuerunt, intra quos ſi
non feciſſet ſolutionem contracti æris alieni, facta eſt
manuũ iniectio, & neruo ac compedibus vincti ſunt.
Quam legis 12. tab. duritiem, ius noſtrum non patitur,
ſed econtra prohibet, ne homines priuati, debitores
ſuos, tanquam iumenta ergaſtulis includant: præter-
quam quod admittit, debitorem qui decoxit & obæ-
ratus eſt, (modo de fuga ſuſpicio ſit) præhendi, & cu-
ſtodia detineri poſſe. l. j. & aliis ll. C. qui bo. ced. poſ.
Conſtat ſane, omnium actionum inſtituẽdarum prin-
cipium ab ea parte edicti proficiſci, qua Prætor edicit
de in ius vocando. §. fi. Inſti. de pœ. tem. litig. Ideoque
creditorem ab executione, cuius ſpecies eſt arreſta-
tio, teſte Molinæo ad conſuet. Pariſ. par. 2. titul. 2. gloſſ.
prim. num. 2. inuerſo iuris ordine, incipere non poſſe,
4 l. j. C. de exec. rei iudic. l. ſi nulla ff. de re iudic. Opor-
tet enim debitorem primo conuinci, & ſic deinde ad
ſolutionem pulſari. l. vnica. C. de ſeq. pecu. ne commo-
ditate poſſeſſionis, & veluti fruitione libertatis ſuæ,
quæ maxima eſt, priuetur: adeo vt Iudex à præcepto
incipiens, partique aduerſæ deliberationis tẽpora de
negans, nulliter agit, nulloque iure mandatũ ſuum de
fendere poteſt, l. prolatam C. ſent. Bal. ad leg. nec quic-
quam. §. vbi colu. 2. ff. de offic. Procon. l. hæres in fin. ff.
de Iudic. quia executio fit officio iudicis merçenario,
quod ſententiæ deſeruit, neque prius naſcitur, quam
ſententia tranſeat in rem iudicatam, licet actio iudi-
cati, ex quaſi contractu in ipſa ſententia oriatur. Bald.
ad d. l. j. Sunt quidem caſus, in quibus rerum neceſſi-
tas efficit vt ab executione incipiatur, & etiam ante iu
dicatum, æquitatis intuitu permittatur manuum inie
ctio ſeu detentio, Feli. ad c. 2. de offic. iudic. deleg. in fi.
Alber. & alij ad d. l. j. in quos ſi reſpicias, fatendũ erit,
arreſtationem iuri communi eſſe conformem, ſeu po-
tius ex eo naſci & prodire. Quatenus vero vlterius e-
greditur, & ad quamcunque pene perſonam ſeu cau-
ſam ſe porrigit, ſcriptis legibus aduerſatur. Zaſius
nu. 9. Iaſon in 12. limit. l. finali. ff. de iuriſdic. omn. iu-
dic. veluti ſi ciuem Mechlinienſem præpotentem &
diuitem, qui in ſuo tam propinquo foro facile conue-
niri poſſet, hic Louanij arreſtari curem. Nulla hic ne-
ceſſitas ſubeſt, nullum fugæ periculum, ſola conue-
niendi in meo foro vtilitas, & commoditas ſpectatur
aduerſus communes regulas, quibus cautum eſt, acto
rem, rei forum ſequi debere. l. 2. Cod. de iuriſdict. om.
iud. c. cum ſit. De foro compet. Quo modo intelligen-
dum eſſe exiſtimo, quod loco mox citato voluit Mo-
linæus, dum ait, quod regulariter prohibita eſt arre-
ſtatio, niſi quatenus iure, conſuetudine, aut priuile-
gio apparet eſſe permiſſa. l. negantes. Co. de act. & ob-
lig. Vnde fit quod dubitem, vtrum Abbas conſilio. 42.
lib



lib. 2. & Abbatem ſecutus Caſtrenſis conſ. 59. bene di-
xerit, nullius momenti ſtatutum eſſe, quo nulla ver-
bali citatione præcedente, captura permititur. quã
de re plura aput Boerium ac conſuet. Bituricen. Tit.
6 j. §. 13. videre licet. Ratio autem huius conſuetudinis
eſt generalis, ad vitandum ſumptus & expenſas, quæ
fieri poſſent, ad proſequendum debitorem, alibi con-
morantem: nempe quod aliquando plus in proſecu-
tionem ſolutionis debiti expenderetur, quam vale-
ret. contra l. mediterranea. C. de anno. & trib. lib. 10.
meliuſque eſt in tempore occurrere, quam poſt receſ-
ſum rem perſequi. l. j. C. quam. lic. vnicuique ſine iud.
Rebuffus ad conſtitu. Reg. tomo j. tracta. de lit. oblig.
7 art. 6. gloſ. 3. nu. 41. Ex quibus omnibus facile intelli-
gi poteſt, an vſus arreſtorum tanquam fauorabilis,
extendendus: an potius veluti odioſus, reſtringendus
& coarctandus ſit. quod non modicam in ſe vtilitatem
habet. Auguſtinus Beroius q. 57. incip. Statuto, nu. 3.
Huiuſmodi ſtatuta inquit contra ius commune &
exorbitantia dicuntur, vt colligitur ex ijs quæ volunt
Ang. Io. de Imo. & Alex. ad l. ſi cum dotem. col. 3. §. eo
tempore. ff. ſol. matrimo. ergo reſtringenda ſunt, vt
minus derogent iuri communi quam poſſunt. c. quæ
contra. de reg. iur. in 6. & ita ſunt intelligenda, vt in
ceteris cum iure communi concordent, & proprieac
vere in caſu in quo loquuntur, duntaxat locũ habeãt,
non autem ad alium, ſub illorum verbis non compræ
henſum, trahantur. Anton. in cap. cum dilectus. de cõ
ſuet. cap. dudum. de Priuilegi. quia hoc commune &
vulgare eſt, quòd ſi ſtatutum eſt contra ius commu-
ne, certe ſit ſtricte interpretandum. l. quod vero. ff. de
legib. & quicquid eſt contra ius commune, ſimul etiã
ſtricti iuris eſt, teſte Bart. ad l. Cæſar. ver. ſecundo quę
ro. ff. de public. ſimulque etiam odioſum eſt, Panor. in
ca. quia. in 3. not. de priuileg. & ad ca. olim, de verb. ſi-
gnific. & conſi. j. lib. j. Corneus conſi. 89. lib. 3. & conſil.
27. lib. 4. in quibus locis hoc veluti axioma aſſcribũt,
omnis receſſus à iure communi, eſt odioſus. l. cum qui
dam. ff. de lib. & poſthu. Et odioſa omnia ſunt ſtricti
iuris. Bal. ad l. non poſſunt. in 2. lectur. ff. de legib. qua
de re pulchre Tiraquellus de vtroque retract. in prę-
fatione. nu. 62. cum multis ſequent.

## Qui res vel bona alterius ſiſtere ſeu arreſtare poſsit. Cap, 5.

*Creditor excõmunicatus an arreſtare poſſit.* num. 1
*Hoſpites an arreſtare viatorẽ pro expẽſis queãt.* nu. 2
*Procurator creditoris quomodo arreſtũ ĩpetret.* n. 3
*Ceſſionarius vtrum iure arreſti vtatur.* nu. 4
*Portitor literarum cũ clauſula, Eius qui hanc feret, recte arreſtum aduerſus debitorem petit.* nu. 5
*Conſors litis quo caſu licitè arreſtari faciat.* nu. 6
*Quid de ſocio dicendum ſit.* num. 7
*Coniuncta perſona an hoc iure vtatur.* nume. 8
*Hæres creditoris an recte arreſtum petat.* num. 9
*Scholaris creditor vtrum recte ſiſtat debitorẽ.* nu. 10
*Suburbani homines iure ciuium gaudent* nu. 11

HIS ita præmiſsis, quis vel res, vel perſonam
alterius arreſtare vel detinere poſsit, diſpi-
ciendum eſt. Et principio quidem de credi-
tore, cui quid quacunque ex cauſa legitima
debetur, non dubium eſt. Ipſius enim cauſa & ratio-
ne, vſus arreſtorum potiſsimum introductus eſt: adeo
vt etiam excommunicatus, quantumuis canonibus
& legibus exoſus, à fruitione eorum non repellatur.
Franciſc. Ripa ad cap. j. nume. 88. de Iudi. Panormi. ad
ca. cum inter. de excep. Siquidem regula generalis eſt,
quòd excommunicatus agens aduerſus debitorem
ſuum, à limine iudiciorum repelli poſsit, ca. intellexi
mus, de iudic. etiamſi per procuratorem ſuum actio-
nem ſuam intendere velit. c. cum inter. & ibi Felin. &
alij, de except. quia procuratoris perſonã, ex perſona
conſtituentis metimur. cle. penul. de procurator. quo
modo neque accuſare, c. j. quæ. j. neque ſuam aut ſuo-
rum iniuriam proſequi, glo. ad c. omnibus. 4. quæſtio.
vlt. Frede. conſi. 116. Ancho. ad c. j. de reſcrip. in 6. neq;
ſpoliatus reſtitutionem petere poteſt, c. ex inſinuatio
ne de procura. c. j. 23. diſt. eſtque infamis, c. infames. 6.
quæſt. j. Roma. ſingul. 675. & vir non bonus eſſe præſu-
mitur. Anto. de Butrio. ad c. cum dilect. de purg. Can.
Socin. conſi. 45. incip. viſa appellatione. col. 2. verſ. quis
autem dubitat. libr. j. Ea tamen regula, vt omnes fere
ſolent, reſtringitur, vt deficiat quando debitor excõ-
municati, de fuga ſuſpectus eſt. Abbas ad cap. 2. de ex
cept. Lex enim actionis exercitium ipſi aufert ad tem
pus, quia ſine ſcandalo inter Chriſti fideles verſari nõ
poteſt: actionem tamen ipſi non adimit, præterquam
quòd præſcriptionis rigorem aduerſus eum currere ſi
nit, ſi abſolutionis beneficium impetrare potuit, & tã
to tempore neglexit. Bald. ad cap. j. in fi. de præſcript.
glo. ad ca. quia diuerſitatem, ad verbum ſuſpenſionis,
de conceſ. præbend. quia qui poteſt facere vt poſsit,
iam poſſe videtur. l. qui poteſt. ff. de reg. iur. Eaque ra-
tione Felin. ad d. c. 2. nu. 16. non aliter creditori excom
municato debitoris fugitiui præhenſionem & arreſta
tionem concedit, quam ſi periculum ſit in mora, ita vt
interim à iudice, vel à ſuperiore abſolutionem impe-
trare non poſſit. Cui non refragatur dictũ c. Quia. vbi
non currit tempus præſcriptionis impedito, licet im-
pedimentum culpa eius euenerit. Ita enim illud acci-
pi & intelligi debet, ſi in petenda abſolutione negli-
gens non fuit. Balbus, in tracta. præſcrip. 4. par. 4. par-
tis principalis. quæſt. 3. nu. 6. colu. verſi. Sed puto quod
iſta deciſio. Ex quibus ſatis colligi poſſe exiſtimo, non
indiſtincte conceſſam eſſe facultatem excommunica-
to, vt ſuum debitorem extraneũ ſiſtere & arreſtare poſ
ſit: ſed ſuſpectum de fuga, vagabundum, & nullo cer-
to loco domicilium fouentem dũtaxat, non etiam il-
lum, qui facultatibus idoneus eſt, & in ſuo foro atque
domicilio facile conueniri poteſt: Hoc enim aliquali
prę iudicio, facilius inducetur ad veri æternique lumi
nis agnitionem. Et cum præhẽſionis arreſtationiſque
eiuſmodi vſus, quatenus de fuga ſuſpecti debitoris li-
mites excedit, iuri cõmuni aduerſetur, quod ſuperio-
re capite diximus: ſtricte accipi atque interpretari, nõ
etiam ampliari, & ad homines legibus odibiles proro
gari debet. c. odia de reg. Iur.
2 Hinc etiam intelligimus, hoſpites & caupones, cũ
creditores ſint, pro conſumptis ius detentionis ac ar-
reſtatiõis habere. Cũ enim publice interſit caupones
eſſe, apud quos extranei & aduenę recipiãtur, l. nauta.
ff. vt nautæ. caupo. ſtab. publica vtilitas exigit, vt ijs ci
tiſſime ſoluatur, ne tædio affecti, ab inſtituto deſiſtant
quod ad rem ſubiectam not. Pyrrh. ad conſuet. Aure-
lia. tit. de execu. ex locato. c. 7.
3 Secundo, & is arreſti ac præhenſionis iure vtitur,
qui creditoris procurator eſt, Ripa ad c. j. numer. 88. de
Iud. Iaſon. ad §. j. Inſtit. de actio. Hippol. ad l. j. nu. 102.
ff. ad l. Cornel. de ſicar. gloſſ. vnica & ſingularis ad l. j.
iuncto textu. C. vbi quis de curiali &c. facit ad hoc l.
refectionis. verſi. ego. & ibi Caſtren. ff. communi præ-
dio. vbi dicitur, quod illud, quod poſſum facere per
me, poſſum etiam facere per miniſtros meos ad hoc
neceſſarios, cuiuſmodi ſunt procuratores. leg. j. ff. de
procurato. & conceſſo vno, omnia videntur eſſe con-
ceſſa, per quæ peruenitur ad illud. l. 2. ff. de Iuriſdi. om.
Iudicum. Roma. ſingul. 175. incipi. conceſſo. Rebuffus
expreſſe hoc de arreſto affirmat. ad ord. reg. tom. prim.
art. 6. gloſſ. 3. nu. 59. verſicul. & non ſolum. Quid enim ſi
Titio mandatum dedero, vt meo nomine aduerſus
Sempronium debitorem agat? vtique & hæc mea vi-
detur fuiſſe cogitatio, vt inuentum alibi, arreſtari fa-

ciat,& contra arreſtatum actionem intendat. Sed ꝙ
ſpeciale mandatum,requiratur,videri poſſet, cum ad
relaxationem eius,qui detentus eſt,poſtulandum,ſpe
ciale mandatum requiratur.Bart.conſi.84.incipien.In
cauſa Statij.libr.j. Fauòrabilior autem eſt relaxatio,
quam appræhenſio & detẽtio.L.Arrianus.ff.de act.&
oblig.l.abſentem.ff.de pœnis.Tum verò,quando agi-
tur de graui præiudicio afficiente perſonam,requiri-
tur,mandatum ſpeciatim & nominatim eſſe datum ad
illum actum.l.non ſolum.§.fi.ff.de procura.Atqui gra
ue præiudicium ex arreſto eſt,& ſpeciem quãdam ſer-
uitutis continet,arg.l.j.&2.ff.de libe.ho.exhib.& ex-
preſſe Roma.conſi.60.incipien.mandatum,ait,ad ca-
piendam alicuius debitoris perſonam,mandatum ſpe
ciale requiri:quia certum eſt,quòd ſine ſpeciali man-
dato,non poteſt procurator admitti ad faciendum ea,
per quæ dominus in pœnã incidere poſſet.l.j.§.ſi pro-
curator.ff.ſi quis ius dicẽt.l.ſi procurator.ff.quod quiſ
que iur.Sed per capturam, vel arreſtationem iniuſtã,
poſſet dominus in pœnam incidere.Igitur ſine ſpecia
li mandato hoc procurator non poteſt,ne quando in-
iuſtè detentus contra creditorem agat,vel ad pœnam
ex forma ſtatuti,vel ad id quod intereſt ex iure com-
muni,neget ſe de capiendo & arreſtando mãdaſſe.Ad
de quòd Vlpianus non omnes actiones per procura-
torem inſtitui poſſe reſpondit,& ſpeciale mandatum
requiri ait,vt liberi qui in poteſtate abſentis eſſe dicũ
tur,ducantur.l.Pomponius.in princip.ff.de procurat.
qua ratione & Felinus quoque ad cap.prim.numer.11.
verſicul.primum itaque.de Iudic.Bartolum ſecutum
eſſe video.Contra tamen Alexan.conſi.133.incip.circa
executionem inſtrumenti lib.6.reſpondit ſpeciale mã
datum non requiri:quia regulæ,qua traditur tantum
operari generale mandatum quo ad genus, quantum
ſpeciale quo ad ſpeciem.l.j.ff. quod iuſſu, certis tan-
tum caſibus derogatur.Rebuff.ad concorda.inter Pa-
pam Leonem & regem Galliæ Rubr.de elect.derogat.
ad verbum,Speciale.inter quos iſte non reperitur: a-
deóque incluſio,expreſsióque aliquorum, excluſioné
aliorum operatur,cap.nonne,de præſumpt.Sic & An-
ge.ad l.generali.C.de decur.libr.10.ait,procuratorem
conſtitutum ad petendam pecuniam à debitore, poſ-
ſe eundem debitorem fugientem capere,ſicut credi-
tor ipſe potuiſſet.Sed & Ioan.Bap.Caccialup.in tract.
de debit.ſuſpect.2.quæſt.princip.hanc eandem ſenten
tiam ſecutus,ait,quòd cum talis procurator habet mã
datum ad cauſas,lites,ſeu ad agendum:mandato con-
ſequenti videtur mandatum eſſe& omne neceſſarium
antecedens,l.ad rem mobilem,l.ad legatum.ff.de pro-
curato.l.quamuis.C.de fideiuſſ.& procurator omnia
facere poteſt,quæ non inueniuntur prohibita.l.prim.
§.vſus.ff.de procurator.Neque mouet,quod in aduer
ſantis opinionis confirmationem allegant nonnulli,
procuratorem ad lites ſeu cauſas & ad agendum,exe-
cutionem ſententiæ poſtulare non poſſe. Bartolus &
alij ad l.hoc iure.ff.de ſolut.quia hic nulla petitur exe
cutio ſententiæ iam latæ,vel iudicij finiti: ſed futurũ
iudicium per arreſtum præparatur,vnde poteſtas pro
curatoris non eſt finita.Caſt.ad dictam l.hoc iure.Io-
ann.Bap.dicto loco,numer.3.Sic & quod Bartol.de e-
xemptione & relaxatione incarcerati ſcriptum reli-
quit,pleriſque diſplicet.Etenim dict.l. Pomponius &
l.3.§.1.ff.de lib.ho.exhib.quibus nititur ſuam ſenten-
tiam Bartol.confirmare,alio & diuerſo caſu intelligũ
tur:ſcilicet,quando ille,qui petebat detentum eximi,
non comparebat tanquã procurator detenti,ſed tãquã
procurator alterius,cuius detentum eximi, intererat,
Alex.d.cõſi.nu.11.verſi.non obſtat Roma.quoque cõſi.
241.incip.Spectabiles domini.verſi.primum quod ad-
uerſarij col.fi.falſiſsimam eſſe ait Bar.opinioné, ex eo
quòd coniuncta perſona ad agendum non admittitur
pro coniuncta perſona,in his caſibus,qui ſpeciale mã-
datum requirunt, l.2.ff.vt legat.no.ca.gl.ad L.exigen-
di. C.de procurat. Ideoque cum conſtet coniunctam
perſonam admitti ad petendam incarcerati relaxatio
nem,abſque mãdato.l.tertia,§.quod ſi mulier.ff.de lib.
ho.exhib. ſequitur, ſpeciale mandatum minime eſſe
neceſſarium. Nec vim facit inquit d.l. Pomponius,
quia loquitur in petitione exemptionis eius perſonę,
quæ eſt ſub poteſtate paterna: nos autem loquimur
in exemptione eius,qui eſt ſui iuris,& de vno ad alium
non procedit argumentum, d.l.1.§.in hoc.ff.de lib.
ho.exhib.Quæ ſolutio, etſi non ſit ſatis exacta & per-
emptoria,diligentius tamen inſpecta facile ſatisfa-
cit doctis.Porro autem exiſtimo, vtramque opinioẽm
iuſta diſtinctione iuuari poſſe: ſcilicet, vt liceat pro-
curatori ad agendum conſtituto, debitorem arreſta-
re & detinere:niſi illius ſit dignitatis, ſplendores &
eminentiæ, vt veriſimile ſit, creditorem ipſum, eiuſ-
modi debitorem arreſtare noluiſſe.arg.d.l.non ſolum.
§.fi. Procuratoris enim poteſtas, ad rationem & con-
ſuetudinem agendi creditoris, à quo cõſtituitur, for-
mari, regulari,extendi,& ãpliari ſolet,l.prima & aliæ
plures.ff.mandati. Nam & ſatelles,ſeu ſeruiens, qui
generalem habet ex more poteſtatem citandi ſeu de-
tinendi perſonas debitorum,citra ſpeciale mandatum
officium ſuum nõ extendit ad egregias perſonas:quia
non eſt veriſimile hoc permittere voluiſſe eos, qui eũ
conſtituerunt ad actus eiuſmodi exercendos,Felin.in
d.c.j.col.5.qua de re latius inferius dicetur.

Sed vt omnis ambiguitas ceſſet, ratihabitio ſuffi-
ciet, etiam in his quæ requirunt ſpeciale mandatum.
l.quod ſi de ſpeciali.§.j.ff.de minori.Bald. ad l.ſi mari-
tus.C.mand.Angel. ad l.licet.ff.de Iud.Et ideo ſi præ-
henſio ſine mandato ſpeciali facta eſt, exiſtimat Alex.
dicto conſil.133.nu.8.verſicul. poſſet etiam. ſufficere,ſi
creditor id quod factum eſt à procuratore, ratum ha-
bendo confirmet.qua de re admodum dubito, propte
rea quod id quod nullum eſt,cõfirmari nõ poſſet,quia
caret fundamento.

4 Tertio, qui ius ſibi à creditore ceſſum habet,arre-
ſtare poteſt.Roma.conſil. 142.incip.quia ceſſionarius.
Rebuff.ad ordin.reg.tomo j.art.6.gl.3. nu.42. verſicul.
& quia melius eſt.Bal.ad l.per diuerſas.quæſt.10.Cod.
manda. Nam cum in eum tranſlatæ ſint actiones,re-
præſentat iuris interpretatione primum creditorem.
l.2.C.de dona. diciturque in qualibet diſpoſitiõe cre-
ditor.l.ab Anaſtaſio,in verbo alium creditorem.Cod.
mand.& in libello ſe creditorem appellare poteſt.Bal.
ad.l.j.quæſt.vlti.C.de act. & oblig. niſi diuerſa aut le-
giſlatoris, aut ſtatuentium mens argueretur: vt quia
eius rei facta eſſet ceſſio,quæ iure cedi non poſſet. l. ſi
mulier §.ex aſſe.ff.de iur.dot. Econtra vero,reus pro-
prie ceſſionarij debitor appellatur, quia ab eo inuito
extorqueri pecunia poteſt.l.debitor. ff. de verb. ſigni-
ficat.& ſine exceptionis ope actio aduerſus eum com-
petit.l.poſtquam C.de hæred.venditio.l.emptori.ff.il-
lo tit.& generale eſt, quod in fauorem ceſſionarij ex-
ecutio fieri poteſt, dummodo ( vt quidam aiunt ) fiat
ex perſona cedentis,quod ceſſionarius dicere tenetur,
licet fiat ad ipſius vtilitatem.leg.ſeruo.§.fi.ff. ad Tre-
bellia.Ang.& Imo.ad l.ille à quo.§.vtrum.eod. titu.&
maxime, quando adpoſita eſſet illa clauſula in inſtru-
mento ceſſionis, quod cedens ponit ceſſionarium in
locum ſuum.Bart.in l.in prouinciali.ff. de noui. oper.
nunciat.Vnde cum ceſſionarius dicatur creditor, fiet
& permittetur illi ſicut creditori executio & arreſta-
tio.Bald.ad l.j.in fin.C.de act.& obligat. & ad d. l. per
diuerſas.quæſt.10.C.mand.vt lites breuiores exiſtant,
& ſumptus litium vitetur. Verum Rebuff.d. loco &
art.glo.2.num.18.in fin. aſſerit, in foro non obſeruari
iſtud: ſed ſufficere quod ceſſionarius petat executio-
nem nomine ſuo proprio,cum vtiles actiones habeat,
neque ſeruiens vel apparitor iſta curat. Quod ſi oppo
natur



natur coram iudice, executionem ſeu arreſtationem
nomine ceſsionarij eſſe factam, probabit ceſsionem
præceſsiſſe,& ita ſeruari ait.Quamuis vero lex vel ſta
tutum permittat petente creditore debitorem in car-
cerem duci, non ducet tamen ceſsionarius, niſi ceſsio
ne demonſtrata, & niſi denunciauerit debitori ceſ-
ſionem ſibi eſſe factam: cum propter ignorantiã nihil
poſsit imputari ei, qui non ſoluerit, Alc. ad l. 1.nu.74.
ff.ſi certum petat. & ad l.quoties. nu. 69. ff. de no. op.
nuntiatione. dicens ſe vidiſſe ſæpiſsime à carceribus
dimitti obæratos viros ob id,ceu non legitime deten-
tos.& probat Bal.d.queſtione 10.Hippol.ſingul.26.Boe
rius queſt. 10. Innocent. ad c. quia.de Iud. Vſu tamen
receptum eſſe aſſerit idem Rebuffus,non oſtenſa alia-
qua ceſsione, eiuſmodi quid fieri poſſe, niſi petere-
tur: quemadmodum & in ceſsionario denuntiante
debitori,ne ſoluat creditori, non eſt ei neceſse inſtru-
mentum ceſsionis oſtendere, ac nec cauſam quidem
huius denunciationis exprimere, niſi petatur, quod
pluribus & diuerſis authoritatibus,legibus, ac reſpõ-
ſis confirmat Tiraq.in libro de vtroque retract.§.1.glo
10.nu 105.verſic ſed conſequenter. ſufficitque,in pro-
greſſu cauſæ hæc producere. Quidam vero,quod ceſ-
ſionarius in initio teneatur fidem ceſsionis facere, ita
verum eſſe intelligunt,ſi nomine cedentis agat: ſecus.
ſi ſuo & vtili actione,quia tunc ſufficit id fieri poſt li
tem conteſtatam.Specul.in titu.de ceſ.§.j.& in titu.de
inſtrument.edit.§.nunc dicamus.verſicu.ſed quid ec-
ce.Auferius deciſ.capi.Toloſa.quæſt.3.Decius conſil.
302.Rota deci.34.in no.Doct.ad auth.ſi quis in aliquo.
C.d.eden.Nos de ea re latius ſub eo capite dicemus,
quo quæ neceſſaria ſunt ad arreſtum impetrandum,ex
plicabimus:egregiámque operam in huius articuli ex
plicatione poſuit D.Rodericus ad l.Poſt rem.in 7.ex-
tenſione,ff.de re Iud.fol.571.

5 Quartò huc etiam pertinere exiſtimo portatorem
ſeu latorem literarum.Solet enim Titio creditori, vel
portatori literarum,debitor promittere,& ideo iuxta
ſuam obligationem tenetur l.iuriſgentium.§.ait prę-
tor.ff.de pact.Rebuff.d.loco,tomo 1.artic.1.gloſſ.9.nu.
33.verſi.poterit tamen executionem.ita tamen,vt por
titor ille reddat literas obligatorias,& cautionem in-
demnitatis præſtet,l.diſſolutæ,& ibi Bal.C.de condi.
ob cauſ.quod idem Rebuff.artic.2.gloſſ.1.nume.75.ver
ſic.præterea ſi quis.per Senatum iudicatum fuiſſe ait.
Nihilominus tamen loco prius citato.nume.34.reſpõ
dit,nõ requiri quòd is qui defert literas ſeu inſtrumẽ-
tum,probet ſibi à creditore illud eſſe traditum, quia
poſtquam illud habet,præſumitur ſibi ab eo, vel eius
voluntate traditum eſſe.Ioann.Gallus.in quæſtio.per
arreſta.quæſtione quarta Boerius deciſio.154.incipiẽ
aliud ortum.per l.Labeo.& l.ſequent.ff.de pact.alio-
quin enim præſumeretur ſubtractio & delictum,con-
tra l.merita.ff.pro ſocio.

6 Quintò arreſtum poſtulare poteſt cõſors litis,qui
pro conſorte agere & excipere poteſt.l.2.C.de con-
ſort.litis.Bellonus conſil.26.numer.5.quia negociũ eſt
commune.Sed hoc reſtringitur,vt verum ſit,dummo-
do alias habilis ſit ad agendum:quia conſortium non
poteſt duos ſupplere defectus,videlicet defectum mã
dati,& defectum perſonæ,cum duo ſpecialia concur-
rere non poſsint.l.1.C.de dotis promiſ.Docto.ad Cle-
ment.religioſus.de procura. Franciſcus vero à Ripa,
ad cap.cum omnes,de conſtit.nume.59.verſi.ex prę miſ
ſis.latius hæc ſuo more expendens, vtraque & multa
hincindè diſputans,limitans,& diſtinguens, tandem
nouem eſſe neceſſaria.ait,vt conſors litis pro conſor-
te agere poſsit.quod & ego ad arreſtum antecedens
trahendum reor.Primò,quòd cauſa ſit ciuilis: Secun-
dò,quòd lis ſimul ſit ab omnibus conteſtata. quid e-
nim ſi lite conteſtata ſuſpectus fiat de fuga debitor?
Tertiò,quòd conſortes non prohibuerint: Quartò, ꝙ
conſortes ſint abſentes: Quintò, quòd cauſa non exi-
gat ſpeciale mandatum:Sextò,quòd conſors ſit perſo-
na habilis ad agendum: Septimò,quòd negocium ſit
commune: Octauò,quòd ſit eadem cauſa,& idem ius
agendi: Nonò,quòd conſors caueat de rato. Sed an
omnia iſta indiſtincte neceſſaria ſint,& quæ cuiuſque
rei propria cauſa ſit,late cum eo explicat d.loco Felin.
Nos,ne commentatio hæc noſtra in immenſum excre
ſcat,ſola ratione erimus contenti,vt qui illius articu-
li tractationem ex profeſſo non aſſumimus.

7 Sexto,eadem eſt ratio in ſocio:quia ſocij inter
ſe dicuntur aliquod habere tacitum mandatum ad ea,
quæ ſunt vtilia ſocietati.Bal.& alij ad l.nemo.ff.pro ſo
cio,cuiuſmodi & arreſtum eſſe,ſuperius eſt oſtenſum:
quemadmodum & miſsionem in paſsionem rei cõmu
nis pro debito ſocij reuocare,l.ſi is cui.§.ſi ex duobus.
& ibi Bartol.ff.vt in poſſeſſ.legato.& ex facto ſocij a-
gere. Bald.ad l.cum te.C.ſi certum.petat.& pro ſocio
conueniri:l.iuſtiſsime.ff.de ædil.edict.poſſunt,& ſi di
uerſis in locis negotientur,inuicem præpoſiti eſſe vi-
dentur.l.ſi hac.§.penulti.verſicul.ſi liberta.ff.de in ius
vocan.l.traditio.in fin.ff.de acquir.rer.do.quemadmo
dum cum in eodem quidem loco,ſed diuerſo negocij
genere: vel eodem negotio: ſed alternis vicibus,
& alter altero abſente, mercantur. Satis enim eſt,
ſocios eſſe, & communi ex vtilitate agere, l. ſi tamen.
& ibi Bart.ff.de exercit.act. Caſt.Alc.Bart.Iaſon.Rom.
Zaſ.& alij ad l.eius qui in prouincia.circa fi.illius l.ff.
ſi cer.pet.quamuis extra illos caſus, communiter in vi
riles portiones ſolum obligentur,neque inuicem præ
poſiti cenſeantur.l.fi.§.ſi plures.ff.naut.caup.ſtab.Ale.
conſi.vlt.lib.7.

8 Septimo,vt coniuncta perſona,pro coniuncta per-
ſona etiam ſine mandato agere. l. non ſolum. ff. ſolut.
matri.l.manifeſtiſſimi.§.fi.C.de fur.curatorem bonis
abſentis poſtulare.l.3.C.de capt. & poſtli.reuerſ. pro-
curatorem conſtituere.l.exigendi. & ibidem late Iaſ.
C.de procurator. reſcriptum in pleriſque caſibus im-
petrare.Feli.ad cap.nonnulli.§.ſunt & alij,column.16.
de reſcript.tutorem petere.l.quod dicis. & ibi Bartol.
C.qui da.tuto.& denique appellationem interponere
poteſt.dd.ad c.auditis.de elect. ita quoque & arreſta-
re coniunctæ perſonæ debitorem non prohibetur, vt
facultate ſibi à lege conceſſa vtatur, & agat. dummo-
do caueat eum pro quo id facit, ratum habiturum.
l.Sed & hæc.ff.de procurat.leg.Pomponius.§.fi.eo.ti-
tul.ca. accedens. de procurat.Roma.ſingul.613. incip.
Tu audiuiſti &cæt.quia cum quid conceditur, vt hic
conceditur facultas agendi,omnia cenſentur eſſe con
ceſſa, per quæ ad id, quod conceſſum eſt, perueniri
poteſt.d.l.ad rem. d.leg. ad legatum. & exacte Præſes
Euerardi in loco à conceſſione conſequentis.colum.j.
Cauere autem de rato debet, quia eius factum con-
iuncto non præiudicat.leg.3. §.j.ff.iudicare.ſolui:non
enim cogitur, ſed poteſt habere ratum, niſi omnino
vtiliter nomine illius actum oſtendatur, vt notat Ro-
manus & alij ad dict.leg.non ſolum. Sed quibus caſi-
bus agere non poteſt, ijs quoque neque arreſtare eum
poſſe exiſtimo. Eiuſmodi ſunt. Primo, ſi ſanguine
quidem coniunctus eſt, ſed ex damnato coitu natus,
quia ne filius quidem ex nefario congreſſu genitus,
pro patre, ſine mandato patris, agere poteſt. Iaſon
in d.l.exigendi.nume.8. Ego de hac reſtrictione vehe-
menter dubito, propterea quod eum qui magna a-
micitia iunctus eſt, agendi poteſtatem pro amico ha-
bere, grauiſſimis argumentis tradidit Iaſon. d. loco.
nu.4.Maior autem eſt amicitia patris & filij quantun-
uis naturalis,ob nexum ſanguinis,quam extranei. Ve-
rum quidem eſt,quod quo ad dignitates familiæ adi-
piſcendas,quæ ad inſtar ſucceſſionum deferuntur, nõ

cenſetur eſſe de domo,familia,vel cognatione.Innocent.ad d.c.nonnulli.late . Guil.Benedict.ad ca.Raynutius.circa medium.de teſt.ſed quòd in his quæ ſanguinis coniunctioni tribuuntur, & nullo eius lucro ſunt,excludantur:ad modum durum eſt,niſi dicas,patrem naturalem ex nefario illo congreſſu,eo commodo dignum non eſſe.Felin.quoque conſuetudinis patriæ rationem habendam eſſe oſtẽdit,multaque accumulat,ex quibus ea finitio reſtringi poſſet,ad d.c.nõnulli.verſic.prædictis obſtant.Secundò,non habet locum,quando coniuncta perſona habet tutores,vel curatores,vel etiam procuratores ad illum actum directe aut indirecte conſtitutos.Iaſ.ad d.l.exigendi.Bald.ad l.Senatuſconſulto.C.qui accuſa.tum quia mandatum expreſſum facit ceſſare tacitum, dict.l.3.l.fi.C.de pact.conuent.tum quia qui veniunt ex iure ſpeciali nunquam admittuntur,donec illi qui veniunt de iure communi,ſint in mora conſtituti.l.ſepulcri violati.ff.de ſepulc.violat.tum quia coniunctus, procuratorem dimittendo,cenſetur aliis,ne agant,prohibuiſſe, niſi procuratore illo exiſtente negligente.l.cum prætor,& ibi doctor.ff.de iud.Exiſtimant etiam omnes,non admitti coniunctum in his,quæ requirunt ſpeciale mandatum.l.patri.l.illud.ff.de minorib. Sed ſolus Decius reclamat,propterea ꝙ ad impetrandum reſcriptum, ſpeciale mandatum requiratur.& tamen coniunctus admittitur ad impetrandum illud pro coniuncto,d.c.nonnulli,agiturque de modico præiudicio.quia coniunctus coniuncto non præiudicat,niſi ratificet. Sed reiectis iſtis rationibus,ad d.ca.cum M.Franciſcus Ripa.nu.59.verſic.ſed iſtis non obſtantibus, communem opinionem ſequendam docet;quia lex non tam reſpicit præiudicium coniuncti,pro quo agitur,quam conſiderat præiudicium eius,contra quem agitur.c.fin.de procurat.lib.6.Neque mouet d.c.nonnulli.quia vt Felin.col.14.nume.52.Abbas & alij ibi annotant,ſpeciali iure recipitur,quòd coniuncta perſona,quæ in caſibus ſpeciale mandatum exigentibus nihil poteſt,admittatur ad impetrationem reſcripti,propter modicum præiudicium quod ea in re verſatur,niſi tamen peteret tãquam procurator:qui alligando mandatum,facit ſe alienum à legis prouiſione.l.maritus. Codi.de procurat.Adde quòd coniunctus, pro coniuncto præſente non agat.Imola ad dict.cap.cum N.nume.40.aliique caſus inueniuntur plurimi,quibus poteſtas à lege cõiunctæ perſonæ tributa,deficit,quos partim Alexã.& Iaſ.ad dict.l.exigendi,partim Feli.& alij ad ca.coram. de officio deleg.partim etiam Petrus à Duẽnas.regu.122.tradiderunt.

Porrò autem,quanuis coniuncta perſona, perſonã debitoris detinere & arreſtare poſsit,ſolutionem tamen ab eo recipere non poteſt Soluens enim non liberatur,dict.l.non ſolum.l.2.ff.vt in poſſ.legat.l.qui hominem.§.gener.ff.de ſolut.l.qui aliena.§.quanquam. ff.de nego.geſt.Alex.conſi.4.lib.2.quia non magis debet operari tacitum mandatum ex diſpoſitione legis proueniens,quale eſt penes cõiunctam perſonam,quã mandatum expreſſum.Sed habenti mandatum expreſſum ad agendum,non poteſt ſolutio fieri.l. ſed ſi tantum.ff.de pact.l.hoc iure.ff.de ſolution.ergo nec habenti tacitum.Verior ratio eſt,quòd ſi coniuncta perſona poſſet recipere ſolutionem,ſæpè conſumeret pecuniam,& coniunctæ perſonæ creditoris præiudicaret.quæ ratio ceſſat in agendo,quia cum agit,cogit tãtum debitorem ad deponendam pecuniam debitam apud Iudicem.Baldus ad l.ſin autem.ff.de negot.geſt. Iaſon vero limitat hanc concluſionem ad dict.l.nõ ſolum.vt locum habeat,præterquam ſi coniuncta perſona ſit alias legitimus adminiſtrator,vel ſi ſoluatur cõiunctæ perſonę ex contractu cum eo celebrato,de quo latius ibi Roma.num.7.col.2.verſi.tamen dicta communis opinio.

9 Octauò & hæres quoque creditoris hoc iure vtitur, qui etiam debitorem ſuſpectum capere poteſt, quantunuis intra tempora conficiendi inuentarij exiſtat:& ſi ex inſtrumento agendum ſit, non poſſet illi obijci, quod in illo inſtrumento non eſt nominatus:quia nominato creditore, cenſetur nominatus & eius hæres. Bal.ad l.j.C.quo.leg.Bartol.ad l. poſtulante.ff. ad Trebell.Io. Crotus ad l.nemo.colũ.4. & ſeq.ff.de lega.j.& expreſse in hac arreſti materia .Rebuff. ad ord. reg. tomo j.ar.6.gl.3.numero 74.ver.tertio amplia.& verſi, ſeq.Ang. ad l.j.§.j.ff. ſi cui plus quam per Falcid. Ripa. ad d.c.j.nu. 88.de Iud. Iaſon. ad l. vinum.ff. ſi cert. petat.Decius conſil.262. Socin. conſi.141.lib.2. Cotta. in memorab. ad verbum,hæres cenſetur.Boerius quę 10.inci. Ceſsionarius. in fi.dicens tamen,quod poſtea oportet quod doceat ſe hæredem eſſe, cum alioqui nullum ius haberet ad debitum. Sed Rebuffus dicto lib. art.3. gl.2.nu.14.exiſtimat hoc tunc tantum verum & neceſſarium eſſe, quando aduerſarius excipit, non alias. Ego Boerinm ſequi malim, quia titulum ſuum nominare & demonſtrare debet, qui agit.Sed quod diximus hoc abere locum etiam ſi hæres intra tempora conficiendi inuentarij exiſtat, intelligit Iaſon in d.l.vinum. nu.13. quando debitor eſt ſuſpectus de fuga:quia alias regula eſt,quod hæres exiſtens intra tempora conficiendi inuentarii,neque debitores hæreditarios conuenire, neque à creditoribus hæreditariis conueniri poteſt.l.fi.§.donec C.de iur.delib.ꝙ tamen falſum eſſe reſpondit Caſtrenſis.ibi in fi.§. donec.quia hoc inductum eſt in fauorem hæredis, vt conueniri interim non poſſit. Sed quia hæres poſt mortem defuncti continuo ipſo iure hæres eſt, præcipue attenta conſuetudine generali legem explicãte, ideo interim non prohibetur dũ conficit inuentariũ,debitores cõuenire hæreditarios.Tiraq.late in tract. *le mort ſaiſit le vif*. 2.par.decla.xj,num.14,verſic.quod autem poſtea.Boerius q.53.incip.Inſuper in audientia. circa medium.Ang.& Imo.ad d.l.j.§.j.ff.ſi cui plus.Bar. ad l.vl. C.de fruct.& lit.expen.& ad d.§.donec.

10 Nono,quod ſi verſemur in patria iuris ſcripti, & in eo loco,in quo arreſtorum nõ niſi aduerſus ſuſpectos nullus eſt vſus,niſi forte ex priuilegio ſpeciali, certo alicui loco à Principe conceſſo,exiſtimo etiam ſtudioſos ſcholaſticos hoc priuilegio gaudere: quoniã ſcholares gaudẽt priuilegiis ciuium illius ciuitatis in qua agunt.Io.de Platea,& alij ad l.ciues.C.de inco.lib.10. Ecõtra vero, ſi quæ ſunt grauamina ciuibus impoſita, illa ad ſcholares non extenduntur: qua de re plurima cumulat Rebuff.in tract.de priuil.ſcholari.ca.125.cum cap.ſeq.

11 Eodem modo gaudebunt hoc priuilegio homines ſuburbani.Rebuff.de art.6.glo.3.nu.42.ver.idem dicerem:quia ſuburbani in fauorabilibus appellatione ciuium veniunt,l.ædificia.ff.de verb.ſignifi.quod latius Alciat.Cæpolla,& alij tum ibi, tum ad l.2. tum ad l.vt Alphenus,explicant.

## Qui,aut quorum bona legitime arreſtentur. Cap. 4.

*Debitor manifeſte inops,vtrũ arreſtari poſſit.* nu.1.
*Cedere bonis qui poſſint.* nu.2.
*Cedere bonis an quis cogi poſſit.* nu.3.
*Obligare ſe ad carceres au quis poſſit.* nu.4.
*Arreſtari an poſſit aduena, quem quis ſtatim receſſurum ſciuit.* nu.5.
*Citatio ante arreſtationem non requiritur.* nu.6.
*Debitor in diem,vel ſub cõditiõe,an ſiſti poſſit.* nu.7.
*Fideiuſſor an arreſtari poſſit.* nu.8.
*Hæres debitoris an recte arreſtetur.* nu.9.

*Pecunia*



*Pecunia debitori debita,vtrũ arreſtari queat.* nu.10
*Clericus debitor an & à quo arreſtetur.* nu.11
*Teſtimonij dicendi cauſa arreſtare licet etiam executores* nu.12
*Ciuis an pro debito ciuitatis arreſtetur.* nu.13
*Res,quæ pro parte eſt debitoris,an tota arreſtari poſſit.* nu.14
*Creditor an recte petat debitorem arreſtari,in cuius bona miſſus fuit.* nu.15
*Apparitor,cui mandatum arreſti datum eſt,an poſſit arreſtare,ſi Iudex mandans moriatur.* nu.16

PROXIMA huic quæſtio eſt,quis,& cuius res arreſtari poſsint.Et regulariter quidem conſtat,debitorẽ cuiuſque legitima ex cauſa ſiſti & detineri poſſe,teſte Manſuerio in ſua praxi,titu.de execut.& ſubhaſtat.circa initium:ſicut ex legis diſpoſitione,cum periculum fugæ ſubeſt, capi & appræhendi poteſt,l.ait Prætor.§.ſi debitorẽ. ff.quæ in frau.credit.l.generali.C.de decur.libr.10.a-
1 deò vt plerique exiſtiment nihil referre, etiamſi conſtet,debitorem illum propter manifeſtam inopiam ſoluere non poſſe,cum & ex operis ſuis & mercede diurna,deductis tamen prius alimentis,tantundem corradere poſſet,vnde creditori fiat ſatis.Roma.nume.8.& Ange.cum aliis ad l.pro hærede.§.ſi quid tamen.ff.de acquiren.hære.non multò aliter, quàm is qui ab alio redemptus eſt,donec precium redemptionis ſoluerit, detinetur.l.Senatus.§.fin.ff.de leg.j.l.qui teſtamento. §.poteſtatis.ff.de teſtament. Quid igitur,ſi nec ex eo vlla vtilitas ſperari poſsit?quid ſi nihil penitus ſciat? Ange.citato loco,& Angelum ibi.nume.7.ſecutus Romanus,in ſimili reſpondent,quòd creditor non poteſt petere ſe immitti in ius vel rem debitoris,ſi ea immiſſio nullum ipſi lucrum adferret.Atqui mores noſtri acerbiores ſunt,etiamque hi aut carceri mancipantur, aut bonis cedunt.Cedere vero non poſſunt,ſi nequi-
2 tia,profuſiõe,culpave ſua in paupertatem inciderint, dolove malo,cum de ſoluendo non eſſe ſcirent, contraxerint.l.Sunt.ff.de re iud.docto.ad l.2. & vltim.C.
3 Qui bo.cede.Sunt etiam interdum,qui in carcere manere quam aut creditori ſeruire,aut bonis cedere mallent.Sed ad ſeruitium præſtandum quòd attinet, audiendos non eſſe reſpondit Rodericus decla.l.2.foro. LL.libr.3.cap.inci.Quæro tertiò.exiſtimatque præcedenti capite,ſtatutum valere,quo cautum eſt,debitorem operari debere creditori, donec debitum fuerit ſatisfactum,cum ſecundum legem 12.tab.etiam dilaniandus creditoribus datus fuerit.Videtur itaque aduerſus Bart.& Romanum ſentire, ex iuris communis diſpoſitione illud non licere:quia ob æs alienum ſeruire liberos creditoribus,iura compelli non patiuntur,reſpondet Impera.in l.ob æs.C.de act.& obligat. tum quia hoc valde extraneum & diuerſum eſt ab obligatione contracta,vt ibi ait Bal.tum quia hæc ſeruitus eſt contraria libertati,cui debitum pecuniariũ æquari non poteſt.l.plane.2.De leg.2.Sed hoc intelligunt alij,ſi vellet creditor debitorem vel in perpetuã ſeruitutem trahere,vel ad ſordidiſsima queque obeũda vrgere.Salice.& Fulg.ibi.Tum vero conſtitutio illa,de liberis debitoris loquitur:de debitore vero qui promiſſum facere non poteſt,& cedere bonis nõvult, non loquitur:aliaſque qui ſoluendo non ſunt, carceri de iure mancipari poſſunt.l.2.§.tutores.ff. de ſuſpect. tutorib.Quapropter in ea opinione verſor, vt exiſtimem,debitorem,ſi aliud non habet, & cedere bonis non velit,aut non poſsit,in hoc damnari poſſe, vt deductis alimentis,ex operis ſuis ſatisfaciat,aut credito-
4 ri liberaliter,moreque aliorum inſeruiat,iuxta ea,quę not.Bald.ad dict.l.ob ęs.in ver.extra.gl.& alij ad dict. §.tutores. & ad l.nemo. de exact.tribut.Certum eſt enim,ꝙ poſſet quis alicui creditori ſe obligare ad operas ſuas tam diu,quouſque per pretium operarum pecunia debita ſolueretur: quia iſta nõ eſt ſpecies ſeruitutis, ſed quidam modus ſoluendi debitum, adhibita moderatione & miſeratione. Bal. ad l.j.col.penult, verſic.tu concorda.C.qui bo.ced poſ.

5 Quid autem, ſiquis cum eo contraxerit, quem ſtatim receſſurum eſſe ſciuit, cuiuſmodi eſſe ſolent aduenæ & peregrini? Hunc non poſſe arreſtare videtur. Qui enim cum forenſi vel aduena contrahit,ſciens eũ ſtatim receſſurum,conuenire eum ibi non poteſt l. hæres abſens.§. proinde.ff. de iudic.ſemperque preſũitur forenſis ſtatim receſſurus:& qui ſic cum eo contrahit, fidẽ illius ſecutus videtur, ſuſpectuſque vt ibi volunt interpretes dici non poteſt, & ad cautionem de iudicio ſiſti præſtandam, minime compellitur Barto. ibi. gl.ad l.2.§.ſed etſi dubitetur.eo.ti .Sed hoc ita accipiendum exiſtimat,poſt Bar.Bal.Coſtalium,& alios,Rodericus d .loco, cap .incip .Sed attende.nu.37.niſi aliqua eſſent expedienda tempore contractus, vt traditio rei emptæ.Finge enim me equum peregrino vendidiſſe:nam niſi extemplo pecuniam ſoluat, poſſum cum eo lege agere,ne detur illi fugæ occaſio cum re mea:quia fidem illius hoc caſu non videor eſſe ſecutus:& ſi nõ dat,videtur delinquere & me decipere.l.3. ff.de pig.act.& ſic ẽt qualicũque modo, ratiõe delicti conueniri & arreſtari poſſe videretur.Nam & in ſimili,qui in nundinis mercantur,eius cõtractus ratiõe,nũdinis nõ obſtãtibus,conueniri poſſunt, licet alias pro aliis cõtractibus arreſtari vel cõueniri ibi nõ poſſent. l.vnica.C.de nund.& ibi doct.

6 Ex quibus etiam nõ difficulter intelligi poteſt,nulla hic citatione præuia opus eſſe,ſed ab ipſa arreſtatione incipiendum eſſe,alioqui enim fugam facile adornaret debitor.Caſtren.conſ.vl.lib.j.verſi. Secundus articulus.Fel.in c.cum non ab homine.de iud.Bald.ad l. cum fratrẽ.C.de his quib.vt indig. & vbi periculũ eſt in mora,ibi partis citatio non requiritur.Ale.& Iaſ.ad leg. fideiuſſor. §. ſatiſdatum. ff. qui ſatiſda. Iaſon ad §.j.nu.89.Inſti.de act.

Quinimmo(quod amplius eſt) etiam pendente lite arreſtari poſſet.in eiuſmodi caſu: quia licet pendente lite nihil ſit nouandum,l.j.ff.nihil no.ap.pen. tamen ſi periculum fugæ immineat,vel alias æquum iudici viſum fuerit, vrgebitur arreſtatus, vt caueat de iudicato ſoluendo,quia litis conteſtatio damnum creditori adferre non debet. l. non ſolet. ff. de reg.Iur.& remedium extraiudiciale non impeditur per litis pendentiam ex noua cauſa,teſte Ripa.ad cap.j.num.88.de Iudic.Decius conſi.562.nume.8.Iaſon ad l.vinum.nume. 3.ff.ſi cert.pet.& ad l.ſecund.ff.de Iuriſ.om.Iudic.Alexan.conſilio.105.lib.3.Ang.ad l.neminem. C. de exact. tribut.

7 Et hæc non ſolum in debito puro, verum etiam in debito in diem, locum habent: quia licet ante diem agens non ſolum exceptione repellatur,l. cedere diẽ. ff.de verb.ſignif.l.vnica.C. vt act.ab hæred. l.quod in diem.ff.de compen.Barto.ad l.ita ſtipulatus.ff.de verbo.obligat.l.j.§.fin.ff.quando dies vſuffr. leg.ced. verum etiam à Iudice ex officio repelli poſſit, gloſſ.ad l. vbi pactum.C.de tranſact.Barto.ad l.lecta.ff.ſi certum petat:nihilominus tamen,debitor in diem, ſi periculum eſt de fuga,& non aliter, ſiſti arreſtarique poteſt, teſte Bar.Bal.Roma.& aliis,ad l.ſi debitori.ff.de iudic. In omnibus enim bonæ fidei iudiciis,(inquit Papinianus) cum nondum dies præſtandæ pecuniæ venit, ſi agat aliquis ad interponendam cautionẽ,ex iuſta cauſa condemnatio fit. Quod & in ſtricti Iuris actiõibus, vel iudiciis locum habet.l.2. & l.3. de conductor. cau. dat.l.ſi creditores.ff.de priuileg. credit. etiam vt quis chirographum ſuum agnoſcat,vt cenſuit Senatus Pariſienſis,teſte Coſtalio ad d.l.in omnibus:quia interea

aut mori poſſet, aut fugere: Sed interim ſuſtinetur executio, donec dies aduenerit. l. Aquilia. ff. ad l. Aquiliã. Sic ſi commodato dedi alicui rem meam, poſſum repetere, non ſtatim, ſed aliquo tempore trãſacto, quod ex iudicis arbitrio decernetur: quia ex quo dedi commodato, tempus aliquod tranſire debet, ne alioqui inutile eſſet commodatum. l. tertia C. commod. Si tamen commodato dedi alicui, de quo ſuſpicio eſt, ne fugiat etiam ante tempus repetere poſſum. Baldus & docto. ibi. Sic ſi eſt factum pactum inter creditorem & debitorem, vt liceat creditori ingredi propria authoritate poſſeſsionem rei hypothecatę, nõ poterit creditor pacti illius vtilitate vti, niſi præcedente mora ſuper obligatione principali. l. debitores. & ibi Bartol. C. de pigno. l. ſoluitur. §. 1. ff. quibus modis pig. vel hypo. ſolu. Sed hoc verum eſt, niſi ſubſit iuſta cauſa, quia fortè dubitat probabiliter debitorem deceſſurum. Eo enim caſu, etiam ante moram ingredi poteſt, teſte Bartol. ad l. 3. verſic. Item quæro, quando &c. quia ius executiuum ex pacto competens, poteſt ex cauſa exerceri ante tempus, dict. l. quæſitum.

Quibus rationibus motus vir eruditus Rodericus Zuares Hiſpanus, ad l. poſt rem iudicatam, ff. de re iudic. in declarat. legis regni, in ſeptima limita. oſtendit creditorem tempore priorem, ſed in diem, præferri aliis creditoribus poſterioribus, quorũ dies iam ceſſerat, quãdo eſt periculũ in mora. Quæ deciſio Roderici, cũ ſit elegans, foroq; ſeruiens, ſubiiciam eius verba. *Quidam mercator diues* (inquit) *rupit & fugit, vt multotiès faciunt eiuſmodi, quãdo vident ſe diuites eſſe: & dimiſit iſte mercator aliqua bona, non tamen tanta, vt ſufficerent omnibus: ſtatim fuga arrepta, venerunt multi mercatores, & inter oẽs erat vnus, qui habebat obligationem cum hypotheca bonorum, qui erat prior tempore omnibus aliis aliorum obligationibus: attamen dictæ obligationis ſolutio erat in diẽ, quæ dies adhuc non venerat. Petebant oẽs executionem obligationũ ſuarum. Iſte cuius obligatio erat prior tẽpore petebat etiam executionem, & dicebat ſe præferendum ex regula, Qui prior eſt tempore, potior eſt in iure. Opponebatur vero ei, quòd nõ erat audiendus, quia nihil poterat petere, ex quo dies deſtinata ſolutioni, nondum venerat: & etiam quidã Iudex dimiſit eum ex hac cauſã deſperatum. qui venit ad me pro remedio, & aliis duabus vicibus habui de facto, & cõſului in fauorẽ iſtius mercatoris, illũ eſſe aliis præferendũ, dato quòd dies ſolutionis nondũ venerat, ex eo, quia debitor fugerat: & motus fui per tex. ſingularẽ in d. l. quæſitũ. vbi eſt caſus, iuncta glo. quòd etiãſi dies pẽſionis, & ſic ſolutionis, nõ veniſſet, tamẽ ex iuſta cã põt creditor perſequi pignora, & agere hypothecaria pro debito, vt quia receſſurus putabatur. Hinc eſt quòd Bar. ad l. 1. C. de condi. ex lege, cõmendat illũ tex. dicens eſſe ad hoc ſingularẽ, quòd oĩs debitor fugitiuus põt capi & detineri ante diem.* Hactenus Rodericus.

Quod autem de debito in diem diximus, idem & in debito ſub conditione, locum habet, argumen. l. omne æs. ff. pro ſocio. vbi ante conditionis euentum, ſi imminet periculum ſuſpicionis, poteſt creditor petere ſibi caueri per fideiuſſoris dationem. quod & ibi contra debitores ſuſpectos, & pro eorum creditoribus annotat Bal. qua in re & dictum Rodericum iam dict. l. loco nume. 4. in fin. verſi. accedat text. & Iaſonem ad l. vinum. numero tertio. ff. ſi cert. petat. & Franciſcum à Ripa. ad ca. j. nu. 88. de iudic. ſequaces habet, & ante hos quidem, Ang. & alij plerique ex vetuſtioribus, ad d. l. quæſitũ, priores tradiderũt. Nam quod Albe. contrariũ exiſtimat, ex eo quòd d. l. quæſitum, de debitore in diem loquimur, nõn de debitore ſub conditione: & quod quando debitum eſt in diem, eſt nata actio & obligatio: ſecus, quando eſt ſub conditione, dict. l. cedere diem, nihil mouet. Eadem enim eſt ratio, eadem eſt æquitas: eadem ergo debet eſſe iuris diſpoſitio. l. adigere, ff. de iure patro. Alioqui enim creditor ſub conditione, debito ſuo facile fruſtrari poſſet, adeo, vt his Alberici rationibus, quæ in fronte aliquid habent, in receſſu vero nihil, nimis facile motum fuiſſe Iaſonem arbitror, ad l. pecuniam, num. 9. ff. ſi cert. petat. ideoque etiã alibi de veritate huius ampliationis, quam ante animoſe tutatus erat, cœpit dubitare. Porro autem vniuerſa hæc cautionis interponendæ ratio, perquam arreſtum euitari poſſet. ex diſcretione & arbitrto eius, qui Iuriſdictioni præeſt, dependet. d. l. in õnibus. quod & apud Tiraq. in tract. de vtroquę retract. §. j. gloſ. 18. num. 44. cum ſeq. multis, videre licet.

8 Eadem etiam ratio eſt fideiuſſoris: quia omnis fideiuſſor fugitiuus & ſuſpectus, ante diem eadem illa ratione ſiſti, capi & detineri poteſt, teſte Io. Conſtan. ad conſtit. reg. art. 66. incip. *Et quant à celles*. col. fi. verſic. nota præterea. Bal. tamen, quem allegat, ad d. l. j. C. de condict. ex lege. de debitore, nõn etiam de fideiuſſore loquitur. Quinimmò vt Bal. voluit ad ca. cum contingat. colu. 5. de dolo, quando reus & fideiuſſor obligarunt perſonam ſuam, & renunciato facta eſt, reo capto ſeu detento, detineri etiam poteſt fideiuſſor, & nõ captura ſeu præhenſio, ſed ſolutio rei, liberat fideiuſſorem: ſicvt pendente litę contra reum, nõ impeditur executio contra fideiuſſorem. Bald. ad l. fin. C. de fideiuſ. Quod quo pacto intelligendum & reſtringendum ſit, latius tomo j. art. xj. gloſ. 3. num. 25. cum ſequent. explicat Rebuff. & hunc ſecutus Pet. à Duennas ad regu. iuris 276. incip. Executio poteſt fieri. Quo in loco quatuor limitationes & reſtrictiones recenſet, ad illam regulam pertinentes. Quid igitur de eo conſtituemus, qui tanquam principalis, alterius obligationi ſubſcripſit? Vnũs ex multis reſpõdet Zaſius ad l. Si ita. §. Chryſogonus. ff. de verb. ob. num. 3. eodem modo hunc cõueniri poſſe, atque ſi principaliter ſcripſiſſet, l. fideiuſſor. §. j. ff. de pig.

9 Idem quoque iuris eſt in hærede debitoris: quia ad id, ad quod poteſt compelli defunctus, poteſt compelli & eius hæres, l. poſtulante. ff. ad SC. Trebell. Crotus in repet. leg. nemo, ff. de leg. j. Rebuff. d. loco, nume. 74. Iaſo. ad l. diuortio. §. interdum, nume. 6. ff. ſolut. matrimon. & ex perſona hæredis, qualitas ſeu natura debiti non alteratur. l. 2. §, ex his. ff. de verb. obligat. Ideoque etiam inſtrumentum executorium, non ſolum contra principalem debitorem, verum etiam aduerſus hæredes illius, executioni mandari poteſt, licet verbis legis vel ſtatuti id non exprimatur. Et ſi ex forma ſtatuti debitor poſſit carcerari pro debito, hæres etiam illius carceri mancipari poteſt, teſte Bartolo, & Angel. ibid. quia licet loquatur ſtatutum de debitore, tamen hæres debitoris etiam debitor dicitur: cum ille proprie debitor ſit, à quo inuito debitum exigi poteſt, l. debitor. ff. de verb. ſign. cuiuſmodi hæredem eſſe conſtat. In qua ſententia reperio etiam fuiſſe Bald. ad l. per diuerſas. C. mandati. Caſtren. ad leg. ſi deceſſerit ff. qui ſatiſd. cogan. Rom. ad l. alia. §. eleganter. ff. ſolut matrimon. Imol. & Angel. ad l. j. ff. de his. quæ in teſtament. delen. quia ex quo debitor eſt obligatus in inſtrumento, obligatio ſuorum hæredum etiam virtualiter continetur, licet hoc inſtrumento non exprimatur. argument. leg. j. Codic. ſi cert. pet. l. ſi pactum. ff. de probat. Et exceptio quæ quotidie verſatur in foro, de eo quod aduerſarius non eſt nominatus in inſtrumento, hic ceſſat: quia obligatio ſuorum hæredum etiam virtualiter continetur, licet hoc in inſtrumento non exprimatur. argum. l. j. C. ſi cert. pet. l. ſi pact. ff. de probat. & exceptio quæ quotidie verſatur in foro, de eo, quod



quod aduerſarius non eſt nominatus in inſtrumento, hæredi neque nocet, neq; prodeſt: quia nominato Titio, videtur in eodem inſtrumento eius hæres nominatus. Ang. ad l. Creditores. C. de pigno. Alexan. ad l. in ratione. 1. ff. ad l. Falcid. Vnde & Caſtr. ad d. l. poſtulante. reſpondit, quòd etiam ſi ſtatutum dicat inſtrumentum eſſe mandandum executioni contra debitorem in ipſo inſtrumento compræhenſum vel deſcriptum, mandabitur nihilominus executioni cõtra hęredem, quanuis alias ſtatuta de perſona in perſonam non extendatur. l. ſi vero §. de viro. ff. ſolu. mat. quia talis diſpoſitio ſtatuti, intelligitur repellere illam perſonam, quæ non eſt, & non reputatur eadem perſona: ſecus, ſi reputatur eadem, vt in auth. de iureiur. à mor. præſt. Quo caſu, vere nulla extenſio, ſed potius incluſio, & interpretatio fieri dicitur l. non erit. §. de eo, ff. de iureiu. neque enim hæres noua perſona eſt, ſed vna & eadem cum defuncto. l. hæredem ff. de reg. iuris, & quæ eidem defuncto cum ſua cauſa & vitiis ſuccedit. l. vitia. C. de acquir. poſſeſſ. adeundoque hæreditatẽ, & ſic cum creditoribus hæreditariis quaſi contrahendo, debito conſtituitur. §. hæres. inſtit. de obl. quæ ex quaſi contract. Chaſſa. ad cõſuet. Burg. tit. *des cenſes*. §. 6. glo. vltim. l. quod ipſis. ff. de reg. iur. adeo vt priuilegium hæredis ſuccedentis, ſæpe non extinguat aut impediat ius executionis. Bart. & Iaſ. ad authent. quas actiones. C. de ſacroſ. eccle. Salicet. ad l. 3. quęſt. 5. & 7. C. de pignor. Decius conſi. 536. Gomeſius ad §. fuerat. inſtit. de act. Rebuff. de tomo j. de lit. ob. arti. 3. gloſſ. 3. nu. 9. & 10. & ſeq. Ex quo nata eſt quæſt. vtrũ clericus hæres laici, coram Iudice eccleſiaſtico conueniri poſſit: qua de re latiſsime diſputat Didacus Couarruuias lib. pract. quæſt. c. 8. & Rodericus Zuares d. Iacob. nu. 4. quem, ſi libet, vide.

Quinimmò, etiamſi hæres minor ſit 25. annis, nihilominus (vt exiſtimo) arreſtari bona eius poſſunt: ſed an ipſemet arreſtari poſsit, inferius dicemus. Ratio autem quæ me mouet, hæc eſt, quòd executio poteſt mortuo teſtatore fieri in hæredem, & ſi iſte hæres fuit minor, poteſt nihilominus fieri executio in boniſquę à defuncto ad eum peruenerunt. l. pupillus. iuncta gl. in §. ſed & ſi creditor. ff. de auth. tut. l. j. C. quando decret. non eſt op. Et quod amplius eſt, arbitratur Iaſon conſi. 88. incip. In præſenti. vol. 3. nec fiſcum quidem & eum qui à fiſco cauſam habet ſucceſsionis, immunem eſſe. Sed cum de executiõe effuſe & generaliter loquatur: dubito, an in materia arreſti eo iure vtatur fiſcus, de quo etiam paulo inferius latius dicemus.

Porro autem ſucceſſorem debitoris ſiſti, vel arreſtari poſſe, non eſt indiſtincte & ſemper verum. Sunt enim plerique caſus, quibus id non licet.

Principio enim locum non habet infra tempus cõficiendi inuentarij de bonis defuncti: quia intra illa tempora à creditoribus vel legatariis conueniri non poteſt, etiamſi aduerſus defunctum ſententia lata fuerit, l. fi. §. donec. & §. ſi præfatam. C. de iure delib. Bal. ad l. ait prætor. §. ſi quis ff. de procurat. Iaſ. ad §. fuerat nume. 61. inſtit. de act. Boerius deciſio. 10. num. 3. Chaſſa. ad conſuet. Burg. rub. *des ſucceſsions*. Rubr. 7. §. 14. nume. 9. Bal. ad l. per diuerſas quæſt. 10. C. mand. Cornæus conſi. 221. lib. 4. Præſes in loco à ratiõe leg. ſcrip. col. 4. Rebuff. ad ord. Reg. Tomo j. art. 5. glo. 2. nume. 8. etiamſi hæreditas ſit locupletiſsima, & notorie ſit ſoluendo. Bald. ad d. §. donec. & §. cum igitur: idque propter occupationem, quam habet in inuentario conficièndo, teſte Roderico d. loco. nu. 5. in fin. Latius vero Auguſtinus Boerius quæſt. 57. incip. ſtatutò. reſpõdet, ſtatutum de arreſtando & capiendo debitorem contra hęredem ſub beneficio legis & inuentarij, locum non habere, ſed via ordinaria contra eundem procedendum eſſe, vt per Imo. ad l. 4. §. ſi prætor. ff. de dam. infect. Et ſi contra hęredem tale quid tentatum eſſet, proceſſus, ſentẽtia, & omnia acta, eſſent ipſo iure nulla, vt idem Boerius ait.

Sed hoc non procedit in hærede conuento vt reſtituat vſuras, quando defunctus iuſsit eas reſtitui, vel cauit ſecundum formam text. in cap. quãuis de vſur. libr. 6. nam tunc propter periculum animæ, quę rebus omnibus longe præferenda eſt, reſtitutio non debet differri, vt in l. ſancimus. C. de ſacro. Eccleſ. capi. cum infirmitas. de pœniten. & remiſſ. & hanc limitationẽ ponunt dd. in dict. §. donec, præcipuè Iacob. de S. Georg. num. 2. Philip. Cornæ. nu. j. Zuares in d. l. poſt rem iudicatam in j. extenſione. nume. 6. fol. 132. columm. j. ff. de re iudicata: & ideo datur dilatio, quia omnibus remanet ius ſuum ſaluum: quod in iſto caſu non eſſet, cum animæ detrimentum iam illatum, non per hoc poſtea tollatur. argũ. l. tutor, qui reperto. in princ. ibi, (niſi id quod dilationem modicam expectare nõ poſſet) ff. de adminiſtr. tuto. & pium defuncti propoſitum ſine vlla cunctatione adimpleri cõuenit. l. nulli. C. de epiſcopis & clericis.

Secundò non procedit, quoties hæres inquietaret alios ex cauſa hæreditatis: nam tunc poteſt reconueniri ab eo quem ipſe prior conuenit, arg. text. in l. 2. in §. ſed ſi agant, ff. de iud. & in authen. conſequenter. C. de ſentent. niſi illos conueniat hæres, neceſsitate compulſus: puta, quia debitores hæreditarii cum pecunia fugiebant, quos fecit capi, vel domus vicini minabatur ruinam ſuper domum hæreditariam. vnde petat cautionem damni infecti, vt in l. 2. §. ſed ſi agant, ff. de Iud. Ita expreſſe tenet Ang. in eod. §. ſed ſi agant, nu. 3. & idem Ang. vbi dicit ita vidiſſe ſe de facto practicari & iudicari, in l. j. §. hæc ſtipulatio. verſi. tertio fallit, ff. ſi cui plus quam per l. Falci. quem ſequitur ibi Io. de Imola. nu. 10. Philip. Corn. in d. §. donec, nu. 2. & Rodericus loco mox citato. nu. 8.

Tertio locum nõ habet, quoties petitur aliquid ab hærede pro impenſa funeris: tunc enim non opponit de inuẽtario. ita expreſſe tenet An. in d. l. j. §. hæc ſtipulatio, numer. 16. quem ſequitur Philip. Corn. in dict. §. donec. numer. 2. quod & ibi Iac. de S. Georg. numero. j. probat.

Quarto fallit, quãdo conuenitur hæres pro legatis piis, non ferentibus dilationẽ: vt ſunt alimenta pauperum, qui interim fame perirent, vt expreſſe tenet Ang. in d. §. hæc ſtip. nu. 16. verſ. ſecũdo fallit. ꝙ dictũ ſequitur ibi Io. de Imol. nu. 10. vbi dicit ſe ita vidiſſe practicari. Eandem opinionẽ tenet Phili. Cor. in d. §. donec. nu. 2. Iaco. de S. Georg. nu. j. Bar. de Chaſſa. in conſuet. Burg. in ti. *des ſucceſſions*. §. 14. col. j. nu. 9. fol. 281. In his enim in quibus ius ſuum cuique ſaluum & integrũ eſſe ac manere põt, nõ in his quæ moram non admittũt, conceſſa eſt dilatio. l. tut. ff. de auth. tut. Rode. d. loco, in j. extenſion.

Poſtremo reſtringitur, quoties cõuenitur hæres rei vẽdicatione. quia tunc cõuenitur vt quilibet poſſeſſor non vt hæres, vt in d. l. de eo, in §. penul. ff. ad exhib. ita expreſſe tenet Odofred. Guili. de Cugneo. Bal. Salicet. Paul. de Caſtro, & ibi Philip. Corn. num. j. Iacob. de S. Georg. num. j. Ang. in d. §. hæc ſtipulatio. num. 16. & ibi Io. de Imola. num. 18. Rodericus Zuares in loco ſupra allegato. nume. 7. Iaſon. conſilio. 88. lib. 3. Socin. reg. 135. fallen.

Secundo arreſtari vel conueniri ſucceſſor non poteſt, quando eſt ſucceſſor ex conuentione: Nam quamuis regulariter hæreditas pacto dari non poſſit, l. ſtipulatio hoc modo. ff. de verb. obligat. excipiuntur tamen caſus nonnulli, vel fauore militum, l. licet. C. de pact. vel in gratiã matrimonij contrahendi, Zaſius & alij ad d. l. ſtipulatio, & his ijſdem caſibus, hæres eiuſmodi, in debitum hæreditarium non ſuccedit, quandoquidẽ non iure hæreditario. ſed ex pacto & conuentione ſuccedit. Manſ. in ſua praxi, rub. de execu. §. Item

quæro,col.2.Ego vero hic ſubſiſto,& de ea reſtrictione admodum dubito: quia pactio eiuſmodi, licet ex conuentione naſcatur,facit tamen ſæpe, eum cui ſic pactus eſt,hæredem eſſe.Quid enim ſi de maxima parte bonorum inita ſit,nulluſque alius hæres inſtituatur,minima parte bonorũ legatis exhauſta? Rurſum vero aperta eſſet via fraudibus, ſi hac ratione onus æris alieni liceret euitare. Memini mulierem quandam,inter viuos facta donatione,ſibique rerum omnium poſſeſsione ſeruata,ita cum nepote ſuo conueniſſe, vt omnia eius bona mobilia haberet poſt eius mortem,nullique creditorum obnoxius foret: cum tamen eo in loco,vbi id factum fuit, appræhenſor bonorum mobilium,ad exolutionem æris alieni teneatur.Conſultus cum aliis quibuſdam,reſpondi,ob præſumptam fraudis coniectionem,nepotem illum ſtipulatorem,ab æris alieni præſtatione immunem non eſſe:quia alioqui facile deciperentur creditores,niſi haberent hypothecam.Interim veriſsimum eſſe credo, quòd ſi inter maritum & vxorem conuenerit in contractu antenuptiali,quòd vxor habebit præmoriente marito mediam vel aliquam partem bonorum, abſq; vllo onere æris alieni:eo caſu,ipſa quidem creditoribus obnoxia erit:ſed cogentur hæredes mariti,aduerſus eoſdem creditores,eandem vxorem indemnem cõſeruare,atque defendere.In qua opinione etiam fuiſſe videtur Chaſſa.ad cõſue.Burg.Rub. *des droictz & app.des gens mariez.* §.10.Eodem modo accipiendũ puto,quod dicitur,in eum qui hæreditati renunciauit,executionem non dari:vt ſcilicet procedat,ſi nunquam alias hæreditatem adiit.Nam ſi adiit,& vendidit:certe vt à creditoribus cõueniri,ita etiam ſiſti poterit,iure ſuo aduerſus emptorem hæreditatis ſaluo, l.ratio.C.de hæred. vel act.vend.

Singularis quoque ſucceſſor,& qui hæres non eſt, non ex promiſsione ſeu debito defuncti,qua minime ligatur,ſed tantum vt rei mobilis alienæ poſſeſſor,arreſtari poteſt.l.j.§.ſi hæres.ff.ad SC.Trebel.l.fi.C.de hære.act.Et in his in quibus ſingularis ſucceſſor, cuiuſmodi eſt legatarius rei alicuius,paratam executionem habet,ſicut defunctus ipſe haberet,prout ſemper habere videtur.Bal.ad l.ex legato.C.de leg.Rodericus dict.loco,in j.extenſio,nu.12.in fi.in iis etiam caſibus è conuerſo ſiſti poteſt.Doct.ad l.ſi debitori C.ſi aduer.cred.præſcrip.glo.ad l.ea lege.C.de condic.ob cau.Iaſ.ad l.quædam.§.nihil intereſt.nu.7.ff.de eden.& in l.Ait prætor.nu.10.ff.de iureiuran.& ad l.ſi vnus §.ante omnia,nu.5 ff.de pact.& ad d.l.1.§.ſi hæres.nu. 4.Et ideo poſſeſſor bonorum hæreditatis,via executiua conueniri non poteſt.Bar.ad l.controuerſia.nume. 7.ff.de tranſact.

10 Quod de hęrede debitoris diximus, idem in debito debitoris noſtri locum habet. Poteſt enim creditor,id quod ſuo debitori ab alio debetur,arreſtare.argu.l.2.Cod.quan.fiſc.vel priu.l.hęres in fi.ff.ad Trebell.& debitorẽ debitoris,authoritate iudicis ad certum aliquem diem citare,vt veniat ſi velit, & audiat rationes arreſti proponi,beneque ac iuſtè factum eſſe declarari.Tum vero(vt d.art.6.glo.3.num.64.tradidit Rebuff.)vbi in iudiciũ venit,interrogatur an & quãtum debeat,vel an res debitoris eiuſmodi,& quas res detineat:quod & ſub iuramento dicere cogitur.Si ſe aut debere,aut detinere confitetur:præceptum ei ſit, ne cuiquam ſine iudicis,aut creditoris voluntate tradat,neve debitori ſoluat,quod deinde principali debitori ſignificatur,dieſque ei dicitur,quo die ſi comparet,& iuſtam cauſam non alleget,cur arreſtum ſuſtineri non debeat:Iudex ex ea pecunia ſic arreſtata, creditori ſoluendum eſſe decernet,ſeu alias rem illã diſtrahi,& diſtractæ rei precium,dicto creditori numerari præcipiet.Propius vero ad noſtros mores accedens Manſuerius,in ſua dicta praxi,titu.de execut. colum.7. verſic.Item ſi creditor aſſerit, quo poſtquam, creditor pecuniam debitori ſuo debitam arreſtauit ſufficit vt præceptum fiat debitori debitoris ſub pœna,ne debitori ſoluat, vel res eius dimittat:& hic quidem, ſi rurſum debitori ſuo hoc ſignificauerit, ipſe à creditore ſuo ad ſoluendum, arreſto prius non amoto compelli non poteſt,quamuis à creditore creditoris ſui arreſtante, vrgeri poſſit ad pecuniam illam debitam apud Iudicem deponendam,ne alioqui eadem difficultate,ab eo conſequatur pecuniam arreſtatam, qua debitum ab ipſo debitore aſſequi nõ potuit.Gaudent enim,& ſæpe etiam procurant debitores,vt, quo facilius moram ſoluendi trahant, pecunia quam debent, apud ipſos arreſtetur. Cum vero eam pecuniam petente creditore depoſuit, vel non petente, creditori ſuo non ſoluit: etiam ſi ad certum diem ſub pœna & addito iureiurando ſoluere promiſiſſet, non tenetur, quia iuſſus Iudicis,& à mora,& à pœna, & à periurio excuſat.l.non videtur, §. qui iuſſu, ff. de reg.Iur. l.fi.ff.de leg. commiſs. Rebuffus dicto loco, Lucas de Penna, ad l. vnic. C. vt nullus ex vicar. lib. xj. Pricticus Ferrar. in for. ſequeſt. ſeu ſaxam. colu. penul. Bar. & Dy. ad l. creditor ff. de ſolut. Anchor. conſ. 64.Decius conſ.25. Iaſ.conſ. 26. lib. 3. Deciſ. Neap. 150. Barb. conſ. 29. lib. 3. Cumanus conſ. 185. Caſtren. conſ. 285. lib.j.præterquam,ſi debitor, debitoris (quod, vt dixi, ſæpe fit) ex malitia & improbitate ſua impedimentũ iſtud arreſti ſolicitauerit.Feli.ad c.fi.de teſt.& ad c.fi. de for.comp.argum.l.& qui data,ff.ex quib.cau.maio. Barb.conſil.56.lib.j. Hieronymus Cag.ad d.§.qui iuſſu.vel ſi tam notorie videatur arreſtum eſſe inique aut perperam factum, vt nullo iure defendi, aut ſubſiſtere queat,teſte Decio ad d.§.qui iuſſu. & latius Iaſo.d. conſi.26.lib.3.Arreſtata vero hæc pecunia cum fuerit, dies dici debitori principali debet, vt compareat, & ſe, ſi velit, rationibus arreſto proponendis opponat. Et quamuis ſint qui exiſtiment, cogere hunc poſſe ſuũ debitorem vt ſoluat, interpoſita cautione indemnitatis aduerſus creditorem arreſtantem,arg.leg.penul. C.depoſ.l.Is à quo ff.de rei vendic.Iaſon.ad l. non ſolum,§.morte.nume.28.ff.de oper.no.nunciat.Contrarium tamen dicto loco tenuit Rebuffus, qui ea in re Paulum Pariſium conſilio. 107. lib.3.ſequacem habere videtur,præcipue cũ in facultate arbitrioque eius poſitum atque collocatum ſit, iuſta ſatiſdatione omnem facti arreſti vim diſſoluere. Quid igitur, ſi debitor debitoris, ſe verum debitorem eſſe negauerit? Sane non poteſt creditor plus iuris aduerſus debitorem ſui debitoris habere, quam haberet ipſe primus debitor, idemque debitoris ſui creditor. Ideoque in primis probare debitum oportebit,leg.ſi debitum,Co.quan. fiſ.vel priuat.glo.ad l.2.eod.titul.Roder.d.l. poſt rem. capitu.incip.ſecundo quæro fol.675.Doct.ad l.à Diuo. Pio,§.ſic quoque ff.de re Iudic.Quod ſi vero res debitoris occultauerit,& ſe eas habere negauerit, iuſtis remediis huiuſmodi impudiètia coercebitur, legitimaſque mendacij ſui pœnas feret. de quibus inferius latius dicetur.

11 Clericos quoquo debitores,arreſtari poſſe exiſtimo. Nam in his quæ pertinent ad proceſſum,etiam in foro eccleſiaſtico ſeruatur conſuetudo laicorum, c.cũ veniſſet.in verb. *vellent procedere.* de eo qui mit. in poſſeſ. Et cum eiuſmodi ſtatutum vel conſuetudo nihil turpitudinis habeat,pertineatque ad abbreuiandas lites bono publico,etiam à clericis ſeruari conuenit,c.conſtitutus,de in integ.reſtit.gloſſa. in l.ex ea,ff. de poſtul. Ideoque Bartolus ad l.cunctos populos, 8. colum.verſicu.hoc præmiſſo,C.de ſum.Trinit.reſpondet, ꝙ cum ex ſtatuto ciuitatis, inſtrumentum mereatur paratam executionem, poterit laicus in foro Eccleſiaſtico, eiuſmodi inſtrumenti executionem, aduerſus clericum poſtulare:quod & Rodericus quoque



voluit,d.loco in 8.ampliatione,quantumuis ad dic.l. cunctos,diſſentiat Baldus.Sanè,in clerico de fuga ſuſpecto,dubium non eſt,quin ex mandato iudicis eccleſiaſtici detineri poſsit,teſte Franc.Rip.lib.1.de leg. reſpond.13.& ad cap.1.de iudic.cum etiam,quod amplius eſt,à laico,ſi fugitiuus iam ſit,recte capiatur.Panor.& alij in ca.cum non ab homine.eod.titu.Bartol. ad l.ſi quis in ſeruitute.ff.de furt.Hippol.ſingu.43.incipiẽ.debitor.Iaſon in §.1.de act.& in materia arreſti. Rebuffus dict.art.6.glo.3.circa fi.verſic. Quintò amplia.nullaque fori pręſcriptio in huiuſmodi neceſsitate opponi ſeu allegari poteſt.Iaſ.ad l.2.num.15.16.& 17.ff.de Iuriſdic.om.Iudic.& ad l.ſi ab arbitro.num.9. ff.qui ſatiſd.cogant.Idem in prouiſionalibus executionibus & namptizationibus dici ſolet:quia vt laicis,ita etiam clericis,ad prouiſionem ſeu(vt vocant) namptizationem,condemnatur,teſte Rebuffo dict.tomo.1.in proœmio gloſſ.1.nume.69.præcipue,quòd eiuſmodi prouiſio nõ tam deciſionem cauſæ,quam ordinem procedendi ſapiat:qua de re etiam Imbertus, Inſtit.foren.libr.1.cap.24.& lib.3.capi.7.quædam annotauit.His recte adiicias,quod Ioannes Fabri ad §. Is quoque, nume. 3. verſic. quid ſit clericus,Inſtit.de act. reſpondet, quod ſi clericus ſe obligauit ad arreſtum pro debito ciuili, valet obligatio, arreſtumque tenet,ita tamen,vt in curia eccleſiaſtica, non in ſeculari detineatur:detentus vero,neque carceri mancipetur,neque vinculis alligetur. quam Fabri opinionem & Guido quoque quæſtion.81.ſecutus videtur, quod & Boerius quæſtio.349.numer.11,column.antepenul.probat.

12 Sed & teſtes vt teſtimonium dicant:Tabelliones, vt inſtrumenta exhibeant:apparitores,nuncij,& executores,vt executionis teſtationem præbeant,ſiſti atque arreſtari poſſunt.Imbertus libro primo Inſtitut. foren.cap.primo Rebuffus ad ord.Reg.Lom.3.De citatio.Arg.2.glo.v.num.19.& tradunt docto.ad tit.de teſtib.cog.Bal.& alij ad l.quibus diebus.in princi.ff. de cond.& demonſtra.

13 Adde,quòd ciuis pro debito ciuitatis detineri, ſiſti & arreſtari poteſt,quãdo ciuitas ſe & ſuos,ſuaque & ſuorum bona (ſicut fieri ſolet) ſolenniter obligauit: neque ſolum pro rata & portione ſua arreſtari poterit,ſed pro debito vniuerſo.Iaſon Franciſcus à Ripa, & alij ad l.4.in initio.ff.de re Iudicata.& ad l.ſicut.ff. quod cuiuſque vniuer.nom.Nam quod plerique exiſtimant,vnumquenque cenſeri pro ſua parte obligatum,niſi aliud ſit expreſſum:reſpectu ciuium inter ſe, non reſpectu creditoris,verum eſt.Scire enim creditor nunquam poſſet,quota cuiuſque ſit portio:neque etiam illud in contrahẽdo actum ſeu cogitatum fuiſſe dici poteſt, planéque vſus arreſti ſic tolleretur,& particularis hæc præſtatio,plurima ſecum incommoda ferret.l.plane,ff.fami.erciſcun.Porro autem,quod ita arreſtatus vel detentus præſtitit,damnique quod accepit,æſtimationem ac refuſionem à communitate vel ciuitate recuperare poteſt,vt teſtatur Laurentius Syluanus conſil.35.numero 8.libr.1.Cardin.& alij ad l.Nam Seruius,ff.de negotiis geſt.& ad l.ſecundam. §.fina.ff.de verborum obliga.Panormi.conſi.21. inci. in quęſtione.libr.ſecundo,& conſi.60.lib.primo. Nõ me latet,quòd D.Henningus Goden.conſi.34.numer. 33.fuſe admodũ ſuſtinet,ciues alicuius ciuitatis pro debito eiuſdem capi,detineri,vel incarcerari à creditoribus ciuitatis non poſſe: ſed opinionis illius in hoc articulo,iuſta defenſio eſſe non poteſt,tum quòd moribus noſtris contrarium ſeruetur, tum quòd non videtur loqui, quando res & bona ſingulorum nominatim creditoribus obligata & ſuppoſita fuerunt.

14 Sed & de eo dubitari poſſet,quid agendum ſit,ſi debitor & is qui arreſtatur,in re,quæ arreſtari debet, portionem aliquam indiuiſibilem duntaxat habuerit.Nihil referre aſſerit Rebuffus, d. art. 6. glo. 3. nu. 33.nihilque impedire exiſtimat, quo minus ratiõe partis,tota arreſtetur:ita tamen,vt arbitror,quod iſtiuſmodi debitor ſuo ſocio de damno ipſius in altera parte accepto,teneatur:In ſimili enim receptum eſt,animal alterius publicari & fiſco adſcribi ſubinde poſſe: ſed ſuccurritur eo caſu domino animalis, vt contra eum,cuius culpa in commiſſum incidit, pro damno accepto experiatur.Roman.& alij ad l.dotem,§. dominis,ff.de public.& Vectig.& ad l.fin.ff.de pign.act. Præſumitur tamen(inquit Rebuffus) res apud debitorem inuenta,eſſe eius,argumen.l.fin.C.de reivend. & cap.De cauſ.poſſeſsion.Quomodo aduerſus generum quendam iudicatum fuiſſe ait,qui arreſto ſe oppoſuit,& equum apud ſocerum repertum, ſuum eſſe dixit,nec aliter probauit.Ideóque debitor rem eiuſmodi alterius eſſe,incontinenti probare debet, ſi arreſtum euitare velit. Albericus ad l.ſecundam Cod. ne vxor pro mar.quemadmodum vxor,ſi eo tempore quo aduerſus maritum ſententia mandatur executioni,ſe opponat,&res quas appræhendit executor,ſuas eſſe contendat: hoc probare debet, quia mariti eſſe præſumuntur,teſte Bald.& Petro de Bellapertica ad eandem l.2.

15 Immo quod amplius eſt, ſi creditor petiit ſe mitti in poſſeſſionem bonorum ſui debitoris, & miſſus fuit, nihilominus tamen debitor ſiſti & arreſtari poteſt. Decius conſilio.460.numer.9.Nam & Bartolus ad l.conſentaneum,colum.fi.verſicul.2.quæro.C.quomo. & quan.iudex. & Bartolum ſecutus Bald. ad leg. ignorare,C.de reſtitutio.milit.& ad leg.j.§.fi.ff.ſi quis ius dicend.non obtemperat. reſponderunt, quod creditor immiſſus in poſſeſſionem bonorum debitoris ſui, curare nihilominus poteſt, eundem debitorem appræhendi, quia ſcilicet hæc remedia cumulatiue competunt ad eundem effectum, & per electionem vnius,alterum non tollitur:Neque mouet, quod dicitur, eum qui viam iuris elegit, amplius ad viam facti redire non poſſe.leg.ſi mulier.in fin.ff.quod met. cau.Salic.ad l.ſecund.in 10.quæſt.C.de Seruitut. & ad l.1.in princip.Cod.de execu.rei iudic.tum quia via arreſti eſt vera via iuris, tum quia regulæ illi nullus eſt locus, quando plura remedia ordinata ſunt ad eundem effectum, in fauorem actoris,teſte Decio,d.loco, numer.12.Quo modo Boerius quæſtio.306. reſpondet, eum creditorem qui pignus accepit, poſſe nihilominus perſonali actione debitorem vrgere. Neque audiendum eſſe debitorem,ſi dicat, Tu habes pignus, & es ſecurus,quod & Cornæum conſili. 108. lib.4.voluiſſe ait. Et ſi quis in poſſeſſionem legati ſeu fideicommiſſi ſeruandi cauſa miſſus eſt, contra hæredem adhuc agere poteſt,leg.qui legati,Codic. vt in poſſeſ. leg.Rurſum, qui ad petitionem creditoris excommunicatus eſt, nihilominus ad ſoluendum vrgetur, non multo aliter, quam is qui hoſtagia (vt noſtri dicunt) ſeruare promiſit. Guido Papæ,conſil.99.incip.Ioannes Borelli,libro ſecund.Bartol.ad leg.prima.ff.de lege commiſ. Sed paulo apertius idem Guido conſil. 117.incip. Ex actis.verſicul.vlterius not.& conſil.114. numer.4.lib.2.ait, quod ſi quis eſt incarceratus ad inſtantiam ſui creditoris, poteſt nihilominus creditor bona illius perſequi: & econuerſo, ſi primo conuolauit ad bona debitoris, poteſt poſtea pro reſiduo adhuc facere capi perſonam debitoris.Angel.ad l. 4.§. ſi ex conuentione,& ibi Zaſius numero.8.ff.de re Iudic. tum quia carcer qui ad cuſtodiam deputatus & conſtitutus eſt,l.j.Co.de cuſtod.reor.l. aut facta.§.ſolent. ff. de pœn. neque debitum ſoluit, neque perimit aut extinguit obligationem: tum quia illa remedia ad vnum effectum tendunt, tum quia æquum eſt, illi vlterius ſuccurrere, cui vnum remedium non ſufficit.

Cornæus dict.conſi.108.lib.4.Rebuffus d.tomo 1.art. 11.gloſſ.3.nume.12.Quæ omnia dubium non habent. vt videtur,ſi perſona & bona debitoris ſimul erant obligata,quod fieri curāt cauti creditores,vt dict.loco,nume.8 ait Rebuffus,non ignorantes,quòd abundans cautela non nocet,l.penult.C.de euict. Et quidem præcipuè hoc tempore,quo fides atque charitas friget,& aduerſarius noſter diabolus,mille artifex,nouas atque inuſitatas decipiendi formas quotidie ſuggerit debitoribus, ad fraudandum propenſioribus. Alioqui vero difficile eſſet, in vſum forenſem, que dicta ſunt, adferre, & rem ac perſonam debitoris ſiſtere vel arreſtare,quod multarum prouincia ciarum mores non admittunt.

26 Illud etiam notari poteſt,ſi Iudex qui arreſtare debitorem præcepit apparitori, ante factum arreſtum vel moriatur, vel officio defungatur, poterit nihilominus apparitor arreſtum facere, & præceptum ſibi factum exequi : quia præceptum Iudicis, illic modis non extinguitur,licet aliud in cōmiſſione obſeruetur.Hippol.ad l.fi.num.185.ff.de iuriſ.om.Iudic. Rodericus ad declar. leg. 2. Titu.*de los emplazamientos*. libro ſecundo fori. num. 28. per tex. in authentic. v, nulli Iudic. §. ſi vero. col. 9. & l. fundi venditor,ff. dt acqui.hær dit.Et licet alias præceptum iudicis regulariter non duret vltra tempus ſuæ iuriſdictionis,l.fi. ff.de pœn.l.eum qui.§.magiſtratus,ff.de iuriſdi.omn. Iudic.l.1.C.de poſtul.c.præſenti,de offi.leg.numer.6. hoc tamen verum intelligunt noſtri,niſi ſit factum cū cauſæ cognitione.Ideóque Angel ad l.ſi per epiſtolā, ff.de acqui.hære.ait,quòd iuſſus Iudicis factus cauſa cognita,vt eius ſententiam exequatur apparitor,non perit eius morte:eadémque ratione ibidem,quod hic dicimus,affirmat.

## Qui & quorū bona ſeu res,arreſtari nō poſsint. Cap.5.

### *ARGVMENTA.*

1 *Scholares & eorum bona arreſtari non poſſunt*
2 *Quis probauit bona ſcholaris eſſe vel non eſſe*
3 *Parentes ſcholarium num arreſtari poſſint.*
4 *Milites an rectè arreſtentur.*
5 *Commeatum ferentes ad caſtra,non ſiſtuntur.*
6 *Fructus beneficiorum an arreſtetur.*
7 *Quid ſeruetur in legatis Principum.*
8 *De Conſiliariis, & Aduocato Regio,*
9 *De Aduocatis & Medicis.*
10 *De muliere debitrice.*
11 *De ceſſione bonorum.*
12 *De his qui exceptionem competentiæ habent.*
13 *De rebus alienis.*
14 *An pro debito minimo concedatur arreſtum.*
15 *Res immobilis non arreſtetur.*
16 *Boues,equi,& aratra,an arreſtentur.*
17 *Cadauer hominis mortui,an arreſtari poſſit.*
18 *Debitor qui tempore contractus non fuit ſoluendo, an poſſit arreſtari.*

QVANVIS vero regulariter, res aut perſona legitima ex cauſa debitoris,ſiſti ſeu arreſtari poſsit:recipit tamen ea regula exceptiones ſubſequentes:

1 Et principio quidem ſcholares, eorúmque bona,arreſtari non poſſunt,adeo vt is qui auſu temerario contrarium facere tentauerit, non ſolum infamiæ notam contrahat,verum etiam ad quadrupli præſtationem teneatur.authent.habita.C.Nē filius pro patre. Quis enim (inquit ibi Fredericus imp.) eorum non miſereatur,qui amore ſcienciæ facti exules, de diuitibus pauperes, ſemetipſos exinaniūt, vitam ſuam multis periculis exponunt, & à viliſſimis hominibus, ſæpe (quod grauiter ferendum eſt) corporales iniurias ſine cauſa perferunt? Et iſtud quidem in hac noſtra arreſti materia aſſerit Rebuffus, d. Tomo 1. ad ordin. Reg. art. 6. gloſ.3,num.68.& in tract. de priuileg. ſcholarium, cap.83.Ioan.de Platea,ad l.colonos.C. de agric.lib. 10. Quod etiam tunc locum habet, quando antequam ſcholares fierent, contraxerunt,vel ſcholares cum ſunt, in patriam proficiſcentes,ibidémque aut alibi,ſeſe obligarūt,ſi modo non ob crimen aliquod atrox admiſſum,vel ignominioſe dimiſſi,vel ab Vniuerſitate proſcripti fuerint teſte Rebuffo dicto libro de priuile.capitu.122. Nam quamuis ob tenellam & floreſcentem ætatem,in qua plerunque exiſtunt ſcholares,mitius puniantur, tum quòd adoleſcentia ſit veluti ſuapte natura proprium & peculiare vitiorum irritamentum:tum quòd nondum ſit huic ætati plenum rationis iudicium atque conſilium:tum quòd ſpes eſt,eos emendatiores futuros,vitiaque vna cum adoleſcentia depoſituros,l.auxilium, §.in delictis, & ibi doctor. l. ſi ex cauſa.§. nunc. ff. de minor. l. prima §. impubes, ff. ad S C. Syllian. omnino tamen impunitum delictum manere non poteſt,l.impunitas,Codic.de pœn.l.j.& 2 C.ſi ad uer.delic.late Tiraq.de pœn.temp. cau 7. Sed nec in loco quidem ſtudij, ob non ſolutam domus penſionem,ſeu aliam cauſam,arreſtari poſſe ait,capi. 19. nullo ſcilicet tacito pignoris ſeu hypothecæ iure, hoc caſu à lege aduerſus eos conceſſo. Iaſ.& Ang.ad §. Item Seruiana,Inſtirut.de actio. quomodo dicto loco idem Rebuffus ſe ad laqueum damnatos vidiſſe ait nonnullos ob eam cauſam, quod recedentium ſcholarium libros detinuerant & exuſſerāt Toloſæ, anno 1525. Sunt etiam, qui exiſtimant id adeo eſſe verum, vt arreſtari vel detineri non poſſint, quantumuis iuraſſent ex academia non decedere, niſi prius ſoluto ære alieno,ſi modo iuſſu parentum reuocentur. Alex. & Roma.ad l.fi ff.qui ſatiſda. cog.quia in omni iuramento, intelligitur excepta authoritas ſuperioris,ca.veniens. de iureiur.Rebuffus in tract. concord. ad rub.de collat.§.j.ad verbum,Onus.verſicul.& hanc reſidentiam. Quod tamen d.tract.de priuileg.capitul.73.ita intelligit, niſi eiuſmodi euocationem parentum, malitioſe & ſtudioſe procuraſſent, & affectaſſent, miſſis literis precatoriis,vt auocarentur, quod & Fredericum à Senis conſi. 191. & Beneuutum Stracham, in lib. de mercatura.ſub tract.de nauigatione,cap,j.numer.22.ſecutos eſſe video. Quid igitur? credet ne ſtatim contrahens extraneus, qui non in loco ſtudij cum ſcholare contrahit,ſcholarem eſſe, & ſic ipſum dimittet? Rurſum,credet ne Publicanus nautis & nuncijs, res ſcholarium ſe portare afferentibus? Sane Card. ad clem. j de exceſ. prælator.reſpondet, clericum vel ſcholarem tantiſper detineri poſſe, donec ſe ſcholarem eſſe docuerit,qua in re & alios quoque ad c.Si iudex de ſent. excommunicationis,ſecum conſentientes habet. Ad nuncios vero vel nautas & aurigas quod attinet, exiſtimant noſtri,nuncios vel nautas & aurigas.ſi literas teſtimoniales ſcholaritatis adoleſcentis ſtudioſi habent, compellendos vlterius ad aperturam rerum nō eſſe, ſed in omnem euentum, iuramento eorum ſtandum eſſe,gloſſa.ad clement.fin. De cenſ.Alexan.Iaſon & alii,ad l.cætera,§,ſed ſi quis.ff.de leg. prim. Rebuff. priuileg.147.Hæc tamen omnia quæ dicta ſunt, videlicet quod ſcholares & eorum bona, quādo recedunt, arreſtari non poſſint, intelligunt nonnulli, ſi alias de fuga non ſint ſuſpecti. & periculum ſit, ne creditor vnquam alias ſuum conſequatur. Nam alioqui daretur eis poteſtas contra omnem æquitatem, ſub hac ſpecie alios fraudandi,l ſi legationis,ff,de Iudi. quod & vſus fori recepit. Sic, ſi ſe laicos eſſe mentiti ſunt, vel dolo malo contraxerint, promittentes alibi paratam ſolutionem : graue erit,illis per hoc priuilegium,cum iniuria aliorum ſubuenire. l. Sunt qui. cum LL.ſequent.ff.de re iudic.



3 Quod vero de Scholaribus dictum eſt, etiam in parentibus eorum, eos viſitantibus, locum habet vt ſcilicet in loco ſtudij arreſtari non poſſint,gloſ. ad 2. §.legatis. ad ver.ob aliam cauſam, ff. de Iudic.Expedit enim parentibus, proprios liberos, quos plus quam ſe diligunt, l. iſts quidem, ff quod met. cau.viſitare, eorumque vitam & mores perquirere. Quod tamen Rebuffus dict. tracta. de priuileg. ca.77 intelligendum putat, niſi in loco ſtudij contraxerint. aut ibi ſoluere promiſerint, vel longo tempore illic in fraudem creditorum moram traxerint, aliáſve quacunque ex cauſa ibi domicilium ſortiti ſint. Quæ & in nunciis & famulis ſcholarium,ſine quibus eſſe nō poſſunt,locum habent,ca.licet,de priuilegiis. Rebuffus dicto loco,priuileg.166.Non me latet tamen, quā ſtudioſe nonnulli aduerſus hanc æquabilem iuris diſpoſitionem,abuſum contrarium inuehere conentur, ſed male.

4 Proximi vero his ſunt milites. Hos enim,eorúmque arma,animalia,aut ſtipendia,quando ad bellum properant,ſiſtere & arreſtare non licet,gloſſ.ad l.Nepos Proculo.& ibi doctor.ff.de verborum ſignifica.l. ſtipendia,C.de executio.rei iudica.Rebuffus d.artic. 6.gloſſ.3.num.68.Iaſon ad §.Item Seruiana,Inſtitu.de act.Docto.ad l.commodis,ff.de re iudic.quia hi fauorem merentur, quòd armis ſuis ſanguine rutilantibus,Rempublicam defendunt,l.prima ff.de mili.teſt. Et quantum ad forum attinet,priuilegium habent,ne alibi quam apud Magiſtrum militum conueniantur. l.magiſteria,C.de iuriſdic.omn.iud.ſcilicet, ne à militia diſtrahantur. Quam ob cauſam adminiſtratio rerum alienarum militibus interdicitur,l.Milites,l.vltim.C.locat.Quòd ſi vero ignominioſe dimiſsi ſunt, adeóque pœnis potius quam beneficiis afficiēdi ſunt hoc priuilegio non gaudent,vt l.Milites.C.de quæſtion.Quid igitur ſi equos,boues,aut animalia ruſticorum auferant,vt ſæpè fit,ſuſtine poterunt? Sanè qui non tam militant,quam latrocinantur,nullo priuilegio digni ſunt,dicta l.Milites,ratióſque omnem honorem excludit,l.prima.C.vbi Senat.vel clariſ.ideóque, ne detur ei contra omnem æquitatem poteſtas, ſub hac ſpecie,res alienas auferendi, videtur, quòd ibi, vbi ſunt, coram magiſtro militum conuenientur, vel ſi is non adeſt,coram ordinario iudice loci,res vindicabitur,argumē.l.Si legationis,ff.de iudic.quia vindicatio eſt ex præſenti poſſeſsione, vel ſaltem eo nomine ibi cauebitur.Bald.ad l.fin.C.de iuriſd.om.iud. docto.ad l.vnic.C.in quib.cau.milit.fori præſcrip.nō vtunt.

5 Eadem eſt ratio eorum,qui ad exercitum cōmeatum adferunt. Nuſquam enim arreſtari aut detineri poſſunt, l.ſemper,ff.de iure immu.l.j.C.de nauicul. Qua de re Caroli V.Impera. Auguſti,olim Principis noſtri potentiſsimi & clementiſsimi, extat conſtitutio,anno 44.die 19.menſis Maij,& anno 54.die 5.menſis Auguſti,Bruxellæ edita.

6 Exiſtimant plerique,pro condemnatione clerici, fructus Præbendæ ſeu beneficij eccleſiaſtici,in executionem capi non poſſe,ſi alia bona clericus ille non habet.Bar.Alex.& alij ad d.l.Commodis,& ad l.diuo Pio.§.in vend.ff.de re Iudic.& ad c.peruenit.de fideiuſ.quod & ad arreſtum forte non male trahas,vt ſcilicet arreſtari non poſsit,ſi aliud vnde viuat,non habeat,ne contra dignitatem ordinis mendicare,vel nudus incedere cogatur.ca.j.de reſtit.ſpol.lib.6.c.Odoardus.de ſolut.ſed alio modo conuenienti,Iudicis eccleſiaſtici cognitio aduerſus eum procedet.Rebuffus d.tomo primo artic.2.glo.1.num.108.

7 Legati quoque Principum ius reuocandi domum habent, etiamſi in loco legationis, ante legationem conttaxerint, l. 2. §. legatis ff. de iudic. c. vlt. de foro competen.Ex delicto tamen ſuo, ſuorumque tunc admiſſo, tenentur iudicium ferre, l. non alias, §. legati, ff.de iudic. Quod ſi alios ibi conuenirve elint,eodem iure aduerſus eoſdem vti debent. doct.ddoctor ſi.ff. de iureiur. & ad d.l. legatis,& in actionibus tempore perituris, aliquid ſingularitatis conſtitui ſolet, l.2.§.ſed vtrum eo. tit. Qua de re, in libro variarum lectionum, ſub tract. iuris ſingularis, cap. De priuile. reuocandi domum, agit Oldendorpius.

8 Parem cauſam habere videntur Conſiliarij & aduocati Principis, quos propter præiudicium publicum, nuſquam ſiſti aut arreſtari conuenit, ſicut nec alibi conueniri poſſunt.l. iubemus.l. petitionum. C. de aduoc. diuerſ. iudic. Rebuffus in comment. concord. Rub. de elect de rog.ad verbum Regium aduocatum. Guid. Papæ q. 423. circa medium, & plura de priuilegijs iſtorum cumulat Boerius, in tract. de autho.Parlamenti vel mag.concil.

Sed & Manſuerius, nobilis Galliæ practicus, in ſua praxi tit.de execut.col. 8.verſ.Item pro debito,reſpondet, ꝙ pro debito non priuilegiato, is qui ad curiam Principis venit,arreſtari nō poſſit,quoniā in ſaluo cōductu Principis eſſe videtur.

9 Aduocatus quoque,doctores non ſcholares, & in vniuerſitate non degentes,ac medicos,plerique opinātur ſiſti non poſſe,l.medicos,C.de profe.& med. doct. ad l.j.Co.qui bo.ced.& ad l.miles,ff.de re iudic. quod tamen Iaſon,Caſtr. Alber.& alij,de facto non ſeruari conqueruntur. Lex hos capi, & carcerari pro debito non poſſe ait,vt nec mulieres, nec pupillos, qua de re latiſſime agit Rodericus ad decla.l.2.Foro ll.lib.3.cap. vl.doct.ad l.neque impuberes,ff.de in ius vocan.auth. Sed hodie.C.de offic.diuerſ.iudi.Iaſon ad l. Plerique, ff.de in ius vocan.authen.nouo iure.C.de cuſt.reor.arreſtari tamen & ſiſti poſſe,nō niſi ſub generalibus verbis vetat. Exiſtimo tamen,ex mente Legiſlatoris,ſub tit.de Profeſſ. & Medic.& ſub tit.de aduoc.diuer.iud. id ſatis colligi poſſe, multumque in eo verſari iudicis religionem,vt neceſſit atem ponderet,& facti circunſtantias colligat.Nuper enim medicum arreſtatū.ſententia Senatus Brabantici abſolutum & dimiſſum fuiſſe intelligo, propter periculum quod ægris ex longa abſentia illius,qui in parua ciuitate vnicus erat,imminebat.

10 De mulieribus quoque quod dixi, non omnino expeditum eſt.Sunt enim, qui pro debito eas capi, & carceri mancipari poſſe putant.Barb.ad cap.2.de pig. Gomeſius ad ca.2.nume.22.de iudic.lib.6.Prępoſ.ad c. ex parte de appel. Hippo. in prac.cauſ.criminal.§.attingam.nume.64.Bald.ad l.j.verſic. Quæro,cum in ciuitatibus,C.qui bo.ced.cum & mulieri ad euitandum carceris ſqualorem,ceſſione ſuccurratur,l.fi. Cod.qui bo.ced.poſ.Mihi,nouo iure videtur priuilegium ſexui traditum eſſe, ne pro ciuili debito carceri mancipetur,d.auth.Hodie.C.de cu.reor.cuius verba ſunt hęc: Hodie nouo iure nullam mulierem pro pecunia fiſcali ſeu priuata cauſa, in carcerem mitti aut includi, aut cuſtodiri concedimus. Sed ſi pro fiſcali aut priuato debito pulſetur,per virum ſuum, aut quem alium, legitime reſpondeat. Quibus verbis,vſus arreſtationis non eſt interdictus. Vnde & arreſtari eas poſſe,vt reſpondeant,& iure ibi ſiſtant,puto,quod & vſus probat. Tum vero quod dicitur, mulierem pro debito capi & carcerari non poſſe, in honeſta muliere locum habet, non in meretrice ſeu turpiter viuente Has enim, vitæ vtilitas, dignas legum obſeruatione non credidit,l.quę adulterium,Cod.de adult.ſequiturque Bald.ad d.l.conſentaneum.col.7.Roma. ad leg.ſi vero.

§.de viro.ff.ſolu.matri.l.ſi vxor,§.1.ff.de adult. Quinimmo vbicũque mulier eſſet obligata pro tutela, quã adminiſtrauit,& in aſſumptione officij renunciauit SC.Velleiano,omnique auxilio, capi & in carcerem mitti poteſt.Barto.in authen.vt matri & auiæ,C.quã. mulier offi.tut.Alexan.ad dict.l.plerique. Et quanuis Andreas Siculus,nouarum opinionũ pro ingenij ſui dexteritate ſtudioſiſsimus, contrarium opinetur,ad dict.cap.2.Rodericus tamen,eius dictis non eſſe fidẽdum,loco mox citato.nume.9.in fin.admonet. Certe Bald.ad l.etiam.column.4.verſi.ſed nunquid Abbatiſſa,C.de execut.rei iudic.ait,Abbatiſſam per Epiſcopum pro debito monaſterij detineri ſeu capi non poſſe.Profeſſa enim,bona,quibus cedere poſſet,non habet:& propter bona,non quidem recta via,ſed in ſubſidium,ad carcerem deuenitur,l.3.§.tutores ff.de ſuſpect.tut.Latius vero & exactius hac de re agit Couarruuias,lib.Var reſol.2 cap.j.nume.3.ſicut & Boerius quæſt.345.colum.penulti.ait,de ſtylo & conſuetudine curiarum Franciæ,pro emenda ſeu pœna pecuniaria,mulierem carceres nõ euitare ob ſuam paupertatem.Huc etiam pertinere puto eam diſputationem,vtrum quis ſe ad carcerem ſeu arreſtum obligare poſsit. Quidam enim exiſtimant,non valere hoc pactum,quaſi libertati repugnet.Salice.& alij,ad d.l.1.C.qui bon.cede.poſſ.& ad l.alia.ff.ſolut. matrimo. Alij contra quod per legem fieri poteſt,poſſe etiã per pactum fieri arbitrantur.l.non eſt impoſsibile,ff.de pact.Sed per legem,propter debitum poteſt quis capi,& in carcerem deduci.dicto §.tutores.ergo per pactum licere debet.Zaſius libro ſecundo ſing.intellec. cap.8.Henningus Goddem,conſi.103.nume.56.dicta l.nam & Seruius,ff.de nego.geſt.Bald.ad dict.l.j.Nam carcerari aliquem pro debito per magiſtratum, non eſt actus illicitus:à iure enim permittitur,vt not.docto.ad eandem l.1.& eſt apertus text.in l.nemo carcerem.C.de exact.trib.libro decimo. Cum igitur talis actus illicitus non ſit,in pactum venire poteſt.Cui aſſertioni plurium nationum cõſuetudo(vt Zaſius ait) ſubſcribit,vbi per magiſtratum, debitores ex pacto capiuntur,poteſtque debitor renunciare exceptioni ex eo competenti,quòd ordine iuris executio fieri deberet,l.3.C.de pig.præterquam,ſi carcer horridus vel ruinoſus eſſet,ex quo vitæ periculum immineret:additque,permiſſam eſſe conſuetudine hanc pactionẽ, ne debitor recedat à certo loco,debito prius creditori non ſoluto,licet ad id iure fieri poſsit,ſpeciemque quandam ſeruirutis contineat,à pleriſque probabilibus argumentis in vtranque partem diſputetur,ad c. ex reſcripto,de iureiur.& pro parte affirmante,eſt ca. expoſita.

11 Et quãuis ex his quæ dicta ſunt,ſatis intelligi poſſit, ceſsionem bonorum,quæ petitionem actioniſque exercitium differt, arreſtum quoque impedire: plurima tamen exiſtunt,ex quibus ea ceſsio oppugnari atque reiici poteſt. Si enim creditores renuncient iuri carcerandi debitorem,ceſsio non admittitur. Ratio enim ſqualoris carceris,quæ locũ fecit flebili ceſſioni,dicta l.1 ceſſat.ideoque,eo caſu, prout ſingulis diebus lucrabitur debitor ille,creditoribus ſoluere tenetur.Bald.ibi colum.3.A quo Baldo etſi diſſentiat ibi Salicetus, pluribus tamen & quidem illuſtribus ingeniis probatur,quia fraudibus iſtiuſmodi nebulonum obuiam eundum eſt,l.in fundo,ff.de rei vendic. ne in eorum facultate ſit,creditoribus quibus ſoluere aliqua ratione poſſunt,præiudicare, & ne ignaui ac deſides alantur alieno labore,cum quemlibet deceat in ſudore vultus ſui comedere panem ſuũ. Quã opinionem,tanquam animæ illorum magis conuenientem,Reipublicæ vtilem,& piam,ad dict.l.j.commendat Cynus,& Cynum ſecutus Rodericus ad dic. l.2.Titu.de los Gouiernos,cap.j.nume.13.Sic & is qui ea ſpe debita contraxit, vt bonis cedendo liberaretur,ceſſionis illius beneficio non gaudet, l.fi. §.fi. ff. de his quæ in frau. Ang. ad l. is qui bonis, ff.qui bon. ced Felin.ad c.fi. de teſti. vt nec ille quoque, qui tempore contractus ſciuit ſe ſoluendo non eſſe, l. penul. in fi.ff.de iureiur. dot.aut quis ex delicto vel quaſi delicto,vel Fiſci debitor exiſtit,l. 2. C. de exact.tribut. l. generaliter, ff. de pœnis. Eodem loco ſunt qui inuentarium bonorum hæreditatorium non conficiunt,§. ſancimus. in authent. de hæred. & fal. Bald. ad d.l.1. verſ. Quęro an hæres. qui dilationem quinquennalem habuerunt, gl. & Ang. ad d.l.fi. C.qui bo.ced.qui à principio negarunt debitum, Iaſon ad §. cum quoque inſtitu. de act. qui ve alias inter eas perſonas numerantur, quas ad longum regula 46. fallentiarum ſuarum recenſet Socinus, & quæ conſtitutione Principis noſtri Caroli V. Imper. adijciũtur, quemadmodum & Boerius quoque reſpondet, quæſt. 215. num 6. decoctores, quos Banca Fallitos vocat, beneficio ceſſionis & immunitate debita non gaudere, ſicut nec quinquennali aut annali dilatione à Principe cõceſſa gaudent, teſte eodem Boerio, queſt. 340. nume. 10. Bald. conſ. 11. incip. In quęſtione, lib. 3. cum interim fugere poſſent hi, quod adferret parti præiudicium non modicum,in quo Princeps non intendit parti prępiudicare.Iaſon late ad l.quoties,Cod.de præcib. Imp.offeren.

12 Huc etiam trahere videntur nonnulli eos,qui niſi inquantum facere poſſunt,conueniuntur, quandoquidem capi non poſſunt. Nam ſi filius qui ſe hæreditati paternæ immiſcuit, non eſt ſoluendo, mater pro dote in carcerem illum immittere non poteſt.Bald.ad l.liber,C.de cap.& poſtlimi.reuerſ.Aret.ad l.maritum ff.ſol.matr.Roderic.d.loco,num.3.Sed ego,quæ de carcere dicuntur, ad ſimplex arreſtum trahi poſſe non puto.Nam & multi cõueniri poſſunt. qui in carcerem mitti non poſſunt,d. auth. Hodie. Tum vero, an & quantum facere poſſint,hic diſcuti poteſt, arreſtumque iuſta ex cauſa fiet,ſaltem vt debitũ hic agnoſcant. Quid enim,ſi coram certo iudice recognitio fieri debeat? Et quidem in ſimili, niſi aperte conſtet debitorem nulla habere bona, creditores citati ad vidẽdam ceſſionem fieri,etiam lite pendente aliquando iure poſtulant executionem, vt teſtatur Aufrerius deciſ. cap. Tolo.28.

13 De rebus alienis non arreſtandis,vel ſiſtendis,nullum eſt dubium, vnde bona vxoris pro debito mariti arreſtari non poſſunt.Rebuff.d.art.6.gloſ.3.num.51.niſi in ſe debitum illud tranſtuliſſet,vt in tit. C. ne vxor pro mar.Ne filius pro pat. Sed an bona præſumantur eſſe mariti,etiã ſi vxor claues habeat: partim ſuperius dixi, partim etiam conſilio. 54. lib. prim. explicat Bertrandus.

14 Indecorum quoque eſſe videtur, quod quis pro minimo debito arreſtari poſſet: quia pro debito minimo aliquis ſuſpectus dici non poteſt.Roma.ſingul. 96.incip.Dic mihi quod non poteſt &c.Bal.ad authẽt. ſed iam neceſſe.C.de donat.ant.nupt. Et ſtatutum de debito loquens, ad debitum minimum ſe non extendit, neque ex eo cogitur debitor pro debito minimo cauere.Ripa.ad c.j.numer.87.de iudic. Boerius conſil. 42.numero.10. latiſſime vero omnium Tiraq.in tract. de iudicio in reb.exig.ferendo. Quamuis enim doct. qui hac de re verba faciunt, loquantur de captura & carceratione, non de ſimplici arreſtatione, quæ minus præiudicialis & ignominioſa eſt, Caſtr. ad l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudic. & pleriſque in caſibus arreſtatio permiſſa eſt, in quibus captura non eſt permiſſa,Ioann.de Neuizanis,conſilio.52.numero.29.puto tamen, in arreſtatione quoque idem obtinere, vt ſcilicet ijs caſibus non concedatur, quibus ob vilitatem rei, actio non tribuitur, de qua re tractari ſolet,



ad §.gallinarum,Inſtit.de rerum diuiſ.ad l.ſi oleũ. ff.de dolo.Zaſius libr.2.ſingu.reſpon.capi.26.In cuius rei cognitione arbitrium eius,qui iuriſdictioni præeſt,plurimum verſabitur,iuxta ea quæ no.Hippoly.ad l.quæſtionis,ff.de quæſtion.Et hãc deciſioneum,quòd arreſtare pro debito minimo non licet, apud Ripam reſpon.13.nu.31.ſub tit.de leg.& longa.conſ.item apud Decium conſi.75.videre poſſumus.

15 Arreſtari ſeu ſiſti ſimiliter non poterit rerum noſtrarum immobilium poſſeſſor:ſed coram iudice, vbi res ſita eſt,competenti,iure conueniri debet,l. ſecũdã,C. vbi in rem actio.Rebuffus tomo primo,artic.3.gloſ.2.& arti.8.glo.2.Qui vero res noſtras mobiles habet,nõ eſt in eadem conditione:quia & hunc per eas detinere,& ſiſtere poſſumus,quanuis interdum, quibuſdam in locis,rerum immobilium poſſeſſores,tanquam earundem defructuatores,arreſtari videamus. Regula autem eſt,non niſi pro debito,perſonali actione obligatum debitorem,detineri,præhendique poſſe,dict.l. nemo,glo.ad d.§.tutores.Bal.in margarita.in verb.carceratus.q.10.& in verbo,finis.q.43.Iaſ.ad §.j.nume.50. inſtit.de actio.Socin.in tract.de citat.art.20. quæſtio.24.Alex.conſi. 159.lib.2.

16 Item arreſtari non debent. boues araturi, equi ruſticorum,ligones,aratra,aut alia animalia vel inſtrumenta ad culturam neceſſaria, argu.l.executores, C. quæ res pig.obli.poſ.cum auth.ſeq.Bertach.in tracta. de gabel.2.parte 8.par.quæſtio.5.idque non ſolum pro debito priuato,immo nec pro tributis quidem,& Regiis denariis,teſte Rebuffo ad conſtit.Reg. tomo primo.arti.2.gloſſ.j.num.101.ne abductis ſqualere contingat arua aratris.Et quanuis leges ea de re loquentes, de pignoribus & executionibus loquantur: paritas tamen rationis efficit,vt & de arreſtis, quæ executionis formam continent,intelligantur,etiam ſi ruſtici nihil aliud poſsiderent,Petrus & Albericus ad dictam l.executores.Rebuffus dict.loco.nume.105.licet contrarium,& male,ſentiant,Hippol.ſibi cõtrarius,ad Rub. ff.de fideiuſſo.quæſtio.27.numer.202.Ripa in tractatu de peſte.fol.75 & ſequen.Gomeſius ad §.Item Seruiana,Inſtitut.de actio.Petrus à Duennas.reg.275.num.2. Qui omnes tamen,non tam quid ex iure fieri conueniat,quàm quid vſu obſeruatum eſt,conſiderant: qui vſus vtique peſsimus,& reipublicę,quæ plurimum ex agricultura pendet,pernicioſus,etiam noſtras ciuitates occupauit,contra textum in cap.fina.de treuga & pace.vbi textus ait:Ruſtici euntes & redeuntes,vel in agricultura exiſtentes,& animalia quibus arãt,& ſemina portant ad agrum,congrua ſecuritate lætentur. Qua de re,multa extant apud Matthæum de Afflictis ad conſtitution.Neapol.conſtitutio incipit ab officialibus,colum.fi.

17 Quoniam vero,hominem mortuum ſepeliri debere,natura,humanitas,verecundia, & ſalubritas Reipublicæ docet,quod etſi facilis ſit iactura ſepulchri, tamen qui ſuperſtites ſunt, tam barbari eſſe non debent,nullam vt habeant humanitatis rationem:merito cautum reperitur,ne mortui corpus debitoris, ſiſti ſeu arreſtari poſsit, ſub pœna amiſsionis debiti, & aliis Diuali cõſtitutione compræhenſis, l.cum ſit.C.de ſepulchro violato.Boerius deciſione 287.Ripa tracta. de peſte,capit.De præſeruatiuis remediis.numer. 101. Didacus Couarruuias libro ſecundo variar.reſol.cap. j.nume.10.Et cum non minus expediat Reipubl.mortuos humari,quàm viuos conſeruari,vt ait Baldus ad l.fin.C.de nego.geſt.& late Guil.Benedic.ad c.Raynutius.ad verbum.Mortuo itaque.j.numer.56. De teſtamen.cadauera ſine obſtaculo,in memoriam humanæ conditionis,ſunt ſepelienda,l.quidam in ſuo,ff.de cõdition.Inſtitut.interdictáque eſt omnis appellatio,ne cadauer ſepeliatur, l.fina.ff.de appellation. recip.cap. ex parte j.de ſepul.Specula.ad titu.de appell.§.in quibus,etiamſi contra defunctum, & pro debito extaret inſtrumentum guarentigiatum,Felin. ad capit.ſicut Iudæi.verſicu.Item nota,De Iudæis.Petrus à Duẽnas. regula,397.verſicul.Et quia interdicta eſt. Licet male contra ſentiat Angelus in authent.ut defuncti ſeu funera,§.primo. quem recte reprehendit Rodericus in §.extenſ.l.poſt rem,ff.de re iudica.fol.570.Nam ſi affines,fideiuſſores,& hæredes defuncti,intra nouẽ dies à tempore mortis debitoris,pro debito moleſtari non poſſunt,dicta l.cum ſit:certe nec corpus mortui detineri poteſt:quia alias,quod vna via denegaretur, alia concederetur,ſcilicet,detinẽdo corpus defuncti, propter debitum defuncti,quod ab hæredibus vel fideiuſſoribus eiuſdem ſoluendum eſſet,qua de re & Carolum Quintum Imp.cauiſſe memini. Quid igitur dicemus de multis Paſtoribus ruſticanis,qui cadauer in quolibet pago,per quem à loco mortis ad ſepelitionis locum defertur,pro iure quod prætendunt, curant arreſtari:multoque his audaciores ſunt cuſtodes,& qui vix inter atriarios ſeu forcarios numerari poſſent. Certum eſt,quòd locus deſtinatus tantum inſpicitur, non is ad quem caſualiter peruenitur,l.quæſitum.§.finali.ff.de legatis tertio.Ideoque is,qui natus eſt in aliqua ciuitate,per quam mater trãſibat caſu,ciuis illius ciuitatis dici non poteſt,leg.prim.Cod.de capt. doct. ad leg.huiuſmodi,§.legatum,ff.de leg.j. & gabella, vt noſtri loquuntur,de his ſolui non debet,quæ caſu fortuito ad eum locum,vbi ſoluitur,perueniunt. l. interdum,§.ſi propter,ff.de pub.& vectig.Felin.ad ca. Rodulphus,colum.8 de reſcrip.Socin.nepos conſilio.49. lib.prim.& conſilio.prim.libro ſecund.Guido ſingul. 1043.Bal.conſil.51.lib.2.& conſilio.61.lib.1. Alex.conſi. 66.lib.4.Boerius deciſ.13.nu.51. Ripa in tract. de peſte, in 8.priuileg.Bart.in tract.repreſſ.7.4.princip. verſicu. ad decimum.ratioque funeralium, quæ ſolum domicilium defuncti,laboreſque Paſtorum propriorum & adminiſtrationem Sacramẽtorũ reſpicit,de quo doct. ad c.j.& alia, de ſepult.hic ceſſat: nulluſque noſtrum ignorat, cadauera per aerem deferri non poſſe ad locum ſepelitionis,facileque hoc pacto, libera ſepulturæ electio, quæ nulla ratione conſtringi poteſt, capit. de vxore,de ſepultu. impediretur ob nimios ſumptus, quos hæreditas defuncti ferre non poſſet.Exiſtimo vero, hunc errorem & abuſum ex pietate ortum eſſe, ſicut ſemper humanarum rerum hæc viciſsitudo fuit à condito mundo, quod optima quæque per abuſum corrumperentur paulatim ad prauitatem. Videntur enim olim homines religione atque pietate ducti, in ſingulis eccleſijs pagorum,per quos cadauera deferebantur ad locum ſepelitionis,mortuos depoſuiſſe,donec paſtores illic cum clero preces ſuas ad dominum effudiſſent pro defunctis. Sed cum hæc pia conſuetudo tantum fuerit voluntaria, ad neceſſitatem vel ius trahi nõ potuit, eaque quæ ſunt meræ facultatis, non præſcribuntur.

18 Poſtremo autem,debitorem ſiſti non poſſe exiſtimant noſtri,qui tempore contractus non fuit ſoluendo.Ideoque,vt ad l.qui ab arbitro,ff.qui ſatiſd.cogan. ait Bartol. male faciunt aduocati,qui debitorem,tanquam ſuſpectum de fuga,detineri conſulunt, nulla Iudici prius fide facta de eo, quod debitor ille tempore contractus erat ſoluendo, poſteaque primum in peius mutauerit conditionem. Qua Bartoli ſententia Angelus gloriatur,ſe mille capturas irritas feciſſe, in §.ſupereſt.Inſtit.de act.quod ibi numer.84. retulit Iaſon,quaſi ſcilicet ſibi imputare debeat, quod cum tali contraxit,cuius conditionem ſcire debuiſſet,leg.qui cum alio,ff.de regu.iur.Bald. ad l.ſi is à quo.§.ſi ſemel, ff.vt in poſſ.leg.l.creditores,ff.de priuileg. credit. Sic & idem Bart. ad l.fi.C.de Sponſa.ait, quod ſi ex ſtatuto.à debitore ſuſpecto cautio exigi poſſit, intelligi de eo debitore, aduerſus quem, poſt tempus contractus

ſuſpicio illa primum haberi cœpit:quia non poteſt de paupertate conqueri,qui pauperem,vt diuitem,acceptauit,dicta l.ſi ab arbitro,§.qui ex cauſa,l. qui bona, §.de illo.ff. de damno infect.Ideoq; cautum eſſe oportere Aduocatum,admonet Ange.& Angelũ ad l.ſi pro ea.C.manda.ſecutus Bald.vt cauſam ſuſpicionis, poſt contractum debitum eueniſſe alleget.Sed hęc ego ita intelligo,niſi creditor,tempore contractus,conditionem debitoris probabiliter ignorare potuiſſet, vtpotè ſi campſor(vt aiunt)erat, publice idoneus reputatus,ſed latenter & occulte inops.Ang.ad d.l.ſi creditores,per l.liberto,§.largius.ff.de ann.lega.l.creditor.C. dè pig.act.Alex.in d.l.2.ff.ſol.matr.Quomodo d.l.Qui cum alio.accipi & intelligi ſolet,teſte Hiero. Cag.ibi, nu.15.quia quando ignorantia eſt probabilis & iuſta, excuſatur contrahens,etiamſi aliter non inueſtigauit veritatem.Alex.conſi.60.lib.5.Caſtren.conſil.34.Sic etiam ſi probari poſſet,quòd debitor dolo creditorem ad contrahendum tanquam cum diuite,induxiſſet:do loſus ille debitor mitteret priuilegium allegandi ſe diuitem non tunc fuiſſe,cum contraheret.Caſtr.ad l. etiam.ff.ſolu.mat.Alex.ad d.l.2.Iaſon ad d.l.Si ab arbitro,& Rodericus vtranque hanc limitationé ſequens, loco mox citato,nu.38.cum ſequent.aſſerens præterea præſumi in dubio creditorem conditionem debitoris ignoraſſe,& contrarium probari oportere,teſte Baldo ad l.fi.C.de ſponſa.& ad l.ſi legibus,C.de epiſcop.audien. Quòd ſi tempore contractus incipit dilapidare bona ſua,non tamen tantum, quin adhuc ſatis diues eſſet ad debitum non diſſoluédum,etiamſi poſtea amplius deficere,minúſque ſoluendo fieri incipiat,detineri poteſt.Bald.ad dictam l.ſi pro eà.in princi.& Iaſ. ad d.§.Supereſt.num.87.

## Qui in loco arreſtatio fieri,vel non fieri poſsit. Cap.6.

### *ARGVMENTA.*

1 *Debitor an in loco ſacro arreſtari poſſit.*
2 *Debitor an in monaſterijs arreſtari poſſit.*
3 *Debitor an in ſua vel aliena domo arreſtetur, & quæ ſit ratio.*
4 *Exiſtens in oſtio, vel ſcalis extra domum, an recte arreſtetur.*
5 *Scholaris vel alius debitor,vtrum in ſcholis publicis alicuius academiæ,rite arreſtetur.*

1 NVNC vero videndum eſt,quo in loco arreſtatio eiuſmodi fieri poſsit.Sane in primis debitor quantumcunque ſuſpectus de fuga,capi in templo non poteſt.Oldr. conſil.54.Panor.ad c.inter alia,de immuni.eccle.Hippol. ad l.vnicam.nume.111.C.de raptu Virginum. Aufrerius deciſ.cap.Tol.422.Boerius deciſion.215. nume. 6.Ripa ad c.j.num.88.de iudic.Didac.Couarru.lib.Variarum reſo.cap.20.numer.14.Rodericus ad l.2.titulo, *de los gouiernos*,lib.3.fori.quæſti.4.nume.1.à qua opinione,ſine ratione recedit Iaſon,ad l.vinum. nu.3.ff.ſi cert.peta.confutantúrque eius argumenta recte à Gomeſio,ad §.Supereſt.inſtit.de Actio.ideoq; nec arreſtari illic debitorem poſſe arbitror:quia hæc immunitas à Deo Opti.Maxi.data & inuenta eſt,quæ nullis Principum cõſtitutionibus,nullis ciuitatum ſtatutis,nullis legiſlationibus conuelli aut eleuari poteſt,cap.Eccleſia S.Mariæ.de conſtitu.Aufrerius dicta deciſ. 422. Ioan.de Turre Cremata ad c.ſacrilegium.10.quæſtio. 4.Iniuria quippe fit Deo & ſanctis, quando in eccleſia Dei & ſanctorum,quid eiuſmodi perpetratur,capi. frater,ca.miror,ibidem.Nam quanuis iuxta communem ſententiam Interpretum Iuris,verbalis citatio in templo fieri poſsit,Barto.ad l.plerique. Alexan. & alij ad l.2.ff.de in ius vocand.idem etiam Bart.ad l.præſenti,C.de his qui ad eccleſi.confug.in reali tamen citatione ac detentione,cuiuſmodi eſt arreſtatio,hoc minime permittitur,Panor.ad d.c.inter alia.Rober. Marant.in tracta.ordin.iudic.par.6. cap.incip. Propoſuimus,num.129.etiamſi eccleſia illa nondum eſſet conſecrata,capit.Eccleſiæ,de immu.eccleſ.Portius ad §.Sacræ,inſtitut.de rer.diuiſi.Rebuff.ad ord.Reg.tomo 2. titu.de immunita.eccle.art.j.glo.j.num.10.Quòd vero practicus Pap.in ſua praxi,*in for. inquis*, gloſſ.j. verſi. ex his,hanc immunitatem multum denigret, cum ſuo more faciat,conſiderandum non eſt,quia nullo bono iure nititur.Immo quod amplius eſt,exiſtimant plerique,eo hanc immunitatem etiam extendi,vt ſi non ex propoſito,ſed velocitate fugæ eo peruenerit debitor, ab inſequentibus ſatellitibus detineri non poſsit.Baldus ad dictam l.plerique.nulláque eſſe poteſt principij & loci ex quo fugit,ratio, quando principij & finis,hoc eſt,loci ad quem fugit, diuerſa cauſa exiſtit. Alexand.ad d.l.plerique.Bald.ad l. Si quis non dicam rapere.C.de epiſc.& cleri.colũ.5.Sed quoniam pleriq; putant debitorem immunitate eccleſiæ non gaudere, vide quod tertio ab ſequenti capite,reſolutiue ſum dicturus.

2 Eadem eſt ratio monaſteriorum,Alex.conſilio.145. incip. Viſo themate,lib.7.eodemque iure gaudent hoſpitalia,Arch.ad c.diffiniunt,14.quæſt.4. Bal. ad leg.ſi quis ad declinandam,16.col.C.de epiſ.& cler. Roderic.d.loco cap.incip. Quinto quæritur. & ſi Barbatio credimus,conſilio.33.col.2.lib.4. etiam domus Canonicorum intra ambitum eccleſiæ exiſtentes, immunes ſunt. Quanto minus ſiſti poſſet debitor,qui corpori ſacerdotis,per plateam ſacroſanctum corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti,deferenti adhæret, à quo,ne ob nefandum quidem crimen abſtrahi poſſet? Archid.dicto loco.Card ad clemen.j. §. inſtitutione. de reliq.& vener.Sanctor.Oldra.conſilio.54. Nam.ſi Adonias filius Dauidis,timens Salomonem Regem,fugienſque in tabernaculum Domini, & tenens cornu tantum altaris,immunis fuit,vt eſt 3.Reg.capitu.prim.quanto magis immunitas concedenda eſt illi, qui ad Paſtorem, deferentem tam precioſum theſaurum, cibum angelorum, dominum cæli & terræ, iudicem & vindicem omnium, liberatoremque noſtrum, confugit, cum certe non ſit minus tribuendum Paſtori, in cuius manu eſſe dignatur dominus, quam eiuſmodi altari, in quo olim Deus colebatur,& ad quod Adonias confugiens,ſaluatus fuit?

3 Parem fere immunitatem habet domus cuiuſque. Nam vt in domo propria aut aliena,contradicente domino,capi debitor non poteſt, l. nemo ex domo,ff. de reg.Iuris,& ſi captus fuerit,ſtatim relaxari debet, Roman.& Iaſon ad dictam l.plerique: ita & vſus & identitas rationis probat, ſiſti vel arreſtari eum ibi nõ poſſe.Lex enim illa,quæ immunitatem ædibus concedit, & domum tutiſſimum cuiuſque refugium appellauit, quia fauorabilis eſt,facile ampliari & extendi poteſt. Roma.d.loco.Ideoque & in minimo viliſſimoque tuguriolo,& in ſtabulo iũcto domui, & in horto ad quẽ ex domo aditus eſt,& in molendino,quamtunuis debitum ſit magnum,locum habet.Bald.ad auth.ei qui,C. de bo.auth.iud.poſſiden.& ad l.j.§.j.ff.naut.caup.ſtab l.hoc iure,§.ſtabula,ff.quib.mod.pig.tac. contrah.l. fi. & ibi Bal.ff.de ſeruit.vrb.præd.& Iaſon late ad d.l.plerique.Quinimmo,etiam ad naues,quæ prędio vrbano æquiparantur,teſte Bal.ad l.certi iuris,colu.2.C.locati,arg. l.j. §.ſi quis de naui,ff. de vi & vi arm. hoc omnes trahunt,ad d.l.plerique.Alb.ad l.penul.§.fi.per illum text. ff. de his qui deie.vel effud. quamuis abſque iuſta ratione,vt mihi quidem videtur,ſolus diſſentiat Romanus,ad legem primam.§.domini,ff.ad SC. Syll. quem imperiti iudices ſæpe ſequuntur.Quod tamen ita



ita intelligendum exiſtimo,niſi debitor tanquam viator,in naui exiſtat:quia, vt vſus & experientia quotidiana docet,quando quis eſt in hoſpitio publico tanquam viator,niſi priuilegium aliquod ſingulare ciuitatis repugnet,ibi capi, & multo magis arreſtari poteſt,præterquam,ſi ad annum,longumq; aliquod tempus,habitandi quodammodo cauſa,cubiculum ibi cõduxiſſet.l.j.§.habitare,l.penul.§.in factum.ff.nau.cau po.ſtabu.Iaſon d.loco.Quo caſu,non vt aduena arreſtari,ſed tãquam is qui quodammodo domicilium ibi habet, ordinario iudicio, quando nullus fugæ metus accedit,conueniri debet.

Eum quoque,qui in porticu domus hæret,non eſſe immunem crediderunt noſtri, non quidem indiſtincte,quod tamen ex verbis Bartoli,Baldi,& Angeli ad dictam legem plerique videri poſſet:ſed ita demum, ſi porticus ædibus non adhæreat. Zaſius ad legem, cætera.§.hoc Senatus,& ibi Iaſon, numero 6. in verbis,
4 *Quia eſt ſeparata*,ff.de lege prima. Caſtrẽ.ad l.quod cor claue,ff.de damno infecto. quemadmodum & de apotheca & de aliis dici ſolet: quia connexorum eadem eſt ratio,ſeparatorum vero diuerſa,cap.ſuper eo, De parœciis.Sic & quando debitor eſt in oſtio extra clauſuram domus, præhendi poteſt, teſte Bartolo ad l.j.§.ſi ab hoſtibus.ff.de cloac.quia quod fit in oſtio intra clauſuram domus,hoc dicitur fieri in domo, non quod extra fit.idem Bartolus ad l.primam.§. de inſpiciendo.ff.de ventre inſpicien.glo.l.fi.§.ff.de Seruit.vrba.prædio.Quomodo accipiẽdum erit,ni fallor,quod Baldus ad rub.ff.ſolut.matri.voluit,videlicet eum,qui aliquem in oſtio domus exiſtentem inuadit, perinde teneri,atque ſi in propria domo eum inuaſiſſet.Eandẽ putat eſſe rationem eius, qui in ſcalis parieti domus incumbentibus,ſeu appoſitis,extra domum eſt: quia & is extra domum eſſe videtur.Baldus ad l.fiſtulam,§. ſcalas.ff.de ſeruitut.vrban.prædio.à quibus tamen, in explicatione dict.l.plerique,Romanus diſſentire videtur.Sed Bald.ſententia moribus noſtris magis videtur eſſe probata.

Porro autem,quod de immunitate ędium diximus, in debito fiſcali locum non habet.Bal.in lectura antiqua,& Iaſon,num.28.d.l.plerique.Nam cum fortunas omnes noſtras,corpus etiam & vitam Reipublicæ,cui nati ſumus,debeamus: bono autem publico pecunia fiſci ſit,quæ vna belli,pacis,ocij,negocij, rerum denique quocunque tempore gerendarum,neruus eſt,non iniquum videri debet,ſi debitor aduerſus fiſcum non iuuetur.Non eſt abſimile,quòd poteſt quis capi,& ex propria vel aliena domo trahi ad officium publicum aſſumendum,ad quod officium deputatus vel aſſumptus fuit,l.ex omnibus.C.de decurio.libr.10.ideoque dicto loco Roman.conſultum eſſe exiſtimat creditoribus,vt debitorem ad officium publicum aſſumi procurent,& ſic egredientem conueniant. Renuntiari quoque poſſe huic priuilegio,verius eſt, teſte Iaſo.ad d.l.plerique,nume.29.quod(vt ipſe ait) feciſſe videtur is,qui omni Iuris auxilio renuntiauit,quomodo quotidie ex vſu receptum videmus,ruſticos omni immunitatis auxilio renuntiare.Verſantur quoque nonnulli in ea opinione,& pręcipue quidem iam dictis locis, Bal.& Iaſ.vt exiſtiment,debitorem omnino fugitiuũ, dictis locis detineri poſſe.

5 Poſtremo, quemadmodum Rebuffus de priuilegiis Scholar.cap.102.ait: in ſcholis publicis alicuius Academiæ,capi aliquem non poſſe, vt ſcandalũ & tumultus vitetur:ita eadem ratiõe dici poteſt,quòd in ſcholis publicis debitor arreſtari nõ poteſt, quia ſcholę in quibus doctores profitentur,ſunt veluti domus propriæ ſtudioſorum.

## Quo tempore arreſtum fieri poſsit, vel non poſsit. Cap.7.

### *ARGVMENTA.*

1 *Debitor an in ferijs arreſtari poſſit.*
2 *Arreſtatio an poſt ſolis occaſum admittatur.*
3 *Nundinarum tempore arreſtare non licet.*
4 *Nundinæ non omnes liberant ab arreſto.*
5 *Contrahens in nundinis,poteſt ibi arreſtari.*
6 *Criminoſi priuilegio nundinarum non gaudent.*
7 *Debitor ſuſpectus de fuga,an in nundinis arreſtari queat.*
8 *Reſcriptum Principis impedientis arreſtum,an indiſtincte admittatur.*
9 *Arreſtatus, an Iudicis incompetentiam obijcere poſſit.*

PORRO autem,quia de loco ad tempus iuſta ducitur argumentatio.l.fin.ff.de tritic. ordo eſt,vt qui præcedenti cap.de loco, in quo arreſtatio fieri poſsit,diximus,nunc etiam de tempore,quo fieri debeat,aũt nõ debeat,pau-
1 ca quædam diſpiciamus.Et prima quide dubitatio eſſe poſſet de feriis. Sane de debitore ſuſpecto, vno ore affirmant omnes,capi & detineri eum poſſe,etiam in feriis diuinæ Maieſtati dedicatis. gloſſ. ad l.finalem, Codic.de feriis. Alberic.& alij,ad l.ſi feriatis.ff.illo titulo.Iaſon ad leg.prim.eod.titul.& ad l.2.ff. de iuriſd. omn.Iudic.Bald.ad capitul. fina.de fer.adeo vt etiam in ſummis ſolennitatibus ac ferijs id fieri, & fieri poſſe dicat Albericus,quia periculum eſt in mora. Obiecit quidem Eſaias capitul.58.ijs qui die ſancto & ieiunij ieiunabant,quod omnes debitores ſuos eo die repetebant, & exigebant debita importune. ſed hoc eo non pertinet,quod creditor fugitiuum debitorem ſolenni die ſiſtere non poſſet, quia vt Palladius lib.rei ruſtic.prim.cap.6.ait, Neceſſitas feriis caret: & notat (ni fallor)duntaxat eos, qui nulla miſericordia ducti externiſque & prophanis rebus veluti affixi, tempore ſancto debitores ſuos importune exigebant, ſicut ſeruus ille nequam Euangelicus, & qui ieiunium in ſolis exterioribus conſtituebant, nulla alioqui religione,pietate, aut miſeratione ducti. Sed an aliud ſit in debitore extraneo non ſuſpecto, vel in ciue alio migrante die feſto,nullus eorum,quos legi,dicit. Rodericus Zuares in interpretatione l. poſt rem, ff. de re Iudic. in 4. extenſ. in ſimili late diſputat, an ius executiuum vigore inſtrumenti, poſſit exerceri tempore feriarum:tandemque etiam concludit, quod ſi executio iſta cauſę cognitionem requirat,aut periculum non ſit in mora, exequi non poſſe, etiamſi feriæ eiuſmodi ob neceſſitatem hominum duntaxat introductæ ſint. Eoque modo accipiendum eſſe ait,quod ex cap.Significarunt,De iudicijs,ad l.omnes,Cod.de feriis,voluit Barto.quod quando inſtrumenta guarantigiæ,ſiue confeſſionata,vt vocat, habent executionem paratam,ſicut ſententiæ definitiuæ, capi poſſunt homines pro executione diebus feriarum ob neceſſitatem hominum introductarum, non etiam his ferijs, quæ Maieſt. Diuinæ conſecratæ ſunt.quod & Baldus quoque,ad l.in minorum,C.in quib.cauſ.reſtitu.& ad l.prouinciarum,C.de fer.& ad authent. Sed omnino col.10.C.ne vxor pro mar.aſſeruit. Ex quò videri poſſet,quod ſi ex more ciuitatis aut loci, cognitio aliqua ad arreſtum faciendum requiretur, & periculum fugæ non exiſteret,forte quòd diues aliquis debitor Mechliniæ habitans,hic Louanij reperiretur, arreſtatio concedi non deberet.Conſtat ſane,citationem die feſto fieri nõ poſſe,etiam ſi in diẽ non feſtũ citatio facta ſit.l.fi.C.de fer.Panor.ad c.conq.eo.tit.Caſtren. conſ. 270.l.j.Multo igitur minus realis citatio,& detentio fieri poſſe videtur,præcipue cũ ne in nũdinis quidẽ,quæ cũ feriis in honorem Dei introductis conferri nullo modo poſſunt,arreſtari queant debitores.Rebuf.vero

ad ord.Reg.tomo j.artic.6.gloſ.3 nu.60.ait, etiam die
feriato in honorem Dei, hoc concedi.Nam ſi(inquit)
debitor capi poteſt die feriato, multo fortius eo die
arreſtum fieri poterit:quia periculum eſt in mora, iux
ta ea quæ notat Iaſon ad l.pupillo.§.ſi quis riuos.ff.de
operis noui nuntiatione.qui tamen loquitur in debi-
tore ſuſpecto de fuga.Intelligit itaque Rebuffus arre
ſtum concedi die feriato,ſi periculum eſt in mora,ſci-
licet,quòd debitor illic amplius non inuenietur,etiā
ſi eſt diues,& alibi habitet,vel quòd inops eſt,& peri-
culum ſit,ne vnquam etiam alibi vtiliter cōueniri aut
inueniri poſſet, quanuis ſecundum leges ſcriptas &
communes,debitor non ſuſpectus,eo tempore detine
ri non poſſet.Guido quæſtion.215.l.dies,l.omnes.de fe
riis.Alexand.conſilio 159.libro ſecundo. Et iſtud qui-
dem mores noſtri hic quoque recepiſſe videntur, qui
etiam ſolam facultatemconueniendi debitorem,quā-
tumuis diuitem, conſiderant, & in omnibus penè lo-
cis arreſtationem,nulla habita feriarum ratione,per-
mittunt.

2 Eadem quoque ratione dici poſſet, debitorem ex-
traneum, ſi periculum eſt ne abeat, etiam poſt occa-
ſum Solis, & quacunque noctis parte, arreſtari poſſe:
quod tamen vel iuris,vel conſuetudinis ignoratione,
difformiter apud multos,magno Reipubli. malo ob-
ſeruatur.

3 Illud in confeſſo eſt,tempore nundinarum,vt mox di
xi,res aut perſonas alicuius ſiſti,vel arreſtari non poſ-
ſe.l.prima.C.de nundin. ſiue illæ nundinæ ſint ſepti-
manariæ,ſiue menſtruę,ſiue annales,ſiue luſtrales,ſiue
ſeptennales,ſiue apparitionis,hoc eſt,quæ circa tem-
pus natiuitatis Domini,quo ſtella apparuit Magis, ce
ebrātur:ſiue ſint nundinę Paſchatis,vel omnium San
ctorum,aut menſis Auguſti,quarum omnium, cōſilio
61.numer.23.libro ſecundo.meminit Martianus Soci-
nus nepos.Et ratio quidem eſt,vt merces quæ procul-
dubio ad huius vitæ conſeruationem neceſſariæ ſunt,
liberius & maiore copia inuehantur & euehātur, qua
de re plura extant apud Alexandrum ad l. ne quid,ff.
De incen.ruin.& naufrag.Bal.ad l.Si quis non dicam
rapere.C.de epiſco.& cleric.& ad c.j.quæ ſunt reg.Si
gnorolus de Homodeis,conſilio 108.Angelus conſilio
363.Decius conſi.51.Iaſon conſil.147.Zaſius conſi.14.&
conſilio 15.libro j. Quod tamen ita accipi velim, niſi
debitum ſit iuratum.Quia ſicut conſtitutio tollēs ge-
neralem aliam conſtitutionem,non refertur ad conſti
tutionem iuratam,Panormit.ad cap.j.De his quæ fiūt
à maiori parte capi.Roma.ſingu.7.& conſi.517.& ſicut
ſaluus conductus conceſſus alicui,non extenditur ad
debita iurata,quéadmodum ſecundū diſpoſitioné Iu
ris,in Senatu Neapolitano cōcluſum & iudicatū fuiſ-
ſe deciſ.ſua 5.incip.Dominus Rex, recenſet Matthæus
de Afflictis:ita etiam & ob eandem cauſam,ſiſti atque
arreſtari poſſe videtur,ideoque conſultum de credito
ribus,vt promiſsionem ſolutionis,vinculo religionis
& iuriſiurandi confirmari faciant.

4 Sed & hæ nundinæ, quas populus Principem ali-
quem ſuperiorem agnoſcens,nullo Principis ſui pri-
uilegio,nulláve immemorialis temporis præſcriptio-
ne,& veluti conniuente ſcientéque Principe,ſibi vſur
pat,priuilegium iſtud non habet. dict.lib.primo. ver-
ſiculo,*Veterum indulto,aut noſtra authoritate.* & i-
ibi Baldus & Salicetus,C.de nundin. Immemorialis
enim temporis conſuetudo,loco priuilegij eſt,ex cer-
ta ſcientia à Principe conceſsi,cap.ſuper quibuſdam,
§.præterea.de verborum ſignificatione.Specula.ad ti-
tulum,de cauſa poſſeſ.& proprieta.§.quia vero verſi-
cul.Quid de colligentibus.Ideoque,qui immemoria-
lis temporis iuſtam poſſeſsionem vel quaſi poſſeſsio-
nem habet,poteſt ſicut Princeps,priuilegiū ſtudij ge-
neralis concedere:Bartolus ad j.conſtitutio. ff.argu.l.
hoc iure,§.aquæ ductus.ff.de aqua quotidia.Alias ve-
ro,ſicut ſolus Princeps,ſaluum conductum dare po-
teſt.Bal.ad l.reos.nu.43.ff.de accuſ.& ad c.Imperialis,
nu.4.De pact.Conſtant.præterquam,ſi etiam ciuitati,
aut alicui alteri inferiori,propria iuriſdictio compe-
tit,quibus tunc quoque idem permiſſum eſt,teſte Pe-
tro Premo in tract.de Secur.promiſ.c.2.ita nemo ali9
nundinas inſtituere poteſt.

5 Solét etiam ab hac immunitate excludi,qui in ipſis
nundinis contraxerunt.Baldus, Salicetus, Fulgoſius,
ad dictam l.primam.Nam & in ſimili literæ morato-
riæ ſex dilatoriæ ſolutionis,in eo quod quis à merca-
tore extraneo emit,locum non habent,ne materia, oc
caſio,& fomentum delinquendi tribuatur. Rebuffus
dicto tomo 2.artic.j.gloſſ.j.num.35.Et cum emptor re-
cipit merces exteri mercatoris,eo animo accepiſſe in
telligitur, vt mercibus illis receptis, ilico & ſtatim
ſoluat pretium: ipſa quæ naturæ & humanitatis ra-
tio dictat, exteros nullo modo eſſe moleſtandos, au-
thentica,omnes peregrini,Cod.Commun.de ſucceſſ.
Vnde & eædem illæ merces, tanquam fide de pretio
non habita,vindicari poſſunt, l.Aurelius.ff.de liber.
legat.§.Venditæ.Inſtitut.de rerum diuiſione.Hæc ta-
men opinio minime placet is, qui exiſtimant eum,
qui cum forenſi,quem mox habiturum nouit,contra-
hit,fidem illius ſecutum videri. Sed quoniam aper-
to iure prior ſententia,quam & vſus probat,ſtabilitur
d.l.j.C.de nund.ridiculum eſt,ea de re ampius dubi-
tare:& cum lex ipſa de facienda ſolutiōe ita diſponat
quilibet præſumitur ſecundum legé cōtraxiſſe,l.quæ-
ro.§.inter locatorem.ff.locati.ſi nō aliud actum eſſe e-
uidenter appareat.

6 Exules ſane & proſcripti, ſeu qui crimen aliquod
contraxerunt,immunitate iſta nundinarum non gau-
dent,etiamſi iniuſte proſcripti eſſent: donec proſcri-
ptio illa declaretur iniuſte eſſe facta, l. relegati. ff. de
pœn.l.diui fratres,eo titul.Bald.ad d.l.j.verſi. ſed nun
quid banniti.Huiuſmodi enim homines exiſtimantur
eſſe hoſtes ciuitatis,l.amiſſione.§.amiſſione.§.qui de-
ficiunt,ff.de cap.diminut.l.j.& ibi Doct.C. de hæredi.
Inſt.& §.neque homicidis,in authét.de mandat.Prin-
cip.& ibi gl.ad verbum,*Neque cuſtodies*,l.2.C.de ex-
hib.reis.An.in tract.malefi.ad verbū, *Qui Dominus
Iudex*,nu.58.Bar.ad l.j.ff.ad leg.Iu.Maieſt. Ideoque in
proclamatione & denunciatione nundinarum, à ſe-
curitate atque immunitate earundem iſtiuſmodi per-
ſonæ nominatim excipiuntur. Non enim talia admit-
tentibus parcere cōuenit,d.§.neque qui non niſi cum
ſummo dolore & cruciatu multorum videri,vel in ci-
uitate verſari poſſunt, quique cum ſemel mali eſſe cœ
perint,metuendum foret,ne peſſimo exemplo, vel fu-
randi,vel malignandi animo,ad nundinas accederent
pacéque publicam turbarét, & odioſas noxiaſque red
derét nūdinas,quas liberrimas & vtiles omnibus eſſe,
maxime cōuenit,quorū ob id malitiæ occurrendū eſt,
l.in fundo.ff.de rei vendic.& in authenti. de Monach.
§.Si vero.

7 Exiſtimat tamen Rodericus loco mox citato,num.
27. quod tanta poſſet eſſe ſuſpicionis cauſa, vt ſaltem
ad ſatiſdationem, in illo loco vbi nundinæ celebran-
tur,debitor compelli poſſet,motus ex eo,quod Ange-
lus ad dict.leg.dies feſtos,Codic.de feriis ait,quod li-
cet ex forma ſtatuti Peruſini,veniens ad nundinas, de
beat eſſe ſecurus & liber, & eius bona detineri non
poſſint, tamen ex maxima cauſa ſuſpicionis, capi po-
teſt,vt ſaltem caueat de iudicio ſiſti:quia ſi lex permit
tit debitorem à creditore die feriarum ob ſuſpicioné
detineri, vbi aliter hoc permiſſum non eſſet: eodem
modo, inquit, & in nundinis quoque id fieri debet,
leg. ſi ſerui, Codic. de noxal. quod ad reſtringen-
dam & limitandam nundinarum patriæ, ciuitatis,
ſeu Regni,libertatem, perpetuo menti tenendum eſſe
ſuadet.

Quid



8 Quid autem,ſi quis à Principe literas impetret,ne tē-
pore nūdinarum ſiſti poſsit,etiam in eo caſu licite ar-
reſtabitur?Mouit quidem,ſed non reſoluit hanc quæ-
ſtionem,ad d.l.j.C.de nund.circa fin.Bartholomæus à
Saliceto.Conſtat,quòd cum Princeps moratorias vel
dilatorias literas ſolutionis alicui concedit, eo tem-
pore pendente,neque perſona,neque res debitoris ſi-
ſti vel detineri poteſt.Boerius deciſ. Burdeg.q.296.in-
cip.Princeps.col.2.Rebuffus ad ord.Reg.Tomo 2.tit.
de dila.articu.j.gloſſ.nu.92.Sed iſtud generale reſcri-
ptum,ad emptorem mercium extraneum,ſe non extē-
det,& quod amplius eſt,etiam ſpeciale reſcriptum ſu-
per hac re impetratum,ſi dicto Rebuffo ibi credimus,
quia ad iniuriam alterius pertinet,non ſubſiſtet, tan-
quam per importunitatem veriſimiliter impetratum.
Sane,ſi omnino conſtaret de mente Principis,eáq; pe-
nitus eſſet indubitata:exiſtimarem reſcripto eiuſmo-
di eſſe dandum,quia Princeps ex cauſa rei noſtræ do-
minum auferre poſſet,l. Item ſi verberatum, ff.de rei
vendi.Felin.& alij,ad cap.quæ in eccleſiarum.De con
ſtitution.modo tamen pro rebus emptis cautio inter-
poneretur,aut alias venditor & creditor ab initio de
illo priuilegio certior factus fuiſſet,iuxta ea quæ not.
Iaſon & alij ad l.2.& l.omnes,C.Si contra ius vel vtil.
publicam.Nihilominus,quod dicimus,quòd ſi alicui
conceſſa eſt à Principe dilatio & immunitas, præſtari
debere idoneam cautionem ſuper ſolutione futura,in
telligi debet,ſi à parte petatur.l.peto.§.fina.in verbis,
*Quod ſi cautio non fuit deſiderata.*ff.de legat.j.l. 3.§.
hoc autem.ff.de dam.infec.Nam & in ſimili compen-
ſatio fit ipſo iure:ſed ita tamen,ſi petatur,l.vlti.C. de
compenſ.§.in bonæ fidei.& ibi glo.& Doct.Inſtitu.de
actio.Falcidia reſecat ipſo iure,l.linea,ff. ad l.Falcidi.
ſed demū.ſi hæres petat,l.patrem.ff.de his quæ in frau
dem credi.Teſtamētum ratione pręteritionis eſt nul-
lum,ſi præteritus ipſe dicat & petat,non alias,l. filio.
§.& glo.& docto.de iniuſt.irri.& rup.teſt.aliáque huc
pertinentia,ſuo more multa ad l.ſi vnquam, C.de re-
uoc.dona.ad verbum reuertatur,nu.8.9.& ſequen.cu-
mulat Tiraquellus.

9 Poſſemus quoque & hic multa adferre de eo quod
diſputant plerique,an debitor de fuga ſuſpectus,& ca
ptus,incompetentiam iudicis allegare,& remiſsioné
ad ſuum Iudicem poſtulare poſsit,de qua re Iaſon ad
d.§.j.num.95.Bertrand.conſi.182.lib.j.& conſil.304.lib.
3.latius idem Iaſon ad l.2.ff.de iuriſdi.omniū iudic.&
alij ex profeſſo agunt.Sed quoniam mores noſtri quo-
cunque loco iudicem in hac re competētem faciunt,
nolo in re per ſe clara,diutius inhærere.Dixi autem ſu
perius,clericum,ob periculum fugæ à laico detētum,
cuſtodiæ eccleſiaſtici iudicis tradendum eſſe.

## Cuius loci ſtatutum ad faciendū arreſtū ſpectandū ſit,& quę conſuetudo,ſi in diuerſis locis alia & alia ſit, ſpectetur. Cap.8.

*ARGVMENTA.*

*Locus celebrati contractus quando conſideretur.n.1.*
*In ſoluendis gabellis quæ conſuetudo attendatur.n.2.*

SED cum de tempore & loco,quo vel fie-
ri,vel non fieri arreſtatio poſsit, diſputa-
mus: incidit etiam hæc quæſtio, cuius
loci ſtatutum aut conſuetudo ſpectari
debeat, ſi in loco celebrati contractus,
iure arreſti vel præhenſionis vtimur, & in loco de-
ſtinatæ ſolutionis non vtimur. Quam quidem quæ-
ſtionem non in ſpecie, aut (vt noſtri aiunt) in ter-
minis, ſed in ſimili & propinquo admodum caſu,
deciſam inuenio.Interpretes enim ad legé ſi fundus,
ff.de euict.ad l.quæro,ff.de ſolutio.& D.Præſes Nico-
1 laus Euerardi,conſi.78.inci.Ex literis,col.7. verſic.aut
quærimus,aiunt,quòd ſi in loco celebrati contractus
ſit ſtatutum, debitor poſsit capi & incarcerari, vel q
inſtrumenta notariorum habeant executionem para-
tam: in loco vero deſtinatæ ſolutionis,non ſit ſimile
ſtatutum,ſed ſeruetur ius commune: attendetur quo
ad hoc mos,obſeruantia,ſtatutum,aut lex loci deſtina
tæ ſolutionis,quippe quòd in his quæ concernunt iu-
diciariam executionem,inſpicitur locus deſtinatę ſo-
lutionis.Bal.Aug.Alber.& alij ad l.hæres abſens.ff.de
Iudic.Dominic.Philippus Franc.Anchar.ad c.Roma-
na.De foro compe.lib.6.ſicut & in his quæ reſpiciunt
extinctionem actionis,propter præſcriptionem ſtatu-
tariam vergentem in vno loco,& non in alio, vel quo
ad exactionem pœnæ adiectæ quantitati,quando ſta-
tuta & iura municipalia locorū,ſunt diuerſa,l.3.§.fin.
ff.de teſt.l.cum clericis.C.de epiſco.& cleri.§.fin.In-
ſtitut.de ſatiſda.Bar.& Angel.ad l.j.ff.de vſur.ad d.l.ſi
fundus,& ad l.cunctos populos,C.de ſum.Trinit.Nā
licet quo ad ea quæ concernunt ſolennitatem actus,
ſeu eius perfectionem,inſpiciatur conſuetudo loci ce
lebrati contractus,l.magis puto.§.illud.ff.de reb.cor.
& Bald.ibi,& ad l.j.5.q.C.de contrahen.emp.& ideo ſi
ex ſtatuto loci requiratur certa ſolennitas in ipſo con
tractu,vel ſi ad ſubſiſtentiam cōtractus requiratur ſo-
lutio gabellæ, vel quid ſimile, tunc tale ſtatutū debet
obſeruari,licet in loco deſtinatæ ſolutionis non ſit ſi-
mile ſtatutū.Ia.nu.55.in 2.lect.Bar.& alij,ad d.l.cūctos
Tamen in his quæ ſuperueniūt poſt abſolutum con
tractū,& eo iam perfecto tendunt ad eius executioné:
cuiuſmodi eſt arreſtatio, ibi locus deſtinatæ ſolutio-
nis inſpicitur,ſibique imputare poteſt,qui ita contra-
xit:quia in executione eiuſmodi, non conſideramus
cauſam de præterito,ſed locū & tēpus, vbi & quando
fiet,teſte Bald.ad authent.Quas actiones,C.de ſacroſ.
eccleſ.Io.de Platea ad l.miſſi,C.de exact.lib.10.Iaſ.ad
d.l.cūctos,in j.elect.nu.20.Bar.ad l.à diuo Pio,§. ſenté
tiam,ff.de re.iudic.Doct.ad c.j.De ſponſalib.Caſtr. ad
l.2.C.quemad.teſtamen. aper. Et latiſſime omniū quæ
ad huius rei confirmationem adferri poſſent,dicto lo
co cumulauit D.Præſes,cuius argumentis,& per ſimi-
litudinem rei motus,exiſtimo, q & in arreſtatione, ſi
ſimilis caſus occurrat,locus deſtinatæ ſolutionis & iu
dicij ſpectari debeat.Huc etiam pertinet, quod ſi con
tractus factus ſit in loco vbi gabella non debetur,tra-
ditionis debetur,vt voluit Bal.ad l.multū.col.vlt.verſ.
Pone ergo,dicit.& ibi quoque Salic.in ſi.C. ſi quis alt.
vel.ſibi.Nam & alias contractū fuiſſe videtur, non in
eo loco quo negociū geſtū eſt,ſed quo pecunia ſoluen
da vel tradenda eſt,iuxta ea quæ ſuperius dixi. ad hūc
effectū,l.3.ff.de bo.author.iudi.poſſid. cōtraxiſſe,ff.de
act.& c.Romana.de ſol.comp.lib.6.

## De renunciatione immunitatis & priui legij de non arreſtando. Cap.9.

*ARGVMENTA.*

*Renunciatio immunitatis nundinarū an valeat. nu.1.*
*Nundinæ publicum fauorem continent. nu.2.*
*Renunciatio feriarum an ſubſiſtat. nu.3.*
*Argumentum bonum eſt à lege ad pactum. nu.4.*
*Princeps ſua lege immunitati eccleſiæ nō præiudicat. nu.5.*
*Debitor an in eccleſia capi poſſit. nu.6.*

ILLVD aūt qri pōt,an ne debitor immu
nitati huic tēporis aut loci renūciare poſ
ſit?Sāe ad tps q attinet,nō dubiū eſt, quī
immunitati nūdinarū renūciare poſſit.

2 Quia licet fauorem publicum habeant Nundinæ,ſcilicet,vt hincinde merces in ditionem vel ciuitatem, quibus illa eget,inuehantur.& rurſum alia quibus nõ indiget,diſtracta euehantur: principaliter tamen de priuatorum commodo agitur:& ſic regulæ communi ſtandum eſt,quæ habet. Quod quoties priuato fauore lex aliquid principaliter introducit,licet ſecundario publicam cauſam annexam habeat, renuntiari huic fauori poſſe.& doctores ad l.ius publicum.ff.de pactis.Alciat.numer.33.& alij ad l.penultimam.C. de pactis.Bartolus ad l.vniuerſi.numero 2.C.de lega.lib. decimo. modo tamen renuntiatio iſta ſpecialis ſit & expreſſa.l.prima.& ibi Roman. & alij.ff.ſi quis in ius vocat.Vnde grauiter peccare videntur nonnulli temporis noſtri pragmatici, qui generalem renuntiationem ſufficere arbitrantur,ſicut omnia inconcocto & indigeſto ſtomacho accipere ſolent.Bonus autem Iudex facile animaduertet ex verbis fuſe vel reſtricte prolatis,quatenus renuntiatio ſeſe extendat, & an ad nundinarum libertatem ſeſe porrigat. Quòd ſi certo in loco,feriarum in honorem diuini numinis introductarum is honor & ea religio fuerit,vt in illis ipſis omnino ſiſtere debitorẽ non liceat:exiſtimauero renun-
3 tiationi locum nõ eſſe,iuxta vulgatam regulam, quòd feriis in honorem DEI conſtitutis,renuntiare non licet.gloſſ.ad c.ſi feriatis.De feriis.l.final.C. illo titulo. Iaſ.ad l.primam.nume.4.ff.eodem.Sic etiam nemo cõſentire poſſet,ni fallor,vt in loco ſacro capi poſſet.Iniuria quippe fit DEO & Sanctis,quando in Eccleſia DEI & Sanctorum talia aguntur. capit.frater.cap.miror.decimaſeptima quæſtione 4.& alias qui in loco ſacro vel monaſterio exiſtit,pacto eiuſmodi ſuo immunitati monaſterij præiudicaret. Et licet ius monaſterij pro futuro tempore non tolleret,eſſet tamen pleni res mala exempli,neque poſſet debitor renuntiare fauori ſuo mixto cum fauore alterius.Paulus Pariſienſ. conſilio 73.num.41.& 42.libro j.& in venerabilibus iſtis locis,cum pace & quiete vota competit celebrari. l.denuntiamus.C.de his qui ad eccle.confug.adeo vt in præiudicium illius, Principes ſeculares diſponere non poſſent.cap.eccleſiæ.de conſtitution. Aufrerius
4 deciſ.Toloſ.q.422. Quod vero lege aut ſtatuto fieri non poteſt,pacto quoque fieri nequit.l.fin.C.de rebus alie.non alien.l.fi.C.de fideiuſ.quia pactum,lex & ſtatutum æquiparantur.c.ſacroſancta. c.maſſana. de electīon. & maior eſt poteſtas legis, quàm hominis qui legi ſubeſt, vt ait Præſes ad locum à pacto ad legem. Cæterum hic paulo altius inſiſtendum eſt.Sunt qui exiſtimant,quòd ſi tenear reſtituere rem aliquam, & ad eccleſiã confugero, nihil mihi immunitas prodeſt,l.prim.C.de his qui ad eccleſiam confugiunt.ibi, *Nec ante ſuſcipiãtur,quã debita vniuerſa reddiderint*.Et quanuis textus ille loquatur de ſeruis,idem tamen iuris eſſe in liberis hominibus,concludit Azo in ſumma.ibi,quia debitor tributorum,pro debito in eccleſia capi,& ab ea extrahi poteſt,l.nemo.C.de exact. tribut.libro 10.quippe quod fiſcalium ratio & militibus & priuatis,& ipſis quoque templis, & vniuerſæ denique reipublic.vtilis atque neceſſaria eſt.authent. de manda.princi.§.publicorum.columna 3.Oldradus conſilio 54.incipiente,aufugiens. Nam alias, ſi, cum ego rem meam tibi commodarem,vel mutuo centum numerarem,vel merces venderem, tu ad eccleſiã confugeres,& res meas conſumeres, daretur tibi occaſio delinquendi contra legem conuenire.ff.de pactis dotalib.& immunitas eccleſiæ,quæ ad vitæ & membrorum conſeruationem eſt conceſſa,ius pecuniarum vel burſale partis,lædere non debet.l.ſecunda.C.de in ius vocando.cap.de raptoribus.36.quæſtione prima.ideò que prouiſio extrahendi conceſſa fuit à Senatu Burdegalenſi,quidam mercatori contra ſuum inſtitorem, teſte Boerio,quæſtion.215.incipiente, incarceratus.& Rebuffo,ad ord.Reg.Tom.2.Titu.De immun.eccleſi.
5 gloſſ.2.num.2.Alij vero contra dicunt,quòd Imperator non potuit per ſuum ius nouiſsimum præiudicare immunitati eccleſiæ à lege conceſſæ.cum iſtud priuilegium ſit datum non ſubdito,iuxta ea quę no.ad c. nouit.De iudic.Tum etiam canon generaliter loquitur,d.c.miror,& immunitas iſta ex iure diuino profluxit,c.2.lib.3.Regum.

Alij vero opinantur, quòd inſpecto iure communi, debitor non poteſt in Eccleſia capi. nec iudex extrahi,l.præſenti,C.de his qui ad Eccleſi. confug. quia liber homo de iure non poteſt capi pro debito,niſi ſit ad hoc expreſſe obligatus,l.ob æs.C.de actionibus & obligationib.capit.lator.de pignor. Immo nec extra Eccleſiam caperetur,ſi bonis cedere velit, libro primo.C.qui bon.cedere poſſunt.inſpecto tamẽ iure municipali, ſecundum quod capitur quis pro debito, ab eccleſia extrahi poſſet,cum perſona per cuius municipale ſit affecta,ne creditor defraudetur re ſua, vel ſibi debita.

Ego vero exiſtimo opinionem hanc, quòd renuntiare non liceat,eſſe veriſsimam, & reliquas eſſe falſas. Nam præterquam,quòd alias ſemper in dubio fauendum eſt Eccleſiæ & eius immunitati, dicta l.præſenti.nuſquam cautum eſt in hac ſpecie, eccleſiarum immunitatem non prodeſſe his,qui ad eas confugiũt, & ideo regulæ ſtandum eſſe reſpondent Abbas, in ca. inter alia,nu.22.De immu.eccleſ.per textum in d.l.prę ſenti,Rodericus ad l.2.*De los gouiernos*. q.5.Didacus Couarru.lib.2.Vari.reſol.cap.vlt.nu.14.verſi. ſed profecto &cæ. etiam ſi debitor ſit obnoxius publicis tributis,Cyn.ad d.l.prę ſenti.quia Nouellæ Cęſarũ conſtitutiones,tanquam iuri Pontificio in hac re contrariæ,non ſunt recipiendæ.Poſſet tamẽ fortaſſis( inquit Didacus ) hoc admitti in mercatoribus & campſoribus,qui maximo Reipublicæ diſpẽdio, ex pecuniis & rebus alienis,dum negociationem quæſtuariam exercent,operam vſuris & fœnoribus ſtrenue dantes,laute & opipare viuentes,& decoctores tandẽ verſuram faciunt,& ad eccleſiam fugientes, creditores omnes miſere fallunt,quod quidem grauiſſimum crimen eſt, & ob id hi famoſi latrones appellantur. Sed(inquit) an iuſte fiat, aliorum iudicium eſto, quamuis id iure fieri poſſe exiſtimet Boerius, d.deciſione 215. nume. 7.quo in loco plura de his mercatoribus tradit. Addit præterea Couarruuias, in ſupremo Prætorio Hiſpaniarũ Regis Principis noſtri, reſcriptum fuiſſe eccleſiaſticis iudicibus. vt præſtita per iudicem ſecularem cautione,de non puniendis criminaliter debitoribus, ipſos debitores quoſcunque ab eccleſiis abducerent, & eorum bona ſi quæ in eccleſiam attuliſſent, auferrent. Sane mores noſtri oſtendunt, decoctores ad eccleſiam & monaſteria confugientes,abſtrahi non poſſe.Ex quibus omnibus etiam exiſtimo, huic iuri debitorem renunciare non poſſe.quod ad diuini numinis venerationem eſt introductum.

## Renunciatio immunitatis an porrigatur ad hæredem debitoris. Cap.10

### *ARGVMENTA.*

*Hæres eius qui perſonam ſuam obligauit,an capi poſſit nu.1.*

*Priuilegium perſonale aut pactum, perſonam non egreditur. nu.2.*

*Hæres compelli poteſt ad omne id,ad quod compelli poterat defunctus. nu.3.*

*Inſtrumentum publicum meretur executionem contra hæredem. nu.4.*



5 *Quilibet in contrahendo aut teſtando, præſumitur ſe accommodare legibus vel ſtatutis.*

6 *Renuntiatio immunitatis, quid tacite in ſe contineat.*

7 *Hæres vtrum arreſtari poſſit, antequam ipſi fides aliqua de debito facta ſit.*

PORRO autem,cum eadem ſit perſona hæredis & defuncti iuris poteſtate ac fictione: dubium eſſe poſſet, vtrum hæc fori & immunitatis renuntiatio,etiam ſtringat hęredem renuntiantis, veluti, ſi, vt ſæpe fit, debitor meus ruſticus renuntiet immunitati nundinarum. certum eſt enim,quòd eo caſu die nundinarum ſiſti atque arreſtari poterit: ſed an eo mortuo, hæres eius poſsit, quæſtionis eſt. Et quidem prima facie,negatiua pars probabilior videtur: quia quando debitor obligauit
1 perſonam & bona ſua,ratione huius obligationis, hæres capi non poteſt,licet debitor potuiſſet.Barto. ad l ſi deceſſerit.ff.qui ſatiſdare cogantur. tum quia conuentio eſt mere perſonalis,quæ ad aliam perſonã non tranſit,ſicut etiam non tranſit priuilegium perſonale,
2 cap.priuilegium.de regulis iuris,libro ſexto.tum quia hæres ad hoc nõ fuit obligatus,nec potuit defunctus hæredem qui neque deliquit,neque contraxit, ad arreſtum,& ſic per cõſequens ad carcerem, niſi ſoluat aut caueat,obligare. ſed illa obligatio cenſetur extincta per mortem debitoris,quo ad hæredes, teſte Benedicto de Barzis in tracta.de guarant.quæſtione 9.primæ partis.Et ait Rebuffus d.Tomo j.articu.3.gloſſ.2.num. 13.ex differentia,quando lex vel ordinatio cõcedit ius capiendi debitorem,tunc etiam hæres detineri & capi poſſet.quia debitor eſt,& quia lex ſemper loquitur, l.Arriani.C.de hæreticis.Quod non eſt in tali contractu qui mere eſt perſonalis, & lege non adiutus. Et ideo ad hæredes non tranſit.Iaſon ad l.ſi deceſſerit.columna tertia,ff.qui ſatiſdare cogantur.fecit l.tertia & ſequen.ff.de cenſib.& ideo,inquit,is qui conuenit, vt non facta ſolutione,præſtita die poſsit detineri, & in carceres coniici,ſi nõ ſoluat tali die,capi poteſt, quia eſt in mora,& ſic in culpa.Sed hæres,qui in ius alteri⁹ ſucceſsit,iuſtam habet ignorantiæ cauſam an debeatur.l.qui in alterius.ff.de regu.iur.Ideo non eſt mora, & ſic nec in culpa,vnde detineri, aut in carceres detrudi non debet.

Econtrario vero videri poſſet,affirmatiuam partem eſſe veriorem,quia hæres cenſetur eſſe vna eadémque perſona cum defuncto,vt in authentic.de iureiurand. à mor.præſt.col.4.l.hæredem.ff.de reg.iur. ſucceditq; cum ſua cauſa,ſuiſque vitiis.l.vitia.ff.de acqui.poſſeſ. l.Pomponius.ff.illo tit.& ad id quod poterat compel-
3 li defunctus,poteſt etiam compelli hæres eius.l.poſtulante.ff.ad SC.Treb.licet verbis legis nõ exprimatur. Ad cuius l.interpretationem reſpondet Bar.hæredem debitoris vinculis mancipari poſſe,ſi ipſe debitor potuiſſet:quia hæres debitoris, etiam debitor eſt,à quo inuito debitum exigi poteſt.l.debitor.ff.de verb.ſign. & inſtrumẽtũ publicum quod meretur executionem
4 contra debitorem,eodem modo meretur executionẽ contra eius hęredem.Imola & An.ad l.primã,ff.de his quæ in teſta.delen.quia ex quo debitor eſt obligatus in inſtrumento, obligatio ipſius hæredis virtualiter quoque continetur in inſtrumento, licet hoc ibi non exprimatur,argu.l.j.C.ſi cert.peta.& l.ſi pactum.ff.de proba.l.j.quorum legat.vbi noti Bald.ꝙ exceptio, Tu non es nominatus in inſtrumento, non nocet hæredi, quia nominato authore,cẽſetur etiam hæres eius eſſe nominatus.Alexã.ad l.in ratione.§.ſi folio.colũ.5.ff.ad l.Falcid.aliaſq; in l.ex contract.ff.de re iudicata.clare deciditur ius executiuum tranſire contra hæredem, qui non eſt noua perſona,ſed eadem perſona cum defuncto,teſte Bato.ibi. Et quanuis ius exequendi nondum natum,nõ tranſit ad hæredem,arg.§.Seruus, Inſtit.de cap.dimi.tamen quando eſt iam in eſſe productum,tunc illud ius exequendi formatum, tranſit ad hæredem,l.ſi ſuperatus.§.j.ff. de pign.l.ſi mater.§.j.& l.Iudicatæ.ff.de excep.rei iudi.Bart.ad l.3.q.4.C.de pi. Et quemadmodum ſtipulator cenſetur non ſolum ſibi,verum etiam hæredibus ſuis, etiamſi eorum nulla facta ſit mentio,ſtipulari, l.ſi pactum.ff.de probat. ita econtra & promiſſor quoq; de hęredibus ſuis intellexiſſe,eoſq; obligaſſe videtur,l.2.ff.de verb.obli. ex quo generale illud axioma profluit,quòd omnia pacta actiue & paſsiue trãſeant in hæredes,etiamſi de illis mentio nulla facta fuerit,adeo vt plerique exiſtimẽt,hęredem non excludi,etiamſi in renuntiatione,vel promiſſione adiecta fuerit dictio taxatiua:qua de re in vtranque partem multa ſuo more accumulat Tiraquellus in tract.de vtroq; retrac.c.de retract.conuent.§.j.gl.6. nu.3.cum multis ſeq.quæ omnia hoc vno loco referre non expedit. Ego hic conſidero,quòd in ſimili, licet pactum non valeret,quŏd debitor omiſſa citatione & cauſæ cognitione,capi & carcerari poſſet, vt exiſtimarunt,Bal.conſil.185.lib.3.Ripa ad l.obligatione, nu.27. ff.de pign.& hypothe.Ang.Alex.& alij,ad l.alia.§.eleganter.ff.ſolu.matrimo.Panor.& Felin.ad cap.decætero,de re iudic.valet tamen eiuſmodi conſuetudo, leg. miſſi opinatores.C.de exac.trib.lib.10.Quamuis enim quicquid poteſt fieri per pactum,poſſit etiam fieri per conſuetudinem,l.fi.& ibi id notant Barto.Bal.Salic.& alij,C.de fideiuſ.infinita tamen ſunt, quæ per legem, ſtatutum, aut conſuetudinem introduci & fieri poſſunt,pacto autem defendi non poſſunt. Caſtren. Bart. & alij ad l.non impoſſibile.ff.de pact.præcipue ſi ſtatutum aũt conſuetudo,nihil quod ſit turpe,aut quod bonis moribus vel naturæ aduerſetur, contineat, vt late explicat D.Præſes Nicolaus Euerardi, in loco à pacto ad legem &cæter. Vnde non ſine ratione dixit Ripa loco mox citato,quod ſubmiſſi carceribus & arreſtis, paſſim arreſtantur abſque citatione, non quidem in vim alicuius pacti, ſed in vim conſuetudinis pactum approbantis, quæ tamen conſuetudo, cum in facto conſiſtat,niſi eſſet notoria,probari deberet, capitulo. prim.De conſtitut.lib.6. Et hæc quidem Ripæ ſententia,proxime ad deciſionem huius quæſtionis pertine- 5
re videtur.Nam cum quilibet cõtrahẽdo & renunciãdo videatur ſe retuliſſe ad leges patrias,iiſdemque ſeſe conformare voluiſſe, leg. hæredes mei. §. cum ita. & ibi doct.ff.ad Trebel. late Alciat.reg.3. præſumpt. capit.32.certe,debitor qui huic priuilegio fori renun-
6 ciat, voluiſſe videtur, quod conſuetudo vel lex patria in hanc renunciationem more ſuo influeret, & hæredem contineret,qui ſe iniuria affici, ſi arreſtetur die nundinarum, conqueri non poteſt, cum ſciat vel ſcire debeat, eam eſſe conſuetudinem atque ſtatutorum conditionem & naturam, vt ſicut luna dominatur corporibus, iiſdemque qualitates ſuas immittit: ita etiam conſuetudo vel ſtatutum dirigit humanas actiones, & ſubintrat contractum, vt ſecundum eius præſcripta ſeu obſeruationem, contractum eſſe videatur,leg.& in lege.ff.locat.Chaſs. ad conſuet. Burg.*des droictz à gens mariez*,Rub.*femme mariee*. §.2.ad ver.*ſelon la generale couſtume*, nu.1.2.3.& ſeq. Ceſſante vero conſuetudine aut ſtatuto, quamuis animus hic multum fluctuet, non auſim à communi opinione recedere,quæ eſt in proximis terminis,ꝙ ſi debito in inſtrumento expreſſe cõuenit,quod ſi ſtato die non ſoluerit, poſſit incarcerari, præſuppoſito quod tale pactum valeat:hæres debitoris quamuis non ſoluat,non tamen poterit in vim illius pacti incarcerari: quia hæc promiſſio, iuriſque renunciatio, cohæret perſonæ, & ideo ad hæredem non tranſit. Ita decidunt Bartol.numero.primo.Iaſon numer.13.& alij, ad d.l.ſi deceſſerit.Tum etiam,quia plus poteſt ſtatutum

quam pactum Barto.ad l.omnes.ff.de iuſti. la & iur. & quando verba pacti ſunt dubia,contra eum qui ex pacto ſe fundat,& apertius de hærede dicere potuiſſet, ſit interpretatio l. veteribus,ff.de pact.Et quanuis hoc quod dixi,hæredem contineri renuntiatione, ſi modo alias ſtatutum iuuet ipſam renuntiationem, eidémque adſiſtat,intelligunt quidam, vt tamen hæres prius citetur,Baldus.ad l.per diuerſas,C.manda.Ang.& alij, ad l.intra.ff.de re iudi.doceaturq; quòd hæres eſt Caſtren.ibi.Ego tandem puto,ꝙ arreſtum non impedietur,ne abeundi occaſio inſtruatur, & ꝙ etiam de iure ſuffecerit,ſummarie iudicem informare, amplioréq; probationem offerre,quemadmodum & in huiuſmodi negotiis & rebus lex ſummarie & ſecundum qualitatem negotij,procedendum eſſe monet, vt ſumptus litium qui multos conſumunt,euitentur, & ſic nõ fiat diuerſus proceſſus,vt ait Rodericus Zuares ad.l. poſt rem,extenſione j.nu.3.verſi,ego ſeruabam,ff.de re iud. & elegantius in 5.limitatione eiuſdem legis,nu.5.verſicu.conſilium eſt. Quod in noſtra hac prouincia dubium non habet, vbi ( vt inferius dicemus ) moribus receptum eſt,creditorem ſuo periculo arreſtare eum poſſe,qui legitima exceptiõe munitus eſt,licet in progreſſu cauſæ certum ſit,quòd debet tanquam fundamentum intentionis ſuæ, probare arreſtatum hæredẽ eſſe,adeoque perſonam illius eſſe talem,contra quam executio eiuſmodi fieri poſsit.Inno.in c.quia de iudica.Bald.ad l.ſi quis curialis,C.de epiſcop.& cleric.Late quoque libro j.forenſium Inſtitu.cap.4.tractat.Imbertus,vtrum inſtrumentum aduerſus hæredẽ in vim pacti,executioni mandari poſsit,& tandẽ ait non poſſe,ſi pactum mere perſonale eſt,niſi tamen per ſtatutũ probetur,veluti ſi caueatur ſtatuto,debitorem eruſve hæredem præhendi,& in carcerem mitti poſſe, quod etiam nunc probaui.

## Quæ ſint neceſſaria, vt debitor vel quis alius arreſtari poſſit. Cap.II.

*ARGVMENTA.*

1 *Extraneus tantum, aut ciuis ſuſpectus, arreſtari poteſt.*
2 *Suſpectus debitor quondo dicatur.*
3 *Arreſtatio non fit,niſi creditore poſtulante.*
4 *An ſit ante arreſtationem,apud iudicem faciendo ſummaria aliqua probatio de debito.*
5 *Res arreſtata an præſumatur eſſe debitoris, quando apud eum reperitur.*
6 *Vxor quo pacto ſuarum rerum arreſtationi ſe opponat.*
7 *Bona arreſtata ſi apud tertium exiſtant,quid iuris.*

NON dubium eſt,quin graui iniuria afficiatur,qui ex cauſa non legitima ſiſtitur ſeu arreſtatur, cuiuſve bona nullo iure detinentur, quod ſequenti capite latius dicemus. Et ideo,antequam creditor ad arreſtum deueniat,curare debet iudex, vt citra omnẽ iniuriam cauſa inſtituatur. Nam vt Plato ait,legum ſanctio huc reſpicit,vt feliciſsimi ciues ſint, ac maxime inter ſe amici. Qui ſane amici nunquam erunt,ſi mutuis iniuriis vexentur, ſed ſi quam minimæ hæ ſint atque pauciſsimæ. Igitur qui bona vel perſonam alicuius ſiſtere vel arreſtare intendit, obſeruare debet principio, quòd non niſi forenſis & extraneus ſi-
1 ſti vel arreſtari poteſt. Ciuis enim coram ſuo iudice conueniri,iuxta conſuetum iudiciorum ordinem debet, & ſi de lapidatione ſuſpectus eſſe incipiat, vt ſunt nonnulli, quorum largitio fundum non habet, & de quibus illud Clandiani dictum videri poteſt:

Præceps illa manus fluuios ſuperabat Iberos, Aurea dona vomens,&cæte.tunc interdici ei poteſt,ne bona ſua alienet. Quæ tamen interdictio non temere, ſed plene cauſa cognita fieri debet, citato eo cui interdictio facienda eſt,vt leg.in cauſæ,§.cauſa cognita.ff.de minor l.ſi deſerta,Cod.ſi propt.publica.penſitat. ſicut etiam fieri ſolet, quando adoleſcenti perdito & luxurioſo, mulierique luxurioſe viuenti, bonis interdicitur,leg.Si vero.§.adoleſcens.ff.mandat.l.mulieri,ff.de curator.furioſ. Quod ſi vero hic ſuſpectus ciuis debitor, iam abitum quoque paret, etiam bona illius ſiſti poſſunt,cum ipſe eo caſu recte detineatur.Bartolus.& alij ad l.de pollicitationibus.in fin.ff.de pollicit.Bald. ad l.per diuerſas.C.mand.& ad l.ſi fideiuſſor.§. fina.ff. qui ſatiſd.cog.vbi late Iaſon.Roman.conſil.241.incip. Spectabiles.Alexand.conſi.101.libr.2.Suſpectus autem dicitur, ſi officina eius præter conſuetum morẽ clauſa maneat.Bartol.Angel. & alij ad leg.ſciendum.ff.qui ſatiſd. cog.ſi iam exercet ludos iure prohibitos: ſi ſub grauibus vſuris pecuniam accipit: ſi bona ſua mobilia teneat loco ſecreto, vnde facile auferri poſſunt: ſi multis fideiuſſionibus ſe implicat,vel ſi quid aliud faciat,ex quo Iudex in credulitatem ſuſpicionis adduci poteſt,de qua re,vt intelligo,late Io.Ba. de S.Seuerino in tract.de ſuſpect.debit.q.6.num.1.2.& aliis,&(quem ego vidi)Paulus Pariſ.eleganti conſilio.99.& conſilio. j.libro 3.

3 Secundo, hoc remedium creditori non datur, niſi fuerit poſtulatum,arg.l.4.§.hoc iudicium. ff. de dam. infec. quia ad priuatam partis vtilitatem Iudex non impartitur officium ſuum niſi fuerit imploratum, d. §.hoc iudicium, ne ipſe qui inter vtranque perſonam litigatorum ( vt ait Conſtantinus) medius eſſe debet, l.vbi.C.de fal.ſe quodammodo partem conſtituere. videatur.Inter poſtulandum vero, aliqualem fidem facere oportet Iudici de debito, vel per oſtenſionem inſtrumenti obligationis, vt cenſuit Barbatius conſilio. 9.columna.10.libr.ſecunda. vel per teſtes,ſi forte ſyngrapha ad manum non adſit, vel denique alia aliqua legitima & ſummaria probatione, per quam Iudex aliquo modo credere poteſt, verum eſſe quod aſſeritur.Rebuff.ad conſtit.Reg.Tomo j.art.6. gl.3.num.43.
4 Sed an ſolum iuramentum creditoris ſufficiat,dubitatum fuiſſe video. Angel. enim ad l.nemo carcerem. C.de exact.trib.& Angelum imitatus Imola,ad leg.2. ff.ſolut.matrim.illud.exiſtimant ſufficere,propter periculum quod eſt in mora,quia vbicunque periculum eſt in mora, ad probationem ſufficit iuramentum.gl. & Innocen.ad c.quoniam,extra,vt lite non conteſtat. iuxta l.eorum.ff.de dam.infec.l.qui bona.§.ſi quis.eo. titul.ne ſi aliæ probationes requirantur,quæ ſæpe admodũ nobis ad manum non ſunt,debitor interim aufugiat,Roman.ad dictam l.ſi fideiuſſor.§.fin.Salice.ad l.vnic.C.de proh.ſequeſt.Ioan.Bapt.d.loco.q.6.nume. 18.quam opinionem Caſtrenſis quidem conſilio pen. libro primo,per totum mundum ſeruari ait,ſequitúrque eam Paulus Pariſius conſi.107.nu.54.lib.3.quia nõ fit plenum præiudicium debitori, quia ſola cautione arreſtũ diſſoluere poteſt,Sed aliud viſum fuit Bald.ad l.apertiſsimi.nu.9.C.de iudi.& conſi.285.nu.3.& 4.lib. j.Alexã.ſibi contrario in d l.2.Iaſoni etiam ſibi aduerſanti,in §.j.inſtit.de actio.Alij vero multa ſimul requirunt,ſcilicet ꝙ de debito aliquo modo cõſtet,& quòd præterea creditoris iuramentum accedat, quod iuramentum non quidem Seruienti ſeu Apparitori qui arreſtat,ſed apud iudicem pręſtatur,teſte Rebuffo,d.loco,arti.6.gl.3.nu.61.Sed vt eodem loco ſubdit,nu.43.in multis locis,etiamſi nihil iudici oſtendatur, nihilque iuretur,ad ſolam partis & creditoris aſſertionem conceditur arreſtum,*à la charge* ( vt dicunt pragmatici) *des deſpẽs,dõmages & ĩtereſts de la partie qui faict arreſter*,ꝙ & in hac patria obſeruari videm⁹.exſtimã

tamen



tamen illam cõſuetudinem eſſe corruptelam,ſicut per Senatum eiuſmodi arreſtationem dicit ſe vidiſſe declarari nullam,quæ arreſtatio ad ſolam partis aſſertionem facta erat:quia pars quæ eam arreſtationem fieri deſiderat,nihil forte habet cum ſit inops: & ideo poſt ignominioſam iſtam arreſtationem,nõ eſſet alteri parti,tam graui ignominia affectæ,ſatis conſultum. Arbitror conſuetudinem defendi poſſe, ſed non inconcocte accipiendum eſſe. Iudex enim rationem perſonarum habere debet,& quid in huiuſmodi negotiis ęquum ſit,prudenter diſcutiet,iuxta ea quę notat Hippolytus de Marſil.ad l.Quæſtiõis,ff.de quæſtionibus, vbi ad modum multos caſus refert, qui iudicis arbitrio committuntur & relinquuntur. Quid enim ſi actor ſit vir probus & inops,qui ſatiſdare pignoribus aut fideiuſſoribus non poteſt? aut idcirco iure ſuo excludetur,& impunita erit malitia rei?Abſit à iure iniquitas. Ideoque hoc totum,vt dixi,religioni iudicis relinquendum eſſe cenſuit Baldus,ad ca.ſignificauit, circa medium,de teſt.per l.ſi creditores,ff.de priuilegiis creditorum.l.3.ff.de condi.cau.dat.l.in omnibus, ff.de iudic.Et quemadmodum iudex poteſt eo caſu, in quo id iure ſcriptum non eſt,cum ſibi æquum videbitur,iubere cauere,idque ex arbitrio ſibi à lege dato,l. quod ſi Epheſi, ff.de eo quod certo loco.Caſtren.ad. ſtipulationum,l.ff.de verbo.oblig. ita etiam omittere & remittere poteſt cautionem,ſi ex iuſta cauſa ſibi videatur,late Tiraq.de retractu,§.j.gloſ.18.num.45.cum ſequent.Sane,cum debitor dicitur ſuſpectus de fuga, tunc Bald.ad l.apertiſsimi,C.de iudic.dicit,ſuſpicionem,per ſolum iuramentum non probari, niſi prius ſummarie probentur aliquæ cauſæ,inducentes ſuſpicionem,puta,quòd nõ poſsideat immobilia, vel quòd aliquid ex his concurrat, ex quibus ſuperius diximus huiuſmodi ſuſpicionem generari. Et ideo iudex cautus eſſe debet ad interrogandum de cauſis ſuſpicionis,quæ ſi veriſimiles reperiantur,poterit procedere ad arreſtum vel capturam,vt ibi per eum,quẽ refert & ſequitur Vitalis in tractatu clauſu.in verbo, Nihil nouari dilatione pendente,Decius conſilio 75. Caſtrẽ. conſilio 40.Anchar.conſilio 85.& ſuper iſta ſuſpicione reſpici poſſunt teſtes debitore non citato, ne fuga inſtruatur,vt ait Baldus ad l.conſentaneum, columna 5.verſicul. Quæro vna cum Butrio,C.quomo.& quando iudex.Felin.in ca.Rodulphus.de reſcript.columna penul.in 3.fallen.

Sunt etiam qui requirunt, quòd ſaltem ſummarie conſtet,quòd tempore contracti debiti debitor erat idoneus & ſoluendo,& quòd ſibi aliqua calamitas inſignis euenit,aut aliter inops factus eſt. Si enim eius conditio non eſt mutata,imputet ſibi ꝙ cõ eo contraxit:qua de re multa refert in ſuis memorabilibus Catel.Cotta.ad verbum,Debitor. Sed quia conſuetudo noſtra hoc non admittit,abundéque ſuperiùs ea de re dictum fuit,articuli illius tractationem ( ne actum agam) hoc in loco prætermittam.

Illud vero indubitatum eſt, quòd quemadmodum res aliena pignori dari, aut hypothecæ ſupponi non poteſt,quóniam in rem alienam ius debitor nõ habet, l.aliena.l.rem alienam. ff.de pignoratitia actione.ita etiam res quæ non eſt debitoris, arreſtari & ſiſti non poteſt:quia creditor in eam ius non habet, vt nec debitor ipſe,& nemo alterius odio grauari debet,ca.nemo debet.de regu.iur.Et ſicut executio ſententiæ fieri non debet in rebus alterius quàm ipſius condemnati, ſiue ſint res alterius quo ad proprietatem & poſſeſsionem,ſiue quo ad poſſeſsionem tãtum,ſiue quo ad proprietatem tantum,vt not.ff.de re iudicat.l.à diuo Pio, §.ſi ſuper rebus.& pulchre Baldus ad dictam l.ob maritorum,circa princip.C.ne vxor pro marito.ita quoque neque arreſtatio,quæ( vt ſuperius diximus ) ſpeciem aliquam executionis continet.Sed an ſi dominiũ rei,debitori ſuperueniat,arreſtatio confirmabitur,alterius eſt loci,tractaturque ad dict. l.rem alienam, & late à Conano lib.4.cap.13.num.6. Sed nos ea de re la-
5 tius ſuo loco proprio inferius dicemus.Præſumitur tamen,quod res pertineat ad debitorem,quæ apud eum reperitur,leg.ſiue poſſidetis,Codic.de probat.Docto. in capitulo cum eccleſia.De cau.poſſeſ. & propriet. & quidem præcipue,quando non principaliter,ſed duntaxat incidenter de domino quæritur. Innocent. ad capit.illud,de præſumpt.Imola ad c.ex literis,de probat.Bald.ad l.2.C.eo.titul.Caſtren.conſilio.6.conſilio. 94.conſil.320.conſil.177.& conſil.30.Quo pacto Rebuffus dict.loco.num.52.iudicatum fuiſſe teſtatur aduerſus quendam generum, qui ſeſe arreſto oppoſuerat, dicens eſſe ſuum equum, qui apud ſocerum repertus fuit,nec aliter probauit.Sed eſt in bonis vxoris & mariti:quia res exiſtentes in domo, in qua indifferenter habitant maritus & vxor, potius præſumentur viri quam vxoris, propter præeminentiam. Vnde oportet quod vxor probet eas eſſe ſuas, leg. ſi ego,§. dotis. ff.de iure dotium.vbi eſt textus notabilis, in quo deciſum eſt,quod vxor id hodie poteſt probare per ſcripturam priuatam mariti, ſi modo veritas aliqua ratione etiam aliter ex circunſtantiis, vel ex ipſarum rerum qualitate appareat: vt quia ſunt veſtes muliebres, vel alia muliebria ornamenta, quæ vxores conſueuerunt habere tanquam res parapharnales, vt ait Bald.ad dict.leg.ob maritorum, verſiculo. Sed nonne. Nam ex quo ſunt ad vſum eius deputata, eaque poſſidet, præſumitur eſſe earum domina, vt leg.penult.ff. de condi.inſtitutio.l.j.ff.fa.erciſ.quod ego etiam tunc puto eſſe verum in his rebus, quando mariti ſcriptu-
6 ra non concurrit. Quod amplius eſt, ſi vxoris bona arreſtentur, poſſet vxor etiam propria authoritate inijcere manus in res ſuas detentas per maritum, ſcilicet ne occupentur per creditorem, licet prima facie id eſſe videatur contra leg.ſi quis in tãtam,C.vnde vi.& l.extat,ff.quod met.cauſ.& cap.fin.eo.titulo.Sed vere non aduerſatur hoc factum legis diſpoſitioni: quia quamuis poſſeſſio fuerit in virum tranſlata: tamen propter communionem vitæ, ipſa dicitur poſſidere,& poſſeſſionem ſuam continuare, leg. aduerſus, C.de crimine expil.hæred.quod & Chaſſaneus, de bonis vxoris, à fiſco propter delictum mariti appræhenſis, reſpondit ad conſuet.Burg.Tit. *Des confiſcations*, §.4.nu.4.verſicul.In publicatione &cæ.Quinimmo in grauiore caſu teſtatur Bald.ad d.l.ob maritorum in fi. res dotales capi nõ poſſe, etiam pro debito vtriuſque ſimul,quando ſcilicet alienari non poſſunt. Vnde ſi poſſent alienari,& vterque ſe ſuáq; obligaſſet,alio iure vtendum foret.Salicet.vero eodem illo loco,verſic. Quæro quid ſi domus,&c.diſputat, an res mariti eſſe præſumantur,quando ipſa domus non erat mariti,ſed vxoris,in quam maritum induxit. Quod quidem dici poſſe videbatur,quaſi poſſeſsio domus in maritũ trãſlata fuerit, & ſic etiam res in ea exiſtentes poſsidere dicatur,quanuis econtrario veriſimile ſit,eam,poſſeſſionem domus cui inſiſtit,ad maritum non tranſtuliſſe. Sed hanc quæſtionem aliis finiendam terminandámque reliquit.Sane, ex his quæ late notat Alciatus regul.3.præſumpt.cap. vigeſimoſexto.mihi videtur, ꝙ arbitrium iudicis plurimum in his poteſt,qui perpẽdet vtrum maritus pauper fuerit,vxor vero diues, vel an ſupellectilem intulerit in domum vxoris,nec ne,& alia pleraque huiuſmodi,vt ſic pręſumat,bona illa vel vxoris,vel mariti eſſe aut fuiſſe. Quid igitur?an pendente hac altercatione ſuper proprietate rei, arreſtatio fieri poterit?Bald.dicto loco,verſicul.Quęro,nunquid,&cętera.aſſerit,pendente proteſtatione,miſsionem in bonorum poſſeſsionem fieri non poſſe, & factam,non ſubſiſtere,quia iudex perperam & inordinate procedit,§.ſuper hoc, in authentica,vt nulli iudic.

Sane ex diſpoſitione l.à diuo Pio,§.ſi ſuper rebus,ff.de
re iudic.ſatis apparet,quòd iudex ſummariam cogni-
tionem ſuper hac re adhibere debet, & ſi aliæ ſint res
quæ poſsint arreſtari,debet in has arreſti poteſtas ex_
erceri,aliis dimiſsis,ne creditor diu cogatur ſuper e
iuſmodi quęſtione litigare,teſte Rapha.Iaſone & Za-
ſio,ibi.
Quoniam vero ſuperius diximus,etiam ſolius poſ-
6 ſeſsionis rationem eſſe habendam:ex cõmuniore ſen-
tentia videtur,ꝙ ſi debitor diu ante arreſtum tranſtu-
lit bona hæc in tertium:tunc prius agi debet reuoca-
toria,vt reſtituat res. Sin autem alienarit, cum ſciret
ꝙ a reſtarentur,tunc iſta vitioſa poſſeſsio nõ prodeſt
opponenti, nec vlla reuocatoria actione opus eſt, ſed
recta via auocari poſſent.Quæ omnia,ad d.l.ob mari-
torum,notat eleganter Albericus contra vicinos & a-
micos dicentes eiuſmodi bona eſſe ſua, vt amicus vel
vicinus executionem euadat.Quòd ſi res debitoris a-
pud creditorem alium pignori obligata exiſtat, pote-
rit nihilominꝰ(ni fallor) arreſtari, & arreſtata poſt ſen
tentiam vendi,ac diſtrahi à nouo iſto creditore,ſi mo
do creditori priori,cui pignori data fuit,debitum ex-
oluat,d.l.à diuo Pio,§. Quòd ſi res.vbi dicitur, quòd
in cauſam iudicati creditor cogitur exhibere pignus
ſuum conuentionale,vt in eandem cauſam diſtraha-
tur:ſed ius pignoris durat creditori, in quamcunque
manũ res perueniat,donec pecunia ei ſoluatur, quod
latius ibi cum aliis explicat Zaſius.

## Vtrum arreſtum indebite factum,ex alia iuſta cauſa confirmari poſsit. Cap.12.

### *ARGVMENTA.*

1 *Tenuta minus rite conceſſa,reuocari non debet.*
2 *Spoliatus quando ante omnia reſtituendus.*
3 *Confirmare minus eſt quàm de nouo dare.*
4 *Facta multa tenent,quæ non facta prohibentur.*
5 *Captura non reſoluitur,quæ nulla fuit,ſi modo aliter de veritate debiti conſtare poſſit.*
*Cauſa non iuſtificata in propoſitione,non poteſt iuſti ficari in probatione.*
7 *Creditor ſi plura bona exequendo vendat, quàm expoſcit debitum,an tota executio concidat.*
8 *Iudex qui de facto proceſſit,de facto reuocare iterum poterit.*
9 *Diuerſarum opinionum conciliatio.*
10 *Lex nihil fruſtra facit.*

PRAECEDENTI quæſtioni proxima eſt
hæc an omnia omnino corruant, & ipſo iu
re nulla ſint,ſi arreſtum aliter, atque opor-
tet,factum ſit?Pone enim debitũ, ob quod
arreſtabatur perſona vel res debitoris, nullum fuiſſe:
nihilominus tamen ipſum arreſtum,alia ex cauſa, vel
antiqua,vel de nouo ſuperueniente, eidem arreſtanti
obligatum fuiſſe.Habet hæc quæſtio vtrinque ſuos aſ
ſertores,neque adeo leuis viſa fuit veteribus, quin eã
magni ingenij fatigatione,ne dicam magna conten-
tione examinandam duxerint. Sunt enim non pauci
ſummæ authoritatis interpretes, qui exiſtimant,arre-
ſtum quod eſt nullum,ex alia cauſa iuſtificari poſſe.&
licet non loquantur proprie de arreſto, loquuntur ta-
men in captura,quæ arreſto proxima eſt.Et quidem in
primis Aymo Crauerta conſil.46.incipien. de ſtylo ci
uitatis Gratianopolis.verſic.ad iſtud reſpondeo,num.
7.dicit,fuiſſe quoſdam incarceratos pro debito vnius
floreni,quæ incarceratio fuit indebita & cõtra ſtylum
illius ciuitatis,petebántque propterea relaxationem:
ſed creditor obiiciebat non debere eos relaxari:quo-
niam erant obligati adhuc in alio debito. iuxta teno-
rem aliarum literarum, & ſi carcerati non eſſent, de-
berent nunc de nouo incarcerari, vigore illarum lite-
rarum. & reſpondet tandem Aymo, relaxandos non
eſſe,motus ex verbis Angel.& Alexan. ad l.ſi finita, ff.
1 de damno infect. dicentium quod tenuta minus rite
conceſſa,reuocari non debet, quando ſi conceſſa non
eſſet, de nouo eſſet concedenda, quod dictum refert
& ſequitur Iaſon ad l.à diuo Pio,§.in venditione,ff.de
re Iudic.& in l.ſi pacto.nume.5.C.de pac.Decius ad c.
cum ceſſante,de appell.& conſ.193.& 449.In qua opi-
nione etiam eſt Caſtren.conſil.penul. lib.j.his verbis:
Poſtremo, etiam ſi nõ rite facta fuiſſet dicta captura,
ſi tamen conſtat de debito, quia confitetur, vel alio
modo apparet,debet ſuſtineri,leg.fi.§.fin.ff.quod met.
2 cauſ.Nam & in cauſa poſſeſſionis recuperandæ, licet
ſpoliatus ſit ante omnia reſtituendus, tamen ſi de pro
prietate manifeſte conſtet: exiſtimant omnes, quod
eſt deneganda reſtitutio.capitulo.cum Eccleſia. De
cauſ.poſſ.& prop.capitulo.cum ſuper,de reſtitut.ſpol.
Ita & hic deneganda eſt reſtitutio in priſtinam liber-
tatem,ſi de debito conſtat,ex quo poterat capi. Hæc
ille. Sequitur etiam hanc ſententiam Socin. conſilio.
113.incipiente. Quoniam in cauſa capturæ,circa fin.
verſiculo.Poſtremo,libr.3.Roma ſingula.256. Anchor.
in ſimili,conſilio.116.incipien.ſecundum ordinem,nu.
9.Abbas conſili.29.in fin,Sic & Curtius Iunior conſil.
27.inci.noua & ingenioſa,nu.5.verſ.accedunt ad con-
firmationem.ait,quod Iudex videns licentiam ingre-
diendi poſſeſſionem alicuius de nouo concedendam,
non debet priorem licentiam,licet illegitimam, reuo
care, ſed potius confirmare, ita vt ſuperueniente ſo-
lenni authoritate iudicis, tenuta quæ fuit nulla, poſ-
ſit æqua & benigna quadam metamorphoſi, in ali-
quam tranſmutari, ſicut quando appellatur à ſenten-
tia iniqua, appellatio deuoluit totum negocium ad
iudicem appellationis,adeo quod Iudex ex noua cau-
ſa poteſt ſententiam confirmare, vt & idem poteſt,
quando coram eo diſputatur de nullitate tenutæ. In-
nocent.in c.cum contingat,de offic.deleg.Bart. ad l.ſi
expreſſim,ff.de appellat. quia ſi poteſt de nouo dare,
3 multo magis poteſt etiam confirmare. Eſt etiam in
hac opinione Ludouicus de Gozadinis,conſili. 21.in-
cipien.Videtur dicendum.verſiculo. decimoſeptimo,
num.31. dum ait,miſſionem in poſſeſſionem non legi-
time factam,confirmandam eſſe à Iudicibus, quando
alias de non iure aduerſarij poſtea conſtat.Quomodo
& Iaſon cum multis alijs,ad l.ſi pacta,Co.de pactis,&
Ioan.Neuizanus conſilio 77.reſpondent,quòd ſi debi-
tor habet bona, contra quæ prius debebat fieri execu
tio, & eo non obſtante carceratur, poſteáque ſoluit
creditori,non poteſt poſtquam fuit relaxatus,repete-
re ſolutum,prætextu ordinis non ſeruati, illegitimé-
que factæ executionis.Rurſúmque Caſtrẽ. ad l.ſi cum
nulla.§.fina.ff.de re iudicata.ait,quòd quando pręceſ-
ſit ſentẽtia,& in eius executiõe fuit omiſſum aliquid,
quod non erat omittendum, tunc non reſtituitur de-
bitum exactum.Qua in re,Fulgoſium conſilio 178. in-
cipiẽ.Iacobus.col.j.Iaffredum conclu.130. Matthæum
de Afflict.in conſtitu.circa violentiarum,ſequaces ha-
bet,idémque repetit conſil.19.lib.j.Cui accedit, quod
conſil.51.libr.j.incip. Sapientiæ,conſuluit Barbatius,
quod exactum per vim ab executore,non reſcinditur,
niſi quatenus eſt indebitum: & quod illud quod pro-
mittitur per metum,ſi de ſe eſt licitum & iuſtum, va-
let.Hippoly.ad l.Patre.colum.12.verſicul. Item etiam,
ff.de quęſtion.Bald.conſilio 328.libro j.quod repetitur
cõſi.40.lib.4.Præpoſitus ad c.vt debitus,col.12.verſic.
non obſtat,de appellatio.Albericus quoque ad l.ſi an-
te.§.finali.& ad l.ſi de vi.ff.de iudiciis. aſſerit, quòd ſi
notorie de debito conſtat, & iudex non ſeruato ordi-
ne iudiciario, per executorem cogat debitorem, vel
ſol-



ſoluere vel tradere,non poteſt contrauenire debitor,
quia per talem ſolutionem vel traditionem extinctũ
eſt ius creditoris,quod iniquum eſſet retractare: quia
inordinata executio non retractatur, & quod debite
fieri potuit,non reſcinditur propter indebitum mo-
dum: adeoque etiam propter authoritatem iudicis,
multa facta tenent,quæ alias fieri prohibentur,l. pri-
4 ma,§.biduum.ff.quando appellandum ſit,l. prima.ff.ſi
quis ius dicend.Baldus in dicta l.final.§.fina.Sic & So
cinus in tractatu de citationibus.Si ( inquit ) quidam
erat debitor meus in diem,& ego timẽs ne antequam
dies ſolutionis veniret,fugam caperet,feci pro calum
nioſo debito ipſum capi,& in carcerem duci hac co-
gitatione,vt dum de eo diſputatur,cedat dies veri de-
biti,propter quod eum arreſtare,& in carcere retinere
5 poſſum,iure hoc facio; quoniam quæ ſunt nulla non
defectu materiæ,ſed formæ,poſſunt habilitate mate-
riæ poſtea ſuperueniente, ſcilicet vero debito, con-
firmare & reconualeſcere,iuxta ea quę notat Caſtren.
ad l.ſed eximendi,§.item ſi is,ff.ne quis eum. & Van-
nutius in tractatu de nulli.proceſ.in vltima parte.nu-
mero 131.& expreſſe Paulus Pariſius conſilio 99.nume.
35.libro tertio.ait,non eſſe retractandam capturam, ſi
alias de debiti veritate ex confeſsione capti conſtare
poteſt.& Rebuffus ad ordin.Reg.Tomo j.artic.6. glo.
3.nu.45.verſic.Primo.in fin.& Ioan. Conſtant.ad ord.
Reg.arti.66.
Contrariam vero partem ſuſtinet Baldus conſilio
208.incip.In captura.& conſi.231.incipiẽ.in cauſa car-
cerati.libr.4.quia captura vel detentio iniurioſa con-
firmari non poteſt,ſed infirmandum eſt,quod ſine ra-
tione proceſsit,dicta l.ſi cum nulla,l.j.§.hæc verba.ff.
6 ne vis fiat,l.cum vnus.ff.de bon.auth.iud.poſ.& cauſa
legitime non iuſtificata vel intẽtata in propoſitione,
non poteſt iuſtificari in probatione,l.j.§. fi.ff. de iure-
iurando.& ideo(inquit) debitor relaxandus eſt, pro-
nuntiarique debet detentio inique & perperã eſſe fa-
cta:quia forma non eſt ſeruata,& omiſsio formæ,red-
dit actum ipſo iure nullum,& in qualibet minima par
te vitiat totum actum,etiamſi is reſpiciat piã cauſam,
l.cum hi.ff.de tranſac.l.hac conſultiſsima,C.de teſta-
men.Iaſon conſi.162.lib.2.Hippol.conſi.64. Et ſicut cũ
7 creditor plura bona ſub haſta diſtrahit, quàm debitũ
poſtulat,tota venditio retractatur,vt volunt de Afflic.
deciſion.358.Bertran.conſilio 279,libro 3.Guido Papæ
8 conſi.43.libr.3.Decius conſilio 493.Calcaneus conſilio
123. ita & iſtiuſmodi illicita detentio, ſeu arreſtatio,
quę de facto proceſsit,debet etiam de facto retracta-
ri,ſicut de indebita executione,conſilio 179.libr.6. di-
cit Alexander:quia initium cuiuſque rei eſt inſpicien
dum,l.prima.ff.de origine iur.cum ſimilibus: & quod
ab initio non valuit,tractu temporis non conualeſcit.
l.quod ab initio,ff.de regul.iuris.ca.non firmatur, ex-
tra,eod.titu.lib.6.Quam ſententiam ſequitur Paulus
Pariſius cõſilio 101.libro 3.dum ait,capturam minime
iuſtificatam aut nulliter factam,in primis declarandã
eſſe ipſo iure nullam,& debitorem omnino eſſe rela-
xandum.Nec obſtat ( inquit ) quod poſtea ceſsit dies
obligationis & ſolutionis,& conſequenter quòd po-
terit iuſte carcerari, & in carceribus recommendari:
quoniam iſta non impediunt relaxationem & reſtitu-
tionem ad priſtinam libertatem, qua fuit ſpoliatus.
Primitus enim declarandum erit,dictam capturã fuiſ
ſe nullam,& minus iuſte factam, & ante omnia debi-
torem relaxandum,priſtinæque libertati reſtituẽdum
eſſe.Quo facto,poſtmodum poteſt iuris ordine de no
uo procedi, iuxta deciſionem Bartol. ad l. quarun-
dam,§.omnia.ff.de acquirend.rerum domin.Sequitur
Romanus,dict.conſil.241.& in ea re conſentientem ſi-
bi habet Decium conſilio 75.Bald.conſi.229.incipient.
De iure communi.libro 4.Paridem de Puteo.libro de
ſyndicatu.in verbo,Captus.qui vnanimi conſenſione
reſpondent,quod præpoſteratio ordinis vitiat captu-
ram, etiamſi ſuperueniant probationes, & quod ex a-
ctis,probationibus, aut alia cauſa iuſtificari non po-
teſt,quando legitimus ordo non fuit ſeruatus,ſed de-
bet pronunciari ipſo iure nulla,aut certe iudex debet
contrario imperio arreſtum relaxare,& debitorem di
mittere,quia vis ſpoliatiua propriæ libertatis dicitur
capto inferri, quando iuris ordo non ſeruatur, vt ait
Cæpolla conſilio.19. numer.ſecundo.quia talia adfer-
re poſt iniquam arreſtationem, eſt ædificare ſine fun-
damento.d,leg.ſi cum nulla.Decius ad c.ex ratione de
appell.Felinus ad capitul.cum dilecta,§.ordo ſcriptu-
ræ.ante fin.de reſcript. Si enim fundamentum eſt ma-
lum,debet deſtrui quicquid eſt ſuperædificatum,cap.
cum Paulus,prim.quæſt.j.vt pulchre in hoc eodem ca
ſu reſpondet Anchoranus conſil.292.incipien.Videre-
tur,nu.4.Nec obſtat(inquit)l.fi.§.fi.ff. quod met.cauſ.
quæ loquitur in vi compulſiua,quæ qualemqualem in
ſe habet conſenſum: ſed aliud eſt in vi ablatiua liber-
tatis,pro qua etiam prædo agit,capitulo.cũ quis,de
reſtitutio.ſpol.quia ſicut iniuſte & violenter priuatus
ſua poſſeſſione,debet ante omnia reſtitui,c.cõqueren
te,de reſtitu.ſpolia.ita etiam priuatus propria liberta
te. Accedit iterum in eandem ſententiam Romanus
conſi.320.incip.Hæc iſtorum quinque.docens, captu-
ram indebite factam,de facto irritandam. Nam(in-
quit) in ſimili, ſi ſine ordine iudiciario Iudex proceſ-
ſerit ad poſſeſſionem vnius alteri dandam, certe illam
de facto auferre poterit, quia quemadmodum nimis
facilis fuit in mittendo, ita facilis eſſe poteſt in reuo-
cãdo,ſicut in leg.j.§.nunciatio,ff.de nõ.oper. nunciat.
latius oſtendit tenutam (ita enim appellitat) de facto
datam,de facto reuocari,& in eam ſentẽtiam adducit
tex.in l.fi.§.nullo tẽpore,ff.de lib.ho.exhiben. vbi de-
ciſum eſt,nullo tẽpore liberum hominem non rite car
ceratum detineri, nullamque ſuper ea re tẽporis pro-
longationem vel dilationem eſſe cõcedendam, in qua
opinione etiam Alexand.conſil.19 lib.3.fuiſſe videtur,
eandemque & Ioan.de Neuiz conſilio.52.numero. 43.
probat.
9 Sane,in tãto opinionum fluctu atque diuerſitate,ſi
quid meũ iudicium hic poteſt,exiſtimo vtranque ſen-
tentiam probabiliter conciliari poſſe, ſcilicet, quod
ſi manifeſte conſtat arreſtationem non rite eſſe factã,
etiamſi poſtea cauſa ſuperueniat,pronunciandam eſſe
nullam & inualidam, & aduerſus legem aut conſue-
tudinem cõceſſam,eundẽque arreſtantem,in expenſas
& id quod intereſt, condemnandum, qui per nouam
iſtiuſmodi cauſam,ius abſolutionis ex iniqua arreſta
tione debitori acquiſitum,auferre non potuit:ſibique
acceptum ferre debet,qui ex cauſa illegitima arreſtũ
fieri procurauit. Nam ſicut Rex pugnaturus contra
aduerſarium Regem,prius cõgregat exercitum, & ſic
ſeſe prælio committit:ita quoque & creditor futuruſ-
que actor,non niſi præparatus ad iudicium accedere,
& ſic debitorem arreſtare debet. Nec refert, optimæ
exiſtimatiõis ſit creditor,reus verò perfidus & deplo-
ratus:quia quantumuis præſignis actor non probet,&
cauſam ſuam non iuſtificet,reus abſoluitur. Alciatus
ad l.qui accuſare,num.25.cum ſequen.C.de edend.ea-
que in re non qualitas rei,ſed ius actoris conſideratur,
l.j.ff.ſi pars hæredit.pet.l.fi.C.de rei vendi. Adde etiã,
quòd ea quæ de nouo emergunt,nouo indigent auxi-
lio,l.de ætate,§.ex cauſa,ff.de interrogat.actio. & ius
iudicio conſtante vel poſtea adueniens, non debet a-
ctori proficere,c.vltim.vt lite penden.nota.in l.ſi rem.
§.vltim.ff.de pigno.actio.cum in iudicium non vene-
rit,l.non poteſt videri,ff.de iudi.l.quæſitum.ff. de pe-
culio.& ideo merito reus abſoluitur.Quo pacto enim
iudex ex alia cauſa iuſtificabit arreſtum, de qua ipſe
creditor non cogitauit,aut quam ſuo tempore nõ ex-
preſsit? Cæterum propter eiuſmodi debitum de no-

uo appárẽs,exiſtimo detinendum,& minime relaxã-
dum eſſe dictum debitorem,qui ſi eſſet relaxatus, de-
10 nuo capi vel arreſtari poſſet.Lex autẽ nihil facit fru-
ſtra.Quam conciliationem, vel ſi mauis , nouam ter-
tiam hanc meam opinionem , abunde ex his ſtabiliri
poſſe exiſtimo,quæ eleganter & fuſe ad d.l non poteſt
videri.ff.de iudic.notat Caſtrenſis,quæque conſil.46.
refert Aymo Crauetta,aliaque quædam quæ ad huius
rei confirmationem pertinent,33.c.inferius dicam.

## Qua actione teneatur,qui perſonam aut res alterius indebite arreſtari fecit. Cap. 13.

*ARGVMENTA.*

1 *Iniuria magna afficitur is,qui indebite arreſtatur.*
2 *Iniuria eſt,fideiuſſorem idoneum reſpuere.*
3 *Mercatores ex fide promiſſorum dependent.*
4 *Mercator etiam lucrum ceſſans petit.*
5 *Creditor male arreſtans,an ius crediti amittat.*
6 *Debitor non rite arreſtatus,an approbet arreſtum dando fideiuſſores.*
7 *Proteſtatio vbi non ſit neceſſaria.*

QVONIAM vero iniquã arreſtatio-
nem retractando,iudex non plene ſa-
tisfacit parti tã ignominioſe arreſta-
tæ:illud quoque quæri poteſt,qua ra-
tione teneatur,qui vel perſonam , vel
bona alicuius,nullo iure detinuit vel
1 arreſtauit?Et ſane ꝙ iniuriarum teneatur,ex l.ſi credi-
tores,in fi.ff.de priuileg.credit.& ex l.pen.C.qui bon.
cede.poſ.reſponderunt Alex.conſi.19. in fi.lib.3.Ioã.de
Neuizanis conſi.52.nu.29.Pet. de Bella pertica, Alberi.
& Salic.ad l.ab executione.C.quor.app.nõ recip.Hen
ningus Golden.conſi.38.nu.6.Quomodo & ipſe Vlpi.
ait,eum qui alicuius rem per iniuriam occupauerit,
vel non debitorem quaſi debitorem appellauerit,in-
iuriarum teneri,l.Item apud Labeonem,§. ſi quis bo-
2 na,& §.ſeq.ff.de iniur.& quod amplius eſt,etiam is qui
duntaxat recuſat fideiuſſorẽ idoneum recipere,actio-
ne iniuriarum tenetur.l.ſi vero.§.j.ff.qui ſatiſda.cogã.
Ratio autem hæc eſt,quòd eiuſmodi detentio ſine in-
iuria fieri nequit,c.ex parte.de verb.ſignifi. Alciat.ad
l.j.nume.9.C.de in ius vocand.cum vtique infamet,&
grauamen irreparabile adferre dicatur.Bald.ad l.ſi cle
ricus,colum.2.C.de epiſc.audien.& ad l.j.C.de in in-
tegrum reſtitu.Iaſon ad l.4.§.condemnatum. nu.31.ff.
3 de re iudica.Curtius in tractatu de ſeq.q.8.Et quidem
præcipue grauis eſt viro nobili,vel potenti alicui mer
catori,qui ſæpe ex ſola fide creditoque pendet , quod
pulchre dicto conſi.num.8.aſſerit Neuizanus.Tum ve
ro,non dubium eſt, quin ad damna & id quod inter-
eſt teneatur,vt not.Ioan.Conſtantinus ad ordina.Re-
gias,arti. 77.verſicu.quid ſi iniuſte appareat,per l.ſi o-
leum ff.de dolo.& Alexand.d.loco. Quinimo ſi is qui
arreſtatus fuit,erat mercator,non ſolum damni acce-
4 pti,verum etiam lucri ceſſantis ratio habenda eſt.l.3.
§.fin.l.ſocium qui,ff.pro ſocio.Cardina.ad clementi.
j.q.8.de vſur.Roma.conſi.517.Alex.ad l.diuortio,& ad
l.Inſulam.§.vſuris.ff.ſoluto matrimo.Socin.conſi.179.
libro 2.Decius conſil.16.Late Rebuffus ad l.vnic,gloſ.
vltim.nume.23.C.de ſenten.quæ pro eo quod intereſt
profer.Neque deſunt qui exiſtimant,iniurioſum im-
peritum ſeu imprudentem iſtiuſmodi creditorem, in
pœnam huius temeritatis,que certe cohibenda & re-
ſtringenda eſt,omne ius ſui crediti in vniuerſum amit
tere.Bald.ad c.cauſam matrimonij,in fi.de offic.dele.
5 & conſi.115.libr.j.antiq.impreſsion.incip.proponitur,
& in noua impreſſ.212.Iaſon ad l.2.ff.de iuriſdi.omniũ
iud.col.antepenul.Decius conſil.75.verſi.j.Rochus de
Curte,ad cap.at ſi clerici,in 3.notab.de iudi.Quod ta-
men ego nimis durum & acerbum eſſe cenſeo, præci-
pue, cum Iudicis authoritate vel more ſolito, licet
non rite, & pro vero debito arreſtum factum ſit, ali-
aſque etiam non amittit creditor ius ſuum, niſi quan-
do vel ſine Iudice id quod ſuum aut ſibi debitum eſt,
repoſcit,vel ius ſibi dicit,leg.extat.ff.quod met.cauſ.l.
creditores.ff.ad leg.Iuliam de vi,ſatiſque punitur hæc
eius temeritas modo ante dicto. Videat tamen , &
caute animum adiiciat debitor, ne maiore facilitate
6 & imprudentia hiſce auxiliis excidat. Socinus enim
conſilio.113.incip. Quoniam in cauſa,lib.3.reſpondet,
quod capturæ licet iniquæ conſentire cenſentur illi,
qui vltro pręſtant fideiuſſores de non recedendo.Nec
obſtat( inquit)quod dici poſſet, quod detentus vide-
tur dare fideiuſſorem quodammodo compulſus, cum
alias non relaxaretur: quia præſumitur pro iudice,
quod immo relaxaret eum, ſi aliqualiter de cauſa in
ſtrueretur.Nec eſt verisſimile quod violentia ei infer-
retur,præcipue in actu apud iudicem facto, iuxta no-
tat.ad l.non eſt veriſimile,ff.quod met.cauſ. Quomo-
do & Bald.ad leg.2.C.de ſer.fug.ait, quod captus iniu
ſte,ſi non reclamet,valet contra eum ſententia & exe-
cutio. Sane vix eſt vt in hanc ſententiam accedere
poſſim.Nam qui ſatiſdat,certe vt euitet detentionem,
ſatiſdat,non vt aduerſus iniurioſum arreſtantem non
agat, cum ſciat ius ſuum ſibi durare: ideo que actus
ſatiſdationis animum & intentionem ſatiſdantis egre
di non debet,leg.non omnis.ff.ſi cert.petat.& hæ pro-
teſtationes magis ſunt vtiles quam neceſſariæ. le. 4.§.
ſi in venditione,ff.quibus mod. pignus. vel hypothec.
ſol.Barto.ad l.2.§.quod diximus,ff.ſi quis cautio.Aret.
conſi.162.Panor.in c.plerunque de reſcript.& in ca.ex
tranſmiſſa,vbi etiam Felin.de præſcrip.Caſtren.conſi.
21.incip.in cauſa deſertionis,ita vt vbi lex aliam con-
iectionem non remiſſi iuris habere poteſt , earum o-
miſſio ad extinctionem actionis debitori competen-
tis nullo modo ſufficiat. Quam ſententiam , & hu-
maniorem & veriorem eſſe aſſerir Iaſ.ad leg.de pupil-
lo,§.ſi quis ipſi,nu.2.verſi.Iſta ſecunda opinio.colum.
3.ff.de no.ope.nunciat. Et cum proteſtatio fiat dun-
taxat ad iuris noſtri conſeruationem,l.ſi.ff.quib.mod.
pig.vel hypot.ſol.certe licet fuerit prætermiſſa , dum-
modo poſtea de iniuſtitia rei geſtæ conſtet,non debet
7 tollere ius partis,ſicut alias multis locis vbi proteſta-
tio nulla interceſſit , ſola impedimenti probatio ſuf-
ficit, l. 2.in princip. ff.ſi quis cautio.l. ſcire oportet,§.
ſufficit in verbo, *Ignoſcendum ei eſt*.ff.de excuſ.tuto.
l.quibus diebus in princip.& ibi Barto.ad finem ff.de
condit.& demonſt.Semper tamen conſultius eſt pro-
teſtatiõe vti, etiam ſi alias eo tempore quo interponi-
tur,ad euitandam iniuriam ſeu infamiã, apud impro-
bum creditorem non prodeſſet.Declarat enim affectũ
& intentionem debitoris tam iniquo facto reluctan-
tem:abundánſque cautela non nocet,hoc præcipue ſe
culo, quo vel minima occaſione in abyſſum & veluti
labyrintum litium incidimus , vnde facile nos etiam
in iuſta cauſa,extricare non poſſumus.

## Arreſtatio per quem fieri debeat. Ca.14.

*ARGVMENTA.*

1 *Bona debitoris ſine ſolenni ritu in creditorem tranſferri non poſſunt.*
2 *Apparitor vtrum abſque mandato iudicis aliquem arreſtare poſſit.*
3 *Iniuriarum actio non ſemper reponit debitori famã, etiam ſi ſecundum ipſum iudicetur.*
4 *Conſuetudo in arreſtis attendenda.*
5 *Principes an ſine expreſſo iudicis mandato per apparitorem arreſtari poſſint.*

*Per*



PER quem vero arreſtum fieri debeat,quæri
poſſet.Nam bona aduerſarij tui in te tranſ-
ferri citra ſolennem ordinem,fruſtra depre
caris,inquit Gordianus l.ſi pacto quo pœ-
nam,C.de pact.Sane conſtat,neminem in iudicio exhi
bendum eſſe,niſi de cuius exhibitione Iudex pronun-
ciauit,l.fina.C.de exhibend.& tranſ.reis: ideoque exi
ſtimant Interpretes, apparitorem ſeu (vt vocant) Ser-
1 uientem,abſque mandato & præceptione Iudicis,niſi
periculum ſit in mora,non magis debitorem alicuius
detinere & arreſtare,quam vinculis mancipare , & in
carcerem ducere poſſe.Baldus ad dictam l.fina.&ad l.
ſi quando,12.quæſtion.C.de teſtib.argumen.l.2.C.ſi in
cauſ.Iudic.Manſuerius in ſua praxi,titul.de execut.&
ſubhaſtat.verſicu. Item Seruiens,quod & in Francia
quoque moribus receptum eſſe aſſerit Rebuffus ad cõ
ſtitut.Regias,Tomo 3.titu.de citat.articu.2.gloſſ.4.nu
me.10.dum ait,quòd licet quis eo ipſo quòd factus eſt
apparitor,poteſt ſtatim ſine alia commiſsione ad ſolã
partium requiſitionem aduerſarium citare:capere ta-
men,præheddere vel arreſtare , ſine Iudicis mandato
non poteſt,quòd res illa grauior ſit,& no niſi cum ia-
ctura aliqua rei familiaris , eiuſque qui arreſtatur , i-
gnominia & infamia fieri ſolet.Sunt tamen qui exiſti-
mant,creditorem ſimpliciter cum apparitore publi-
co,perſonam aut res ſui debitoris ſiſtere & arreſtare
poſſe,quaſi ſcilicet eiuſmodi apparitor mandatum Iu
dicis ad eiuſmodi actus habere videatur . Pirrhus ad
conſuetud.Aurel.Titulo de execut.ex locat.§.octauo
in fine.Sed hoc,niſi periculum ſit in mora , per iniquũ
ac durum foret .Homines enim imperiti,& nonnun-
quam etiam improbi,nulla facta diſtinctiõe,ſæpè gra
ues viros iniuria afficiunt,quæ ſola iniuriarum actio-
ne non ſemper ex integro eradicatur , inaniſque ſæpè
ad id quod intereſt,eſt actio,quam excludit inopia eo
rum qui arreſtant,argumen.cap.olim,de reſtitut.ſpo-
liat.l.nam & is,ff.de dolo. Non me latet,quot & qui-
bus in locis ea licentia Seruientibus tribuatur:ſed re-
cte ne,an perperam,aliorum iudicium eſto . Sæpè oc-
currit memoriæ meæ,ſcelerati illius Medi,vnius ex pa
riſitis Alexandri,dictum.Is enim ſolet alios adhorta-
ri,ne metuerent quoduis crimen in quenuis intende-
re,aut iniuriam facere,adiecitque ſcelerato præcepto
cauſam appoſitam,vt maxime.inquit,ſanet vulnus qui
delatus eſt,manet tamen cicatrix.Non arbitror quen-
quam eſſe diabolum tam impium,qui rem magis neſa
riam poſſet ſuggerere. Idem & hic fieri poſſet,ſi ho-
mo grauis calumnioſe à paupere arreſtetur ſine cau-
ſæ cognitione. Nihilominus cum Imberto capit.pri
mo Inſtitut.forenſ.conſuetudinem cuiuſque loci ſpe-
ctandam eſſe arbitror,quę in iſtiuſmodi negociis om-
nia poteſt,teſte Ioanne Conſtantino ad conſtitut.Re-
gias,articul.10.columm.6.verſic.Præterea quæro & Ia-
4 cob.de Bellouiſ.in ſua praxi,titu.de fug.reorum . Hæc
tamen conſuetudo ad limites rationis & æquitatis tra
henda eſt.Vnde Ioan.Gallus in libro arreſtorum & de
ciſionum Parlamenti,ſcribit Seruientem vel apparito
5 rem authoritate propria,& ſine expreſſo conſenſu Iu
dicis,Parem Franciæ,ſiſtere vel citare non poſſe.

## Vtrum Iudex per extraneum apparitorem arreſtare poſsit. Cap.5.

*ARGVMENTA.*

1 *Iudex an poſsit per priuatum quemcunque hominem arreſtare debitorem.*
2 *Iudex an poſsit creditori licentiam arreſtandi ſuũ debitorem tribuere.*
3 *Iudex an poſsit per executorem ſuperioris curiæ arreſtare aliquem.*
4 *Salarium apparitorum arreſtantium aliquem, an omnibus æquale ſit.*

CAETERVM quia apparitores & Ser-
uientes certis territorij ſtationibus & lo-
cis deſignãtur : video & hoc quoque diſ-
putatum eſſe,an Iudex proprio apparito-
re neglecto ſeu omiſſo, alteri mandatum
arreſtandi& detinendi, dare poſſit? In ſimili queſtio-
ne Card.Alexãdrinus & Abbas ad c. cum ſit Romana
de appell. reſponderũt, poſſe iudicem priuatum ho-
minem qui apparitor non ſit,eligere, eidemq; citandi
& in ius vocandi authoritatem dare, proprio etiam
apparitore neglecto: Et quod amplius eſt , Bald. ad l.
vt perfectius, C.de ann.excep. col. fin. in ea opinione
verſatur, vt exiſtimet poſſe iudicem parti aduerſæ
2 mandare,vt aduerſarium ſuum citet. quod & Barto.
varijs locis, & Specula. in tit. de citat.§.ſequitur,col.
j. ſecutum eſſe animaduerto. Sic etiam Iudex qoteſt
dare licentiam parti, quod capiat poſſeſſionem, con-
ſtituendo eum executorem in propria cauſa, teſte
Bar.Alex.& alijs,ad d.l.iuſte,& Iaſ.ad l.iubere cauere.
ff.de iuriſ.om.iudic. ita tamen, vt per epiſtolam, vel
alias ſufficienter, aduerſario qui citatur, de mandato
& commiſſione Iudicis conſtare poſsit. Bal. ad l .ſi vt
proponis,C.quo.& quan. Iudex, & ad dict .l.vt perfe-
ctius,de cuius deciſionis veritate cumulatiſsime agit
Rebuffus ad conſti.Regias tomo 3.tit.de citat.in præ-
fat.nu.86.cum multis ſequent. & Robertus Maranta.
in tract.ord. Iudic.parte 6.nu. 44. Tum vero Angelus
in tract.malefic.ad verbum, *Petro publico & iurato
nuncio*.nu.4.verſic. tertio citatus. reſpondet,quod li-
cet nuncius ſit curiæ deputatus per quem citatio fie-
ri poſſit, licere tamen Iudici , proprio illo nuncio ne-
glecto,ſuperioris curiæ nuncio vti, eidemque citandi
ſeu in ius vocandi poteſtatem dare.qua in re & Barto.
quoque ad auth.ad reprimẽdũ.ad verb.*per nuncium*.
conſentientem habet. Simpliciter tamen Chaſſanęus
ad conſi.Burg.tit.de Iuſt.& Iure,§.6.nu.5.verſi.Sed ta-
men.exiſtimat,Iudicem non poſſe mandata ſua mitte
re executioni per alium,quam per nũcium publicum
illius prouinciæ vbi eſt Iudex. Sed quia Bartolum alle
gat,videtur hoc intelligere,vt cuilibet iudici inferio-
ri,nuncio publico totius prouinciæ vti liceat. Sane in
ciuile eſt,proprium nuncium negligere , & panem fi-
liorum extraneis tribuere. Vnde animaduertere de-
bet Iudex,quod non omne quod licet,honeſtum eſt, l.
non omne.ff. de reg. Iur. & æquum eſt, ne creditores,
ex malitia mittant diabolicos executores , qui omnia
debitorum bona in expenſis executionis & arreſtatio
nis conſumant , & ſi Iudex conſentiat, conuenit non
plus eos recipere, quam ſi creditor , apparitoris illius
4 qui in eo loco in quo debitor eſt,opera vſus fuiſſet.Re
buf.ad ord.Reg.tom.2.tit.de lit.requiſ.gl.4.

## Vtrum apparitores magni Senatus vbique arreſtare poſſint. Cap.16.

*ARGVMENTA.*

1 *Apparitores curiæ, iuſſa curiæ vbique exequuntur.*
2 *Appellari an poſſit ab executione Apparitoris magnæ curiæ.*

HInc etiam dubitatũ fuiſſe video , vtrum
aulici & magni conſilij apparitores,qui
certum territoriũ non habent,paſſim &
vbique munus ſuũ in tota ditione exer-
cere,ſiſtereque aut arreſtare debitorem,
& eius bona poſſint. Ioannes Imbertus lib. Inſtitut.
foren.j.cap.j.pauca quædam huc pertinẽtia annotaſſe
videtur. Alibi(inquit) apparitores certis territorij
ſtationibus,quas nos balliagia dicimus , deſignantur,
in quibus omnia ad eorum munus pertinẽtia abſque
Iudicis venia poſſunt gerere. Alibi vero nulla locorũ

lege vel conditione,vtique intra territorij proprij (id
eſt,Reſſortus) fines, coercentur. itaque apparitor vni
deſtinatus prefecturæ, quam Seneſchaliam ſeu Bail-
liagium vocamus, in alterius ditione ſuis partibus
fungi non poteſt, data etiam à magiſtratu qui illi di-
tioni præeſt, copia. Quòd ſi quid aduerſus ea fiat,
omnino irritum erit, ſi modo appellatio ab eo inter-
ponatur. Deindæ vero adijcit, magni conſilij appa-
paritores,eius conſilij decreta in omni Gallia exequi
poſſe,quippe qui in hoc conſenſu,in regia agunt,vbi-
uis locorum in regno iudicant. Proinde eorum offi-
ciales res ab iis iudicatas citra loci prefinitionem poſ
ſunt executioni tradere. Porro magis ambigua eſt
quæſtio,vtrum conſilij apparitores, alias quam ipſius
ſententias,mandare queant executioni. Nam cum
ex his apparitoribus quidam debitæ pecuniæ ſolutio-
nem indixiſſet,ab eo debitor appellauit ad ſupremam
Pariſienſem curiam,apud quam appellans, eam ſolam
grauaminis cauſam adduxit, quòd apparitor ille ius
non habebat id faciendi. verum curia rem interiore
conſilio pronunciauit agitandam. Hæc ille. Non
eſt abſimile,quod de eadem re Petrus Rebuffus tomo
tertio ad conſtition.Regum titulo de citatio.articul.
primo gloſſ.prima numero quarto ſcriptum reliquit,
quòd apparitores magni conſilij,poſſunt vbique con-
ſilij iuſſa exequi. Sed iuſſa inferiorum magiſtratuum
exequi non poſſunt, ſi ad hæc præfecti à conſilio non
ſint. Vnde,inquit,interdum vidi appellari ab execu-
tione facta ab apparitore magni conſilij,eo quòd ſen-
tentiam inferioris Iudicis executioni demandarat.
Nam ſicut Iudex extra territorium habetur tanquam
priuatus,l.tertia,ff.de offic. præſi.ſic & omnes viato-
res,vbi præfecti non ſunt. Vnde in territorio in quo
præfecti ſunt,virgam deferre poſſunt regulariter, ex-
tra vero non poſſunt,niſi dum iuſſa conſilij exequun-
tur. Et quemadmodum ipſe Senatus Principis, ſuam
cuique ciuitati & loco inferiori relinquit cognitio-
nem& iudicationem.nulláque ratione paucíſsimis dũ
taxat caſibus exceptis,de cauſis apud inferiora tribu-
nalia agitandis ſeſe intromittit,quando inferioris il-
lius magiſtratus negligentia non accuſatur & detegi-
tur,qua de re multa ad titu.decret.de ſupplen.neg.prę
la.& ad l.per minorem,ff.de Iudic.annotant Interpre
tes ita multo minus inuito inferiore aliquo magiſtra-
tu,apparitor Senatus ſeu conſilij,actus iſtiuſmodi ar-
reſtationis & præhenſionis facere poteſt.Quid igitur
eſt quod dici ſolet,Iudicem ſuperiorem in aliquo ter-
ritorio,poſſe cognoſcere de omnibus cauſis,de qui-
bus cognoſcere poteſt inferior in eodem territorio,te
ſte Innocen.ad c.cum ab Eccleſiarum,de offic.delega.
& notant Doct.ad l.j.ff.de offi.præfect.vrb.Et rurſum,
quòd Iudex maior fecit ceſſare iuriſdictionem mino-
ris,Bartol.ad l.final.ff.de offic. procon.Alexand.ad l.
iudicium ſoluitur.ff. de Iudic. quodque pro regula
tradunt noſtri,quòd Iudex inferior in eodem loco ha
bet iuriſdictionem accumulatiue,& non priuatiue,te
ſte Aretin.conſi.102.Ange.ad l.j.§.ſi quis.ff.de appell.
& iudices ſpeciales in ciuitate,non præiudicant po-
teſtati loci,l.nec quicquam.ff.de offic.proconſ. Non
ineleganter hunc nodum diſſoluit Anchoranus ad ca
pit.volentes de offi.legat.dum ait,Iudicem minorem
maiori cedere in his quæ apicem ſeu culmen dignita
tis & venerationem ſpectant, non etiam in his quæ
contentioſæ iuriſdictionis exiſtunt,per §.nulla,in au-
thentic.de defenſ.ciuitat.columna tertia, quo modo
epiſcopus in ſua ciuitate poterit exercere iuriſdictio-
nem ſuam ſuperueniente legato, ſed eo præſente ſo-
lenniter benedicere non poterit. Tum vero,quando
inferioris & ſuperioris iuriſdictiones ita conſtitutæ
ſunt, vt altera per alteram iuuetur,& vt ſpecialis iu-
riſdictio generali adiungatur, tunc magis cumulatio
quam priuatio iuriſdictionum dici poteſt,vt leg.fina,
Codic.de iuriſdict.omn.Iudic.Sed vbi iuriſdictiones
iſtæ ſunt plane diuerſæ,vnus Iudex etiam maior, non
intromittit ſe de iuriſdictione Iudicis inferioris, ne
iudicia confundantur,l.hac conſultiſſima,C.de teſta.
Et his quidem ceſſantibus,ſi vel ſtatutum, vel conſue
tudo, vel præſcriptio, vel priuilegium exiſtat in con-
trarium,vt eſt in his ditionibus, Iudex maior & Sena-
tus, de iuriſdictione,inferiorum locorum, ciuitatum
aut magiſtratuum ſe non intromittit,vt notat late Fe-
linus ad c.paſtoralis,;de offic.ordinar. Eodem igitur
modo & apparitores ſeſe immiſcere rebus ad alios in
feriores pertinentibus non poſſunt. Ordine enim cun
cta in Republica fieri comparatum eſt,ea ratione quã
natura quoque rebus oſtendit,vnde harmonia ſeu cõ
cors rerum ſymmetria exurgit.

## De pœna apparitoris extra territorium arreſtantis. Cap. 17.

### ARGVMENTA.

1 *Apparitor quando carcerari poteſt.*
2 *Regii viatores an poſſint ab inferiore magiſtratu incarcerari.*
3 *Cautela pro eo qui fecit arreſtum perperam.*
4 *Iudex inferior quando animaduertat in apparitorem Regium.*
5 *Apparitor egrediens limites ſuæ poteſtatis, tenetur iniuriarum.*

CVlpa eſt,vt ait Pomponius,immiſ-
cere ſe rei ad ſe non pertinenti,l.
culpa.ff. de regulis iur. Apparitor
igitur qui in loco & intra limites
ſuæ functionis non manet,ſed pro
libidine ſua,quod ad ſe non perti-
net,& in alio loco vbi hoc illi permiſſum nõ eſt, arre-
ſtare audet,adeoq; alienę rei citra legis adminiculum
ſeſe immiſcet,culpa carere nõ pôt.turbato nãque ordi
ne,facit ꝙ ſua minus intereſt. Sed qua ratione & quo
modo hæc culpa, q̃ pœnã vtiq; requirit,l. ita vulnera-
tus.ff.ad l.Aquil.coercebitur, quibus q̃ tandẽ vinculis
reprimetur audax hoc & temerariũ facinus,quæri ſo-
1 let.Sane, Ludouicus Romanus qui pro ætate ſua mul
ta in iure & in foro diligenter conſiderauit,ad l.nolle
adire,nu.3.verſ.quinimmo nedum.ff.de acqu.hæredit.
reſpondit, eiuſmodi apparitorem & nũcium vinculis
mancipari & in carcerem conijci poſſe.Nã & Iuſtini-
anus executorem,qui clericum ad vetitum tribunal la
ici Iudicis euocauit, ab Epiſcopo loci in loca decani
ca detrudi poſſe conſtituit.auth. cauſa quæ.C.de epiſ.
& cleri.quod & Bal.ibi verſ.vltimo not.ſequitur cum.
gloſ. in §. j. in auth.apud quos opor cau.dic. monach.
2 col. 6. Porro autem Petrus Rebuffus, ad ordinat.Re.
tomo 2. tit. de literis requiſ. gl. 3.nu.32.verſic.non po-
terit. ſcribit, quod non poteſt dominus loci detru-
dere in carcerem viatorem Regium exequentem li-
teras Regias ſine literis requiſitorijs, vt fuit pronun-
ciatum Burdegalæ, prout refert Boerius q. 8. Sed ar-
reſtare equum illius poterit, inquit,niſi Seruiens exe
ecutioni à ſe perperam & ſine permiſſu Iudicis factæ,
renunciaret, quia tunc non debet equus eius teneri.
3 Ideo cautela eſt, quando Seruiens,temerarie & per-
peram fecit executionem, vt illi renuntiet, ſecun-
dum eundem Rebuffum. Cæterum Ioan. Imbertus
Rupellanus,inſtit.foren. capi. j. ſecutus Fabrum ad l.
in officiales, C. de offici. Rect. prouinc.per illiũ text.
aſſerit, verum quidem eſſe, quod Iudex loci commu-
niter manum in apparitoris huiuſmodi equum iu-
bet iniiciendam, quoad iudicio ſe ſiſtat:& ei nonnun-
quam diem dicit,vt per ſe reſpondeat:aliquando vero
carcere detentum cauſam dicere cogit,quoties iuſſu
illius



illius iudicis aliquem iuriſdictioni eius mancipatum,
apparitor prehenderit, vt pro iudicantis arbitrio e-
ius temeritas mulctetur. Verum Iudex alius quam
Regius,non poteſt in apparitores regios animaduer-
tere. Ita vt quanuis Iudices inferiores ius perſequen-
di aut ad ſummum præhendendi hos apparitores ha-
berent,per dict.l.in officiales, oporteret tamen eos ad
Senatum, qui iuſtam pœnam infligere poſſet, tranſ-
mittere, l.2. C.de offici.mag. milit. Atqui Guido Pa-
pe,nobilis Galliæ practicus. non abſimilem quęſtio-
nem tractans,quæſt.328. incip. Seruiens. reſpondit,iu-
4 dicem inferiorem poſſe punire Seruientem curiæ,dũ-
modo hoc ſignificet curiæ illi ſuperiori.Quæ ſenten-
tia Guidonis non tam multum ab his quæ dicta ſunt
ex Rebuffo & Imberto, diſcrepat, quam forte aliqui-
bus prima facie videtur. Nam ſi carceri mancipatus
aut aliter detentus ſit apparitor, Iudex qui manus in
eum iniecit, Senatui hoc quod factum eſt, ſignifica-
bit,& repetenti remittet illic puniendum. Cæterum
ſi Senatus non repetat, aut non reſpondeat, vel aliter
diſsimulet, correctio inferioris in eiuſmodi appari-
torem procedet, teſte Chaſſan. ad conſuetud. Burg.
*des Iuſtices & droictz*, Rub. *lamende de ſimp. reſ-
couſſe*, §.7. ad verbum.*lamande*,nu. 43. verſ. Quinta
concluſio. Tutius eſt ſane,hoc caſu eueniente,certũ
Senatus reſponſum expectare.pluraque de his,d.loco
apud Boeriũ vide. Ad actionẽ iniuriarũ quod attinet,
nihil heſitandum eſt. Huiuſmodi enim apparitor per
illicitam arreſtationẽ & Iudici & parti læſe iniuriam
facit,c.ex parte,de verb.ſignific.

## Quæ ſit pœna eius qui ſe apparitorem eſſe ſimulat, cùm non ſit. Cap. 18.

### ARGVMENTA.

1 *Apparitores multi ſunt concuſſores & maligni.*
2 *Maieſt.reus eſt falſus Apparitor.*
3 *Tabellio falſus qua pœna puniatur.*

ANTIQVITAS nihil aliud exiſti-
mabat eſſe Deum,quam prodeſſe mor
talibus,ex quo prouerbium natum eſt
Homo homini Deus.Sed quoniã pau-
latim abundare cœpit iniquitas,& re
frigeſcit charitas,vt eſt apud Matthę-
um 24.cap.homo homini lupus factus eſt,milléq; no-
cendi artes adinuentæ ſunt,quibus fraude & dolo al-
ter in alterius fortunas irrumpat, & proximi honorẽ
conuellat. Quo pertinet ſceleratum & deteſtandum
hoc factum eorum,qui ſub authoritate publica, quo
pecuniam ſubdole emungant & ab imperitis homini-
bus neſcio quid extorqueant, ſimulant ſe apparitores
eſſe cum non ſint,authoritatémque & poteſtatem ar-
reſtandi,accepto ob eam cauſam ſalario,ſibi vſurpãt.
Memini paucis ab hinc diebus miſellum quendam &
ſimplicem ruſticum,eiuſmodi lupo prædam fuiſſe, ſi-
mulanti ſcilicet ſe regium apparitorem eſſe,eóque ti-
tulo innocentem illum hominem ad iniquiſsima quæ
que adigenti.Sed quæ ſit huius tam nefarij facti pœ-
na,videamus.Et Vlpianus quidem:Qui nomine Prętoris,inquit, literas falſas reddidiſſe, dictúmve falſum
propoſuiſſe dicetur,ex hac cauſa actione pœnali in fa
ctum tenetur,quanquam legis Corneliæ reus ſit,l.qui
nomine,ff.ad l.Cornel,ſicut generaliter nuncius fal-
ſus de falſo tenetur,teſte Barto.& Alexan.ad l.diuus,
de cuſto.reor.Specul.de execut.verſi.ſed quæritur.Ia-
ſon ad §.quadrupli, inſtit.de act.Felin.ad c.tertio lo-
co,de probat. & in ſimili, appellans ſe Comitem,Do-
ctorem,magiſtratum,cum non ſit, actúmque aliquem
facit his congruentem tantum, non minus falſi cri-
men contrahit, quam ſi alienum ſigillum aut nomen
cum alieno incommodo ſibi vſurpaſſet,l.ſi quis,& ibi
Doct.C.de aquæduc.lib.11.ad ca.1.de magiſt.ad c.tam
literis.de teſtib. l. vnic.C.de mendi. vadid.Chaſſa.ad
conſue.Bur.*Des iuſtices & droictz*,Rub.*meſſiers*, ad
verb.*de leurs rapports*,num 6.& 7.Grauius ſane Hip-
pol.de Marſil.ad l.eiuſdem,col.2.num.6.ff.ad l.Corne.
de Sicar.eum qui nunquam tabellio fuit,ſi vt tabellio
inſtrumentum conficiat, morte plectendum eſſe re-
ſpondit,iuxta ſententiam Bal.ad leg.data opera,C.qui
accuſ.non poſſ. Ex quo dubia redditur Angeli opinio
ad l.ſi vacantia,Cod.de bo.vacant.lib.10.exiſtimantis
eum qui iuriſdictionem non habet,ſed ſimulat, pœ-
næ falſi obnoxium non eſſe. Ego cum Modeſtino re
ſpondeo,huiuſmodi ſimulatorem pro admiſſi qualita
te ſecundum l. Cornel. de fal. grauiſſime eſſe punien-
dum,leg.eos,§.fin.ff.ad leg.Corn.de fal.licet hac in re
opiniones Doctorum varient, & Senatus ipſe Tolo-
ſanus, quid conſtituendum eſſet,anxie dubitauit, vt
apud Aufrerium deciſ.401.videre licet. Et in hac qui
dem ſententia etiam D. Damhouderium in Enchirid.
rer.crimina.cap.123. num. 10.fuiſſe video.Sed vt appa-
ritorum ipſorum malitia & infamis vita ſæpenume-
ro abundat in Republica, quo nomine multum con-
quæritur Andreas de Iſernia in conſtit.Neapol.de aſ-
ſig.lit.citat.num.5.in lectura peregri.ſuntque vt pluri-
mum viles perſonæ, vt ait Rober. Marant. in tract.de
ord.iudic.par.6.num.43. ita quoque ad falſitatem non
diſſimilem, non raro declinant, & mandatum arre-
ſtandi ſe habere iactitant falſo & contra veritatem,
vt hac mentita fide, à debitore mandatum veluti re-
dimente,aliquid accipiant. Quod qui faciunt, pro-
culdubio crimen concuſſionis contrahunt, leg.j.ff.de
concuſ.& non ſolum ad quadrupli reſtitutionem obli
gati ſunt,falſumque committunt, ſed & concuſſionis
nomine etiam alias criminaliter puniuntur,leg.quod
cuitandæ,ff.de condit. ob.turp. cau.Iaſon ad d.§.qua-
drupli.Odofred.ad l.iubemus, C.ad leg.Iul.repetum.
Bar.ad l.j.C.de nauel.lib.11.text.& glo.in l.ſi quis con-
cuſſerit,C.ad l.Iul.ne vi. Vnde etiam in ſimili reſpon
det Paris de Puteo in tract.de ſyndic.cap.7. de Syndi.
iudi.nu.7.quod officialis,qui vt componat cum eo,de
cuius delicto nihil omnino conſtat,pœnam minatur,
tenetur iniuriarum, & quod Iudices qui ſimulant ſe
habere mandatum capiendi,torquendi,moleſtandi,id
que falſo,extra ordinẽ puniuntur, falſique admiſſi no
mine tenentur.

## De apparitore, metu, precibus vel ſordibus corrupto,& arreſtum non faciente. Cap. 19.

### ARGVMENTA.

1 *Luxuries & auaritia homines plerunque ad ſcelera adigunt.*
2 *Metus omnis, turpis eſt in iudice.*
3 *Iudex negligens, aut Iuſtitiam non adminiſtrans, grauiter punitur.*
4 *Apparitores improbi, ab officio ſunt remouendi.*
5 *Remoueri quis poteſt ab officio ad ſolã negligẽtiam.*
6 *Iudex contra apparitorem improbum ſummariè procedit.*
7 *Remotus ab officio, an amplius ad idem vel aliud admitti poſſit.*
8 *Seruitorem ſeu apparitorem delinquentem an Iudex remoueat, an vero is qui illum conſtituit.*

DVAE ſunt res, inquit Cicero,q̃ maximè
homines ad maleficiũ impellũt,luxuries
& auaricia.Vnde cũ plerique apparito-
res aut poculis aut nũmis nimiũ addicti
ſint,adeo vt in quibuſdã neq; pecuniæ modus ſit neq;

cupiditatum,quos nulla præda vnquam improbe par
ta minuit,ſed auget potius atque inflammat:frequen
ter accidit,quòd cum arreſtandi ſeu ſiſtendi manda-
tum receperunt,vel pecunia corrupti,vel amore fa-
miliaritatis & compotationis excæcati,diſsimulant,
officiúmque ſuum non faciunt,magno Reipub.ma-
lo & graui creditorum periculo ac detrimento. Ali-
os vero metus & potentia debitoris extra limites iu-
ſtitiæ & propriæ functionis in trāſuerſum agit con-
tra dictum Eccleſiaſ.cap.7.de iudice loquentis, Noli
fieri iudex, niſi valeas virtute perrumpere iniquita-
tes,ne forte extimeſcas faciem potentis,& ponas ſcā
dalum in agilitate tua.Hos igitur & ſua quoque pœ-
3 na iuſta manet. Nam ſi Iudex negligens vel corru-
ptus,& parti requirenti iuſtitiam non adminiſtrans,
tam grauiter coerceatur & puniatur,l.1.C.de deſert.
l.fi.C.pub.legit.late Paris de Puteo,in tract de ſynd.
ad verb.negligentia,cap.1.aliiſque locis multis:quā-
to magis hoc genus hominum ignobile & vile,niſi
apparitores Regios excipias,qui honoratiores forte
aliquibus videntur,puniri debet?Sane qualeſcunque
ſint,quando arreſtum facere nolunt,poteſt pars in eū
caſum contra eos proteſtari,condemnabunturque ei
dem parti executionem ſeu arreſtum requirenti, ad
expenſas,damna,& id quod intereſt, vt ait Rebuffus
ad ordinat.reg.tomo 1.tracta.de ſentent.execut.argu.
8.gloſſ.5.& tomo 3.in tract.de citat.in præfat.numer.
80.ita vt non multo aliter ſeſe loco ipſius debitoris
conſtituere videantur,quam Iudex pro arreſtatione
requiſitus & negligēs,vel iuſtitiam non adminiſtrās,
l.fin.& ibi doct.ff.de var.& extraord.cog.pulchre Ca
ſtren.conſi.vlti.verſ.Secunda cauſa eſt,libr.1.cap.do-
4 minus noſter,23.quæſt.2.Sed & diui Principes Gratiā.
Valēt.& Theod.huiuſmodi executores qui officium
ſuum facere ceſſauerūt,ab executione remouendos,
alióſque in locum eorum ſupponendos eſſe reſcripſe
runt,vt ſciant cauſas à ſe non eſſe deludendas,nec lu-
cri gratiā aliquod eis vitium imponendum,l.fi.C.de
ſportul.Quo modo(quod amplius eſt)in multis aliis
5 caſibus,ex ſola negligentia,nō dico malitia & impro
bitate vel corruptione, eum qui publicam aliquam
functionem ſuſtinet,ab officio remoueri notat Bello
6 uiſus in ſua praxi ſub titu.de citat.Ad quam quidem
remotionem & arbitrariam coercionem ex ea enaſcē
tem,non ordinario & ſolenni ritu ſeu ordine iudicio
rum,ſed ſummarie,de plano,velo leuato,& ſine ſtre-
7 pitu procedendum eſſe teſtatur Baldus ad d.l.fin.Sed
an veniā digni ſint,vt poſtea elapſo aliquo temporis
ſpatio,denuo ad ſuas functiones admitti poſsint,quæ
ſitum fuiſſe ſcio.Sane ſi propter admiſſum iſtiuſmodi
delictum per ſententiam iudicis remoti ſunt,quia Iu
dex officio ſuo ſemel eſt functus, reſtitui ab eo non
poſſunt,l.ſi quis decurio.& ibi Bal.C.de fal.& in ter-
minis decidit Chaſſanæus, *des iuſtices & droictz.*
Rubrica *Meſsiers & Sergens*,§.6.nu 50.quēadmodū
& quilibet alius officialis propter negligentiam vel
culpam in officio commiſſam remotus,nō admittitur
ad aliud officium & alios honores,l.quicunque,C.de
diuer.offic.libr.12.etiamſi præterea ad omne damnū
parti illatum,ad ſumptus oēs & ad id quod intereſt,
teneantur,præſtito aduerſus ipſos in litem iureiuran
do,vt not.Paris de Puteo,in tract.de ſynd.ad verb.ne
gligentia,cap.4.Quinimmo quod magis eſt,ca.2.exi-
ſtimat eiuſmodi officialem, abſolutorium. reſcriptū
impetrare non poſſe,neque contineri hunc ſub gene-
rali indulto Principis ciuibus conceſſo,ſed ſimplici-
ter remoueri,etiam officio eius adhuc durante,l.ſi ali
qui,C.de ſuſceptor.l.Iudices,C.de dignit.Sed breui-
us de his Albericus ad l.ſi quos,C.de offi.præfec.præ
to.orient.ver.ſed nunquid,ait,eos qui ob delictū ſuū
remoti ſunt,ipſo iure ad idem vel aliud officium aſſu
mi iterum non poſſe,l.placet.in fi.C.de epiſc.& cleri.
c.dictum 81.diſtinct. Cæterum de gratia & ex ſpeciali
diſpenſatione Principis,qui ſibi manum non claudit,
poſſunt,quod & vſu quoque receptum videmus.
8 Elegans autem eſt quæſtio, quis huiuſmodi appa-
ritorem remouebit, ipſene Iudex inferior, an potius
Princeps vel alius quiſpiam, qui ex priuilegio ſibi à
Principe conceſſo,illum conſtituit? Et quidem Ioan.
Fabri ad l.fin.C.de offic.præfec.vrb.quem refert & ſe-
quitur Ioan.Conſtant.ad conſtit.Reg.articu.10.incip.
*Que ſuiuant*, circa fi.reſpondet,quod Seneſchali nō poſ
ſunt auferre officia Seruientibus vel officialibus, qui
delinquunt in ſuis officiis,quæ non habent ab eis,ſed
à Principe,vt l.j.C.de offic.præfec.Auguſtal.quamuis
ipſos in officio delinquentes punire poſſint, l. ſi quis.
§.ſi quos.& ibi late Bart.ff.de pœn.Sed & Paridem de
Puteo,in tract.de Syndic.ad verb.poteſtas,nume.2.in
hac quoque ſententia fuiſſe reperio, dum ait, quod is
officialem remouet qui ipſum creauit. Secus, ſi fuerit
creatus à principe,vel ab alio ſuperiore.Qua de re plu
ra ibi apud eundem Parid.videre licet. Non me latet,
quam ſint ſæpe refractarij,in quos deponēdi & remo-
uendi poteſtatem nō habet vir clariſſimus Præfectus
vrbis,qui horum opera etiam in ſummo capitis ſui di
ſcrimine & vitæ periculo vti debet. Sed quiſquis re-
mouendi poteſtatem habet vel non habet, vtique re-
moueri eos publice atque priuatim expedit.Nam ſi in
officiis ſuis cum aliorum detrimēto graſſentur vel de
linquant,periculum eſt illius qui hos cōſtituit, & pro
pter malam electionem,his non ſoluendo exiſtētibus,
ex propriis facultatibus damnum illatum refundere
tenetur,teſte Ioan.Conſt.d.loco,Paride de Puteo etiā
d.loco cap.1.cum cap.2.num.3.& Angelo ad l.ne diu,ff.
de pœn.

## Arreſtatus an credere apparitori debeat, Cap.20.

1 *Apparitor eſſe præſumitur, qui pyxidem defert.*
2 *Offendens apparitorem non habentem ſignum, an eo*
*dem modo puniatur.*
3 *Mandatum an præſumatur.*

VTRVM vero is qui arreſtatus eſt,crede-
re debeat apparitori ſe apparitorem eſſe,
ſiſtendique poteſtatē habere aſſerēti, du-
bium eſſe poſſet.Bart. in tract.quo. in læ-
ſæ maieſt.crimin.proce.in verb.per nun-
cium, reſpondet, credendum eſſe apparitori, etiam
ſi non oſtendat literas ſui officij in loco & iuriſdi-
ctione intra quam eſt apparitor, c. cum dilecti.de do-
lo & contum. præcipue ſi aliquod ſignum habeat, cu-
iuſmodi apparitores habere ſolēt. Nam eo ipſo quod
1 quis defert tale ſignum, præſumitur quod ſit appari-
tor. Boerius quæſtio. 170. num.4. Innoc. ad cap. quo-
niam contra, de probat. Peruſ. ad ca. cum parati, col.
9.num.10.de appellat.Rebuffus ad conſtitut.Reg. to-
mo 3.tit. de citat. art. j.gloſ.2.num.3. verſic. creditur,
ſicut econtra Salic.ad l.ſanctum,ff. de rer.diuiſ.& Sa-
licetum etiam ſecutus Chaſſa.ad conſuet. Burg. rub.
1.§.7.numer. 25. verſi.pro ſexta limitatione reſpondet,
quod ſi quis offendat nuncium vel apparitorem non
habentem ſignum, in ea qualitate, hoc eſt tanquam
offendens nuncium & perſonam publicam, non pu-
2 nitur, multumque ait ſignum eiuſmodi operari,vt illi
qui ſe apparitorem eſſe dicit,credatur vel non creda-
tur,gloſ.ad l.magis puto,§. ne tamen ad verbum via-
torem,ff.de rebus eor.quamuis alias Regiis & pro-
uinciarum executoribus, non niſi oſtenſis literis, in
grauioribus cauſis credatur,qua de re plura dicto lo-
co.numero vigeſimoſeptimo Chaſſanæus.Sed hęc in
citatione verbali dubium vix habent. Nam ſi appari-
tor vel ſignū iſtiuſmodi habet,vel pluries poteſtatem
hanc



hanc ſciente debitore exercuit, fidem ei adhibere de
bet.Bald.ad l. exemplum in fi. C. de probat Abbas &
Felin. ad c.ſuper his, de fid.inſtru.quia facilis hoc ca
ſu eſt recurſus ad ipſum Iudicem,à quo,quæ ſit appa-
ritoris illius qualitas,cognoſci poteſt,teſte Paulo Pa
riſio conſi.17.nume.11.lib.4.Cæterum de citatione rea
li,in qua ſi ius ſcriptum ſequaris,cauſſæ cognitio (vt
diximus)requiritur,& ad quam expreſſum mandatū
Iudicis neceſſarium eſt,maior eſſe poſſet dubitatio,
vtrum credatur apparitori ſe apparitorem dicenti,
& mandatū arreſtandi ſe habere alleganti.Sunt enim
qui id negant:ſunt etiam qui affirmant ex eo,quòd ni
ſi præſumeretur præcedens commiſsio, ſequeretur quod
nuncius falſum ſcienter committeret,l.qui nomine,ff.
de fal.Roman.ſingul.313.quæ quidem præſumptio mi
nime eſt accipienda,l.merito,ff. pro ſocio,& pro nun
cio præſumitur in his quæ officium ipſius concernūt,
l.ſecund.C.de execut.& exact.libro 12.gloſſ.& docto.
ad dict.cap.cum parati.Vtranque ſententiam,ſuis ar-
gumentis rationibus valide vtrinque ſuffultam,libro
præſumpt.regula tertia capite 14.refert Alciatus,tan-
démque etiam opinatur,in reali citatione,quæ aliqua
lem cauſæ cognitionem deſiderat,neceſſarium eſſe,vt
de ea in actis conſtet.Sed ſi Iudex in vim illius realis
9 citationis ad vlteriora procedat:tunc(inquit) præſu-
mi poteſt mandatum præceſsiſſe,l.ſi filius,vbi Baldus
& Salicetus C.de petit.hæredit.Ego vero in ea ſenten
tia verſor,vt exiſtimem ad leges ſcriptas quòd attinet,
in citatione reali,quam præhenſionem ſeu arreſtatio-
nem non impedimentum rectius dixeris, commiſsio-
nem & commiſsionis illius demonſtrationem eſſe ne
ceſſariam,vt quis arreſtari poſsit,niſi tamen periculū
ſit in mora, quod ſuperioribus capitibus fuſius à no-
bis dictum fuit.Sed vbi conſuetudo diuerſa eſt,vt ple
runque hic & vbique eſt,periculo arreſtari procuran-
tis,neceſſum eſt eum qui arreſtatur & impeditur, nū-
cio etiam non oſtendenti mandatum parere, modo in
ſignia apparitorum gerat,aut pro tali publice habea-
tur,quia conſuetudo in his ſequenda eſt.Baldus ad l.
neminem,C.de exhiben.re.Iaſon in dict.§.quadrupli,
& ibi.Fab.idem Bald.ad l.ſi quando,C.de teſtib.12.q.
Corneus conſi.ſecundo in fin.libro 4. Qua tamen in
re,prudenter cauere ſolent magiſtratus, vt intra tri-
duum actio aduerſus arreſtatum intendatur, poterit-
que in eiuſmodi rebus eam moderationem Iudex ad-
hibere,quam exiſtimabit propoſito negocio maxime
conuenire,argu.l.Qui pro tribunali,ff.de re Iudi.Por
ro autem eundem hunc articulum late ſuo more ex-
plicat Tiraqu.de vtroque retract.latius vero & elegā-
ter Hippo.ad l.de vnoquoque,nume.115.cum ſeq.de re
Iudic.quos ſi libet vide.

## Apparitori referenti ſe aliquem arreſtaſſe an ſit credendum Cap.21.

*ARGVMENTA.*

1 *Apparitores an coram teſtibus arreſtare debeant.*
2 *Apparitor an apparitori teſtis eſſe poſsit.*
3 *Iudici aut arbitro ſoli non creditur.*
4 *Apparitoris falſitas quo pacto conuincatur, rela-*
*tiue.*

EADEM quoq; rōne dubitari pōt,
vtrū ſoli apparitori credēdū ſit,qui
ſe debitorē ipſū,vel res eius arreſtaſ
ſe affirmat.Rebuf.ad cōſti.Reg.to-
mo 3.art.2.gl.& moribus & legi.Gal.
lo.receptū eſſe teſtatur,ne appari-
tores executionem faciant,niſi du-
1 os teſtes adhibeant,qui teſtificari de illo actu poſsint:
quia cum ipſi regulariter viles ſint,l.prohibitum,l.de
fenſionis,C.de iure fiſci.lib.10.falſaſque relationes fa
cere,vt no.Doct.ad c.quoniam contra,de prob.& pro
modico vini dolio ſæpe deierare ſoleant, teſte Oſtiē.
ſi in ſua ſumma,Rub de contum.§.qualiter.verſiculo.
contra.ideo duos debent adhibere teſtes. Nam in ore
duorum aut trium ſtat omne verbum,capi. cum eſſes,
cap.relatum,de teſtament.Et iſti teſtes non poſſunt eſ
2 ſe apparitores: quia vt idem ille ait, vnus pro altero
etiam falſum deponere poſſet. Nam vt vetus habet
adagium,muli mutuo ſe ſcabunt. Non tamen requi-
ritur ſubſcriptio teſtium,ſed ſufficit apparitorem re-
ferre ſe arreſtaſſe talem in præſentia Ioannis & Petri
teſtium. idem Rebuffus dicto.tomo 3.& gloſſa.4.nu-
mero.16.verſiculo. Quinto requiritur.Porrò ad leges
ſcriptas quod attinet, ſunt etiam non inferioris loci
interpretes,qui exiſtimant nuncio ſeu apparitori ſine
teſtibus credendum non eſſe,per leg.vltim.C.de bon.
vacant.libro decimo,& quod vnius vox nec condem-
nat,nec iuſtificat,capit.admonere,32.quæſt.2. etiam ſi
(vt ait Conſtantinus Imper.) præclaræ curiæ ſulgeat
honore,l.iuriſiurandi, C.de teſtib. & ſi ſoli Iudici aut
3 arbitro non creditur,leg.ne in arbitris, §.penult.C.de
arbitr.& dict.c.quoniam:certe multo minus apparito
ri ſoli credi debet,cum magis pro Iudice præſumatur
l.ſecund.de offic. ciuil.iudic. pro apparitore vero ne-
quaquam,l.ne diu,Co.de pœnis, quos & Salic.ad leg.
tres denunciationes,C.quo.& quan.Iudex, & Philip.
Francus in cap.cum teneamus,col.vlt. de appellat. vi-
les ribaldos vocant.In qua ſententia fuit etiam gloſſ.
ad d.cap.quoniam.dum ait,ſoli nuncio publico & iu-
rato credi in fundo ciuili ſecundum conſuetudinem.
At de iure communi, inquit, videtur non eſſe ei cre-
dendum,niſi aliter de veritate legitime conſtet. Alij
putant credendum huic eſſe, ſi non fuerit negatum,
poſſeque debitorem iuramento euadere,ſi iuret ſe ar-
reſtatum vel citatum non fuiſſe.Oſtien.ad d.cap.quo-
niam,Ioan.Fab.ad l.ea quidem,Co.de accuſ.gloſſa. in
cap.propoſuiſti,ad verbum,non probatur,81. diſtinct.
Alij verò dicunt non eſſe ei credendum in rebus ma-
gni præiudicij. Bald. ad leg. magis puto,§. illud,ff. de
reb.eor.& ad d.capitu.cum parati.Lucas de Penna ad
l.prim.Cod.de curia.libro duodecimo.Cōſtat autem
ex his quæ ante diximus, arreſtationem maximi præ-
iudicij eſſe.Alij hoc totum,an apparitori ſoli creden-
dum ſit, Iudicis arbitrio & religioni relinquunt.
Quid enim, inquiunt, ſi apparitor ſit vitæ diffamatæ,
& debitor integerrimus? Conſiderabit itaque Iu-
dex qualitatem perſonarum atque negocij, & huic
vel illi magis credet, vel iuramento ab eo exacto, vel
etiam non exacto. Oſtiē. ad d. c. cum parati. & ibi
etiam panor. Arch. ad c. propoſuiſti. & ad c. venera-
bilibus. de ſentent.excom.libro 6.late Petr.Iacobi tit.
de act. de conſtit.pecu.col. penult. verſicu. nec etiam
deberet credi. Alij denique ſimpliciter aſſerunt ap-
paritori eſſe credendum, per l.1. §.cura carnis. verſic.
quies. & ibi Bald. ff. de offic. pref. vrb. & d.l.magis
puto,§.ne tamen,& l.ſi quis decurio,C.de fal.& l.ap-
paritores,C.de exact. tribut.lib.10. quam opinionem
Decius, Imola & Philipp. Franc. in d. c. cum parati
communem eſſe teſtantur. Nam & Seruienti vel ap-
paritori creditur ſuper eo, quod inuenerit tales lu-
dentes, vel animalia damnum facientia. Barto. ad l.
ea quidem, C. de accuſati. maxime ſi ad inquiſitio-
nem illius rei fuerit deputatus, vt ait Paris de Puteo,
late de Synd.ad verb. notorium, cap. vlt. nu. 3. Tira-
quellus quoque de vtroque retract. §.8. gl.6. in prin-
cip.num. 11. verſic. & hæc quidem. hanc opinionem
(quantum ad ius commune attinet) veriorē eſſe aſſe-
rit, ſed id tamen cum moderationibus quæ ſequun-
tur: Primo, vt is apparitor ſit publicus & iuratus, gl.
ad d.§.cura carnis,Bald.ad l.2. C. de ſport. non quod
in quolibet actu iuramentum præſtare debeat.ſed ſa-
tis eſt eum in principio iuraſſe ſe fideliter officium

ſuum executurum, vt fieri ſolet & debet. Bald. ad d. l. magis, §. illud, & ad d. l. 2. Secundo, vt ei credatur ſi iſtiuſmodi negotium ad officium eius pertineat, vel ex eo dependeat. Cy. ad d. l. Ea quidem. Bar. & Bal. ad d. §. cura carnis. Late Chaſſ. ad conſue. Burg. tit. de Iuſtitia, §. 6. in gloſ. *par leurs Sermens*. Quid autẽ ſi arreſtatus vel pars, falſam eſſe apparitoris relationem probauerit, quomodo apparitor punietur? Certe Rebuffus d. tomo 3. art. 5. gloſ. 4. verſic. qui ſi pars. reſpondet, quod ſi pecunia corruptus hoc fecerit, pœna legis Corneliæ de falſis punietur, l. 1. §. ſed & ſi quis ob renunciandum. vbi gloſ. & Doct. ff. ad l. Cornel., de fal. quę hodie in multis iudicijs, & in Francia, eſt pœna mortis. Si vero non pecunia corruptus, ſed quadã iniuria vel ſimplicitate falſum cõmiſerit: ad id quod intereſt, actione in factum, & ad multam tenebitur, l. qui nomine, ff. de fal. Quam legis deciſionem eſſe ad hoc ſingularem, dicit Roma ſing. 313. & Guido Pape quæſt. 44. inci. teſtis. in fine. ſuoque officio priuari debet. Bal. ad cap. final. de dolo & cõtu. argu. §. final. in authen. de arm. quando ex ſimplicitate vulpina, qua vti ſolent, hoc fecit: ſecus, ſi ex ſimplicitate columbina, quæ dolum & fraudem non nouit. Chaſſan. ad cõſuet. Burg. tit. 1. §. 6. ad verbum, *de leurs rapports*, per l. 2. C. de ſportul. Iaſon ad §. quadrupli, de act. Mihi ad eam rem maximè accommodata videtur l. ſi aliquid, C. de ſuſcept. lib. 10. quæ vetat, ne quis eorum, qui ſemel de huiuſmodi crimine cõuicti ſunt, idem officiũ rurſum gerat. Quo loco, conſtitutionem illam de notariis, tributorum ſuſceptoribus, & aliis quibuſcunque in officio cõſtitutis, intelligit Ioannes de Platea, antiquus & non indoctus Interpres, eóque etiam pertinet, quod in l. Iudices, C. de dignit. libro 12. conſtituit Impe. dum ait: Iudices qui ſe furtis & ſceleribus fuerint maculaſſe conuicti, ablatis codicillorum inſignibus, & honore exuti, inter peſſimos quoſque & plebeios habeãtur, nec ſibi poſthac de eo honore blãdiantur, quo ſeipſos indignos iudicauerunt. Rurſum in l. 2. C. de palat. ſacrar. larg. libro 11. Nullus, inquit, Theſaurariorum ſemel depræhenſus euerſor, quocũque pacto aut repetat militiam ſuam, aut aliam. Multa autem huc pertinentia, eleganter tradidit Antonius Capycius deciſio. noua Neapo. 121. incip. in cauſa officij, quo loco exacte inquirit, & late diſputat, an hæc officij priuatio ipſo iure fiat, an vero ſententiam requirat, qua ratione falſitas apparitoris conuincatur, & cui bona ipſius applicari debeant.

## Quis ſalariũ apparitoris ſoluere ei debeat. Cap. 22.

### *ARGVMENTA.*

1 *Expenſas ſoluere tenetur, qui actũ fieri deſiderat.*
2 *Inſtrumentum confici mandans, Tabellioni ſoluere debet.*
3 *Boni tritnranti, os non eſt claudendum.*
4 *Apparitor plus accipiens quàm ſalarium, quo pacto puniatur.*

MVLTOS paſſim reperias, qui lites libẽter ſuſcipiunt, ſed ægre aliquid in has expẽdũt. Quo modo & in hac quoq; materia arreſti, qui arreſtũ ſolicitãt, & operã apparitoris exquirũt, nõ raro eo facto nodũ in ſcirpo quęrũt, & ab ipſo debitore arreſtato ſalarium peti volũt. Sed iſtorũ hominũ ſordes, vn⁹ ex multis, ad §. quadrupli, inſtit. de act. confutat Faber, qui ea in re Iaſonem, Zaſiũ & alios ſibi cõſentientes habet, ꝙ executor ſeu apparitor nõ à debitore, quẽ vtique inuitũ
1 detinet vel arreſtat, ſed à creditore arreſtũ poſtulante, ſalariũ ſuum exigere debet. Nã vt ait Vlpianus, quo loco de exhibitione agit, ille tenetur ad impenſas, cuius gratia celebratur actus, l. ſed & ſi. §. 1. ff. ad exhib. Expreſſius vero hæc, Accurſium ſecutus ad l. cum ſæpe, C. de erog. mili. anno. tradidit antiquus interpres Iacobus Rebuffus. Siquis, inquit, petit cuſtodiam militarem in ſui fauorem aut defenſionem, ſumptus pręſtare debet. Si autem cuſtodia in eius odium vel detrimentũ poſtulatur, puta quia eſt arreſtatus, vel alias cuſtoditur, eo caſu nõ ipſe ſumptus præſtat, ſed is qui fecit illũ detineri, quia gratia ipſius fit, ideoque tuẽ-
2 tur, nõ multo aliter, quẽ tenetur ſoluere tabellioni, is qui ad ſuam defenſiõem iuriſque proprij tuitionem, inſtrumentum fieri mandat. Quam ſententiam, etiam Ioannem Conſtant. ad ord. Regias. art. 183. verſ. & reprobat. Io. Fab. ſecutũ eſſe video, quipe quo reus ipſe numquam ſolueret, & interim apparitoribus qui ex hoc ſuo officio victum corradere debent, ſoluendum
2 eſt, ne boui trituranti claudatur os, c. cum ſecundũ, de præbend. & tandem non inueniantua qui munus iſtiuſmodi ſubire velint. Et hac quidem occaſione Chaſſan. ad conſuet. Burg. titul. 1. Rub. *de lamende de ſimp. reſcouſſe*, §. 7. ad verb. *lamende*, nu. 44. diſputat, nunquid apparitores poſsint ſibi ipſis ſoluere, & pignora propria eorũ authoritate à reo capere pro eorũ ſalario: quod quidẽ prima facie fieri poſſe videbatur, per §. tripli, Inſtit, de act. & per ea quæ not. Iacob. Belloviſ. ad §. illud, in authen. de exhib. & tranſ. reis. verſ. quæritur decimoſeptimo &c. Secutus tamen Iaſonem ad dict. §. quadrupli. in 2. notabil. eam conſuetudinem iuri communi & æquitati naturali aduerſariam eſſe ait, quam etiam Faber ibi. nu. 10 verſicul. & nota quod &c. licet nonnihil fluctuans, per abuſum irrepſiſſe re-
4 ſpondet. Quod ſi talis ſeruiens excedat ſalarium ſibi taxatum, qua de re ex nonnullis cõſtitutionibus multa colligi poſſunt, authen. vt litig. in exor. & in authẽt. de ſanc. epiſc. §. ſportularum. in authent. de iudicib. §. nullo quoque, etiam ad quadrupli reſtitutionem eum teneri, d. loco nume. 6. aſſerit Iaſon. Sed cum hodie partim noua conſtitutione Caroli V. Aug. partim ſtatutis particularibus locorum, ſalaria certa apparitoribus præfixa & conſtituta ſint, an etiam hodie ſi plus exegerint & receperint, in quadruplum damnabũtur? Videtur quod ita damnari debent, cum eadem ſit ratio, & grande delictum eſt, in publicis officiis exercere quæſtum ex arbitrio proprio, & vix quicquã minus ferendum eſt in republica, quam furtum huiuſmodi manifeſtum. Faber putat ſatis æquum eſſe, quod etiam hodie coerceatur temeritas iſtorum nunciorum pœna quadrupli, ſed putat de rigore durum eſſe, cum pœnæ extra caſum ſuum non ſint extendendæ, l. interpretatione, ff. de pœ. exiſtimatque propterea cum Ioan. de Platea, extra ordinem iſtos coercendos atque puniendos eſſe. Cæterum Iaſon tenet contrarium, putans poſſe extendi pœnam quadrupli etiam ad caſum ſtatuti, cum non poſſit dari diuerſa ratio, vt pote quod idem ſit crimen nuncij excedentis legem, & excedentis ſtatutum. Zaſius vero ibi nu. 5. putat hanc diſcordiam ita eſſe componendam, quod ſi pœna excedenti nuncio eſt in ſtatuto expreſſa, tunc vera eſt aſſertio Fabri, quia ceſſabit pœna quadrupli, cum generi per ſpeciem derogetur, c. generi, de reg. iur. l. ſanctio legũ, ff. de pœn. Si autem non eſt ſpecialis pœna appoſita in ſtatuto, pœna quadrupli locum habet quaſi dicat, quod caſus omiſſus à ſtatuto, remanet in diſpoſitione iuris communis, l. commodiſſime, & ibi doct. ff. de lib. & poſthu. Sane ſi apparitor operam dedit vt arreſtaret, & creditor pœnitentia ductus ab arreſto deſiſtat, nihilominus ſalarium debetur, argu. l. ſed addes, §. fi. ff. locat. & quod ſingular. ſuo 66. incipiente. ſtante ſtatuto, notat Romanus.

## De eo qui arreſtum violat. Cap. 23

*ARGV-*



### *ARGVMENTA.*

1 *Debitor arreſtatus ſi in cuſtodiam ſequi nolit, quid ſit Iuris.*
2 *Iuramẽtũ debitoris de nõ recedẽdo, quid operetur.*
3 *Actus omnis an prima vice abſumatur.*
4 *Mulier ob libidinem vitandam fugiens, pœna fracti arreſti non tenetur.*

QVID autem ſi debitor arreſtatus ſequi nolit, & iuſſus ire in arreſtum, refractarius ſit, atque ire recuſet? Iacobus Belloviſius in ſua praxi iudiciaria, ſub rubri. de Inqui. in fi. verſi. iuxta hoc quæritur, ait, quòd punitur ac ſi iuiſſet, & arreſtũ fregiſſet: quia (inquit) non licet prætorem cõtemnere, iuxt. not. ff. de iuriſdic. om. iud. l. ſi familia, & ff. de his qui not. infa. l. debuit, & ff. de arb. l. litigatores, & ff. de nou. oper. nũc. l. ſtipulatio, §. opus autem nouum, & ff. de interrogat. act. l. de ætate, §. qui tacuit, & ff. ne quis eum, l. ſi per alium, circa princ. ad quod etiã allegatur l. relegati, §. penul. ff. de pœn. l. in ſeruorum, §. 1 & l. aut damnum, §. quis, eod. tit. & ff. de re milit. l. 3. §. in bello.

Porrò autem qui arreſtum frangit, pro arbitrio Iudicis acriter punitur, l. 1. ff. de effrac. & expil. Quòd ſi creditori iurauit debitor, ſe nõ receſſurum ſine illius
2 permiſsione antequam ei ſatisfecerit, vel cum eo compoſuerit, & poſtea creditor ei permiſerit abire, intelligitur de prima vice: ita vt ſi abierit & redierit, non po-
3 teſt amplius abire, niſi ille creditor iterum abeundi poteſtatem fecerit, quaſi ſcilicet illa permiſſio ſit cõſumpta prima vice & abitione, vt not. Bart. ad l. adulter, §. vlt. in princ. ff. de adult. Tiraqu. ad l. boues, §. hoc ſermone. nu. 90. ver. quadrageſimonono, ff. de verb. ſignifi. Oldra. quẽ citat Alber. ad l. vlt. col. 2. verſic. prædicta etiam faciunt. C. de remiſ. pig. licet contrarium velit Calderinus in ſua diſput. incip. ex octo ſtudẽtibus. & Felin. voluerit vtrunque concordare in ca. 2. verſi. fallit tertiò. de treuga & pace. meminitque illius Tiraqu.
4 dicto loco, in tertia limita. num. 9. cum ſequẽ. Illud tamẽ obſeruãdũ eſt, quod ſi mulier eo caſu quo licite ob debitum capta fuit, à carcere aufugit, vel arreſtum fregit metu libidinis Cõmentarienſis, antedicta pœna non tenetur, ſicut cum permiſsione cuſtodis ad templum iuit & redijt. Bal. ad l. 1. verſ. Sed pone, C. de ædil. act. Nam etſi hoc permitti non debeat, tamen nõ ex eo quæ capta eſt, ſed Cõmentarienſis punietur: Boerius q. 217. in fi. Aliud eſt in eo qui carcerem vere relinquere voluit, qui ſi in ipſo actu fugæ depræhenditur, tenetur ac ſi exiuiſſet, teſte eodem Boerio q. 215. nu. 12. & ſi fugit ruptis compedibus, inquit, etiamſi oſtiũ fuiſſet apertum, punitur iudicis arbitrio, & pro confeſſo habetur. adiicitque ibid. nu. 22. arreſtatum debitorem licet citari denuo non debuerit ex iuris diſpoſitione, pro more tamen, per plateas ciuitatis à qua aufugit, ad tres dies breuet citari, viſáque cõtumacia & defectu attento, eundem, etiamſi citatio ad notitiam eius nõ peruenerit, condẽnari. Quòd ſi vero reuertatur, credetur iuramẽto eius, dicentis ſe ob cauſam iuſtã fugiſſe. Cyn. ad l. fi. C. de reg. reis. Corneus cõſ. 58. lib. 2. Hippo. ſing. 115. niſi Iudici aliud videatur.

## Arreſtãti apparitori an reſiſtere liceat. Cap. 24.

### *ARGVMENTA.*

1 *Captura eſt admodum ignominioſa.*
2 *Nobilem aut potentem mercatorem arreſtare plus eſt, quàm alium plebeium.*
3 *Arreſtatio etiam licita, debet eſſe abſque iniuria.*
4 *Arreſtatus iniuſte, an impune fugere & extrahi poſſit.*

SAne in modo & forma arreſtãdi, diſcretum eſſe apparitorem cõuenit, vt etiam quando arreſtatus arreſtũ cautione diſſoluere nõ poteſt, ratione feratur, eãque ſequatur. Nã vt ſuperius diximus, arreſtatio & captura cuique eſt admodũ ignominioſa, adferens grauamẽ irreparabile, teſte Bal. ad l. ſi clericus, C. de epiſc. aud. & multo magis infamat nobilem quã plebeium, famoſumque mercatorem, quam aliũ. Neuizanus conſil. 52. num. 8. verſicul. prædictis tamen non obſtantibus. præſertim cum nos propenſiores eſſe cõ-
2 ueniat ad iuuandum mercatores peregrinos. Alexan. conſil. 130. incip. ſuper eo. ante fin. lib. 7. multumque in huiuſmodi negociis defertur nobilitati ſeu integritati perſonæ. Odofred. ad l. j. C. de cuſtod. reor. Alb. ad l. l. j. ff. eo. Luc. de Penna ad l. quoties. Cod. de dig. lib. 12. Barb, conſilio. 62. libro primo. Quo modo & ipſe quoque IC. Claudius Saturninus, in l. aut facta, ff. de pœnis. ait, in delictis atque iniurijs æſtimandis, perſona-
3 rum rationem maxime eſſe habendam. Et quamuis licita ſit arreſtatio, tamen eſſe debet non iniurioſa. Petrus de Bella pertica, in leg. ab executione, C. quor. appellat. non recip. Ange. ad l. fin. ff. quod met. cau. vbi allegat pulchrum text. in l. ſi bene, ff. de vſur. ibi, contumelioſum ſe non exhibeat, ſed moderatum & cum efficacia benignum, & cum inſtantia humanum. ideoque Nizellus in concor. Barto. 105. ait, quod eſt periculoſum ponere iuriſdictionem in manus ignorantium, qui ad capturas procedunt, non inſpecta, vel habita qualitate perſonarum, quod vtique in magnum dedecus arreſtati redundat. Neuizanus d. loco. nu. 25. Et propterea, ſi quis illegitime & perperam ob debitum capitur, poteſt etiam cum armis reſiſtere, leg. prohibitum, C. de iure fiſci. lib. 10. Afflict. in conſtitu. Caſtellani, in 3. quæſtio. Paris de ſyndic. in verb. captura. Iaſon ad leg. j. §. ꝙ Prætor, ff. de quis eum qui. & rurſum cum Zaſio ad §. quadrupli. Inſtitu. de act. l. omnes, C de decur. lib. 10. §. fi. in authent. quo oport. epiſc. Thomaſius Gram. voto 1. numer. 15. & voto 32. nume. 24. non multo aliter, quam Iudici male exequenti violẽter reſiſti poteſt, nõ ſolum per eum qui iniuriam patitur, ſed etiam per tertium cuius nihil intereſt, vel vicinos. gloſſa ad cap. ex literis. in verb. denuncietis. de offic. deleg. Specul. in titu. de citat. §. ſed nunquid. Felin. ad d. ca. ex literis, Decius cõſ. 469. nu. 3. Afflic. cõſti. Neap. lib. j. Rub. 8. nu. 78. Petrus à Duennas reg. 190. ampliat. 8. Iſtud tamẽ mihi ſemper pîculoſum viſum fuit. Nã et ſi iniuſte detentus poſſet reſiſtere cum armis, tamẽ ſe coniicere in eã diſputationem, an iniuſtitia fuerit notoria necne, res periculó plena eſt, a quo oẽs merito abhorrere debent, Ancho, ad c. ea quæ fiunt, de reg. Iur. li. 6. col. 3. Et quanuis ſint qui exiſtimant iniuſte captum poſſe ſe defendere, etiã occiſis ſatellitibus, iuxta ea quæ no. Hippol. in pract. crimin. §. attingam, nu. 40. Lucas de Penna ad d. l. prohibitum. Neuiza. d. conſi. nu. 11. neque hoc tamen periculo caret, neque in ciuili cauſa arreſti locũ habere exiſtimo, de qua re Boerius quæſtion. 170. latius agit.

Sunt præterea in ea ſententia plerumque ſum-
4 mæ authoritatis viri, quod is qui inique detinetur, cautim & impune è carcere fugere poteſt, in quem iniuria coniectus fuit, gloſ. i clement. paſtoralis. in verbo, per violẽt. & ibi doct. de ſent. & re iudic. Bart. ad l. relegatur, ff. de pœn. Alexand. con. 144. libro. 2. Socin. ad l. 1. col. 2. num. 13. ff. ne quis eum. Iaſon ad l. admonendi in lectur. ordin. col. 18. verſicul. tertio limita. & iterum in repetitione. num. 175. ff. de iureiur. quia hæc omnia magis ad iniuriæ damnique iniurioſi, & iniuſti depulſionem, quam ad fraudem, vim, & iniuriam pertinent. Neuiz. conſil. 61. nu. 57. verſicu. confirmo quia &c. etiam ſi iuraſſet non aufugere, ſed ibi manere. Aret. conſil. 14. Hippol. ad l. 1. nu. 104. ff. ad l.

VV

Cornel.de ſicar.& ad l.j.ff.de quæſtio. Quod ego non puto eſſe verum.Nam vt Panor.ait,ad ca.inter alia in fin.de immun.eccle.qui iniuſte detinetur,& relaxatus iurauit ad carceres redire,non poteſt contrauenire iuramento,ſed debet prius abſolutionem impetrare,niſi periculum mortis immineret, etiamſi iuramentum ex parte eius cui præſtitum eſt,foret illicitum,vt cap. j.ca.2.c.ſi vero.c.debitoribus.de iureiur.Nam & iuramentum per metum præſtitum,abſolutionem requirit,cap.ad aures,& ca.ſeq.De his quæ vi.met.cau.quia ſine periculo ſalutis æternæ & corporis,ſeruari poteſt vt ca.cum contingat,de iureiuran.glo.ad d.ca.j.& ibi Docto.In dubio autem illi ſententiæ adherendum eſt, quia magis conſulitur animæ ſaluti,cap.conſilium,de obſeruat.ieiun.c.inuenis.de ſponſal.

Tum vero,vi eximens iſtiuſmodi debitorem ex carcere non tenetur edicto,Ne quis eum &c.Iaſon ad l.j. §.quod Prætor,nume.11.& ibi Doct.alij,ff.ne quis eũ, & ad l.quoniam.C.de appel.Mihi vero magis Bartol. Ange.& Romani dicto loco placet,exiſtimantium eũ qui vi eripit arreſtatum,parti arreſtanti iniquam cauſam fouenti,ad damni refuſionem & ad id quod intereſt,non teneri.Nihil enim vere intereſt cum nihil debeatur,& damnum quod quis culpa ſua ſentit,ſentire non videtur.l.non videtur,ff.de regul.iur.Sed quãtum ad Iudicem attinet,tenetur,ne res publica quotidianis iſtiuſmodi violentiis,perturbationibus atque diuexationibus diſtrahatur & commoueatur,niſi tã notorie eſſet iniqua hæc detentio,vt palam & vulgo nota ſit omnibus.Sane etiam ſi ita eſſet,ſentiãt alij quod velint,ego vix admitterem particularem iſtam & priuatam rationem carceres aperiendi & inuadendi, vt dict.§.quod Prætor,& l.vltim.§.cum in eum,illo titul. quia aliqualis cognitio requiritur.

Addunt nonnulli,quòd vbi in his rebus locus eſſet appellationi.iniuſte detentus,etiam poſt tempora appellationi præfixa,prouocare poteſt, quia grauamen iſtud habet tractum ſucceſsiuum,& qui in arreſto detinetur,adhuc quotidie & de præſenti grauatur.Iaſon ad dict.l.eum qui,§. in popularibus,ff.de iureiurand. Angel.de maleſi.ad verb.Qui Iudex.numero 13.Sic & exceptio habens tractum ſucceſsiuum,quãtumuis dilatoria,quandocunque etiam poſt litem conteſtatam opponi poteſt.Archidiaco.ad ca.hortamur,3.quæſt.9. & à grauamine quod ſemper eſt in fieri, cum ſemper ſit,ſemper appellare & prouocare licet,ca.ex parte,de appella.& ibi pulchre Philip.Franc.verſi.Quinto & vltimo infertur.

Poſtremo adde,quòd iniuſte arreſtatus poteſt in alia lite contra arreſtantem excipere,ſi in teſtem producatur,quòd ſit eius inimicus:quia detineri faciens aliquem in aliquo loco,aut in vinculis, cenſetur cum eo inimicitias contraxiſſe.Bal.ad l.in ipſius,2.no.C.famil.erciſcun.& ad l.ignorat.C.de exhib.Felin.ad cap. cum oportet,de accuſ.Hippol.conſi.26.non multo aliter quam is,qui aut bona alterius tollit,aut domo aliũ expellit,c.idem quis,de reſtit.ſpoliat.Marcus Anton. ad.l.fin.nu.97.cum ſeq.ff.de quæſt.

## Arreſtanti reſiſtens,eundemque verberans,quo pacto puniatur. Cap.25.

### *ARGVMENTA.*

1 *Reſiſtere apparitori an liceat.*
2 *Iniuria facta apparitori,cenſetur Principi & Iudici facta.*
3 *Reſiſtentis apparitori violenter,quæ ſit pœna.*
4 *Apparitori dicenti ſe percuſſum eſſe,an credatur.*
5 *Apparitor an poſsit debitorem reſiſtentem occidere,ſicut poteſt creditor.*

QVEMADMODVM iniuſta arreſtatio neque culpa,neque pœna caret: ita & is qui legitime arreſtatur, reſiſtere non debet. Et ſicut iniuſte ac perperam arreſtati vel detenti magna eſt excuſatio: ita legitimæ detentioni ſeſe opponentis, nulla iuſta defenſio eſ-
1 ſe poteſt. Ideoque ſi is qui arreſtatur,auſu temerario vel verberibus excipiat,vel iniuria aliqua alia afficiat apparitorem aut Seruientem munus ſuum exequenté,
2 vtique hæc vis & iniuria Principi atque Iudici illata cenſebitur.Bar.ad l.iniuria,§.j.ad l.item apud Labeonem,§.item,ad leg.lex Cornelia,ff. de iniur. Paris de Puteo in tract.ad Syndic.ad verbum,Familiaris. capi. 3.nu.11.refertque Guido Papæ,deciſ.557.incip. aliquis verberat &c.eos qui ſic apparitoribus reſiſtunt,& vim illis adferunt,in Gallia aut capite,aut certe manus il-
3 lius amputatione, qua facinus admiſſum fuit, puniri.Bart.vero ad leg. ſi quis,§.ſi quos,ff.de pœn.& hunc cæteri ſecuti interpretes ad l.j.Cod.ne quis in ſua cau. pœnam arbitrio iudicis huic delicto ſtatuendam eſſe arbitrantur, etiam aduerſus eum qui ipſius illius Iudicis apparitorem læſit, nulla ſcilicet familiaritatis, domeſticitatis, vel fauoris exceptione hac in re ſuffragante.Porro autem, an plena fides adhibenda ſit viatori aſſerenti ſe percuſſum eſſe à debitore, & aliter nõ
4 probanti, quæritur. Et quidem communiore calculo probatam video negatiuam partem.Anton .Imol.Panor.Philipp.Franc.ad ca. cum parati,de appellat. Pet. Iacobi in ſua praxi,tit.de conſtit.pecu.Caſtren. conſi. 165.incip.viſis & ponderatis.libro ſecundo.Cardin.ad clement.j.8.quæſtio.de dolo & contumac.Angel.ad §. quadrupli,inſtitut.de act. Guido Papæ ſingul.409.Iaſon ad l.properandum,§.& ſi quidem,col.2.verſic. adde.Codic.de iudic.Imola ad l.ſi finita,§.ſi plures,ff.de dam.infec.Stephan.Bertrandi conſilio.149.incip.quoniam,col.j.lib.j.Matthæus de Afflic. ad conſtitut.reg. Sicil.incip.in ciuilibus,in 2.notat.Tiraqu.de vtroque retrac.§.8.gloſſ.9. numer.14. Quia factum hoc non eſt inter ea quæ officio ipſius cõnexa ſunt,neque ad illud pertinet,ſeu priuatum eſt tantum,vt aiunt. Corneus conſilio.79.lib.3.Ripa ad ca.j.de iudic. Bertran.conſil. 234.lib.3. Alex. ad l. ſciendum,ff.de verb. obl.Nicolaus de Milis in ſuo dictionario, ad verb. nuncius. Noluerunt enim maiores noſtri, hanc patere inimicitijs viam,vt quem quiſque odiſſet, eum teſtimonio proprio poſſet tollere. Ementiuntur enim ſæpe in eos quos oderunt. Cicero pro Font.l. omnibus, C. de teſtib. quanuis conſuetudinem huic iuris diſpoſitioni plurimum & vbique fere detraxiſſe fateantur. quod & Guido quæſt. 628. incip. non debet, & quæſt. 557. incipi. aliquis, probat. Et inter hos quoque ſunt qui exiſtimant, quòd etiam ex iure communi, in arbitriò iudicis poſitum atque collocatum eſt, cui potius credi debeat, apparitorne, an debitori. Ad cuius rei deciſionem, plurima ex circunſtantijs,rerumque ac perſonarum qualitatibus deſumi poſſũt,& non tam alienum ab officio eſt hoc factum, quam vulgo exiſtimatur,quippe quod ratione officij fiat hæc iniuria, adeoque etiam ad Principem atque Iudicem pertineat.
5 Quid igitur ſi reſiſtentem & vim inferentem, vel etiam adiecta violentia paulatim fugientem, apparitor interimat? Amadeus Iuſtinus in tractat. de Sindica. in præfatione. numero. 100. verſiculo. ſed pone, miles. Cyn. ad l. final. C. de requirend. reis. cum alijs multis reſpondent, factum apparitoris eſſe impunitum: cauendum tamen monent, ne Iudices, vel Seruientes ad eiuſmodi facta facile decurrant, quod ea res non raro ciuium animos commouerit, & ex ſtulta quadam atque imprudenti miſericordia, plebem parum aut nihil per ſe intelligentem, ad ſeditionem concitauerit. Quod amplius eſt, exiſtimant omnes licere etiam creditori debitorem inſequenti,



eundem debitorem reſiſtentem, vim inferentem aut telo ſe defendentem,ſi aliter eum aſſequi non poſsit, occidere.Hippol.ad l.j.in princip.nu.101.ff.ad l.Cor. de ſicar.Salice.ad l.Si vt allegas,C.illo titu.quod & ad procuratorem quoque creditoris ibi extendit Baldus. Sed cum Deus tanta grauitate nobis ob oculos poſuit hoc præceptum,Non occides,non facile ad iſtiuſmodi ſubſidia deflectamus.

## De his qui arreſtatos eximũt, aut in præiudiciũ creditorum occultant. Cap.26.

### *ARGVMENTA.*

1 *Debitorem eximens,debitum eius creditori arreſtanti ſoluere cogitur.*
2 *Conſulens debitori vt fugiat,an tenetur.*
3 *Occultans debitorem alienum,quomodo obligetur.*
4 *Creditores vtrum agere poſsint contra dominũ domus,in qua eſt debitor,vt exhibeatur.*

SED quoniã nõ ſolũ ipſi debitores,qui reſiſtũt apparitori & iuſtitiæ,hoc ſuo tã temerario facto creditori ſuo præiudicant,verũ etiã & hi qui eis ſubſidiũ,opé,conſiliũ vel auxiliũ præbent, quo facilius elabãtur, & ſine quibus diu latere nõ poſſent malo publico,arg.l.j.ff.de recep. fur.pauca quædã,quaten[9] præſentis materiæ ratio poſtulat etiã de his in mediũ mihi adferenda videntur.

Principio itaque, is qui carceri mancipandum,aut incluſum, arreſtatum vel detentum è manibus familiæ,Prætoris, apparitoris, ſeu etiam carcere & vinculis eximit, ſuccedaneum facit debito, eius, qui ſic elapſus eſt, eodéque modo creditori, ad cuius poſtulationem detentus ſeu arreſtatus fuerat, omne æs alienum ſoluere cogitur, atque ſi fideiuſſorio nomine ſe pro eodem ante obligaſſet, l,quoties, C. de extract tribut. lib. 10. Quoties(inquit Conſtantinus)quis & priuati debitor inuenitur,& fiſci: abreptus ab vno officio, teneatur ad vniuerſi debiti ſolutioné. Qui eum abſtulerit, coerceatur, ac totius ſummæ exactionem in ſe ſuſcipiat, qui eundem auellendum ſubtrahendumque crediderit,Accurſius quidé ad legis illius explicationem videtur exiſtimare, quod fauore fiſci hic aliquid conſtitutum videatur: ſed communis ſententia eſt hæc, quod ſicut textus ipſe de debitore priuati loquitur, ita etiam de ea intelligatur, Bald. ad l. addictos circa fi.C. de epiſcop.audien.Io. Fab.& alij,ad §. Item aduerſus,Inſtit.de act.Bar. Ang. Caſtré. ad l. ſed eximendi, §.j.ff.ne quis eum qui. Iaſon ad l. j. §. is videtur,ff.ſi quis ius dicenti non obtemp.nihilq; æquius eſſe aut dici poſſet,quam quod is in obligationé incidat,debitumque ſoluat,qui vt alter ab obligatione de facto eximeretur, & creditor debito ſpoliaretur, operam dedit, etiamſi poſtquam exemiſſet eum, in poteſtatem illius creditoris rurſum reduceret. Nam per talem reductionem eximens non cenſetur liberatus obligatione, quam eximendo contraxit, cum ex hoc tam improbo facto ſemel aduerſus ipſum ius creditori quæſitum fuerit,coniunctaque eſt eius obligatio priori. Boerius quæſt.217. num. 12. Ang. ad d. l.quoties, ſalic. ad l. in bonæ fidei, num. 16. verſ. tene tamen menti C.de reb.credit.Iaſon ad d.§.16.videtur.Romanus ad l.admonendi,ff.de iureiurand.à quibus omnibus tamen ad §.pœnales.nume.49.Inſtit.de act.recedit Gomeſius,ea potiſsimum ratione, quòd per præſentiam debitoris res reducitur ad priſtinum ſtatum. l.quanuis,ff.de in ius vocand.l.hoc edicto,ff.alien.iudic.mut.cauſ.fact.Quæ Gomeſij ratio non ſatis firma & generalis eſt.quippe quòd ipſe debitor forte non tam ſit ſoluendo, quam is, qui eum exemit: adeóque intereſſe poteſt creditoris, etiam ipſum eximentem obligatum eſſe. quod in ſpecie non multum abſimili reſpondet Caſtrenſ.ad leg.Stichum,§.ſi mandato,ff. de fideiuſſor. Sed & Vlpianus: In eum,inquit,qui vi exemit, in factum iudicium datur, quo non id continetur, quod in veritate eſt, ſed quanti ea res eſt ab actore æſtimata,de qua controuerſia eſt,l.ſi per alium, §.fin.ff.ne quis eum qui.Quibus verbis,refutatis aliorum opinionibus,exiſtimat inter alios, Phanutius in tractat.de in lit.iur.par.j.c.4.num.5.verſic. reiecto itaque &c. iuramentum permitti atque deferri creditori, de eo quod putauerit ſua intereſſe, debitorem exemptum non fuiſſe. Quinimmo,inquit,non videtur conueniens, quod eximens poſſit excipere, quod exemptus nihil deberet creditori prætenſo,per regulam iuris, quod de iure tertij nemini excipere licet, l. loci corpus,§.competit,ff.ſi ſeruit.vendic.& latius Baldus ad l.cum ſeruum,C.de ſer.fug.Soc.conſi.88.lib.4.tanto minus eius rei diſquiſitio ad ipſum pertinebat, an creditor calumnioſe arreſtaret vel non. Quid enim ſi arreſtatus,ex qua cauſa arreſtatus eſt, debitor non ſit, ex ſuperuenienti tamé cauſa iuſta & vera,iuxta ea quæ ſuperius diximus,ſiſti,detineri,recommendari & arreſtari poſſit?

Eadem quoque videtur eſſe ratio eorum, qui ſcientes prudenteſque faciunt fugere eum debitorem, quẽ alioqui creditor ſiſtere & arreſtare potuiſſet, vel quia hoc futurum ſignificant vt arreſtetur, vel vt fugiat & creditorem fallat, equos ſuos commodato concedũt, Anch.conſilio 340.num.6.incipi.viſo themate.Ioann. de Anan.conſilio 55.incip.quia dubia,numero.4. Curtius ad leg. admonendi,numero.102.ff. de iureiurand. Iaſon ad leg.prim.§.quod prætor, ff. quis eum. & omnium latiſſime apertiſſimeque Hippol. de Marſ. ſingul.137.incip.In iure clarum eſt &cæter. Beneuutus in tract.de decoct.capit.incip.circa propoſitam,num.23. & 25.Boerius quæſtio.215.quia qui cauſam damni dat, damnum dediſſe videtur,l.nihil intereſt,ff. ad l. Cornel. de Sicar. Qua ratione & Vlpianus, ad l.j.§.j.ff.de eo per quem fac. erit. actionem in factum ad id quod intereſt,aduerſus eum concedit, cuius cauſa factum eſt,quo minus iudicio ſiſtat.Et rurſum, Si compeditum ſeruum meum,vt fugeret,ſolueris, inquit, an de dolo actio danda ſit?Et ait Quintus Mutius apud eum notans,ſi non miſericordia ductus feciſti, furti teneris: ſi miſericordia, in factum actionem dari debere. l.& eleganter,§.Item Labeo, ff. de dolo mal. Ad cuius quidem reſponſi interpretationem notat Baldus, quòd miſericordia motus excuſat à dolo,ſed non impedit quo minus is qui fugæ author eſt obligetur ac teneatur: quia hæc miſericordia in aliorum præiudicium tendens, non eſt regulata ſecundum limites rationis:quippe quòd dum per fugam vni conſuluit quod ſoluere debuiſſet,alteri qui iuſtum debitum amittit,maiore iniquitate & inæqualitate damnum infert. Ideóque quanuis multi ſint,qui exiſtimarent oppido durum eſſe,quòd quis ex ſola perſuaſione conſilioque & auxilio fugæ ad æris alieni exolutionem teneretur:ſi quis tamen in ipſam rationem quæ conſultos mouit,altius intueri velit,facile intelliget omnia hæc æquitati atque rationi naturali eſſe conſentanea, & quidem potiſsimum inter mercatores,quibus ſi male ceciderit fortunæ alea,quid reliquum eſt,niſi vt bis fiant miſeri,& quòd re ſperata fruſtrati ſunt, & quòd tãtum irriti laboris exhauſtum,non ſine dolore meminerunt? Quo etiam pertinent vulgatæ iuris regulæ de fraudulento conſilio, de perſuaſione fugæ, & reliquis multis ſimilibus huc pertinentibus.capit.nullus ex conſilio,de regulis iur.l.conſilij, ff.eodem titulo.l.prima §.perſuadere,ff.de ſeruo corrupt.l.prima & ibi doctor.Cod.de ſeruis fugitiu. Et quanuis aliqua ratione excuſari poſſet, qui homini crimen capitale

committenti conſulit vt confugiat in locum ſacrum, qua de re diſputant Interpretes, quòd plerunqne tandem Deus & Iudex repperit innocẽtes: tamen quia hic agitur de particulari damno creditoris, qui forte nunquam debitum ſuum aſſequetur iam elapſo debitore, æquum eſt, vt iſte author fugę in periculum omne ſuccedat, ſi non debitor ipſe iam fugæ accinctus fuerat, iuxta not. per doctor. ad d. l. conſilij. Pulchre Bal. conſil. 222. incip. In quæſt. D. Milani, lib. 3.

Eodem etiam loco eſſe exiſtimant eos, qui debitorem iamiam ſiſtendum & arreſtandum occultant, vt tandem elabatur. Iaſon ad §. pœnales, Inſtit. de act. nume. 103. Salice. ad l. fina. C. de oper. libert. quippe quòd vbique eadem eſt ratio. Et in ſimili, ſi quis ſeruum fiſcalem putauerit occultandum (inquit Impera.) nõ ſolum eum reſtituere, ſed etiam duodecim libras argenti pœnę nomine fiſci iuribus dependente compellitur, l. penultim. C. de ſeru. fugitiu. Et quicunque ſeruũ fugitiuũ in domo vel agro inſcio domino receperit, eum cum alio pari, vel 20. ſolidis reddit, l. quicunque. eodem titu. Apertius vero in l. fin. Cod. de oper. libert. textus ait, eum qui alienum libertum occultat, loco ipſius ad operarum præſtationem teneri. Et alibi conſtituit Archadius, eos qui aliorum perſonas cum detrimento aliorum occultant, ad quadruplum teneri, l. tertia Cod. de Aſſeſſor. Quibus conſtitutionibus motus Zaſius, eandem quæſtionem ad dict. §. pœnales, numero 33. pertractans ait: Sed quæras, ſi aliquis occultat debitores meos, ne poſsim eos conuenire, id quod ſæpe contingit, an iſte receptator vel occultator teneatur edicto, Ne quis eum &c. Baldus ad l. fina. C. de operis libert. putat eum obligari ad totum debitum qui debitorem occultat, quantũs tandem in eo ſubſiſtat, & nihil affirmet. Iaſon putat, quod mihi plus placet, quòd eiuſmodi occultatores teneantur edicto, Ne quis eum &c. quia ſatis dicuntur eximere, qui creditores fruſtrantur, morantur, vel eis facultatem agendi auferunt, dicta l. ſed eximendi, ſecundo reſpõ. Hæc ille. Iaſonis vero verba ſunt hæc: forte non eſſe ponere os in cælum, tenere quod in quæſtione ſupra formata, contra illum competat actio in factũ ex edicto, Ne quis eum qui &c. propter generalitatem verbi, eximere, ſecundum quod declarat text. in dicta l. ſed eximendi. in princip. iuncto §. Prætor ait. vel quòd ſaltem, quia non interuenit vis, ſed tantum dolus, competat actio in factum ex edicto, De eo per quem fact. & contra Baldum in dicta l. final. quòd immò teneatur ſoluere, tenet & forte melius ibi Salicetus. Crederem etiam quod iſto caſu prouideatur creditori, mediante titu. Si quis ius dicen. hoc modo, quia iudex Pręcipiet illi occultanti, ne impediat executionem, & ſi comtemnoret preceptum, poſſet Iudex procedere ad mulctas & alia remedia, quæ ad l. j. dict. titul, Si quis ius dicen. notari ſolent. Hactenus Iaſon Baldi ſententiam dicitur Innocen. ad c. Paſtoralis, de offic. deleg. & Seuer. in tract. de debit. ſuſpec. quæſt. 10. Hippol. ſingul. 43. incip. debitor, in fin. propterea quod omnia iura ſuperius adducta, loquũtur in caſu ſuo ſpeciali. Primo ſcilicet in debitore tributorum, l. quoties, C. de extract. tribut. Secundo quando quis debitorem vi eximit, l. penultim. ff. ne quis eum. Tertio, quando quis impedit reum vel actorem venire ad iudicium, l. fin. ff. de eo per quem fact. Cum igitur in his caſibus ſit ſpeciale, & ſpecialiter prouiſum, ſequitur quod in contrarium eſt ius commune l. ius ſingulare, ff. de legib. Tum vero nemo cogitur prodere ſecretum, l. idem, §. ſi tibi iudicium, ff. de cõdict. ob turp. cauſ. adeoque cum ſemel debitorem occultare cœpit, fidemque ei dedit, quod eum non indicabit, turpe eſſet fidem fallere, l. j. ff. de pact. quæ etiã hoſti ſeruanda eſt, c. noli. 23. quæſt. 1. putantque plerique, titul. ff. de recept. in ciuilibus cauſis locum non habere, vt refert Beneuutus dict. loco, num. 28. verſicu. extra quæro. Cæterum hæ rationes non ſunt ſatis firmæ, vt communem opinionem conuellant: quia vbicunque ratio legis eſt amplior vel generalior dicto ſeu diſpoſito, tunc ad amplitudinem rationis extenditur ipſa diſpoſitio l. regula, §. fi. & ibi Bart. & Bald. ff. de Iur. & fac. ignorant. l. 2. §. ſi mater, ff. ad Tertull. præcipue quia intereſt publice, ne iſti debitores & fraudatores ſic elabantur. In fauorem autem publicum etiam pœnalis diſpoſitio ex identitate rationis extenditur, ſicut & in multis aliis caſibus huc pertinentibus, quos ad locum à ratio. leg. Larg. ſeu ampla, notat Nicolaus Euerardi. Et quamuis regulariter nemo ſecretum prodere cogatur, non tamen ideo in necem aliorum eiuſmodi debitorem occultare & executionem impedire poteſt. Nam ſicut aliud eſt, non accuſare reum & occultare reum: ita aliud eſt non prodere debitorem, & occultare debitorem. Edictum vero de receptatoribus, non habere locum in cauſis ciuilibus, non eſt mirum, cum plerunque corporalem pœnam, aut certe aliam huic non admodum diſſimilem inferat, ad quam nec ipſe quidem debitor eſt obligatus. In eo ſane conuenit cum hac noſtra materia, quod ſicut vxor recipiens & occultans maritum crimino ſum non tenetur, teſte Angel. in tractat. malefic. ad verbum; dicto maleficio, numer. 25. Specul. de donatio. inter virum & vxorem, §. final. ita quoque nec hoc caſu obligabitur, ſi occultet virum debitorem. Cæterum, an in reliquis amicis atque conſanguineis illud admittendum ſit, dubito. Nam vbi eſt metus mortis, naturalis ratio monet, ac veluti vrget atque impellit, inuitoſque propemodum eo trahit, vt conſanguineorum ſaluti, id eſt, noſtro ſanguini conſulamus, quæ quidem ratio in hac cauſa non adeo militare videtur. Qua tamen in re, animi pendeo atque ſubſiſto. Tu Tiraqu. de temp. pœn. cauſa, 20. 21. & 22. vide. In eo conueniunt omnes, quod ſi debitor alia bona habet in quæ miſſio fieri poteſt, non compelli occultatorem vt debitorem exhibeat: verum ſi bona debitoris non ſufficerent, de dolo vel iniuriarum actione agi poſſe. quam ſententiam etiam Boerius deciſione 174. cum Beneuuto dicto loco probat. lateque & eleganter de ea ſingu. ſuo 17. incip. diligenter nota, diſputat Petrus Gerardi de Petra. Nam ſi ſimpliciter ad exhibendum debitorem tenetur citra diſtinctionem & moderationem, fruſtra inducta eſſet iuris diſpoſitio, & multarum ciuitatum conſuetudo ſeu vſus, quod ob ciuile debitum nemo ex domo ſua vel aliena (ut latius ſuperius dictum fuit) inuitus extrahi poteſt, l. plerique. ff. de in ius vocan. Porro autem de his qui violenter & nobis inuitis apud nos latitãt, nulla eſt dubitatio. Bal. ad l. in delictis, ff. de no-
1 xal. quia propoſitum & animus maleficia diſtinguunt, l. j. ff. de Sicar.

## Debitore fugiente, quo pacto Commentarienſis ſeu Cuſtos carceris teneatur. C. 27.

### ARGVMENTA.

1 *Debitor frangens arreſtum, compelli poteſt redire.*
2 *Cuſtos carceris eſt velut depoſitarius.*
3 *Cuſtos tenetur de negligentia.*
4 *Cuſtos, ſi debitor fugit, tenetur debitum ſoluere.*
5 *Cuſtos carceris tenetur de facto ſuorum.*
6 *Cuſtos carceris quando excuſetur.*
7 *Cuſtos carceris an teneatur, ſi debitor cum adultero cuſtode fugit.*

8 *Magna*



MAGNA quidem ignauia eſt apparitorũ, qui vel nõ diligẽter inſequũtur debitorẽ antequam elabi & occultari poſsit, vel nõ ſatis caute ducunt, ne vi aut dolo eximatur. Sed multo maior culpa atque infamia eſt, ſi iam carceri aut vinculis mãcipatum effugere ſinãt: quippe quòd facilius eſt, iam captum atque comprænhenſum cuſtodire, quam nõdum ductũ præhendere & detinere. Vnde & de his aliquid etiam nos dicere conuenit. Nam de ipſo debitore fugiente ſatis ſuperius diximus, quòd etiam per propriũ Iudicem, in cuius territorio exiſtit & domicilium fouet, cogi poteſt vt ad locum arreſti redeat, deciſi. cap.
1 Tolo. 422. quod arbitrio Iudicis, cuius arreſtũ fregit, puniatur, l. fi. ff. de effract. quod arctiore cuſtodia detineatur. Io. de Ana. conſi. 55. nu. 13. Romanus ad l. lex Cornelia, ff. ad Sylla. & alia multa ſimilia, quæ hoc loco iterum repetere non expedit. Cæterũ ad ipſos Cõ-
2 mentarienſes quod attinet, cum loco depoſitariorũ habeantur, vt ait Chaſſan. conſil. 42. ſalariumque pro cuſtodia recipiãt, de periculo & omni culpa atque negligentia tenentur, l. qui mercedem, l. videamus, & vtrobique gl. ff. locat. Bar. & alij, ad l. cum qui, §. epiſto-
3 lam, ff. de furt. ideóque Iulius Paulus Carceri præpoſitus (inquit) ſi precio corruptus ſine vinculis agere cuſtodiam, vel ferrum in carcerem immitti paſſus eſt, officio Iudicis puniendus eſt. Si neſcit, ob negligentiam remouẽdus eſt ab officio. Qua ratione Bal. conſ. 177. incip. in iſta captura, lib. 2. Iaſon cõſ. 27. lib. 3. ad ſubiectã materiam eleganter admodũ reſponderunt, cõmentarienſem ſeu cuſtodem carceris, ſi negligenter verſatus
4 ſit, & reus vel debitor elapſus ſit, non ſolum ad exolutionem debiti à creditore compelli, vt l. 3. C. de exact. tribut. libr. 10. l. eum pro quo, ff. de in ius vocand. verum etiam ad præſtationem eius quod intereſt, teneri. Ioan. de Anan. concil. 55. incip. quia dubia, ad fin. Bald. ad c. j. in 5. col. de offic. deleg. & in ca. dilectis, col. de appell. Salic. ad le. in bonę fidei, C. de reb. cred. quia eos cuſtodiendos, in fidem ſuam ſuorumque recepit. Vnde etiam ſi non principaliter & direct. per eius negligentiam debitor elapſus eſt, ſed ſuorum quibus cuſtodiam illius mandauit, æque & ipſe, & fideiuſſor ipſius tenetur. Bald. concili. 40. ſeq. libro. 1. Floria. ad leg. ſi fornicarius, ff. ad leg. Aquil. Oldrad. conſil. 84. incip.
5 Quidam dixit, argu. l. qui tamen non idoneum, ff. commo. §. penult. inſtit. de obligat. quæ ex quaſi delict. quia, explorare eum oportuit, cuius fidei atque innocentiæ eſſent, l. fi. § ſeruorum, ff. naut. caupo. ſtabul. l. j. §. ſi quis igitur, eod. tit. Quod tamen ita intelligit idem Oldradus conſil. 92. incipi. Rex habet caſtrum &c, & Oldradum ſecutus Paris de puteo, in tract. de Sindic. ad ver. Carcer. cap. 5. numero. 4. niſi illi carcerem commiſiſſet cuius fides & diligentia tempore commiſsionis & mãdati omnibus cognita atque ſpectata fuiſſet. argumẽ. l. j. §. ſi magiſtratus, ff. de magiſt. conuen. l. litis, §. ſi pecuniam, ff. de neg. geſt. le. 3. §. ſi eo tempore, ff. de admi. rer. ad ciuit. pertinent. l. argentum. ff. commod. Et quãuis generaliter præſumatur pro quolibet officiali, leg. j. Cod. de ſuſcept. lib. 10. adeo quod alleganti eius culpam, incumbat onus probandi, le. 2. ff. de probat. Bart. ad le. ſi quis argentum, §. fi. ff. de eden. illud tamen locum non habet, quando aliquid factum eſt contra naturam officij, vt hic, Alciat. reg. 3. preſump. cap. 15. num. 4. verſi. fallit etiam. Et ideo, inquit, ſi carceratus euadit, lex præſumit contra cuſtodem, leg. fina. de cuſtod. reor. l. diuus, ff. de offic. præſidis, nec preſumitur quod ferrum & ſimilia poſſunt in carcerem deferri ſine culpa & negligentia cuſtodis, d. l. carceri in fi. & ideo merito tenetur creditori ad id quod intereſt, Aret. conſil. 38. incipi. conſultiſsime domine &c. etiamſi debitor per funes aut ex aliquo loco, altiore ſe demiſiſſet, d. l. fin. in verbo, vel ſe præcipitauerit: licet alio iure vtamur ſi vel ſub terra foſsis actiſque cuniculis, vel alio
6 aliquo loco adſcondito, & quo minime expectari debuiſſet talis caſus, effugit. Amadæus in tract. de Sind. num. 99. incip. item parcitur cuſtodi &c. Pari ratione, ſi plures debitores facta conſpiratione vim Commentarienſi adferant, & ſic ruptis compedibus fugiant, nulla eius culpa erit. Paris d. loco, cap. 3. incip. An ſi in plures. Et in ſumma, ſi adhibuit omnem diligentiam ſecundum qualitatem rerum & perſonarum, de caſu fortuito, vi, & his quæ præuideri communiter non poſſunt, minime tenetur, vt not. ad d. l. ſi negocia, ff. de neg. geſt. l. ſi vt certo, §. nunc videndum, ff. commod. late Thomaſius Gram. voto 29. incip. Summi opificis, numer. 7. Paris d. loco, numer. 6. & Anchor. conſil. 340. In eo mihi videntur conuenire omnes, quod ſi conſtabat debitorem arreſtatum vere debitorem non eſſe, neque ex alia cauſa detineri poſſe, non teneri Cõmentarienſem, ſi is qui erat arreſtatus, fugiat. Ange. ad l. ſi quis ſub conditione, §. fi. ff. de condit. inſtitut. Bart. & alij ad l. ſi pecunia, §. ſed ſi acceperit, ff. de condict. ob cauſ. Sed & Paris d. cap. 5. nu. 4. col. 4. ait, quod ſi carceratus impetraſſet literas ceſſionis bonorum à Principe, cum mandato, quod cedendo bonis liberaretur, & aufugeret negligentia apparitoris antequam Iudex decerneret ipſum eſſe admittendum ad ceſſionem bonorum, vel non admittendum, ſolum tenebitur apparitor ille ad id quod intereſt, non ad totum debitum, ſi notorium erat, ipſum debitorem non eſſe ſoluendo. Ego quidem hæc locum habere poſſe aliquo modo admiſerim reſpectu creditoris. Interim ve-
7 ro negligentiam ipſius, quæ in hoc vno facto admiſſa, in aliis ſimilibus aut maioribus negociis periculoſa atque pernicioſa reipublic. eſſe poſſet, vel remotione ab officio, vel aliter arbitrio Iudicis coercendam atque puniendam eſſe arbitror. d. l. carceri. Sane ſi plures cuſtodes extiterint, & vnus cum ipſo debitore aufugiat, alter non tenebitur, qui illum caſum veriſimiliter præuidere non potuit, leg. final. §. interdum, ff. de cuſto. reor. Bald. ad leg. filio, §. eius. ff. de iniuſt. & irrit. teſta. Qua de re plura apud Boerium, quæſt. 216. Videre licet.

## Debitor arreſtatus quomodo ali atque tractari debeat. Cap. 28.

### ARGVMENTA.

1 *Carcer deputatus eſt ad cuſtodiam, non ad pœnam.*
2 *Carcer in quo eſt frigus & fames, cenſetur tortura.*
3 *Captus præſumitur mortuus culpa cuſtodis.*
4 *Capto debitori alimenta & lecti dari debent.*
5 *Debitor arreſtatus, à quo ſit alendus.*

QVONIAM vero, vt Vlpianus ait carcer ad cõtinẽdos homines, non ad puniẽdos haberi debet, l. aut dãnũ, §. ſolẽt, ff. de pœn. cauere debet Cõmentariẽſis, ne acerbitas adſit, ſed permaneat, debitor tãtum ſub fida cuſtodia. Nec ſedis intimæ tenebras pati debebit incluſus, ſed vſurpata luce vegetari, id eſt, ſubleuari, l. j. C. de cuſto. reor. Qua ratione Honorius Imper. etiam illud ad iudicis officium imprimis pertinere arbitrat⁹ eſt, vt de cuſtodia captiuos ſubinde interroget, ne his humanitas clauſis per corruptos carceris cuſtodes negetur, l. Iudices, C. de epiſ. aud, quia incarceratio in qua eſt fames & ſitis, ve-
2 rius tortura appellatur. Bart. ad l. j. §. diuus, ff. ad Sylla. Et ſi, vt Licinius Ruffinus IC. ait, qui victum vel ſtratum inferri in carcerem iudicato nõ patitur, vtili pœnali vel iniuriarum actione conueniri poteſt, l. ſi

victum,ff.de re iudica.quanto magis iniuriarum tene
tur Commentarienſis,qui victum aut lectos denegat
debitori?Docto.ibi,& Hennig.Goddem conſi.103.nu-
me.14.& 15.Quòd ſi reperiatur debitor in carcere mor
tuus,lex præſumit culpam cuſtodis,niſi probet eum a-
liter periiſſe,l.fi.ff.de cuſtod.reo.Alciatus regu.3.præ-
ſump.cap.15.numer.4.gloſ.ſing.in l.cum ita legatur,§.
ſpecies,ff.de legat,2.l.cum fili.§.j.ff.de legat.j.Paris in
4 tracta.de Synd.ad verb.tortus,cap.3.num.15 Porro au
tem cuius impenſis hic debitor arreſtatus ali & tracta
ri debeat,quæſitum eſſe ſcio.Et quòd ipſe ſibi ſubmini
ſtrare expenſas debeat, communiore calculo proba-
tum eſt.Paris de Puteo,in tracta. de Syndica.ad verb.
carcer,cap.quar.incipien.an carceratus.qui allegat l.
quemadmodum,ff.ad l.Aquil.& §.ſed vnum, in auth.
vt cum de appell.cognoſ.cum ca.ne religioſi.extra.de
regul.Felin.ad cap.j.de libel.oblat.& ad cap.ex reſcri-
5 pto,in fin.de iureiuran.Quòd ſi vero inops & pauper
ſit,vt alere ſe non poſsit,creditoris officio incumbit,
vt & alimenta & reliqua vitę ſubſidia porrigat arreſta
to,gloſſ.ad l.fin.C.de erog.milit.annon.Ange.ad l.mi
nime,C.de appellat.quod & Guido Papæ,quæſtio 211.
incipien.debitor non poteſt.verſi. Sed quid ſi debitor
&c.vſu probatum eſſe refert.Vnde ſolent cauti appa-
ritores non prius curam & cuſtodiam debitoris in ſe
recipere,quam à creditore expenſarum iſtarum refu-
ſionem eſſent ſtipulati.Ex quo etiam facile intelligi-
mus,nõ ſemper ſatis conſultant eſſe arreſtationẽ,quæ
ſi in perſonam inopis debitoris facta eſt,cuius inopia
omnem actionem excludit,l.nam & is,ff.de dolo,cap.
olim,de reſtitut.ſpolia.duplici damno creditor affici-
tur,vt qui neque id quod ſibi debitum eſt acquirit, ne
que expenſas vnquam recuperat,& meliore precio,ma
ioréque voluptate,aues domeſticas vel canes venati-
cos domi aluiſſet.Boerius vero quæſt.302.nu.2.exiſti-
mat,ꝙ debitor ex eleemoſynis alendus eſt ſine pericu
lo creditoris,niſi aliter inter creditorem & Commen
tarienſem conuenit.

## Contractus cũ arreſtato factus,an infirmari poſsit. Cap.29.

### ARGVMENTA.

1 *Arreſtati & eius qui captus eſt,eadem eſt ratio.*
2 *In vinculis eſſe quis dicatur.*
3 *Captus,vt contrahat,an ſufficiat deductum eſſe extra carcerem in domum alicuius ciuis.*
4 *Datio in ſolutum ab arreſtato facta,an valeat.*
5 *Præſumitur actus coram Iudice factus,ſpõte factus.*
6 *Qui ſuo iure vtitur,nulli facit iniuriam.*

EX his autem quæ dicta ſunt,ea quo-
que nata eſt quæſt.Vtrum contract.
cũm arreſtato vel carcerato debito
re initus,iure ſubſiſtat,nullóq; mo-
do infirmari poſsit?Nã cũ ſæpe fla-
gitioſi ac improbi cuſtodes,durius,
quã par eſt,excipiant arreſtatos: iu-
ſtus videtur eſſe metus,quo inducantur ad promitten
dum.Quòd autem eadem ſit ratio incarcerati & arre-
ſtati,aſſerit Guido Papæ,q.253.his verbis:Si quis dedit
fideiuſſores de tenendo arreſtum,vel de non receden-
do ab arreſto,& iurauit non recedere,an cẽſeatur car
ceratus,& in vinculis detentus?Credo quòd ſic,& pro
eo videtur text.notabilis ad l.in eadem,§.in vinculis,
2 iuncta glo.fi.& l.necnõ,ff.ex quibus cauſ.maio.In vin
culis autem etiam eos accipimus,qui ita alligati ſunt,
vt ſine dedecore in publico apparere non poſsint. Et
hæc ſunt ſingularia & attendẽda:quia hinc apparet,ꝙ
contractus factus per talem arreſtatum, non ſubſiſtit
viribus: Et ideo anno 1459.die tertia menſis Nouem-
bris, curia Parlamenti reuocauit quandam compoſi-
tionem factam per quendam de Roybonne per ca-
ſtellanum Briſiacij, licet ille dictam compoſitiooem
ratificauerit poſtea extra carceres, ipſe tamen adhuc
exiſtens in arreſto. Hactenus ille.Illud vero,an con-
tractus cum incarcerato initus, validus ſit, apertius
notant interpretes ad leg. qui carcerem,ff.quod met.
cauſa.Quo loco Bart.& hunc eleganti conſi.64. incip.
caſus ſuper quo, ſecutus D.Præſes Nicolaus Euerar-
di,ait, promiſſionem factam in carcere, vel ipſi deti-
nenti, vel participanti cum eo,nihil valere, non au-
tem annullandam eſſe: quia regula, quod geſta per
metũ non teneant,& ſint reſcindenda,hic locum non
habet.Panor ad c.abbas.in 12.fallen. Quod met.cauſ.
quod & ad dationem in ſolutum extendunt, Calca-
neus conſilio 112.col.2.Aret,ad leg.qui à latronibus,ff.
de teſtamen.Alexand.conſil.241.lib.6.Felin.ad capitu.
fin.de treug. Hippol.conſilio 52.adeo vt idem Aret.
conſilio 14. exiſtimauerit illiuſmodi in ſolutum da-
tionem aut contractum, ipſo iure eſſe nullum. Alij
tamen eum exiſtimant valere ipſo iure, quando ini-
tus nõn fuit in vtilitatem incarcerati, ſed quod per
edictum,Quod metus cauſa,reſcindi poteſt.qua de re
latius Ioann.Neuizanus conſilio 52.nume.46.verſicul.
Secundum principale dubium, cum multis ſequent.
agit, aſſerens nullam hic requiri proteſtationem, ex
3 quo ſemper metus carceris durat.Decius conſilio.356.
Præpo. in ca.j.quo tempore miles. Iaſon ad leg.qui in
aliena,§.interdum.ff.de acquirend.hæredi. etiamſi ad
promiſſionem illam abſoluendam, in domum alicu-
ius ciuis à vinculis veluti remotam & liberam, eſſet
deductus,ſecundum eundem Neuiza.ibi. Quia dum
adhuc eſt ſub cuſtodia,non eſt in plena libertate,cum
non ob aliam cauſam ad illam domum ductus fue-
rit, quam ne poſtea diceret quod in carceribus con-
traxiſſet.Fabianus in tract. de empt. & vend. quæſtio.
13.in 3. & 4.principali. Porro autem Albericus de Ro-
ſate,ſummus pragmaticus,quamuis ad d.leg.qui à la-
tronibus, hanc ſententiam ſecutus fuiſſe videatur,
quem ſequitur Angel. de Clauaſio, in ſua ſumma ad
verb.carceratus,num.5.tamen ad dict.l.qui carcerem,
vſu receptum eſſe ait, quod ſi debitor à creditore in
carcerem coniectus, ei dederit in ſolutum fundum
aliquem,valet datio,quãtumuis in carcere facta:quia,
inquit,forte nunquam alias carcerem exire poſſet. &
4 quod dict.leg.qui carcerem, loquitur de priuato car-
cere,nõ de publico,qui vtique eſt licitus & permiſſus
&per quem idcirco neque vis, neque metus inferri
dicitur. Quam Alberici ſententiam, Fulgoſio quoque
ibidem numer.2.placuiſſe video,dum,ait,communem
ſententiam eſſe veram in eo,qui iniuſte aliquem in car
cerem coniecit, non ſi legitime & recte, Quomodo &
Raphael Cumanus conſilio 68.incip.in præſenti, circa
medium.hunc contractnm valere exiſtimat, ſi libera-
tio & vtilitas aliqua debitoris appareat, & Baldus ad
Rubricam C.de reſcindenda venditio verſiculo item
requiritur quod ille ait,promiſſionem in carcere fa-
ctam non ſubſiſtere, niſi vtilis eſſet ipſi carcerato, pu-
ta(inquit)ſi tendat ad ipſius liberationem, non autem
expreſſe vel tacite in vtilitatem indebite carcerantis,
ſicut fit quando creditor ſuum recipit,&ſic de damno
vitando agit tantum. Sic & Caſtrenſ.ad dictam l. qui
à latronibus reſpondet, licite contrahi inter debito-
rem carceratum, & creditorem qui fecit illum deti-
neri: quia non dicetur metu eſſe factum, quod fieri
potuit iure permittẽte.Immola vero ibi latius diſtin-
guens,Tu (inquit)poteſſic concludere,quod aut quis
detinetur in carcere priuato, & tunc non poſsit con-
trahere, vel teſtari ad vtilitatem detinentis vel parti-
cipantis, per not.in le.qui carcerem ſed ad vtilitatem
alterius,ſic.Quandoque vero quis eſt detentus in car-
cere



cere publico,qui proprie eſt cuſtodia,l.ſi quis poſt.ſu-
pra,eodem.Et tunc conclude, quòd aut quis fuit de-
tentus rite & iuſte, & tunc poteſt contrahere ad cu-
iuſlibet vtilitatem,quia non eſt veriſimile,quòd in cu-
ſtodia publica aliquid per vim illicitam cogatur fa-
cere. Aut fuit detentus iuſte,ſed tamen non rite, vel
forte quia licet erat debitor, tamen non erat caſus in
quo de iure capi poterat, & nihilominus de facto fuit
carceratus:& tunc videtur idem dicẽdum.ac ſi in car-
cere priuato fuiſſet detentus. Et multo fortius idem
dicendum eſt, ſi nec iuſte nec rite detentus fuit, pro-
pter potentiam aſſerentis ſe creditorem. Interdum
vero quis eſt rite captus,ſed non iuſte, vt quia fuit ca-
ptus virtute inſtrumenti cõfeſſati,cuius vigore ex for
ma ſtatuti poſſet quis capi, cum re vera erat ſolutum
5 vel ſatisfactum,& tunc idem dicendum,ac ſi rite & iu
ſte fuiſſet captus,quia non eſt præſumptio, quòd ſibi
fiat iniuſtitia,ſi petat ſe relaxari, & alleget debitum ſo
lutum:& ſic non eſt veriſimile,quòd propter hoc coge
tur, ad aliquid illicite faciendum. Et, per hoc patet
quid dicendum ſit,ſi quis fuerit non rite captus, forte
non ſeruata ſolennitate ſtatuti, tamen hoc non fuit
propter potentiam creditoris.ſed forte propter ſimpli
citatem iudicis qui conceſsit,exiſtimans hoc fieri poſ-
ſe:nam hoc caſu videtur dicendum, ac ſi rite & recte
fuiſſet captus, quo ad poteſtatem contrahendi & te-
ſtandi:quia non eſt veriſimile,quòd ſi dicat capturam
nullam,& petat ſe relaxari, non miniſtretur ſibi iuſti-
tia. Hactenus Imola. Ego in ea ſum opinione,(vt pau-
cis dicam quod ſentio) vt exiſtimem contractum cum
arreſtato & incarcerato initum per creditorem, eſſe
iuſtum & validum,præcipue ſi de veritate debiti con-
ſtet,& promiſsio in conſpectu magiſtratus vel ſcabi-
norum fiat. Quid enim conſideramus metum, quan-
do debitor non niſi quod vere debet, & expenſas ac v-
ſuras,quas ob moram ſuam ſoluere tenetur, præſente
authoreque iudice præſtare promittit, aut quid eo no
mine in ſolutum tradit? Quam iniuriam infert credi-
tor, qui quod ſuum eſt ſic recipit,& debitorem vincu-
lis ſeu arreſto exemptum liberat?Mihi,niſi mea me fal
lat opinio,ipſe Paulus ſatis hoc decidere videtur,ad l.
ſi mulier.in principio.ff.Quod metus cauſa. Sed ſi vl-
tra id quod debetur,aliqua,quo citius liberari poſſet,
promiſit, hic iudicis officium intendere oportebit, vt
pro ſententia atque religione æſtimet factum, & pro
qualitate rei geſtæ, aut promiſſum reſcindat, aut cer-
te moderetur,l.final.dicto titulo. Eadémque eſt ratio
ſi iniuſte arreſtatus fuit.Et his quidem caſibus nihil re
fert,quod non ipſe arreſtatus vel captus,ſed alius pro
eo promittat. Quia cum huiuſmodi promiſſio fiat
incarceranti nomine carcerati & ob liberationẽ eiuſ-
dem,perinde haberi debet,ac ſi facta fuiſſet per ipſum
carceratum: quippe quod fit meo nomine & mea vo-
luntate,per me fieri videtur,perindeque habetur,ac ſi
per me fuiſſet factum,nulloque modo per tertium ali-
quem factum cenſetur,l.in ædibus,§.quod filius,ff. de
donat. Pari modo ſubmiſſio tertiæ perſonæ, fraudem
& metum non minuit,ſed arguit.Præſes d.cõſi.54.Sed
de his latius Gozadi.conſi.19.Hippo.ſingul.306. deciſ.
Capel.Tolo.399.Fulg.conſil.76.Afflic.deciſ.Neap.149.
agunt.

## De cuſtodia & periculo rerum quæ arreſtatæ fuerunt Cap.30.

### ARGVMENTA.

1 *Res quæ perit, ſuo domino perit.*
2 *Apparitor de qua culpa teneatur.*
3 *Apparitor qui lecticas fregerat, fuit condemnatus ad damni refuſionem.*
4 *Fullo aut ſartor tenetur ſi mures veſtimenta rodãt.*
5 *Res arreſtatæ ſi icẽdio pereãt,an apparitor teneatur.*
6 *Impenſæ quales circa res arreſtatas faciendæ ſint.*

ETSI ſecũdũ cõmunẽ regulã,vnaquę-
que res pereat ſuo domino,l.pign⁹.C.
1 de pig.act.l.dãnũ,C.de loc.& conduc:
tamen ſi quis vel dolo malo, vel culpa
atq; ignauia circa res alterius verſat⁹
ſit,periculum in eum tranſit, ſuoque inuento proprio
malum ſibi adfert,ex quo non niſi damni illati refuſio
ne & præſtatiõe ſeſe extricat,l.cõtractus,ff.de reg.iur.
Et hinc facile intelligi poteſt,quantam curam & dili-
gentiã apparitor ſeu Seruiẽs adhibere debet circa res
arreſtatas,fideique ipſius creditas ac commiſſas,vt po
2 te qui de dolo,culpa & negligentia tenetur, nõ ſolum
debitori,ſi forte ille ſoluto debito bona ſua arreſti vin
culo ſoluta repetat,verum etiam creditori, pro cuius
indemnitate arreſtatæ ſunt, nullumque aliud promp-
tius ſubſidium, debitore ſecundum conuentionem
non ſatiſfaciente aut pacta conuenta non adimplen-
te,habet.Qua ratione motum fuiſſe Senatum teſtatur
3 Rebuffus ad conſtitut. Regias.Tomo j.de lit.obligat.
artic.5.glo.2.num.5.ver.4.ꝙ &c.vt apparitorem vnum
qui lecticas debitoris fregerat,& per fabrum lignari-
um (vt oportuit) diſiungi non curauerat,ad id quod
intererat,condemnaret,vt l.lectos,ff.de peric.& com-
mo.rei vendit.Nam & ipſe Vlpianus lib.18. ad edictũ,
in grauiore caſu reſpondit, magiſtratum, ſi damnum
iniuria dederit,Aquilia teneri. Quia cum pecudes ali
quis pignori cepiſſet,inquit,& fame eas necaſſet,dum
non patitur eis cibaria adferri,in factum actio danda
eſt,Idem ſi dum putat ſe ex lege pignus capere,non ex
lege ceperit,& res tritas corruptaſque reddat,dicitur,
legem Aquiliam locum habere, l. quemadmodum,§.
magiſtratus,ff.ad l.Aquil.Vnde & Ioan.Conſtantinus
ad conſtit.Reg.art.183. verſi. adde vnum notabile ver-
bum &c.ait, Apparitorem ſeu Seruientem tam ſtri-
cte ad cuſtodiam rerum arreſtatarum teneri, vt etiam
morſus murium ad ipſum pertineat, & periculo ipſi-
us fiat,nõ multo aliter,quam de fullone dicitur, quod
ſi veſtimẽta polienda acceperit,eaſque mures roſerint
4 ex locato tenetur,quia debuit ab hac re cauere,l.item
quæritur,§.ſi fullo,ff.locat.leg.j.§.ſi roſæ,tabulæ, ff.de
bonor.poſſeſ. ſecund. tab.quia cum hæc facile præui-
deri poſſint, inter caſus fortuitos non numerantur.
Cæterum an in id quod facere poſſint, vel potius in
ſolidum condemnentur iſtiuſmodi apparitores, apud
eundem Paridem de Puteo, diſputatum eſſe video, in
tractatu de ſynd.ad verb.negligentia,cap.j.num.18.&
5 19.ad quem te remitto. Quid igitur ſi domus appari-
toris vna cum rebus ipſis arreſtatis,flammis exuſta ſit?
Sane niſi culpa eius appareat, domino peribunt.hoc
eſt,debitori,adeoque etiam creditori arreſtanti nulla
aduerſus non culpoſum apparitorem ſupereſt actio,
d.l.pignus.& leg.pignori,§.fi.ff.eo.ti.Exiſtimat tamen
d.loco,art.5.gl.6.in fin. Petrus Rebuffus,creditorem ſi
perperam arreſtum fecit, quia ſaltem per indirectum
cauſa & occaſio fuit,quod res illæ in domum appari-
toris illatæ ſunt,ac deinde perierint,ad earumdẽ æſti-
mationem debitori eſſe obligatum, vt per gl.& alios,
ad l.non omnis,§.ſi pupillus,ff. Si cert.pet.per text.in
6 l.Titius,& ibi Iaſon,ff.de præſcrip.verb.Caute etiam
proſpicere ſibi debet apparitor, ne inutiles ſumptus
in rem arreſtatam impendat, ſed cum iudicis poteſta-
te atque licentia omnia moderetur, Rebuff.tomo 3.
in trac.de ſequeſt.art.3.gl.1.ne pecunias alienas deglu
tire dicatur, quod multi facere ſolent, & ne etiam re
vera multa perperam & ſine diſcretione exponat,quæ
nimis graue eſſet debitori aut creditori reddere, l. in
fundo,ff.de rei vendicat. Quod ſi vero pecunias arre-
ſtatas deglutiat & conſumat, debitor quidem pro ma
gnitudine & quantitate eiuſdem illius pecuniæ,libe-

ratus eſt,l,quæſitum,ff.de diſtract.pign.ſed improbus ipſe apparitor tenetur,quod d.loco,artic.77.in fine.ex Fabri ſententia reſpondit Ioannes Conſtantinus. Sin autem ſoluendo non fuerit,iudex à quo conſtitutus & præfectus eſt,cautionibus tamē prius excuſsis,in ſubſidium tenetur,argu.l.j.ff.de magiſtrat,conueniend.§.penul.inſtit de ſatiſda.Rebuff,d.loco, arti.105.gloſſ.3, num.5.verſi.Eſt tamen differentia,&c.

## Arreſtum qua ratione relaxetur, vel diſſoluatur. Cap. 31.

### *ARGVMENTA.*

1 *Solutiõe eius quod debetur,tollitur omnis obligatio.*
2 *Arreſtum per ſatiſdationem relaxatur.*
3 *Satiſdatio de iudicio ſiſti,an in arreſto ſufficiat.*
4 *Cautio iuratoria quando non ſufficiat.*
5 *Satiſdatio in arreſto quatenus ſe extendat.*
6 *Fideiuſſores idonei qui ſint.*
7 *Fideiuſſores extranei & pignora alibi ſita, an ſufficiant.*
8 *Arreſtum diſſoluitur per ceſſionem bonorum.*
9 *Induciæ & literæ quinquennales quando arreſtum relaxari faciant.*

1 HIS ita conſtitutis,ordo poſtulat, vt videamus quo modo & qua ratione arreſtum diſſolui poſsit.Et quidem in primis naturalis ac ciuilis ratio docet,ſolutione eius quod debetur, extingui obligationem, eáque perempta & finita,tāquam cauſa arreſti ceſſante,ipſum arreſti vinculum relaxári,§.j.inſtitut.quibus modis tollitur obliga.c.cum ceſſante. de appell.Cautionē vero interponere de ſoluendo debito, quod nūc liquidum & confeſſatum eſt,non ſufficit,l.4.§.ait prætor.ff.de re iudic.l.quod ſi non ſoluere.ff.de pignorat. action.l.Item liberatur.§.qui paratus.ff.quibus modis pign.vel hypo.l.promiſſor.§.vlti.ff.de conſtitut. pecu. quod pluribus legibus,rationibus & argumentis oſtēdunt.Bald.ad l.ſi rem,§.omnis.ff.de pignor.actione.& Tiraq.de vtroque retract.§.3.ad verb.A *payer*, gl.3. nume.14.cum ſequent.

2 Porro autem ſi debitor arreſtatus,vel rerum detentarum dominus,ab initio neget debitum,ſtatim arreſtū diſſoluitur,præſtita idonea cautione de ſtando iuri in loco arreſti,& iudicato ſoluendo,eligendoque ibidē, quantum ad hanc cauſam attinet,domicilio, perſona ſeu res eius vtique relaxabitur,l.ſi fideiuſſor,§. fina.ff. qui ſatiſdare cog.D.Præſes Nicolaus Euerardi conſil. 102.incipien.venerabilis domine,Feli.ad c.legebatur. de maiorita.& obedien.Ioan.de Anania,conſil.21.Iaſ. ad d.§.fin.num.17.c.2.de ſequeſt.poſſeſ.& fruct.Anchoranus conſi.85.incip.ex theoricis. Corneus conſil.137. incip. Viſis col.2.libr.4.Rebuffus ad ord.Reg.tomo j. artic.6.glo.3.nume.55.facit etiam ad hoc l.ſi pecuniæ, ff.vt in poſ.leg.& l.ſi creditores,ff. de priuileg.credit. teneturque actione iniuriarum,qui oblata & præſtita idonea cautione,non relaxat debitorem, teſte Panor. & Felin.ad d.c.legebatur.quæ cautio non apud ipſum apparitorem ſeu ſeruientem,ſed apud magiſtratū interponetur,qui arbitrabitur an ſufficiens ſit,necne,vt ait Raphael Cumanus conſi.157.inci.In cauſa Benedicti.col.2.verſi.Cum ergo.

3 Plerique tamen verſantur in ea opinione, vt exiſtiment,duntaxat cautionem de iudicio ſiſti, non etiam de iudicato ſoluendo,interponendam eſſe, ſi forenſis aliquis receſſurus ratiōe debiti ſiſtatur vel arreſtetur. Angelus in l.ſi ab arbitro,ff.qui ſatiſda.cog.& in l.nemo carcerem,ſuperius ſæpe allegata.Bald.ad l.final.§. & ſi præfatam.C.de iure delibe.& ad l.cum proponas. C.de bon.auth.iudi.poſsiden.Faber,Ang.& alij ad d. ſed hodie,Inſt.de ſat.gl.ad l.2.§.ſi dubitetur,ff.de iud. late Rodericus Zuares declar.l.2.foro,ll.li.2.ca.incip. vlterius nota.num.4.titulo, *De los emplaziamentos*, ſi non debitum ſit confeſſus. Quæ ſententia ratione ſua non caret: quia ſi perſona debitoris vellet abſque dolo manere in arreſto,neque haberet alia bona, creditor deberet contentus eſſe cum perſona eiuſdem, vel eundem relaxare,& iura non adſtringunt aliquem ad maiorem cautionem vel fideiuſſionem dare, quam ipſe ſit obligatus.Sed non habens vnde ſoluat,implet cum perſona ſua,ergo eiuſmodi cautionē dando ſatiſfacit, etiam ſi non caueat de iudicato ſoluendo:ideoque etiam ſatis erit,ſi fideiuſſores promittant quod debitorem repræſentabunt & iudici exhibebunt, quoties ab eis fuerit petitum: alias ſoluent iudicatum. Quod ſi non fecerint, tenentur ad totum debitum, & ad totum verum intereſſe, ad quod principalis tenebatur: & non habebitur ratio eius quantum petatur,ſed quantum vere debeatur,leg.2.§. in fideiuſſorem,& ibi gloſſ.ff.qui ſatiſ.cog.Rodericus d.loco,cap.incip.nunc oportune,nu.31.verſicul.Quæro vlterius &c.Sed tamen quorundam mores hac cautione ſola contenti non ſunt, quos in eorum foro ſequi oportet.

4 Hinc etiam facile intelligi poteſt, cuiuſmodi iſta cautio eſſe debeat, ſcilicet non iuratoria, ſed datis fideiuſſoribus aut pignoribus:quia iuratoria cautio nō dicitur ſufficiens,glo.in ca.qua fronte,de appell.& in c.ex parte,de verb.ſignific.& clement.j. de pœn. Curtius in tract.de Sequæſt.quæſt.14. Ang. ad l. poſtquam §.Imper.ff.vt leg.not.ca.Socin.ad l.j.ff.qui ſatiſd. cog. Bal.ad l.2.Cod.de vſur.& fruct.legat.ideoque ad impediendum vel reuocandum arreſtum minime ſufficit. Specu.de ſeq.poſſeſſio.§.j.verſicu.Sed pone.D.Anton. & Abbas in c.2.eod.titu.Bald.Ange.Imol.ad l.filiuſfa. §.diui,ff.de leg.j.Doct.ad l.fi.C.de ord.cog.& ad leg.ſi conſtante,§.quoties,ff.ſolut.matrimo.& ad l.2 Co. de debit.ciuitat.lib.10.quemadmodum in ſimili,vbicunque hæres non vult aut non poteſt ſatiſdare de ſoluendo legato adueniente die, mittitur legatarius in poſſeſſionem, nec auditur hæres cautionem iuratoriam offerendo,d.l. filiuſfa.§. idem Princeps. quod etſi primo Rodericus d.loco in initio tituli,num.7. dixiſſet eſſe contra ius commune, poſtea tamen maioribus rationibus motus,in capit.incip.Sed attende.nu.8.dicit eſſe ſecundum ius commune, quod ex Fabro, late eum articulum in §.is quoque.inſtit.de act. tractante, ſuxiſſe videtur, & ſic tandem, ſi ſatiſdare non poſſit debitor,non ſolum pro principali debito, verū etiam pro expenſis litis,teſte Rebuffo d.tract.articu.16.gl.10. non dimittetur,ſed propter inopiam ſuam vel carceri vel cuſtodiæ tradetur:ad quem carcerem tūc demum perueniendum eſt,quando aliud remedium non competit.§.quid autem in authen.de fideiuſ.Roma.conſi. 241.Alex.conſi.139.lib.2.qua de re latius quoque tradidit Felinus in c.quo ad conſultationem,de re iudicat. quod & vſus probat,& pluribus firmat Rodericus d. loco cap.incip.Sed attende.num.7.niſi tamen is qui atteſtatus eſt,ſit egregia perſona, aut multum nobilis, cuius iuramēto ſtari poſsit.Nam & alias regulare eſt, quòd iſtiuſmodi perſonis ciuitas pro carcere detur,ſideíque illorū credatur,& iudex hoc faciens, nulla ratione culpari poteſt, etiam ſi ſtatutum aut lex de debitore in carcerem cōiiciendo loquatur. Angelus ad l.nullus,C.de exhib.reis.Curtius col.52.& alij ad l.admonendi.ff.de iureiuran.Odofred.ad l.j.d.fi.C.de cuſto.reor.Alber.ad l.j.ff.eod.Lucas de Penna ad l.quoties.C.de digni.lib.12.Ang.rurſum ad l.penul.ff.quod met.cau.Iaſon ad l.ſi pecuniam,§.vlt.in fi.ff.de cōd.ob cau.Catelia.Cotta.in ſuis memorab.ad verbū, carceres,& oīm elegātiſsime ac fuſe Io.Neuiſa. cōſil.52.nu. 22.& Tiraq.in libro de temperandis pœnis,cauſa 31.& cauſa



cauſa 51.cum aliis multis,ad quod breuitatis cauſa te remitto.Et quanuis alias de iure communi nō teneatur ſatiſdare,ſi poſsideat multa immobilia,l.ſciēdum, ff.qui ſatiſda,cogan.qua de re plurima ad propoſitum cumulat Rodericus d.loco,cap.incip. Hæc lex ſituata eſt:vſus tamen forenſis ad relaxationē arreſti vlterius poſtulat,quòd etiam nominatim illa bona obligētur, & hypothecæ ſubiiciatur.quo facilius meliuſque creditori ſit ſuſpectum.

6 Quòd ſi fideiuſſoribus datis relaxari arreſtum velit debitor,certe non omnes idonei erunt. Nam vt vnus ex multis tradit Rebuffus, aliorum traditiones referens,ad conſtitutio.Regias Tomo 1.de ſenten. executio.articul.j.gloſſ.16.numero 17.religioſi,vſurarij, clerici,ſcholares,prodigi,conſiliarij principum, procuratores,leues & moleſti homines,nō ſufficient, ne lis ex lite naſcatur,& dum vnam litem euadere conamur, incidamus in plures: & qui ante cum ſimplicioribus egimus,nunc cum doloſis metuendis,& maieſtate ſua difficilibus ad conueniendum agamus.Ripa in capit. cum N.de conſtitution.numer.117.l.4.§.ſi ex conuentione.ff.de re iudicata.Boerius 315.Tum etiam hi fideiuſſores bona immobilia poſsidere debēt,ſaltem pro quantitate debiti,vſurarum,& expenſarum litis.gloſſ. ad dictam l.ſi fideiuſſor.& in authentica.de exhibend. reis.§.ſuſcepto.l.quos nos.§.primo.ff.de verborum ſignificatione.l.j.ff.de in ius vocan.vt eat. Si tamen poſſidens fideiuſſor immobilia,reperiri non poſsit, ſufficiet in ſubſidium fideiuſſor multis mobilibus diues, quæ facile occultari,ſubuerti,aut auferri nō poſſunt. Angel.ad dictam l.ſi fideiuſſor.Faber ad dictum §.ſed hodie.Doctores ad dictam l.2.ideoque mercator multa mobilia poſsidens,ſed intricatus ære alieno non eſſet idone⁹,quia bona nō dicūtur niſi ære alieno deducto.Rodericus dicto loco.numero 14.cum ſequenti.& Angelus ad dictam l,ſciendum.& ſi quis poſsidet bona immobilia in loco periculoſo & obiecto euidenti periculo maris,non cenſebitur idoneus eſſe. Barto.ad l.2.§.j.ff.ſoluto matrimonio,& ad l.3.§.fina.ff.de liber. legat.ſicut nec fructuarius, qui præter vſumfructum nihil habet,niſi eſſet vſusfructus tam magnus & pinguis,vt ceſſare faceret omnem præſumptionem, teſte eodem Roderico dicto loco,numero 27.Quid enim ſi pro debito centum aureorum fideiubeat is,qui mille in vſufructu habet? Quid ſi dies vſusfructus ceſsit? Quid ſi fructuarius omni ære alieno ſolutus ſit? Sed vt omnia hæc ex multis cauſis variari, & pro qualitate rerum ac perſonarum æqua vel iniqua videri poſſunt,benigniore ſententia receptum eſt, ea religioni & ſapientiæ iudicis eſſe relinquenda,vt notant docto. ad dictam l.ſciendum,l.arbitrio,l.ſi fideiuſſor.Hippolytus ad l.quæſtionis,ff.de quæſtion.Faber ad dictum §.ſed hodie. ſolétque iudex decernere fideiuſſorem recipiendum eſſe,eundemque recipere, ſi idoneum reperiat,quantumcunque parte aduerſa, quæ nunquam contenta foret,reclamante.Periculoſum eſt tamen iudici partem nō audire,quia ſi fideiuſſores ſint idonei, ipſe iudex poſt nominatores & certificatores, in ſubſidium tenetur,l.cum oſtendimus, ff.de fideiuſſor. tutor.quod & Rebuffus per ſententiam Senatus confirmatum fuiſſe aſſerit, Tomo primo de ſentent.execut. articul.primo,gloſſ.16.Quòd ſi creditor ſemel nō idóneum accepit,ſibi imputare poteſt,& alium poſtea dari non recte poſtulat,l.tertia,ff.de fideiuſſorib. dicta l. ſi ab arbitro,Alexand.conſilio 60.libro 5. Aliud eſt, ſi tempore quo acciperetur,idoneus erat,& poſtea deſinat idoneus eſſe.Quia quæ de nouo eueniūt,nouo auxilio agent,l.de ætate.§.ex cauſa,ff.de interrog.actio. l.hominem.ff.manda.

7 Illud quoque in conſideratione habendum erit, quòd fideiuſſores & pignora pro cautione data, minime ſufficiant,niſi imperio iudicis illius loci, in quo arreſtatio facta fuit, coerceri poſſint. Nam ſi debitor vel extraneos fideiuſſores, vel pignora alibi ſita, obligare aut hypothecæ ſupponere velit, non eſt audiendus,l.ſi fideiuſſor,§.ſi neceſſaria,ff.qui ſatiſd.cog. & ibi Iaſon nume.8.verſic.Puto contrarium.Angel.ad d.l.ſciendum.§.j.& Faber in dict.§. ſed hodie,& in §.ſi vero,Inſt.de ſatiſdat,num.9.verſi.credo. quippe quod ſic deterior fieret conditio creditoris, propter difficultatem fideiuſſores tales excutiendi, vel pignora illa proſequendi, cum tamen in tali conueniendi facilitate,vſus atque commoditas arreſti potiſſimum verſetur,abſurdumque eſſet ad hoc creditorem cogi, vt debitorem quem præſentem habet,dimittat,& ad difficultatem alibi proſequendi pignora vel fideiuſſores ſe adſtringat. Etenim ſicut multum refert, quo loco debitum ſoluatur & recipiatur: vnde qui plus loco petit,in pœnam legis incidit,§.plus autem, inſtitution. de action. quia ſcilicet, vt ait Iuſtinianus, vtilitatem quam haberet promiſſor, adimit: ita quoque non parum refert,quo loco debitum exigatur, cum improbo fideiuſſore aut pro re pignori tradita litigetur.Et quāuis Bart. cuius ſemper fere æquę & benignæ ſunt opiniones,cū nonnullis aliis exiſtimet ad d.leg.ſi fideiuſſ. §. poſſeſſor, hoc non eſſe verum, ſi in loco omnino vicino illa bona mobilia exiſtant: tamen Baldi, Aretini, Fulgoſij,Iaſoniſque ſententia directo illi contraria,& vſu & moribus populi magis recepta atque probata videtur,gloſſ.in l.fin.C.de princip.agent.in reb.lib.12. Quod non ita præciſe intelligi velim, ſed quod ſufficit ea imperio magiſtratus illius loci eſſe ſubiecta, & coram eodē euinci poſſe,quod ex multis aliis pulchre & late explicat Rodericus d. c. incip. vlterius quæritur.quem omnino vide.

Iſti vero fideiuſſores tenentur ſoluere ſine nouo proceſſu,executioque in eos fieri poterit. Ea enim eſt fideiuſſionis iſtius natura & conditio, vt cenſeantur fideiuſſores vna cum principali debitore eſſe condemnati,leg.fi.C.de vſur.rei iudic.leg.j.ff.iudic.ſolui. gloſſ.ad cap.j.de iureiur.lib.6.adeo vt cum ferenda ſit ſententia contra debitorem,citari non debeant, quia iudicium cum ipſis non agitur.Bald.ad leg.duobus.§. qui iurauit,verſic.igitur.ff.de iureiurand.licet tamen indirecte & per conſequentiam quandam, hæc ſententia ipſis noceat,qua de re apud Barto.ad d.l.j.apud Odofred.ad d.leg.2.C.de vſur.rei iudic.& latius apud Tiraquell.in tractat.Res inter alios acta &c.videre licet. Nec obſtat quod fideiuſſor poſſet habere aliquas exceptiones, quas non habuit debitor: quia (vt idem Barto.ibi teſtatur) in ipſa executione ſummarie de iis cognoſci poterit.Poteſt autem fideiuſſor id quod ſoluit,ilico à debitore repetere,etiam ſi arreſtatio fuit inqua & iniuſta, neque poteſt ipſi obiici, quòd ea de re aduerſus creditorem arreſtantem non excipit, niſi tamē ipſemet occaſio & cauſa fuerit arreſti male atque perperam facti.Qua de re apud Matthæum de Afflict. deciſione Neapol.149.incip.in cauſa magiſtri, num.4. verſi.tamen fuit dictum,latius videre licet.

8 Tertio relaxatur arreſtum per ceſsionem bonorum, per quam & carcer euitari ſolet,l.fina.C.qui bon.ced. Bald.conſilio 424.incipiente, ad euidentiam, libro 4. & ad l.j.C.qui bon.ced.Barto.ad l.j.ff.eodem titulo ſi modo in his caſibus verſemur,in quibus ceſsio illa bonorum quæ finibus ſuis reſtricta,certoq; loco, tēpore & cauſa coarctata & limitata eſt,locum habeat.Iaſon & alij ad §.fina.inſtitut.de action.Socin.in regula.48. incip.ceſsio.Rebuf.de ſenten.execu.arti.vlt.glo.j.nu. 21.Quod cum ſit,tenetur debitor bona quę tūc habet, omnia creditori dimittere,gloſſ.in d.l.penul.Panor.in cap.Odoardus,de ſolutio. his ſolis quæ ad neceſsitatem veſtiendi pertinent,exceptis.Quo modo & inuictiſsimus olim Princeps noſter Carolus V.Auguſt.anno 1541.die 28.Nouēbris,ſtatuit,cedēti bonis nō niſi le

ctum vnum cum ſuis ornamentis,item ex ſingulis rebus mobilibus non pretioſis,vnam eſſe duntaxat miſerationis gratia relinquendam, ſatiſque erit debitorem in carcerem miſſum ad petitionem vnius creditoris tantum,hoc beneficium ceſsionis impetraſſe, quippe quòd ceſsio tunc facta,& hoc pacto impetrata,cæteris creditoribus præiudicat,l.4.& ibi Doctores,ff.de ceſsio.bonor.Salic.ad d.l.j.num.4.Guido Papæ conſi. 124.nume.7.Didacus Couarruuias libr.variar.reſolut. 2.cap.j.numer.5.Iterum vero dum litigatur an ceſsionis beneficio gaudere debeat necne,in carcere detineri debet,&(quod eſt amplius)exiſtimat Aufrerius deciſ.cap.Toloſ.28.executionem lite pendente aduerſus eum fieri poſſe,niſi pro certo ſciat iudex nulla bona ipſum habere. Sed hanc Aufrerij ſententiam quidam non probant, ne indulto Principis præiudicium fiat. Quòd ſi in carcere exiſtens,debitoq; probato aut confeſſato exire nolit,fieri etiã poteſt,vt inuitus & ex cauſa ad id cogatur. Quid enim ſi improbus nebulo, valido & vaſto corpore,ex mera malitia illic manere velit? Sane Rodericus titu.*de los gouiernos*, cap.incipiẽ. Quæro tertio,non eſſe hoc illi permittẽdum ait. Qua de re abundè ſuperius diximus.

9 Idem quoque dicendum videtur de literis dilatoriis & quinquennalibus,quia tempore illo dilationum pẽdente,nihil eſt innouandum, ſicut & in appellatione fieri ſolet,cap.non ſolum,de appellationib.in 6. Quæ tamen literæ,quando de dote vxoris repetend. de cauſis alimentorum quæ nullam dilationem patiuntur,l. ſi longius,§.ſi.ff.de iudic.de debito coram magiſtratu recognito,de cauſa principis,aut de aliqua alia ſimili agitur,vires non habent,quod Tomo 2.in tractatu de dilat.lit.articu.ſecundo.gloſſ.vnic.folio 88. latius explicat Rebuffus,magnaque pars eorum ex dicta conſtitutione Caroli V.Imp.dependet.Et cum debitores hac dilatione pendente, congrua ſecuritate gaudere vtiq; debeant,c.ſi.de treuga & pace,l.vnic.C.de priui leg.vrbis Conſtantinopol.lib.11.adeo quòd præhenſio poſtea attentata reuocetur.Boerius q.296. incipiente, Princeps,& debitor fideiuſſores de ſe præſentãdo dare non teneatur:ita & relaxari quoque debet, eidémque relaxatiõi ſi pertinaciter reſiſtat creditor ad id qđ intereſt,& in expenſas litis condemnatur, argument. eius quod notat Baldus ad l.per diuerſas, quæſtion.15. C.mandat.Rebuffus dicto loco,articu.j.gloſ.j.in fine. Quin etiam,vt pleniſsimum effectum ſortiantur hæc beneficia,hac dilatione pendente,nec vſuræ current, nec id quod intereſt,præſtatur,l.non ſolum.2.§.illud. ff.de lib.leg.Albericus & doctores ad l.quoties.C.de precibus Imper.offeren. Interim tamen,de ſoluendo debito tempore illo adueniente,cauendum eſt,l. vniuerſa.C.dict.titul.& not.Guido Papæ,quæſtione 109. incipiente,reſcripta,idque ( vt dicta ſua conſtitutione cauit Impera.) poſt literarum illarum impetrationem intra menſem.Non enim literæ illæ incipiũt currere à tempore præſentationis,ſed à tempore datæ, & impetrationis earum duntaxat,cap.eam.de reſcriptis, cap.2.& cap.dilectus,de decimis.c.ſi propter.de reſcr. libro 6.&( vt adiicit Guido) ad futuros creditores nõ extenduntur,argumen.l.Aurelius,§.Titius,& ibi Docto.ff.de lib.leg.neque ad impediendam executionem ſententiæ in Parlamento latæ ſufficiũt,d. Guido.q.98. Quod ego intelligo, niſi de mente contraria Principis plene conſtaret,iuxta ea quæ not.ad l.ſi ita verberatum,ff.de rei vendi.& in c.cum omnes,& ca. Eccleſia,de conſtitut.

## Arreſti reſolutio cuius authoritate fiat. Cap.32

*ARGVMENTA.*

1 *Apparitor ſolus nõ habita licentia iudicis,arreſtat hodie periculo creditoris.*

2 *Apparitor ſolus debitorem non poteſt relaxare.*

3 *Iudex delegatus,officio finito,relaxat debitorem.*

1 TAmetſi moribus noſtris receptũ eſſe diximus,licere apparitori,nõ expectata Iudicis authoritate vel licentia, periculo creditoris debitorem ſiſtere vel arreſtare,ſi non altiore aliquo loco cõſtitutus, & excellẽti aliqua dignitate decoratus fuerit: relaxare tamen & remiſſis vinculorum acerbitatibus,ſine Iudice eum dimittere atque abſoluere non poteſt.Barto. Alex.& alij,ad l.neque.§.j.ff.de in ius vocan. Nam & Iulius Paulus de cuſtodia reorum:Si quos( inquit) ex ijs qui in carceribus ſunt,celeriter & ſine cauſa ſolutos à magiſtratibus cognoueris, eos vinciri iubebis: & ijs qui ſoluerint,mulctam dices,l.ne quis.ff.de cuſ. reor. Quo reſponſo, generalem conſuetudinem probari poſſe reſpondet Ang.ad d.l.neque, quod apparitor nõ habita prius à iudice licentia acceptoque teſtimonio, quod Veteres bulletam vocant, debitorem
2 non dimittit,quippe quòd maieſtas & reuerentia carceris, non ex iudicio & poteſtate priuati alicuius apparitoris,ſed à Iuriſdictione ſuprema Iudicis tãquam miniſtri legis & Principis, dependet.Vnde & ipſe debitor,vt relaxari poſſit,officium Iudicis implorare debet. Bart.& alij, ad l.j.§.per hanc,ff.de rei vendicat.Et hæc quidem ea ratione conſiſtunt,quam ſequenti cap. latius ſum dicturus. Quòd ſi creditor ipſe nondum ſatiſfacto debito,relaxationi reſiſtat,res dubitatione caret: Quia cum Commentarienſis ſit loco depoſitarij, vt ſuperius dictum eſt:ſequitur, ipſum debitorem veluti rem depoſitam, alteri quam creditori tanquam depoſitario, reddendum aut dimittendum ſine cauſa legibus probata,non eſſe,l.bona fides,ff.depoſ. Paris in tract.de Syndi. ad verb.carcer.c.5.circa princi.Qua ratione reſpondent noſtri,etiam à Iudice relaxari debitorem non poſſe,niſi citato & vocato creditore.Bal. conſ.424.lib.4.2.antiq.impreſſion.& ad c.j.in j.lect.de
3 Iud. præterquã ſi aut de facto & notorie inique in carcerem coniectus eſſet,aut omnino ac dilucide conſtaret nihil eũ debere.Barb.ad d.c.j.Io.Bernard.Diaz.reg. 69.Quibus caſibus abſque vlla interlocutione relaxari debet.Alex.conſi.179.lib.j.l.nullus,in ſi.C.de exhib. reis,non ſolum à iudice ordinario,verum etiam à Iudice delegato,& officio ſuo perfuncto.Roman. conſilio.320.

## Debitor an poſſit ab alijs creditoribus, ſoluto debito pro quo arreſtatus fuerat, in arreſto retineri ſeu recommendari. Cap.33

*ARGVMENTA.*

1 *Citatus à diuerſis iudicibus,an venire debeat.*

2 *Depoſiti reſtitutio an impediri à tertio poſſit.*

3 *Creditores plures poſſunt immitti in bona debitoris.*

4 *Creditore arreſtante non comparente, quid ſit faciendum.*

5 *Debitor arreſtatus an alibi per procuratorem ſe defendere cogatur.*

DOMITIVS Vlpianus li.5. ad edictũ,
1 reſpondit,in ius vocari nõ debere eũ, qui apud Pretorem cauſam agit,l.2.ff. de in ius vocã.Quaſi dicat,quòd pars litigans corã vno iudice in vno tribunali,non poteſt vocari ad aliud tribunal, niſi fortaſſe aliud



aliud tribunal ſit maius. Nam vt ait Iulius Paulus, Is qui ad maius auditorium vocatus eſt,ſi litem inchoatam deſerit,contumax non videtur,l.cõtra pupillum. §.final.ff.de re iudicata.Quo reſponſo Vlpiani pleriq; magni nominis Interpretes permoti,exiſtimarunt debitorem qui ad inſtantiam ſeu petitionem vnius creditoris captus vel arreſtatus fuit,ob aliud debitum, à reliquis creditoribus poſtea emergentibus,aggrauari & diutius in vinculis retineri non poſſe, quippe quòd is qui arreſtatur, & vinculis nonnunquam mancipatur,quodam modo in ius vocetur,& realiter (vt aiunt noſtri) citetur.l.plerique.ff.de in ius vocando.Et ſicut depoſitum denuntiatione noua per alium facta non
2 impeditur,l.penultima.C.depoſiti.ita quoque & arreſtum iſtud,quo nunc conſtringitur debitor,per ſe conſiſtit,& ideo reſtitutio & relaxatio arreſtati, tanquam rei alicuius depoſitæ, facto & denuntiatione alterius creditoris impediri non debet, quod & Bartolum ad d.l.2.ſenſiſſe video.Porro autem & ipſemet Bart.ad d. l.2.§.j.ff.de cuſtod.reorũ.verſicu.vlterius quæro. contrarium ſentit,& breuibus verbis eleganter ibi decidit,quod longa & varia diſtinctione,multorumque argumentorum propoſitione ac diſcuſsione, in quæſtio. 6.incipiente,Lapus,facere conatus erat. Nihil enim eſt,inquit,quod repugnet,debitorem ab alio creditore recommendari,id eſt,pro alio debito retineri. Sed quemadmodum poſſunt plures creditores immitti in poſſeſsionem bonorum debitoris,l.ſi finita,§.cum au-
3 tem plures,ff.de damno infect.ita nihil impedit,quod debitor etiam à pluribus recommẽdari poſsit, Zaſius ad dictam l.ſecundam,numer.22.verſicu. Quid autem ſi carceratus,&c.& idem Barto.in tracta. de carcerib. numer.21.cum alias ſemper,comparente aliquo tertio & de iure ſuo probãte,depoſiti reſtitutio impediatur, negaturq; etiam ipſi deponenti,l.bona fides.ff.depoſi. & lex,ſi fugæ periculum imminet, debitorem contra communes regulas ab ipſo debitore capi patitur,manuſque creditorum armat ne is elabatur,l.Ait prætor, §.ſi debitorem,ff.de his quæ in fraudem credit. Quod certe dubitationem non habet, ſi ſit noua cauſa ob quam vel ab eodem vel ab alio creditore arreſtatur,l. ſed eximendi,§.item ſi quis.ff.ad exhibend. doluſque aut calumnia primi prætenſi creditoris,ſecundo vero creditori obeſſe non debet.Bart.in dicta q.Lapus.Gui
4 do Papæ,quæſt.61.in ſi.Sonci.conſi.119.lib.3.Cæterum vt refert Paris de Puteo,de ſyndi.ad verb.carcer, cap. 9.num.1.quando non reperitur is qui debitorem arreſtari fecit,publice proclamationes fieri debent, vt ſi quis habuerit iuſtam cauſam impediendi relaxationem,compareat,eamque alleget,nemineque veniẽte, dimittitur.Bartol.ad l.ſi quis vxori.§. fugitiuum,ff.de furt.Ange.ad l.fin.de exhibend.reis.Bal.ad l.ſi quis.§. finali.ff.de condit.inſtitut.l.ea quæ.ff.de in ius vocan. l.ſi eo tempore.C.de remiſsio.pig.l.j.§.cum dicitur.ff. ſi cui plus quam per Falcidiam.Et eiuſmodi proclamatione etiam clerici continentur,cum non ſit niſi conditionalis quædam citatio duntaxat,quæ à iudice laico in quemuis clericum fieri poteſt.Bal. ad l.teſtamenta,C.de teſtamentis.& ad d.l.ea quidam. Iſtam tamen proclamationũ rationẽm mores noſtri ignorant,quia nemine impedimentum vltro præſtante, debitor immittitur. Quid autem ſi aliquis eſt incarceratus pro debito, & is citatur ab alio creditore coram alio iudice, an teneatur comparere? an valeat alterius iudicis proceſſus? Videtur quòd non,quia Vlpianus ad dictam l.negat eum in ius vocari poſſe, quia à loco nequeat diſcedere.Sed Zaſius paucis verbis non inelegãter ad eandem l.2.num.21.diſtinguens ait, Quòd ſi iſte eſt iuſte carceratus pro debito,& potuit mittere procuratorẽ,qui ipſum defenderet corã alio iudice, tunc valet proceſſus alterius iudicis, & imputabit ſibi incarceratus, qui ſe per procuratorem non defenderat, iuxta communem regulam,quod nemo excuſatur abſens ex quacunque neceſſitate,ſi iuſta fuit detentio,& procuratorem mittere potuiſſet.l.Papinianus ait,ff.de minor.& tenet proceſſus,ſiue alius iudex ſciuerit eum eſſe incarceratum,ſiue ignorauerit.Caſtrenſ. ad d .l.2. Bart.ad l.is qui reus.ff.de publ.Iud.Aretinus conſi.132. Quod ſi vero alterum deficeret,ſcilicet,vel quia nõ eſſet iuſte carceratus, vel quia non potuiſſet commode mittere procuratorem,& alius iudex ſciens citaret eũ, tunc proceſſus eſſet ipſo iure nullus.l.2.& ibi Bal.C.ex quib.cau.maior.Sin autem Iudex ignorat,tũc proceſſus non eſt ipſo iure nullus,ſed aduerſus eum reſtitutio conceditur.dict.l.2.& doct.ad l.quæſitum, ff.de re iudica.

## Debitorem an poſſit Commentarienſis pro expenſis retinere,& relaxationem eiuſdem impedire.Cap.34.

*ARGVMENTA.*

1 *Retentionis vſus iu iure eſt neceſſarius.*

2 *Præſumitur quod Commentarienſis aluit captiuũ.*

3 *Plus cautionis eſt in rem quàm in perſonam.*

4 *Actio eſt inanis,quam excludit inopia debitoris.*

5 *Actio quando datur aliis quàm iis cum quibus actum fuit.*

6 *Plura remedia quis habere poteſt.*

7 *Retentio an habeat locum,quando obligatio eſt nulla aut inualida.*

RETENTIONIS vſus frequẽs ac neceſſarius eſt in iure, vt qui in rem alienã
1 quid impẽdit bõa fide,benefic.ſuo iuuetur,nõ decipiatur.l. in commod.§.ſicut, in ſi.ff.commod.&c.vnic.eo.tit.ideoque & is qui in alieno ædificat ſuo nomine,neceſſarias impẽſas,implorato iuxta legum ſubtilitatem Iudicis officio,ac veluti retentionis iure deducit. leg. domum, C.de rei vendic.& qui inuenit bouem alienum in fundo ſuo,eũdemque tenuit per aliquod tempus & aluit, licet non pro damno ſibi illato, ſaltem pro alimentis præſtitis iure eum retinere poteſt.l. Quintus.& l. ſequent.ff.ad leg. Aquil.Alciat.regul.j.præſumption. cap.50.& ad l.Sylua cædua,in fin.ff.de verbor. ſignifi. Eadem & de commodato pignore, depoſito, aliiſque ſimilibus dici ſolent.Nam & depoſitum,& pignus,& commodatum,propter expenſas in rem factas retineri poteſt,l.in rebus.§.finali.ff. commodat.gloſſ. ad l.ſi quis.C.depoſit.l.Paulus.ff.de doli exception.ff.de cõdiction.indebiti.l.qui exceptionem. Et hinc quoque
2 nata eſt quæſtio, vtrum Commentarienſis debitorem arreſtatum pro expenſis ſeu alimentis retinere, aut eiuſdem relaxationem impedire poſsit? Video quòd ex variis diſputationibus & contentionibus, tam in hac quàm in aliis quæſtionibus, orta eſt pertinacia: progreſsi ſunt quidem longiſsime, & ratiunculis ſophiſticis,leuibus,inualidis,magnum pondus rebus grauiſsimis detraxerunt,obortáque eſt his nubes vel affectuum,vel ignorãtiæ, vel inconſiderationis denſiſſima,quæ conſpectum veritatis adimit. Sane cum nemo præſumatur vixiſſe de vento,l.final.C.de aliment. pupill.præſtã.ſicut pupillus præſumitur alimentatus à tutore,niſi probet ſe aliunde alimenta conſecutum, vt ibi ait Imperator Alexander,& ſicut creditor præſumitur equum pignori datum, ſuis expenſis aluiſſe, ex quo reperitur nutritus, niſi contrarium doceatur, Alci.d.cap.50.Bart.Alexand.Imol.Caſtren.Iaſon, Zaſius,& alij ad l.cum ſeruus.ff.de verb.obli.ita quoque apparitor præſumitur debitori arreſtato expenſas oẽs

ſubminiſtraſſe,ſi non aliunde de contrario appareat.
Quæ alimenta cum in vtilitatem ipſius ſint conuerſa,
videtur quòd pro iiſdem retineri poſsit.Porro autem
alia hoc loco inſtituenda eſt cogitatio.Superius enim
oſtendi,Apparitorem aduerſus creditorem qui arre-
ſtum poſtulauit,actionem pro impenſis intendere poſ
ſe,adeo vt ad ſubſidiarium hoc retentionis auxilium,
quando remedium ordinarium ſupereſt,recurrere nõ
liceat,l.4.ff.de damno infecto,dicta l.Paulus. & l.ſi in
3 area.Atqui dices,vtilius eſſe rei incumbere, quàm in
perſonam creditoris agere,l.plus cautionis. ff. de re-
gulis iur.nihilque obſtare quo minus apparitor vtrũ-
que,creditorem ſcilicet cuius mandato arreſtauit at-
que incluſit,& debitorem cui expẽſas ſubminiſtrauit,
obligatum habet.Reſpondeo, quòd ſi creditor diues
eſt,debitor vero inops,minime dici poteſt plus emo-
lumenti eſſe in ratione eius, quàm in perſonali actiõe
4 aduerſus eundem creditorem. Econtra vero ſi credi-
tor egeat,inaniſque ſit actio quàm inopia ipſius exclu
dat,debitor autem diues ſit & locuples,quod nonnun
quam accidit,quantumuis res iſta dubitatione nõ ca-
reat,propterea quòd ſibi imputare poſſet apparitor,
qui cautione aut fideiuſsione ab initio ſibi non pro-
ſpexit,nihilque cum debitore, quẽ certe inuitum ab-
duxit & arreſtauit,egit vel contraxit: tamen exiſtimo
in ſubſidium dictum debitorem pro impenſis retine-
ri poſſe,ea ſcilicet ratione,quòd ex his nutritus & ali-
tus ſit,debuiſſétque etiam ſi domi fuiſſet, tantum aut
amplius expendiſſe.Antiquiſsima enim eſt iuris regu
la,neminem cum alterius iactura fieri debere locuple
tiorem,l.nam hoc natura.ff.de condictione indebit.l.
iure naturæ.ff.de regulis iuris.Dicitur autem locuple
tior factus qui ſuo pepercit,glo.in l.ex diuerſo, circa
medium.& ibi doct.ff.de re vendit.Quòd ſi quis hanc
naturæ legem contemnere velit,aduerſus eũ iure no-
ſtro prouidetur,& lex non ſolum retentionem & exce
ptionem,verum etiam actionem in ipſum concedit,li
cet cum eo cõtractum vel actum non fuerit,l.ſi me &
Titium.ff.ſi cert.pet.Nam ſi rem meam ſine cauſa ha-
5 beas,quanuis nullum negotium tecum geſſerim,mihi
condictione teneris,ſiue certi,ſiue indebiti, ſiue con-
dictione ſine cauſa,l.ſeruus quem,ff.de action.empt.l.
ſi concubina.§.non ſolum,ff.rer.amot.l.pen.ff.de con-
dict.indebit.l.j.ff.de condi.ſine cauſa.Sed & alij etiam
nobile officium iudicis competere poſſe illis caſibus
aiunt,ſi aliter ſuccurri nequeat,quę ſententia vera eſt.
Oſtien.& Ioã.Andr.ad c.bonæ.de appella.quia ad iu-
dicis officium pertinet, ne quis iniquum lucrum aut
damnum ſentiat,l.illicitas,verſic.j.ff.de offic.Præſid.
Nec refert ꝙ quandoque aliter prouideri potuerit.Sa
tis enim eſt,quòd in præſentia cum agitur, aliter non
ſit prouiſum,l.ſi.§.j.& ibi Bar.ff.de condi.indeb. Alci.
ad d.l.ſi me.nume.8.vnde ſi negotiorum geſtor à debi
tore meo exegerit, egoque ratam ſolutionem habere
noluerim,eam tamen pecuniam condicere deinde po
tero,ſi aduerſus debitorem mihi conſultum aliter nõ
ſit,vt Caſtrenſis & Alexand.cenſuerunt,ad l.diſpenſa-
torem.in fin.ff.de ſolutio.& ad l.cum fundus. §.fin.ff.ſi
certum petatur.Neque remedium quod fortaſsis ha-
buit apparitor aduerſus creditorem arreſtãtem, poſt-
eà vel facultatibus lapſum vel fugitiuum factum,ſi iã
illud nunc non habet,d.l. Si me,æquitatem impedit,
ſicut nec impediretur,quando inefficacem actionem
haberet.l.2.de inſtitut. action.Loriotus ad dictam l.ſi
me.nume.4.Neque etiam mouet,quod dici poſſet cul
pam imputari apparitori qui cautione ſibi ante non
proſpexit. Nam ſi tempore arreſti facti creditor ad-
huc diues erit,credere ei potuit. Si vero non erat di-
ues,ex Scæuolæ reſponſo conſtat,quòd cum de in rem
6 verſione agitur,promiſsio & obligatio vnius, nõ im-
pedit actionem aduerſus eum, in rem cuius conuer-
ſum fuit.l.penultim.ff.de in rem verſo,ſaltem in ſub-
ſidiũ.Quod ſi vero vterque diues ac ſoluendo eſt,cre-
ditor ſcilicet & debitor, ita vt aliter apparitori ſuc-
curſum ſit quam per retentionem, vt pote quod credi
torem cuius mandato debitorem arreſtauit,conueni-
re poſſit, neque nunc conuenire ipſum poſſe deſierit:
æquius eſt,vt debitor relaxetur,argu. eorum quæ not.
Alc.& Loriotus ad l.Si me.Cæterum quod de retinen
do debitore dixi,ita accipi velim, ſi ob legitimã cau-
ſam arreſtatus fuit.Nam & Guido Papæ q.448.in gra-
uioribus terminis ex Iacobo Aretino reſpondit,quod
carceratus per ſententiam iudicis abſolutus, à Com-
mentarienſi pro ſalario & expenſis de iure retineri nõ
poteſt,cum in ſimili,ſi obligatio hypothecaria aut pi-
gnoratitia nõ valet,nullus eſt locus retentioni, ſ. cum
vitioſe,de pigno.Bart.ad l.j.eo.tit. Anto.Neguſant.in
trac.de pig.in 1.mẽbr.3.part.nu.17.verſ. Quarto quæri
tur.Nihilominus tamen,conſuetudine multis in locis
recepta.contrarium ſæpe obſeruari Guido monet,for
te ꝙ iniquum foret,apparitorem coniicere in hãc dif-
ficultatem,vt ipſe de iuſtitia aut iniquitate arreſti di-
ſquirat,& ſemper cautionem à creditore exigat,vel pe
riculum inſoluẽtiæ ipſius ſuſtineat,& quod huiuſmo-
di expenſæ rite vel perperam factæ,in rem eius debito
ris nihilominus controuerſæ reperiãtur. Quæ conſue
tudo ſuam quidem rationem habet,ſed dura eſt.

## De pacto quo alius debitum eius qui arreſtatus eſt, in ſe recipit,& non ſoluit. Cap. 35.

*ARGVMENTA.*

1 *Satisfactum eſſe creditori quando dicatur.*
2 *Hæres conueniri debet à creditoribus, nõ emptor hæ reditatis.*
3 *Iuris ciuilis & Canonici maior eſt concordia quam vulgo arbitrantur.*

OMNIS pecunia exoluta eſſe debet,
aut eo nomine ſatiſfactum,vt debitor
cõuictus vel cõfeſſus liberetur. Satiſ-
factũ autẽ accipim' (inquit Vlpianus
lib.28.ad edictũ)quemadmodũ voluit
1 creditor,licet non ſit ſolutum: ſiue pignoribus caueri
ſibi voluit,ſiue aliquo alio modo,licet in hoc ſit dece-
ptus,l.ſi rem alienam,§.omnis,ff.de pig.act.Et quẽad-
modum quandiu nõ eſt integra pecunia creditori nu
merata, etiam ſi pro maiore parte eam cõſequtus ſit,
non diſſoluitur pignorts ſeu hypothecæ obligatio,l.
quandiu.C.de diſtraction.pignor.l.qui pignori.ff. de
pignoribus. ita quoque & debitor non niſi vniuerſo
debito ſoluto liberatus,l.tutor.§. Lucius.ff.de vſur.l.
acceptam.C.eod.titu.l.qui Romæ.ff.de verbo.obliga.
l.plane.ff.famil.erciſc.Quid igitur ſi cum creditor nõ
niſi omni pecunia exoluta contentus eſſe vellet,debi-
tor rem ſuam alicui,ea lege vt creditori ſolueret,ven-
didit aut ceſsit,an actio aliqua competat creditori ad
uerſus eundem?Non loquor hic de delegatione volũ-
tate emptoris,ceſsionarij & creditoris facta, per quã
vinculum obligationis diſſolui non dubium eſſe po-
teſt,§. delegare,l.ſi quis.ff.de nouatio.& deleg. neque
etiam ex ceſsione ſponte conſentienti & recipiẽti cre
ditori oblata,quæ non minorem vim habet in re ſub-
iecta.ſed de venditione aut ceſsione ignorante,vel nõ
approbante creditore cum alio inita, quæ inter alios
acta,aliis neque obeſſe,neque actionem aliquam pare
re videtur.l.ſæpe.ff.de re iudicata.l.ſtipulatio.§. alte-
ri,ff.de verborum obligat.quod vtique dicendum eſſe
Imperatores Diocletianus & Maximianus eleganti
exemplo,& his verbis reſcripſerunt:Cum res filio tuo
eman-



emancipato ea conditione,vt creditoribus tuis ſolue
re,te donaſſe proponas, ſi ſtipulatione vel incontinen
ti habito pacto huic rei proſpexiſti:creditoribus qui-
dem nõ contra eum ex placito veſtro,ſed aduerſus te
competit actio. Eum vero cui tu certa lege prædicta
donaſti,incerta ciuili actione ad placitorum obſequia
vrgeri ſecundum legem donationibus dictam conue-
nit,l.cum res.C.de donation. Et in ſimili Antoninus
2 Auguſtus,rationem iuris poſtulare ait,vt hæres credi
toribus reſpondeat,quanuis alius ea lege emerit hæ-
reditatem,vt creditoribus hæreditariis ſatisfaceret,l.
ratio iuris.C.de .hæredit.vel actio.vendi.Ruſum ve-
ro,Si genero dotem dãdo pro filia(inquit Imp.)pater
communis eam reddi tibi extraneo conſtituto per e-
mancipationem ſtipulatus eſt,nec ſibi ceſſante volun-
tate,nec tibi prohibente iure quærere potuit actionẽ,
l.ſi genero.,C.de iure dot.Nam quãuis cũ pactum re-
ſpicit ipſam rem cui cohæret, & cum te coniunctum,
adeoque fere intra rẽ eſt,tertio alicui actio quæri poſ
ſet:nulla tamen actio acquiritur,quãdo aliquid extrin
ſecum,vt in re propoſita,pactum includitur. Bal. ad d.
l.cum res. Aemilius Ferre.ad d.§.alteri.nu.10. Caueat
igitur debitor in eas arreſti ſeu vinculorũ anguſtias
cõiectus,ne,dum ſe liberare ſtudet,noua atque maio-
re calamitate afficiatur ipſo non ſouẽte creditori, qui
aduerſus ipſum emptorem ſeu ceſsionarium,fidẽ non
ſeruãtem,nullam penitus actionem habet, præterquã
ſi notarius aut tabellio nomine illorum quorum in-
tereſſe poſſet,ſtipulat' fuerit,vel actio à debitore ipſi
cedatur.Iaſon ad d.l.qui Romæ,§.Flauius,nu.9. verſi.
2.limita.& alij ad d.§.alteri.b §.ſeq.Sunt tamẽ qui exi
ſtimant,& æquitate & benignitate canonica cũ duri-
tie iuris ciuilis Romanorum pugnante,in ſubſidium,
creditori ex hac ſtipulatione debitoris,vtilem actio-
nem concedi.Socin.conſi.236.lib.2.Zaſius ad d.§.alte-
ri.nu.27.argu.l.Caius.ff.ſolut.matri. & l.quoties.C.de
donat.quę ſub modo.qua de re admodum dubito:Nã
ſi bene circunſpicias, multo certe rarior eſt inter Ius
2 ciuile & canonicum antinomia,quàm plerique exiſti-
mant,& quando nihil reperitur nominatim cautum
in contrarium, ſacri canones leges ciuiles ſequi non
dedignantur.Mouet autem hãc dubitationem Tiraq.
de vtroque retract.§.j.glo.14.nu.116.verſi.Si autẽ ſcire
vis,&c.ſed eam non diſſoluit,quæ certe ad multarum
aliarum difficultatum explicationem & reſolutionẽ
pertinere poſſet.

*AVTHOR AD LECTOREM.*

*HAec ſunt pie Lector,quæ de arreſtis & iure ſiſtẽdi dilucide ac ſuccincte ſcribenda exiſtimaui. Meminiſſe te velim,me & hominem eſſe,& vnũ hominẽ,nec omnia vel amplius per me aſſequi, quàm ab homine mediocris ingenij atque inſtitutionis. Itaque ſi quid inueneris in hoc opere quod animi tui expectationi nõ ſatis reſpõdeat,exiſtimabis nõ eſſe hoc laboris vitiũ,ſed tenebrarũ humanæ mentis. Dicã cũ Lactãtio: Quòd ſi vita optãda eſt ſapienti, profectò nullã aliam ob cauſam viuere optarim, quã vt aliquid efficiam quod vita dignum ſit,& quod vtilitatem legentibus,ſi non ad eloquentiã, quia tenuis in nobis facũdiæ riuus eſt,ad iuuandũ tamẽ proximũ, & viuendum afferat:quod eſt maxime neceſſariũ. Gloria Deo & Imperium in ſecula ſeculorum.*

# TRACTATVS MVLTVM CONDVCIBILIS DE CARCERIBVS, DN. BALDI PERVSINI FAMA SVPER AETHERA NOTI.

*SVMMARIVM.*

1 *Sermo quilibet de quauis re ſeu negotio ſuſpectus, à diffinitione proficiſci debet.*
2 *Carcer quid proprie dicatur.*
3 *Carcer vnde dicatur,& quare ſic vocetur.*
*Mulier quæ & quando incarcerari poſſit.*
4 *Doctor legum an poſsit pro debito incarcerari.*
*Filiusfamilias incarcerari poteſt,& cedere bonis.*
*Pupillus pro delicto an poſſit carceri mancipari.*
5 *Appellatio intra decem dies à ſententia lata interponi debet.*
6 *Incarcerari nemo debet die feriato pro hominum vtilitate.*
7 *Iudex qui die feriata aliquem incarcerari fecit, die feriata poterit eum abſoluere.*
*Debitor de fuga ſuſpectus, die feriato capi poteſt.*
8 *Creditor debitorem de ſuſpecto accuſans,& eum capi petens, an debeat iudici oſtendere inſtrumẽtum crediti.*
9 *Carcerari nemo debet pro debito die feriata in honorem Dei.*
10 *Tonſura auferri poteſt ob enorme crimen die feriata etiam in honorem Dei.*

*CAPVT PRIMVM*
*de carcere.*

QVIA legum præcepta principaliter
ſunt inuẽta,ne pauperes perſonę mo-
leſtiis affligãtur:ideo viſum eſt, quòd
inter pauperes perſonas nulla adeo
triſtior & pauperior inuenitur,quàm
perſona incarcerata. Ideo de carcere
aliqua ſum dicturus,& cõſequenter de perſona incar
1 cerata,& ſimiliter de cuſtodibus. †Et quia,vt ait Tul-
lius primo de officiis: Omnis enim qui de aliquo ſu-
ſcipitur ſermo,debet à definitione proficiſci,vt intel-
ligatur quid ſit de quo loquatur.ad quod cõcordat ff.
de mino. Ideo primo videamus,quid ſit carcer,& vn-
de dicatur carcer.Et ſubſequenter videamus de perſo
na incarcerata,quis poteſt incarcerari, pro quo debi-
to,& in quo loco poteſt incarcerari,& qualiter punia
tur fugiens de carcere:& ſimiliter videamus quis po-
teſt eſſe cuſtos carceris. Veniamus ad primum,ſ. diffi-
2 nitionem.Et poteſt ſic diffiniri: † Carcer eſt locus ſe-
curus,horribilis,repertus non ad pœnã,ſed ad delin-
quentium vel debitorum cuſtodiam. Primum mem-
brum huius diffinitionis dum dicitur, locus ſecurus,
colligitur ex l.in verbo,ſoluentis.C.de cuſto.reò.Nam
carcer debet eſſe ſecurus,ne incarcerati effugiant. &
ibidem debent eſſe catenæ ferreæ & compedes & alia
ſimilia,quibus mediantibus poſsint ſub fida cuſtodia
retineri,vt eſt text.in l.j.C.de cuſto.reorũ.vbi dicit,vt
cruciatio deſit. Item dum ſubditur,horribilis. Nam
carcer eſt locus horribilis,tum propter conuerſatio-
nis hominum priuationem,tum propter immunditiã,
& iſtud colligitur in l.ſi quis in ea culpa.ff.de cuſtod.

reo.ibi,dum dicit,ſchalorum carcer. Nec tamẽ debet
eſſe horribilis, quòd ad pœnam incarceratorum re-
dundet:cum carcer ſit inuentus ad cuſtodiam, non ad
3 pœnam,vt ff.de pœn.l.aut damnum.§.ſolẽt. †fallit au
tem in vno caſu ſpeciali in l.j.§.fina.ff.de alea.Hinc eſt
quòd de iure ciuili nemo poteſt ad perpetuum carce-
rem damnari,vt dicto §.ſolent. Secus vero eſt de iure
canonico,in cap.quanuis.extra,de pœn.libro 6.& c.re
periuntur in gloſ.Circa ſecundum,vnde dicatur car-
cer:poteſt dici,à claritate ſecluſus,quia ibi nulla clari
tas,vel poteſt dici,quaſi carẽs claritate,quia ibi eſt ma
gna cæcitas & obſcuritas.Quidam aliter & aliter in-
terpretantur ſecundum diuerſas opiniones. Tertio
quæro,quis poteſt incarcerari? Et primo quæro, an
mulier poſsit incarcerari. Sic diſtinguendum eſt: Aut
quærimus pro debito ciuili, aut pro delicto. Primo
caſu aut eſt mulier honeſtæ vitæ,aut eſt meretrix. Si
eſt mulier honeſtæ vitæ,tunc non poteſt incarcerari,
immo iudex capitis pœna punitur, qui facit eam in-
carcerari,vt nota.in l.fin.de officio diuer.iudicũ.& in
authentic.nouo iure.quæ poſita eſt C.de cuſto.reorũ.
Vnum tamen dico,quòd ſi mulier ſubiiſſet tutelam fi-
liorum ſuorum,& renuntiaſſet Velleiano & omni alte
ri exceptioni ſibi competenti,quòd per renuntiationẽ
poteſt carcerari.Iſtud expreſſe & notabiliter tenet Bar
tolus.ff.de teſtamen.tute.l.ſi quis ſub conditione. Aut
iſta mulier eſt infamis,vt meretrix: & tunc dico quòd
poteſt incarcerari:nõ tamen debet poni in eodem car-
cere cum marito.& eſt caſus C.de cuſtodia reo.l.quo-
niam.& not.Archid.18.q.2.diffinimus etiam pro debi-
to ciuili,vt not.de cuſto.reo.authentic.ſed nouo iure.
¶Secundo caſu principali cum quæritur,an poſsit in-
carcerari pro delicto.vide in dicta authẽ.ſed nouo iu-
4 re.†Tertio quæro,an legum doctor poſsit incarcerari
pro debito.dicendum eſt quòd non,ſicut miles,immo
puniuntur iudices capite.Iſtud notat gloſ.ſingu.C.de
profeſſo.& medi.l.medicos.libro 10.Quarto quæro,an
filiusfamilias poſsit ĩcarcerari.dic quòd ſic,probatur.
nam filiusfamilias poteſt cedere bonis,vt l.j.C.qui bo.
cedere poſſunt.ergo præſupponitur,quòd poteſt incar
cerari.licet gloſſa videatur tenere contra.in l.3.§.vtrũ
ff.de mino.ſed illa gloſſa reprobatur communiter per
doctores,& per Bartol.ff.ſoluto matri.l.ſi filia.Quinto
quæro,nunquid pupillus poteſt incarcerari pro deli-
cto?& videtur quòd non,vt no.in l.fi.C.de cuſto.reor.
vbi dicit,eodemque,&c. Idem credo in debito ciuili,
dummodo nõ ſit doli capax. ſed an poſsit in integrum
reſtitui,ſi aliquo caſu ſit læſus,vt l.partu, ff.de minor.
Idem puto de quacunq; perſona,quod pro delicto po-
teſt carcerari.Idem pro debito,niſi creditores renun-
tiaſſent iure carcerandi,vt not.Bart.in l.j.C.qui bonis
cedere poſſunt.dummodo non ſit ſoluendo.Nam ſi eſ-
ſet ſoluendo,de iure ciuili nõ poſſet incarcerari,vt eſt
gloſſ.ſingularis in l.3 ff.de ſuſpect.tuto.Et ſi incarcerẽ-
tur dum ſunt ſoluendo,poſſunt à tali ſentẽtia ſuper in-
carceratione lata appellare,& reappellare poterũt in-
carcerati,ſi ſteterint per tres menſes vel plures in car-
ceribus,numerando à die latæ ſententiæ ſuper incar-
ceratione.nec obſtat authen.ſed nouo iure.C. de app.
5 †Et dic quòd appellatio debet interponi à ſententia
lata infra decem dies:quia illa intentatur in actu mo-
mentaneo.Sed ſi interponatur ab actu ſucceſſorio, vt
eſt in caſu noſtro,tunc appellatio ſemper poteſt inter-
poni:quia omni die dum tenetur,detinetur debitor in
debite in carceribus,vnde ſemper reſtat ſententia ſu-
per ipſa incarceratiõe omni die.ita videtur tenere do.
Barto.in l.3.C.de epiſc.audien. Secundo principaliter
quæro,quãdo poteſt incarcerari,&pro debito, & pro
delicto? Et primo quæro, nunquid poteſt incarcerari
die feriato?Et iſta quæſtio poteſt ſubdiuidi in tres.Pri
mo,an poſsit incarcerari die feriato ad vtilitatem ho-
minum. Secundo,an die feriato ad honorem D E I.
6 Tertio,an die feriarum repentinarum. †Ad primum
dico, ꝙ non poteſt incarcerari de iure die feriato ad
vtilitatem hominum. quod probari poteſt ſic: Nam
ſi de quo magis videtur ineſſe, non ineſt: nec de quo
minus.authent.multo magis.C.de ſacroſan. eccle.ſed
ſic eſt, ꝙ magis videtur ꝙ in tempore meſſium poſſit
quis cogi venire ad iudiciũ: cum ſit minor citatio ver
balis,quam perſonalis.quod no.Cyn.in l.cũ clericum.
Co.de epiſ.audi.alias incipit,omnes.& tamen hoc eſt
falſum,vt leg.j.in fi.ff.de fer.ergo nec citatio perſona-
lis poterit fieri. Et ratio, vt dixit tex.ne homines ab
agricultura remoueantur. hoc eſt verum, niſi cape-
retur pro executione ſententiæ: quo tempore poteſt
iuſte fieri,iuxta nota.per Inno.in c.fi.de iudic. & ideo
propter inſtrumentũ guarentigiæ,quod habet execu-
tionem paratã,& per ſententiã ex forma ſtatutorũ iu-
ſte poſſunt tali tẽpore capere debitores,hæc ſunt ver-
ba Bar.in l.6.ff.de fer.& Ioan.de Imol.Prædicta autem
recipiunt diſtinctionem,niſi renunciaſſet debitor, ar.
l.ſi quis in conſcribendo.Cod.de pact.nam talibus fe-
riis bene poteſt renunciari,vt no.in cle.ſæpe.extra.de
7 verb.ſignifi.†Item no.ꝙ ſi iudex in die feriata feciſſet
aliquem incarcerari.ꝙ die feriata poterit eum excar-
cerare.vt no.Accur.in l.minor.ff.de euict. Item ſecus
ſi debitor eſſet oriundus de partibus, vbi non recolli-
gitur triticum,neque vinũ,neque alia neceſſaria ad vi
tam.iuxta no.per Inno.in ca. conqueſtus.extra.de fe-
riis. Item ſecus eſſet, ſi debitor eſſet ſuſpectus, ita ꝙ
de eius fuga timeretur.iuxta not.per doct.inſt. de act.
in princi.& in l.j.C.de ſer.fu.Nã propter ſuſpicionem
fugæ,poteſt debitor capi in die feriata,vt eſt glo.in d.
l.fi.Co.de fe.Et propria authoritate poteſt capi, vt ait
prętor.§.ſi debitorẽ.ff.de his quę in frau.cre.Nec hoc
caſu eſt citandus debitor,qui accuſatur tanquã ſuſpe-
ctus per creditorem,vt no.Bar.in l.ſi creditor.& in l.2.
8 ff.ſi cer.pe.†Sed circa prædicta quæro, nũquid quãdo
creditor accuſat debitorem ſuſpectũ de fuga , & à iu-
dice petit & requirit,vt ſibi det familiam,qua median
te poſſit capere debitorẽ,nunquid creditor habet ne-
ceſſe oſtendere iudici ſummatim inſtrumentum de-
biti vel alia iura?Reſpondetur ꝙ ſic, ſicut in ſimili vi-
demus.Nã ſequeſtrũ quando fit ob timorem fugæ, nõ
poteſt fieri niſi oſtendatur inſtrumentum debiti. &
tex.in l.ex hoc.C.de ero.mili.anno. lib.12. ergo multo
magis quod debet perſona capi.& addit hoc Ioan. de
Imol. poſſe, quod ſufficeret iuramentum petentis vel
vnius teſtis: ſicut dicitur de miſſione in poſſeſſionem
contra contumacem ex primo decreto,vt not. gloſſ in
c.quoniam.§.in aliis.vt lite non conte.Circa ſecundũ,
ſ.an feriis inductis ad honorem Dei poſsit quis capi
6 pro debito.†dicendum eſt quòd nõ,vt in l.finali.C.de
fer.niſi eſſet timor fugæ,vt prædixi.ideo credo in fe-
riis repentinis ꝙ non poſsit capi,ſicut inductis ad ho-
norem Dei.quod patet,quia prædictis nõ poteſt renun
tiari,vt not.Ioan.And.in d.cle.ſæpe.niſi forte ex forma
ſtatuti aliter diſponeretur. Nam ſtatutum ſecundum
quoſdam poteſt tollere ferias inductas in honorẽ Dei.
& hoc videtur ſentire glo.& Bar.in l.quinquaginta.C.
de feriis.Sed Albertus de Roſiaco.in l.fi.de feriis.tenet
contrarium,de qua quæſtione ibi vide.vbi ad plenum
examinat iſtam materiam.Et prædicta locum habẽt in
ciuilibus:in criminalibus autem puto,ꝙ quacunq; die
poteſt fieri incarceratio, dum tamen ſit graue delictũ,
vt not.in l.3.C.de epiſc.audi.C.& ibi not.per Bar.ſecus
ergo,ſi tantum eſſet leue ſecundũ dictũ Ioan.de Imol.
quia cum in leuibus criminibus capi nõ debeant illo
tempore,relaxantur:vt eſt text.in illa l.3.C.de epiſcop.
audien.modo ergo non debent capi ſecundum Ioan.
de Imol.Item ſecus eſſet,ſi eſſet periculum. nam pro-
pter enormitatem criminis & periculi multa conce-
duntur, quæ alias non concederentur in l.ſi quis filio
exhære.§.penult.ff.de iniuſto rupto & irrito teſtamen
†Nam.



10 †Nam propter magnitudinem criminis poteſt aufer-
ri tonſura in die feriato in honorẽ Dei,vt ſingulariter
not.Bar.& eſt tex.in l.3.C.de epiſc.audi.vbi omnia vi-
de;quantum ad tempus quo poteſt fieri incarceratio.

## *ARGVMENTA.*

1 *Incarceratio fieri poteſt pro quolibet debito.*
*Incarceratio an fieri poſſit pro fiſcali debito.*
2 *Incarcerari poteſt quis pro collectis non ſolutis.*
*Debitorem eximens de manibus poteſtatis, an te-*
*neatur.*
3 *Incarceratus pro debito fiſcali, recommendari po-*
*teſt pro debito priuati.*
4 *Incarceratio in quo loco fieri debeat.*
5 *Carceres frangens ad fugiendum, cenſetur confiteri*
*delictum.*
*Cuſtos carceris diſcretus eſſe debet.*
6 *Cuſtos carceris in officio delinquens, qualiter puniẽ*
*dus ſit.*
*Proceſſus qualis fiat in cauſis incarceratorum.*
7 *Perſona miſerabilis quæ dicatur iudicis arbitrio re-*
*linquitur.*
8 *Cauſa carceratorum & aliarum perſonarũ miſera-*
*biliũ, diebus in honorem Dei feriatis agitari poteſt.*
*Debitor non ſoluendo, & non habens vnde ſe alat, cu*
*ius expenſis in carcere ſit alendus.*

## Caput ſecundum de carcerato.

RESTAT modo videre,propter quid po
teſt fieri incarceratio.Et primo quęro,an
pro debito priuato poſsit quis incarce-
rari.Secũdo,an pro debito fiſci. Tertio,
an incarceratus pro debito priuato poſ-
ſit ibi recommendari pro debito fiſci. Item an incar-
ceratus pro debito,poſsit pro delicto recommendari.
1 Item an econtra. †Circa primum reſpõdeo, quòd pro
quolibet debito poteſt fieri,vt not.l.3.§.tutores.ff. de
admi.tute.& per canoniſtas,extra,de pign.c.2.in gloſ.
36.diſt.non ſatis.& in l.j.C.qui bon.ceder.poſ.pro de-
bito autem conditionali,non puto,ꝙ poſsit incarcera
ri,ſicut nec poteſt efficaciter peti.Item puto quòd pro
debito naturali tantum,vel ciuili tantum, non poteſt
fieri incarceratio,argumen.l.ſi is.§.Flauius.ff.de ſolu.
& argu.l.j.§.j.ff.ne vis fiat ei.Circa ſecundum,ſcilicet
an pro debito fiſci poſsit incarcerari.reſpõdeo, quòd
ſi non vult ſoluere.text,eſt in l.j.de exact.trib. C.li.10.
quod probatur ratione.nã debitor fiſci poteſt cedere
bonis,vt eſt gl.ſingu.inſti.pro ſocio.§.ſi quis. & glo.in
l.2.C.qui bonis ced.poſſ.Sed ceſsio bonorum fit,vt ce-
2 dens liberetur à carceribus,ergo,&c.†Sed nonne pro
collectis poteſt quis incarcerari de iure? Reſpondeo
quòd ſic,vt ſi ſtatutum faciat collectam eſſe munus or
dinarium,poteſt,vt eſt textus C.de iudi.lib.10.Dico ta
men ꝙ iudex propter paupertatẽ poteſt collectam re-
mittere,vt eſt gloſſ.in l.omnes.C.de mu.& ord.lib.10.
vnum tamen dico,quòd ſi debitum eſſet iam ſolutum
vel ſatisfactum,ita quòd incarceratus fuiſſet iniuſte,
poteſt ab amico cum violẽtia extrahi de carcere. Hoc
tenet dominus Dynus in l.nemo.C.de exact.tri. Nam
iudici iniuſte faciẽti poteſt reſiſti vt priuato, vt infra
videbitur.Quid ſi iudex nõ vult differre appellationẽ
ab amicis interpoſitã in cauſa criminali,ſed velit face
re executionẽ infra 10.dies datos ad appellãdũ? dic ꝙ
amici impedire poſſunt,vt not.Inno.in c.ſi quãdo.ex-
tra,de offi.deleg.& Bart.in l.addictos.C.de epiſ.audi.
dico tamen in debito ciuili,qui debitorẽ de manibus
familiæ eximeret,tenetur ad illud debitum, ad quod
carceratus tenebatur,vt C.de exact.trib.l.quoties.per
do.Roſ.de Peruſio.& not.Ioan.de Imol.ꝙ reus accu
ſatus de crimine,debet incarcerari.tex.eſt ordinariu
3 2.q.8.quiſquis.& ibi etiam not. † Circa ſecundum, an
incarceratus pro debito fiſci,poſsit recõmendari pro
debito priuati.& reſpondeo ꝙ ſic,vt eſt text.in l.quo-
ties.de exac.tri.Reſtat videre,an incarceratus pro de-
bito,poſsit pro delicto recommendari. & ſecundum
docto.dicitur ꝙ ſic.not.Bart.in l.3,ff.de cuſt. & exhib.
reo.ſed ſi eſſet incarceratus pro delicto,non poſſet re
commendari pro debito.vt ibi notat Barto.Sed ſi eſ-
ſet in carcere pro vno delicto, an poſſet pro alio deli-
cto recommendari.Diſtingue: Aut delictum pro quo
erat prius in carcere,erat tale, vt impediret talem e-
xecutionem fiendam in alio pro quo recõmendatur,
& tunc bene poteſt fieri recommẽdatio, vt ſi erat pri-
mo incarceratus pro manu, & tunc recommendatur
pro capite:quia tunc iſtę exceptiones ſe compatiũtur.
vnde primo fit executio in manu,deinde in capite,vt
eſt glo.not.in l.cotem.C.de dila.lib.12.& prædicta ſuf
ficiant circa debitum pro quo poteſt incarcerari, &
circa delict.Reſtat videre,in quo loco poteſt incarce-
4 rari.†Et circa iſtũ paſſum vnico modo expedio: quia
nullus debet incarcerari,niſi in loco publico & com-
muni deputato.alias ipſe qui incarcerat aliquem, ſi te
net ipſum per viginti horas,dicitur cõmittere priua-
tum carcerem, vt not.C. de priuã.carc.l.j & l. capite.
ff.de adul. Fallit tamẽ ſi pater incarceret filiũ ad cor-
rigendũ eum.nam nũc pater dicitur cõmitere priua-
tũ carcerem.vt no.Cy.de pri. car.l.j.Immo plus,ſi ipſe
filius eſſet clericus,pater non incideret in canonem,ſi
quis ſuadente.17.q.4.iſtud tenet Ray.in titulo.de ſent.
excom.§.ſequitur.vel circa.Quod autẽ dixi, ꝙ nõ po-
teſt quis incarcerari pro debito in loco priuato,eſt ve
rum, niſi debitor ipſe per ſuum iuramentũ pręſtitum
promiſiſſet ad ſtandum in aliquo loco,vt not.Inno. in
c.ex reſcrip.extra.de iureiur.Sinautem ſimpliciter ſuo
iuramento ille promiſiſſet debitũ,tunc dico ꝙ per iſtã
promiſſionem non arctatur,vt no.Bar. ff.ſol.mat.l.alia
cauſa.§.eleganter.& per eundẽ.ff.de cõd. & demon.l.
Titio centum.hęc de loco ſufficiant:nũc reſtat videre
de pœna fugientis.dico quod capite punitur,vt l.j.C.
de effrac.& expi.& vide Io.An.in c.penul.de apoſtata
ſuper gloſſ.& certe ſciendũ eſt,ꝙ ille qui fugit de car-
5 ceribus,videtur delictũ †confiteri,vt l.ad cõmentariẽ
ſem:C.de cuſto.reo.idẽ no.Archi.in c.vt commiſſo.de
hæret.li.6.vnũ tamen dico, quod nunquam præſumi-
tur,ꝙ reus fugiat,ſi eſt ſpes de proximo ꝙ debeat rela
xari.glo.eſt not.in l.ſi pecuniam.ff.de condi.ob cau.&
no.in l.argumentum.§.j.ff.de re iudi.Sed iuxta prædi-
cta quero,quid ſi oſtium carceris erat apertum,& effu
gerit incarceratus,nunquid punietur?dico ꝙ ſic, facit
optime text.in l.j.§.j.C.de exact.tri.& effra.Reſtat mo
do videre, quis poteſt eſſe cuſtos carceris. Et dico ꝙ
cuſtos carceris debet eſſe homo diſcretus.nam cũ ipſe
habet incarceratos in cuſtodia,debet eſſe in eo diſcre
tio.Et dico ꝙ prædicta debent eſſe in arbitrio iudicis.
Et addit hic domi.Ioan.ꝙ quandoque poteſt dari par-
ti ad cuſtodiendum de authoritate iudicis, ſi melius
cuſtodiatur,vt dicit Archi.2.q.j.in primis.Quæro vlte
rius, qua pœna punitur cuſtos carceris qui delinquit
6 in cuſtodia?†Dico ꝙ ipſe capite punitur,ſi propter do
lum vel culpam incarcerati ex delicto, effugerint, vt
eſt tex in l.miles.in fin.ff.de cuſt.reo.In ciuili autẽ cre
do,ꝙ ipſe tenetur ad illam quantitatem creditori, ad
quã debitor erat obligatus.hoc tenet Tullius & Clau
dius in l.quoties.Codic.de exact.tribu.lib.10.Et dic ꝙ
agitur cõtra illum cuſtodem ex illa lege.Vltimo quæ-
ro,nunquid plures poſſunt eſſe cuſtodes? Dico ꝙ qui-
libet familiaris poteſt cuſtos eſſe,& quilibet retinere
vnam clauem carceris.glo. eſt in c.multarum. de hæ-
reti.40.claues. Item quæro,qualiter in cauſis incar-
ceratorum procedatur. dico quod proceditur ſum-
marie & de plano. Nam in cauſis miſerabilium per-

ſonarum proceditur ſummarie & de plano. ita tenet
Cyn.in l.j.C.ſi quis alte.vel ſibi.ita Spec.in l.j.C.quan
do imperator inter pu.& vi.& ibi Barto.in l.fina.C.de
7 cuſto.reor.† Nam miſerabilis perſona dicitur illa eſſe
ſecundum quod iudici videbitur,vt notat Pet.de Bel-
la Perti.l.j.quando imperator inter pupill.& vi.C.no.
gloſſ.in authentic.præteriti.C.de col.Quòd itaq; ſint
miſerabiles perſonæ,patet,quòd relictũ incarceratis,
dicitur relictum ad pias cauſas,etiamſi ſint incarcera-
ti pro debito,vt notatur in l.illud.C.de ſacroſan.eccl.
Et ideò credo,quia in tali cauſa procedatur ſummarie
& de plano. Sed an in cauſis incarceratorum poſsit
procedi diebus feriatis in honorem Dei? & videtur
quòd non: quia licet in cauſa poſsit procedi ſumma-
rie,vt iam dixi,tamen in talibus cauſis non procedi-
tur diebus feriatis in honorem Dei.nota.in clementi.
ſæpe.de verb.ſig.Contrarium puto per tex.in c.fi.cum
8 glo.ſua de feriis.†vbi cauſa miſerabilium perſonarum
poteſt tali tempore tractari: ſed iſtæ ſunt miſerabiles
perſonæ,vt hic dicit glo.& ad hoc tex.l.iudices.C. de
epi.audi.do.Io.de Imol.dicit, quod ſi quis fecit ſuum
debitorem incarcerari, & non ſit ſoluendo, ita quod
non poteſt ſe ſuſtentare,debet de bonis creditoris ſu-
ſtentari.facit ad hoc optimus tex.16.q.6.de lapſis licet
glo.dicat,quod rector carceris prouidebit.17.q.4.dif-
finitionem.& vide quod no.Ioan.An.in c.ex reſcripto
de iureiur.Ioan.de Imol.dicit, ꝙ creditor tenetur ip-
ſum alere in carceribus.& iſtud tenet glo.in l.fi. ſuper
verbo,agnoſcere.C.de ero.mili.an.l.12.Iſtud tenet do.
Ra.in l.iudices.Cod.de epiſ.aud.& quærit hic do.Ioã.
de Imol. quid ſi aliquis incarceretur pro debito de-
ſcendente termino alias pendente,an debeat relaxari,
ſi præſtet cautionem ſatisfaciendi?glo.dicit quod ſic,
in c.nuper allegato.Et hæc ſufficiant.

*Explicit tractatus de Carceribus editus per dominum Baldum.*

# TRACTATVS REPRESSALIARVM, SEV DE INIVRIIS ET DAMNO DATO.

*CLARISSIMI IVRISCONSVLTI IOANNIS Iacobi à Canibus.*

PROOEMIVM INCIPIT.

CVM multa & maxima in iure ciui
li & pontificio clariſsime atque lu
culentiſsime congeſta & ordinata
ſint,adeo vt cuiuſque pluſquã me-
diocriter eruditi animo poſsint ac
debeant optime ſatisfacere: illa ta
men meo iudicio imminent, quæ
Iuſtiniano Auguſto intercedente, compoſita & con-
ſummata ſunt: ſeu quòd ſecula illa nitorem quendam
& claritatem præ ſe ferebant: ſeu quòd Iuſtinianæ gẽ
tis tanta claritas, tanta gratia apud deos ſuperos at-
que inferos fuit,vt per ſe attollere atque illuſtrare o-
mnem infirmam rem labentemque videretur.Sicut e-
nim quondam dedit natura rerum gratiam quandam
Scipionibus, vt Carthaginenſes Africámque conter-
rerent: Brutis,vt dominos Romanæ vrbi detraherent:
Deciis,vt deuotis corporibus Reipublicæ victoriam
adſtipularentur: Sic Iuſtinianæ genti hoc contulit
munus maximum atque præcipuum, vt eius ſplendo-
re ac gloria colluſtrati iurium codices, tanquam viua
ci quodam ſpiritu ſeruarentur. Et idcirco cum ego
quidem non iuris ſcientiam,ſed quoddam potius ſciẽ
tiæ iuris deſiderium præ me ferrem, inter legendum
quidem Bonifacianos codices, in quandam incidi
Pontificianam ſanctionem,quæ repreſſaliarum ſeu pi
gnorationum quæſtiones videbatur attingere. In qui
bus quidem cum vtriuſque iuris codices accuratiſsi-
me reuoluiſſem, & meſſem prioribus quidem ſeculis
inuſitatam pertractaſſem: placuit eam in vnum com-
pẽdium breue ſaltúmque colligere,idque tuo nomi-
ni clariſsimo & pene diuino dedicare, vt quod in eo
rude aut minus politum fuerit, tua prudentia dolet
atque perpoliat: & deinde ſi quid non inutile fuerit,
id tuo nomine inſignitum, aliorum amicorum vſui
poſsit accommodari.Verum quia magiſtralis hic ſty-
lus leniter fluere, & aures molliter demulcere nõ po-
teſt,veniam mihi dabit tua clemens benignitas, ſi e-
ius auditum incomptus obtudero. Optimarum enim
& exquiſitiſsimarum rerum lectio tum demum tuæ
prudentiæ dulcior apparebit, cum hoc rudiuſculo
& inconditiore ſtylo tanquam cibo viliore fuerit re-
creata.

¶Sequitur textus ſexti Decretalium.

*Gregorius X.in concilio Lugdunenſi.*

ETSI pignorationes,quas vulgaris e-
locutio Repreſſalias nominat, in qui-
bus alius pro alio prægrauatur,tãquã
graues legibꝰ,& æquitati naturali cõ-
trariæ,ciuili ſint conſtitutione prohi-
bitæ: & tamen earum prohibitio in perſonis Eccleſia-
ſticis tanto amplius timeatur,quanto ſpecialius in il-
lis inhibentur,eas concedi contra perſonas prædictas
ſeu bona ipſarum aut quarumcunque generaliter,præ
textu cuiuſuis conſuetudinis,quam potius reputamus
abuſum,forte conceſſas,ad illas extendi præſenti de-
creto diſtrictius inhibemus.Illi vero qui contrafece-
rint,aduerſus perſonas eaſdem pignorationes ſeu Re
preſſalias concedendo,vel extendendo ad eas,niſi præ
ſumptionem huiuſmodi reuocauerint,à conceſſionis
vel extenſionis tempore infra menſem, ſi perſonæ ſin-
gulares fuerint, ſententiam excommunicationis in-
currant ſi vero vniuerſitas, eccleſiaſtico ſubiaceat in-
terdicto.

*SVMMARIVM.*

1 *Repreſſaliæ quid ſint.Et an prohibitæ,& quo iure,*2.
8.*Et cur inductæ,*9.14.15.18.*Et quando concedendæ,*
20,*Et in quibus fallat,*21.22.
*Pignoratio quid ſignificet.*
*Vocabula iuris obſcura,quomodo interpretanda & declaranda.* 6.7.
2 *Vulgaris locutio plurimum momenti habet in interpretandis legibus & ſtatutis.*
3 *Ius non ſcriptum,efficaciſſimum eſt,vbi ſcriptũ non diſponit.*
4 *Conſuetudo clericis aut eorum rebus oneroſa, eſt reproba.*
*Augmentũ dotis,eodem gaudet priuilegio quo dos.*





5 *Caſus in quo ſententiæ excommunicationis effectus ſuſpenditur.*
6 *Conditio dependens à poteſtate implere debentis,nõ retrotrahitur ad tempus ſententiæ.*
10 *Iudice inordinatim vel perperam iudicante, quid diſponat lex.*11.
11 *Leges ſeruandæ vbi deficiunt canones.*
12 *Papa iuſtitiam ſuam impertit,principibus eam exercere negligentibus,& quibus.*
13 *Bellum inter ſubditos imperio vel eccleſiæ, quando cenſendum iuſtum.*
14 *Punitiones multæ recitãtur propter populi ſcelera,*
16 *Ius ſibi dicere quando cuique liceat.*
17 *Ius non ſcriptum,ſcripto par æſtimatur.*
*Florentinæ vxores tenentur pro debito maritorum.*
19 *Aequitas iuris gentium, iudiciorum ordinem præceſſit.*
21 *Dominus non faciens iuſtitiam,poteſt deprædari.*
22 *Repreſſaliæ nunquid poſſint delegari,& per delegatum expediri.*
23 *Conſilium vltra mandatum requiritur in his quæ ſunt magni præiudicij.*
24 *Mundus totus informiter regitur.*
26 *Culpa vniuerſalis tranſit ad omnes ab vniuerſitate inſeparabiles,*
27 *Verba abſolute poſita quid ſignificent.*
28 *Ciuium appellatione qui veniant.*
29 *Municipes qui dicendi.*
*Artis priuilegia,eam non exercenti deneganda.*
30 *Repreſſaliarum beneficium aduenis nunquid concedendum.*
31 *Bannitis repreſſalias petere an liceat.*
32 *Captus non relaxandus ob officialis delictum in creditoris damnum.*
33 *Pugna pro debito ciuili non committenda.*
34 *Repreſſaliæ an & quando die feriata concedendæ.*
35 *Bartolus molliter & effœminate nonnunquam opinatus eſt.*
36 *Reſtitutio in integrum,non habet locum in exiguis.*
37 *Repreſſaliarum quod ſit fundamentum & radix.*
38 *Maleficio futuro renuntiari non poteſt.*
39 *Ciuitas originis,præfertur ciuitati ex conuentione.*
40 *Repreſſaliæ nunquid poſſint concedi per ciuitatem conuentionis,contra ciuitatem originis.*
41 *Emphyteutæ non ſoluiſſe canonem,tertius non poteſt opponere.*
42 *Iudex nunquid poſſit pro repreſſalijs capi in ciuitate,contra quam non facit iuſtitiam.*
43 *Scholares an gaudeãt immunitate aduerſus repreſſalias,& quando.*
*Bedelli ſunt de appendicibus ſtudij.*
44 *Legati an pro repreſſalijs poſſint detineri.*
*Nundinæ à repreſſalijs ſunt exemptæ.*
*Peregrini ſine pera & baculo,non gaudent peregrinorum priuilegio.*
*Captura eſt citatio realis.*
45 *Scholaribus libri pro repreſſalijs non auferendi.*
46 *Repreſſalijs abutentes,qua pœna puniendi.*
47

## De iniurijs & damno dato. Rubr.

ETSI PIGNORATIONES.¶Hæc
decretalis diuidit in tres partes.In pri-
ma parte ponit cauſam prohibitionis.
In ſecunda,ibi,vt autẽ.ponit ipſam pro
hibitionem.In tertia,ibi,illi autem.in-
fligit pœnam cum facultate reuocandi eam infra cer
tum tempus.Quælibet autẽ pars poſſet ſubdiuidi per
alias.Sed iſta pro declaratione ſufficiat.Summatur au
tem ſic,ſecundum do.Ioan.And.& ſequaces. Repreſ-
ſaliæ cõtra perſonas eccleſiaſticas concedi,vel cõceſ-
ſæ non debent extendi contrafacientes,ſi infra mẽſem
non reuocent,ſi ſunt ſingulares perſonæ,ſunt ipſo fa-
cto excommunicatæ: ſi ſunt vniuerſitates,ſunt inter-
dictæ.hoc vult in effectu.Vel ſic,& breuius more no-
ſtro.

*Non appræhendatur pro quoquam clericus inſons.*

¶Forma autem quæſtionis propoſitæ in cõcilio, elicitur
feliciter à quolibet mediocriter intelligente.

¶Sed antequam diſcutiatur difficultas huius ſanctio
nis,primo ſignabo textum cuiuſque particulæ, prout
conſueuit,& poteſt melius allegari.

1 NOTA primo,†quod pignoratio,qua alius pro alio
grauatur,vulgari nomine dicitur Repreſſalia. Pigno-
ratio enim per verbi extenſionem ſignificat realem &
perſonalem apprehenſionem: quod à pugno eſt dictũ,
dicitur deriuaſſe,vt l.j.ff.de pignor.action.& l.plebs.
§.pignus.ff.de verbor.ſignifica.Et Repreſſalia, ſecun-
dum quorundam locorum vſitationem dicitur,quan-
do apprehenditur vnus pro alio,& res vnius pro re al
terius.Ex quo conficitur,ꝙ quãdo vocabula iuris ſunt
obſcura,non ſolum poſſunt declarari per particularẽ
demonſtrationem facti quod exigitur in illa re: vt hic,
dum dixit pignorationem qua vnus pro alio prægra-
uatur. Sed etiam poſſunt & debent declarari per vul-
garem vſum loquendi: quoniam vſus loquendi ſe-
cundum vulgus & plebem, ſit magis notus & com-
munis quam alius. facit ad hoc. l. vulgaris.ff.de fur-
tis.Et quod notant legiſtæ in l.prima. ff. de vulga.&
pupill.& canoniſtæ de pœni. diſtin. j.vulgaris. Et in-
tantum dicunt doct. debere attendi vulgarem locu-
tionem, ꝙ non ſolum in legibus & ſtatutis ſit ſecun-
dum ipſam vocabulorũ interpretatio,vt l.cũ delanio-
nis.§.aſinam.ff.de fundo inſtructo.& notat.Barto.in l.
oẽs populi.ff.de iuſtitia & iure. & per Petrũ de Anch.
2 in c.j.de conſtitutionibus: † ſed etiam per talem vul-
garem locutionem fit commutatio & alteratio ſigni-
ficationis ipſorum vocabulorum.l. librorum.§. quod
tamen.ff. de lega.3.l.4 & ibi nota.ff. de lega.j. & inſtit.
qui da.tut.teſta.poſſ.§.pen.& ibi gl.& ſupra. de rebus
eccle.non alienan.capit.hoc conſultiſſimo. ¶Nota ſe-
cundo, quod Repreſſaliæ videntur prohibitæ tripli-
ci iure, ſc.legibus,æquitate naturali, & conſtitutione
ciuili. Et iſta poſſunt intelligi multipliciter: Primo
enim poſſunt intelligi prohibitæ legibus diuinis,quæ
ſemper fuerunt ab æterno in mente diuina.Et iſte in-
tellectus ſatis eſt veriſimilis, cũ poſtea dicat de æqui-
tate naturali,id eſt,de iure gentium, quod habuit ori-
ginem ſimul cum humana natura.§. quod vero. inſtit.
de iure natur.gent.& ciuil.& in decretis.j.diſtinct.c.j.
Et vltimo addit de conſtitutione ciuili, id eſt, de iure
ciuili & canonico,quod appellatur conſtitutio, vt 3.
diſtinct.in princip.& de conſtitut.c.j.Item omnia iſta
verba poſſunt aliter intelligi. nam cum primo dicit,
ꝙ ſint prohibitæ legibus; poteſt intelligi generaliter
de omni iure ſcripto,ſiue ſit ciuile,ſiue ſit canonicum.
nam vocabulum legis generale eſt, vt l.j. & 2.ff. de le-
3 gibus.& 3.diſtin.c.primo. †Et quod poſtea ſequitur,
de iure naturali, intelligit de iure non ſcripto, quod
etiam valde efficax eſt, ſi et ius ſcriptum non aduer-
ſetur,vt l.placuit.C.de iudicibus.& clemen. quamuis
rigor.de appell.Et ꝙ vltimo ſubdit, de conſtitutione,
intelligitur de ſtatutis & cõſuetudinibus particula-
ribus quorundam locorum. Quidam tamen dicunt,
ipſas Repreſſalias non eſſe prohibitas regulariter ali-
quo iſtorum iurium. Sed ſolum in certis caſibus ſpe-
cialibus, de quibus infra tangam copioſius. Et hæc
ſufficiant annotata circa primam partem text. ¶No-

tá ex ſecũda parte huius capituli. Primo, ꝙ Repreſſa-
liæ ſiue pignorationes, de quibus eſt dictum, ſunt pro-
hibitæ, nõ ſolum in perſonis clericorum, ſed etiam in
rebus ipſorum. Et ſic hoc priuilegium non ſolum con
ceditur perſonis, ſed etiam extẽditur ad res ipſorum,
de quo in c.fi.de vita & honeſta.cleric.

4 NOTA ſecundo ex eadem parte, quòd † conſuetu-
do oneroſa clericis ſiue eorum rebus, non ſolum repu-
tatur introducta abuſu & corruptela, ſed etiam tan-
quam contra libertatem Eccleſiaſticam, mandatur v-
troque iure caſſari & annullari, vt in authẽ.caſſa & ir-
rita.C.de ſacroſanct. eccleſ.& in corpore vnde ſumi-
tur, & in c.j.ſupra, de iureiuran.eo.lib.& c.pen.& fi.de
immuni.eccle. ¶Ex tertia parte tex.no.primo.quòd pa
ri pœna puniuntur excedentes Repreſſalias iam con-
ceſſas contra clericos & eorum bona, ſicut puniuntur
concedentes ipſas à principio contra eos: ſicut in ſimi
li dicimus, quòd eodem priuilegio gaudet augmẽtum
dotis, quo gaudet ipſa dos, vt in authentic. æqualitas.
C.de pactis conuen.& in authentica, ſed iam neceſſe.
C.de donation.ante nuptias.& in authentic.de ęqua-
litate dot.§.j.& 2.colũ.7.¶Nota ſecundo, quòd delin-
quens, concedendo vel extendendo Repreſſalias ad
perſonas vel bona clericorum, habet terminum men-
ſis ad pœnitendum & purgandum reatum ſuum. Inte
rim autem, an ſit excommunicatus, ſatis ambiguũ eſt,
cum textus nõ aperiat. Sed poteſt intelligi duobus mo
dis. Primo, quòd talis trãſgreſſor ſit excommunicatus
ſtatim, ſed tamen effectus ipſius excommunicationis
differetur per menſem, infra quem ille habuit faculta
5 tem pœnitendi: † ſicut nos dicimus, quòd ſit venditio
pura, licet interdum eius effectus ſuſpendatur in euen
tum certi temporis vel conditionis.l.commiſſoriæ.C.
de pactis inter empto.& venditorẽ.& l.j.ff.de in diem
adiect.& erit caſus ſpecialis, in quo ſententiæ excom-
municationis effectus ſuſpenditur, licet regulariter
ſententia excommunicationis ſuſpendi non poſsit, vt
c.ad hæc.de appel.& no.in c.j.§.& hæc eadem.de ſen-
ten.excom.libr.6.& elapſo menſe, intelligetur ſemper
etiam ab initio excommunicatus. Secundo modo po-
teſt intelligi, quod talis tranſgreſſor non erit vllo mo-
do excommunicatus, neq; in habitu, neq; in actu, an-
te euentum menſis, ſed incipiet eſſe excommunicatus,
cum erit præteritus ipſe menſis, & veniente tempore:
quoniam iſta excommunicationis & interdicti ſentẽ-
tia intelligetur eſſe conditionalis, ſicut ſunt etiã aliæ
ſententiæ, quæ feruntur ſub conditione intrinſeca, vt
l.2.§.biduum.ff.quando appel.ſit.& l.cum nemo.C.de
ſenten.& interlo.om.iudi. Et non trahetur retro talis
ſententia ad tempus commiſsi criminis: quia licet alij
actus conditionales trahantur retro ad tempus ſentẽ-
tiæ, vt l.quod ſi pendente.ff.de peri.& commo.rei ven
di. tamen quando conditio dependet à poteſtate debẽ
6 tis ipſam implere, † talis actus non retrotrahitur, vt l.
potior.in princ.ff.qui potio.in pign.habe.& l.quidam
cum filium.§.fi.ff.de verb.obligat.

EXPEDITVS de literalibus, venio modo ad e-
nodationem & declarationem dubiorum, quę tãgun-
tur principaliter in hoc textu. Et licet poſſent tãgi ſex
difficultates, ſicut ſunt ſex notabilia, tamen non tan-
gam, niſi tres tantum, ſecundum quod ſunt tres partes
textus. Et in reliquis tribus leuius pertranſibo.

¶Et circa primam partem textus, vbi declaratur ſi-
gnificatio verbi, pignorationes, per vulgare idioma.
Oppono, quod immo declaratio verbi obſcuri debet
fieri ex præcedentibus & ſequẽtibus verbis poſitis in
eodem textu: & ex conſuetudine patrisfamilias qui
loquitur, vel alia veriſimilitudine, vt l.ſi ſeruus plu-
rium.§.fin.ff.de legat.j.& l.hæredes palam.§.ſed ſi no-
tam.ff.de teſtamentis. Item nonnunquam ſit declara-
7 tio per demonſtrationem ad oculum tantum, † vel ad
oculum & intellectum ſimul, vt l.ſi tam anguſti.ff. de
ſerui.ruſti.prædio.l.hoc edicto. cum aliis ſimilibus.ff.
de ope. nou.nun. Solutio vera eſt, quod declaratio &
interpretatio verbi obſcuri, poteſt fieri multis modis:
Quandoque per expoſitionem & interpretationem fa
ctam à proferente expreſſe.& iſta eſt vna de principa-
lioribus, vt hic. Quandoque per verã vocabuli ſignifi-
cationem, vt l.nõ aliter.ff.de legatis.3.& l.j.§.igitur in
re dubia.ff.de exercito. Quandoque ex mente cõiectu-
rata, quæ colligitur ex multis, vt no.in l.ſi de interpre-
tatione.ff.de leg.j.& c.intelligentia.ff.de verb. ſignifi.
quas quidem coniecturas & demonſtrationes ſi proſe
qui vellem, & declarare quæ potior aliis eſſet, & quæ
probabilior aut præferenda, opus eſſet arduum & dif
ficile, quod alio tempore & alio loco congruentiore
ſtatuo reſeruare.

8 SECVNDVS articulus & principalis † qui tan-
gitur hic, eſt, an Repreſſaliæ ſint regulariter permiſſæ
vel prohibitæ. Et licet tex.ſonet quod ſic, tamen ad
declarationem oppono, quod immo Repreſſaliæ ſint
permiſſæ iure diuino & humano. nam de iure diuino
dicitur, quod contra illam gentem quæ negligit no-
bis facere iuſtitiam, iuſta bella geri poſſunt, vt dicit
Auguſt.in lib.quæſtionum. & tranſſumptiue in decre.
23.q.2.ca. Dominus noſter. ſed Repreſſaliæ introductæ
ſunt, quia non poſſumus habere iuſtitiam ab aliqua
gente: ergo illa gens & homines ſui ſunt nobis obno-
xij, & res ſuæ iuſte capi poſſunt, & nobis licite acqui-
runtur, vt d.cap.dominus noſter.& §.ea quæ ab hoſti-
bus.inſtitut.de rerum diui.& pro hærede.§.ſi quid in-
de.ff.de acquirend.hæred.vbi eſt tex.ſingu.ſecundum
Bar.& in decre.j.diſtinct.hoc iure introducta. Item ſi-
militer nõ videntur prohibitę iure humano: quia con
ſuetudo quæ eſt ius non ſcriptum, & non minus vi-
delicet quam ius ſcriptum, vt leg.de quibus.ff. de leg.
j.& j.diſtinct.conſuetudo. permittit iſtas Repreſſalias
& obſeruat, vt no.glo.in authen.& omnino.Codic.de
act.& oblig.& Cyn.in authen.habita.C. ne filius pro
patre. ergo videtur quod hæc litera prohibens eas
regulariter non bene dicat. Timore horum contra-
riorum, quidam docto. dixerunt, nihilominus tenen-
dum eſſe ipſas Repreſſalias omnino prohibitas. Idque
9 multipliciter conantur oſtendere. † Primum enim di-
cunt eas videri prohibitas iure diuino, quia legitur
Ezechielis 18.cap. Anima quæ peccauerit, ipſa morie-
tur. & filius non portabit iniquitatem patris. & ha-
betur 2.quæſtio.4. inde. ¶Item videntur prohibitæ
iure gentium ſiue ratione naturali, cum legamus ꝙ
vxor non tenebitur pro marito, neque filius pro pa-
tre, vel econtra: & denique vnus non tenetur pro alio,
vt l.cum te.C.de action.& obligation & in toto titu-
lo.C.ne vxor pro marito. & in toto titulo. C. ne filius
pro patre, vel econtra.& l.ſecũda.§.primo.ff.de his qui
ſunt ſui vel alieni iuris.& in c.non debet.de regul.iur.
¶Et præterea quia natura docet, quod nemo debet cũ
aliena iactura locupletari, vt l.nam & hoc natura.ff.de
condictione indebiti.& in c.locupletari.infra de reg.
iuris.cum concordantiis ibi poſitis. Sed per Repreſſa-
lias capiuntur perſonæ & bona non debentium pro
debentibus, & fit locupletatio cũ aliena iactura, quod
non eſt permittendum. ¶Item videntur prohibitæ iu
re ciuili, quoniam ius ciuile permittit, quod libere
quis poſsit tranſire per agrum alienum, & multo ma-
gis per viam publicam, vt l.per agrum.C.de ſeruituti-
bus.l.ſecũda.§.primo.ff.ne quid in loco publico.ff.de
his qui deie.vel effuderunt.l.j.§.j.& in toto titul.ff. de
via publica fruenda. ¶Item ius ciuile vult quod ſerue
10 tur ordo iuris, & adeatur iudex competens: † alioquin
ſententia non valeat, neque mereatur executionem.
vt §.inordinatum.in authenti.de hered.& Falci.l.pro-
latam.C.de ſentent.& interlocuto.omnium iudicum.
& in toto titu.C.ſi à non compe.iudic.iudicatum ſit.l.
ſi quis ex aliena.ff.de iudi.l.fin.ff.de iuriſdict.omn. iu-
dicum.



dicum. & l. à diuo Pio .ff.de re iudicata. & in toto ti-
tulo C. de executione. de re iudicata. Et denique vult
quod ſi iudex aditus non faciat iuſtitiam, quod adde-
atur ſuperior. vt l.2. ff. de appella. l. & in maioribus.
C. eod.titu. ¶Et ſimiliter vult, quod ſupplicetur prin-
cipi, vt in toto titulo C. quando libellus princip.da-
ptus.& in auth.quæ ſupplicatio. C.de precibus impe.
offe. ¶Et denique ſi iudex male iudicauit, contra
ipſum agitur: quoniam videtur feciſſe litem ſuam, vt
l.fin.ff. de va. & extraordi. cogni. l. ſi filius . ff.de iudi.
ſed ſi Repreſſaliæ eſſent permiſſæ, prohiberetur tranſ-
itus, & non eſſet ſecurus, nedum per agrum alienum,
ſed & per viam publicam. immo caperentur liberi ho-
mines impune, & contra formam iuris.l. ob æs. C.
de actionibus & obligationibus.& l. qui filios.C.quę
res pigno. obligar. poſſunt. confunderetur ordo iu-
ris: quia non adiretur iudex rei debitoris, vel eius ſu-
perior, ſed iudex actoris. quod eſt iniquiſsimum, vt l.
iuris ordinem.C.de iuriſdict.omni.iudicum. ¶ † Item
11 non fieret litis conteſtatio, & reprobationes, & demum
ſententia ac eius executio. Sed illis omiſsis, inchoaret
ab executione & ſequeſtratione perſonarum & bono-
rum, contra l. nimis propere. C. de executi. rei iudi.
¶ Item non adiretur iudex ſuperior negligentis vel
non facientis iuſtitiam, ſed partis, quod eſt inconue-
niens, vt l.ille à quo.§.tempeſtatiuum.ff.ad Trebell.l.
nam & magiſtratus.ff.de arbit. Item nõ adiretur prin-
ceps vel alius ſuperior, neque ſupplicaretur principi,
neque conueniretur ipſe reus iudex male iudicãs: ſed
alius innocens, contra legem quæ vult innocẽtem po-
tius abſolui, contra nocentem condemnari.l.abſentẽ.
ff.de pœnis. ¶Item videntur prohibitæ iure canoni-
co poſitiuo, quoniam cum ius canonicum permittat
ſimiliter liberum aditum per agros alienos & vias pu
blicas, vt in decret.prim.diſtinction.omnes leges.&
de treuga & pace.capit.ſecund. ¶Et ſimiliter ipſum
ius canonicum habeat ordinem iudiciorum & com-
petentiam iudicum, vt in capit.at ſi clerici.de iudi.ca-
pit.ad noſtram.de conſuetudine ſignificaſti . de foro
competen.& in toto titul. vt lite non conteſta.non prò
cedendum ad teſtium receptionem. ¶Et ſimiliter non
velit hominem liberum capi pro debito, vt ca.2.ſuprà
de ſolution. Et iudex male iudicans, faciat litem ſuam,
vt in cap.cum æterni.de re iudica.eodem lib. Et deni-
que mandetur leges ſeruari, vbi deficiunt canones, vt
capi.2.de oper.noui nunciat.& not.in l.priuilegia.C.
12 ſacroſanct.eccle. † Et facit ſatis aperte iſte tex, & ratio
etiam promptiſsima, quia deficiente iuſtitia in prin-
cipe vel regibus nõ habentibus ſuperiorẽ, Papa ſuam
iuſtitiam exercet, ſicut fecit Innocen. 4. procedendo
contra Frederic. Imp. vt in c. ad Apoſtolicæ de re iu-
di. eo lib. & clemens V. contra Imperatorem Henri
cum, vt in clemen. Paſtoralis. de re iudica. & ſicut fe-
cit Inno. III. contra regem Franciæ, vt ca.nouit.de iu-
di.& Alexand. III. contra regem Angliæ, qui reges ſi-
militer non recognoſcunt ſuperiorem. vt cap.non eſt.
ſuprà de ſponſa. quoniam Papa reputatur maior, vt c.
ſolite.de maior.& obedien.& c.venerabilem.de electi
cle. Romani. de iureiurand. & 96. diſtinct. duo ſunt.
Et regulariter iuridictio deuoluitur ad maiorem, vt
c. licet ex ſuſcepto .& c. frequens ſupra de foro com-
pe. ¶Et iſtam opin. tenuit Archi.hic, dicens ita habuiſ
ſe à domi.Guil. Specu. qui ſic no.hic. Et iden tenuit Io
annes de Fan.in dict.ca.dominus noſter. & Guido de
Suza.& Franciſc.Veronen. Et forte hanc opin.habuit
dominus Gregor.author huius conſtitutionis. Non
obſtat cap.dominus noſter.23.quæſtion.2.quoniam in
lud intelligitur de bello permiſſo ab Imperatore vel
alio legitimo ſuperiore, contra illam gentem negligẽ-
tem facere iuſtitiam. quoniam quando poteſt haberi
13 copia iudicis vel ſuperioris, † nunquam licet bellum
gerere ſine eius authoritate, vt l.ait prætor.§.ſi debi-
torem.ff.de his quæ in fraud.credit. & l.ſi alius, §.bel-
liſsime.ff.quod vi aut clam, l.nullus.Codic.de Iudæis.
Sed Imperator cenſetur dominus totius mundi, vt l.
deprecatio.ff.ad l.Rhodiam.de iactu.l. bene à Zeno-
ne.Codic.de quadri.præſcrip.12.queſt.2.in apibus. Et
deficiẽte imperio, eſt Papa, vt c.venerabilem, de elect.
c.licet eo ſuſcepto.de foro compe.& deficiente Papa,
ſuccedit collegium Cardinalium. vt clemen.Romani.
de elect.

ET interdũ conciliũ vniuerſalis eccleſiæ, idque no
tatur 9.quæſt.3.c.cuncta per mundum.40. diſt c. ſi Pa-
pa. alias bellum inter ſubditos imperio vel eccleſiæ
non cenſebitur iuſtum, vt no.Bar.in l.hoſtes.ff.de cap.
& Oſt.in tit. de treug.& pace.§.j.ver.ſi quid ſit iniuſtũ
bellum.& Innocen.in c.olim.de reſtit. ſpolia. Adeo ꝙ
capti non efficerentur ſerui capientiũ, nec bona con-
cederentur occupantibus.l.ſi quis ingenuam.ff.de ca-
pti.& 23.quæſt.j.quid culpatur.& q.2.c.primo. ¶ Non
obſtat ſecundo, quod dicebatur de conſuetudine par
ticulari quorundam locorum vel vniuerſali, quoniam
illa cum ſit contra ius diuinum & humanum, debet
cenſeri potius corruptela, quam conſuetudo, vt ſenſit
textus noſter in auth. habita.C.ne filius pro patre. Et ſi
iſta opinio eſt vera, ex ea ſequuntur tres illationes.

¶Prima, quod ſtatuta locorum permittentia iſtas re-
preſſalias, non valent de iure. ¶Secunda, quod exigen
tes vel conſequentes aliquid virtute talium repreſſa-
liarum, poſſent compelli per imperatorem vel Papam,
vel eorum delegatos, ad exacta reſtituendã. ¶Tertia il
latio eſt, quod poſito quod tales exactores non com-
pellerentur per aliquam poteſtatem ſecularem vel ec-
cleſiaſticam, tamen non poſſunt exacta tenere in foro
conſcientiæ.

14 ¶ † Doctores tamen, tam legiſtæ quam canoniſtæ,
ſolent communiter tenere contrarium. Et putãt ipſas
repreſſalias eſſe omni iure permiſſas. Non ſolum ar-
gumento textus in cap.dominus noſter. ſuperius alle-
gato.& ſimiliter arg.glo.in authenti.& omnino.C.de
action.& obliga. ſed etiam aliis modis. Primo, quia
ſcriptum eſt Ezechielis 10. in princip. & Matthæi 21.
tranſſumptiue autem 27.quæſt.3.c.2.13.quæſtion.3.ipſe
ligandi.& de offi.ordin, c.ſignificauit. quod regimen
auferri debet poteſtati delinquenti, & dari genti fa-
cienti iuſtitiam. Sed ille iudex qui debebat iudicare
de ſubdito ſuo, præſumitur negligens: ergo poteſtas
& regimen ab ipſo aufertur, & conceditur alteri genti
vel iudici illius qui eſt per hoc offenſus. ¶Item pro-
batur per exempla: Primò enim peccato ciuium, the-
ſauri Hiericho anathematizati leguntur Ioſue 6. capi
pit. ¶Item peccato Amalechitarum animalia eorum
iuſſa ſunt interfici, vt libr.j.Regum, 15.capitu. ¶Item
peccato Aegyptiorum poſſeſsiones eorum grandini
traditæ, iumenta & primegenita eorum morte cõſum
pta ſunt, Exo.nono & duodecimo cap. ¶Item peccato
Iſraelitarum arca domini Philiſtæis tradita eſt, libro,
Regum.4.cap. ¶Item terra Iſraelitarum qui ſuum au-
thorem noſcere noluerunt, in ſalſuginem verſa, ſegeti
bus eorum imbres aduerſi ſunt, animalia eorum ſteri-
litate & morbo confecta ſunt, tertij Regum 17.& 18. In
deteſtatione peccati, pecunia Simonis damnata eſt,
cui dictum eſt: Pecunia tua tecum ſit in perditionem,
quia exiſtimaſti donum Dei pecunia poſsideri. Actu.
octauo, cap. ¶Item vltimò probatur exemplis, quòd
perſonæ etiam propter peccatum aliorum paſſæ ſunt:
nam peccato Achan plebs Iſraelitica in manibus ho-
ſtium tradita eſt, Ioſue ſeptim.cap, ¶Item peccato fi-
liorum Heli, populus in manus Philiſtinorum corruit
libr.primo, Regum, 4.cap. ¶Item peccato Dauid qui
populum numerauit, gladius Domini deſæuiit in pau
peres.libr.2.Regum, 24.cap. ¶Item peccato Sodomita
rum cæleſtis ignis deſcendit in paruulos, Geneſis 19.
ca. ¶Item peccante Cham, filius eius Chanaan male-

dicitur, Geneſ.9.capit.Giezi.peccante,lepra eius trāſiuit ad poſteros,libro quarto Regum,quinto capit. Et Iudæis clamitantibus,Sanguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros,pœnæ mortis CHISTI ad eorum reliquias deſcenderunt.Matthæi 27.cap.Et Ioſephus de bello Iudaico.Et idem in multis aliis exemplis,de quibus tranſſumptiue in decretis habetur,prima quęſt.4. §.item peccato.

15 SECVNDO videntur permiſſæ† iſtæ repreſſaliæ ratione naturali,quæ dicitur eſſe iuſgētiū,vt §.ꝙ verò inſtit.de iure natur.gent.& ciuil.& l.omnes populi.ff. de iuſticia & iur.Nam ſi vna gens neglexit facere iuſtitiam,& æquitas naturalis dictat,quod contra ipſam iuſtum bellum geri poſsit,vt vigeſimatertia quæſtio. ſecūda,cap.Dominus noſter.In quo quidem bello licite capi poſſunt homines,& bona capta detineri.vt prīma diſtinct.hoc iure.24.quæſtio.5.dicat.ff.de acquirē. rerum domin.l.naturalem.§.item ea quæſt. Sed quando vnus iudex deputatus ab vna ciuitate vel gente,negligit facere iuſtitiam,ipſa ciuitas mandans illi iuriſdictionem,tenetur ex mandato ſic, vt alij mandantes tenentur ex defectu mandatariorum,vt l. cum mandato.ff.mandati.capi.fina.compromiſſarius.de elect.ca. ſane.de ſenten.excommunica.eo.libr.l.ciuitas.ff.ſi certum petatur.l.aduerſus.C.de vſur.l.ſi præſes.de tranſact.Nam tales ciuitates vel gentes ex negligentia culpam alienam videntur feciſſe ſuam propriam,vt ſecūda quæſt ſeptima negligere.86.di.facientes.& 45.diſt. ſed illud.de ſenten.excom.quanto.& infra de ſent.excō.dilecto.¶Et hinc vulgariter dicitur,ꝙ non improbans,videtur approbare.ff.furti.aduerſus nau.caupo. ſtabu.l.j.ff.vlt.& no.l.2.& 3.

26 ¶†Tertiò videntur permiſſæ iure ciuili:quia vbi copia iudicis haberi non poteſt, licet nobiſmetipſis ius dicere.l.ait prætor.§.ſi debitorē.ff.de his quæ in fraudem creditorum.l.nullus à contrario ſenſu.C.de Iudæis.& licet capere debitorem fugiētem propriis manibus,vt ducatur ad iudicem.vt l.dies feſtos.& ibi gl. C.de feriis. Sed populus vel gens negligens nobis facere iuſtitiam,dicitur eſſe debitor noſter,vt 24.quæſtione ſecund.capit.Dominus noſter.& dixi ſuprà proxime.ergo ipſius populi perſonæ vel res poterunt capi à nobis propria authoritate.argumē.l.pro hærede. ff.de acquir.hæred.Et maxime,ſi copia iudicis & ſuperioris non ſit.argu.l.creditores.C.de pigno.ff.de acquiren.poſſeſſ.l.poſſeſsio.Et hoc poſſet dilatari per 19. caſus collectos per Specul.in titu.de actore,§.j.verſic. item quod vult.in quibus habetur,quod quis poteſt ſibi ius dicere.& per l.deuotum.C.de metatis.libro 12. vbi dicit,quòd nullus pertimeſcat crimen,vbi aliquid eſt ſibi iure permiſſum.

Quartò ſimiliter vidētur licitæ iure canonico,quoniam ius canonicum permittit, quòd propter delictū adminiſtratorum & gubernatorum puniatur tota vna prouincia,& vnum regnum vel vna ciuitas,vt capitu. non eſt.ſuprà de ſponſali.& capit.ſi ſententia.de ſenten.excommunic.Et ideo ex culpa regentium poterit capi & detineri homo liber inuitus pro debito pecuniario,vt cap.ex reſcriptio.de iureiurand.& 23.quæſt. 8.vt pridem.

17 ¶†Quintò & vltimo poſſunt dici licitæ iure conſuetudinum & conſtitutionum particularium, quandoquidem gloſſ.in authentic.& omnino.C.de actionib. & obligatio.dicit,quòd ciuitates hoc ſeruant,& conſuetudo ſiue obſeruantia communis dicitur eſſe ius non ſcriptum,quod iuri ſcripto par æſtimatur.vt prima diſtinctio.cap.conſuetudo.& in §.ex non ſcripto. inſti.de iure natu.gen.& ciui.Et ſi hoc non ſeruaretur de conſuetudine,tamē hoc poſſet induci nouo & particulari ſtatuto ciuitatum,ſicut poteſt probari ratione.Nam illud debet poſſe quælibet ciuitas in ſuo territorio,quod poteſt ciuile poſitiuum in omnes ſubditos ſuos. Sed ius ciuile permittit in multis caſibus, quod illi de villa teneantur emendare damnum datum ab alio eiuſdem villæ,vt no.dict.j.l. ne quid.ff.ne incen.rui.& naufra.per illum tex.& per l.j.C.de omnī agro deſer.libro.11.vbi ordines ciuitatum compelluntur ſoluere pro fundis non habentibus pactiones. & facit l.ſatis C.in quib.cau. pig.tacit. contrah. & l.fin. de primipilo. vbi pro cauſa primipilari filius etiam non hæres patris tenetur, & bona vxoris ſimiliter obligantur. Et ideo non incommode ſtatuerunt Florentini, quod pro debito mercatoris publici tenerentur vxores & filij, ſicut teſtantur doctores in iſta materia.Et iſtam opin.tenuit Innoc.in capi.cum olim.de reſti.ſpo.Iaco.de Bel.in authent.vt non fiant pignorationes.§.j.Iac.de Ra.& Cyn.in authentic.habita. Co. ne filius pro patre.Ioan.And.in ca. non debet.in mercu.j.de reg.iur.Bartol.in ſuo tractatu. Bald.& Salic.in authenti.& omnino.C.de action.& obligat.& do.Pet. de Ancha.

18 AD argumenta†autem contraria poteſt faciliter reſponderi,videlicet quod ſecus eſt in repreſſaliis,quā in caſibus ſupra generaliter allegatis. Vel poteſt dici, quod illi caſus ſunt ſpeciales,vt infra videbimus. vel ſpecialius, dum dicitur quod vnus non debet portare iniquitatem alterius. Iſtud eſt verum regulariter, ſed quandoque vnus damnatur pro alio,vt ſupra monſtratum eſt. ¶Ad ſecundum, dum dicebatur ꝙ vnus non debet locupletari cum damno alterius, reſpondendum eſt, quod vtens repreſſaliis, non locupletatur ex alieno,ſed ſuum conſequitur. & poſtea iſte exactus pro repreſſaliis, habet remedium contra eum, pro quo exactus eſt. ſiue iuſte ſiue iniuſte exactus ſit, vt not.Bar.& doct.in l.2.in fin.ff.de verbor.obligat. Et idem ſequuntur Raph.& Florent. per l.ſenatus.§. culpæ.ff.quod metus cauſ. ¶ Ad illud vero quod dicebatur, non licere tranſire per agrum alterius, vel per vias,dic illud verum generaliter: ſecus in particulari caſu repreſſaliarum,vt hic. Et cum dicitur,quod hic
19 non ſeruatur ordo iuris circa repreſſalias: † dic quod hoc eſt verum, quoniam in ipſis repreſſaliis proceditur de æquitate iuriſgētiū, quæ fuit antequā introduceretur ordo iudiciorum,vt l.ſecū.§.exactis.& §.deinde.ff.de origin.iur.& l.prim.C.de formu.& no.inſt.de action.§.ſec. ¶Et ſimiliter non aditur ſuperior:quoniam licet Papa & Imperator de iure ſint omnibus ſuperiores,tamen de facto non ſunt ſuperiores, & auxilium eorum de facto haberi non poteſt,vt in authē. vt diffe.iudi.§.j.& 2.in authentic. de quæſt.§ ſi vero. Et licet Bart.& docto.in l.hoſtes.ff. de capti.dicant,inter ciuitates ſubditas vni principi non poſſe fieri iuſtū bellum,nec ſequi captiuitates & ſpolia per l.ſi quis ingenuam.ff.de capt.illud procedit de iure ciuili:ſed tamen de æquitate naturali, poteſt eſſe iuſt. bell. contra omnes,vt l.ex hoc.ff.de iuſt.& iure.& j.diſtin.hoc iure. ¶Et de tali iure potius,quā de iure ciuili poſitiuo,ſunt introductæ repreſſaliæ vt d.c.Dominus noſt. 23.q.2.Ad iſtum autem text.& c.iura canonica. reſpondeo, quôd ſunt exoſæ in multis caſibus,ſed non regulariter.& nō debet dici quod iudex incompetens extra territorium ſuum iudicet repreſſalias committēdo.quoniam immo dicitur eſſe iudex cōpetens, quia ciuis illius loci,contra quem ſunt conceſſæ repreſſaliæ, dicitur ingrediendo territorium iſtius iudicis, committentis ipſas repreſſalias, quodammodo delinquere, & ratione delicti effici de iuriſdictione committentis ipſas repreſſalias,& licite cap.arg.l.diuus.ff.de ſerui.ruſtic. prædior.& conſuetudo ſuper hoc nō eſt mala,neq; peruerſa regulariter,vt ſupra dixi. Et ita dicitur tenuiſſe eas licitas in foro conſcientiæ B. Thom.in 2.ſecundæ, q.40. dummodo quis non committat vel faciat eas animo iniquo & crudeli, & ex affectione & cupiditate
20 bellādi potius,quē ſui iur. conſequēdi,† Et iſta ſētētia etiam



etiam placet mihi, tāquam pluribus & melioribus rationibus & authoritatibus confirmata. Ex qua infero ſecundum Bartol.in tractatu ſuo vi.pulchras concluſiones,in quibus repreſſaliæ iuſte concedi poterunt. ¶Prima, quando vnus iudex non vult mittere executioni ſententiam alterius iudicis ad ſe ſcribentis,vt dicitur in leg.a diuo Pio.ff.de reg.iur. & in ca.Romana.de offi.ordi.& de foro compet. ſupra eodem libro. Secunda, quod quando non vult concedere arbitros, aut ſummatim procedere inter pupillos & viduas, ſecundum leg.j. Cod. quando inter pupillos & viduas. Tertia, quod quando iudex alterius non vult dare arbitros aut iudices delegatos extra locum,vbi quis aduerſarij potentiam perhorreſcit, vel ipſe aduerſarius non vult prorogare iuriſdictionem iudicis non ſuſpecti,vt c.ſtatutum. §.cum vero.de reſcrip.eodem libro. Quarta, quando iudex alterius inique pronunciat,& ciuitas ſua non prouidet dando iudicem appellationis qui illam iniquitatem corrigat & emendet, iuxta l.j.ff.de appell.Quinta,quando ciuitas habet iniquum ſtatutum contra forenſes,quo ſubſiſtente; ipſi neceſſario ſuccumberent: & requiſita non velit ipſum corrigere vel cancellare. Sexta, quod quando non vult reuocare ciuitas ſententiam latam à ſuo iudice ob gratiam ſui, quod tunc poſſunt concedi repreſſaliæ ei, qui eſt lęſus, contra illam ciuitatem, quæ ipſum læſit.& conſequēter talis lęſus iure belli contra illam ciuitatem poteſt capere perſonas & bona & ducere ad iudicem ſuum,vt de ipſis ſatisfaciat per venditionem aut retentionem, iuxta l.ait prætor,§.ſi debitorem.ff.de his quæ in fraudem cred.& per Ioan. Andr. in dict.cap.non debet.in fine de regul.iur.alioquin capiens propria authoritate & detinens apud ſe puniretur.vt in toto titul.C. de pri.car.& l.illicitas.in princ. ff.de offic.præſi.

21 FALLIT autem†ſupradicta regula in multis caſibus. Primo,vbi pro alia iniuſtitia poſſet haberi recurſus ad ſuperiorem,verbi gratia,eſt facta iniuſtitia ab vna ex ciuitatibus regni,certe ex quo poteſt haberi recurſus pro iuſtitia ad regem, non poterunt,concedi vel facta iniuſtitia ab vno ex ſubditis Imperatoris aut Papæ, certe ex quo poteſt haberi recurſus ad ipſum Papam vel Imperatorem, non poterunt fieri repreſſaliæ: vt in authentic.de quæſtor.§.ſuper hoc poterunt ergo fieri ſolum,quando fieret iniuſtitia eb aliquo tyranno vel populo erigente ceruicem, & non recognoſcente aliquem ſuperiorem ſaltem de facto in terris ſuis,quoniam tunc non habetur pro domino. vt notat Innocentius in cap.nihil.de electiō.& facit l.decernimus. C.de ſacroſanct.eccleſi.Et iſtam fallentiam tenuit Iacobus de Bellapertic.§.ſuper hoc.in authentic.de quæſto.& authentic.vt differ.iud.§.primo Item tenuit Iaco.de Aret.per l.ne quid.ff.de incen.rui. & naufra.Idem tenuit Bart.per l.ſi alius.§.belliſsime. ff.quod vi aut clam.& Bal.in dict.authen.& omnino. qui allegat text.quem dixit ad hoc eſſe meliorē de mūdo,in cap.de mili.vaſal.qui contumax eſt.colla.10.vbi ſi dominus non facit iuſtitiam,poteſt deprędari.quod dicit Bar.in ſuo tractatu eſſe verum,quando poteſt haberi copia ſuperioris faciliter,ſecus autē,ſi poſſet difficulter vel cum magna expenſa:quoniam iſta difficultas æquiparatur impoſsibilitati.argumen.l.cōtinuus. §.primo ff.de verb.oblig.& l.mediterraneos.C.de annor.& tribu.lib.10.ff.de pignor.action.l.ſi ſeruus.¶Itē quia paria ſunt,quod non poſset adiri ſuperior ex defectu iudicis,vel ex defectu patris,vt l.j.ff.de diuer.& tempo.præſcrip.

22 FALLIT ſecundò,†vbi concederentur vel fierent per iudices vel magiſtratus, non habentes merum vel mixtum imperium, vt ſunt magiſtratus municipales vel conſules mercatorum, vel alij ſimiles, qui non habent ius gladij & cataſtæ, vt l.quid erit.ff.de officio proconſ.& lega.l.iubere cauere.ff. de iuriſdic. omnium iudic. ¶Ex quo infert Baldus duo corollaria. Primum, quod cum hodie ex conſuetudine poteſtatis terrarum habeant merum & mixtum imperium & ius gladij, ſicut habebant olim præſides prouinciarum, vt l.illicitas.§.qui vniuerſas.ff.de officio præſi. quod ipſi poterunt concedere iſtas repreſſalias. Item infert ſecundo, quod licet repreſſaliæ poſſent concedi per vicarios generales ipſarum poteſtatum, ſicut etiam omnes aliæ cauſæ quæ non ſunt ſanguinis,poſſunt per eos expediri. vt l.2.& l.ſuggerente.ff. de officio eius qui vicem alterius gerit, quod tamen iſta conceſſio non poterit delegari,neque per delegatum expediri,ſicut neque aliæ cauſæ merij imperij, vt in l.j.ff.de offic.eius cui mand.eſt iuriſdict. & l.j.C.ne lice.poten.

FALLIT tertio, vbi non ſeruaretur debita forma in ipſis concedendis.hæc autem forma,ſecundum Bald.conſiſtit in duobus. Primo, vt magiſtratus faciat hac authoritate populi aut procerum vel Antianorum, habentium libertatem à populo. Ratio eſt, quia in concedendis repreſſaliis pugna quodammodo offertur. vnde debet ibi requiri & interuenire authoritas populi,vt l.ſi legitima. ff. de pact. l. hoſtes.ff. de capti. facit quod no.Innocen.in c. olim de reſtitut.
23 ſpoli.¶Nam in his quæ ſunt magni præiudicij,requiritur conſilium vltra mandatum,vt leg.Nauariorum. de nauicula lib.12.& no.in l. j. §.j.ff. quod quiſque iuris. Et idem putat Bald. ſi iudex faceret hoc authoritate ſtatuti vel conſuetudinis illius ciuitatis,quia vbi ſtatutum loquitur, populus loquitur, vt leg. nam & ipſum.ff.de iuſti. & iure. Et ideo dici ſolet,quod fruſtra precibus impetratur, quod iure communi conceditur,vt l.j.Codic.de theſau.lib. 10.Secundo requiritur, vt in obſeruatione huius formæ adhibeatur cauſæ cognitio, vt ſummarie cognoſcatur & denuncietur parti, quod faciat iuſtitiam ſuo ciui & comparenti. Contrarium enim vult Baldus quod lis cum eo conteſtetur, quoniam ſecundum ipſum iſtud quod eſt iuriſdictio in iudice, in parte poteſt appellari officium iudicis,maxime cum deſcendat ex æquitate, vt l.j.ff.de iuriſdiction.omni.iudi.l.plane.ff. de peti.hære.ac etiam deſcendat ex moribus ciuitatum,ſicut dicimus in l.qui reſtituere.ff. de reiuend.& l.prim.§. ſed hoc neceſſario.ff.ſi mulier.vend.nomi. & ideo ſicut in reliquis ſuper officio iudicis proceditur ordinate, vt
24 c.a.de offic.iudic.ita etiam proceditur hic. † Et ſicut alias à iudice, cuius officium imploratur, poteſt appellari, ſi non iuſte ſe exercet, vt no.in l. j.C.de bono. poſ. ſecundum tab. & l.4.§. hoc autem videndum.ff. de damn. infect.ita & hic. Bartol. autem dixit,quod immo iſtud neque erat actio,neque officium iudicis, ſed erat quædam poteſtas regia, qua totus mundus informiter regitur, vt l.2.§.j.ff. de orig. iuris. & ſi eſſet officium iudicis,vel actio de eo, eſſet aliqua lege cautum,quam tamen aſſerit ſe nunquam inueniſſe,ex quo ſequitur, quod licet in conceſsione ipſarum repreſſaliarum.debeat interuenire iuſta cauſa,vt l.cum vero. §.ſubuentum.ff. de fideicommiſſa. liberta. & l.j.§.hæc verba.ff. ne vis fiat ei.& notat.Iaco. de Belui. in auth. ne fiat pignoratio.§.j. & ſanctus Thomas,& Innocen. vbi ſupra. tamen non requiritur libellus de neceſsitate,neque citatio in ipſius porrectione, & ſubſequens cauſæ cognitio, ſicut dicitur in l.2.§.cauſa.ff.quis ordo in bonor.poſſ.ſer.

FALLIT quarto, vbi aliquis non fuiſſet culpabilis de iniuſtitia facta.verbi gratia,cum prætor vellet habere inſtructionem conſil.ſuper deneganda iuſticia, in qua quidem conſuluit per ballotam ſuam
25 quod fieret iuſtitia,& non ſtetit per eum,† quoniam tunc ipſe non poterit capi.& dicit Bald.quod hoc caſu eſſet bonum,quòd ponēs ballotā ſuam quod fieret

iuſtitia,faceret de hoc fieri publicum inſtrumentum, vt l.quoniam iudices.C.de appellation. ¶Et idem dicit Bal.ſi quis receſsit de conſilio,cum nõ poſſet loqui libere quod deberet fieri iuſtitia,vt l.quinque ſummates.de decuri.lib.10.Ratio,quia tales habentur pro cõtradicentibus,vt l.2.§.voluntate.ff.ſolu.matrim.& l.ſi cum dotem.eod.titul.Plus voluit Baldus quòd etiam ſi aliquis ciuis eius ciuitatis,contra quam ſunt conceſſę repreſſaliæ,fuiſſet extra terram vel foris tempore iniuſtitiæ commiſſæ,quoniam non potuit citari,tãquam non habens ibi habitationem,ad quem debet fieri citatio ſecundum iuris interpretationem, vt in cle.cum cauſam.de elect.facit quod dicitur,ignorantes nõ debere teneri,neque obligari, vt l.ſi de decre.ab ord.fa.

¶Et eodem modo dixit Iacobus de Beluiſ.in aliis qui non ſunt de conſilio,& non poſſunt conſentire neque diſſentire in hac iuſtitia committenda:quoniam non poterunt capi neque ipſi,neque ipſorum bona,arg.ca. Romana. §. fi. de ſenten. excom.& l.ſed ſi ea dolo.§.j. de dolo.& ita tranſit Bal.& Salic.in auth.omnino.Barto.autem in duobus vltimis caſibus ſenſit contrariũ, quoniam quilibet etiam nõ culpabilis debet poſſe capi & conſequenter eius bona.¶Primò,quia vniuerſalis culpa tranſit ad omnes qui non poſſunt ab vniuer-
26 ſitate vel corpore ſeparari, †ſicut dicimus in ſententia interdicti lata contra oẽs vt vnum.de poſtula.c.j.& c.Romana.de ſenten.excom.& hic in fi.Sed Bar.reſpõ. ꝙ illud eſt propter impoſsibilem ſeparationem culpabilium à non culpabilibus,arg.l.fructuarius.§.ſi in viuariis.ff.de vſufru.ſecus autem,vbi poſſent diſcerni & ſeparari,vt hic,vbi magiſtratus & decuriones tantum fuerunt in culpa,vt dixi ſuprà:facit ad hoc l.j.ff.de magiſtrat.¶Secundò mouetur Bar.quia ſicut homo liber poteſt capi pro iure, quod habet in eo dominus ſuus, vt l.pro hærede.§.ſi quid.ff.de acquir.hæred.ita etiam ciuis poteſt capi ꝓ iure,quod habet in eo ciuitas ſua, vt l.de iure ff.ad munici.Sed Bald.reſpondet,quòd illud ius quod habet ciuitas in ciue,non eſt in commercio,ſicut ius quod habet dominus in ſeruo,arg.l.quędam mulier.ff.famil.erciſ.in eo quod ibi dicit de diuiſione libertatis.¶Tertia ratio Bar.eſt,quia ſicut furioſi & infames obligãtur pro collecta,vt l.j.§.quibus.ff. quod cuiuſque vniuer. nomi.ita etiã inculpabiles.Sed Bal.reſpõdet,quò pupilli & furioſi obligantur cõplexiue,vt ibi:ſed particulariter non poſſunt obligari, neque pati aliquam ſententiam vel miſsionem,vt l.neq;. de in ius vocan.

27 FALLIT quintò,†vbi illi qui eſſent capti vel detenti non eſſent ciues naturales illius ciuitatis,quæ fecit iniuſtitiam,ſed eſſent de comitatu,vel eſſent aduẽtitij.quoniam verba abſolute poſita,ſignificant naturalitatem, tamen de communi vſu loquendi conta,vt l.j.ff.de tuto.& curat.da.ab his.ſecus, ſi referantur ad aliud:quia reſpectiue poſſunt poni,vt etiam alios cõpræhendant,puta reſpectu munerum,vt l.j.ff.ad municip.& l.ſed reprobari.§.amplius.ff.de excuſa.tuto.

¶Et ideo materia odioſa ſtricte interpretatur,vt l.fin. C.de his qui veni.æta.impe.& l.qui ab eo.de tutel.Et ita tenuit Raynu.& Bald.Bartol.autem videbatur verius eſſe,quòd appellatione ciuium continerentur cõmitatenſes & incolæ: quoniam par eſt dicere, homo Florentinus,& municeps Florentinus,vt l.j.ff.ad munici.& l.ſed reprobari.§.amplius.ff.de excu.tutor.Sed Bar.reſpondet,quòd illa iura intelliguntur reſpectiue ratione munerum:ſecus,ſi abſolute.¶Et hoc eſſet verum,quando eſſet nomen loci in ſpecie.Si autem eſſet nomen loci in genere vel vniuerſale,tunc bene comprȩhenderet etiam comitatenſes & incolas.ſicut cum dico,prouincialis.l.prouinciales.ff.de verbo.ſign.Sed opin.Ray.eſt verior,apud Bald.¶Et idem dicit, ſi eſſet nomen prouinciæ exiſtentis ſub vno prȩſide, ſicut eſt
28 Marchianus.†nam continebitur etiam ille, qui deſeruit vnam ciuitatem,& incolit aliam ſub eodem præſidatu,vt l.in adoptiuis.& ibi gloſſa.C. de adopt.& eam tenet Bal.licet Bar.non placeat.Et ratio ſecundum Bal. eſt,quia homo principaliter naſcitur ciuitati,ſecũdario prouinciæ.ſicut etiam quis naſcitur patri & auo, vt l.poſtliminij.§.j.ff.de capti.& l.aſſumptio.ff.ad munic.Et eodem modo dicit, ſi vna ciuitas eſt redacta ad præſidatum, quæ ante ſub eo non fuerat, vt eſt gl. in l. fi.C.de præſcr.longi tempor.

FALLIT ſexto,vbi ille qui detinetur pro repreſſaliis,eſſet bannitus à ſua ciuitate.nam aut ipſe eſt talis bannitus, qui reputatur hoſtis. & tunc ſine dubio non valent, cum ipſe reputetur hoſtis & mortuus,vt l.tutelas.§.ſi libertate.ff.de tute.& l. j.§.fi.ff. de cõtratab.Aut ipſe eſt bannitus cui conſeruantur,& tunc ſimiliter non poteſt capi: quoniã non reputatur eſſe de vniuerſitate cum ſit bannitus,arg.l.j.C.de hær.inſt.Itẽ quia ipſe putatur abſens talis, qui citari & moneri nõ poteſt.

FALLIT ſeptimo,vbi rebelles,banniti,vel aliter abdicati ab aliqua ciuitate, peterẽt ipſas repreſſalias: quoniã iniuria ſiue inſtitia eis facta,non videtur proprie facta ipſorum ciuitati,cum non ſint eius ſub protectione.ff.ex quibus cauſ.maio.leg. inter transfugas. & C.de patr.poteſta.l.abdicatio.& l.fi.ff.de legi.facit quod no.in leg.amiſſione.§. qui deficiunt.ff.de capit. dimi.

29 FALLIT octauo†in aduenis,petentibus ipſas repreſſalias pro ſe fieri: quoniam cum non ſint ſub protectione ciuitatis in qua habitant, vt l.ſi non ſpeciali.C.de teſtamen. non eſt æquum quod ciuitas quã inhabitant,debeat pro ipſis pugnare, vel ipſos vindicare. ¶Item quia qui non ſubit munera, non poteſt proprie dici municeps,vt l.j. ff.ad muni. ¶Item quia qui non habet onus, non debet habere commodum: ſed econtra,vt leg. manifeſtiſſimi.§.ſed cum in ſecunda.Co.de fur.& l.ſecundum naturam.ff. de regul.iur. Quæ ergo confirmo:quia nemo debet habere priuilegia alicuius artis,niſi qui eam exercet, vt leg. nemini. C.de conſul.lib.12.facit lex ſed & milites.§. quoniam. ff.de excut.tuto. quod ad hoc optime congruit.l.ſcriniarios.C.de teſtam.milit.ſub prætextu.Codic. de ſacroſanct.eccleſ.& l.j.C.de incolis.libro 10.facit. Ex quo infero duo: ¶Primum, quod ſi aliquis aduena non probaret ſe ſuſtinere onera & factiones, quod nõ poſſet gaudere beneficio repreſſaliarum concedendarum à ciuitate in qua habitat. ¶Item ſecundo infero.quod ſi aliquis aduena probauerit ſe coluiſſe factiones cum alijs ciuibus, quod ipſe poterit vti hoc beneficio: quoniam ex iſta ſolutione per ipſum aduenam facta, videtur probari quidam quaſi contractus cum alijs ciuibus, quod ipſe ſoluat,& ipſi eum defen-
30 dant.¶†Et idem impleuerit contractum ex parte ſua, debet poſſe agere, vt l.Iulianus.§.offerri.ff. de action. empt.& le.ex placito. C. de rerum permuta. Plus voluit Bald.in dict.authent. omnino. quod tales aduenæ non poſſent habere beneficium repreſſaliarum,etiam ſi ſtatutum diceret quod ipſi aduenæ tractarentur & reputarentur pro ciuibus: quia aliud eſt,aliquam eſſe ciuem:aliud,eum haberi pro ciue.& aliud eſt,aliquem eſſe filium, vel haberi pro filio.l.j.in princip .ff. de ſuis & legiti.leg. quidam cum filium.ff.de verborum obliga. Item quia per tale ſtatutum non ciues non efficiuntur ciues,l.mentis appellatione.& ibi gloſ.& Iacobus de Arena,ff.de verborum ſignificatione. Erunt ergo ciues quo ad aliqua, ſed non quo ad omnia.

Quod limitatur duobus modis: Primo,vt non procedat quod dixi, quando ſtatutum loqueretur generaliter.volendo eum reputari & tractari pro ciue, quo ad omnia: quoniam hoc caſu haberet etiam repreſſalias per legem non dubito,ſecundum vnum intellectum. C. de capti. & nota. Bartol. in ſuo tractat.in §. quęſti

ænſ



ſuæ vltimæ quæſt.¶Item limitatur ſecundo,quòd non procedat quando talis aduena læderetur contemplatione ciuitatis, in qua habitat:quia tunc ipſa teneretur eum vindicare,vt l.3.ff.de offi.præſi.

31 FALLIT nonò,†vbi iniuſtitia eſt facta ciui, qui tempore iniuſtitiæ ſibi factæ non erat ciuis:ſed fuit factus ciuis poſtea,quoniam repreſſalię conceduntur ciui,qui eſt ciuis tempore iniuſtitię tantum,non poſteà, vt l.in delictis.§.ſi extraneus.ff.de noxa.l.j.§.ſi ſeruus. ff.depoſiti.l.quæcunque.ff.de act.& obliga.ſecundum Bartol.qui dicit ibi eſſe optimas concordantias.

¶Et idem puto,ſi bannitus fuerit exemptus de banno poſt conceſsionem repreſſaliarum. nam non poteſt petere repreſſalias conceſſas tempore ſui banni.l. diui fratres.ff.de pœnis.& videtur placere Bald.in authentic.& omnino.ff.de actio.& obligat.idem tamen Baldus in authentic.& omnino puto ſic poſſe diſtingui:aut quis patitur iniuſtitiam ſuper datione pecuniæ vel ſolutione,aut alio actu momentaneo, & procedit quod ſuprà dixi.aut quis patitur iniuſtitiam ſuper aliquo actu continuo,ſicut quando detinetur res: & tunc poſſent concedi ſibi repreſſaliæ inſpecto præſenti ſtatu,non autem de prætorio,vel de futuro.argumen.l.ſi dominum.ff.de furt.& l.eum qui.§.in popularibus.ff.de iureiurand.

¶Fallit decimò,vbi repreſſalię fierent vel concederentur contemplatione ciuis alterius ciuitatis habentis fœdus vel ius ſociale cum ciuitate,quæ debet repreſſalias concedere:quoniam ſecundum Bald.hic vnum extremum non influit in aliud.Secus autem eſſet,ſi vna ciuitas eſſet ſub protectione alterius, ſicut eſt hæc ciuitas ſub dominio Venetorum: quia tunc repreſſaliæ conceſſæ Patauinis, poſſent haberi etiam à Venetis,qui habẽt in Patauinos ius dominationis.& ita poteſt intelligi l.necnon.C.de cap.

32 FALLIT vndecimò,†vbi ille qui peteret ipſas repreſſalias pro ſe fieri,eſſet electus miniſter quo ad hoc.Et in capiendis hominibus debitum modum excederet,captos vulnerando,vel aliter verberando.Nã talis retentio videtur concedi ſine iniuria, vt l.miles. §.iudicati.ff.de re iudi.Et ideo propter nimiam crudelitatem quis excluditur à dominio& iure ſuo,vt l.non ex ſingulis.ff. de regulis iur.& inſti.de his qui ſunt ſui vel alien.iur. §.in dominorum. Si autem executio committeretur miniſtris vel officialibus,vt fit communiter,vt dicit l.is cui.§.miſſus.ff.vt in poſſ.leg.propter delictum officialis non debet relaxari captus, & fieri damnum principali creditori, vt l.non eſt veriſimile. ff.quod metus cauſa.& l.interdum.§.qui ſe furem.ff. de furt.

FALLIT duodecimò,vbi debitum pro quo peterentur,eſſet debitum ciuiliter tantum, ſicut eſt promiſſum in chirographo ex cauſa mutui poſt bienium, quod vere non fuit numeratum, vt l.in contractibus. C.de non numer.pecu.& inſti.de literarum obliga.in princip.vel ſicut eſt deductum in ſententia condẽnatoria eius,qui in veritate non erat debitor,vt l.Iulianus verum debitorem.ff.de cond.indeb.ſicut eſt debitum ex virtute alicuius ſtatuti,obligantis aliquem circa rationem naturalem,vt l.omnes populi.ff.de iuſti. & iur.Et notatur de his debitis ciuilibus in l. cũ quis C.de iur. & fac.igno.& l.j.ff. de condi.indebi.¶Et ra-
33 tio eſt, †quia non licet pugnam committere de iure gentium,quod ratione naturali dicitur introductum, niſi pro debitis iuriſgentium, vt l. cum amplius. §. is natura debet. ff. de reg. iur. & facit quod not. Innoc. in c. quia plerique. extra. de immu. eccleſ. ſed pro debito ciuili non dictat ratio naturalis, quod committatur pugna aliqua. Et ita concludit Bald. in ſupra allegata auth.& omnino.

FALLIT dicimotertio, vbi peterentur die feriata in honorem Dei: quoniam executio facta tali tempore,non valeret,niſi eſſet ſuſpicio de fuga, quæ præſumitur ex qualitate perſonarum,vt leg.ait prætor.§.ſi debitorem.ff.de his quæ in frau.credi & l.dies feſtos & ibi gloſ.Codic. de fer.ſecundum Bald.¶Et niſi talis conceſſio facta,alias eſſet inutilis:quia illi cõtra quos ſunt conceſſæ,ſunt diſtãtes & non venientes ad locũ, niſi raro & diebus feriatis: quoniam tunc die feriata poterunt concedi,vt l.j.& 2.ff.de feriis.& l.2.Co. eod. tit. Quod quidem iudex habebit æſtimare,vt l. de pupillo.§.ſi quis riuos.verſi. toties.ff. de damn.infect. Et hoc tenet Bartol.in ſuo tracta.in 9.quæſt.artic. penult.

34 ¶Item †limitatur ſecundum Bar.vbi ſupr.vt non procedat ſupradicta fallentia, quoties eſſet cõceſſum per populum vel habentem poteſtatem legis condendæ, quod dicta captura poſſet fieri die feriata in honorem Dei,quod ipſi poterunt,arg.l.prouinciarum.Co.de feriis.Si vero eſſent ferię introductæ propter vtilitatem hominum, ſicut ſunt feriæ meſſium & vindemiarum: & tunc poſſent concedi,ſicut conceditur executio rei iudicatæ & aliarum ſummariarũ,vt c.fi.extra. de iudi. & no.in l.j.ff.eo.ti.Quod eſt verum,niſi referatur quæſtio de dictis rebus tanquam ad alium pertinentibus: quoniã tunc res ſequeſtrabitur vel ſatiſdabitur,& ſuperſedebitur interim.

FALLIT decimoquarto, vbi ciuitas non poſſet ſe vindicare per repreſſalias,niſi etiam alicui ſuo ciui faceret iniuriam.verbi gratia,ſi concedentes repreſſalias Venetis contra Mediolanenſes, non poſſent facere repreſſalias, niſi de Titio ciue Mediolanenſi & Veneto. Nam tunc iſto caſu non valet conceſſio,ne redundet in iniuriam concedentis, ſecundum Bart.arg. l.j.§.habet itaque.ff ſi quis teſta.lib.eſſe iuſ.fue. Item quia nemo debet ſtatuere contra ſeipſum,vt l.ſi peculium. ff. de pecu. lega. & quia cum par debeat eſſe affectio omnium ciuium, non debet ſtatui aliquid pro vno,quod ſit contra reliquum.argumẽ.l.non ſolum.§. de vno.ff.de ritu nup.& l.aſſiduis.C.qui põ.in pignor. habe.ad hoc.ff.de procur.l.ſi is qui duos.& ff.de pign. l.obligatione generali.¶Et hoc placet Bar.arg.3. ſupr
35 de inoffic.teſtam. Quod†tamen ipſe limitat,niſi iſte talis qui eſt captus,eſſet in culpa propria & certa:quia tunc non eſt dignus eximi, cum compræhendantur noxii.arg.l.Papinianus exuli.ff.de mino. ¶Plus voluit Bar.quòd etiam talis ciuis,ſi eſſet noxius, non includeretur in iſta conceſſione per rationes ſupradictas, niſi ſpecialiter & nominatim exprimeretur in illa culpa,arg.c.conſtitutionem.de ſenten.excomm.ſed iſta ſententia Barto.eſſet nimium mollis & effœminata.& ideo non tenenda.nam c.conſtitutionem. loquitur in caſu ſpeciali,videlicet quando ferenda eſt excommunicatio cõtra participãtes.ergo ſecus in alijs, arg.l.ius ſingulare.ff.de legi.& l.j.ff.ad munic.Quidã tamen voluerunt diſtinguere an ille ciuis conuerſetur magis in vno loco quam in alio,vt iudicetur de illo,in quo magis cõuerſatur,arg.le.cum de lanionis. §.Sabinus.ff.de fundo inſtr.& l.queritur hermaphroditum.ff.de ſta.hom. Sed iſta eſt nimium ſeuera crudeliſque opinio: ideo teneamus opin.Bal.quę videtur eſſe communior.

¶Fallit decimoquinto in clericis & perſonis eccleſiaſticis, vt probatur in hoc text. & ita tenet gloſ.& doct. ſuprà ea.

36 FALLIT decimoſexto,† vbi eſſet denegatiua iuſtitia ſuper re parua ſeu modica: quoniam ſicut remedia ſubſidiaria & odioſa, qualis eſt in integrum reſtitutio, non competunt pro re modica,vt l.ſcio.ff. de in integ.reſt.l.ſi oleum.§.fi.ff.de dolo.ita repreſſaliæ quę reputantur remedium ſubſidiarium,& hoc c.non debet valere.Et per eandem reſponſionem poteſt dici,ꝙ ſi iudex rei fuerit inique interlocutus ſuper poſſeſſorio rei mobilis,cuius eſt vilis & abiecta poſſeſsio,vt l. ſi rem mobilem.ff. de acquirend.poſ. & in toto titulo.

C.ſi de momen.poſſeſſ.fue.appel.vel de alia re cuius
damnum eſt reparabile per appellationem à diffiniti-
ua,vt l.ante ſententiæ.C.quorum appell.nō recipiam,
& l.ante ſententiam.ff.eo.titu.quòd tunc hoc caſu nō
debebunt nec poterunt concedi repreſſaliæ,immò cō
ceſſæ non valebunt,& ita tenet Barto.in quart.quæſt.
2.quæſt.princ.

¶Fallit decimoſeptimò,quando repreſſaliæ peteren-
tur vel concederentur ab aliquo principe vel ciuitate
recognoſcente ſuperiorem,ſicut ſunt barones ſub re-
ge,& vna ciuitas ſub alia:quoniam ſicut ipſæ repreſ-
ſaliæ conceduntur, nec valent niſi contra non reco-
gnoſcentem ſuperiorem: ita nec concedi poſſunt, nec
conceſſe valent,niſi à non habente ſuperiorem ſaltem
de facto. Et eſt ratio, quia ſolum ciuitas vel princeps
habens ſuperiorem, habet ius belli indicendi, vt per
Bart.in l.hoſtes.ff.de capti.& per Innoc.in ca.olim.de
37 reſtit.ſpol.Quod limitatur duobus modis: † Primo ꝙ
non procedat quando ille baro vel princeps ſubditus
ſeu ciuitas alteri ſuppoſita,haberet facultatem conce
dendarum repreſſaliarum à domino vel ciuitate ſupe
riore:quoniam tunc vice ſuperioris concederetur: vt
l.& quia.ff.de iuriſdic.omn.iud.& l.j.ff.qui mandata.
ff.de offi.eius.Item ſecundo non procedit, quoties nō
poſſet haberi recurſus pro repreſſaliis cōcedendis ad
ſuperiorem etiam de facto,niſi cum difficultate: quo-
niam ſicut difficultas ex parte eius,contra quem con-
ceduntur,attenditur,vt dixi ſuprà primam fallentiam
ex parte eius pro quo conceduntur,attendi debet,ar-
gumen.l.ait prætor.§.ſi debitoré.ff.de his quæ in frau.
cre.l.ſi alius.§.belliſsime.ff.quod vi aut clam & l.nul
lus.C.de Iudæis.

FALLIT decimooctauò,quando captus pro re-
preſſaliis,eſſet paratus reſarcire damnum ei qui fecit
eum detineri,vt 23.quæſt.2.cap.vulgo.Nam tunc ſol-
uendo pro alio,etiam inuito & nolente, eum liberat,
vt l.ſoluendo.ff.de neg.geſt.& l.ſolutionem.ff.de ſo-
lu.& conſequenter tolletur radix & fundamentum ip-
ſarum repreſſaliarum, argu.l.adigere.§.quanuis.ff.de
iure pa.&c.ceſſante de appel.

¶Fallit decimononò,quādo detentus pro repreſſaliis,
eſſet paratus docere de iuſtitia partis ſuæ, & de iniu-
ſtitia eius qui impetrauit ipſas repreſſalias: quoniam
tunc præſtita cautione idonea de ipſa iuſtitia,cogno-
ſcetur an fuerit denegata potenti repreſſalia, vel fue
rit miniſtrata,arg.auth.ei qui iurat.C.de bo.author.
iudi.poſ.

38 ¶Fallit vigeſimò,†quando ipſe impetrās repreſſalias,
renunciaſſet in contractu celebrato cum alienigena
iuri petendarum repreſſaliarum: quoniam licet non
poſsit renunciari maleficio futuro,vt l.ſi vnus.§.illud.
ff.de pact.& l.ſi neminem.C.de pactis conuent.poteſt
tamen dici quòd iſta non ſit renūciatio maleficij:quia
repreſſaliæ maleficium non ſinunt.Sed videtur renun
ciari cuidam querelæ ad ſuperiorem quod eſt permiſ-
ſum,ſicut dicimus quod eſt permiſſum renunciari ap-
pellationi vel reclamationi futuræ, vt l.j.§.ſi quis au-
tem.& l.fin.C.de tempo.appell.

FALLIT vigeſimoprimò in his qui ſunt ciues,
vel habentur pro ciuibus,quo ad quid tantum & limi
tate,vt ſunt ſcholares,qui quo ad perſonam & ea quæ
ſecum habent vel ducunt cauſa ſtudiorum, habentur
pro ciuibus,vt in prima conſtitutione fforum, & au-
thent.habita.C.ne filij pro pat.Item ſtipendiarii,qui
ſunt ciues quo ad ſtipendium & militiam ſuam in eo
loco vbi ſunt cauſa militiæ,vt l.municeps.§.fina.ff.ad
munici.l.hæres abſens.§.fi.& ibi glo.ff.de iudiciis.Itē
officiales alij qui ſunt in officio.nam ratione officij &
in his quę cauſa officij agunt, reputantur pro ciuibus
vt l.ciues.& ibi glo.no.C.de incol.Nam non poſſunt
petere repreſſalias ab ea ciuitate,in qua habent ius li-
mitatum ratione ſtudij, militiæ, vel officij, niſi pro
ipſis iniuria ſibi illata eſt, neque econtra capi pro re-
preſſarijs poſſunt, niſi, intulerint iniuriam occaſione
dicti ſtudij,vel officij vel ſtipendij,arg.l.2.§.legatis.ff.
de iudicijs.& facit l.magis.ff.de acqui.re.domi.& ita
tenet Bald,in 5.quæſtione ſuæ quæſtionis quintæ prin
cipalis.

39 FALLIT vigeſimoſecundo,†quando aliqui eſ-
ſent ciues alicuius ciuitatis ex conuentione uel ſtatu-
to,& peterent repreſſalias cōtra ciuitatē originis pro
priæ, quoniam ex quo facto mihi quæritur ius,in eo-
dem,ſi agam,non obligor. ¶Sed ſi fieret iniuria huic
ciui,acquireretur ius repreſſaliarum ciuitati ſuæ ori-
ginis,vt l.liber homo.in prin.ff.de verb.obligat. ergo
non debet acquiri hoc ius contra ipſam ciuitatem ori
ginis. ¶Secundo,quia fructuarius non poteſt nun-
ciare nouum opus contra dominum,vt leg.j.in fi.ff.de
ope.no.nuntia. Similiter ille qui habet Publicianam,
non poteſt eam intentare aduerſus dominum ve-
rum,vt l.penult.ff.de Publician. Ergo & poteſtas iſta
non debet concedi huic ciui contra propriam ciuita-
tem. ¶Tertio,quia ſicut remedium extraordinarium
non datur contra patrem,vt l.fin.Codic.qui & aduer-
ſus quos.ita nec debet dari contra patriam, quæ patri
præfertur,vt l.veluti.ff.de iuſtitia & iu.& l.poſtlimi-
nium.§.reuerſus.ff.de capti.præſertim cum ciuitas
originis præferatur ciuitati ex conuentione, vt l.aſ-
ſumptio.§.filius.ff.ad munic.& not.C.de incolis.leg.
40 ciues.lib.10.¶Et †poſſit ſtatuere in ciuem ſuum, ante-
quam in aliam ciuitatem aſcriberetur,vt l.fin.Cod.de
pact.conuen.& l.ſi vnus.§.antequam.ff.de pact. Iſta
tamen fallentia non eſt vera. Sed communiter repro-
batur & determinatur, quod ciuitas conuentionis
poſſit repreſſalias concedere contra ciuitatem origi-
nis. Quoniam facultas concedendarum repreſſalia-
rum ſuccedit in locum ſuperioris iudicis, vt dictum
eſt ſupra circa regulam. Sed ſi ciuitas originis faceret
alicui iuſtitiam, non eſt dubium quod poſſit adiri ſu-
perior ipſius ciuitatis originis pro reformatione illi-
us iniuſtitiæ, vt leg.metum.§.animaduertendum.ff.
quod metus cauſa.& l.ſed ſi ex dolo.§.j.ff.de dolo. er-
go valebit iſta conceſſio. Item ſecundo, quia quando
ſunt duo qui habent vnum ſubditum, quilibet poteſt
eum defendere contra iniuriam, quæ ei infertur ab
alio,vt patet:quia ſi pater infert iniuriam filio, patria
non defendit:vt in toto titul.ff.& Cod.de parricidiis.
& ſi patria opprimit filium, pater pro eo appellat, vt
l.non tantum.ff.de appel.& l.Lucius.eo.ti. ergo idem
erit in propoſito. Tertio ciuitas originis vel alia po-
teſtas attenditur, cum ſubditum defendit,& ei iuſti-
tiam facit, non autem eum ſpoliat & grauat, vt l.qui
fundum.§.ſi tutor.ff.pro emptore.leg.interdum.§ qui
tutelam, ff.de fur.ſed in propoſito noſtro ciuitas ori-
ginis fecit iniuſtitiam,& acquiſita ex conuentione fa-
cit iuſtitiam: ergo attendetur ſecunda,& non prima.
Et per has rationes facilis eſt reſponſio ad argumenta
in contrarium.

41 FALLIT vigeſimotertio,†vbi aliquis eſſet ciuis
alicuius ciuitatis originarius,& tamen non faceret in
ea factiones ex contumacia: quia ciuitas ſua,à qua pe-
teret concedi repreſſalias,iuſte poſſit eas ſibi denega-
re,ſi vellet,vt ff.ex quibus cauſ.maior.leg.ſed & ſi per
prætorem.§.ſed ſi dum decreto. Sed ſi vellet concede-
re repreſſalias ciui, & alter tertius vellet opponere,
quod non valeret conceſſio: quia facit factiones ex
contumacia.dicit Bartol.in ca.5.artic.2.quod talis op-
poſitio tertij non attenditur, ſicut tertius non poteſt
opponere emphyteutæ, quod non debitum canonem
domino ſuo, vt not.gloſ.in lege.j.ff.ſi ager vectig. vel
emphy.peta.& no.in l.j.C.de iure emphyt. Et hoc re-
putatur notabile, quia licet ciuilitas acquiſita ex pri-
uilegio vel alia cōceſsiōe poſſit tolli eoipſo,ꝙ quis nō
ſoluit factiones,vt in l.j.ad munic.tamē ius ciuilitatis
com-



competens ex origine iuris,non tollitur niſi ciuitas
etiam velit,vt ſupra dixi.

¶Fallit vigeſimoquarto, vbi aliquis iudex exiſtendo
in alia ciuitate feciſſet iuſtitiam, quod ipſe debet pu-
niri eo loco,in quo ipſe deliquit,& non in alio, vt l.2.
C.vbi de cri.agi oport.C. vt omnes iudic.tam ciuiles
quam milit.l.j.& in auth.vt iudi. ſine quoquo ſuffra.
§.neceſſitatem.Et ita tenet Bart.in j.quæſt.6. quæſti-
onis principalis.Sed Iacob.de Bal.in auth.vt non fiant
pignor,§.j. diſputando tenuit,quod immo poterit pro
repreſſalijs capi in ea ciuitate, contra quam nōn fecit
inſtitiam, per l.j.ff.quod quiſque iur.& de ſenten. ex-
42 com.c.Roma.infrà eo.lib. Nam†licet durante officio
non poſſit conueniri coram ſuperiore,vt l.pars litera-
rum.ff.de iudic.& l.nec magiſtratus.ff.de iniur. Sed
ſolum poſt tempore ſyndicatus, & conſequenter nōn
videantur debere poſſe conueniri per populum con-
cedentem repreſſalias, ſuccedentem in locum ſuperi-
oris,vt ſuperius dictum eſt, illud procedit de rigore
iuris. Sed tamē inſpecta ęquitate naturali, qua intro-
ductæ ſunt repreſſaliæ, videtur quod poſsit quando-
cunque conueniri.

¶Fallit vigeſimoquinto in mulieribus, quoniam mu-
lieres in perſona capi non poſſunt, nec detineri, vt in
authen.ſed hodie.C.de offic.eius qui vicem alte.ger.
& in authent.ſed nouo iure C.de cuſtod.reor.& iſtud
firmant doct.quia licet in bello mulieres capi poſſent
inſpecto iure naturali, & redire iure poſtliminij, vt l.
j.ff.de capti.tamen leges debent intelligi de captiuis
ciuiliter,arg.l.is cui.ff.de ſeruitu.

FALLIT vigeſimoſexto in ſcholaribus, in quibus
hoc ſpecialiter indultum eſt de iure communi. auth.
habita.C.ne filius pro pa.Et idem exprimit illa auth.
43 de familiaribus & nuncijs eorum.†Et doct.extēdūnt
per identitatem rationis ad ſcriptores & bedellios,qui
ſunt de appēdicijs neceſſarijs ipſis ſcholaribus in ſtu-
dio, arg.l.j.in fin.& l.ſcriniarios.ff.de teſta.mili. iun-
cta prima conſtitutione ff.in fin. Et idem putat Bartol.
in patre,qui veniret ad viſitandum filium exiſtentem
in ſtudio,vt ff.de iudi.l.2.§.idem Claudio.in gloſſ.ſu-
per verbo,venerant.ff.de iudic.Et iſtud eſt verum,dū
modo iſti ſcholares ſtudeant in loco habente priuile-
gium ſtudij,vt in prima conſtitutione.ff.§.hæc autem
tria,ſecus autem in alio loco.Secūdò requiritur,quòd
tales ſcholares vadant aut ſtent gratia ſtudendi,vt ha
betur in authentic.habita.ꝙ optimus iudex arbitrabi
tur ex qualitate perſonarum, rerum & conſuetudine
eundi & redeundi,& multis aliis coniecturis,vt l.non
omnes.§.à barbaris.ff.de re militar.& l.naturalem.§.
pauonum.ff.de acquirend.rerum dom.Et iſtud placet
propter id quod dicitur,quòd priuilegia dantur ſcho
laribus ſolum in loco habente priuilegium ſtudij, vt
§.hęc autem tria ſuprà allegato.quia ille text,loquitur
ſolum de ſcholaribus iuris.nam alij habent priuilegiū
vbicunque ſtudeant,vt l.ſi duas.§.eſt autem.ff.de ex-
cu.tutor,quanquam hodie iura etiam poſsint vbique
doceri propter multitudinem peritorū.& ſic ille text.
videtur correctus ex quadam generali conſuetudine
& interpretatione.

¶Fallit vigeſimoſeptimò in legatis ſiue ambaſiatori-
bus,qui mittuntur ab aliqua ciuitate ad Principē vel
44 alium locum inſignem:†quoniam tales non debēt ne-
que in itinere,neque in loco deſtinato capi aut detine
ri de iure gentium,vt l.ſanctum.ff.de rerum diui.& l.
2.§.legatis.ff.de iudiciis.& ibi not.glo.in verbo deſti-
nati.Et idem putant doctores de famulis & ſeruitori-
bus ſuis,ſicut diximus ſuprà de ſcholaribus. Et illud
quod in legatis dicitur,idem forte erit in his,qui inui
ti vel cauſa teſtimonij deſtinantur ad aliquem locum,
vt not.in d.l.2.de iudic.

FALLIT Vigeſimooctauò in euntibus ad nun-
dinas:quoniam in loco nundinarum capi aut detine-
ri non poſſunt, vt l.j.C.de nundi. Sed tamen tranſeun-
do per loca prohibita,poterunt capi, cum non repe-
riatur prohibitum, nec poterunt ſe æquiparare lega-
tis in hoc,de quibus ſupra dixi, quia legati reputan-
tur inuiti tranſire pro legatione. Sed euntes ad nundi
nas,non vadunt ex neceſſitate,ſed ex voluntate. & ita
ſenſit Bart.& dominus Pet.de Anch.hic.Quod nō pla-
cet:quia ſcholares non vadunt ad ſtudium ex neceſſi-
tate,& tamen habent priuilegium eundo & ſtando,vt
dixi ſupra.

¶Fallit vigeſimonono in euntibus ad indulgentias
famoſas & approbatas,vt in authen.omnes peregrin.
C.communia de ſucceſ.ibi libere hoſpitentur.& gloſ.
tenet hoc in l.j.§.idem Claudio.ff.de iudic. Et idem
putat Bart. dicendum de famulis & ſeruitoribus iſto-
rum peregrinorum, & de euntibus ad tenendum ibi
hoſpitia pro ipſis recipiendis, ſicut dictum eſt de ſcho
laribus, dummodo tales peregrini habeant peras &
burdones & alia inſignia peregrinorum, quibus vti
conſueuerunt: ſicut olim legati etiam certis inſigniis
vtebantur,vt dicitur in l.ſanctum.ff.de rerum.diuiſ.
45 ¶Fallit trigeſimo † in his, qui vi ventorum appule-
runt ad aliquem locum,quo nō deſtinauerant ire:quo
niam in eo non poſſunt detineri,vt in authēt.nauigia.
C.de fur.quæ hoc expreſſe voluit.Ad idem l.j.Cod.de
nauicu.& C.de naufra.& l.j.libr.11.& facit l.Cæſar.ff.
de publi.

¶Fallit trigeſimoprimo in his, qui non poſſunt vo-
cari in ius beneficio iuris cōmunis,de quibus ſit men-
tio in l.2.& 3.& l.neque impuberes.in princ.ff.de in ius
voc.quoniam capi non poſſunt: quia captura dicitur
eſſe citatio realis,quę in tali prohibetur,vt in dictis iu
ribus.Et ideo infert Bar.quod ſi quis duceret vxorem.
vel funus ſociaret:quod non ſolum non poſſet capi in
loco,in quo ſunt nuptiæ vel funus,ſed etiā in aliis lo-
cis per quæ ipſe tranſit.

¶Fallit trigeſimoſecundo in rebus propriis ſupra-
dictarum perſonarum, quæ ratione ſuæ perſonæ non
poſſent detineri,vt ſunt mulieres & res ſimiles, vt l.ſa
tis.ff.de in ius voc.& in authent.vt nulli iud.§.neceſ-
ſitatem.& §.ſi vero mulier. quoniam veſtes ac ſimilia
non poſſunt eis auferri. Secus autem, ſi perſonæ non
poſſent detineri ratione certæ cauſæ,non autem ratio
ne perſonæ:vt ſunt ſcholares, qui gaudent priuilegio
propter ſtudium & ſcientiam.& ſicut ſunt ambaſiato-
res: quoniam in aliis rebus ſuis poterunt repreſſaliæ
concedi & exerceri,vt l.ſi publicanus.§.in rebus.ff.de
publicanis.

46 ¶Fallit trigeſimo tertiò†in rebus etiam alienis neceſ-
ſariis ſuperſcriptis perſonis pro ea cauſa,quæ facit ſi-
bi indulgeri priuilegium.Nam ſcholari non poterunt
auferri libri pro repreſſaliis etiam alieni ei accommo
dati pro ſtudio.& ambaſiatori non poterit auferri e-
quus vel roncenus accommodatus pro ambaſiata, vt
l.in l.cenſoria.ff.de verb.ſignific.

¶Fallit trigeſimoquartò,quando aliquis caperet pro
repreſſaliis eum cuius ciuitas denegauit facere iuſti-
tiam propria authoritate.nam hoc ſibi non licet, quia
vendicatio vnicuique eſt interdicta, vt l.ſcientiam.§.
qui cura.aliter.ff.ad legem Aquiliam.facit l.extat.ff.
quod met.cauſ.& l.meminerint.& l.ſi quis in tantam.
C.vnde vi.

¶Nec obſtat ꝙ licet bellū indicere etiam ſine authori
tate iudicis,vt l.vt vim.ff.de iuſt.& iu.quia illud eſt ve
rū,quando non pōt haberi ſuperior.Sed iudex iniuſti
tiam paſsi,ſuccedit loco ſuperioris,vt ſuprà dictū eſt.
ergo eius debet haberi licentia.

¶Nec obſtat titulus ff.quod quiſque iuris:quia ille ti-
tulus non dicit quòd debeo vti iure iniquo contra ius
dicentē propria authoritate,ſed potius debet intelli-
gi cū authoritate ſuperioris.Ex quibus ſequit̃,ꝙ ſi nō
poſsit haberi copia iudicis cōcedere debentis repreſ-

ſalias,& aliquis fugeret,ita quòd non eſſet veriſimilis
ſpes,quòd facta conceſsione aliquis haberi poſſet, ꝙ
licebit capere propria authoritate & deducere ad iu-
dicem,vt l.dies feſtos.C.de feriis.& ibi gloſ.
47 ¶Item ſequitur ſecundò,quòd ſi aliqua ciuitas conceſ
ſit inique repreſſalias contra ciuitatem noſtram,quòd
nos eodẽ iure poterimus capere ciues ſuos.Et ita ſen-
tit Bartolus in fine commenti ſui.Et ex omnibus ſuprà
ſcriptis ſequuntur duo corrolaria. ¶Primum quòd ſi
ſit aliquod ſtatutum concedens repreſſalias indiſtin-
cte,quòd ipſum ſtatutum erit iniquum & iniuſtum in
caſibus fallentiarum ſupra expreſsis. ¶Item ſecun-
dum,quòd abutentes repreſſaliis in caſibus ſuprà pro
hibitis,punientur in amiſsione iuris ſui,& in quadru
plo,ac damnis & intereſſe,vt l.ſecund.& ibi per Iaco.
de Are.de verbo.oblig.l.ſi te.C.de iu.delibe.& authẽ.
& omnino.C.de action.& obliga.& l.nam & ſeruus.
ff.de nego.geſt.

*SVMMARIVM.*

1 *Repreſſalia in clericis & rebus eorũ prohibita,quo-
modo intelligenda.*
2 *Pontifex ſummus eccleſiaſtica ſine diſcrimine mo-
deratur.*
3 *Clericorum beneficio qui gaudere debeant.4.5.*
4 *Fratres & ſorores tertij ordinis,habent regulam ap
probatam.*
5 *Incluſi,ſunt ſub iudice eccleſiaſtico.*
6 *Nouitijs an & quando eccleſia ſuccedat.*
7 *Statuta quæ ſint,quæ contra eccleſiaſticam liberta
tem feruntur.*
8 *Clericis in condendis teſtamentis,iuris ciuilis ſolen
nitas eſt remiſſa.*
9 *Clericis quid conſuluit Romanus Pontifex.*
10 *Statuens poteſt ſubditum compellere ad vẽdendum
certis perſonis.*

## ¶Secunda Pars.

CIRCA ſecundam partem huius ca
pituli,quã dicitur,ꝙ repreſſaliæ ſũt
prohibitæ in perſonis & rebus per-
1 ſonarũ,†eccleſiaſticarum, aduertẽ-
dum ꝙ hoc põt intelligi duobus mo
dis:Primo modo, quando concede-
rentur ab epiſcopo vnius diœceſis
contra clericum alterius diœceſis, de quo non poſsit
haberi iuſtitia per epiſcopũ vel iudicẽ ſuum.& iſto ca
ſu non procederet iſte tex.ſecundum Bar.in 8.quæſt.ar
ti.5.quoniam ſicut in laicis ſunt permiſſæ,ita etiam de-
bent eſſe permiſſæ in clericis,quando ſubeſt eadem ra-
tio,ſ.defectus iuſtitiæ.Nec obſtat ſecundum ipſum iſte
tex.quoniã iſte tex.ſecundum eum non debet intelligi
hoc primo modo,ſed ſecundo modo,ſ.quãdo propter
defectum iuſtitiæ iudicis ſecularis caperentur clerici.
Sed iſta opi.Bar.non eſt vera,& canoniſtæ tenent con-
trarium per iſtum tex.qui prohibet generaliter fieri re
preſſalias in perſonis clericorum.& ideo in nullo caſu
valebunt:quia iſte tex.voluit in hoc priuilegiare ipſos:
alioquin iſtud capitulum nullum tribueret priuilegiũ
clericis,cũ ante ipſis eſſet conceſſum ꝙ à ſecularibus
poteſtatibus capi vel detineri non poſſent,vt in authẽ.
ſtatuimus.C.de epiſco.& cleri.& in c.j.de cleri.coniu.
2 eo.lib.& c.2.ſuprà de foro compe.¶Item†quia in eccle
ſia habetur de facto recurſus ad ſummum pontificem,
& ei ab omnibus epiſcopis obeditur,vt videmus de fa
cto.Secundo modo poteſt intelligi, quando concede-
rentur ab vno iudice ſeculari contra perſonas eccleſia
ſticas propter defectum iuſtitiæ in alio iudice ſeculari
quia hic determinatur,quòd non valeant iſtæ repreſſa
liæ ſpecialiter per iſtum tex.

¶Sed eſt dubiũ, quæ dicãtur perſonæ eccleſiaſticæ,
quę gaudeãt hoc priuilegio clericali.Et primo de cle-
ricis ſecularibus ſine dubio tenendum,ꝙ ſic,incipien
do à primo gradu,videlicet ab oſtiario vſque ad ſupre
mum,vt 21.diſtinct.cleros.

¶Secundo quæro,quid de tẽplariis.Gof. hic reſpõ-
det, ꝙ idem quandoque hi qui ad cuſtodias templorũ
deputantur,licet ſint laici, nihilominus gaudẽt bene-
ficio clericorum.& ita etiam tenuit glo.in c.2.de foro
compet.12.q.2.c.eccleſiarum ſeruos.

¶Tertio quęro,quid de hoſpitalariis.Gof.hic reſpõ
dit,quod idem. Sed tamen Zen.tenuit,quod ſi hoſpi-
talarij ſint laici,& viuentes in matrimonio,vel haben
tes filios,quod eſſe poteſt. vt in cle. quia contingit. de
relig.do.quod ipſi non gaudebunt hoc priuilegio, im
mo erunt ſub iudice ſeculari. Et ita tenet Card. in d.
cle.quia contingit.& Proſdo.in cap.2.de foro compe-
tenti.

3 ¶Quarto quæro,†quid de conuerſis.& gl.hic cõclu-
dit,ꝙ idem in ipſis ꝙ aliis clericis,per c.parochianos.
de ſent.excom.ꝙ tamen non tenent doct. niſi ſint in a-
liquo ſeruitio eccleſiæ, & nõ viuant ſeculariter,vt no.
Proſdo.in d.c.2.de foro compet.

¶Quinto quæro,quid de famulãtibus in domo cle-
ricorũ.doct.tangũnt in c. cũ non ab homine.ſupra, de
iudi.& concludũt, ꝙ gaudent priuilegio. & idẽ tenet
gl.in cle.j.de deci.Et idẽ de tota familia dicit Proſdo.
in d.l.c.2.de foro compet.

¶Sexto quæro,quid de eremitis.Zen.in cle.per lite-
ras.de præben.videbatur ſentire, quod non gauderẽt
beneficio clericali.iuxta ea quæ dixi cum gl. in c. vno.
in fi.ſupra.de exceſ.prælat.Cõmuniter tenetur contra
riũ.c.cum monaſteriũ.ſupra,de elec.& tenet gl. 16.q.j.
qui vere.Et idem ſenſit Domi.de Ieſuatis.

¶Septimo quæro, quid de fratribus & ſororibus ter
tij ordinis. quidam dicebant eos eſſe ſub iudice ſecu-
lari,& iſtam opin. tenuit Guil. Lauden. & Freder. de
Senis conſil.45.idem Ioann.de Ligna. ita aſſerens con
ſuluiſſe in quadam cauſa Peruſina. & ita aſſerens ſer-
uari Peruſij doctor. in clem.ex eo.de ſenten.excom.&
Proſdo.in c.nullus de foro compet.tenet contrarium:
4 † quoniam hodie tales habẽt certam regulam appro-
batam per Inno.3.& hoc ſequitur Barto.in l.ſemper.§.
ex quibuſdam.ff.de iure immu. Et ita tenet Imol.in
d.cle.cum ex eo,dummodo ille habitus non ſit aſſum-
ptus in fraudem,vt c.j.de oblig.ad ratioci.& argu. ca.
ſedes.de reſcript. Et dummodo non ſit ei reſcriptum,
vt erat Peruſij,vt c.ſi de terra.& cap.accedentibus.de
priuilegiis.

¶Octauò quæro quid de clericis coniugatis.Bart.in 8.
q.arti.5.tenet,ꝙ gaudeant priuilegio quo ad crimina-
lem cauſam,dummodo incedant in habitu,vt in c.vno
de cleri.coniu.libr.6.

¶Nonò quęro,quid de ruſticis eccleſiæ.gloſſ.89.diſt.c.
iudicatum tenet,quòd non ſemper ſunt ſub iudice ec-
cleſiaſtico.Spec.in titu.de compe.iudic.adi.§.j.ver.27.
ponit tres caſus in quibus conueniuntur ſub iudice ec
ſiaſtico.

¶Primò,quando hoc eſt conceſſum eccleſiæ ab Impe-
ratore.

¶Secundò,quando habet adminiſtrationem ab eccle-
ſia.

¶Tertiò,quando conuenitur pro re quam tenet ab ec-
cleſia,de quo d.c.vt ibi.& idem tenet Proſdo.in capit.
2.de fo.compe.

5 ¶Decimò quæro,†quid de ſocietate fruſtratorũ.Butr.
& Proſdo.in ca.2.de foro compe.tenent,quòd non gau
deant priuilegio clericali cum nõ reperiatur hoc cau-
tum.& ideo conuenientur ſub iudice ſeculari.& idem
putat do.in Fratalia diſciplinatorum.

¶Vndecimò quæro,quid de militibus gaudẽtibus.Bar
tol.in l.ſemper.§.diuus.ff.de iure immuni,tenet,quòd
gau-



deant priuilegio clericali, quia dicuntur Deo de-
uoti. Et omnes Deo deuoti & perſonæ regulariter vi-
uentes,ſunt ſub iudice eccleſiaſtico,vt 12.quæſt,2,duo
ſunt. Et ita dicit conſuluiſſe Dyn. & Archi. & multos
doctores de curia. Ad hoc eſt text.& glo. de electio.c.
indemnitatibus.libr.6.& de maior. & obed.c. dilecta
& cap.penul.

¶Duodecimo quæro, quid de incluſis? nunquid ſub
iudice eccleſiaſtico ſunt? Conclude quod ſic,per gloſ.
quæ communiter approbatur .11.quæſt.j. de perſona.
¶Decimotertio quæro, quid de vxore clerici conſti-
tuti in minoribus,qui poteſt vxorari,vt in c. Ioannes.
de cleri. coniug.& quid de filijs ipſorum? quidam te-
nent quod gaudeant priuilegio,vt 32.diſt. eos. Sed Io.
Andre.in Nouel. in c.j.de cleric. coniug. libr.6. tenet
contrarium, & melius, quia illa opinio communiter
approbatur.

6 ¶Decimoquarto quæro, † quid de nouitijs? & Domi.
ſentit quod gaudeant priuilegio, adeo quod ſi in no-
uitiatu moritur,eccle.ei ſuccedit, dummodo non ha-
beat propinquiores, vt c. ſi religioſo .ſupra,de ſenten.
excomm.

¶Decimoquinto quęro, quid de oblatis? Et dic, quod
ſi ſtant in lòco religioſo, & non multum exeunt, quod
gaudent priuilegio, dummodo ſint oblati perpetuo,
vt c.ex parte. & c. cum & plantare.de priuilegi. & per
gloſ.in cle.pri. de decimis. De Biguinis autem & Biſo-
chis aliter non diſputo: quia reprobantur à iure, vt in
cle.j. de relig.domi.Et hęc ſufficiant,quantum ad hũc
articulum.

SED circa hanc ſecundam partem quæro,quæ ſta-
tuta & quæ conſuetudines dicantur contra libertatem
eccleſiæ? & Innoc. in c.nouerint. de ſentẽ.excom. di-
cit.quod illa ſunt comtra libertatem eccleſiæ quę ſunt
contra priuilegia conceſſa à Deo vel pontificibus,aut
imperatoribus eccleſiæ vniuerſali. quę multa ſunt, vt
ibi dicitur. Secus autem . ſi ſunt contra eccleſias par-
ticulares : quia tunc bene illis derogari poteſt,vt in
authent. quas actiones. C.de ſacr.ſanct.ecclesi. Et iſtã
opin laudat Ioan. Andr. & Cyn.in auth.caſſa & irrita.
C. de ſacr .ſanct.ecclesi. ¶ Sed iſta ſententia eſt nimis
anguſta, & non comprehendit omnes neceſſarios ca-
ſus ipſis eccleſijs. Et ideo dom. Rapha. Ful. in d. auth.
7 caſſa & irrita. dicit,† quod non ſolum iſta ſtatuta &
conſuetudines poſſent dici contra libertatem eccle
ſiæ,quæ ſunt contra priuilegia conceſſa à Deo & pon-
tificibus & imperatoribus eccleſijs & earum perſo-
nis,ſed etiam ſi ſint contra ius commune, loquens de
ipſis eccleſiis & earum perſonis,quia fortius eſt ius cõ
mune de ipſis loquẽs,quam ius ſpeciale,l.eius militis.
§.militia miſſus.ff.de teſtament. milit.l. antiqua .C.ad
Velleianum ex quo ipſe infert,quòd ſi ſtatutum dicat,
quòd clericus declinans iuriſdictionem poteſtatis, ſit
extra protectionem communis,& quòd poteſtas ei ius
non reddat,quòd tale ſtatutum non valebit: quia eſt
contra ius commune,quod concedit clericis faculta-
tem declinandi iudices ſeculares,vt in capitulo ſi dili-
genti.ſuprà de foro competenti & authentic.ſtatui-
mus.C.de epiſcopis & clericis. Item ſecundo infert,
quòd ſi ſtatutum dicat,quòd teſtamenta non inſinua-
ta infra ſex menſes,non valeant,quòd tale ſtatutum nõ
valebit,neque habebit locum in teſtamentis clerico-
rum:quia cum eis remiſſa ſolẽnitas iuris ciuilis,& per-
miſſa facultas teſtandi coram duobus teſtibus,vt capi.
8 cum eſſes,& cap.relatum.ſuprà de teſtamen. † videtur
quòd iſta conceſsio ſibi infringatur in conſequentiam,
non permittendo hæredem habere hæreditatem,argu.
l.tertię,§.qui habet.ff.de ſeruitu.ruſtico.prædi.Bal.ta-
men ſentit,quòd in vtroque caſu valebit ſtatutum,non
inquantum tollit beneficium iuris communis,quia nõ
poteſt tollere,neque diminuere priuilegium eccleſiæ,
Sed in caſibus iſtis videtur potius non concedere pri-
uilegium ſuum,quod ſibi permiſſum eſt:quoniam po-
teſtas ſecularis poteſt dare, quod priuilegium vult
laicis & non dare illud clericis.Et ideo ſtatuentes poſ
ſunt dare iuriſdictionem poteſtati ad iuuandum eos,
qui ipſum non declinant. Sed quando aliqui eum de-
clinant, non auferunt declinanti priuilegium ſuum:
ſed ſolum priuilegium iuris ſtatutarij, ſcilicet nõ dan
do iuriſdictionẽ poteſtati in aliquibus caſibus, quod
poſſunt.

¶Item licet ſtatutũ non poſſit diſponere circa teſta
menta clericorum, tamen poteſt diſponere circa lai-
cos qui debent illud teſtamentum exequi, vt not.in c.
omnes. & in c. eccleſia ſanctæ Mariæ.de conſt.Et ideo
conſuluit clerico,quod nõ declinet,ſed ſolum alleget
priuilegium ſuum.

9 ¶Item† conſuluit clericis,quod ſcribant hæredes
clericos aut eccleſias,& non laicos, quia ſtatutum nil
poterit in ipſis.ſed iſta ſententia eſt nimium captioſa.
Et ſi eſſet vera,per quandam viam indirectam eccleſię
fraudarentur ſuis priuilegiis. Et ideo Bar.dixit,quod
non ſolum ſtatuta dicuntur contra libertatem eccle-
ſiæ,quæ ſunt contra priuilegia eccleſiæ expreſſa in cor
pore iuris, vel extra, ſed etiam illa per quæ clerici ef-
ficerentur timidiores, & laici contra eos efficerentur
audaciores.l.j.§.quæ onerandæ. ff. quarum rerum act.
non detur. Ex quo ipſe infert,quod ſi poteſtas ſecula-
ris fecerit ſtatutum, quod occidens clericum, punia-
tur in decem libris. & illa ſtatuta acrius puniant ho-
micidas, quod tale ſtatutum videbitur eſſe contra li-
bertatem eccleſiæ, conſiderato potius effectu, quam
verbis,vt in c.quãto.ſupr.de priuil.c.ſi.ſupra.eo.lib.de
immu.eccle.Et ſimiliter infert do.Ioann.And.in d.ca.
ſi.de immu. eccle.in Nouella. quod ſi ſtatutum laico-
rum prohibet bona immobilia laicorum alienari ex-
tra iuriſdictionem ſtatuentium vel perſonis ſibi non
ſubditis ſub pœna annullationis contractus & con-
fiſcationis bonorum, quod licet iſta ſtatuta ſint licita
10 de iure ciuili & communi:†quia ſtatuens poteſt com-
pellere ſubditum ſuum ad pendendum certis perſo-
nis, & conſequenter prohibere vendi aliis. l. dudum.
C.de contrahen.emp.l.cum ita.ff.de condi.& demon.
l.vna.in prin.c.non lice.habita. metro. loca ſua in ex-
traneos transferre.lib.11.& Cod.de commer.& merca
l.mercatores,tamen non ſunt licita, inquantum pro-
hibent alienari & vendi perſonis eccleſiaſticis: quia
hoc eſſet per indirectum diminuere eorum priuile-
gia,à Deo,pontificibus & imperatoribus conceſſa, vt
ſuprà dixi.Idcirco nõ valent c.quę in eccleſiarum.& c.
cum omnes.de conſtitu.Sed iſta ſententia Barto.eſt ni-
mium ſeuera pro laicis.& idcirco Frede.de Senis con
ſilio ſuo 178.dicit,quòd in ſupradicta quæſtione ſtatu-
tum excludens eccleſiam,in totum non valebit,tanquã
continens odium irrationabile,vt ſuprà dixi.Sed ſi ſta
tutum augeret partem debitam filiis de iure naturæ,ſi-
cut eſt hic Paduæ,vbi dicit,quod mulier habens filios
vel filias,non poſsit teſtari niſi de quarta parte bonorũ
ſuorum,tunc tale ſtatutum valet:quia continebit odiũ
rationabile.¶Et iſta opin. eſt æqua & ſatis placet pro
qua facit l.cum tale.§.mulier.ff.de condi.& demon.&
l.cum ita.eo.tit.& 12.quęſt.5.c.fin.

*SVMMARIVM.*

*Menſis iuridicus quot dies habere debeat.*
2 *Interdictum in quibus diſsideat ab excommunica-
tione,& in quo concordet.*
3 *Appellatio cenſuræ quid compræhendat.*
4 *Communicatio cum interdicto,nõ eſt prohibita.*
5 *Interdictum non ligat epiſcopos.*
6 *Excommunicatio non fertur pro aliena culpa.*

## ¶Tertia pars Tractatus.

CIRCA vltimã partẽ quęro pri-
1 mò,†quot dies debeat habere mẽ
ſis,de quo ſit hic mẽtio,vtrũ 28.vel
30.an vero 31.& Ioã.And.in gl.j.c.
quã ſit.de elect.eo.li.& Bart.in l.cũ
biſſext⁹.ff.de ver.ſig.quos fere oẽs
doct.ſequuntur,dicunt ꝙ iſte men
ſis debet habere tot dies, quot habet ille menſis quo
incipit dilatio. & ita eſt tenendum.

¶ Secundo quæro, in quo concordent,& in quo diſcordent ſeutentia excommunicationis & interdicti, de quibus hic dicitur. Et quandoque parificantur, & quandoque diuerſificantur. Et ex intentione text. & doct.in c. ad hoc. ſupra de appel. & in c.j.§. penult. infra de ſenten.excom.Dic quod in decem cõcordãt & in totidem differunt.

¶ Primo enim concordant,quia forma c.j.de ſenten. excom.lib.6. eſt ſeruanda in qualibet earum,vt in c.j de de ſen.excom.

2 ¶ Secundo,†quia precedens appellatio tuetur appel-
lantẽ, ſequens non.ſupra, de appella.§.ad hæc,quoniam & c.paſtoralis.& infra eodem.is autem.in fin.

¶ Tertio,quia neuter debet celebrare diuina ex quo ſunt interdicta.de cleri. excom. mini.c.2. &.c.poſtulaſti.§. fi.

¶ Quarto,quia vtrãque ſententiam debet pręcedere monitio.ſupra,de .appel,c.repræhenſibilis.

¶ Quintò,quia vterque iurat priuſquam abſoluatur, vt.ſupra,eo.c.venerabili.

¶ Sexto,quia vtraque ſententia ſuperioribus eſt ſeruanda.ſupra,de offi.ordi.c.cum ab eccleſiarum.

3 ¶ Septimo,†quia durante ſententia,neuter eligere vel
eligi vel teſtificari poteſt, ſupra de conſue.c.cum dilectus. & ſupra, de elect cum inter.de excep.apoſtolicæ. de teſti.veniens.2.

¶ Octauo,quia nõ debet ſuperior de ipſis aliquid diſponere,partibus non vocatis.ſupra,eo libro.de app. Romana.§.fi.& infra,eo.c.Romana.in princi.

¶ Nono, quia ſpirituales filij Apoſtolicæ ſedis nulla iſtarum pœnarum poſſunt ligari.infra,eo.tit.veniẽs &de priuile.ſoleant.in fin.

¶ Decimo, quia appellatio cenſuræ compræhendit ambo prædicta. de verb.ſignific.quærenti.

Differunt autem in decem.

4 ¶Primò,in participatione:quia cum excommunicato nõ licet participare,vt c.ſacris,quod metus cauſa.cum interdicto vel ſuſpenſo ſic regulariter loquendo, vt ff.de pœnis. l. moris. & l. cui pacto.ff. de ſeruis expor.

¶Secũdo,quia homo proprie excõmunicatur vel ſuſpenditur:& loca proprie interdicuntur,licet quãdoque abutamur his verbis.ſupr.de ſpõ.c.nõ eſt.ſupr. de relig.dom.cum dilectus.de cle.excom.poſtulaſti.in fi. facit.§.oportet.in auth.de manda.prin.colla.3.

¶Tertio, quia effectus excommunicationis non poteſt ſuſpendi:ſed interdicti & ſuſpẽſionis ſic.de quo ſatis in decretali ad hæc.de appella.

5 ¶Quarto,†quia ſuſpenſio generalis vel interdictũ,
non ligat epiſcopos,excommunicatio ſic,vt c.quia periculoſum.de ſenten.excom.lib.6.

¶Quinto, quia excommunicatus poteſt abſolui ad cautelam,vt c.ſolet.& c.venerabilibus.ſed interdictus vel ſuſpenſus non:vt c.præſenti.de ſent. excom. libr.6.

¶Sexto,quia excommunicatio nõ debet fieri in vniuerſitatem,vel collegium.ne ligentur innoxij.ca. Romana.§.caueantur.de ſenten.excom.lib.6. Sed interdictum vel ſuſpenſio ſic.c.non eſt.de ſponſa.

¶Septimo,quia interdicti & ſuſpenſi,admittũtur ad pœnitentiam & ſepulturam:excommunicati non,niſi pœniteant in mortis articulo.

¶Octauo,quia interdicti admittuntur in feſtiuitatibus Natiuitatis Domini,Reſurrectionis,Pẽtecoſtes, & Aſcenſionis,beatæ Mariæ, ad diuina officia ob reuerentiam dierum,ſed excommunicati non,vt ca.fi.§. dum tamen. & §. in feſtiuitatibus. de ſentent. excom. lib.6.

6 ¶Nono,†quia excõmunicatio non fertur pro alie
na culpa.24.quæſt.3.habes.interdict. vero & ſuſpenſio ſic.c.ſi ſententia.§.j.de ſenten.excom.lib.6. ſecundum Ioan.And.

Decimo,ſecundum Ioan.Cald.in tractatu de eccleſiaſt.interdicto, in primo membro, quia interdictum generale in locum non poteſt fieri ſine ſpeciali licentia Papæ,vt in extrauaganti,Prouide attendẽtes Bonifacij 8.Secus in excommunicatione,vt c.præterea requiſiſti.de appel.Cætera ſunt facilia & conſulto prætermiſſa.

FINIS.

# SOLENNIS AC PERVTILIS TRACTATVS CLARSSIMI IVRISCONSVLTI D. MARTINI LAVDENSIS, DE REPRESSALIIS.

SVMMARIVM.

1 Repreſſaliarum cauſa productiua quæ fuerit.
2 Repreſſaliæ non erant tempore,quo Deus humanam naturam creauit.
3 Repreſſaliæ quare concedantur.& infrà.nu.9.
Deus per quos mundum rexit.
4 Remedio ordinario ceſſante,ad extraordinarium recurritur.
5 Repreſſaliarum conceſſio,belli iuſti ſpecies eſt.
6 Vniuerſitas eſt corpus myſticum,cui ſingulos de ea defendere licitum eſt.
8 Repreſſaliæ à quo concedi poſſunt.
9 Bellum indici non poteſt,niſi per ſuperiorem non recognoſcentem.
10 Repreſſaliarum remedium extraordinarium eſt.
11 Repreſſalias concedere non poteſt poteſtas ciuitatis ſuperiorem nõ recognoſcentis,ſed ipſa ciuitas ſic.Limita,vt ibi.
12 Repreſſaliæ an iure actionis,vel officio iudicis conce dantur.
Repreſſaliæ quo iure prohibeantur,& quo iure conce dantur.
13 Officium iudicis etiam ex æquitate quadam conceditur.
14 Manus militaris,iudicis officio imploratur.
15 In repreſſalijs concedendis libellus & litis conteſtatio requiritur.Et infrà nu.17.vbi limitatur.
Manus Regia dicitur officium iudicis.
16 Princeps licet actionem tollat,iuſtitiam tamen non tollit.
Limitatio ad l.ſi pupilli.§.videamus.ff.de neg.geſt.
17 Repreſſaliarum ab iniuſta cõceſſione an appelletur.
Appellatio licet non admittatur præſcripto prætorio,tamen ſuperior per viam ſupplicationis vel quere læ aditur.
18 Repreſſaliarum cauſa an delegari poſſit.
Repreſſaliæ an concedantur per vicarium generalẽ.
19 Superiorem etiam de facto non recognoſcẽs.iura imperialia habet.
Imperator cauſas meri & miſti imperij delegare poteſt.
20 Repreſſaliæ an concedendæ ſint.
Papam in ſuperiorem quilibet de iure habet.
21 Spoliatus quando vim vi etiam ex interuallo authoritate propria repellere poſsit,& rem ſuam recuperare.
22 Repreſſaliæ an incolis concedendæ ſint.
23 Ciuitas an poſit priuilegiare incolam, vt exemptus ſit à muneribus.
24 Priuilegium Peruſinis conceſſum, an incolas compræhendatur.
25 Repreſſaliarũ beneficio an gaudeat incola receptus ad ciuitatem:quia actu non incũbunt, ſed eſt in extimo.
26 Quid quando non eſt in extimo, nec poteſt extimũ fieri,quia non eſt tempus id faciendi?
27 Repreſſaliæ an poſsint Bannitis per ciuitatem concedi.
Bannitis ea quæ iuriſgentium ſunt,cõceduntur.
28 Repreſſaliæ in ſubſidium conceduntur
Banniti priuilegijs & beneficijs ciuitatis nõ gaudẽt.
29 Repreſſaliæ an per conuentionẽ poſsint concedi per conuentionẽ ciuibus contra ciuitatẽ originariam.
30 Carceratus an poſt decem dies,à die carcerationis iniuſtæ,appellare poſsit.
31 Repreſſaliæ ciuibus cõfœderatis an concedi poſsint.
Fœdus quotuplex ſit.
32 Confœderationes effectus quis ſit.
33 Repreſſaliæ an concedi poſsint ciuibus vnius ciuitatis,ſi per ſtatutum habeantur pro ciuibus alterius ciuitatis.
34 Repreſſaliæ an poſſint cõcedi,ſi ſtatuto cauetur quòd fœneratores cum leuibus vſuris venientes ad habitandum ciuitatem,habeantur pro ciuibus.
Et an valeat tale ſtatutum.
35 Statutum Senenſe eſt,quòd veniens ad habitandum in ciuitate,non poſſit pro debito conueniri,niſi à ciuibus Senenſibus,ſi alio ſtatuto ibi caueatur,quod Catelani habeantur pro ciuibus,& contingat Florentinum debitorem Catelani,venire ad habitandũ Senis,an Florentinus ibi conueniri poſſit.
36 Statuta propriè intelligi debent.
37 Repreſſaliæ an poſſint per ciuitatem concedi,vt capiantur res exiſtentes in territorio ciuitatis contra quam conceduntur.
38 Ciuitas cui ſcribitur,an teneatur ad literas concedẽtis repreſſalias eas exequi.
Et quid de executione ſententiæ.
39 Repreſſaliæ an & quando contra magiſtratũ concedi poſſint.
40 Magiſtratus etiam durante officio,de Barataria ſyndicari poteſt.
L.ſenatuſconſulto,ff.de offi.præſi.limita.
41 Magiſtratus,ſeu officialis,an in patria ſua de commiſſis in officio conueniri poſſit.
Officialis poſt officiũ debet in loco officij per 50.dies ſtare,vt ſyndicari poſſit.
42 Repreſſaliæ ſi ſint contra Florentinos conceſſæ,an intelligantur conceſſæ contra Florentinum Senis habitantem.
43 Repreſſaliæ an poſſint contra clericos concedi,ſi Epiſcopus,qui eſt magnus tyrannus,non timens ſuperiorẽ,nolit laicis contra clericos iuſtitiam facere,
44 Iura & leges licet niſi in locis priuilegiatis doceri debeant,medicina tamen & philoſophia vbique doceri poſſunt.
45 Repreſſaliæ an contra infantem vel furioſum concedi poſſint.
Repreſſaliæ concedi non poſſunt contra eos qui in ius vocari non poſſunt.
46 Repreſſaliæ ſi concedantur contra ciuitatem, vel ſingulares perſonas de ciuitate,an illius ciuitatis Banniti compræhendantur.
47 Bannitus de ciuitate quo ad commoda, non dicitur de vniuerſitate:ſecus,quo ad incommoda.
Delinquens non debet eſſe melioris conditionis, quã non delinquens.
48 Repreſſaliarum executio an fieri poſſit in diebus feriatis ob hominum neceſſitatem.
Quid in feriis in honorem Dei caſu neceſſitatis, & 1.num.50.
49 Actus iudiciales exercentur etiam die feriato in honorem Dei propter neceſſitatem.
51 Repreſſaliarum executio ſi facta ſit,an ſuper ea quis audiatur.
52 Actor & reus vbi ſunt diuerſarum ciuitatum, ciuitas actoris ad eius inſtantiam poteſt ſcribere ciuitati rei,vt reum in vna tertia ciuitate litigare cogat.
53 Repreſſaliæ pro debito iniuſto concedi non poſſunt.
54 Pro repreſſalijs quis capi non poteſt, ſi tranſiens gabellam ſoluerit.
55 Pro repreſſaliis illicitis quomodo quis puniatur.
56 Repreſſaliæ illicitæ à ſuperiore corrigi debent.
57 Repreſſaliæ concedi poſſunt,ſi mercatores, aut ſcholares per aliena territoria tranſeuntes derobãtur & iuſtitiam prædæ à ciuitate,vbi fuerũt derobati,obtinere non poſſunt.

CHRISTI & glorioſæ virginis Mariæ,omniumque cæleſtiũ ciuium nominibus inuocatis, Incipit tractatus additionũ ad diuerſos tractatus,& maxime Bar. & quoniam optima rerum inuẽtio,etſi verborum lenociniis deſtituta ſit, ipſo tamen ſui natura ſeipſum exornat,teſte Quintiliano,vt refert Ioann. Andr.in cle.ſæpe.circa principium.in glo.de ver.ſig. ideo omiſsis præludiis oratoriis,ad rem ipſam profiſciſcar,& principio aggrediar additiones ad tractatũ Barto.de repreſſaliis,in quo hunc ordinẽ obſeruabo: Quia primo faciam additiones circa cauſam productiuam ſine efficientem.Secundo,circa cauſam materialem.Tertiò,circa cauſam formalem.Quartò & vltimo,circa cauſam finalem.

1 †Quæro ergo,quæ ſit cauſa productiua Repreſſa-
liarum,id eſt,qui ſint illi, qui poſsint concedere Re-
preſſalias.Pro cuius rei clariori doctrina,altius exor-
diendum arbitror.Præmitto itaque ex mente Innocẽ.
& doct.licet ex ſuſcepto de foro compet. † quòd Deus
2 creauit cælum & terram, mare, angelicam huma-
námque naturam,& reliqua,& per ſeipſum rexit,vt pa
tet in Geneſi,& hoc tempore non fuit opus repreſſa-

3 liis.Ratio,quia DEVS miniſtrat iuſtitiam,† & repreſ
ſaliæ conceduntur propter neglectum iuſtitiæ,vigeſi-
ma tertia,quæſtione ſecunda,capi.Dominus noſter.cũ
ſimil.Deinde & ſecũdo,Deus per Noe rexit populum,
deinde & tertio rexit Deus per Reges, iudices & ma-
giſtrat⁹.Deinde & quarto ſuperuenit CHRISTVS,
vere Dominus & rex.Deinde ſucceſſores,Petrus,& a-
lij Pontifices.Deinde imperium. Et quia iſti vtebãtur
iuſtitia,non erat opus Repreſſaliis.ſed poſteaquam ſu
peruenit iniuſtitia ex parte eorum,qui non recogno-
ſcebant ſuperiorem,quia imperium cœpit exinaniri,
4 & nonnulli populi nolebant recognoſcere, † & ſic de
ficientibus remediis iuris ordinarij,opus fuit recurre
re ad remedium extraordinarium Repreſſaliarum.ar-
gument.L.in prouinciali.ff.oper.nou.nunciat.& L.in
5 cauſæ.ff.de minor.cum ſimi. † Nam eſt quædam ſpe-
cies belli iuſti conceſsio Repreſſaliarum, cum liceat
ſuſcipere arma ob defenſionem rerum & corporis ſui.
l.vt iure.ff.de iuſtitia & iur.capitul.olim.& ibi per In-
nocentium de reſtitution.ſpoliato. Quinimmo & pro
6 defenſione corporis myſtici.† nam vniuerſitas eſt cor
pus myſticum,quod continet partes ſuas,id eſt,ſingu-
los de vniuerſitate.L.prima, & L.ſicut.ff.quod cuiuſ-
que vniuerſ.& ideo licitum vniuerſitati,defendere ſin
gulos de vniuerſitate,tanquam partes corporis myſti
7 ci.† Et ex prædictis concluditur, quòd finaliter Re-
preſſaliæ conceduntur,ne pereat iuſtitia: occaſionali-
ter verò,propter neglectum iuſtitiæ, inſurgentem ex
defectu vel negligentia regentium,vt hæc omnia quo
ad effectum, ponit Ioannes de Lignano in tractatu
8 Repreſſaliarum,in prim.column. † His ſic præmiſsis
reſpondeo ad quæſitum,quòd poteſt concedere Re-
preſſalias, qui non recognoſcit ſuperiorem. Ratio
quia(vt dictum eſt)ſic Repreſſaliæ ſunt quædam ſpe-
9 cies belli iuſti,ne pereat iuſtitia. † Sed bellum nemo
poteſt indicere,niſi qui non recognoſcit ſuperiorem,
vel habeat licentiam ab eo.l.hoſtes.ff.de capti.& not.
10 in cap.ſicut.de iureiuran.† Item quia poſtquam poteſt
adiri ſuperior,& ſic poſſumus & iure & de facto,vt or
dinario remedio iuris,non debemus recurrere ad re-
medium extraordinarium Repreſſaliarum, dicta.l.in
prouinciali. Ex quibus infert Bartolus in tractat.Re-
11 preſſaliarum in tertia quæſtione principali, † Quòd ſi
ſit poteſtas ciuitatis,quæ ciuitas non recognoſcat ſu-
periorem: certe poteſtas non poterit concedere Re-
preſſalias,ſed ciuitas. quod dictum Bartolum limita-
tur eſſe verum,quando eſt mandatum poteſtatis limi-
tatum.ſecus,ſi omnimoda poteſtas ciuitatis ſit tranſ-
lata in præſidem:argument.l.procurator cum libera.ff.
de procur.ſecundum Ioann.de Lignano,in dict.tract.
12 Repreſſaliarum,colum.2.in j.fol.† Item infert Bartol.
quod Repreſſaliæ non conceduntur iure actionis,ne-
que officio iudicis.Ratio,ſecundum eum,quia officiũ
iudicis non datur vel oritur à iure canonico vel ciui-
li,ſed lege canonica vel ciuili Repreſſaliæ prohibitæ
ſunt.cap.prim.de iniur.libr.6.in authentic.vt non fiãt
pignoration.ſed conceduntur de iure diuino, & iure
gentium.dict.ca.Dominus noſter.Et ideo manu regia
expediuntur,quia mundus iure gentium vniformiter
regebatur.l.ſecund.circa princi.ff.de orig.iur.ſed Bal-
dus in authentic.& omnino.C.ne vxor pro mari. & Io
annes de Lignano,in tracta.in 2.colum.tenent contra
Bartol.quòd immo officio iudicis imploratur Repreſ
13 ſaliæ.mouentur primo,quia officium iudicis non ſo-
lum cõceditur à lege canonica,vel ciuili: ſed etiam ex
quadam æquitate.l.plane.ff.de peti.hæredita.quam le-
gem in terminis,in officio iudicis alleg.Bartol.in l.pri
ma,de iur.omn.iudic.ſed Repreſſaliæ conceduntur ex
quadam æquitate,ne pereat iuſtitia,vt dixi.ſic ergo ex
14 illa æquitate competit officium iudicis. † Item pro
hac parte bene facit textus in l.qui reſtituere.ff.de rei
vendic. vbi manus militaris imploratur officio iudi-
cis. Item quia executio ſententiæ, prout executio
Repreſſaliarum petitur officio iudicis.l.ſi interdict.&
15 ibi Bart.ff.de re iudic. ¶ † Ex quibus infertur, quod
requiritur libellus,& litis conteſtatio.ca.fin.de offic.
iudic.& bene facit,quod not.Bald.in dict.authentica.
& omnino. nam & manus regia dicitur officium iu-
dicis,ſecundum Anton.& Imol.in c. quæ in Eccleſia-
16 rum.de conſtitut.† vbi licet princeps tollat actionem,
tanquam creaturam iuris ciuilis,tamen non tollit iu-
ſtitiam: quia licet caream actione, tamen implorabo
manum regiam, id eſt, officium iudicis. ita inquit
Anton.in dict.l.2. & ſic erit clare caſum, in quo datur
remedium agendi de iure gentium, quamuis ſit ſub-
lata actio,quod nota.ad limitationem l.ſi pupilli.§.vi-
deamus.ff.de nego.geſt.& nota.in leg.edita.Codic.de
17 eden.& in c.dilecti.de iudic.† Ex prædictis concludi-
tur, libellum & litis conteſtationem eſſe neceſſariam
in repreſſaliis concedendis, quod dictum limitabis
eſſe verum, niſi reuera fuerit contumax, & deficiant
alia remedia. Nam tunc etiam lite non conteſtata,
procedetur ad diffinitiuam ſententiam. l. in cauſæ. §.
cauſa cognita.ff.de minor.& ſpec.in titul.de in integ.
reſt.§.ſecund.& plene ſcripſi poſt Imol.in c.fi.de offic.
18 iudic. ¶ † Rurſus Bald.in dict. authenti. & omnino.
Codic.ne vxor.pro marit.concludit, quod appellatur
ab iniuſta conceſſione Repreſſaliarum.l.j.Cod.de bo-
nor.poſſeſ.ſecũd.tabul, Sed videtur quod hoc dictum
Bal.non poſſit ſuſtineri:quia appellatio fit ad ſuperio-
rem.c.nõ putamus.de conſue. lib.6. cũ ſimil.ſed cõce-
dens Repreſſalias,nõ recognoſcit ſuperiorẽ.vt vidiſti.
ſic ergo nõ poterit appellari.Sol.declarando Bal. vt in
telligamus de appellatione improprie,id eſt,de quere
la,vel ſupplicatione vt adeatur ipſemet,qui non reco-
gnoſcit ſuperiorem per viam ſupplicatiõis, vt dicitur
in ſententijs præfecti prætorio.l.vnica.Co.de ſentent.
præfe.præto.& facit c.cum ex literis.de in integ.reſti.
Vel aliter,& ſecundo reſpondeo.intelligendo proprie
de appellatione, quando poteſtas ciuitatis virtute
ſtatuti, poſſit concedere Repreſſalias: tunc ab eo ad
populum ciuitatis appellabitur, tanquam ad maius
tribunal.

¶ Rurſus Bal.in dict.authentic. & omnino. conclu-
dit, quod cauſa repreſſaliarum non poteſt delegari,
quia eſt meri & miſti imperij.l.j.ff.de offic.eius.& per
Bartol. in l.imperium. ff. de iuriſdictione omn. iudic.
Vicarius tamen generalis poterit concedere Repreſ-
ſalias,quia vicarius omnia poteſt citra ſanguinem. L.
ſuggerente.Cod.de offic.eius qui vicem alterius ge-
rit. Sed attendite quòd dictum Baldi non procedit
de iure canonico:& ſic non haberet locum in terris Ec
cleſiæ,vt in hac ciuitate Ferrarienſi,ſecundum docto.
in cap.quo ad ſedem.de offic.ordi.& Innocen.in capi.
in archiepiſcopatu.de raptorib.& fuit dictum Angel.
in dict.l.j.& in dict.l.imperium.Item non procedit di-
ctum Baldi de iure ciuili eo caſu, quo Repreſſaliæ
conceduntur ab eo,qui de facto non recognoſcit ſupe
riorem,vt regulariter fit,ſecundum ea quæ dixi in præ
cedenti lectione. Ratio, † quia qui non recognoſcit
19 ſuperiorem, etiam de facto habet iura imperialia.L.
hoſtes.& ibi Bartolus.ff.de capti.& poſtli.reue.& An-
tonius de Butr.in capitu.per venerabilem. qui fil.ſint
legitim.ſed Imperator poteſt delegare cauſas meri &
miſti imperii. l.vnica.Codice qui per ſententiam iu-
ris. Ergo & ciuitas vel princeps, qui non reco-
gnoſcit ſuperiorem etiam de facto, cum habeat pri-
uilegia imperialia, vt prædixi: ergo Baldus non po-
teſt ſaluari, niſi in iſto caſu, videlicet quando eſſet
aliquis,puta poteſtas,qui virtute ſtatuti, poteſt con-
cedere repreſſalias. nam tunc talis præſes non pote-
rit delegare: ergo Baldus valde reſtringitur neceſſa-
rio.



20 rio.¶ † Rurſus & vltimò,quo ad cauſam hanc efficien
tem opponitur fortiſsime,& immo videtur,quòd Re-
preſſaliæ nunquam ſint cõcedendæ à ciuitate vel prin
cipe.& arguitur ſic:nam,vt dixi in præcedenti lectio-
ne,conceduntur Repreſſaliæ in ſubſidium ab eo, qui
non recognoſcit ſuperiorem:ſed quilibet habet ſupe
riorem papam neceſſario,vt in Extrauaganti,vnã ſan-
ctam Eccleſiam,ſecundum Ioannem Andream in c.ſo
lite.de maio.& obed.& facit quod pulchre not.Inno.
in c.licet ex ſuſcepto.de fo.compe.Ergo nunquã ſunt
concedendæ repreſſaliæ.Solu.doct.ſane,vt non reco-
gnoſcat ſuperiorem,vel de iure,vel de facto: quia ar-
gumẽtum factum ſupra,procedit de iure.nam omnis
creatura de iure ſubeſt papæ, ſed de facto plerunque
principes,vel ciuitates non obediunt papæ vel Impe-
ratori,quo caſu opus eſt Repreſſaliarum, vt in Lom-
bardia dicit Bald.vbi authen. & omnino,& vt in Tu-
ſcia dicit Bald.in repet.l.j.C.vnde vi.in penultimo fo-
21 lio,vbi notabiliter dicit,† quòd regula quæ eſt,vt vim
vi ex interuallo repellere non poſsim propria autho-
ritate,quinimmo authoritate iudicis debet fieri recu
peratio rei ſpoliatæ:puta,caſtri vel ciuitatis,illa regu-
la eſt limitanda:dummodo poſsit haberi copia ſupe-
rioris vel iudicis, qui habeat poteſtatem impetrandi,
ſed ſi ſit ſuperior vel iudex,cui de facto non præſtatur
obedientia,vt in Tuſcia Imperatori,vel papæ,certe e-
tiam ex interuallo,propria authoritate poterit ſpolia-
tus rem ſuam recuperare,argument.l.ſi alius.§.belliſ-
ſime.& quod ibi ſcripſit Bartolus.ff. quòd vi aut clam.
& not.in l.nullius.C.de Iudæis.quod dictum eſt nota
bile pro principibus,vel communitatibus,qui vel quæ
ſpoliati fuerunt vrbibus & caſtris viribus armorum,
vt etiam ex interuallo poſsint recuperare propria au-
thoritate & viribus armorum,poſtquam deficit copia
ſuperioris,quo ad effectum,ſecundum Baldum in re-
petitione dictæ l.j.intelligit tamen ſane, quando defi-
cit omne aliud remedium iuris, iuxta ſcripta per do-
ctores in c.j.de offic.ordinar. Et ſic ſumus expediti de
prima cauſa efficienti.¶ Nunc progredior ad cauſam
materialem,in qua in primis examinabitur cauſa ma-
terialis in qua,id eſt,quibus concedendæ ſunt Repreſ
ſaliæ.Secundo examinabimus cauſam materialem cir
ca quam,id eſt,circa ſuppoſitum ſiue res. Tertio exa-
minabimus cauſam materialem contra quam, id eſt,
contra quam ciuitatem, vel vniuerſitatem vel perſo-
nam conceduntur repreſſaliæ.Vltimo examinabimus
cauſam materialem, ex qua conceditur facultas Re-
preſſaliarum.¶ Capio ergo primam cauſam materia-
22 lem in qua. ¶ † Et primo circa incolas,quæro vtrum
incolis ſint concedendæ Repreſſaliæ.Bartolus in dict.
tractatu Repreſſaliarum. in prima quæſtione princi-
palis quæſtionis cõcludit.Aut incola ſubit munera,&
tunc ſunt concedendæ Repreſſaliæ:aut non ſubit one
ra ciuitatis,& tunc non ſunt concedẽdæ Repreſſaliæ.
Sed Baldus in dicta authentic.& omnino.aliter diſtin
guit. Aut enim incolis conceduntur Repreſſaliæ pro
commiſſo intra territorium, & tunc poſſunt concedi
Repreſſaliæ de iure l.3.ff.de officio præſid.aut aliquid
eſt commiſſum extra iuriſdictionem:& tunc non ſunt
concedendæ Repreſſaliæ incolis.l.final.ff. de iuriſdi-
ctione omnium iudicum.Et cõſequenter dictum Bar-
toli,de quo ſupra,limitaretur à Bal. videlicet,niſi quid
ſit commiſſum intra iuriſdictionem.ſed hæc limitatio
Bald.videtur contra rationes Bartol. cum nondum ſit
aſſumptus incola in ciuem:argumẽ.l.incola.ff.ad mu-
nicip.ſed Ioannes de Ligna.in dicto tractatu Repreſ-
ſaliarum aliter diſtinguit:aut enim incola non ſubit
onera propter contumaciam, & tunc bene loquitur
Bartolus quòd non ſunt concedendæ Repreſſaliæ per
rationes ipſiuſmet Bartol.aut incola non ſubit onera
ciuitatis quam habitat propter priuilegium conceſ-
ſum à ciuitate: & tunc ſunt concedendæ Repreſſaliæ,
quia ciuitas potuit priuilegiare hunc incolam. leg. ſi
23 quis in conſcribendo.Codi.de pact.cum vulgar.† Sed
ego arguo contra Ioann.de Lign.quod immo ciuitas
non potuerit priuilegiare incolam, vt ſit exemptus à
muneribus.l.vacuatis.Codic.de decurion.libr.10.So-
lum.defendendo Ioannem de Lignano, contrarium
procedit, vt ciuitas in præiudicium Principis vel Fi-
ſci, non poſſit priuilegiare incolam ſiue ciuem; ſe-
cus in præiudicium ipſiuſmet ciuitatis,ſeu fiſci ipſius
ciuitatis. leg. epiſtola.§. pactum inter debitorem.&
ibi Angelus ff.de pactis.& in gloſſa.in dict.l.vacuatis.
Itaque in præcedenti articulo ſequar diſtinctionem
Bartol. per rationes & iura ipſius Bartoli quæ obti-
neo, cum hic ſit tractatus additionum. quam ſenten-
tiam Bartoli ſecutus eſt Angelus in repetit.l.incola.ff.
24 ad municip. in illo articulo, † an priuilegium Impe-
riale,conceſſum Peruſinis, ſiue hominibus de Peru-
ſio,quod idem eſt.ca. j.de ſpon. an comprælhendat in-
colas Peruſinos.& concludit Angelus.quod ſic,dum-
modo incola ſubeat onera ciuitatis Peruſinæ, alias
ſecus.l.j.& l.incola.ff.ad municip.& alleg.alias ratio-
nes Angel.quas poſuit Bartolus in dict.prim.quæſtiõe
principalis quæſtionis. Placet tamen limitatio Ioan-
nis de Lignano, vt incola ſit priuilegiatus,dummo-
do ſit aſſumptus in ciuem, gaudeat beneficio Repreſ-
ſaliarum. & ita ſatis clare ſentit Bartolus in ſecunda
25 quæſtione huius principalis quæſtionis. † Sed quid ſi
incola receptus ad ciuitatem, non ſubit onera? quia
actu non incumbunt, ſed fecit inuentarium ſiue æſti-
mum:certe ſentit Bartolus in dicto tractat. & in dicta
quæſtione prima & ſecunda huiuſce principalis quæ-
26 ſtionis,quod gaudeat priuilegio repreſſaliarum.† Sed
quid vltra Bartolum, ſi incola venit ad habitandum
in aliquam ciuitatem, in qua actu non incũbunt one-
ra, neque æſtimum poteſt fieri: quia forte fit de anno
in annum: & ſic non eſt tempus faciendi æſtimum.l.
omne territorium.Codic. de cenſitori. & peræquato.
an gaudeat priuilegio repreſſaliarum. Putarem quod
ſic, quia non ſtat per eum, quo minus ſubeat munera
& onera,argumẽ.l.iure ciuili.ff.de condict.& demon-
ſtration. & dicitur receptus facto, poſtquam ciuitas
tacito conſenſu eum recepit,argument.l.de quibus.ff.
27 de lege.† Sed an bannitis ciuitatis poſſit ciuitas con-
cedere repreſſalias? Baldus in dict.authent.& omni-
no.concludit quod non. Sed contra Baldum eſt gene-
rale argumentum, quod repreſſaliæ ſunt de iure di-
uino & gentiũ, vt vidiſtis in præcedentibus. ſed Ban-
nitis conceduntur ea, quæ ſunt de iure gentium, vt
plene concluſit Bartolus in diſputatione quæ incipit,
Lucanæ ciuitatis,vt per eundem Bartolum in l.amiſ-
ſione.§.qui deficiunt.ff.de capitis diminitione. & per
28 Baldum & Angelum in l.j.C.de hæredi.inſtituẽ. † Sed
ſaluando Bald.reſpondeo,quod licet Repreſſaliæ ſint
de iure gentium inuentione, tamen conceduntur in
priuilegium ciuitati in ſubſidium remedij ordinarij,
vt vidiſtis in præcedentibus: ſed bannitis priuilegia
ciuitatis non conceduntur,ſeu beneficia, vt per Bald.
Bartolum & Angelum in locis præallegatis, ſimile li-
cet contractus ſint de iure gentium.l.ex hoc iure.ff.de
iuſtit.& iure.tamen ſi eſſet conceſſum à ciuitate priui
legium contractibus.puta quod habeat paratam exe-
cutionem,certe bannitus ciuitatis nõ gaudet hoc pri
uilegio.
29 ¶ † Quæro, an ciuibus per conuentionem poſsint
concedi Repreſſaliæ contra ciuitatem originariam?
Bartolus in dicto tractatu tertia quæſtione huiuſce
principalis quæſtionis concludit, quòd poſsint con-
cedi.ſcilicet Ioann.de Lignano in dicto tractat.repro
bat Bartol.eo caſu, quo aliquid iniuſtum eſſet com-
miſſum à ciuitate originaria contra ciuem ſuum, an-
tequam eſſet creatus ciuis conuentionalis,per l.doli.
§.fin.ff.de ſerm.corru.& per l.quæcunque.ff.de actio.

& oblig.Sed in veritate Io.de Lign.non debuit repro
bare Barto.quia ipſemet Bart.ſe declarans & limitans,
idẽ dixit,prout Ioã.de Lign.in ſeq.quæſtione videtur,
in 4.quæſt.huiuſce principa.quæſt.Sed attendite:quia
Bald.multum ſingulariter limitat hoc dictũ in d.auth.
& omnino.niſi iniuria vel iniuſtitia. ſit actus perma-
nens: quia tunc poſſunt concedi repreſſaliæ, etiam de
iniuſtitia commiſſa antequam creatus ſit ciuis cõuen
tionalis,contra ciuitatem originariam.argu.no.in l.ſi
dominium.ff.de furt.cui limitationi Bal.conſentanea
eſt ſententia eiuſdem Bal.in ſimi.quæſt.in l.2.C.de epi.
30 audi.†vbi ſi tu fuiſti carceratus iam elapſo mẽſe,quæ
rit Bal.an poſsis appellare.& videbatur dicendũ quod
non:quia lapſi ſunt decem dies à die incarcerationis
iniuſtæ & ſcientiæ tuæ.In contrariũ determinat Bald.
propter grauamen actu permanens,quia continuo ſte
tiſti in carceribus iniuſte.& ſic potes appellare reſpe
31 ctu præſentis grauaminis.¶†Quæro,an ciuibus con-
fœderatis poſsint cõcedi repreſſaliæ?Bar.in d.tracta.
in quæſt.vlt.huiuſce princip.quæſt.concludit conce-
di poſſe,per l.nõ dubito.ff.de cap.& poſthu.reuer.ſed
Bal.in d.auth.& omnino.diſtinguit,quoddam eſt fœ-
dus ſociale,in quo vnum extremum non influit in re-
liquũ:& tunc non ſunt cõcedendæ repreſſaliæ. Quod
dam eſt fœdus,in quo vnum eſt in altero,quo ad pro-
tectionem:& tunc ſunt cõcedendæ repreſſaliæ.d.l.nõ
dubito.Vos clarius dicite,quòd in primis inſpiciẽda
ſunt pacta confœderationis:quia poſſent eſſe ita ſtri-
cta,vt non cõprehendant repreſſalias, cum à pactorũ
forma non ſit recedendum.l.j.& l.cõuentionum.ff.de
pactis.ſed circunſcriptis & in dubio factis conceden-
dæ ſunt repreſſaliæ confœderatis,d.l.nõ dubito.& eſt
32 ratio:†quia confœderatio in dubio facit,vt duæ ciui
tates cenſeantur vnum corpus,quo ad protectionem,
ſecundum Bald.in l.executorem.in 4.fol.C.de execu.
rei iudicatæ.

33 ¶†Quæro,quid ſi ciues vnius ciuitatis ex conuentio-
ne vel ſtatuto habeãtur pro ciuibus alterius ciuitatis,
an poſsint concedi repreſſaliæ?Bal.in d.quæſt.vlt.con
cludit,ꝙ non,niſi verba late pateant,ſecundum Baldũ
34 in d.authent.& omnino.vbi format quæſitum:†Pone,
ſtatuto cauetur,quod fœneratores cum leuibus vſu-
ris venientes ad habitandum ciuitatem,habeãtur pro
ciuibus,an poſsint cõcedi repreſſaliæ?Reſpondit Bal.
tale ſtatutum valere,vt fœneretur pro leuibus vſuris:
& repreſſalias concedi non poſſe, quia non ſequitur,
habetur pro ciue,ergo eſt ciuis.argu.l.quidam cum fi
lium.ff.de verb.obliga.Sed cum reuerentia,Bald.male
loquitur,dum dicit valere ſtatutum,quo ad vſuras le-
ues,quia eſt contra text.& gloſſ.in cle.vnica.de vſu.&
dixi in libello cõſcientiæ,ſcilicet Io.de Ligna.in hoc
tracta.tenet contra Bart.quod immo poſſunt concedi
repreſſaliæ:quia ſtandum eſt verbis,vt habeantur pro
ciuibus.l.j.§.ſi is qui nauem.verſi.in re dubia.ff.de ex-
erci.In hoc articulo adhæreo ſententię Ioan.de Lign.
& moueor in primis authoritate Bar.in l.ſi maritus.§.
j.ff.de adulte.vbi habetur pro ciue,quo ad omnia quæ
poſsit ciuitas,nõ quo ad priuilegia, quæ ſunt cõceſſa
à ſuperiore.Et idem ipſe Barto.tenuit in l.ſi is qui pro
emptore.ff.de vſucap.& Bald.in l.fin.C.de iure aureo.
annu.& facit ratio,quia poſtquam habetur,vt pro ta-
li ciue,ergò iudicatur pro ciuibus,tex.& ibi Barto.in
l.adoptiuum.§.patronum.ff.de in ius voc.Sed Bart.in
hoc tractat. poſſet ſaluari,de eo qui habetur pro ciue,
ſecundum quid, non ſimpliciter, vt probatur in d.l.ſi
35 is qui pro emptore.¶†Ex prædictis conſului Senis cũ
pluribus doctoribus in caſu tali:nam ibi eſt ſtatutum,
quod venientes ad habitandum, nullo modo poſsint
conueniri pro debito, niſi à ciuibus Senenſibus. De-
inde eſt ibi ſtatutum, quod Catelani contemplatione
maieſtatis Regiæ,habeantur pro ciuibus Senenſibus
in omnibus,& per omnia.Cõtingit Florentinũ debi-
torem Catelani,venire ad habitandum ciuitatem Se-
narum,quem Catelanus Senis conueniebat pro debi-
to.Excipiebat Florentinus, quod non poterat conue-
niri virtute ſupraſcripti ſtatuti, quod ſtatutum exci-
piens ciues Senenſes, non includebat Catelanos pri-
36 uilegiatos:vt ſupra,†quod ſtatuta debent proprie in-
telligi,& ſic de veris ciuibus Senenſibus.l 3.§.hæc ver
ba.ff.de nego.geſt.& Bart. in l.omnes populi.ff.de iu-
ſti.& iu. Ego conſului cum doctoribus ibi, quod Ca-
telanus poterat eum conuenire per not.per Bart,in d.
leg.ſi maritus.§.j.& per alia quæ dixi in ſuperioribus.
Nec obſt.quod verba ſtatuti debent intelligi proprie
&c.quia reſpondeo ſecundum Bar.in d. l. ſi is qui pro
emptore,quod vere eſt ciuis Senenſis Catelanus, poſt
quam per omnia pro ciue.Vel aliter reſpondeo, quod
priuilegiatus ſubingreditur ſtatutum,ſecundum Bal.
in l.ſiue poſſidetis.Co.de proba.& facit l.j.§.lex Falci-
dia.ff.ad lega.Fal.& quod not.Bald.in l.j.C.ſi ſer.emiſ-
37 ſe manda. ¶† Adgrediamur materiam circa quam,in
qua quæro, an ciuitas concedens repreſſalias, poſſit
concedere, vt capiantur res, exiſtentes in territorio
ciuitatis,contra quam conceduntur repreſſaliæ? Bart.
in d.tract.pen.quæſt.8.quæſtio.princi.concludit,quod
non,in dubio,niſi expreſſim concedatur.argu. l.fin. ff.
de iur.omn.iudi.Sed Io.de Ligna.tenet contra Bartol.
quia poſtquam repreſſaliæ ſunt conceſſæ propter de-
fenſionem:ergo vbicunque locorum poterit fieri. arg.
l.vt iure,ff.de iu.& iu.& cler.paſtoralis.de re iud. Sed
vos concordabitis hoc modo: Aut quærimus de po-
teſtate,aut de voluntate concedentis repreſſalias.Pri-
mo caſu poteſt,per argu.do.Io.de Lign.Secundo caſu,
in dubio non pręſumitur concedere licentiam repreſ-
ſaliarum extra territorium.arg.d.l.fi.

38 ¶†Quæro,an ad literas cõcedentis repreſſalias,te
neatur ciuitas,cui ſcribitur,exequi repreſſalias?Bar.in
vltim.quæſt.8.quæſt.princip.concludit quod non, ſed
ſecus executione ſententiæ.Sed Io.de Lign.in d.tract.
tenet contra Bart. quia vtroque caſu,ſiue in executio-
ne ſententiæ, ſiue in executione repreſſaliarum, non
compellitur, cui ſcribitur exequi. quia par in parem
non habet imperium.leg.nam & magiſtratus.ff.de ar-
bit.licet de honeſtate debeat exequi. Sed in veritate
Bart.in hoc tract.non dicit,quod ſcribens iudex com-
pellat,cui ſcribit exequi ſententiam. quinimmo ipſe-
met Barto.tenet contrarium.videtur quod iudex ſcri-
bens non poſſit compellere, licet ſuperior ſuus poſ-
ſit eum compellere,vt nota. ipſe Bartol.& plene in l.à
39 diuo Pio.§.ſententia.ff.de re iud. ¶ † Adgrediamur
materiam contra quam,in qua Bartol.in j.quæſtion.6.
quæſt.principal.concludit, quod contra magiſtratum
non poſſunt concedi repreſſaliæ,niſi finito officio,vel
niſi ſit talis magiſtratus,qui durante officio cõueniri
poſsit.Quod dictum Bar.ſane intellige,quia via ordina
ria non poteſt arctari magiſtratus,cum repreſſaliæ dẽ
tur in ſubſidium d.c.dominus. & dixi in præcedenti-
40 bus.†Et nota,ꝙ quilibet magiſtratus de barataria,e-
tiam durante officio,poteſt ſyndicari.text.& ibi Ang.
in l.iubemus.C.ad l.Iul.repet.quod not.ad limitatio-
nem notatorum in l.Senatuſconſulto.ff.de offic.pręſi.
in l.pars literarum.ff.de iudic.
41 ¶†Rurſus opponitur fortiter contra Bartol.in dict.j.
quæſt.qui ait,quod de commiſsis in officio ſiue magi-
ſtratu, nõ poſsit magiſtratus conueniri in patria pro-
pria.l.ſecunda,coniuncta gloſſ.& ibi Bart.ff.ad l.Iuliã
repet.vbi in patria,de commiſsis in officio poteſt con
ueniri magiſtratus.Solu.concordando Bart.ne videa-
tur ſibi contrarius, aliquando quærimus, an durante
officio,de commiſsis in officio poſsit conueniri in pa
tria propria:videtur dicendum quod non regulariter,
ſecundum plene ſcripta in dicta l.Senatuſconſulto. &
in dicta l.pars literarum.aut loquimur finito officio:
& tũc quia debet ſtare in loco officij per quinquagin-
ta dies,



ta dies,non poterit conueniri in patria propria,de cõ
miſsis in officio.l.vnica.C. vt omnes tam ciuil.quàm
mili.& ita intelligatur Bart.in hoc tract.ſed finitis quin-
quaginta diebus,poterit in patria propria de commiſ
ſis in officio conueniri.& ita intelligitur gloſſ & Bar-
tol.in dicta l.ſecunda.quod dictum glo.& Bartol. limi
tabis eſſe verũ,niſi in loco magiſtratus ſit lata in ſyn
dicatu ſententia abſolutoria:quia tunc obſtaret exce-
ptio rei iudicatæ.l.cum quæritur.ff.de exceptione rei
iudicatæ.& Ang.in d.l.iubemus.C.ad l.Iul.repet.Ad-
dite verum eſſe,ſi eſt factum proclama generale in ſyn
dicatu,vt quicunque voluerit facere querelam de ma
giſtratu,compareat intra certum tempus. nam ſi ne-
mo comparuerit,certe in patria non poterit conueni-
ri,niſi ſubſiſtat iuſta cauſa,puta ignorantię.l.ſi eo tem-
pore.C.de remiſ. pignor.& not. Cardinalis & Nicol.
abbas in c.primo,de iudic.Tenebitis menti hoc pro-
42 pter magiſtratus & ſyndicatores. ¶†Rurſus quæro,
nunquid ſi repreſſaliæ ſint conceſſæ contra Florenti-
nos,intelligantur conceſſæ contra Florenti.qui habi-
tat in ciuitate Senarum?Bald.ſequendo opinio.Rayne
rij in d.authen.& omnino.conſtituit differentiam in-
ter prouinciam,quo caſu non intelliguntur conceſſæ:
& ciuitatem,quo caſu intelliguntur conceſſæ:ſed Bar,
in hoc tracta.in 2.q.7.q.princip.reprobant hanc diffe-
rentiam: quia non eſt ratio diuerſitatis inter prouin-
ciam & ciuitatem,quo ad caſum noſtrum.Et ego ple-
ne defenſaui Bart.in rubri.ff.ſoluto matrimonio .Nec
obſt.l.prouinciali.de verb.ſignific.quia reſpondeo,vt
dicit Barto.in d.l.prouinciali.¶†Rurſus Barto.quærit
43 in 6.quæſtio.7.quæſt.princip.an,ſi epiſcopus non velit
facere iuſtitiam laicis contra clericos, non poſsit ha-
beri recurſus ad ſuperiorẽ epiſcopi?quia epiſcopus eſt
vnus magnus tyrannus,qui nõ timet Archiepiſcopũ,
nec papam,vtrum hoc caſu poſsint contra clericos cõ
cedi Repreſſaliæ?Bartolus dicit,videtur quòd ſic.quia
c.j.de iureiurand.& danda lib.6.loquitur quando Re-
preſſaliæ conceduntur propter delictum laicorum.re-
linquit hoc decidendum do.Canoniſtis.Sed Ioannes
de Ligna.concludit in tract.Repreſſaliarum, quòd lai
ci non poſsint concedere hoc caſu contra clericos.c.
contingit.de ſenten.excomm.c.ſi iudex laicus.eo.tit.
libr.6.Sed remedium erit,vt eccleſiaſticus iudex im-
ploret brachium Principis ſecularis.c.j.de offic.ordi.
& bene facit quod not.in c.qualiter.de iudic. Nec eſt
verum quòd dicit Barto.quòd cap.j.loquatur propter
delictum laicorum,vt apparet in text.dict. cap.j.aper-
44 te.†Et notate vnum,quod dixit Bartò.in 7.quæſtion.7.
quæſtio.prin.quòd licet iura non debeant doceri, niſi
in locis priuilegiatis.§.hæc autem.in prima conſtitu-
tione fforum:tamen aliæ ſcientiæ,puta medicina,phi-
loſophia,poſſunt vbicunque doceri.l. ſi duas.§. cum
45 autem.ff.de excuſſ.tutor. ¶†Rurſus Bald.in dicta au-
thentic.& omnino.dicit Bartol.tenere, quòd Repreſ-
ſaliæ poſsint concedi contra furioſum vel infantem:
ſed in veritate Barto.dicit contrarium in vlti.quæſt.7.
q.princ.vbi ad literam dicit Barto.quòd qui poteſt in
ius vocari, contra eum non poſſunt concedi Repreſ-
ſaliæ: & immo neque contra furioſos, nec contra in-
fantes.qua de re Baldus male allegat & improbat Bar.
46 ¶†Vltimo,quo ad hanc materiam quæro, nũquid
ſi concedantur Repreſſaliæ contra ciuitatem, vel ſin-
gulares perſonas de ciuitate, an includantur banniti
illius ciuitatis?Bald.in d.auth.& omnino.effectu con-
cludit,quòd non,quinimmo nec contra abſentes. Ex
æquitate mouetur, quia banniti non ſunt de vniuer-
ſitate ciuitatis. Ego putarem contrarium: quod im-
mo includuntur banniti.Moueor authoritate Bartoli
in diſputatione quæ incipit,Lucanæ ciuitatis: vbi Bar
47 tol.multum egregie probat,† quod licet bannitus nõ
dicatur de vniuerſitate,quo ad commoda & honores,
tamen quo ad incommoda, vt in caſu noſtro, cenſe-
tur de vniuerſitate: & facit quod notauit ipſemet Bal.
in l.j.C.de hæred.inſtit.& no.Iaco. de Arena Parmen.
in l.ex facto.§.ex facto.ff. ad Trebell.ne melioris con-
ditionis ſit delinquens bannitus,quã non delinquens.
l.Seruius.ff.quod vi aut clam.l. non ſolum.ff. de noxa.
48 ¶†Aggredior formam executionis in Repreſſa-
liis:in qua Bartol.in penult.quæſtio.6.princ.q.conclu-
dit, quod die feriato ob neceſſitatem hominum po-
teſt fieri executio Repreſſaliarum.c.fi.de iudic.Sed in
feriis in honorem Dei, hoc fieri non poteſt:niſi ob ne-
ceſſitatem, puta quia nõ poteſt fieri executio Repreſ-
ſaliarum, niſi fiat in die feriata in honorem Dei, for-
taſſis quia homines non vadunt ad illum locum, ni-
ſi die feriata in honorem Dei.Sed Ioan.de Lig.in hoc
tractat.Repreſſaliar.reprobat Bart.quod immo etiam
ſi ſit neceſſitas,non poſſint exerceri Repreſſaliæ in die
feriata in honorem Dei. Mouetur,quia ſtandum eſt
regulæ l.fin.C.de fer.in qua non ponitur exceptio ne-
ceſſitatis.Secundo mouetur: quia ſpeciale eſt in feriis
ob neceſſitatem hominum,l.j.& l.ſecũd.ff.de fer. ergo
in contrarium in feriis in honorem. argu. l. ius ſingu-
49 lare.ff.de leg.4.†Vos defendite Bart.quia pro Bart. eſt
caſus clarus in cap.fi.de fer.in ver.neceſſitas.vbi pro-
pter neceſſitatem, actus iudiciales exercentur ceſſat
primum arg.Ioan.de Lign.Non obſt.ſecundum, quia
reſpondeo, quod immo non eſt ſpeciale in feriis ob
neceſſitatem hominum, quinimmo idem in feriis in
honorem Dei,in caſu neceſſitatis. & ideo vult gloſſa.
50 Bernardi in d.ca.fi.dum alleg.d.l.j. & l.j.ff.de fer.†Ex
prædictis concludo contra Ioann. de Lig.pro Bartol.
quod ratione neceſſitatis, Repreſſaliæ poſſunt exer-
ceri die feriata in honorem Dei,& adiicite etiam Bar.
dum dicit,quod die feriata ob neceſſitatem hominum
poſſit fieri executio. hoc verum in mera executione.
ſecus, ſi ſit cognitura, id eſt, cum cauſæ cognitione,
ſecundum Bal.in authentic.& omnino. & plenius per
Bartol.in l. j.§.nunciatio.ff. de oper.no.nuncia.& in l.
51 2.§.fin.ff.ſi quis in ius vocat.non ier.¶†Rurſus Barto.
in vlti.quæſt.9.quæſtion.princip.concludit,quod ſi ſit
facta executio finalis,quis non auditur, niſi per viam
ordinariam.l. à diuo Pio.§. ſi poſt aditum.ff. de re iu-
di.ſecus,ſi adhuc pendeat executio:quia tunc auditur
ſummarie.d.l.à diuo Pio.§.ſi ſuper rebus. Sed Ioann.
de Lign. in hoc vltimo contradicit, quod immo poſt
interpoſitum ſecundum decretum, non auditur niſi
ordinarie.l.ſi finita.§.ſed ſi plures.ff.de damn. infect.l.
conſentaneum.C.quomodo & quando iud.cap. con-
tingit.de dolo & contu.Vos defendite Bart. quia Bar-
to.non loquitur poſt interpoſitum ſcilicet decretum:
quia tũc eſſet facta finalis executio.ſed loquitur in pri
52 mo,vel pendente executione.†Bar.in hoc tractat.Re-
preſſal.in 2.q.princi.ponit vnum peregrinum dictũ, ꝙ
vbicunq; actor & reus ſunt diuerſarum ciuitatum,cer
te ad inſtantiam actoris poteſt ſcribere ciuitati rei, ſi-
ue debitoris,vt cogat reũ litigare in vna tertia ciuita-
te.c.ſtatutum.§.cum autem.de reſcrip.lib.6. per quem
text.decidit Bart.talem elegantem caſum: Pone, ciuis
Ferrarienſ.eſt creditor ciuis Mutinenſ.nam licet actor
ſequatur forum rei,c.cum ſit generale. de for.cõpe.cũ.
ſi.tamẽ actor ciuis Ferrarienſ. poterit impetrare reſcri-
ptum à Marchione,vt hæc cauſa committatur in vna
tertia ciuitate infra vnã dietam,puta in ciuitate Rhe-
gij,per dictum c.cum autem.& ſic habetis elegantem
regulam à Bartol.quod vbicunque actor & reus ſunt
diuerſarum ciuitatum, actor poteſt impetrare reſcri-
ptum à ſuperiore,vt reus non conueniatur in ciuitate
ſua,neque in ciuitate actoris,ſed in tertia ciuitate in-
fra dietam,quod perpetuo nota,quia Bart.extendit d.
c.ſtatutum etiam ad alios inferiores principes à papa,
& nota.hoc dictum Bartol.ad explanationem Bald.in

authen.qua in prouincia.C.vbi de cri.agi oport.
53 ¶ †Rurſus adiicite,peregregium dictum Bald. in au-
thenti.& omnino.vbi concludit,quod pro debito in-
iuſto non debent concedi repreſſaliæ,puta ſi per iniu-
ſtam ſententiam quis obtinuiſſet:puta,in debito chi-
rographario poſt biennium,puta in debito ex ſtatuto
54 iniuſto.† Item adiicite,quod non poteſt quis detine-
ri pro Repreſſaliis,ſi tranſiens ſoluerit gabellam,ſecũ-
dum Baldum in cap.j.& 2.quæ ſint regalia.in.vſi.feud.
55 †Item adiicite,quòd pro illicitis repreſſaliis quis pu-
nitur in amiſsione iuris ſui,& in quadruplum, ſecun-
dum Bald.in d.authen.& omnino in vlti.colum. Limi
tate Baldũ,niſi authoritate iudicis competentis factæ
56 ſint repreſſaliæ illicitæ,† & quo caſu à ſuperiore de-
bent corrigi,ſecundũ Guil.de Cun.& Bal.in l.extat.ff.
quod metus cauſa.vel niſi error ſit qui excuſat à pœ-
na legali.ſecundum Bal.in d.authen.& omnino.alleg.
glo.in authent.habita.C.ne filius pro patre.Et de ma-
teria Repreſſal.plene ſcribit And.de Iſer.& ibi tangit
aliquid Bald.in c.j.de mili.vaſal.qui contu. fuit.in vſi.
57 feud.†Et not.ſemper iſtum tract. repreſſaliarum pro-
pter iuſtitiam denegatam, maxime propter merca-
tores & ſcholares tranſeũtes per aliena territoria, qui
depræhendantur, & non obtinere poſſunt iuſtitiam
petere in ciuitate, in cuius iuriſdictione fuerunt de-
robati.certe poterunt tunc concedi Repreſſaliæ,
contra illam ciuitatem,ſecundum for-
mam traditam à Bart.in tractatu
ſuo Repreſſaliarum.

F I N I S.

# TRACTATVS DE MATE RIA SECVRITATIS, QVAE TRACTATVR IN L. DENVNCIAMVS. C. DE HIS QVI AD EC-

clesiam confu.per Docto.& maxime per domi-
num Guilielmum de Cuneo.

*SVMMARIVM*

1 *Ignorari non debet quid per nomen dicatur.*
2 *Securitas quid ſit,proprie dicta.*
3 *Securitas an inducatur à lege.*
4 *Securitas quando & quibus ſit præſtanda.*
5 *Securitate ſuperuacua non eſt vtendum.*
6 *Lex timenti ſufficit & fauor imperij.*
7 *Securitas locum habet de re ad rem, & de perſona ad perſonam.*
8 *Obligatus mihi ad ſeruitutem,contra faciens,conueniri poteſt,vt in futurum deſiſtat.*
9 *Leges non denegant legitimum præſidium.*
10 *Seruus petere poteſt, vt vendatur ob duritiam domini.*
*Iudex ſubditorum tranquillitati debet incumbere.*
11 *Securitas præſtatur periculum iuſte timenti.*
12 *Timor iuſtus quis dicatur.*
13 *Timere iuſte dicitur is,cui tyrannus comminatur.*
14 *Timere iuſte an dicatur is,cui aliquis ad aurem minatur.*
15 
16 *Cognitio cauſæ an verſetur in ſecuritate.*
17 *Securitas dum præſtatur,quatuor conuenienter attenduntur.*
18 *Conditio debet attendi,dum petitur ſecuritas præſtari.*
*Damnum in quo differat à periculo.*
19 *Securitas tribus præſtatur modis.*
20 *Securitatem præſtans,an teneatur fideiubere.*
21 
22 *Fideiuſſor factum alienum præſtare non poteſt.*
23 *Securitas an poſſit peti à conſortibus eius à quo petitur.*
24 *Securitatem præſtans,quid promittere debeat.*
25 *Securitas alicui præſtita,an extendatur ad eius familiam.*
26 *Securitatem præſtans,an promittat ſingula ſub iuramento.*
27 *Iuramentum de futuro reprobatur.*
28 *Securitas præſtatur per adhibitionem perſonæ publicæ.*
29 *Iudex an poſſit alicui dare aliquem ad cuſtodiendum eum.*
30 *Securitas per ſigni vel tituli appoſitionẽ præſtatur.*
31 *Signum ratione ſecuritatis alicui cõceſſum,an debeat ipſe ſecum deferre.*
32 *Securitatem frangens,qua ſit plectendus pœna.*
33 *Pœna duplicatur terram ſibi à iudice interdictam ingredienti,*
34 *Frangens ſecuritatem extra territorium iudicis,coram quo ipſam promiſerat, an per eundem puniri poſſit.*
35 *Præſtatio ſecuritatis quanto tempore cenſeatur durare.*
36 *Securitatem iniuſte petens contra aliquem, an teneatur actione iniuriarum.*
37 *Securitatem ſi quis petiit, & mortuus vel vulneratus repertus fuerit,an ſit præſumptio contra eum qui ſecuritatem præſtitit.*
38 *Iniuriam irrogans ei cui ſecuritatẽ præſtitit,an cenſeatur dictam fregiſſe ſecuritatem.*
39 *Securitas non frangitur ſolo verbo,ſed factum requiritur.*
40 *Vaſallus inijciẽs in dominum violentas manus,feudo eſt ſpoliandus.*
41 *Opem præſtans ad ſecuritatem frangendam ei qui ipſam præſtiterat,an teneatur pacis fractæ, ſicut & principalis.*

HIC poteſt tãgi materia ſecuritatis.
1 ¶ †Et quæro. j. quid eſt ſecuritas:ne
ignoretur ꝙ dicitur per nomẽ,ꝙ eſ-
2 ſe nõ debet.ff.de iuſt.& iure.l.j.†Re
ſpõdeo,ſecuritas eſt legitimũ præſi-
diũ,ꝙ iuſte timenti periculũ vel dã-
nũ ſibi inferri,præſtatur officio præſidentis.Primo di-
co,ꝙ eſt legitimũ præſidium,i. auxiliũ à lege introdu-
ctum,ſicut dicitur legitima conuentio,quæ lege con-
firmatur.C.de pact.l.legitima.Iuxta ꝙ quęro,an lex in
ducat iſtam ſecuritatem,de qua tractabimus.
3 ¶ †Et circa hoc eſt ſciendum, quod aliquando tra-
ctamus de ſecuritate præſtanda à re rei, vt habes in
materia damni infect.quod habet locum,vbi eſt peri-
culum damni.vt ff.de dam.infect. l. j. & per totum ti-
tulum.quandoque præſtatur ſecuritas à re perſonæ,&
iſta non eſt l.introducta. verbi gratia. iuxta domum
meam ruinoſam facis tranſitum: times quod perſo-
næ tuæ damnum inferatur,petis ſecuritatem tibi præ-
ſtari.certe non potes,quid ergo fiet?certe iudex com-
pellet me ad reficiendum:& ſic indirecte præſtabitur,
vt Cod. de his qui ad eccle. confu. l.curatores.& ff.de
offi



offic.præſid.l.præſes.& inſpectis propter quod agitur
contra aliquem, quando habet aliquis ſuſpectum in
publico quod poteſt nocere tranſeuntibus. ff. de his
qui deie.vel effu.l.pen.§.ait prætor. & §.ſeq.& de iſtis
duobus nihil ad propoſitum.quandoque præſtatur ſe-
curitas à perſona rei.verbi gratia,timeo ꝙ trãſeas per
fundum meum cum hominibus armatis,vel præſtatur
à perſona perſonę.verbi gratia,timeo quod mihi dam
4 num inferas.& de iſta tractabimus. ¶ †Et ideo ſtatim
quæro,an talis ſecuritas ſit præſtanda. de minori di-
cunt quidam,quod non.nam vbi habet locum ordina
rium auxilium,&c.ff.commo.l.in cauſæ.de oper.noui
nunti.l.prouinciali.ſed ibi habet locum ordinarium.
probatur,quia ſi ſis inſidiatus,mihi pro talib⁹ inſidiis
poteſt agi.ff.de extraordi.crim.l.ſecularis.§.ſunt qui-
dem gratis.Item pro hoc nulli dubium eſt,quando ſe
curitas officio iudicis præſtetur,& cum officium iu-
dicis ſuper futuris non habeat locum.ff. de vſuris.l.j.
5 in princi.ergo,&c.¶ †Item pro hoc ſuperuacuis ſecu-
ritatibus non ei vtendum.ff.de procura.l.non cogen-
dum.& ff.vt l.eo.caue.l.ſtipulatio.§.diuus.& ff.de v-
ſufruct.l.ſi cuius.in princip.ſed ſecuritas pręſtatur iu-
re naturali.ergo non erit vtendum. iſtud probatur.ff.
de noui oper.nuntia.l.de pupillo. §.ſi quis riuos. & in
feudum,de pace tenen.& eius vio.de pa.tenen. & iur.
firmanda,per ambos titulos. Item pro hoc, quia aut
quis comminatur alicui doloſe, & tunc pro iſto dolo
poteſt agi,vt dict. §.ſunt quædam.aut comminatur ſi-
ne dolo,& tunc eſt vanus timor,qui eſt ſpernendus,vt
ff.de regulis iuris.l.nam &.ff.de re iudicat.l.ſi quis ab
alio.& pro hoc videtur l.nam ſi perdidiſti rem com-
modatam,non habes cauere:quòd ſi perditã reperias,
mihi reſtituas,quia aut doloſe perdidiſti,& tunc tene
ris:aut ſine dolo,& tunc non teneris, vt ff.de dolo.l.ſi
6 ex dolo.¶ †Item quia timenti ſufficit lex & imperij fa
uor,in authentic.de manda.princip.§.patrocinia.nec
eſt veriſimile,&c.ff.quod met.cauſ.l.non eſt veriſimi-
le.Item quia pro futuro pro immobilibus habet locũ
cautio.ff.de damno infecto.l. inquilino. ſed homo eſt
mobilis,vt C.in quibus cauſis ceſſ.long.temp.pręſcri.
ergo pro homine non debet pręſtari talis cautio.Item
cautio interpoſita pro damno futuro, committitur ad
intereſſe.ff.de damno infecto.l.qui bona.§. ſi quis no-
uum opus. ſed in homine libero non cadit æſtimatio,
vt ff.ſi quod.paup.fe.di.l.ex hoc.& ad l.Aquiliã.l.liber
homo.ergo,&c.
7 CONTRARIVM credo:nam ſi ſecuritas habet
locum de re ad rem,multo fortius de perſona ad per-
ſonam.nam ſi ratione rei inanimatæ præſtatur, multo
fortius ratione rei animatæ.argu.ff.de dam.infecto.l.
prætor.§.hoc edictum cũ gratia hominis,&c.ff.de æ-
dilicio edicto.l.iuſtiſsime.& de vſuris.l.in pecudum.
& omnibus rebus præfertur.C.de ſacroſanct.eccleſ.l.
ſancimus.in fin.Item pro hoc.nam ſic habes in ſimili.
8 †nam ſi aliquis mihi teneatur ad ſeruitutem , ſi facit
contra,poſſum agere cõtra ipſum,vt deſiſtat, & ne in
futurum faciat.argum.ff.ſi ſer.vẽ.l.harum.& l.egi.ſed
ita eſt hic.tamen quia quilibet eſt alij obligatus, cum
homo homini,&c.ff.de ſer.expor.l.ſeruus ea lege.& ff.
de inter.act.l.2.§.fiſci.intantum ꝙ ſi vnus inſidietur al
teri,facit nefas,vt ff.de iuſti.& iure.l.vt vim.& ſi con-
tra iſtud officium fiat,poteſt peti, ne in futurum fiat.
& quod quis poſsit poſtulare legitimum præſidium,
9 habes in hac l.† Item dicit tex,quòd leges non debẽt
denegare legitimum præſidium.C.de præpo.ſacr.ſcri.
l.iubemus.§.pen.& ideo dicit lex,ne potentiores op-
primant humiliores,&c.ff.de offic.præſid.l.illicitas.§.
j.ſic habes in ſeruo, qui extrahitur de eccleſia, vel de
religione per dominum qui petit ſecuritatẽ.C. de his
qui ad eccleſ.confugi.l.præſenti.§.ſane ſi ſeruus. & in
authẽ.de monachis.§.ſi vero intra terminum. propter
10 quod dicit lex,† ob duritiam dominorum ſerui poſ-
ſunt petere ꝙ vendantur. inſtit. de his qui ſunt ſui vel
alieni iuris .§.fi.& Cod.de his qui ad eccleſi.confu.l.j.
nam quicunque debet eſſe ſecurus in domo ſua. C. de
pręto.& ho.pręfect.l.vna.ff.de in ius voc.l.plerique.&
ideo à creditore petere ſecuritatem.in auth.de mand.
11 prin.§.ſed neque.†Itẽ quia iudex debet vigilare circa
tranquilitatem ſubditorum, vt in ea,eſt autẽ.§. dein-
de.& arg.ff.de vſufru.l.æquiſſimum. in prin. item hoc
apparet, quia pro parte habenda quidam per prouin-
ciam mittuntur,vt Cod.de Irenar.l.3.ff.de mu.& ho. l.
muneris.§. Irenarche. item pro hoc.l.nam aliqui co-
lonos iubent eſſe in pace.C.in q.cau.colo.l.2.ad quod
l.notabilis.Cod.de colon.& man.l.cognouimus.& eſt
tex.cum glo.in auth.de man.prin.§.ſed neque.& iſtud
eſt verum,quãdo petitur à perſona perſonæ.ſi autẽ pe-
tas à pſona rei,præſtãda eſt,ne res diſtrahatur:& ideo
præſtanda eſt cautio de re non baratanda.ff.qui ſatiſ-
da.cog.l.ſi fideiuſſor.ff.de appell.l. Imperatores.pro-
pter quod dicit text. ꝙ ſi ille qui poſſidet, timet vim
ſibi inferri,iudex prohibebit eam ſibi fieri.C.de tranſ.
12 l.ſi ſuper poſſ.ergo ita præſtabis.¶ †Deinde dicitur in
diffinitione, ꝙ iuſte timenti periculum vel damnum
præſtatur. bene dico,iuſte. & ſic repello l.quæ dicit,
vani timoris &c. iuxta quod quæro,qualiter dicatur
13 iuſtus timor.reſpondeo, † ſi vnus valens homo,qui
talia conſueuit attendere , ſit comminatus vim ſim-
plici homini.non autem hoc dicerem,ſi vnus inferior
vel par eſſet comminatus, quia lubricum linguæ &c.
infra,ſi quis impera.ma.dixerit.leg.vna.ff. quod met.
14 cau.metum.§.ſi cum.l.†Sed ſic dicitur de tyrãno, qui
fuit alij minatus, quia iuſte timuit. ff. ex quib. cau. in
poſſe.ead.leg.Fulcinius.§.quid ſit.& idem dicerem,li-
cet non eſſet minatus , ſi tamen de facto ipſum inſi-
diabatur, dum tamen ſit iuſtus timor. ff. quod met.
cau.l.metum autem.C.de tranſact.l.refutatorios.Et li
cet ita non eſſet in veritate, tamen iuſtus timor ſuffi-
ceret.ita habes in ſimili expreſſum ff.loca.leg. habita-
15 tores.†Sed pone, iuxta hoc quidam comminatus fuit
te ad aurem,non ꝙ aliquis audiuerit. tu petis ſecuri-
tatem, quæro, an videaris iuſte petere. & certe circa
hoc attenderem coniecturas. primo, an iſte haberet
litem cum eo,& ſic eſſet ſibi odioſus, vt in authent.de
teſti.§. ſi vero odioſus. maxime ſi eſſet de maiori par-
te bonorum, quia tunc inimicus capitalis reputatur.
inſtit.de excuſa.tuto.§.propter litem.ff. de excuſator.
tuto.l.propter litem C.de reuoc.dona.l.fin. nam tunc
ſi aliter eſſet, qui talia conſueuit attendere, & poſſet
dicere iſtum audiendum, qui petit ſecuritatem. ff. de
re milita.l.non omnes.§.à barbaris.ff.de damno infec.
l.ait prætor.in princi.ff.ad exhiben.l.theſaurus, vnde
cum ſacramento deberet ei credi.ff.de excuſa.tutor.l.
ſcire oportet.§.ſufficit.alias autem iſtis ſupradictis de
ficientibus,dicerem iſtum non eſſe audiẽdum,cum in
ſecuritate præſtanda cauſæ cognitio requiratur,vt in
authen.de mand.princ.§.ſed neque.nam præſumptio
eſt cauſa diffamandi eum.dicerem,ſicut in ſeruo dici-
tur,qui confugit ad ſtatuam.vt C.de his qui ad ſtatu.
confugi.l.j.
16 SED quæro, nunquid † in ſecuritate verſetur cauſæ
cognitio.& videtur dicendum ꝙ ſic per authentic.de
his qui obli.ſe perhibe.hab.&c.§.3.qui icipit,vt auth.
non videmus.vt ſic malitiis hominum obuietur,vt ff.
de rei vendi.l.in fundo.C.de agri.& cenſi.qui coloni.
vnde ſummarie debent cognoſci,vt in glo.§.ſed neq;
& pro hoc in illo ſeruo,qui dicit dominum crudelem.
inſtitut.de his qui ſunt ſui vel alien.iur.§.fin.ff.eodem
titulo.l.2.ad quod facit.ff.de tranſactio.l.ſi ſuper poſ-
ſeſsione.& C.in quibus cau.l.j.in fin.¶ †Sed quæro,de
quibus inſpicitur in ſecuritate præſtando.reſpond. &
dico, quod de quatuor. & primo, quod inſpicitur

vitæ præteritis actus,hoc eſt,illius à quo petitur ſecu-
ritas.ff.de re militari.l.3.§.is qui ad hoſtem.nam atten-
dendum eſt,an ſit homo talis, qui talia conſueuit at-
18 tẽdere.ff.de accuſatio.l.ſi cui.§.final.†Secundo inſpi-
citur perſonæ conditio ac ſtatus,puta quia extraneũ
eſt,ſacerdotem in alium manus ſuas imponere; argu-
men.in authent.de ſanct.epiſcop.§.ſed neque.& C.de
epiſcopis & cleric.l.ſi quis in hoc genus.§.circa me-
dium.Tertio inſpicitur præſentis temporis potenta-
tus,puta ſi pauper erat.ff.quod metus cauſa.l.nõ.Quar
to inſpicitur minor ætas vel ſenectus,vt habes ad hoc
in feudis,de pace tenend.§.j.& ſic iſta quatuor inſpi-
19 cerem ad hoc,vt ſecuritas præſtaretur. ¶†Dicitur
deinde periculum vel damnum inferri:quæro, nun-
quid iſta ſunt idem.& dico quòd non,quia periculum
refertur ad perſonas,damnum vero refertur ad res,vt
ff.de verborum ſignificatione.l.aliud eſt capere.§.j. &
ſic diuerſorum effectum obtinẽt verba iſta,quæ in dif
finitione ſunt poſita.Deinde dicitur,quòd officio præ
ſidentis præſtetur.ſed non dicit,per quem.ſed certe i-
20 deo hoc non dicit, † quia tribus modis præſtatur.Pri
mo per promiſsionem, ſecundo per perſonæ publicæ
aditionem, tertio per ſigni ſeu tituli appoſitionem.
Primo dico,quòd præſtatur per promiſsionem. verbi
gratia,iuſte timeo,quòd damnum mihi inferas. certe
tu præſtas ſecuritatem,ſcilicet promittendo quòd nõ
facies,vt in §.ſed neque.& in authẽtica de monachis.
21 §.ſi vero inter.† Sed quæro,an ille qui præſtat ſecuri-
tatem,habeat fideiubere?& videtur quòd ſic.nã poſt-
quam tenetur præſtare ſecuritatem, vt ſupra dixi, te-
nebitur etiam præſtare & dare fideiuſſorem, vt magis
ſit ſecurus ille cui præſtatur,argumen.inſtit. de repli-
ca.§.fin.ff.de ſatiſda,cogan.l.j.ſic habes in viro qui te-
netur reddere dotem vxori.ff.ſoluto matrimo.l.ſi con
ſtante.§.quoties.Contrarium credo,quia non ſolum-
modo lege exprimitur quòd teneatur, ergo intelligi-
tur ſimpliciter.C.de verbo.ſignifi.l.ſancimus.propter
quod verbo præſtatur,vt in dicto §.ſed neque. & pro
hoc:quia ſicut iſte tenetur cauere,ſic in dãno infecto,
& tamen ibi non fideiubetur.ff.de dam.infect. l.præ-
22 tor.in prin.& l.qui bona fide.in prin.ergo,&c. † Item
qualiter illi fideiuſſores præſtarent factum alienũ.cer
te nullo modo.arg.ff.de verb.oblig.l.ſtipulatio iſta.in
prin.Quid dicendum?iuxta hoc dicerẽ attendendum
qualitatem perſonæ:nam ſi talis ſit à quo petitur,ꝙ ſit
potens,& habeat pingue patrimonium,quòd non de-
beret dare fideiuſſorem,quaſi tunc ſit ſatis promiſſum
ſuperiori,coram quo præſtatur talis ſecuritas: ſi autẽ
non eſſet ita homo potens,nec haberet ita magnas fa-
cultates,tunc haberet fideiubere, niſi alio poſſet ad-
ſtringi,arg.ff.de re mili.l.j.§.hæres autem & qui ſatiſ-
dare cog.l.ſi qui fideiuſſor.ff.de appell.l.Imperatores.
alij dicunt indiſtincte,quòd habeant præſtare fideiuſ
ſores:hoc ideo,quia de proprio facto agitur,& ſic po-
terit fideiuſſor interuenire optime,vt ff. de fideiuſſor.
23 l.j. ¶†Sed pone,quòd ille à quo petitur ſecuritas,ha-
bet aliquos qui iuuant eum:nunquid pro illis poterit
petere ſecuritatem?dico breuiter ꝙ ſic,& licet nõ pe-
teretur,credo,ꝙ ſatis intelligeretur.argu.ff.de precar.
l.cum precario.& de vſu & habi.l.cæterum.& eſt text.
qui dicit,ne opprimant illos qui eos ſuſtinent.ff. de of
fi.præſid. l.illicitas.§.ne potiores.& pro hoc eſt caſus.
C.ſi quacunque prædi.pote.l.vna.
24 SED quæro, quid promitteret.† qui præſtat ſecuri
tatem?dicunt quidam,quòd ſolum promitteret de ſe,
& nõ de aliis.quia alias alienum factum promitteret,
& ſic non valeret.inſtitut.de inutil.ſtipulatio.§.ſi quis
alienum.ff.de verborum obligatio.l.ſtipulatio iſta.in
principio.quid dicendum?dico quod nedum promit-
tet de ſe,immo quod per alium nõ faciet fieri,argumẽ.
l.ſtipulatio iſta.§.ſecundo & tertio.& ff.locati.l.in le-
ge.& de action.empti.l.emptores ſi quis habere.ſic &
iudex iurat, quod ratione iudicaturæ nihil dedit per
ſe,nec per alium,in authen.iuriſiuran.quod præſtatur
ab his.§.pe.& de man.prin.§. feſtinabit. & in authent.
vt iud.ſine quo.ſuffra.§.eos.Plus etiam dico,quod pro
mitteret de illis qui ſunt de familia ſua.argu.ff.de ver.
oblig.l.ſi ſtipulatus fuero pro te.& argum.ff.loca.l.in-
ſulam.& argu.l.in lege.C.ſi rector prouinc.l.vna.& ff.
25 de verb.oblig.l.in lege. ¶†Sed quæro,nunquid ſecu-
ritas ſe extendit ad familiam illius cui eſt præſtita? &
videtur quod non, quia iſtud eſt contra ius commu-
ne,& ideo debet reſtringi,vt vltra perſonam illius cui
promittitur,non extendatur. argu. ff.de iur.immu.l.j.
cum ſuis concor.& de aqua quoti.& æſti.l.j.§.permit-
titur.quid dicendum?certe dicerẽ,extendi ad vxorem
illius,cui eſt pręſtita,& ſimiliter ad filios & ad liberos
homines,qui bona fide ſecum morantur arg.ff.de vſu
& habi.l.2.§.j.& l.3.& arg.ff.de preca.l.penult. & C.de
offi.procon.l.officium.& C. ſi quacunque prædi.po.l.
vna. Item de liberis hominibus patet,quia per tales
patimur iniurias,vt ff.de iniur.l. item apud.§.ſi libe-
rũ hominẽ. Et ꝙ ad omnes prædictos ſe extendat,fa-
cit.C.de conſul.l.2.lib.12.& de proconſu.cubiculi.l.in
ſac.lib.12.& de ſilen.l.ne ad diuerſa.eod. lib.& arg. C.
de digni.l.3.& 4.& de epiſc.& clem.l.2.& de profeſſ.&
medi.l.fin.
26 SED quæro,†nunquid omnia promittet ſingula
riter ſub ſacramento?gloſſ.tenet ꝙ ſic,ita tamen, ꝙ nõ
tangat euangelia,vt not.gl.in alleg.§.ſed neque.quod
ipſum fateor.C.de iudic.l.rem non nouam.§.j.in prin.
ſic habes in epiſc.C.de epiſc.& cler.authent. ſed ſi iu-
dex.& ibi glo.ſed videretur ꝙ non debeat iurare:quia
ſi iurauerit, poſtea non poſſit aliter interuenire, nec
aliquid probare,ſicut dicitur in illa muliere. ff. ſi mu-
lier ventris nomine calum.cau.l.2.in princi.& de iure
27 iuran.l.3.§.j.in prin.¶†Item quia iuramentum de fu-
turo reprobatur.ff.de condi.inſti.l. ſub conditione in
prin.Contrarium poteſt dici,vt hic dicitur, nec obſt.
ꝙ de futuro non iuratur,quia verum eſt, vbi iuramen
rum eſt ſuper licito.ſed vbi totaliter eſt ſuper illicito,
bene præſtatur ſuper futuro, vt in adminiſtratoribus
habes, qui iurant illicitum aliquod non committere.
vt in authentic.iuſiurand.quod præſta.ab his.§.ſecun.
& de hoc eſt caſus in ratione, in domino qui iurat, ꝙ
ſeruum quem recipit,non tractabit male,vt in authen.
de mona.§.ſi vero inter triennium. & ſic habes in trã-
28 ſactione iurata.C.de tranſact.l.ſi quis maior. ¶†Sed
ſecundo præſtatur ſecuritas, per publicæ perſonæ ad-
hibitionem,ſc.vt detur ſeruiens,qui rem in qua time-
tur periculum imminere,cuſtodiat:& talis vulgariter
appellatur gardiator,licet ſoli principi videatur attri
bui quòd detur,vt C.de ero.an.mili.l.cum ſæpe. Item
dicerem talem gardiatorem perſonam ſ. vt quotidie
iret ſecum,& adeo dicitur ibi propter innumerabiles
29 & multos caſus.†Iuxta quod quæro,nunquid talẽ gar
diatorem poſsit dare iudex?videtur quòd nõ,quia tex.
dicit,neque iudex executorem ad poſtulationem ali-
cuius tradet.C.de recto.prouinc.vt l.quis quid dicen
dum.credo,quod iudex cauſa cognita poſsit dare,vo-
catis tamen partibus,ſed princeps poſsit dare abſenti
bus partibus,argu.ff.vt in poſſeſ.leg.l.ſi is cui.§.ſi quis
miſſus,C.de offic.magiſtri iudi.l.fin.& ſic quod tradi-
tur cuſtodiẽdus carceri.ff.de cuſtodia reo.l.niſi, & ſic
30 loquitur l.cum ſæpe. ¶†Sed tertio dicitur, quòd per
ſigni vel tituli appoſitionem præſtatur ſecuritas. ver-
bi gratia,tu times quòd tibi damnum vel periculũ in-
feratur.tu petis à iudice,quod ibi apponatur velũ vel
ſignum regium.nunquid non bene petis? certe l.alle-
gat.cum ſæpe loquitur quando milites ibi mitteban-
tur.ita tamen credo in hoc caſu.dicitur tamen hoc fie
ri cauſa cognita & partibus vocatis,argu.ff.de adopt.
l.nam ita.ſic poteſt loqui ꝙ nemo vela regia vel ſigna
imponat ſine iudicis authoritate.C. vt nemo vela re-
gia.



gia.in rubro & nigro.& in authen.de mand.Princi.§.
titulo.& in authentic.vt defunctorum ſeu fu.§.j.& de
iſto titulo loquitur lex quæ dicit, prædium velo regio
ſignatum,vt C.de bonis vacan.l.3. & de aquęduct.l.v-
31 niuerſi.libro 11.† Sed quæro,nunquid tale ſignum de-
beat dari perſonæ, ꝙ deferat ratione ſecuritatis? cre-
do quod non,niſi à ſolo principe,cum de nouo conce-
dendo tractatur.argu.C.de legi.l.cum de nouo. quod
autem princeps poſsit,apparet:quia ſic fuit data her-
ba in ſignum ſecuritatis illius legatis.ff.de rer.diuiſ.l.
ſumus.§.j.ſic & vſum certæ veſtis concedit.ff. de iure
fiſci.l.diuus.¶Itẽ poſtea dicitur officium præſidentis,
large ſumpto vocabulo,vt ſic præſes & princeps intel
ligatur,vt ff.de offic.præſidis.l.& etiã quilibet iudex,
vt dixi,arg.huius l.denuntiamus.§.j.
32 SED quæro,† qualiter frangentes ſecuritatem, pu-
niantur.dicunt quidam, quod ſecundum qualitatem
delicti puniantur.ff.de offic.præſid.l.congruit. Alij di
cunt ꝙ puniuntur crimine læſæ maieſtatis, tanquã frã
gens pacem.ff.ad l.Iul.maieſt.l.j.de re mili.l.fi.Alij di-
cunt ꝙ pars cui fregit ſecuritatem,eum puniat ſuo ar
bitrio:& ſic,ꝙ ibi tradantur ſic in legatis. C.de leg.l.fi.
quid dicẽdum?certe nulla iſtarum opinionum placet.
dico enim quòd iſte nõ tenetur crimine læſæ maieſta-
tis:quia directo non frangit pacem imperatori ſecun-
dum iſtos duos.nec dico ipſum tradi parti ſicut in le-
gatis,quia ibi ideo, quia loquitur in hoſtibus populi
Romani,& ibi de iure gentium.ergo ſecuritas erat in
troducta,& econtra legati eis tradebantur: ſecus ta-
men eſt in noſtro caſu,quia ideo vigor iudiciarius eſt
in medio,&c.C.de Iudæis.l.nemo.& l.nullus.propter
quod dicerem iſtum magis puniri,quàm alias. ſed cũ
hæc pœna non ſit lege ſtatuta, dimitterem eum iudi-
cis arbitrio:vel ſi alias frangens deportaretur, ꝙ mo-
do puniatur corporaliter.ſi autem tantum deberet pu
niri pecunialiter,quòd modo argumentaretur. arg.in
feud.de pace tenen.& eius viol.§.ſi quis hominem. &
33 §.ſi quis aliquem.& §.ſi quis alieni.†Itẽ forte ꝙ pœna
ſibi duplicaretur,vt dicitur in illo qui intrat terrã ſibi
interdictam à iudice,vt ff.de pœn.l. autem damnum.
§.3.in fin.ſic verius teneatur arg.ff. de his qui ſunt ſui
vel alieni iuris.l.2.verſic.quid ſi conſtitutioni meæ, &
etiam iſti eo.§.ſi ſic.& relinquitur pœna arbitrio iudi
cis.ff.de effra.l.j.§.j.& C.de colleg.illicitis.l.vna.libro
34 decimo.¶†Sed pone,iuxta hoc pręſtitiſti ſecuritatem
coram Seneſcalo Carcaſſone:fregiſti ſecuritatem ex-
tra Seneſcaliam,quæro,nunquid ipſe poſsit te ad hoc
punire?videtur ꝙ non:quia non potuit præſtare ſecu-
ritatem vltra ſeneſcaliam.ff.de iur.om.iudic.l. fina.de
bon.autho.iudic.poſ.cum vnus §.is qui.igitur te non
poſsit punire,quaſi non fregeris ſecuritatem. de hoc
videtur lex in prohibito poſtulare in vna prouincia.
nam in alia poterit obtinere.ff.de poſtul.l.ex eo.ſic &
procur.in ea prouincia in qua agit,tenetur dominum
defendere:in alia ſibi denegatur actio.non tamen te-
netur in alia,C.de procur.l.eum qui.ff. de procu.l.ſed
hæc.§.non ſolum.& iſtud credo. dico tamen,ꝙ iudex
illius Seneſcaliæ,in qua delinquit,grauius punire po-
terit ipſum,quàm alias faceret.arg.ff.de iudi.l. omnẽ.
& ſi quis in ius voc.non ierit.l.j.& habes caſum in cle
rico,qui erat ſubditus iudici temporali.in authent.de
ſan.epiſ.§.j.col.9.
35 Sed nũc quæro,†vſq; ad quod tẽpus duret ſecurita-
tis præſtatio?gl.tenet in §.ſed neq; ſupra allegat.quod
ad 30.dies.alij dicunt,ꝙ vſq; ad quinq; annos,argu.in
feudis de pace tenen.& iura.fir.§.j. & videtur gloſſ.ff.
de reg.iuris.l.non videtur.§.qui iuſſu.neutra iſtarum
placet.prima non.quia ſic ſequeretur ꝙ poſt illud tẽ-
pus non teneretur,niſi ſecundũ quod alias teneretur.
nec de opinionibus illorum qui dicunt,ꝙ poſt 30.dies
remouetur.argu.ff.de dam.infec.l.4.§.nec tamen quis
graue eſſet,ꝙ cor vlterius præſtaretur,argu.C.de prę-
ſcri.30.an.l.ſi quis emptionis.credo igitur,ꝙ pręſtetur
perpetuo vel ad tempus,prout iudici videbitur.ſic ha
bes in rebus tuendis. ff. de damn. infect. l. ſi finita. in
princip.& l.ait prætor.ſic habes quod perpetuo poſſit
præſtari in ſeruo, qui alienatur vt nunquã in poteſta-
tẽ domini reuertatur.ff.de his qui ſunt ſui vel aliẽ.iur.
l.2.de adul.l.ſi poſtulauerit.§.iubet.Nec obſt.§.ſed ne-
q;.quia ibi ideo petebatur ſecuritas ob debitũ,& poſt
30.dies poterit ſubueniri ſentẽtiando,nõ autẽ hic poſ
ſet. igitur cum non ſit tempus limitatum, dimittam
iudicis arbitrio,arg.ff.de re iud.l.a.& infra,de iur.del.
l.j.§.j.& de bo.auth.iud.poſſ.l.in venditione.§.2.de ex
36 ecu.& expila.l.j.in princip.¶†Sed pone,ꝙ ille qui pe-
tebat ſecuritatem, fuit repulſus à iudice, qui minus
iuſte petebat:quæro,an teneatur actione iniuriarũ ille
qui petebat: certe iſtud dimitterem iudicis arbitrio.
& ſi apparet ꝙ calumnioſe peteret teneatur:alias autẽ
ſi non apparet,ſed haberet aliquem colorem, tunc nõ
teneretur.arg.C.de excu.tu.l. fœneretur. & de calũ.l.
37 j.& C.de ſumptuum rece.l.vna.lib.11.¶†Sed quæro,ſi
ille cui eſt pręſtita ſecuritas,reperiatur mortuus,vel vul
neratus, nũquid præſumitur, ꝙ ille fecerit qui pſtitit
ſecuritatẽ?& videtur ꝙ ſic.arg.in authẽt.vt lice.ma.&
auiæ.§.pe.quæ eſt.C.de adul.auth. ſi quis. vt ad minus
poſſit coronari,licet nõ ſint alia indicia.ar.ff.ad Syl. l.
j.cũ ibi no.& iſtum credo vnũ effectum ſecuritatis.Itẽ
eſt & alius effectus,quia ꝓpter talem ſecuritatem prę
ſtitam fortius abſtinebit ab iniuria.in auth.quo. opor
tet epiſ.§.illud.
38 SED quæro,quid ſi tu dicas iniuriã iſti, cui præ-
ſtitiſti ſecuritatem, an videaris fregiſſe ſecuritatem?
videtur ꝙ ſic: quia ſic punitur qui dicit iniurias, ſicut
qui facit.ff.de iniur.l.itẽ apud.§.generaliter.item quia
non refert,an verbis vel factis &c.ff.de le.l.de quibus.
in fin.item quia conuiciũ dicitur iniuria.ff.de iniur. l.
item apud Labeonem.§.2.& §.ex his.nec refert quem-
admodũ fiat,dum tamẽ fiat.ff.de leg.3.l.fieri. quemad.
39 teſta.aperiã.l.ſi in duobus.§.i.contrariũ credo, † quia
in frangenda ſecuritate factum requiritur, nec vide-
tur ſolo verbo frangi ſecuritas.ſicut nec furtu fit.ff.de
furt.l.ſi quis vxori.§. neque verbo.ſic nec terror quæ-
ſtionis eſt quæſt.ff.de iniu.l.item apud.§.quæſtionem.
& §.quæſtion.itẽ quia à verbis ſecuritatis in dubio nõ
eſt recedendum,de l.3.l.non aliter.item quia ſecuritas
eſt contra ius cõmune,ergo ꝙ frãgatur de iniuria ver
bali,non debet intelligi arg.ff.de muni.l. conſtitutio-
40 nibus.& l certæ formæ.Cod.de iniu. ¶†Item hoc pro
bo ſic.vaſallus qui ingerit manus impias in dominum
perdit feudum,vt in feudis,quibus modis feudum a-
mittatur.§.porro.ſed quid ſi non intulit, ſed forte la-
borauit vt inferatur,vel dixit iniurias, nũquid perdit
feudum?dico quod non,vt in feud.de capita. qui cur.
vend.§.ſi vero.vnde talia verba iniurioſa non crederẽ
ſufficere ad hoc,vt ſecuritas fracta videretur,niſi ſuũ
poſſe fecerit:quo facto, adimpleret, vt ibi dicitur, vt
41 argument.ff.de furt.l.qui ea mente. †Sed pone,quod
promiſi tibi ſecuritatem.poſtea cum quodam alio fre
gi.quæro,nunquid ille qui mecum fregit,teneatur pœ
na fractæ ſecuritatis,ſicut ego? videtur caſus legis,ff.
de parricidiis.l.vtrum.& l.prima,in fin.cum glo.& ad
l.Iuliam,de priua.l.nec intereſt.& ſic in iudice.ff.ad l.
Iuli.repetund.l.comites.& pro hoc,quod ſcientes &
conſentientes,&c.extra,de offi.& poteſta.iudi.dele.c.
primo.& hoc verum,ſi ille fuerit præſens in facto cri
minis,vt videtur caſus C.de Nili agge.l.vna. ſed ſine
aliqua diſtinctione hæc pars videtur vera, per l.pri-
mam.C.de inceſtuo.nuptiis.& l.cum ancillis.& vide-
tur lex.ff.de ſtat.l.ſtatu libera.§.primo. & hæc ſuffi-
ciant.

EXPLICIT MATERIA SECVRITATIS,
tractata per Dn.Guilielmum à Cuneo.

# TRACTATVS PERVTILIS ET QVOTIDIANVS, DE ASSECVRATIONIBVS ET SPONSIONIBVS MERCATORVM, A DN. Petro Santerna Luſitano I. V. D. editus.

## De ſponſalibus mercatorum: Prima pars.

### *SVMMARIVM.*

1 *Mercatores maris pericula pẽſitantes, an res ſuas in caſu aduerſæ fortunæ per ſtipulationem tueri poſſint,*
2 *Conuentio, qua vnus alterius infortunium in ſe ſuſcipit, pretio periculi conuento, an licita ſit habenda.*
3 *Aſſecurationis materia, an in terris maritimis ſit practicabilis.*
4 *Qui res ſuas per mare deferri patitur, an depauperari dicatur.*
5 *Conuentio qua quis pretium periculi in ſe ſumit, an de iure valida ſit cenſenda.*
6 *Aſſumere periculum ſimpliciter in ſe, non facit illicitam ſtipulationem.*
7 *Aſſecurationis ſtipulatio, an ſit cõtractus nominatus vel innominatus.*
8 *In cõtractibus innominatis, an ſuſceptio periculi facit illicitam conuentionem.*
9 *In mutuo ſemper vſura eſt prohibita ſecundum canoniſtas & Theologos.*
10 *Diſtinctio certa circa materiam c.fi.de vſur.*
11 *Cap fi.de vſur. quomodo à docto.intelligatur.*
12 *Si mutuans pecuniam, recipit pretium periculi, & ipſam aſſecurauit, nec conſtat de animo, an is vt vſurarius ſit iudicandus.*
13 *Animus ſemper in dubijs bonus præſumitur.*
14 *Verbum, Cenſemus, an ſignificat iudicare.*
15 *Dictio, quoque, an ſit implicatiua ſequentium.*
16 *Papa an iudicet de occultis.*
17 *Intellectus nouus c.fi.mente tenendus.*
18 *Verus ſenſus c.fi.& communis ſecundum docto.*
19 *An papa loquatur in caſibus dubijs.*
20 *Papa an iudicet aliquem in dubio vſurarum.*
21 *In dubijs an præſumatur delictum.*
22 *In dubijs ſemper debemus præſumere factum eo modo quo licet.*
23 *Facta ſemper debẽt intelligi eſſe cõcepta bono animo.*
24 *Vna præſumptio aliam tollit.*
25 *Dictiones, quoque, & aliæ, aliquando ſtant improprie.*
26 *Recipiens pecuniam cauſa portandi vltra mare, ſi pretium in ſe accipit, an vſurarius ſit iudicandus.*
27 *Omnis vſura etiam nautica, eſt prohibita.*
28 *Suſceptio periculi in ſe, non facit illicitam conuentionem.*

### *PARS PRIMA.*

VARIIS atque aſsiduis Mercatorum illecebris adductus ego Petrus Santerna Luſitanus vtriuſq; Iuris Doctor, vt opuſculum de aſſecurationibus & ſponſionibus mercatorũ, quæ vulgari ſermone Apoſtæ nuncupantur, conficerẽ: etſi mihi rem fore arduam, magnique laboris, & cunctis hominibus quoquo modo prodeſſe non dubitarem, cum tamen pro comperto haberem, materiam ipſam & illis cæteriſque amicis noſtris fore admodũ
fructuoſam, pro viribus noſtris, eorum votis ac poſtulationibus minime deeſſe volui, & quia ſæpiſſime
1 †prouidi mercatores maris pericula penſitantes, aſ-
ſecurationis clypeo res ſuas contra ſæuam fortunam
tuentur ac defendunt ab aliis ſtipulando in caſu ad-
uerſæ fortunæ, cuius inopinabili impetu ſæpe omnem
rem familiarem amittunt, vt leg.plane.ff. vt in poſſeſſ.
leg.vel fide, & vt ait Senec.libr. quinto ſuæ Rhetoric.
Ludit de ſuis fortuna muneribus: & quæ dedit, au-
fert: quæ abſtulit, reddit: nec vnquam tutius eſt illam
experiri, quam cum locum iniuriæ non habet. Circa
quam conuentionalem aſſecurationem, non medio-
cres ſolent inter ipſos mercatores naſci & oriri diſ-
2 ſenſiones. Ea propter imprimis videndum erit, †an ta-
lis conuentio, qua vnus infortunium alterius in ſe
ſuſcipit præcio periculi conuento, ſit licita eo mo-
do, quo fieri conſueuit: deinde circa ipſos contra-
hentes exponemus, mercatorias quaſdam alias con-
uentiones & ſponſiones, vulgo à Luſitanis apoſtas
nominatas, quibus inter ſe homines, maxime nego-
ciantes certant, promittentes vel ſtipulantes certum
quid, ſi tale aliquid contingat, vel non contingat. Vl-
timo circa res in tali aſſecuratione deductas, plures
quæſtiones ponemus quotidianas iuxta materiam,
3 †quum ſit materia peregrina & vtilis, ab aliis non de-
clarata, & multum practicabilis & frequentata, ma-
xime in ciuitatibus maritimis, vt eſt Vlyſbone, Ve-
netiæ, Ancona, Neapolis. & Genua, & alibi in di-
uerſis mundi partibus & prouinciis: vnus tamen bo-
nus effectus iſtius aſſecurationis non eſt omittendus,
4 ad ea quæ ſingul.not.& docto.in l.2.ff.ſol.matrim. † ꝙ
licet vere credatur pauperiorem fieri, cuius res naui-
gio deferuntur, negociãdo per mare quo ad effectum,
de quo ibi, vel res ſuas ſub vſuris dari, ſi tamen talis
ſuarum rerum aſſecurationem ſtipulari conſueuerit,
& de hoc conſtat: ceſſat præſumptio illa, & hoc argu-
mento ratione ceſſante. capitulo. cum ceſſante, de ap-
pell.l.j.ff.de cond.ob turp.cauſ.l.eum.qui, ff.de iureiu-
5 rand.l.ſi remunerandi.§ ſi cui.ff.mand. † Quo ad pri-
mum, quibuſdam videbatur, iſtam conuentionem,
qua quis in ſe periculum ſumit precio periculi, non
valere per tex.in cap.fina.de vſur. cum generaliter lo-
quatur.l.prima.§.& generaliter.ff.de leg.præſtand.ſed
tex.in dict.ca.final.nil facit, vt infra patebit, & breui-
ter eſt dicendum, quod iſta conuentio valeat, ex quo
non reperitur aliquo iure prohibita.l.ſtatuas. Cod.de
relig.& ſump.fune. in leg.necnon.ff. quibus ex cauſis
ma.cum concord.& quod ſit licita, eſt de mente Paul.
de Caſtro in l.naue Saupheli.ff. locat. & Rodulph.in
tractat.c.conſului.de vſur.Ioann.de Ana.in dicta cap.
in 3.quæſtio.& Alexand.in l.à Titio, de verbor.oblig.
num.3.& Baris de Neapol.in tracta.Ludou.in 3. char.
in ver. An quando mercatores.pro quo facit textus in
l.opus quod in aduerſione.& l.hęc diſtinctio.ff. locat.
& quod no.in l.cum proponas.C.de naut.fœno.& in
l.ſi periculi.ff.eodem titulo Poteſt enim quis in ſe per
pactum periculũ ſumere, vt in dictis iuribus, & quod
quis ſtipulari ab alio aſſecurationem poſsit, textus eſt
notabilis ad hoc in l.decem.ff.de verborum obligat.
6 †ſuſceptio quidem periculi ſimpliciter nõ facit con-
uentionem illicitam, niſi alias ſit illicita. ſicut in dicto
cap.fina.patet hoc exempli cauſa in multis contracti-
bus, vt in dicta l.in naue, & in dicta l.opus, & in l.iuris
gentium.§.item ſi quis pactum.ff de pactis, & in l.pri-
ma cap.eod.titulo.& in l.& Ariſto.ff.manda.& in l.pri
ma.& l. Si in venditione.ff.de peri.& comm.rei ven.&
alibi



alij in diuerſis locis. Sicut ergo in contractibus inno-
minatis, de quibus in dictis iuribus ſuſceptio pericu-
7 li non facit conuentionem illicitam, †ſic etiam in iſto
contractu aſſecurationis, qui eſt innominatus: ſed ſi
ſuſcipio periculum vt des pecuniam, quod eſt ex men
te Bald.in l.cunctos populos.numero 10.C.de ſumma
Trinitate & fide catholica.& cũm aſsimiletur emptio
ni vendi.loca.propter pretium quod datur ratione pe
riculi, d.l.periculi.iuxta nota.in l.fin. C.de prædiis cu
ria.libr.11.debet regulari ſecundum naturam contra-
ctus innominati, de quo magis partici.l.ſi gratuitam.
§.j.& in l.naturalis.§.ſed ſi facio.ff.de præſcrip. verb.
cum ibi not.per Barto.in l.j.§.fi.ff.de æſtima.act.l.j.§.ſi
quis fundum.ff.depo.& in l.eum qui.ff.commod.cum
ſimilibus. Quòd autem iſte contractus aſſecurationis
ſit innominatus, eſt de mente Baldi, vt dixi in d.l.cun-
ctos populos, in quæſt. An vſuræ ſint prohibitæ.in fin.
& D.Petrus Cor.in l.paſcenda.C.de pact.in j.quæſtio.
principali, ibi dum dicunt, alius eſt contractus inno-
minatus. Facio vt des pecuniam, quia ſuſcipio pericu-
lum vt des pecuniam, & Bald.in dicta l.periculi.in re-
collectis antiquis. Salicetus in l.tenetur.§.j.nu.2.ff. de
actio.emptio.cum enim contractus ex lege cõuentio-
nem accipiant.l.j.§.ſi conueniatur.ff.depoſiti.l.in con
uentionalibus.ff. de verb.obli.ex quo contrahenti ita
8 placet ſuſcipere periculum: †non debet propter hoc
ſolum contractus illicitus iudicari, quando de ſe non
eſt illicitus alio ex capite, vt in d.c.fin.& ibi Io.Calde.
& ad cap.fin.ibi, pro eo quod ſuſcepit periculum, &c.
Eſt nanque dicendum quod loquitur in caſu mutui, in
quo reperitur formaliter, vſurã eſſe prohibitam, Luc.
6.cap.Matth.cap.5.& c.conſuluit, & in ca. In ciuitate.
cum ſimilibus.eod.titu.& vbiq; docto.& in c.conque
9 ſtus, & Oſti.in ſumma.eo.ti.& Frede.in cõſi.33. †& eſt
communis concluſio Iuriſtarum & cano. & Theolog.
quòd in mutuo ſit prohibita vſura tantum, vt in eius
diffinitione patet: ſed nunc quãdo iuxta prædicta mu-
tuaui mille alicui mercatori ſine aliquo pacto pro e-
mendis mercibus deferendis per mare, qui ante ſtipu
latur aſſecurationem illius pecuniæ mutuatæ ſub pre
tio periculi, an liceat? Videtur quod non, per dictũ ca.
fin. ſed contrarium credo verius, vt ſtatim declarabo:
10 & tango in recollectis illius c.fin.quia † aut mutuo pe
cuniam eo pacto ſuſceptionis periculi, hoc eſt, aliter
non mutuaturus, niſi illud periculum in me ſumam,
vt loquitur d.c.fi.nec tunc videtur procedere ex mera
charitate, aut mutuo ſimpliciter, & ſine vllo pacto, hoc
eſt, quia à principio non hoc geſsi in mente, & ſine il-
lo eram mutuaturus, licet ex poſt facto ex conuentio-
ne aſſecurationem ſibi faciam & pretium periculi ha-
beam, non eſt dicenda vſura ea ratione: ratio eſt, quia
hic ſunt duo contractus ſeparati, vnus nominatus mu
tui, & alius innominatus aſſecurationis, nec vnus ab
alio præciſe dependet, ita quod vnus ſecundum mu-
tuum ſit immediate cauſa alterius, ſcilicet aſſecuratio
nis, ſed tantum ſuſceptio periculi, ex quo poteſt ſumi
indubitata concluſio, quod aut ſuſceptio periculi eſt
immediate cauſa eius quòd vltra receperit, vt in aſſe-
curatione prædicta, quia ideo habeo certũ quid, quia
in me ſuſcipio periculum, & non eſt vſura, aut mu-
tuum eſt cauſa immediata, & eſt vſura. Nec excuſatur
11 quis hoc caſu ratione periculi, vt in dicto ca.fi. †quem
ſic intelligo. Voco mutuum cauſam immediatã, quan
do aliter nõ eram mutuaturus, niſi recepturus aliquid
vltra ſortem. Secus eſt in primo caſu, aliter eſſet abſur
dum contra l.nam abſurdum.ff.de operis libe.& l.exi-
ſtimo.ff.de verborum obligatio.quod ſi mutuo alicui
pecuniam, nõ recepturus aliquid vltra ſortem, & ipſe
velit ſtipulari aſſecurationẽ illius pecuniæ ab aliquo,
quod licet (vt in primo dictum fuit) quod non poſsit
ſtipulari à me. quia mutuaui illam pecuniam quam aſ-
ſecurat. In iſtis quidem inſpiciendum eſt, ꝙ principa-
liter agitur, iuxta no.in l.ſi quis nec cauſam, & ibi So.
ff.ſi cert. pet.c. ad quæſtiones de rer.permu & in l.qui
exceptionem ff.de condit. inde.& ibi Salic.& ꝙ prin-
12 cipaliter, vel ſecũdario venit tanquã augmentũ, †quia
lucrũ ſecundario proueniens in contractu mutui, nõ
facit vſuram, vt in d.l.nota.& per S.Bernardũ in tract.
de contract.ſermone 36.artic.in c.3.quem refert D.Pe-
trus Cor.in d.l.ſi paſcenda, ꝙ tale lucrum non eſt pec-
catum mortale, nec veniale, vt 61.diſt. quæ prohibet,
& 69.c.ſi officium. Subſequenter quæro de vtili quæ-
13 ſtione, quid in dubio, † quando mutuans recipit præ-
ciũ periculi, & aſſecurauit dictam pecuniã, non tamẽ
conſtat quo animo id fecit, & an eſſet aliter mutuatu-
rus vel ne, pro qua quæſtione facit, quod dixit ſolen-
nis & ſubtilis Doct.D.Pet.Corn.in d.l.ſi paſcenda, vbi
dixit vnum menti tenendum pro intellectu d.cap.fi.ꝙ
ſibi viſum fuit quando d.c.legebat, licet (vt dicit ipſe)
à Doctor.non ponatur, quod Eccleſia iudicet iſtũ vſu-
rarium in caſu dubio in d.c. fin. vbi Papa videtur po-
tius iudicare, quam ſtatuere de nouo. Mouetur ſubti-
liter more ſuo, propter verbum, Cenſemus, poſitum
14 in d.capit.fin.§.quod ſignificat, ſecundum †propriam
ſignificationem, iudicare præmiſſa deliberatione, glo.
nota.in cler.prim.de proba.in verbo. Cenſemus, quæ
dicit, quod iſtud verbum, Cenſemus, ſignificat, iu-
dicare ſtatuimus & deliberamus. & alia gloſſa. eſt in
cle.j. de conceſ.præben. in verb. Cenſemus. Con-
15 firmat etiam hoc propter dictionem, † quoque,
quæ eſt implicatiua in ſequentibus caſibus, in qui-
bus ille contrahens in d c. fi.non reputatur vſurarius,
& tamẽ poſſet eſſe, ꝙ habeat prauam intentionẽ, iuxta
nota.in j.c.ciuitate.eo.tit.de vſu.& ſic eſſet vſurarius,
licet & econtra ſi haberet bonam, & non corruptam
16 intentionem. Non enim eſſet vſurarius † propterea,
quia Papa non noſcit ſecreta cordis, nec poteſt diui-
nare. iudicat enim veriſimiliora & à communiter ac
cidentibus. & ideo quandoque fallitur, ca.à nobis. de
ſent.excom. Vnde non ſequitur, Eccleſia iudicat iuſtũ
vſurarium, ergo eſt vſurarius: & econtra, iudicat non
vſurarium, ergo non eſt. Senſus itaque prefati Cornel,
& ſecundum me eſt, quod in 2.reſponſo illius cap.fi.li-
cet ille contrahens in dubio non reputetur vſurarius,
tamen in primo reſponſo in caſu dubio reputatur &
iudicatur vſurarius, quamuis poſſet eſſe, quod non ha
beat prauam intentionem, & ſic in veritate non erat
17 vſurarius. †Iſte intellectus debet eſſe menti tenendus
propter eius authoritatem, & eſt nouus, & ex eo poſ-
ſet ſequi vnum notandum, quod quum Papa ibi iu-
dicet in dubio ex veriſimilioribus, & ſuper tali præ-
ſumptione ſtatuatur de nouo, vt patet ex verbo, Cen-
ſemus, ſecundum D.Cor.quod licet ille mutuans, vel
aliquis alius, vellet probare in contrarium, illum non
eſſe vſurarium, quod non admitteretur iuxta not.in c.
is, qui.de ſponſa.& in l.ſi qui adulterij.C.ad l.Iuliã, de
adul.& antiqua.c.ad Velle.& l.fin.C.de pign.& l.fi.§.
fin.C.ad Maced.l.fin.ff.vbi pupillus edu.debe.cum ſi-
milibus. Sed ille intellectus Cor.mihi videtur dubius.
Primo, quia text.in dicto c.fin.in primo reſponſo, non
loquitur in caſu dubio. Secundo, quia eſt contra illud
ca.in ſecundo reſponſo, vbi papa non vult aliquem in
dubio præſumi, nec iudicari vſurarium, nec per con-
ſequens eſt dicendum velle in primo reſponſo à pari-
tate rationis.l.à Titio.ff.de verborum obligat l.illud.
18 ff.ad l.Aquil.cum vulg. †circa quod pro veriori intel-
lectu illius capituli eſt aduertẽdum, quia literæ illius
c.fin.poſſunt dupliciter intelligi. Primo, vt illud ver-
bũ, eo ꝙ ſuſcipit in ſe periculum, recepturus aliquid
vltra ſortem, &c. referatur ad proxima præcedentia: &
eſt ſenſus, quòd ideo mutuabat illam pecuniæ quanti
tatem, quia volebat periculum illius pecuniæ in ſe ſu-
ſcipere, vt aliquid hac de cauſa ſuſciperet vltra ſortẽ.
Iſte eſt verus & communis intellectus, & probat ibi

verbum,recepturus aliquid:quaſi dicat, aliter nõ mu-
tuaturus,vt ibi declarat gl.quia ſuſcipiebat tunc peri
culum loco cuiuſdam compenſationis eius quod vl-
tra ſortem recipiebat,& ſecundum iſtum intellectum
19 nõ eſt dicendum,†quod papa ibi loquatur in caſu du
bio.alio modo poteſt illa litera intelligi, quod verbũ,
eo quòd ſuſcepit in ſe periculum,referatur ad ſequen-
tia:& eſt ſenſus,quòd ideo vſurarius eſt cenſendus,eo
quòd ſuſcepit in ſe periculum.& iſtum intellectum vi
detur ſequi D.Corne.dum dicit,quòd papa iudicat in
dubio illum vſurarium,qui in ſe ſumit periculum pe-
cuniæ mutuatæ.iſte intellectus,vt dixi,nõ placet,pro-
20 pter ſecundum reſponſum illius ca.fin.† vbi in dubio
papa non vult præſumere aliquem vſurarium. Ratio
eſt ſecundum gl.ibi,quia hæc eſt pars minor,vt c.2.de
reg.iur.in l.interpretatione.ff.de pen.argen.l.Arianus
ff.de act.& obli.& c.ex literis.de probat.ita etiam non
eſt veriſimile,eum velle iudicare vſurarium in primo
21 reſpõſo in dubio eadem ratione,†ne præſumatur de-
lictum.l.merito.ff.pro ſocio,& in dubiis debemus prę
22 ſumere factum eo modo quo licet , & non aliter. † vt
hic,vt à delicto excuſetur per d.l.ex merito. quod not.
Bar.in l.non ſolũ.§.ſed vt probari.ff.de no.oper.nunt.
num.3.Nec eſt aſſerendum,quòd ille qui mutuat,præ-
ſumatur eſſe malo animo & corrupta intentione,quia
23 cum quærimus quo animo facta ſiant,† debemus præ
ſumere,quòd bono animo,vt in c.2.de reg.iur.& Bart.
in l.libellorum.colũ. 5.ff.de accuſat.& per conſequens
non eſt veriſimile,quod papa contra tales iuris præ-
ſumptiones velit in dubio præſumere aliud, vt ibi in
primo reſponſo voluit præfatus doctor.Tenendus eſt
igitur primus intellectus tanquam verior,& ad prædi
ctam quæſtionem eſt dicendum, quòd in dubio nõ eſt
præſumendus vſurarius , niſi eſſet ſolitus aliquid fœ-
nerari , quia tunc forte eſt præſumendum quòd ſuſci-
24 pit in ſe periculũ fœnerandi animo,† quia in hoc ca-
ſu vna præſumptio tollit aliam.c.j.de præſumpt.l.qui
adulterij.ſuperius allegata.Bald.in l.fin.in fi.C.de pro
batio.Alex.conſi.103.vlti.col.j.vol.Bald.in l.Pacuuius.
in fin.ff.de hære.inſtit.& in talibus inſpicitur conſue-
tudo contrahentis.l.qui ſemiſſes.ff.de vſu.d.c. fin.illo
vos.de pig.cum ſimilibus. Nec obſtat prædictis,quod
ponit glo.in l.rogaſti.ſi cer.pet.in verb.ſi ſibi condici.
dum dicit, quòd in mutuo non debet fieri diſtinctio.
Eſſet ſolitus fœnerari vel non.ſed quando aliquid re-
cipitur vltra ſortem,eſt vſura,quia illud habet locum
in volente fœnerari,& de quo conſtat:ſecus autem in
caſu noſtro,in dubio, quia potuit aliquid recipere nõ
principaliter propter mutuum , ſed propter aſſecura-
tioné,quæ potuit de pecunia mutuata, ſicut alij Mer-
catores,& hoc quando erat aliter mutuaturus , vt ſu-
perius declaraui.Nec obſtat verbum,Cenſemus, po-
ſitum in d.c.fi.quia illud verbum etiam ſtat in alia ſi-
gnificatione,vt in d.gl.& eſt veriſimilius quod ſtatuat
de nouo,quàm vt iudicet in caſu dubio, vt dixi ſupra,
quia non eſt præſupponendum in caſu dubio , vt in d.
ca.fin.in 2.reſpon.Nec obſtat,quod dicitur de dictio-
25 ne,quoque:quia licet ſui natura ſit implicatiua , in l.
plane.§.ſi coniuncti.de leg.j.& repetitiua,vt in d.§.a-
ctiones quoq;.inſti.de actio.& in §.pœnales.tamé iſtæ
& ſimiles dictiones.ſecundum ſubiectam quandoque
materiam ſtant improprie,& alterãtur.l.eas cauſas. iũ
cta gloſſ.ff.de condi.& demonſtra.Socin.in l.creditor.
num.6.ff.ſi cert.pet.& illam glo.not.Alexã.Imol.cauſa
euitandæ abſurditatis & repugnantiæ.l.ſi ab hoſtibus.
ff.ſolu.matri.quemad.dos pet.Poſſet aliquis dicere ꝙ
26 iſta conuentio aſſecurationis non ſit licita,†quę ſit de
pecunia ſeu rebus,quæ per mare deferuntur, cùm vi-
deatur fœnus nauticum , & ſic prohibitum,ſicut alia
vſura,de iure canon.& ciuili.per not.in authen.de ec
cle. vt c.j.& ibi glo.& in authent.ad hæc.C.de vſur.&
per Azo.in ſumma.eo.titu.& Bart.in l.inſula ff.ſoluto
ma.& in l.cunctos popul.C.de ſumma Tri.in 3.colum.
& alij doct.ibi.& alibi in varijs locis. Sed ad hoc po-
teſt reſponderi vna cum gloſſ.in d.authen. ad hæc , &
in dicto §.j. vel verius iuxta nota. per ea quæ ibi dicit
Barto.in d.§.j. & alibi eſt dicendum, quod licet hodie
27 †omnis vſura ſit prohibita,etiam nautica,attenta diſ-
poſitione c.fin. ſuperius allegati,quod illud procedit
in vera vſura , ſicut in l.periculi preciſum. ff. de naut.
fœ.Bal.conſi.395.nu.8.5.vol.& conſi.115.nu.12.2.volum.
& conſi.379.nu.2.4.volum. vt puta quando mutuo ali-
cui pecuniam , & prout ibi exemplificat gloſſa. quam
volo mihi reddi, ſi nauis ex Aſia venerit : & ſi non ve-
nerit,volo mihi reddi cum vſuris centeſimis , quia in
tali conuentione eſt vſura,ſecundum d.c.fin.& c.con-
ſulit.eo.tit.ratio principaliter,quia augmentum illud
apponitvr ſuper ſorte in caſu deficientis conditionis,
ſed in aſſecuratione(vt ſupra dixi)mutui,non eſt cau-
ſa immediata lucri, ſed eiicitur de per ſe periculũ quã
doque per mutuanté, qui erat etiam ſine hoc mutua-
turus,vt ſupra fuit declaratum,quãdoque per aliũ. De
pecunia autem nautica ſeu traiectitia,de qua in l.j.ff.
de naut.fœno.nota.vide D.Innocen.& Cald.in d.c.fi.
vbi volunt,quod ſi nauigans precium in ſe accipiet,vt
talem pecuiam ſecum reportet,vltra mare,ſiue pericu
lum eius pecuniæ,per precium ſumat,ſiue non , nõ eſt
vſura ſecundum Salic.in rub.ff.de vſur.in princi.quod
28 nota.ad ea quæ ſupra in principio diximus, † quia ſu-
ſceptio periculi non facit contractum illicitum ſimpli
citer:& in hac materia vide pulch.conſil. Bald.311. nu.
1.& 2.5.volu.

## SVMMARIVM.

1 *Nuda conuentio & ſine cauſa,non valet.*
2 *Conditionalis conuentio,quæ à facto alterius depen-*
*det , an de iure valida ſit cenſenda.*
3 *Solus conditionis euentus,an pro cauſa ſit habendus.*
4 *Conuentio de matrimonio contrahendo inter talẽ &*
*talem,an valida ſit cenſenda.*
5 *Sponſio facta in ludo prohibito,an valet.*
6 *Senatus prohibet pecuniam ludere , & ſponſionẽ fa-*
*cere de pignore ponendo.*
7 *Vbi cauſa ſponſionis inhoneſta eſt,ſponſio non valet.*
8 *Aduerſam fortunam liberi hominis expectare,inci-*
*uile & turpe eſt.*
9 *Turpis ludus & inhonneſta conuentio non valet.*
10 *Ad delinquendum non debet quis inuitari ſpe lu-*
*cri.*
11 *Sponſio quæ contra bonos mores concipitur , non va-*
*let.*
12 *Stipulatio qua quis inuitatur ad delinquendum, nõ*
*tenet.*
13 *Malitijs hominum ſemper eſt obuiandum.*
14 *Delinquendi occaſio non eſt danda.*
15 *Expectare mortem inimici fidei Chriſtianæ,inciui-*
*le non eſt.*
16 *Conuentio,qua quis ſibi triſtem euentum expectat,*
*an de iure valida ſit habenda.*
17 *Stipulatio,ſi hoc anno Imperator coronabitur,vel ſi*
*in Italiam venerit,an de iure teneat.*
18 *Sponſio,ſi tibi naſcetur maſculus aut fœmina,an de*
*iure valida ſit.*
9 *Omnis cauſa non inhoneſta & extranea , iuſtificat*
*ſtipulationem.*
20 *Conuentio,ſi pluet hodie vel cras,an valeat.*
21 *Vbi non licet ludus,minus licet facere ſponſionem.*
22 *In ſponſionibus inter Mercatores non curatur de a-*
*picibus iuris.*

23 Spon-



23 *Sponſiones magis cauſa ſalarij, quàm lucri concipiun*
*tur.*
24 *Ludus vbi de conſuetudine toleratur , non tenetur*
*quis ad pecuniæ reſtitutionem.*
25 *Ludus introductus cauſa virtutis exercendæ,regula*
*riter non eſt prohibitus.*
26 *Conditiones an ſuſpendant actus.*
27 *Exceptio competit contra nudam conuentionem.*
28 *Conceptio ſtipulationis ſub conditione inhoneſta,an*
*toleratur.*
29 *Conditione appoſita in alterum ex contrahentibus*
*non improbata, an ſimilis conuentio de iure valida*
*ſit habenda.*
30 *Ludus in ſe regulariter eſt prohibitus.*
31 *Repetitio inter ludentes ,datur in ludo prohibito.*
32 *Sponſiones mercatorum ſine cauſa an ſint prohibitæ.*
33 *Ludentibus licitum eſt facere quicquid poſſunt , vt*
*vincant.*

## SECVNDA PARS.

AB antiquis & modernis Iuriſperitis
ea eſt frequentiſsime quæſtio pertra
ctata circa conuentiones,ſeu ſpõſio-
nes Mercatorũ,quæ ſub variis ac di-
uerſis componitur formulis , videli-
cet ſi Imperator hoc anno morietur,
dabis centum:ſin auté,dabo tibi:vt dicit Pau.de Caſt.
quem etiam Alex.de Imol.& D.Franc.de Are.referunt
in l.à Titio,de verbo.obliga.fuit in practica Florenti
na quæſtio circa iſtam conuentionem an valeat:& vi-
1 debatur non valere,†quaſi eſſet nuda conuentio,& ſi-
ne cauſa,per l.2.§.circa.ff.de doli excep & per d.l.à Ti
tio.& fuiſſe conſultum & iudicatum,ꝙ valeat etiamſi
fuiſſet concepta ſub conditione,quæ dependeret ex fa
2 cto alterius,& incertæ perſonæ:† vt, promittis decé, ſi
quis,vel ſi Titius Capitolium aſcenderit , vel ſi quis à
me decem petierit,vel ſi qua nupſerit.& ad §.circa,re-
ſpondet Paul.quòd loquitur in obligatione pura , ſe-
cus in iſtis formis conditionalibus, †quia ſolus condi
tionis euentus habetur pro cauſa.d.l.à Titio,& quòd
bene fuerit iudicatum,probat Alex.in l.cum ad præ-
ſens.nu.1.ff.ſi cert.peta.& per dictum Oſtié.in c.gem-
mæ.de ſpon.vbi voluit,quòd ſi vnus promittat alteri
4 decem,ſi fiat matrimonium inter Titium † & Bertam,
& econtra alius,ſi non fiat,promittat tibi idem, valet
conuentio,ſicut ſi fuiſſet concepta ſub quauis alia cõ
ditione,& hoc quando ſunt extranei à Titio & Berta:
ſecus quando ſub nomine Titij & Bertæ fierent ſpon-
ſalia,ſub pœna,vt in d.c.gemma,& in l.Titia.de verb.
obliga.& Alex.in d.l.cum ad præſens.
Circa quas tamen ſponſiones oportet inſpici cau-
ſas,ſuper quibus interponunt etiam formam in ad-
mittendo ſimpliciter ſimiles conuentiones,argumen-
to eorum quæ habétur in l.tertia.ff.de alea luſ. & in l.
5 Si rem.§.ſi quis.ff.de præſcript.verb.†quia ſicut in lu-
do prohibito ſponſiones non valent,ita eſt dicendum
ſimiliter de aliis conuentionibus , quando ſuſcipiunt
aliquid non honeſtum,vt ſtatim declarabitur facit ad
hoc quod ponit Odofredus in titulo de libellis,in vl-
tima parte relatus à Paride de Put.in ſuo tractatu de
ludo , vt ſi aliqui dicunt,cum aliquid negamus,pona-
mus pignus, quod ita eſt,vt ego dico. & ſic ponunt,di
6 cit ipſe , quòd ſepius damnatur , quia † Senatus pro-
hibet pecuniam ludere,& ſponſionem facere in huiuſ
modi pignore,niſi quando ſit cauſa virtutis oſtenden-
dæ.l.ſecũda.ff. de aleæ luſ.& aleator.& l.2.quarum re-
rum actio non datur,& per conſequens,quando cau-
ſa veſcendi ponũtur iſta pignora,& quòd vnus come-
det pluſquã alius,non valet.c.à crapula. de vir. & ho-
neſt.idem & in ſimilibus ſponſionibus,quæ ſunt con-
tra debitum honeſtatis,quod dic,vt in dicto § ſi quis.
7 vbi text.not.& ibi Salice.†quòd cauſa ſponſionis fue-
rit inhoneſta,ſponſio non valet,& per conſequens cõ-
petit repetitio,quod datur in illo tamen exemplo , ſi
princeps moritur etiam in tali tempore,vt in alio ſimi
li,vel ſi perdet terram,vt refert,prefatus ſolennis Do-
ctor Paulus voluit conſulere, quia videtur iſta ſapere
8 inhoneſtatem,ſicut ludus Taxillorum : † pro quo fa-
cit , quia expectare caſum aduerſum liberi hominis,
eſt inciuile & turpe.l.inter ſtipulãtem.§.ſacram. ff.de
verborum obligationibus. & per conſequens ſponſio
& ſtipulatio in aduentu tali concepta,non valet.l ge-
neraliter ff.eod.tit.cum l.ſequenti,& quòd not.in ca.
ſecundo de conceſ.prebẽn.& vt in ſimili dicit tex.in l.
final C.de pact.iſtæ conuentiones poſſunt dici plenæ
ſtrictiſsimi euentus & periculoſi propter inſidias quę
reperiri poſſunt,vitæ eius,in cuius morte talis condi-
tio verificatur. quid enim ſi quis ita conciperet ſpon-
ſionem, ſi iſto anno Titium non occideris , promittis
decem:& econtra ſi cõtingat,ipſe eadem decem pro-
9 mittat: † quis non dicet,tales ſponſiones & ludos tur-
pes & conuentione nõ valere?per dictã l.Generaliter.
& d.§ ſi quis ſuperius allegat. & l.ex eo.C. de inutili-
bus ſtip.in fine.Idem ſi dicit , ſi non adulteraueris tali
10 die cum vxore Titij. † poſſet enim quis inuitari ſpe
lucri ad delinquendum.l.conuenire.ff.de pactor. dot.
& ſic non valent per not.in d.l.generaliter.& ibi Bart.
& in l.ſi plagij.eod.tit.& in l.penult.ff.de cond. ob tur.
cauſam. & in l iuriſgentium.§. ob maleficium, & in l.
ſi vnus.§.illud.ff.de pact.& d.l.ex eod.& hoc ſiue con-
cipiatur tale quid in perſona alterius ex ſpondenti-
bus,ſiue ex perſona alterius,ſ.tertij, vel etiam incerti,
vt infra dicetur,quia in vtroque eſt par ratio.l.à Titio
de verbor.obligat.l.illud.ff.ad l. Aqui. & ſemper quis
11 poteſt inuitari ad malum,†& ſemper ſpectatur triſtis
euentus hominis , vt , ſi non occideris , vel occiderit
talis talem,vel talis occidatur,quicquid ſentiat gloſſa.
in d.l.ſi plagij,in exemplo, ſi Titius fecit plagiũ. circa
hoc eſt aduertendum,quia Bar.ibi dicit, quod huiuſ-
modi conceptio poteſt eſſe bona , quia Titius eſt me-
us coniunctus vel amicus,& non faciet,vt ego incidã
in pœnam,nec iſto caſu eſt contra bonos mores:ſecus
autem ſi eſt conſanguineus ſtipulatoris , quia poſſet
inuitari ad malum.l.conuenire,& l hæres meus.§. fin.
de condi.& demonſt.Facit quod not Bartol.in l.ſi reos
12 §.fi.ff.de fideiuſſ.†vbi dicit quod ſi conſortes inuicem
faciunt pactum,vt eſt in Tuſcia , quod vno condem-
nato pro maleficio,omnes contribuunt,quod non va-
let prædicta ratione , ne quis incitetur ad delinquen-
dum.idem tenet Iacob.de Aren.Salic.& Cynus.in d.l.
ex eo.de inutili ſtip.& cum opinion.Bart.tranſit Imol.
& Cuman.& Paul. de Caſt. qui vltra dixit , ꝙ quando
ille Titius eſt penitus extraneus promiſſori & ſtipu-
latori , ꝙ bene valet ſtipulatio , ſicut ſub quauis alia
conditione , quod non placet per rationem Iacob. de
Arena,quia licet ſit penitus extraneus,poteſt induci &
ſolicitari per ſtipulatorem ad illud committendum,
prout dixit Imol.in d.l.ſi plagij,poſſet paciſci ſtipula-
tor de quota lucri cum Titio,vel aliquid aliud ei per-
13 mittere, vt illud delictum committat: † Item quia eſt
occurrendum malitijs hominum.c. quanto. de diuor.
l.in fundo.de rei vendit.& ſic poſitis iis , videtur con-
cludendum,quod non ſit facienda differentia,ſit ami-
cus, vel non, ſtipulatoris vel promiſſoris , vel penitus
extraneus , cum ſit ob turpem vel inciuilem cauſam,
14 † ex qua poſſet ex altera parte dari occaſio delicti.
Quid autem ſi ita concipiatur ſponſio , ſi Turcus iſto
anno morietur vel occidatur ? dic quod ſic , & bene
15 valet,†quia non eſt inciuile,expectare mortem inimi-
ci fidei,& procedit dictum Salice.in dict.l.ex eo,quod
refert D.Alexan.in d.l.ſi plagij,quod ſi delictum com-

mittendum,continet in ſe bonum publicum,vt ſi ap-
ponatur mors illius,qui nocumentum facit patriæ,va
let ſtipulatio ſeu ſponſio,ſicut ſub aliqua non inhone
16 ſta conditione. † Quid autem ſi concipiatur, ſi aliter
noſtrum non conualuerit?dic quòd valet:quia ex quo
contrahentes ſibiipſis hoc deſiderant,non eſt iudicá-
da inciuilis,quo ad eos,argumento ad ea.l.final.C.de
pactis.de qua exceptione vide textũ in l.periculi pre-
tium.ff.de naut.fœno.Quid autem ſi fiet hoc modo,ſi
talis non venerit hoc anno?textus eſt in l.ſi quis ita ſti
pulatus decem.& in l.ſi ita ſtipulatus.§.ſed & ſi.ff.de
verborum obliga.idem in illa,ſi Imperator hoc anno
venerit,vel non venerit in Italiam.l.hoc iure.eodẽ ti-
17 tu.†idem ſi hoc anno coronabitur.l.ſi quis Titius.eo.
tit.& l.ita ſtipulatus.eo.tit.de verb.obli.idem ſi cepe-
rit,vel non,talem terram.ar.l.ſtipulationes non diui-
duntur.§.ſi quis ita.eo.tit.& l.à Titio.Idem ſi vxorem
ducat vel non.d.l.à Titio.de verb.obligatio.cum aliis
ſimilibus exẽplis,quæ non reperiuntur prohibita,nec
ſunt in ſe turpia,vt ſi regina peperit filium maſculum
vel fœminam,aduerte tamen quia in hoc vltimo exẽ-
plo,Odofredus in loco ſupra allegato,& Azo in ſum-
18 ma,quos refert Paris in dict. tractatu de ludo.†tenet,
quòd quando fit ſponſio vel pignoratio ſub aliquo e-
uentu incerto,licet honeſto,non valet:vt ſi tibi naſce-
tur filius maſculus,dabis decem mihi:& ſi fœmina,da
19 bo tibi:tamen videtur quod valeat,†quia omnis cau-
ſa non inhoneſta etiam extranea,iuſtificat ſtipulatio-
nẽ,in d.l.à Titio.ſicut valet promiſsio,ſi nauis veniet.
argumento eius quod dicimus de emptione iactus pi
ſcatoris.l.ſi iactum retis,de action. empt.& vendit.vt
ipſe refert D.Marianus Soci.in c.inter dilectos.de ex-
ceſ.prælat.tenet,quòd valet ſpõſio, ſi Imperator veniet
20 in Italiam: † & ſi tali die pluet,vel tali die nauis redi-
bit,per titul.de verb.obliga.& facit ſecundum eum l.
ſcrupuloſam.l.ſi de contrahen.ſtipul.& eo.§.poſt mor
tem.Idem in q.ſi pluet,allegat Pau.in l.ſi quis cum de-
bitore.ff.de iureiurand.in exemplo,quod pluet die ſe-
quenti, licet in lectura mea Paduana, hoc Paulus non
dicat,& licet Paulus in hac queſt.non cõſuluerit,quia
videbatur ſibi quidam aleæ luſus propter dictum Ro-
fred.tamen dicit præfatus Doct. quod l.quibus.ff.de
aleæ luſu.per quam mouetur Rofred.hoc non probat,
21 ſed voluit ibi iuris conſultus,†quod in caſibus in qui
bus non licet ludere,non liceat facere ſponſionẽ, non
autem quod voluerit ibi prohibere pacta ſub condi-
tione caſuali, vel mixta, licet dictæ conuentiones vi-
deantur ſapere pluſquam oportet,& ſit quid ſuperſti-
tioſum. Aduerte,quia cum hodie mercatores ſint in
conſuetudine,quaſi per totum mundum faciendi iſtas
ſponſiones,cum inter eos fieri poſſe non ſit dubitan-
dum,ſub quauis conditione, nõ intelligo de turpi vel
22 inhoneſta:† nec in iſtis ſponſionibus eſt multum cu-
randum de apicibus iuris,argumento eorum quæ no-
tantur in l.ſi fideiuſſor.§.quidam.ff.manda. & quæ ibi
dicit Barto.& in l.Quintus Mutius.eo.titul.ſed ſolum
admittentur illæ ſponſiones,quæ non ſapiunt inhone-
23 ſtatem,maxime,† quia magis ſolatij cauſa,quàm lucri,
concipiuntur:Præterea cum ſimiles ſponſiones nõ re-
periantur prohibitæ,& conſuetudo inter ipſos merca
tores eas approbet, non videtur locus repetitioni, ſi
ſoluantur in foro iudiciali,vel in foro animæ, attenta
nota.docto.S.Thomæ,de qua meminit Bald.in rubri-
ca de condi.ob turpem cauſam.& Ioan.And.in capit.
24 clericorum.de vita & honeſtate cleri. in Nouella.†ꝙ
vbi de cõſuetudine ludus eſt iuſtus,licet alias de ſe ſit
illicitus,non tenetur quis ad reſtitutionem, hoc tamẽ
limitat Ioan.Petrus in l.j.C.de alea.non procedere in
perſonis prohibitis,vt in authent.interdicimus. C.de
epiſ.& cle.ſed idem credo in illis,ſi cõſuetudo valeat.
Ceſſante autem conſuetudine,credo,quod bene fece-
rit Paul.de Caſt.in eo quod noluit conſulere, vt dicũt
Doctores,quia ex quo iſtæ ſponſiones fiunt per modũ
25 cuiuſdam ludi,regulariter † omnis ludus qui non fit
cauſa virtutis exercendæ,eſt prohibitus, probatur in
l.2.& 3.ff.de alea. Tales enim ſponſiones non debent
valere,vt in dicta l.3.expreſſe habetur. & licet multis
ex prædictis formis in ſtipulationibus reperiantur de
iure approbatæ,vt ex ſuperioribus patet, & quaſi per
totum titulum ff.de verb.obliga. tamen quando fiunt
loco ludi,nõ credo ꝙ facere liceat per d.l.3. vbi expreſ
ſe tex.dicit,ꝙ vbi pro virtute certamen non fit,non li
ceat facere ſponſiones.hoc etiam ſentit gl.in l.ſi rem.
§.ſi quis ſponſiones.ff.de præſcri.verb.in verbo,victo-
ri.quæ vult, ꝙ ita demum ſponſio debet habere effe-
ctum,ſi ludus ſit licitus.Extra caſum ludi,ſi quis ſtipu-
letur ab alio decem ſub aliqua ex prædictis formis nõ
inhoneſtis,valebit:& ſufficiet conditio pro cauſa, vt
dicunt doct.in locis ſuperius allegatis.

POSITO quod conſuetudo approbet inter ipſos
mercatores iſtas ſponſiones,eſt dubitatio, an in eis ap
ponatur cauſa de præterito quãtumcunque turpis,ni-
hilominus valeat. verbi gratia,ſi ponatur quod talis
interfecit regem, vel ducem talem,&c.not. Salicetus
in d.l.ex eo.C.de inuti.ſtipul.tenet quòd valeat, etiam
in delicto de præterito,ſoluat gloſſ.in d.l.ſi plagi,pro
quo dicit Alexan.facere quęſitum Paul in l.à Titio ſu-
perius allegata, per l.cum ad præſens. ff. ſi cert. pet.&
quod ibi not.Bart. quia ſtipulatio facta ſub conditio-
ne etiam impropria, de præſenti vel præterito, valet
26 non adiecta alia cauſa:facit,†quia licet tales conditio
nes non ſuſpendunt actus, l. conditio in præteritum.
de verbo.obliga.tamen benefaciunt, vt ſtatim valeat
diſpoſitio,vel perimat.inſti.de verb.oblig.§.conditio
nes:ſecus tamen tenet Alexan.in exemplo,ſi talis mor-
tuus fuit, quia non poteſt negari quin contineat tur-
pem cauſam, quæ ratio ſola ſufficit ad inualidandam
ſtipulationem.d.l.ex eod.in fin.& l.generaliter ſæpius
allegata.aduerte circa hoc, quia poteſt dici, quando
ſic ſpondentes ſunt tales perſonæ,& in tali loco,quod
non ſit veriſimile poſſe illud fieri facere, ſub cuius cõ
ditione ſpondent, quod tunc valeat, quia ceſſat ratio
doct. & non poteſt dici dare occaſionem delinquen-
di, etiamſi videtur tunc appoſita illa conditio, tamen
quicquid eſt contingibile, &c. non poteſt dici, quod
ſpectatur triſtis aduentus, qui iam fuit de præterito,
niſi dicas, quod cenſetur interpoſita contra bonos
mores: ſed tunc dubitari poteſt, an ſit talis ſtipulatio
ipſo iure nulla,vel ope exceptionis, cum hic non poſ-
ſit dari turpitudo magis ex vna parte, quam ex alia,
ex quo eſt concepta & appoſita in tertium, nec poteſt
27 dari opera,vt illud ſequatur,†credo exceptionem cõ-
petere tanquam contra nudam conuentionem. l. 2. §.
circa.ff. de doli except. quia talis cauſa eſt reputanda
non cauſa, per nota in l. Iuriſgentium.§. ob malefici-
um.ff.de pact.ſi tamen fiat ſolutio,habebit locum leg.
penultima. ff. de conditio. ob turpem cauſam. nec ob
ſtat dict.l.ſi plagij,quia debet intelligi,quando aliqua
turpitudo eſt adimplenda per aliquem ex contrahen-
tibus,vt in d.l.generaliter. Vel per tertium mandato,
vel ſolicitudine, ſeu contemplatione alterius contra
tertium. hic vero ſolum cenſetur turpitudo ratione
expectationis euentus triſtis,& cauſę,vt habeatur pro
non cauſa, & obſtat exceptio per d. l. 2. ſed non com-
petit repetitio per d.l.penult. in fine. vel poteſt aliter
dici,quod ex quo ſpondentes ſciant iſtam cauſam ha-
beri pro non cauſa, & ſic cauſam ſolutionis non ſubeſ
ſe, quod valeat inter ipſos ex cauſa donationis, & ſic
ceſſat repetitio,facit.l.qui fundum.§.ſeruus.verſicu.ꝙ
ſi ſcierit.ff.pro empt. in ratione.ibi,quod ſi ſciuerit,&
repetit quaſi ſciens ſoluat,& leg.cuius per errorem.ff.
de reg.iur.allegat.per d.Soci.in rub.de condit.ind.nu.
2.Bal.in l.j.G.ne filius pro pat.& Car.Flo.in c.ſi.de ſol.
& firmatur tunc talis ſolutio ex cauſa liberalitatis,per
ea quæ



ea quæ adducit Bartol.in d.§.circa. quod tene menti
pro iſtis ſponſionibus mercatorum in ſimilibus caſi-
bus conceptis, quia vterque eſt in cauſa talem condi-
tionem apponendo &ſic ſpondendo,& ſic non erit lo-
cus repetitioni per d.l.penultimam, nec eſt contra ea
quæ ibi,& in d.l. generaliter, & in d.l. ſi plagij.& in §.
ob maleficium,not.Bar.&doct.ſi recte.aduertis.Immo
in iſto caſu eſt dicendum.ſicut communiter dicitur in
illo, quando ambæ partes ſciunt cauſam non ſubeſſe,
de illa autem conceptione,ſi Dux Carolus vicerit,quæ
multum fuit practicata in morte Ducis Burgundiæ,vi
de dict.l.cum ad pręſens,& dict.l.conditio in præteri-
tum,& adde,quòd ex quo illa expectatio non poteſt eſ
ſe damnoſa alicui,quia eſt de præſenti vel pręterito,
forte tolerabitur conceptio ſub prædicta conditione,
28 quia non ſuſpendit.Tutius tamen eſt,†ita facere ſpõ-
ſiones,vt non ſint cõtra bonos mores,maxime vbi ma
gna pecuniæ quantitas interponitur, vel quando ſu-
mus in caſu,in quo ſpe futuræ ſponſionis in mortem
alicuius aliter ex contrahentibus & paciſcentibus po
tuit illum prius facere occidi,& ſic alio ignorante poſ
ſet formare ſponſionem in eius mortem, videlicet ſi ta
lis tali die mortuus fuit,vel ſi talis mortuus eſt, quod
ſemel,vt audio,euenit de facto.adde tamen prędictis
de illa conceptione,ſi talis morietur.bon.tex.in l.qui-
bus diebus.§.quidam Titio.ff.de condi.& demonſtra.
ſed poteſt reſponderi,quòd ibi ſpectatio triſtis aduen
tus non eſt cauſa legati,ſed ſolum differtur eius præ-
ſtatio.Vel proprius,quòd ibi non cenſetur turpis,quia
ita voluit teſtator, cuius voluntas per l.ſeruatur l.in
conditionibus.ff.de condi,& demonſtr.l.pater Seueri
nam.§.conditionum.ff.eod.tit.Bald.in l.pen.& fina.C.
de neceſſa.ſeruis hæred.inſti.& in authen.de nup.col.
4.& in l.prędia & in l.voluntatis.C. de fidei,cum ſit
quod magis ibi dolebat mors matris,quam legatarij:
& argumento eius,quod not.in l.fin.C.de pact.poſſu-
mus dicere in iſtis ſponſionibus,& idem in quibuſcũ-
que aliis contractibus,vt conditio non cenſeatur tur-
pis,nec habere triſtem euentum, ſi conſentiat ille in
cuius mortem talis conditio apponitur, quòd nota &
tene menti pro iſtis ſponſionibus. & ex prædictis po-
29 teſt ſumi cõcluſio, †quòd ſi conditio apponatur in in-
certam perſonam,ſiue certam,ſiue in alterum ex con-
trahentibus valet conuentio,dummodo non ſit condi
tio improbata,vel ludus per nota.in dict.l.à Titio, &
inſti.de verbo.oblig.§.ſub conditione,& in l.ſi rem.§.
ſi quis ſponſionis.ff.de pręſc.verſi.& in l.2.& 3.de alea.
ff.& tene menti illum §.ſi quis pro luctãtibus & cur-
rentibus.&c.& adde prædictis,quòd non ſolum habẽt
locum inter ludentes inter ſe,vt ſi dicam te,vel plus te
vel velocius curram:ſed etiam inter inſpicientes ipſos
ludentes,& apponentes conditiones in eorum fortu-
30 nam,ſicut fit in ludo pallæ,& pilæ. † & quando ludus
in ſe eſt prohibitus,non ſolum ſponſio inter ipſos prin
cipaliter ludentes non valet,vt in iuribus ſæpe allega
tis,ſed etiam quę fit inter inſpicientes ludos.facit tex.
in l.tertia de alea,qui generaliter loquitur.l.de precio.
ff.de publica.l.prim.§.& generaliter.ff.de legat.præſt.
& eſt eadem ratio.l.à Titio.de verborum obligation.
facit etiam quòd not.in l.interdicimus.C.de epiſcop.
& cleric.de inſpicientibus ludum, qui ęque puniũtur
31 vt ludentes: & adde,& tene menti, † quòd ſicut inter
ludentes in ludo prohibito, competit repetitio eius
quod datur & promittitur in ludo, vt in dict.§.ſi quis
& in l.ſi.ff.de alea.& in l.j.ca.eod.tit.ita etiam cõpe-
tit iter ipſos inſpicientes ludum,& ſpondentes in cau
ſa illius ludi.hoc probatur in dict.l.j.vbi text.pariter
loquitur in ludentibus,& ſpondentibus,& ludum in-
ſpicientibus,& cum poſtea dicat, & ſi contra factum
fuerit,nulla ſequitur condemnatio, ſed ſolutum red-
datur, & competentibus actionibus repetatur ab iis
quę dederunt,& dari debet pauperibus ſecundum Ia-
ſonem in l.ſingularia.nu.15.ff.ſi cert.pet.&c. nõ ſolum
debet intelligi de ipſis ludentibus inter ſe, ſed etiam
de inſpicientibus,qui etiam ludentes poſſunt dici ſuo
modo,eo quod ſponſiones faciunt ſuper fortunam ip-
ſorum,principaliter ludentium,alias fruſtra,ſi in dict.
l.fieret mentio de inſpicientibus.argu.l. ſi quando.d.l.
j.quia per l.interdicimus.C.de epi. & cleric. prohibe-
tur intereſſe ludis prohibitis, nec ob hoc, his quæ ſu-
pra diximus,circa ludos mercatorum, quia procedũt
32 in ludis non prohibitis,& valet illę ſponſiones,†licet
cauſa non ſit aliqua inter ſcientes: ſecus,quãdo omni-
no prohibitus eſt ludus, quia tunc licet turpitudo ſit
ex vtraque parte,tamen in hoc caſu valet,licet allegãt
turpitudinem, vt nota. in d.§. ſi quis ſponſionis: & in
d.l.j.C.de alea.ſed de his hactenus vſque modo.Veni-
amus ad materiam aſſecurationis,in qua per ordinem
plures quotidianas quæſtiones ponemus.circa tamen
prædictos ludos,quando eſt facta ſponſio,& alter non
vult adimplere,& de iudice aſſumpto in tali ludo,qua
les eius partes ſint,vide gloſ.& ibi nota.in d.§. ſi quis,
& tene menti,quod ibi in vltimo loco ponit Bartol. ꝙ
poſtquam ludentes ſunt in ludo, licitum eſt eis facere
33 †quicquid poſſunt,vt vincant.Ego vidi de facto ſemel
in feſto S. Ioann. Florentiæ, cum equi currerent ad
brauium, aurigæ Florentini Laurentij percuſſerunt
cum loris Mantuæ aurigam, qui præibat & ſuperauit,
& vicit.tamẽ in iſto caſu,quia factum fuit per dolum,
non crederem licitum,ſed de conſuetudine aliter ſer-
uatur. & de aliis ad materiam facientibus, vide Bal-
dum.in rubri.de condit.ob turp.cau.C.& Barto.in l.ſi
filio.§.ſi in alea.ff.quarum re.act.non datur.adde præ-
dictis,quod quis poteſt ſtipulari pœnam ab amico, ne
ludat,& valebit,l.iuriſgẽtium.§.prætor ait.ff. de pact.
l.ex ea parte.§.mulier.ff.de verbo oblig.& ibi do.Frãc.
de Are.poſt Imol.Iaſo.& alios.quo caſu, ſi ipſe non lu
dat,ſed faciat per alium ludi,committitur fraus,ſtan-
te pacto prædicto,ſecundũ Par.de Neapo.in ſuo tract.
in pen.col.per glo.in d.§.ait prætor.in verſi.ſenatuſcõ
ſul.& per ea quæ Bald.& Guliel ponit in authent. In-
terdicimus.C.de epiſcopis & clericis. Quod nota,&
tene menti.

*SVMMARIVM.*

1 *In aſſecurationibus maris conſuetudo ſemper eſt in-
ſpicienda.*
2 *Inter mercatores nõ iuris rigor,ſed æquitas ſpectatur.*
3 *Conſuetudo introducitur ab eo,qui habet poteſtatem
legis condendæ.*
4 *Villæ & oppida ciuitatum ſubiecta, nõ habent iuriſ-
dictionem.*
5 *Qui poſſunt ſtatuere,poſſunt conſuetudinem intro-
ducere.*
6 *Allegans conſuetudinem introductam,illam proba
re debet.*
7 *Conſuetudo non ſe extendit de vno loco ad aliũ locũ.*
8 *Generalis conſuetudo vbique eſt obſeruanda.*
9 *Mercatores ſuſcipientes in ſe periculũ rerũ per ma-
re ferendarum,ſi res iſæ vi maris periclitantur,tenẽ
tur actione oneris aduerſi.*
10 *Conductores mercium per mare,an teneantur de ca
ſu fortuito.*
11 *Falſa cauſa non vitiat ſtipulationem.*
12 *Promiſſio mercedis videtur eſſe ſemper cõditionalis.*
13 *Contractus aſſecurationis regulatur ſecundum na-
turam contractuum nominatorum.*
14 *Falſa adiectio vitiat contractum nominatum.*
15 *Legatum factũ de aliquibus bonis exiſtentibus in
aliquo loco,ſi ibi res nõ reperiantur,legatũ nõ valet.*
16 *Falſa demonſtratio an vitiat contractum aſſecura-
tionis;*

17 *Mercatores regulariter ſolent eſſe prouidi.*
18 *Dictio quis vel qui eſt ſui natura relatiua.*
19 *Promiſſio periculi non tenetur, niſi merces in naui delatæ ſint.*
20 *Falſa demonſtratio per naturam, an in ſponſionibus teneat, & promiſſorem obliget.*
21 *Vendens vſumfructum quem habet in tali re, licet venditor vſumfr. non habeat, an venditor teneatur de euictione.*
22 *Mercator habens merces in naui, & emit euentum periculi, ſi merces non poſſunt ex aliqua cauſa nauigari, an ad pretium periculi agere poſſit.*
23 *Dominus mercium an æquiparetur emptori.*
24 *Contractus aſſecurationis eſt contractus conditionalis.*
25 *Aſſecurationis contractus quibus verbis cōcipiatur.*
26 *Nauis propter publicam vtilitatem poteſt conuerti ad publicum vſum.*
27 *Intentio contrahentium ſemper eſt inſpicienda.*
28 *Aequitas eſt obſeruanda ſemper inter mercatores.*
29 *Limitatio ad l. in executione. §. fi. ff. de verb. oblig.*
30 *Aſſecuratio ſimpliciter facta, de prima ſemper nauigatione eſt intelligenda.*
31 *Promiſſio de aliquid aptando vel faciendo, intellegitur ſemper de prima vice tantum.*
32 *Vendens fructus vel roſas viridarij, intelligitur de primis.*
33 *Verba debent intelligi per prius, & non per poſterius.*
34 *Quantitas pretij multum eſt attendenda in contractu aſſecurationis.*
35 *Si merces de vna naui in aliam transferatur & depereant, an promiſſor teneatur de tali periculo.*
36 *Aſſecurator non tenetur de rebus deperditis in ſcapha nauis cauſa exonerandæ mercis.*
37 *Nauis appellatione ſcapha non venit.*
38 *In aſſecurationibus multum ſunt ponderanda verba aſſecurationis.*
39 *Quæ in portu fiunt, perinde habentur ac ſi in ciuitate facta eſſent.*
40 *Qualiter fiat æſtimatio rerum ſeu mercium deperditarum in caſu aduentus periculi: an tempore infortunij, vel emptionis, vel ad tempus quo vendi poterant.*
41 *Quando merces certo loco ſunt dandæ, an ibi æſtimatio inſpici debeat.*
42 *Contractus aſſecurationis eſt contractus conditionalis.*
43 *Aeſtimatio quandoque fit tempore contractæ obligationis.*
44 *Contractus ex conuentione contrahentium legem accipit.*
45 *L. ij. C. de reſcinden. venditio. locum habet in contractibus hincinde obligatoriis.*
46 *Aeſtimatio ſemper refertur ad iuſtum precium.*
47 *Aſſecurator mercium aſſumit periculū in certo tempore, ſi dominus mercium nauigationem diſtulit in alio tempore non bono, & res pereant, an de iure teneatur pro rebus deperditis.*
48 *Nauta & Magiſter nauis excuſatur à caſu ſubmerſionis, quando non eſt in culpa.*
49 *Verba ſub periculo rerum mearum tam ad res præſentes quam futuras referuntur.*
50 *Aſſecurator ſemper tenetur ad magnam æſtimationem in aduentu periculi.*
51 *Publicatio bonorum non trahitur ad futura.*
52 *Aſſecuratio ſimpliciter cōcepta, ſemper ad primam nauigationem refertur.*
53 *Nauis donec ſalua portum non appulit, ſemper periculum eſt aſſecuratoris.*
54 *Caſus infortunij nauium portum non applicantium, notabilis diſtinctio.*
55 *Maris conſuetudo ſemper eſt obſeruanda.*
56 *Debito futuro poteſt accedi fideiuſſor.*
57 *Qui promittit pro alio, videtur promittere vt fideiuſſor.*
58 *Promiſſio de ſoluendo facta alicui, quatenus à debitore non exegerit, non dicitur fideiuſſio, ſed conditionalis obligatio.*
59 *Si princeps eximit caſtra alicuius nobilis, intelligitur eximere ea, quæ ſunt ſua propria, & non communia cum alio.*
60 *Stante ſtatuto, quod blada extrahantur de proprio fundo, an poterit de communi.*
*Locutio in ſuis, an verificatur in communibus.* 60.
61 *Aſſecuratione facta in caſu tempeſtatis, an veniat caſus latronum.*
62 *Futurum an numeretur inter caſus fortuitos.*
63 *Latrones dicuntur, qui in mari vi prædantur.*
*Impetus latronum & rapinæ, an dicantur caſus fortuiti.* 63.
64 *Diffinitio propria caſus fortuiti, eſt inopinatæ rei euentus.*
65 *Caſus improuiſus dicitur, qui ſolet imprudentibus contingere.*
66 *Caſus fortuitus diſtinguitur à caſu improuiſo.*
67 *Furtum vel latrocinium, an numeretur inter caſus fortuitos.*
68 *Ribaldaria patroni nauis, an includatur inter caſus fortunæ.*
69 *Pietas incarceratis eſt habenda.*
70 *Vir nobilis bonæ conditionis & famæ, detentus in carceribus, ſi aufugit, non eſt veriſimile ex fuga delictum commiſiſſe.*
71 *Qualitas perſonarum facit æſtimari caſum ab alijs commiſſum, quod aliter non æſtimaretur.*
72 *Caſus inſolitus dicitur quando raro contingit.*
73 *Vſus loquendi plurimum eſt attendendus.*
74 *Suſcipiens in ſe periculum caſus fortuiti, an intelligatur de caſibus fortuitis inſolitis.*
75 *Renunciatio de caſibus fortuitis, an intelligatur de inſolito, vel communiter contingenti.*
76 *In ſuſceptione caſus fortuiti, an intelligatur de incōſuetis, & inſolitis.*
77 *Inter caſus fortuitos an niues inſolitæ numerentur.*
78 *Natura producit omnes res ſuo debito tempore.*
79 *Caſus fortuitus contingit duobus modis.*
80 *Niues immoderatæ, ſolent communiter corrumpere frumenta.*
81 *Appellatio caſuum fortuitorum intelligitur de ſolitis, & non de inconſuetis.*
82 *In ſuſceptione generali caſus fortuiti, an includatur ribaldaria patroni.*
83 *Caſus qui raro contingunt, non includuntur inter caſus fortuitos.*

TERTIA



## Tertia pars.

VTILE admodum erit intelligere
materiā aſſecurationū, ꝙ cū regula
riter fiant circa res, que deferuntur
1 per mare, †an ſemper erit inſpicien
da conſuetudo, ſicut de conſuetudi
ne maris dicitur obſeruanda, vt cō
ſuetudo ciuitatis in authēt. de vſu.
naut. §. fi. col. 9. & in l. de precario. ff. ad l. Rhod. de iac.
Bal. in conſi. 58. nu. 2. in ſecundo vol. & in c. j. §. quia qui
feud. dare poſ. vbi dicit, ꝙ conſuetudo habet vim de-
creti, niſi ſit reprobata, & contra iura, vt Odoſ. in l. pri-
ma. C. de erogat. milit. anno. numer. 2. & l. neminem de
decur. lib. 2. & cum fiunt iſtæ aſſecurationes inter mer
catores, non eſt tantum in eis curandum de ſubtilita-
te iuris, quantum de bona æquitate inter eos ſeruāda,
iuxta nota. per Bald. conſi. 400. numer. 10. & 382. numer.
17. in 5. volumin. & in l. ſi fideiuſſor. §. quendam, & in l.
Quintus Mutius §. cum mādauero. ff. mand. & per Bar-
to. ibi. Vnum tamen non omitto, quòd vt dicatur con-
3 ſuetudo inter ipſos mercatores, oportet† quòd ſit in-
troducta ab habentibus poteſtatem ſtatuendi circa il
lud de quo eſt conſuetudo, aliter non dicitur conſue-
tudo. Oportet quidem, quòd ſit introducta ab eo, qui
habet poteſtatem condendi legem, iuxta not. per Bald.
in conſi. 338. numer. 3. in 4. volum. vbi localia ſtatuta, &
conſuetudines ſunt in poteſtate principum. & in l. de
quibus. ff. de leg. & ibi per Barto. & alios, & Franciſc.
4 de Aretio. in l. teſtamenti. ff. de teſtamen. †vbi dicit, ꝙ
ex quo villæ & oppida ciuitatum ſubiecta, non habent
iuriſdictionem ſecundum Bartol. in l. prim. in primo,
de damno infecto. ff. non poſſunt ſtatuere, vel inducere
re conſuetudinem, ſecundum Baldum in conſi. 292. nu-
mer. 1. 2. volumi. Iſta enim æquiparantur de iure. Id
quod poteſt fieri per ſtatutum, poſſe etiam per conſue
tudinem, vt in d. l. de quibus nota. † & qui poſſunt ſta-
5 tuere, poſſunt conſuetudinē introducere. Ita Iaſon ibi
numero 75. & 84. Item oportet, quòd fiat animo indu
cendi conſuetudinem ſecundum Docto. alias licet per
mille annos aliquid fiat, & obſeruetur, non propterea
dicetur conſuetudo introducta, pro quo Alexand. in l.
prim. ff. ad l. Fal. allega. not. in l. ſecund. §. fina. de ſupel.
lega. ex quo infertur, quòd ſi mercatores qui aſſecu-
rationem faciunt, dicant aliquid eſſe de conſuetudi-
6 ne † eorum, oportet quòd probent eſſe introductam
à curia mercatorum, quando habet poteſtatem ſta-
tuendi circa ea, quæ ad ipſos mercatores ſpectant, ſi-
ut eſt in aliquibus ciuitatibus. de quo vide not. in l. 2.
ff. de conſtit. princip. & per Bald. in ſuo tracta. conſti-
tuti. & quid ſi talis conſuetudo eſt in loco vbi aſſecu-
7 rationes faciunt? † & ſi alibi ſit, non ideo extendendá
eſt de loco ad locum, ſecundum gloſ. in dict. l. 2. neque
extenditur regulariter de caſu ad caſum, l. 3. §. ſi quis
hoc. ff. de iur. actuque priu. & per Inno. in c. delicto de
offi. Archi. Bald. in d. l. de quibus Bartol. in di. §. ſi quis
Bald. in c. prim. de feud. cogni. Areti. in l. continuus, de
verbo. obligat. §. ſi. ab eo, niſi eſſet aliqua conſuetudo,
8 quę in pluribus locis ſeruatut, †quia tanquā generalis
conſuetudo eſt obſeruanda, ad hoc ſecundum Bald. in
capi. primo de not. for. fidelit. per quem text. ibi dicit,
quod illud quod fit in pluribus curijs. idem Baldus. in
conſilio 229. num. 1. 2. volum, vbi inſpicitur generalis
conſuetudo fœneratoris ciuitatis, quod not. quia cum
conſuetudo ſit ſtricti iuris, non facile extenditur, Ser-
uabitur igitur conſuetudo, vt dixi circa iſtas aſſecu-
rationes, de quibus infra dicetur, ſicut ſeruatur ī mul-
tis aliis caſibus nota. in l. 2. de aqua. plur. arc. & in titu.
de pact, conſtant. & ibi Bal. in verb. ſicut, & in l. certa.
capitu. loca. & in l. domini. capit. de Agri. & cenſ. & in
l. ſi prius de aqua plu. l. ſemper in ſtipulationibus. de
reg. iur. & in l. quod ſi nolit. §. aſsdu. de ædili. edict. & in
l. ſi iactum. iuncta gloſſ. de actio. empt. cum ſimilibus:
& ideo non incaute Bartol. in l. impenſa, de impenſ. in
re. Do. conſuluit fieri poſitionem de conſuetudine,
quando aliquid obſeruatur de conſuetudine. Item
præmitte ea quæ dicit Paul. de Caſtr. in l. in naui Sau-
9 pheli. ff. de loca. † quod iſti mercatores, qui ſuſcipi-
unt in ſe periculum rerum, quæ portantur per mare,
& recipiunt certam mercedem pro centenario, & pro
mittunt emendare in caſu, in quo perdantur tempe-
ſtate maris, vel certis aliis caſibus, ſi dictæ res perdan-
tur, tenentur actione oneris aduerſi, eo quod ſuſcipi-
unt in ſe periculum huius oneris, & concurrunt ea
quæ neceſſaria ſunt ad talem actionem; vt ibi latius
per eum, & hoc quando non interuenit ſtipulatio.
alias tenetur ex ſtipulatione, & quis contractus ſit iſte
vide Bald. conſilio. 453. numero. 2. 3. volum. Item an iſti
tales tenentur de caſu fortuito interueniente ſine cul
10 pa ſua, ratio eſt, † quia ex quo conducunt merces ad
vehendum per mare, non poſſunt in illis culpam com-
mittere, & ideo non poteſt dici quod obligentur ad
periculum obueniens non ſua culpa, quæ nota bene
pro aliis infra dicendis. Sed pone quod ſtipulator di-
xit, ſe habere in naui merces mille aureorum, cum in
rei veritate nihil haberet, vel minus, & promiſſor,
qui ſimpliciter ſumpſit in ſe hoc onus, dicat mille,
certa mercede pro centenario conſtituta de prædicta
illa naui, an teneatur ad dictos mille: & videbatur
11 quod ſic: † quia in contractibus ſtricti iuris, falſa cau-
ſa non vitiat obligationem. l. ſi diuortio. ff. de verbor.
obligat. & ibi Iaſon. & quod nota. in l. ſi ſeruus. §. qui
quinque. ff. de leg. primo. facit etiam l. hæredes eius.
§. fin. ff. famil. erciſ. vbi eadem eſt diſpoſitio rei inuen-
tæ vel non inuentæ in hæreditate. Item patet hoc ra-
tione, quia clarum eſt, vt infra patebit, quod promiſ-
ſor poteſt petere mercedem conuentam pro pericu-
lo, licet in naui propria non potuerit dici eſſe pericu-
lum ſuſceptum, in qua nullæ res ſtipulatoribus fue-
rint, argu. l. decem, de verb. oblig. ff. de hæred. & actio.
vendition. l. cum hæreditatem, & l. ſequenti cum ſimi-
12 libus: † & promiſſio mercedis videtur eſſe ſemper
conditionalis, ſcilicet ſi extiterit in re vera: quo caſu,
verificari poteſt euentus periculi. item facit quod ha-
betur in l. ſi quis cum fundum. ff. de action. empt. vbi
tenet venditio, licet in fundo nullum dolium ex ven-
ditis reperiretur, tamen his non obſtantibus, & aliis
quæ breuitatis cauſa omitto, credo iſtum non teneri,
ſi in tali naui deperdita non erant merces ſtipulato-
ris: ratio, quia iſte contractus aſſecurationis, vt ſupra
in principio dixi, eſt contractus innominatus, & ita
eum nominant doctores in locis ibi per me allegatis.
Baldus in l. ſi periculi precium. ff. de nau. fœno. & in l.
cunctos populos. Cod. de ſumma Trinitate & fid. in
quæſtion. an vſuræ ſint prohibitæ in fine. & Petr. Cor.
in l. ſi paſcenda pecora. C. de pact. & hoc ſiue cum dici
mus, facio vt des, attenta perſona promiſſoris, qui ſu-
ſcepit periculum: ſiue, do vt facias, attenta perſona ſti-
pulatoris, iuxta nota. per Bartolum in dict. l. natura-
lis. §. ſed ſi facio. Iſtum tamen contractum exiſtimo
potius, do vt facias: propterea quia dominus mercium
conſueuit aſſecurationem procurare, & promittere
precium periculi volenti aſſecurari, & principaliter
fit ſui gratia, licet doct. exemplificent ſic, facio vt des:
ſcilicet, ſuſcipio periculum, vt des pecuniam: tamen
vtrunque directe, diuerſo reſpectu, vt in dict. § not. Igi
13 tur † ſi dicamus quid ſit contractus innominatus: dic,
quòd debet regulari ſecundum naturam cōtractuum
innominatorum, quibus aſsimilantur per not. in iu-
ribus ſuperius allegat. Aſsimilatur autem emptioni,
vt ibi dixi, ratione precij quod datur: quia, qui aſſecu-
rationem facit propter precium, dicitur emere euen-
tum periculi. Facit quod dicit gloſſ. in l. periculi. ff. de
nau. fœno. & ratione exiſtimatiōis merciū, ꝗ fit regulā

riter in aſſecuratione, iuxta nota. per Bart. in l. ſi gra-
tuitam.ff. de præſcrip. verb.& alibi in l.j.ff.d æſtima.
act.& in l.ſi vt certo.§. nunc videndum.ff. commoda.
14 & per conſequens † ſicut falſa adiectio vitiat contra-
ctum nominatum.vt eſt textus, nota. frequenter no-
minatus,in l. ſi quis fundum .ff. de cond .& demon. &
in l. ſi ſeruus legatus.§.qui quinque.ſupra allegata.Ita
etiam videtur,quod vitiat iſtum contractũ aſſecurati-
onis,ſiue dicamus nominatum emptionis & venditi-
onis l.j.& l. ſequenti,cum ſimilibus.ff.de hæredit. act.
vend.cum quo dominus non habuerit merces in naui,
quas ibi dixit habere,merito in præiudicium promiſ-
ſoris aſſecurantis non debet valere, argumento d.l. ſi
quis fundum,& l.cum hæreditatem .cum ſequenti ſu-
perius allegata, præſertim etiam quia videtur pecca-
re in re ſubſtantiali contractus.facit,quod notat.in l.
domum,&in l.ſequenti.ff.de act .empt.&in l.prima &
2.& in d.l.1.cum hæreditatem.& l.quod ſi nulla.ff. de
act.&hæred.vend.& videtur deficere conſenſus, quia
ſuſcipiens periculum, ignorabat ibi non eſſe merces,
vt in d.l.domũ.§. ſi autem.& videtur tacite inter ipſos
contrahẽtes fieri derogatoriam ſpõtionẽ,ſi ibi mer-
ces non eſſent.facit quod dicit Bartol.in l.prima.§. ſi
ſtipulanti .in 2.col.ff. de verb. obligat.l. Imperator .ff.
de poſtulan.in fine.alias diceretur aſſecurare corpus,
quod non erat, contra dict .l.pri .& l.ſi ſeruus.l.§.qui-
15 quinque.ff.de l.1.& l.j.§.pe.ff.de dot.præle. † vbi ſi le-
go aliquid,quod eſt in aliquo loco, & ibi non reperi-
atur,non valet legatum , quaſi legaret corpus , quod
non eſt in rerum natura.& daretur priuatio ſine habi-
tu,contra l.decem.de verb.obliga.& c.ad diſſoluendũ
de ſponſi.impub . cum ſimilibus.Confirmantur etiam
prædicta manifeſta ratione,quia ſicut non valet ſtipu-
latio rerum quę non ſunt, l.ſi homo mortuus.de verb.
oblig.ita etiam de æſtimatione, illarum rerum debet
valere,quæ refertur ad tales res,prout ſunt, vel in tali
naui fuerunt,cum æſtimatio in aſſecuratione ſucce-
dat illarum rerum loco.l.ſi iactum.ff.de act.emp.& ſic
eſt concludendum,quod falſa demonſtratio &aſſertio
illius, qui dicit ſe habere merces valore Ducatorum
mille,quas in veritate non habebat, vitiat iſtum con-
tractum aſſecurationis in odium ſui,& fauorem aſſe-
curatoris. Ratio eſt, quia alias non erat contracturus
iſte qui aſſecurationem promiſit,ac periculi euentum
in ſe precio ſumpſit,ad hoc tex.notab.ſecundum Bald.
ibi in reportatis antiquis, l.ſi ita ſtipulatus hanc ſum-
16 mam.ff.de verb.oblig.† per quem legem,dicit,falſam
demonſtrationem vitiare, quando alias contrahentes
non erant contracturi, ſicut eſt in caſu quæſtionis no-
ſtræ. quod tene menti, quia nullus ſanæ mentis ſuſci-
17 peret periculum rei quæ nõ erat:†quanto magis mer-
catores,qui ſolent eſſe prouidi? &iſtam partem credo
de iure veriorem,tam ex his quæ dicta ſunt in legatis,
de quibus valet arg.ad contractum .dict.l. ſi diuortio.
de verb. oblig . l.ſeruum.filij .§.eum qui.dict.l. prima,
l. pactum inter hæredem.ff.de pact. Bartol.in l.final.c.
communia prædio.& in l.illud.Cod.de leg. Salice. in.
l.j.Codi.de l.ſuſ.can. Soc. conſil.48. circa finem primi
volu.& conſi.73. in 2.volu. cum ſimilibus,quam etiam
alia pro ipſis contractibus adducta, fatendum tamen
eſt,quod ille qui ſuſcipit in ſe periculi euentũ, ac pro-
miſit, pro ea parte tenebitur, pro qua merces in dicta
naui reperiuntur fuiſſe tempore periculi,per d.§.qui-
cunque.alias non. Eo enim quod quis dicit, Aſſecuro
merces quas habes in tali naui : præſuponere videtur
18 ſubſtãtiam mercium per relatiuum,quis† vel qui,cu-
iis natura hæc eſt,ſignificare ſecundum gl. in d.l.j.C.
de ſent.quæ pro eo quod intereſt. Doct.i l. omnes po-
puli.ff.de iuſt.&iur.Dec.in l.actus legitimi.nu.4.ff.de
regul. iur. Non obſt.d.l. ſi diuortio,pro alia parte ad-
ducta, quia vt ibi & alibi Doctores dicunt, illa l.pro-
cedere dicitur, quãdo ſcienter à partibus fit talis cõ-
tractus , quia tunc illa falſa demonſtratio non vitiat.
Soc.in l.demonſtratio.nu.2 &num.8.ff.de cond.& de-
monſtr.ita ibi Bartol.poſt gloſſ.Rubr. in primo oppo-
ſito in reſponſione ad l.penul.§.ſi mulier.ſolu.matr.&
Bal.in l.fina.C.ſi ex fal.cauſa,& in l.Sed & ſi quis.§.itẽ
quæritur.ff.ſi quis caution.ad d.l. ſi cum ſeruus. §. qui
quinque reſpon.quod potius non obſtat , bene tamen
probat,quod ſuſceptio periculi tenet pro ea parte , ꝓ
qua merces tempore periculi fuerunt in naui , non ta-
men in plus , vel quod nullis mercibus exiſtentibus
in naui deperdita, teneatur qui aſſecurationes pro-
miſit,ad l.hæredes.§.fin.ff fami. erc. Reſponde, quod
ibi eſt eadem ratio,vt quis teneatur de pecunia inuen
ta,vel non in hæreditate. quia fuit relicta , vt quanti-
tas,de quo Bar.in d.§.qui quinque. Secus in caſu aſſe-
curationis , quia non eſt par rati , vt quis ſoluat æſti-
mationem rei non deperditæ in veritate , ſicut quan-
do fuit vere deperdita,iuxta ſuperius dicta ad l.ſi cum
fundus.ff. de act. empt. reſpon. quod ibi tenet obliga
tio , in odium temere aſſecurantis , illum tamen text.
nota. ad ſequentem quæſtionem præſuppoſito iuxta
19 prædicta,†quod promiſſor periculi non teneatur niſi
quatenus merces in naui fuerint deperditæ, poſſet
dubitari , an teneatur reſtituere precium , quod ha-
buit à tanto pro centenario , eo quod ibi in veritate
non fuerunt merces , vt præmittitur,vel ſaltem tenea-
tur rebus ibi exiſtentibus, ſed non tot , ad illud plus
quod recepit : & videbitur per ſupradicta, quod ſic,
quia eadem ratione, qua ipſe non tenetur de pericu-
lo rebus non exiſtentibus in naui , eo quod non po-
tuit proprie dici periculum , eadem ratione teneatur
reſtituere precium , quod recepit ob cauſam illius
periculi.ff.de conditio.ob cauſam, per totum : tamen
contrarium eſt verius , immo poteſt dici , quod non
ſolum non teneatur reſtituere, quando prius fuit id
actum, immo quod poſſit illum denuo petere , & hoc
manifeſta ratione , quia licet emptio periculi non te-
neat in totum in præiudicium promiſſoris,per ea quæ
dicta ſunt in præcedenti quæſt. tamen in eius fauorẽ,
& in præiudicium falſa aſſerentis , bene tenet per di-
ctam l. ſi quis cum fundum.iuncta gloſſ.& per ea,quæ
dicit gloſſa. in l. rem. ff. de contrahend. emption. &
Bald.in dict.l.falſa demonſtratio,vbi not.concludit in
20 illa quæſt.†an falſa demonſtratio vitiet, per d.l.ſi quis
cum fundum. quod licet res, cui adiicitur illa falſa
demonſtratio , non reperiatur in rerum natura : ni-
hilominus ille qui falſam demonſtrauit , tenetur. &
quando falſa demonſtratio inducat defectum rei ſub-
ſtantialis, vide D. Iaſo.in l. poſthumus.§.fin.nume .18.
ff.de libe.& poſth.Confirmatur hoc alia ratione,quia
illa pecunia quæ datur ratione periculi, videlicet da-
ta ob cauſam,vt dixi.& ideo vocatur periculi preciũ.
quia tamẽ iſta cauſa ceſſat facto domini mercium, eo
quod nullas res miſit in dicta naui,nihilominus debet
teneri, atque ſi in veritate. periculum enim potuerat
ibi eſſe rebus exiſtentibus,per nota.in l.in executione
§.finali .ff.de verbo. oblig . Facit etiam quod in ſimi-
li notat.gloſ. quod in leg.ſi quis ſponſionis.ff.de præ-
ſcription. verb.de illo per quem ſtetit quo minus lu-
dus fieret.videtur hoc enim tacite agi, vt de illo peri-
culi precio teneatur,licet merces non poſuerit in na-
ui, lege,ſi oleum.ff.de dolor. Facit l. Iulianus.§.ſi ven-
ditor,&,§.idem Iulianus.ff.de act. empt. & quod not.
dict.l. Dom. Paul.de Caſtro. prout refert Areti. in l.ſi
21 quis.in §.differetia.ff.de acquirenda, poſſeſsi. †quod
ſi vendo tibi vſumfructum quẽ habeo in tali re, quod
ſi ego venditor non habebam vſumfructum, nihilo-
minus teneor de euictione,propterea quod decepi cõ-
trahentem aſſerendo me habere, quod non habebam.
Adde etiam ad prædicta textum in l. officij.§. primo,
ff. de contrahenda emption. qui multum facit. Item,
quod non teneatur reſtituere,facit l. Campanus in fi-
ne de



ne de oper. liber. & in le. ſi quis delegauit .ff. de nouat.
& quod not. in l. ſi quis .§. finali .ff. de calum. videtur
enim donare ille,qui precium periculi ſoluit, ſciens ſe
nullas merces in tali naui habuiſſe,ſuper quibus aſſecu-
rationem procurauit, vt Bald. in conſil.378.num.7.5.vol.
& conſ. 183.nume. 1.4. volum.nec obſtat ſi dicatur, iſtud
precium eſt receptum ſine cauſa,eo quod periculum nõ
poteſt dici vbi merces non ſunt , per d. l. decem. ff. de
verbor. obligati . & per conſequens, non debet tenere
talis promiſſio precij, neque ſolutio , vt notatur in l. 2.
§. circa. ff. de doli excepti.quia hic licet ceſſet periculũ,
nondum ceſſat cauſa promiſsionis & ſtipulationis ip-
ſius precij, videlicet aſſecurationis, maxime inter ſci-
entem, & imputetur ei qui mentitur, & decipit con-
trahentem, & quando licitum ſit, contrahentes ſe inui-
cem decipere, vide Bald. conſil. 133. num .3. in 3. volum.
Iaſ. in l. ſi quis in conſcribendo. num. 4. Cod. de pact.
Nec obſtat l. cum hęreditate.Cod. de hære. & act. ven-
di. vbi precium condicitur, quando non tenet venditio,
22 quia illud habet locum in fauorem eius,qui non deci-
pit:†Sed ponamꝰ,quod mercator habuit merces in naui,
quando aſſecurationem procurauit emendo euentum
periculi, quæ quidem merces aliqua de cauſa non po-
tuerunt enauigari, tum quia publicatæ erant, vel aliter
detentæ: tum etiam quia forte propter fortunam,nauis
non potuit exire portum: an nihilominus, qui periculũ
illarum mercium in ſe aſſumpſit, poſſit agere ad preci-
um periculi in ſe ſuſcepti, ſi tale precium non ſuſcepit
imprimis, vt fieri ſolet: vel ſi habuit, an poſſit illud re-
petere dominus mercium. & in hac quæſtione, vide-
debatur diſtinguendum. Quod autem impedimentum
peruenit propter caſum fortuitum, vt quia nauis rum-
pitur, vel aliter non poteſt exire portum , & non poſsit
agere ad precium, & teneatur reſtituere, ſi recepit, ar-
gumento l. maritus. ff.loca. Secus autem, ſi hoc proue-
ex vitio rei , vtputa, quia illæ merces ſunt publicatæ ob
crimen domini, vel aliter detentæ per not. in l. Lucius
23 Titius.ff.de euict. †æquiparatur enim dominus merci-
um emptori, vt dixi. Facit etiam lege ſi fundus .ff. loca.
vbi quando impedimentum prouenit vitio materiei,
remanet nihilominus obligatus qui precium per inſu-
lam fabricandam ſumpſit, vel promiſit : ſic etiam vide-
tur in iſto, qui precium promiſit, per euentum pericu-
li, & tenetur, licet euentus periculi non poſsit exiſtere
vitio rei , quia non poteſt nauigari . ad idem facit l.
Neceſſario, & ibi Salice.& l.id quod .ff. de petitione,&
commo.rei venditiæ vbi damnum rei venditæ perti-
net ad emptorem, Ita demum ſi eſt perfecta vẽditio, po-
teſt hic intelligi damnum,quòd non ſequatur ille euẽ-
tus periculi , vt poſsit habere æſtimationem : ſed con-
tra primum membrum facit l.penultim.C . de condit.
ob cauſam,vbi ſi cauſa pro qua pecunia datur,non ſe-
quatur ſine culpa recipientis, ſed fortuito caſu,non da
tur repetitio.& ad l.maritus . poteſt dici, quòd ibi res
pro qua pecunia dabatur, nõ fuit perfecta:hic vero da
batur ſolum,vt aſſumeretur euentus periculi,vt ſi quis
promitteret aſſecurationem , quod factum eſt eo ipſo,
quod ille ſuſcepit in ſe euentum periculi , promitten-
do,ſi eueniſſet caſus contrarius , valorem mercium : &
ſic in ſpe euentus tenet venditio.l.nomine . & l.ſi no-
men.ff.de hæred.& act. venditio & l.ſi iactum , de cont.
empt.vel aliter,vt per gloſſ.in dict.l. penul.quia hic e-
rat cauſa,quæ ab accipiente non pendet,ſcilicet euen-
tus periculi.Breuiter his omiſsis, in hac quæſtio.aliter
24 eſt dicendum,& pręmitto,vt alibi dixi, † quòd iſte cõ-
tractus aſſecurationis,eſt contractus conditionalis,vt
patet in l.periculi precium , ſepius allegata . Concipi-
tur enim contractus aſſecurationis hoc modo,ſi cõtin
gat in hac nauigatiõe res tuas ſiue merces deperdi ob
tẽpeſtatẽ,vel latronũ ac piratarum, ergo promitto va-
lorem tuarum mercium : & hoc , dummodo mihi des
25 † octo pro cẽtenario,vel quicquid aliud, vt inter ipſos
paciſcentes conuentum eſt,ſiue conſuetudo fert,vnde
ſi ante euentũ conditionis factum eſt,ꝙ res nauigent,
& conſtat de euentu periculi proſpero vel contrario,
non poteſt dici contractus perfectus,vt in d.l.neceſſa
rio.de per.& com.rei vendit.& per conſequens impe-
dimentũ ante conditionẽ exiſtentem proueniens,non
poteſt dici emptoris euentus periculi : Immo potius
ipſius venditoris,qui precium periculi recepit,niſi im
pedimentum proueniat ex facto ipſius emptoris , per
not.in l.in executione.§.fi.ff.de ver.obl.vt puta quãdo
nauis non nauigat cum illis mercibus , eo ꝙ dominus
merciũ,qui emptor dicitur,hoc procurauit,vel cauſa
fuit,perinde eſt iudicandũ,atque ſi extitiſſet conditio
in fauorẽ aſſecurãtis. In omnibus igitur aliis caſibus,
in quibus impeditur nauigatio,vt ſi ſit cõbuſta in por
26 tu,vel deſtructa,vel rex,vel Imperator eã †aſſumat ꝓ
ſuis neceſſitatibus & publicis,iuxta not.in l.iubemus.
C.de ſac.ſan.eccleſ. & impediatur conditio aſſecura-
tionis,quia tunc non poſſet imputari cõditionis defe-
ctus magis vni parti,quã alteri, nullꝰ alteri tenebitur,
tex.eſt nota.in l.ſi venditor.ff.de hære.& act.vendit.&
ſic preciũ periculi non poteſt peti, & ſolutũ repetere-
tur,quaſi cauſa non ſecuta. Nec obſtat l.penult.ſupe-
rius allegata , quia non loquitur in contractu condi-
tionali, cuius defectus facit contractũ imperfectũ per
d.l.neceſſario. nec quãdo nõ ſtetit per contrahentẽ, d.
l.ſi venditor.Idẽ ꝙ ſupra dixi,quando impeditur naui
gatio culpa emptoris euentus periculi , intelligẽdum
eſt,quãdo culpo ſine facto vẽditoris illius euẽtus, qui
aſſecurator dicitur,euenit,vt puta,ſi erat dominus na
uis,& voluit vt nauigaret,vel aliter fuit in impedimẽ-
to,tenebitur quidẽ ad precium aſſecurationis,& ad re
ſtitutionem:facit.l.ſi mulier.ff. de condit. cau. data.&
probatur in d.l.ſi venditor.à contrario ſenſu.ſed an te
neatur hoc caſu,perinde atque ſi illa cõditio deperdi-
tarum mercium extitiſſet , & videbatur ꝙ ſic, per d.§.
fi.contrariũ tamẽ credo verius.ratio eſt,quia illa con-
ditio deperditarũ mercium nõ fuit appoſita , niſi cau-
ſa euitandi dãnũ aduerſæ fortunæ, & non cauſa lucri,
eo ꝙ non plus erat conſecuturus in eius aduentu,quã
ipſe habuit in mercibus,nec eſt par ratio ex l.fin.Cod.
de codicil.alias operaretur vltra intentionem contra-
27 hentium,†quæ intentio inſpicienda eſt.l. in conuẽtio
nalibus.de verb.oblig.l.fin.C.quæ res pig. oblig. poſſ.
Alex.in d.l.etiam filios.§.licet in dotalibus.nu.5.ff. ſo-
lu.mat.Bald.conſi.417.nu.2.5.vol. & maxime, quia hoc
28 dictat æquitas, †inter mercatores obſeruanda,vt not.
in l.ſi fideuſſor.§.quædam tamen. ff. mand. & in l.Lu-
cius.eod.titu.Bald.conſi.34.nu.2.4.vol . Alexand.in l.ſi
ſeruum Stichum.nu.4.ff de verbo.oblig.& Deci.in l.ſi
tibi pecuniam.ff.ſi cert.pet.nu.6.& ob hoc poteſt ſumi
notabilis limitatio ad l.in executione.§.fina.ff.de ver-
bo.obligat.ꝙ tunc demum conditio in contractu ha-
beatur pro impleta,quando per factum alterius impe
ditur,niſi ꝙ eius implementum reſultaret ad fauorem
impedientis,vel quando ſi reſultaret in eius odium,fie
ret contra intentionem contrahentiũ.quod nota,quia
ſi in contractu aſſecurationis iſta euenirent . conditio
haberetur pro impleta,& res fuiſſent ſaluæ,& ille im-
pediens reportaret lucrum:ſi aut habeatur pro imple-
ta,quo ad perditionem mercium,quę non ſunt deper-
ditę,dominus mercium conſequeretur illud lucrũ,de
quo non cogitauit,ſatis eſt & habere merces , quo ad
valorem quę fuit eius intentio,& nõ res,& æſtimatio
nem,ne locupletetur cũ alterius iactura , & in regula
locupletari,de regu.iur.ne actus agentium operetur
vltra eorum intentum,contra l.obligationũ ſubſtan-
tia.ff.de act.& oblig.& l.nõ omnis.ſi cer.pet.Bal.in cõ.
102.nu.3.in 3.volu.Corn.conſ.25.1.4. volu.& Decius in
d.l.non omnis,num.1.eod.titu.Licet alibi quandoque
extra quod agitur,naſcatur obligatio.l.ſi his,qui in fi
ne.ff. commodat . quia dictum fuit , quòd formæ ac-

ſecurationis ſolent eſſe,ſi merces deperdantur in hoc
viagio,ſiue in hac nauigatione. Quæro quid ſi ſimpli-
citer fiat aſſecuratio,non facta aliter expreſsione de na
uigatione,ſed ſolum,aſſecuro merces,quas deuehi fe-
30 ceris,in tali naui:†an intelligatur de quocunque via-
gio,an tantum de primá nauigatiõe,maxime ſi eſſet na
uis quę ſolet bis in anno petere certum portum,vt no-
ſtræ Piſarum petunt,vel Flandriæ, dic quòd intelligi-
tur tantum de primo viagio ſeu nauigatione per tex.
in l.fidei commiſſa.§.ſi quis ita de legat.tertio,per quē
text.dicit not.Baldus in l.licet.cap.loca.in 4.quæſt. ꝙ
31 ille qui promittit aliquid reaptare, intelligitur † pro
prima vice tantum,ſed de iſta quęſt.eſt expreſſa deciſio
in l.dotem.ff.de iure Dot.vbi dicit Ange.ibi eſſe tex.ꝙ
qui promiſit,vel fecit ſecuritatem bannito,intelligitur
de prima vice tantum.Iaſo.in l.diuortio.§.quod in an-
no .nu.15.ff.ſolut.mat.Alexan.in d.l.§.ob diuinationes.
nu me.7.& idem Iaſ.in d.l.duobus.§.ſi ei qui.ff.de iur
nu me.10.Alexan.in conſ.16.4.vol.Ita in propoſito, qui
aſſecurat merces alterius,intelligitur de prima nauiga
tione,niſi aliud exprimatur,facit l.boues.§.hoc ſermo-
ne.de verbor.ſignificat.& l.qui bis.de verbor.obligat.
& argu.j.l.eum qui Calen.eodem titu.cum materia fa-
32 ciat ad prædicta,†quæ ponit Bald.in dict.l.diuortio.§.
quod in anno.ff.ſolu.matri.poſt Cyn.& Iaco.de Aren.
in quæſt.illius qui vendit vuas vel roſas viridarij, quæ
ſolent fructuare bis in anno,quòd nõ debet habere ni-
ſi primum fructum.adde notab.in l.qui libertis.§.hæc
33 verba ff.de vulg & pup.† Qualiter autem in dubio ver
ba debent intelligi,dic per prius,& non per poſterius;
hoc eſt,de primo actu,& non de ſecundo.ad idem Bar.
in l.j.ff.ad l.Iul.maie.& dicit quòd ſicut petit pecunias
eundi & redeundi,& eſt indeterminate conceſſa, intel
ligitur de prima vice tantum.per dict.§ hoc ſermone,
& tene menti illam diſtinctionem Bart.de qua ibi,quia
multum prodeſt in iſtis ſecuritatibus,quando fiunt de
terminate appoſita ad ſtipulationem determinatam,&
quando eſt permiſſa indeterminata, & poſtulata hac
determinata,& econtra. Item quando ſtipulatio in-
determinata,& permiſſa eodem modo, vt in quæſt.no-
ſtra.Item adde ea quæ recitat Abb.in cap.fina.de treu.
& pace.D.Alexan.& Ro.ad dictum Bald.& Cyn.& Ia-
cob.de Aren.in quęſt.de vuis & roſis,niſi quãtitas pre
cij eſſet æquiualens,pro omnibus vicibus, quia multũ
facit ad iſtam quęſt.quia ſi ſolitum eſt aſſecurare à octo
pro cento,&quis indeterminate promittat,à ſexdecim
pro cento,videtur conſentire pro alia ſecunda nauiga
tione,habita conſideratione pro tali ſecuritate pręſtã-
da ad quantitatem precij.hoc multum iuuat in iſtis ſi-
34 milibus,†attendere qualitatem precij aſſecurationis.
& perſonæ aſſecurantis, & domini mercium per not.
per Barto.in l.cum quidam.ff.de ann.leg.in quæſtio.de
pitantia relicta indeterminate fratribus Minoribus,in
feſto ſancti Franciſci.Adde ad prædicta not.per Alexã.
in l.grege.ff.de fideiuſſ.in report.& in dict.§.hoc ſer-
mone.Adde ad prędicta quę ponit Bar.in l.triticum.ff.
de verbo.oblig.& Alex.in l.qui bis.eo.titu.de ſtipula-
tione,quando interponitur bis,& non cõſtat an ſuper
35 eadem,an diuerſa ſpecie.†quid autem ſi in vna & eadē
nauigatone merces transferantur de vna naui in aliam
ſi nouiſsime deperdantur cum mercibus, an teneatur
promiſſor de tali aduentu periculi?& in tali quæſtion.
eſt inſpicienda forma aſſecurationis,l.j.§.ſi conueniã-
tur.ff.depoſit.& in reg.contractus.de regu.iur. Si autē
fiat de mercibus,quę ſunt in tali naui,& tunc eſt diſtin
guendum per l.fin.§.ſi ea conditione.ff.ad l.Rhodiam.
de iact.ſi autem vtraque nauis fuit deperdita, & tunc
tenetur venditor periculi ad ęſtimationem,quando ſi-
ne dolo malo & culpa factum fuit, vt vtraque nauis
non perierit, ſed ſolum illa in qua nouiſsime res poſi-
tę ſunt:& tunc venditor periculi non tenetur,eo quòd
mentionem non fecit de dicta naui,& in.§.ſi ea con-
ditione.Ratio eſt,quia nõ eſt par ratio aſſecurationis,
quãdo merces deuehũtur in vna naui,& quãdo in alte
ra,immo ſolet id principaliter conſiderari inter ipſos
36 aſſecurãtes.facit l.Itē quæritur.ff.loc.§.j.etiam 2.†Sed
nũc quæro,quid ſi fiat exoneratio in ſcapha,in introi-
tu alicuius portus,vel forte in mari, an ſi pereãt dictæ
merces in ſcapha prædicta,teneatur ſuſcipiēs pericu-
lũ,& videbatur dicēdũ ꝙ nõ,ex quo de ſcapha in con-
tractu aſſecurationis non fuit habita mentio aliqua,
arg.l.quicquid de verb.oblig.maxime quia appellatio
ne nauis non venit ſcapha.l.ſi.ff.de fund. inſtru. immo
videtur dicendum ſicut in q.prædicta,quando nouiſſi
ma nauis fuit deperdita,prima remanente, ex quo ſca
pha reputatur alia nauicula de per ſe,nil coniunctum
habens cum naui.l.ſcapham.ff. de euict. & ideo caſus
37 contingens in naui,†non extenditur ad ſcaphã ſecun
dum Bald.in l.cum proponas.C.de naut.fœno.vbi di-
cit,ꝙ cõfiſcata naui,nõ venit ſcapha.inde Soc.in l.j.C.
de ſenten.quæ pro eo,quod intereſt.nu.122.Bart.in l.ſi.
ff.de fund.inſtru.& l.imperium.in 5.gradu meri Impe-
rij.ff.de iur.om.iud.Breuiter in hac quæſtio.poteſt di-
ci,ꝙ quando merces fuerunt trãſlatæ in ſcapham cau-
ſa nauis exonerandæ, & tunc iactura & caſus contin-
gens in ſcapha,debet ꝑinde iudicari,atque ſi contigiſ
ſet in ipſa naui.l nauis. primo reſponſo.ff. ad l.Rhod.
ſecus autē, quãdo alia de cauſa ob nauis neceſſitatem
hoc fiat,per iura ſuperius allegata,quia alia eſt nauis,
& alia eſt ſcapha.d.l.ſcapham.& vide quæ habentur in
l.item quæritur.§.j. & 2.ff.loca. ſed tunc iux. prædicta
remanet pulchra dubitatio. Ponamus ꝙ nauis appli-
cat ad portum ſecura,adeo ꝙ non poteſt iam eſſe peri-
culum nauis,tamen dum merces exonerantur, deper-
ditur nauicula,ſeu ſcapha cũ dictis mercibus,an ſit lo
cus aſſecurationi prædictæ.& in hoc multum ſunt põ
38 deranda†verba aſſecurationis, per l.in conuentiona-
libus.de verbo.obligat.quia tunc, vſquequo periculũ
quis acceperit,eo ipſo ꝙ applicuerit nauis ſalua,dici-
tur ceſſare periculum,per no.in l.prima.Cod.de naut
fœno.Si autem couſque in terra merces portentur, &.
tunc eſt aliud, quia eo ipſo videtur ſentire de ſcaph a
quia non ſolent aliter in terram merces à naui defer-
ri,niſi per medium ſcaphæ vel nauiculæ. Si autem di-
catur,Aſſecuro, quouſque nauis ſeu merces veniãt ad
talem ciuitatem, & intelligitur de portu ipſius ciui-
39 tatis:†quia quod eſt in portu ciuitatis,& quod ibi ſit,
videtur factum in ciuitate: vt not.in l.inſulæ.ff. de iu-
dic.allegat.per Bald.in conſi.357.nu.1.5.volum. ſed ad-
uertendum eſt, quod tunc demum caſus contingens
in ſcapha,reputatur fieri in naui ſiue contingere,quan
do aliter nauis non poſsit intrare portum ciuitatis ſeu
oſtium,quia hac de cauſa facta exoneratiõe in ſcapha,
perinde iudicatur,vt in naui.per l.nauis ſuperius alle-
gatam.alias diceretur eſſe in culpa de tali exoneratio-
ne.facit quod not.in l.Item quęritur.§.primo reſpon.
2.ff.loca.& ex hoc poteſt inferri ad quæſt.quam ſępius
vidi de facto in ciuitate Piſarum,quia poſtquam nauis
appulit in portum Liornæ,mercatores exonerant na-
uem in ſcapha:ſi autem contingat,quòd illę merces ca
piantur in ſcapha per aliquos,vt tunc ſępius ibi fit per
Genuenſes de portu Venetiarum, vel per alios latro-
nes,quòd non ſit locus contributioni inter alios mer-
catores,quia illa exoneratio non fit immediate cauſa
nauis,cum ſit in portu ſecuro, quo caſu debet ceſſare
contributio,cum non fiat hoc propter omnes, vt exigi
tur.l.prim.ff.ad l.Rhodiam de iact. & videtur de hoc
caſus in ſecund.§.ſi nauis.ff.eodem titu.imputetur qui
dem mercatoribus,qui ſuas merces deuehi faciunt per
ſcapham,ſiue barcam, quandoquidem ſibi aliter pro-
uidere poſſunt per terram deferendo,vel agatur con-
tra magiſtrum,ſi ipſe ſine eorum voluntate hoc fecit
per d.j.& 2.& d.l.Item quęritur.&ita fieri iuſsi in qui
buſdam precioſiſsimis rebus & magni valoris, quę
mihi



mihi commendatæ erant,ſiquidem Chriſtianiſſimo&
ditiſsimo Regi inuictiſsimo Portugaliæ ad cultum
diuinum deſtinatæ, quas vt pupillam oculi cuſtodire
tenebar, ob domini mei excellentiã rerumque preci-
40 oſiatem. †Qualiter autem fiat exiſtimatio prædictarũ
mercium in caſu aduentus periculi, an debeat haberi
reſpectus ad tempus infortunij & naufragij,vel ad tē-
pus emptionis,quando dominus eas emit,vel ad tem-
pus,quo poterant vendi,ſi naues ſalue ad portum fue-
erat &videbatur quod ad tempus infortunij,per l.2.§.
ſed in his ff.ad l.Rho.Item quia vt ſupra,alias dixi,iſte
contractus aſſecurationis eſt conditionalis,& per cõ-
ſequens debet incipi tēpus conditionis periculi.nota
in l.quoties.in die de verbo.obliga.& l.ſi Calendis,de
reiudica.breuiter puto dicendum,quod aut quis pro-
41 mittit ſalutem mercium in certo loco, † vt puta Vliſ-
bonæ,&tunc eius loci exiſtimatio inſpicienda eſt.l.ſi.
ff.de triti. cond.aut non promiſit dare merces ſaluas
in certo loco,ſed tantum æſtimationem vel valorem
mercium in caſu periculi, ſcilicet ſi nauis periret, vt
fieri ſolet.etiam inſpici debet tempus obligationis: &
ſic,prout tunc valebant, debet fieri æſtimatio.l.fundũ
Cornelianum.ff.de noua.cum concor.Ratio eſt, quia
tunc æſtimatio debetur iure obligationis,& ſic vide-
tur promitti id quod tunc valebant,vt ibi declarat.gl.
Item ille qui procurat in aduentu periculi ęſtimatio-
nem rerum ſuarum, videtur magis prouidere damnũ,
ne patiatur in amiſsione rerum,non autem conſiderat
lucrum:&per conſequens venit illud, in quo tunc dã-
num ſentire poteſt quando ſtipulatur,&non venit lu-
crum.Ad hoc facit bonus textus.in lege.ſecũ.§.portio
autem.ff.ad l.Rho.de iac.non ob.l.2.§.ſed in his.ſupra
allegata,quia ibi eſtimatio debetur loco rei,vt proba-
tur,eadē l.prim.§.ſed in iis,quia fit exoneratio collati-
onis,ſi res iactæ apparuerint:& ideo nõ immerito cõ-
ſideratur tempus iacti,& nõ quando emptæ,ſed quãdo
vendi poſſunt,nec obſtat dict.l. quoties.quia licet iſte
42 contractus, † vt pluries dixi,ſit conditionalis. habito
reſpectu ad aduentum periculi,tamen non poteſt dici
debitor rei,ſub conditione vel modo, vt ĩ d.l.quoties.
ſed ſemper dicitur debitor illius æſtimationis quam
promittit quando ſe obligat,quę æſtimatio erat certa
quãdo promittitur quanti res eſt,vt in d.l fundũ Cor-
nellianum.iuncta glo.vel aliter poteſt diſtingui,prout
Bart.in dict.l. fundum, & in d.l.quoties,& prout not.
in l. vinum .ff.ſi certum petatur : quod hic debetur æ-
ſtimatio iure obligationis, eo quod principaliter àd
43 eã ſe obligat.† & ſic inſpicitur tempus contr. obliga-
tionis ſuper tali æſtimatione. Quid autem ſi dominus
mercium æſtimauit merces ſuas in mille, & in rei veri
tate erant minoris valoris:an adueniente caſu pericu-
li,promiſſor aſſecurationis teneatur ad prædictam æ-
ſtimationem?& in hac quęſt.puto diſtinguēdum,quia
aut dixit,ſi res meæ peribunt,dabis mille:& in hoc ca
44 ſu,nulla eſt dubitatio,†ex quo ſic placuit contrahen-
tibus:regula,contractus.de reg.iur.& in l.contractus.
eod.titu.ff.& in l.in conuentionalibus.ff.de verb.obli
gat.Aut dixit æſtimationem ſuarum mercium,& ſub-
iunxit,quæ valent mille.& in hoc caſu,ſi reperitur de-
ceptus ipſe aſſecurans,reſcinditur prædicta æſtimatio
45 per not.in l.2.C.Quæ res vendi. †quia vt ibi dicit Bart.
& Bal.& alij, æquitas illius l.ſe extendit ad cõtractus,
de quibus tunc hincinde par debet naſci obligatio: &
hoc ſecundum naturalem ęquitatem. & eſt de mente
gloſ.in l.ſi quis cum aliter.§.fin.de verbor.obliga.ibi,
dum dicit,quòd ſi pro parte ſum ſtipulatus rem,quam
minoris emi quã dimidia iuſti precij parte.&ſic ſi do-
minus mercium plus æſtimationis petat,quam valeãt
ſuæ merces,promiſſor ſe tuebitur exceptiõe doli,& d.
l.ſi quis cum aliter.§.fina.ibi Bar.& communiter Doc.
quod nota,quia quotidie euenit de facto, quòd quis
dicit,Aſſecura mihi,ſi non erant tantæ æſtimationis,
non teneatur promiſſor ad tantum. Idem intellige de
aliis æſtimationibus aliarum rerum. ad prædicta be-
ne facit,quod nota. in l.fin. §.j.de l.2.& l. cum pater.§.
46 pater qui filio.eod.titul.†vbi verbum.æſtimatio,ſem-
per refertur ad iuſtum precium, licet ſimpliciter pro-
feratur.,& in l.ſi fundum.§. ſi liberatus. ff. de leg. pri-
mo. Præterea quæro, quid ſi dominus mercium dixit
ſe paratum ad nauigandum in certo tempore,quo non
erat tanti periculi nauigatio:& hac de cauſa aſſecura-
tor facilius aſſecurationē promiſit,an ſi dominus mer
47 ciũ diſtulit nauigationē,& non in bono tēpore, † ſed
forte in menſe Decembri, quo tempore ſolent tem-
peſtates naſci in mari,& nauigatur, ſi nauis cum mer-
cibus pereat,an teneatur promiſſor periculi?ad hoc eſt
dicendum,quod non teneatur.text. eſt in l.qui Romæ.
§.Callimachus.ff.de verbo.oblig.per quem text. dicit
ibi Bald. notabiliter in reportatis antiquis, quod ille
qui non nauigat tempore debito, ſi poſtea nauigat,
erit ſuo periculo.quod tene menti, quia quotidie acci
dit, & maxime Magiſtris nauium, & alijs nautis, qui
quando detinentur in portu à mulierculis, vel dulce-
dine vini Capatichi de Vliſbona.ꝙ ſi ſine cauſa expe-
ctant in portu,& poſtea nauigant tempore vt plurimũ
periculoſo,eorum erunt pericula nauis,& tenebuntur
mercatoribus ad intereſſe actione locati, per l.item
quæritur.§.j.ff.loca.Adde,quod not.in l.ſi.ad l.Rhod.
48 de iactis.& hoc manifeſta ratione, † quia ſicut nauta
& magiſter nauis excuſatur à caſu ſubmerſionis & pe-
riculi,quando non fuit in culpa,vt nota.in d. iuribus,
item quando eſt in culpa nauigando tempore indebi-
to,teneatur per dict.§. Callimachus.& per d.§.j. facit
quod not.glo.in regula,imputari.de reg.iur.in 6. de il-
lo qui culpa incidit in caſum. dicitur enim nauigatio
certo tempore periculoſa,l.ciuitas.C. de offic. præto.
prouin.& in d.l.item quæritur.§ j.ſupr.alibi no. Quid
autē ſi dominus mercium procurauit aſſecurationem
omniũ mercium ſuarum,& tēpore aſſecurationis ha-
bebat in naui merces ducatorum duorũ millium, po-
ſtea autem alias merces valoris mille habuit, & immi
ſit in dictam nauim,an ſi contingat, quod merces pe-
reãt,aſſecurator,qui ita indeterminate aſſecurauit,ad
valorem triũ milium teneatur? & videbatur quod ſic,
leg.fin.c.quæ res pigno.oblig.poſſ.vbi tex.eſt no.quod
iſta verba, ſub periculo rerum mearum, in contractu
49 appoſita,referuntur † tam ad res præſentes quam ad
futuras, ſed contrarium in præmiſſa quæſtion.credo,
per rationem illius l.ſi.cum ſit iuſtum,voluntates con
trahentium,magis quam verba inſpici,vt Bald.in con
ſi.417.nu.3.in 5.vol.Concordantias vide ibi per gloſ.cũ
quo aſſecurator videatur habere reſpectum ad illas
merces,quas de præſenti habeat in naui,non debet te
neri ad periculum aliarum mercium poſthabitarum.
facit quòd nota.in l.ſi ita.& in l.ſi Plautius.ff.de auro
& argen.leg.& quod per dicta iura dicit gloſ.in dict.l.
fina.& Barto.in dict.l.fin.§.j.de leg.2.nec obſtat dict.l.
fin.in contrariũ,quia loquitur ſpecialiter propter mo-
dicum præiudicium,quod eſt in pignore.ſecus eſt,vbi
50 agitur de magno præiudicio,vt hic,†quia aſſecurator
tenetur ad magnam æſtimationem, in aduentu peri-
culi,& idem Barto.in dict.l.ſi ita per l.ſtipulatus.§.cũ
ſtipulamur.& l.ſi à colono.§.fina.v.obliga. & in dict.l.
fina.Cod.quæ res pign.obliga.poſ. Iſta eſt communis
concluſio Docto.quòd licet ſimpliciter diſpoſitio cõ-
cepta,trahatur ad futura parum præiudicialia, vt in
dict.l.fina.ſecus tamen ad maxime præiudicialia.pa-
51 tet in l.ſi mandauero.§.is cuius.ff.mand.in fin. † vbi pu
blicatio bonorum nõ trahitur ad futura, vide Baldum
in conſi.337.numer.3.volum.primo.vbi ſingu.adde ta-
men ad prædicta,text.not.in l.cum ita.ff.de lega.ſecũ-
do.per quē tex.iſta quæſt.ſecuritatis de mercibus quę
erat ĩ naui,decidatur.quia nõ videtur ſecurare merces
quæ poſtea in naui fuerunt,per ignorantē,qui aſſecu-

rationem promiſit, illatæ. Prædicta tamen intellige,
niſi forma aſſecurationis referatur aliter ad merces
in hoc viagio ſiue nauigatione deuehi ſolitas,& ſub-
ſequenter quæro,ſi forma aſſecurationis fuerit con-
cepta in caſu naufragij & ſubmerſionis. cum autem
nauis vellet intrare portum timore piratarum,qui ſibi
erat, aufugit,& iterum rediit ad locum à quo aufugit,
vel diſceſsit, denuo cum ita nauigaret, ſubmerſa eſt
in via,an teneatur aſſecurator de tali aduētu periculi
& videtur quod non,per ea quæ dicta ſunt in verſicu.
52 quia dictum fuit, vbi habetur †quod aſſecuratio ſim-
pliciter concepta,refertur ad primam nauigationem,
ſed in contrarium facit,quia nauigatio prima fuit in-
utilis,& per conſequens non debet impedire effectum
aſſecurationis ſecundæ nauigationis, arg.eorum,quæ
de actu primo inutili dicuntur in l.ſi ita ſtipulatus §.
Chriſogonus. ff. de verborum, obligatione, maxime,
quia non potuit imputari in prima nauigatione por-
tum ſi non petijt,regula imputari.ff.de regul. iureiur.
Item conditio ſolita nauigatione, ſcilicet ſi nauis ac-
ceſſerit ſalua,non verificari potuit in prima nauigati-
one,cuius non extitit, debet eſſe aſſecurantis potius
quam domini mercium. arg. l. maritus. ff. loca Item
53 donec nauis ſalua non appulit ad portum, † ſemper
periculum ſubmerſionis ſolet eſſe aſſecurantis .l.opus
quod in aduertione .ff. loca.in principal. circa iſtam,
queſtionē, puto dicendum, quod aut aſſecuratio fuit
concepta,donec nauis appulerit,ſeu aplicauerit,vt in
l. prima, Codic. de naut. fœno. & tunc naue non in-
trante&ſedente,non poteſt illud verificari de appulſu
ad aquam,vt dicitur in l.j.ff.de ſerui.ruſt.præd.ſemper
periculum ſubmerſionis erit aſſecurantis, donec acce
dat ſalua.ſi autem hoc non fuit dictum, &tunc puto
54 diſtinguendum,†quod aut nauis non appulit ad por-
tum deſtinatum vi tempeſtatis, & licet redeat ad pri-
ſtinum locum,&de nouo ſubmergatur,erit nihilomi-
nus periculum aſſecurantis. Facit l.Cæſar. de publ. ex
quo verificata fuit conditio ſubmerſiōis, aut hoc pro-
ceſſit impedimento latronum,quia ſi latrones non fu-
iſſent in portu, nauis appulerat ſalua, & videtur quod
non teneatur aſſecurator.arg.l.ſi fundus.§.ſi.ff.loca iū
cta.l. perinde.eo.titu. In hoc tamen puto aduertendū
quia in contractu aſſecurationis videtur eſſe duplex
conditio:Vna,qua exiſtente,promiſſor lucratur preci-
um periculi: altera, quæ deficiens facit aſſecurantem
teneri ad æſtimationem rerum perditarum.Verb.gra-
tia, Si nauis fuerit ſalua cum mercibus. & ſi ſubmer-
gatur prima ſine defectu domini mercium & nauta-
rum culpa,& ſic non debet ei imputari,vt in d.regula,
imputari,& in l. Titia.§. Seia.ff.de leg.2.alias habere-
tur pro impleta in ſui odium,vt in d.l. executione.§.ſi.
de verbor. obligat.quia tamen hic iſta conditio defi-
cit facto tertij, eo quod impeditur facto piratarum in
portu exiſtentium, oportet quod denuo impleatur .l.
quibus diebus.ff.de conditi.& demonſtr. in principio
quia tamen non potuit denuo inpleri, immo defecit
per contrariam conditionem ſubmerſionis exiſtentis
iſtius contrariæ conditionis, facit vt ille promiſſor
omnino teneatur ad dictam, legem,ſi fundus.§.finali,
eſt dicendum, quod non loquitur in contractu, qui
procedit ab euentu conditionis,vt hic.cogita,& prę-
55 dicta confirma cum maris conſuetudine, † quę ſem-
per obſeruanda eſt in ſimilibus,vt in authē.de vſu nau.
§.fina.colū.9.& l. deprecatio. ad l.Rhod.de iac. Bald.
conſil.57.numer.2.2. volum.Socin. repet.l.2. de vulg.&
pup.in primo. Alexand.in l.j.num.51.& 52.ff.ſolut.mat.
& l.imperium.num.j.ff.de iur. omnium iudic. Ana utē
poſsit dominus mercium,cui promiſit promiſſor,euē-
tus periculi aliam aſſecurationem ſuæ aſſecurationis
facere,verbi gratia: Timeo ne ille qui aſſecurationem
promiſit,poſsit ſoluere æſtimationem mercium mea-
rū.& procuro ab alio ſuper hoc aſſecurari : dic, quod
ſic,tex.eſt nota. in l.decem.ff.de verb.obligat. & in l.ſi
decem.ff.de ſolut. poteſt enim quis ſtipulari , quanto
minus ab alio fuerit conſequens,vt ibi,dubium facit,
eo quod nondum ille primus tenebatur , ſed non ob-
ſtat.per nota. in l.quidam cum filium.§. fin.ff.de verb.
56 obligat.†vbi futuro debito accedit fideiuſſor idem in
l.eo tempore.§.j.ff.de pecu.& vbique Barto.& moder-
ni. An autem iſte talis qui promittit, quatenus alius
non ſoluendo ſit , dicatur fideiuſſor, & videtur quod
ſic,per gloſſ.not.in l.Titia.§. idem text. ff. de verb.ob-
liga.quam Bald.ibi in reportat. antiquis commendat,
57 & Alex.in l.vbi.eo.tit.§.illud,quod in dubio,†qui pro
mittit pro alio , videtur promittere vt fideiuſſor , hoc
tamen procederet , quando ad eius inſtantiam. vide
tamen Bart.in l.ſi ita ſtipulatus fuero.eo.titu.vbi facit
differentiam , an quis promittat nomine alterius , an
ſimpliciter , quod Titius debet , in quæſtione tamen
præmiſſa dic , quod non eſt fideiuſſor , ſed potius ob-
ligatus de per ſe,& conditionaliter factum , id eſt, ſi
alius non ſoluerit,vel quanto minus,vt in d. l. decem,
eo quod non illius nomine, ſed ſuo promittit indem-
nitatem pro alio , de quo vide Fran. de Aret. in leg. in
huiuſmodi.de verb.oblig.& quæ dixit Bartol.in l.j.C.
de conuent.fiſci debito,& in l.j.Cod.de decu.lib.10.&
vide tex.not.quem allega.Aret.in l.penult.in fin.de fi-
deiuſ.tuto.per quem text.dicit,not.quod ego promit-
to tibi , quatenus à debitore principali exigi non po-
58 terit,†quod non eſt fideiuſſio,ſed obligatio conditio-
nalis , conſtituens aliam ſpeciem actionis & obliga-
tionis.quod not. Quæritur inſuper iuxta materiam
aſſecurationis de vtili quæſtio.qui aſſecurauit merces
alicuius,quæ ſunt in tali naui, quæ merces in veritate
erant communes , & ſic diuerſorum mercatorum, qui
faciebant ſocietatem, an aſſecuratio prædicta intelli-
gatur eſſe communis,licet prædictæ merces ſint com-
munes,& ſic adueniente periculo pro omnibus tenea
tur,an vero propter res quæ ad illum attinent tantum:
& videbatur,quod pro parte etiam aliorum, arg. eius
quod dicimus de re ſimpliciter,iux,nota.in l. ſi rem.&
ibi bona glo.in verbo,totam.ff.de rei vendi.& per Bal.
in l.Titia.§.Lucius.de leg.2.& Bartol.in l.prædiis, eo.
tit.& in l Pomponius.§.ſed ſi.ff.de procurat. In con-
trarium tamen credo in quæſt.iſta. immo quod tātum
videatur pro parte aſſecurator. per l. ſi ita. §. Chryſo-
gonus. ff. de verb. oblig.ſed nunc quæritur , an in ſua
parte teneatur:videtur quod non,per ea quæ not. Bal.
59 in d.l.legatis,vbi eleganter dicit, † quod ſi princeps
eximit caſtra alicuius nobilis , intelligitur eximere
tantum ea quę ſunt eius propria,& non quę ſunt ei cō
munia cum alio.& idem Baldus in l.cętera.§.duobus
de lega.primo vbi dicit,quòd non obſtāte ſtatuto,po-
teſt quis ad proprium, & non ad commune territoriū
extrahere:ſed in caſu propoſito contrarium credo,&
hoc clara ratione,quia ex quo volebat maius pericu-
lum aſſumere,credens illas merces eſſe totas illius in
ſolidum,à minori debet videri pro parte.argumen.de
re integra,& ad non integram,quo vtitur Bald.in l.prę
tor.§.hoc idem.ff.de damn.infect.in fin.facit l.in to-
to.ff.de reg.iur.& l.ſi quis cum totum,de excep.rei iu-
dic.procedit enim argumentum de maiori ad minus.
l.in ſuis.de libel.& poſthu.&l.in eo quòd plus.& l.non
debet cui plus.ff.de regul.iur.& in regula,cuilibet.ex
tra.libr.6.Socin.in l.prima,quis & quo.numer.17.ff.de
leg.primo.l.Quę delegato.numer.4.& ibi.Iaſon.Nec
60 obſtat quia in aſſecuratione dixit res ſuas : † quia iſta
locatio verificatur etiam in communibus,& ſic in ſuis
ſecundum quod dict.l.illud.ff.de ritu nuptia.l.ſerui e-
lectione.§.de leg.primo immo in hoc.caſu locutio aſ-
ſecuratiōis prędictę,licet aſſecuratio ſimpliciter fiat,
intelligitur ſemper pro parte tantum ei attinente.l.nā
& ſi fur.§.ſi ſeruus communis.ff.ſi certum petatur.&
quod not.in d.l.ſerui.§.ſi.Item eſt bonus tex.per quem
vide-



videtur decidi iſta quæ. in l. ſi plures. ff. de damn. in-
fect . Alexan. in l.ſi quis in ſuo.C.de inoffi.teſtam.poſt
Bartol.quem tene menti.Non obſt.quod dicit Bald.de
immunitate & exemptione , quia cum ius publicum
lædatur,non nimirum ſi reſtringatur.facit nota.in l.j.
ff.de iu.immuni.§.fin. nec dictum Bal. indiſtinct.pro-
batur per d.l.legatis.cum alia verba ibi ponantur,ma-
gis mentem defuncti denotantia , ibi dum dicit , eius
cauſa parata.in caſtro autem res non videtur poſſe ſe-
cerni, & ne ſit exempta alterius pars , contra mentem
eximentis,non extenditur ad commune,immo potius
nulla cenſetur exempta.Idem in quæſt. ſtatuti, quia
illud eſt facere Reipub.ex natura ſtatuti,vt reſtringa-
tur l.quicquid adſtringendæ.ff.de verb.obligat. Quid
autem ſi in forma aſſecurationis fuit mentio de caſu
tempeſtatis?Verbi gratia,quia aſſumens euentum pe-
riculi,dicit : Aſſecuro tuas merces à caſu tempeſtatis,
61 †an veniat caſus latronum,piratarum,ſiue furum.leg.
vel contra. & videbatur , quod non, eo quod non fu-
it dictum per not.in leg. quicquid adſtringendæ.ff.de
62 verb.oblig.deci.iſtius quæſt.dependet ab illa,†an fur
tum computetur inter caſus fortuitos , de qua latiſſi-
me dixi.inſtitut.de actio.in §.ſed iſtæ quidem.in gloſ.
à caſu.& quod caſus latronum dicatur fortuitus, vi-
detur tex.in l.j.C.de poſſ.& in l.eum qui. §. idem ſcri-
63 bit.ff.de furt.† Quod autem iſti qui prædantur in ma
ri,dicantur latrones,vide tex.in authent.ne nulli.iud.
§.pen.col.8.in verſi.eos vero.Ratio,quia ex quo in ma
ri per vim res abſportantur , latrones dicuntur, ſicut
ſi fuiſſet in terra, vt ibi. Quod autem furtum non ſit
caſus fortuitus,ſentit glo.in d.§.ſed iſte quidem, quæ
ſolent ibi commendari in hoc,per Ang.& alios,& al-
legat Socin.in leg. cum duobus. §. damna. ff. pro ſoc.
Quidam tamen modernus Iaſon in dict.§. dicit, quod
illa gloſſ.ſibi, hoc non dicit.ſed vt ibi declaraui, bene
hæc gloſſ. dicit hoc modo,in eo quod propoſui, ꝙ res
poteſt amitti caſu , & non poteſt amitti quocunque
alio modo. ſub iſto,Quocunque alio modo,glo.intel-
ligit non caſum:ſi intelligas & addas fortuitum, gloſ.
eſt clara : quia exemplificando prædicta verba , quo-
cunque alio modo,exprimit furtum aut rapinam.ſi in
telligas pro quocunque alio modo, non caſum, id eſt,
fortuitum. & idem eſt.& ſic gloſſ. bene ſentit illud ad
quod allegatur per Ang.ſed an illa gl.dicat verum,eſt
64 alia conſideratio.& quod impetus latronum † & ra-
pinæ dicantur caſus fortuiti.facit l.j.C.depo.& l.con
tractus.de reg.iur.& l.quæ fortuitis.C.de pig.action.
& quòd non ſit caſus fortuitus,ſentit glo.in dict.§.ſic
itaque.& in dict.§.damna.& in l.nautæ.in gloſ.ſi.ff.de
nau.cau.ſta.eſt materia quæ traditur per canon,in ca.
j.de com.& ibi Abb.Pan.in pen.colum.& Alexand.de
Imol.in l.quod Nerua.ff.depo.in reportatis antiquis.
& veritas depēdet à deſcriptione caſus fortuiti,& dic
quòd in dictis locis ſolent allegare text.in ca.Ioannes
de homi.ad probandum quid ſit proprie caſus fortui
65 tus,† quod eſt inopinatæ rei euentus,cui prouideri nō
poteſt.vbi autem diligentiſsimus præcauiſſet, & pro-
uidiſſet, non dicitur proprie caſus fortuitus. proba-
tur ita etiam in hoc in l.2. §.eo.tempore.ff. de admini.
rerum ad ciuitatem pertinent. vbi bonus text.de quo
meminit Alex.in d.l.quod Nerua,& in l.ſi quis .§.que-
ſitum .ff.ſi quis cautio.& ex hoc ſumtur illa differen-
tia,quam Bald. in l.j.Cod.ad l.Corn. de ſica.dicit alibi
non inueniri, & Alexander.in dictis locis,quam ponit
gloſ.in d.l.prima inter caſum improuiſum: & caſum
66 fortuitum,† quia improuiſus dicitur, qui ſolet im-
prudentibus contingere ſeu euenire,de quo per Bald.
in l.fin.C.de tempo.appella.in prima & 2.colum.Bald.
conſili.270.in 5.volumi.vbi ſing.ſecundum meam Im-
preſſ.&in d. l.quæ fortuitis,&per l.ſi ea res.ff.de actiō.
emption.& l. ſed ſi damno.ff. loca.&l.ad eos .ff.com-
mo.de quo Abbas Panormitan.in dicto capitu.primo
de commod. dat euidens exemplum domus quæ mi-
nabatur ruinam, & corruens,occidit equum commo-
datarij, cuius ruinam diligentiſſime reparaſſet vel ibi
non poſuiſſet equum commodatum. & his præmiſsis
ad quæſtion. an furtum vel latrocinium dicatur ca-
67 ſus fortuitus, † vt ille,qui euentum periculi tempe-
ſtatis ī ſe ſumpſit, cum de eo teneatur,vt ſi aliqua cul-
pa ei cui euenit, vt puta domino nauis poſsit imputa-
ri, nauigando forte per mare, vbi ſciebat eſſe piratas
ſeu Corſarios, non dicatur euentus talis prouenire
ex caſu tempeſtatis, ſed potius ex imprudentia nau-
tarum nauigantium : alias ſecus, & iſta concluſio eſt
veriſsima ex nota. per doctor. in locis ſupra allegatis
ad l. contractus. ſupra allegatam, reſponderi poteſt,
vt Alexander,in l.his rebus. ff ſoluto matrimonio. Te-
nendum eſt igitur menti quod caſus tempeſtatis ſiue
fortuitus, diſtinguitur ab improuiſo per hoc, quod
culpa vel non culpa aſcribatur paſſo. & ad gloſſas ſu-
pra allegatas,quæ vocant furtum aut rapinā non ca-
ſum fortuitum, poteſt dici quod habent reſpectum à
communiter accidentibus: quia vt dicit not. gloſſ.in
dicto §.damna.in verſiculo,ſuperſit.& in l.prima.Cod
depo. furtum non ſolet fieri ſine aliqua culpa & mala
cuſtódia. & ſic poteſt inferri, quod fundata eſt inten-
tio de iur.cōm.cōtra principaliter patiētē,cui res fuit
furto ſubtracta,donec probet contrarium,vt dicit gl.
& ex hoc poteſt inferri ad cautelā , qua vtuntur mer-
68 catores in iſtis aſſecurationibus nauium, †dum di-
cunt,excepta fraude nauarchi, quia non ponitur.& an
veniat talis caſus in aſſecuratione,ſi non exprimatur,
de quo in ſequenti, quæſtio.ſolent excipere mercato-
res, fraudem nauarchi nauis in ſuis contractibus, de
qua poteſt dubitari, an dicatur caſus tempeſtatis, vt
veniret non excepta vel attenta forma aſſecurationis,
in ſequēti quæſtione, in primo poſita.primo per frau-
dem nauarchi intelligi ſolet inter ipſos , cum domi-
nus nauis aut magiſter ſeu gubernator fugit cum na-
ue &mercibus,vt audiui de quodam quem ego cogno
ui.& videtur aſcribendus iſte caſus inter fortuitos,ex
quo iſte magiſter nauis ſeu gubernator tanquam fide-
lis propoſitus fuit, argumento eius quod dici ſolet de
domeſtico fidato , & de illis perſonis, à quibus dili-
gentiſsimus non cauiſſet, iuxta not.per Doctor. in lo-
cis allegatis ſupra per gloſſam in l. contractus. de re-
gulis iuris dum ponit exemplum , in fuga ſer-
uorum qui cuſtodiri non ſolent . l.argumentum . ff.
commod . & gloſſa in l. cum duobus . § . vt damna.ff.
pro ſocio.& in furto facto per vxorem,quæ potionem
marito dedit mixtam olopio ad bene dormiendum:&
in furto per filium,de quo exemplificat Abbas in ca-
pitul.primo.de commod.& vidi de facto, quōd filia
69 cuiuſdam cuſtodis,carceratorum pietate ducta, cla-
ues ſubripuit patri clam,quas ſecum in lecto tenebat,
& cum illis ſoluit carceratos,& aufugit cum illis, qui
bus nulla vnquam dulcior fœmina,nec amicior fuit.
id quod dicit Angelus in l.bonę fidei.ff.de rei vendic.
vbi dicit excuſari poteſtatem , cui nobilis fuit datus
70 in cuſtodiam,qui erat bonæ conditionis & famæ.†de
quo illud non erat veriſimile,& tamen aufugit , & ita
in propoſito videtur dicendum in patrono ſiue gu-
bernatore nauis , ſi erat perſona fidata,de qua diligen
tiſsimus non præcauiſſet:vt ſi talis fraudem commit-
tat , cenſeatur caſus fortuitus : & per conſequens ſu-
ſcipiens euentum periculi teneatur, niſi excipiat , vt
71 ſolet excipi .In hoc tamen videtur cogitādum, † quia
licet qualitas perſonarum , à quibus quis non præca-
uiſſet , facit caſum æſtimari, quòd alias non æſtima-
tur ab aliis commiſſum : hoc tamen non debet intel-
ligi reſpectu alicuius lucri, in damnum alterius con-
ſequendi , ne quis videatur commodum reportare ex
dolo ſuorum . ſatis enim eſt , quòd poſsit excuſari
conuentus ab aliis vt de caſu fortuito. Item quan-

uis poſsit æſtimari caſus fortuitus reſpectu domini na
uis, qui talem nauarcum& gubernatorem preposuit,
non videtur tamen reſpectu tertij,qui merces in dicta
naui poſuit,quia nec tantam notitiam & fidem de præ
dicto habebat:ex quo videtur dicendum,quòd aut do
minus mercium aſſecuratarum erat dominus nauis,
& quo ad eum,reputetur caſus fortuitus à fraude na-
uarchi, quando ei non poterit aliquid imputari, ſi-
cut dicimus, quando per filium vel vxorem aliquid
committitur cõſimile eadem ratione.l.à Titio.de ver-
borum obligation.aut non erat dominus nauis,& tũc
ſecus à ratione ceſſante.l.adigere.§.quamuis. de iure
patronatus.l.ſi non remunerandi.§. ſi mandauero.ff.
mand.capitul.cum ceſſante de appellatio.& aliis vul.
ex alio tamen capite,ſi hoc volumus haberi pro for-
tuito,non videtur habenda prędicta diſtinctio, quia
ex quo quis ſumit in ſe periculum caſus fortuiti in ta-
li naui,vtroque modo dicitur fortuitus, prout in ta-
li naui contingit.Cogita item ex alio capite, videtur
inſolitus caſus,†eo quòd raro contingit per nota. per
Bartolum in l.Seio.§.medico.ff.de annu.lega. vbi vo-
luit quòd qui tenentur de caſu fortuito, non tenean-
tur de illo qui contingit de mille annis vna vice, & in
l.ſed ſi quis.§.quæſitum.ff.ſi quis caut.per l.fiſtulas.§.fi
na.de contrahend.emption.de quo tamen vide ibi no
ta.per Baldum.Angelum & alios modern.quos recitat
Alexand.in dicto §.quætum, & dicam infra proxima
quæſtion.Tutius tamen eſt,vt iſte caſus excipiatur in
ſecuritate,vt fieri conſueuit.quod autem de ſecurita-
te qua vtuntur ruſtici, vt verbis Odofredi loquar in
dict §.quęſitum.in fin.promittis euentum periculi vel
tempeſtatis & licet ipſe teneat ibi,quòd talis conuen-
tio ita regularis non valeat,ne ſub inuolucro verbo-
rum quis teneatur vltra quam exiſtimauit,tamen Bar-
to.in l.ſi is qui.ff.de acquirend.rerum domin.aliter vi-
detur dicere,immo quòd qui ſuſcipit in ſe ſuo pericu
lo,videatur ſuſcipere caſus fortuitos: cum quo breui-
ter tranſit Alexander in l.ſed ſi quis.§. quæſitum.ff.ſi
73 quis caut.nume.10.in fin.column. †hoc autem relin-
quitur vſui loquendi,quid intelligatur periculum,ſed
præſuppoſito quòd ex communi vſu loquendi cõprẽhẽ
deret caſus fortuitos,quid attẽdi debet l.Labeo.§.pri
mo de ſupelle.leg.l.librorum,de verbo.ſign.cum ſimi-
lib.Vulgò enim periculum debet intelligi ſecundum
vſum loquendi.An autem valeat conuentio ſic gene-
ralis,per quã quis ſe obligat ad caſus fortuitos, nõ ſin
gulatim aliquem caſum exprimendo, de qua quæſtio
per doctor. in dicto §. quæſitum. & in l. iuriſgentium
§.ſi quis pactus. ff. de pact. & alibi Bartol. in d.§.quæ-
ſitum, tenet quod valeat, & de omni caſu fortuito te-
neatur per l. quæ fortuitis .Cod. de pignor. action. in
fine & gloſ. in l.ſi quis fundum in principio .ff. loca.
licet gloſſ.in d.l.fortuitis intelligat illum text.quãdo
ſpecialiter quaſi per dinumerationem caſuum. Quod
autem teneat dicta conuẽtio, & de omni caſu fortui-
to tenet Alberi. de Roſa.in d.ff.quæſitum,&dicit hoc
eſſe non dubitandum. eo quod expreſſum fuit, & ceſ-
ſant rationes quæ dicuntur in contrarium. allegatur
in arg.l.ſi quando.de leg.primo.Iſtud idẽm tenet gloſ.
in d. §.quæſitum,& Bartol.in l. Titius. de lib.& poſth.
quem ſciunt communiter Moderni in d.§. quęſitum p
iura Bartol.& hoc in contractibus extraiudicialibus,
ſicut eſt iſte aſſecurationis,&veniunt etiam caſus for-
tuiti contingentes ex natura rei, per l. Item quæritur.
74 §.ſi gemma.ff.loca.† Caſus autem fortuitus inſolitus
non venit ſecundum Bartolum,per l.fiſtulas.§.fina. de
contrahent.empt.& dixi in precedenti quæſt,vbi fuit
dictũ ſupra de fraude nauarchi,qui videtur caſus for-
tuitus & inſolitus. Bald. tamen & Ange. & alij tenent
contra Bartol. Immo quod in ſuſceptione caſus fortu-
iti venit caſus inſolitus,&ad l.fiſtulas,dicit Bald.quod
ibi caſus inſolitus, non erat fortuitus, quia licet ni-
ues immoderatæ ſint in hyeme, hoc dicitur potius
contingentia ſecundum naturam, & ideo nil mirum,
quod non teneatur ille qui ſuſcepit periculum caſus
fortuiti.Dominus Antonius de But.in cap.j.de comm.
quem refert Alexand.in dicto.§.quæſitum,ſimpliciter.
tranſit cum Barto.& Ang.cum Bartol.in conſil.173.ſed
Imol.in dict.c.j.& Salic.in l.licet.c.loca.& Alexan vbi
ſupra,tenent cum Bald.contra Bart.Io.de Monte Spe-
rello præclarus Doctor. Peruſinus,in lectura mea,vi-
detur hoc aſſignare pro contrarietate Barto. propter-
ea quod dixit in l.ſcio.§. medico.de ann. leg.vbi Bart.
dicit.argu.illius §.quod ſi quis renunciauerit caſibus
75 fortuitis,†tenetur de caſu fortuito contingente com-
muniter: ſecus, ſi eſſet inuſitatus, qui veniret ſemel in
ſpatio annorum mille.& in d.§.quæſitum. in fine,di-
cit, quod vbicunque dixit quem teneri de caſu for-
tuito,intelligit de ſolito, & non de caſibus inconſue-
tis,& non veriſimilibus,per dict.§.fin. In veritate ego
non video iſtam coutrarietatem,quam præfatus doct.
vult aſſignare,quia in vtroque loco Bartol. idem dicit
ſecundum lecturam meam. vt ſupra retuli, verum ta-
men eſt,quod ille §.final.videtur dicere contra Barto.
prout ſolent doct. dicere,quia ibi tenetur ille,qui pro
miſit ſe præſtiturum, ſi quid vi vel tempeſtate factum
eſſet de caſu contingente contra conſuetudinem tem
poris, & ſic ſecundum Salicet. ibi probatur, quod in
76 ſuſceptione caſus fortuiti, † intelligatur venire in-
ſolitus.In hoc articulo D.Ioan.de Mon.Spe.facit quã-
dam conſiderationem trium caſuum. Primus, quod
ſuſcipiens caſum fortuitum, non tenetur de caſu qui
communiter accidit. Ratio eſt,quia iſte caſus non eſt
inſolitus.l.quod ſi nolit.§. aſſidua, de ædil. edict. Se-
cundus caſus eſt, quod perraro & vix ſemel, qui de
mille vicibus venit vna.& de iſto nõ tenetur, eo quod
de iſto non videtur cogitandum.Tertius caſus eſt me
dius, ſcililicet qui eſt inſolitus, & non communiter
contingens, non tamen inſolitiſſimus, id eſt, nun-
quam contingens: & de iſto tenetur, per dict.§. final.
qui aſſumit in ſe periculum caſus fortuiti. vnde ſol-
uendo Bartol. dicit, quod iſti tres caſus probantur in
dicto §.final. Primus,ibi dũm dicit,contra conſuetu-
dinem, ergo non contra conſuetudinem, & ſic com-
muniter. & tertius probatur ibi, immoderata ergo,
non immoderatiſſime. Iſta ponderatio eſt multum
exquiſita & ſubtilis pro ſaluando Bartol. ſed non cre-
do quod venerit in mentem Bartol. nec iuriſconſulti,
in d.§.fin.Ego autem pro ſaluando Bartol.cogitabam,
ſi dictum Bartol. poſsit probari, in dict.§. finali, argu-
mento ſumpto à contrario ſenſu,ſecundum Deci. in l.
pecuniam quam .numero primo .ff. ſi cert.pet. & in l.
ex teſt.num.4.Cod.de col.Bald.in l. tale pactum .§.qui
ff.de pact.Socin.in reg. & fal.num.46.ſiue dicamus il-
lam immoderationem eſſe caſum fortuitum ſiue inſo-
litum,& hoc iſto modo ibi fuit dubium,an ſuſcipiens
in ſe periculum caſus fortuiti promittendo ſe præſti-
turum,ſi quid vi aut tempeſtate factum eſſet,an tene-
atur ſi niues frumenta corrumpant,& Labeo iuriſcõ-
77 ſultus reſpondet, quod ſic, præſupponendo,† quod
quando niues corrumpunt frumenta,eſt caſus fortui-
tus,vt ſtatim declarabo, Ratio eſt quia communiter
niues, vt dicunt, Agricolæ, & commitatiui experti,
ſolent prodeſſe agro, eo quod putrefaciunt terram:
& ideo ipſi dicunt, quod quando ningit plurimum
tempore debito, vocant annum fertillem, & dicunt
eſſe indicium fertillitatis. Corrumpunt autem niues
frumenta, quando ſunt immoderatæ, & quando ve-
niunt contra conſuetudinem temporis, vt in dicto §.
finali. Ratio eſt, quia contrariorum eadem eſt diſci-
plina. Inſtitut. de his, qui ſunt ſui vel alieni iur. Bar-
tolus in l.inter ſtipulantem.§.ſacram.ff.de verb, obli-
gati. Socin.in Rub.de acquiren.poſſeſ. num.3. Bald.in
conſil.142.num.3.in 2.volumin.&conſil.398.num.3.in.3.
volu.



volum. quia eo modo quo proſunt tempore debito,
nocent & corrumpunt tempore indebito l.ſi merces.
§. conductor.ff. loca. Cum igitur niues ſolent pro-
deſſe,ſi veniunt moderate & congruo tempore,argu-
mento à conſuetudine ſecundum Socin. in l. certi. §.
nummos. numer. prim. ff. ſi cert. petat Cæpollinus,
conſilio. 30. columna, finali Aret. conſilio .116. Imol.
conſilio,42.11.colũn.§.aſsidua.l.ſi quis nolit.ff.de ædil.
78 edict. cum vulg. maxime † quia naturam preſumitur
producere res ſuo tempore & modo,& non peccare.l.
merito .ff. pro ſoci. & eorum quæ habentur Secunda
Secundæ, in libro de fide: & quia igitur malum dici-
tur & videtur, naturam peccare cum facit monſtruo-
ſa,& maxime,quia natura ſunt immutabilia. inſtit. de
iu. nat. §. ſed naturalia.ſi contingat alio tempore ve-
nire niues, & immoderatius quã ſit debitũ,videt̃ pro-
uenire à caſu fortuito,vt patet in diffinitiõe caſus,qui
eſt inopinatæ rei euẽtus,cui reſiſti facto hominis non
poteſt,ſecundum gloſſam, inſtit. de re. diuiſ. §. The-
ſauros . de quo in capitu. Ioannes de homi. & in l. 2. §.
eodem tempore.ff. de adminiſtr. rerum ad ciuitatem,
pertinent. dicitque Iuriſconſultus in §. finali,l.fiſtu-
las.quod tunc agi poteſt contra eum qui aſſumpſit pe-
riculum caſuum, cum niues corrumpunt frumenta,
79 quia & hic caſus fortuitus eſt. †quod contingit duo-
bus modis,ſi ſunt immoderatæ. Item ſi contra conſue-
tudinem temporis, & cum hoc eueniat communiter
quod iſtis duobus, vel altero eorum concurrentibus,
corrumpantur frumenta,non poſſunt dici caſus inſo-
litus,immo potius ſolitus corrumpere frumenta. Itẽ
in eo tempore quod dictæ niues veniunt immodera-
te, & contra conſuetudinem temporis, dicitur caſus
fortuitus, vt dixi ſupra. & propterea credo,quod Bar-
tolus habuit bonum intellectum ad dictum.§. final.
quod declaratur ex duplici eius ſummario in dicto §.
& in eo,quod ſic ſumat. qui ſuſcipit in ſe caſum fortu-
itum, tenetur de caſibus fortuito contingentibus,re-
fertur ad id quod communiter accidit, quia commu-
80 niter † niues. ſolent corrumpere frumenta, ſi ſunt ĩ-
moderatæ&contra conſuetudinem tẽporis,in eo autẽ
quod ſummat, quod caſus fortuitus intelligitur ino-
pinatus, & non ex conſuetudine eueniens, refertur
ad mentem, & deciſionem Iuriſconſulti, qui dicit il-
lum teneri de corruptione frumentorum cauſata
contra conſuetudinem temporis, qui in ſe accepit pe
riculum caſus fortuiti. Quia tamen Doctor.Bald.
& alij ſequaces dicunt ibi eſſe literam. contra Bartol.
eſt aduertendum, quòd litera illius §.poteſt duplici-
ter conſiderari. Primò, quòd illa verba, dum tex-
tus dicit, agi tecum ex empto, poterunt referri im-
mediate ad illa verba, ſi niues immoderatę & con-
tra conſuetudinem temporis fuerint:& iſto modo in-
telligit Baldus & ideo dixit ibi probari, quòd qui ſu-
mit in ſe caſum, intelligit de inſolitis: ſed non vide-
tur ſic intelligenda, immo aliter, ſcilicet agi tecum
ex empto poterit,ſi ea frumenta niues corrumpant,
quod contingit. Intellige tu,ſi tales niues immode-
ratæ fuerint, & contra conſuetudinem temporis, vt
iſto modo intelligendo, ſoluatur intellectus Barto.&
dictum eius in dicto §.quæſitum.& in dict.§.medico.
& videtur vera intelligentia illius.§.fina.pro ſoluen-
81 do Barto.& ex hoc concluditur,quòd ex quo,†vbi ap-
pellatione caſus fortuiti iuriſconſultus ibi intelligit
& declarat venire caſum fortuitum ſolitum, ſcilicet
corruptionem frumentorum propter niues immode-
ratas,& conſuetudinem temporis, vt latiſsime ſupra
declaratum fuit, quòd à contrario ſenſu videatur ta-
cite velle,quòd non veniat caſus inſolitus,ſiue non v-
ſitatus venire:& tene menti prædicta,quia vt dixi, re-
centiores doctor.dicunt,quòd ille §.fina. facit potius
contra Bartol. In veritate non auderem dicere, quòd
Bartolus fuerit tam improuidus, quòd allegaret di-
ctum.§.final.contra ſe,immo eum vidit & ponderauit
ſubtiliter,ſi bene cogitas,quia ille caſus erat fortuitus
& ſolitus, vt declaraui, & ideo venit: & ſi eſſet inſoli-
tus, non veniſſet, vt à contrario illius literæ ſumi po-
teſt, & probatur clarius in dicto §.medico.& vt Bart.
ibi applicat,iſta non videntur extra materiam aſſecu-
82 rationis,quia multum faciunt pro illa quæſtione, †an
in ſuſceptione generali caſus fortuiti veniat ille caſus
vulgo qui dicitur Ribaldaria patroni,& ſunt vtilia ad
ſaluandum opin.Bartol. Aliter ſi intelligas, vt Baldus
& ſequaces,non poſſent ſaluari verba illius literæ, vt
declaraui ſupra,& ſi volueris concordare iſtas opinio
nes, poteris & ex prædictis dicere,quod quando Bal-
dus in dicto §.quęſitum,& in dicto.§.frumenta.dicit,
quod qui ſuſcipit in ſe periculũ caſus fortuiti,tenetur
de inſolito, habet reſpectum ad tempus niuium: quia
non ſolent eſſe immoderatæ, nec contra conſuetudi-
nem temporis.quando autem Bartolus dicit,quod qui
tenetur ad caſum fortuitum,tenetur de ſolito per dic.
§.habet reſpectum ad effectum ipſius caſus, quia com
muniter quando ſic euenit, ſolet corrumpere, fru-
menta,& ſic dicetur damnũ ſolitum prouenire,ex im-
moderatis niuibus & contra conſuetudinem tempo-
ris niuium.& videntur prædicta de mente Bald.in c.j.
83 quibus modis feudum amittatur. †vbi dicit,quod ca-
ſus qui de facili contingunt,non dicuntur fortuiti,ni
ſi habeant in ſe aduerſam fortunam,per cap.§.ſi. & de
effectibus caſuum fortuitorum.vide ſingul. Baldi con
ſil.271.nume.2.quinto vol.& conſi.493. num.3.in 4.vol.
vbi nota.

## *SVMMARIVM.*

1 *Verbum,periculum,eſt verbum generaliſſimum.*
2 *Periculum generaliter prolatum,intelligitur de pe-
riculo adueniente per omnem culpam, non autẽ per
caſum fortuitum.*
3 *Verbum periculum,quandoque comprahendit fortui
tum caſum.*
4 *Verba appoſita in contractibus,intelligũ tur ſecundũ
naturam contractus.*
5 *Periculum,verbum, quandoque accipitur proprie,
quandoque improprie,interdum impropriiſſime.*
6 *Suſceptio generalis periculi in ſe,an valeat,necne.*
7 *Caſus fortuiti an veniant ſub nomine periculi.*
8 *ſuſcipiens in ſe periculum,ſ.rem non poſſidet,nec an
te teneatur aliqua obligatione, an teneatur de ca-
ſu fortuito.*
9 *Periculum in ſe ſuſcipiens, an veniat leuiſſima
culpa.*
10 *Semper eſt inſpicienda nautarum aſſecuratio, &
qualitas eorum quæ fieri conſueuerunt.*
11 *Verba debent intelligi ſecundum ſubiectam mate-
riam.*
12 *Aſſumens periculũ caſtri, tenetur de caſu fortuito.*
13 *Periculum abſolute prolatum circa ea quæ deferun
tur per mare, an comprahendit caſum aduerſæ tẽ-
peſtatis.*
14 *In contractibus magis mens,quam verba contrahẽ
tium ſunt inſpicienda.*
15 *Verba quandoque impropriantur ſecundum ſubie-
ctam materiam.*
16 *Aſſecurator aſſumens periculum mercium, non in-
telligitur de periculo ex culpa proueniente.*
17 *Verbum, periculum, an ſumitur pro caſu for-
tuito.*
18 *Promittens ſub pœna aliquem non inquietare,non
incurrit pœnam,ſi ex parte offenſi inquietudo pro-*

*cedit.*

19 *Factum tertiæ perſonæ non impedit obligationem cõmitti.*

20 *Aſſecurator qui tenetur de quolibet periculo, tenetur etiam de periculo contingente facto tertij.*

21 *Intellectus ad l.fin.l.plane.la 2.ff.d.l.primo.*

22 *Pericula nauium vt plurimum procedunt culpa nautarum.*

23 *Nemo debet ex dolo tertij aliquid lucri conſequi.*

24 *Fraus & dolus nemini patrocinari debet.*

25 *Dolus tertij non iuuat aſſecuratorem contra aſſecuratum.*

26 *Iniuſtitia & caſus fortuiti æquiparantur.*

27 *Dictionis, vel, eſt implicare diuerſa.*

28 *Suſcipiẽs periculum caſus fortuiti, tenetur de omni eo, quod latrones ſurripiunt quouis colore.*

29 *Periculo quis non debet ſe exponere.*

30 *Pecunia an ſuccedat loco rei.*

31 *An aſſecurator teneatur, ſi merces deteriorentur à muribus vel tinea.*

32 *Iudæi ſi non excutiunt puluerem à pignoribus, & rodantur, an teneantur.*

33 *In contractibus mercatorum magis æquitas, quam iuris rigor ſpectatur.*

34 *Repreſſalias ſi quis ſoluerit, nunquid poterit repetere ab eo, qui fuit cauſa quòd datæ fuerint.*

35 *Damnum datum culpa tua, an mihi contra te competat regreſſus.*

36 *Legatarius non excluditur à beneficio legati, licet factus ſit inimicus teſtatoris ſine culpa ſua.*

37 *Culpoſo ſi imputetur id, quod culpa ſua obuenit, oportet vt culpa ſit cauſa immediata illius quod ſequitur.*

38 *Qui occaſionem damni dat, damnum dare videtur.*

39 *Cauſa differt ab occaſione.*

40 *Iniuria facta vni, non debet nocere alteri, niſi hæc alteri facto contingat.*

41 *Culpa ceſſante, nõ tenetur quis de damno dato illius occaſione propter ignem.*

42 *Inimicitia quædam generalis, alia ſpecialis.*

43 *Aſſecurator periculi ſubmerſionis nauis, an teneatur, ſi nauis tantum fuit deiecta.*

24 *Coacte aliquid faciens, an dici poteſt id voluntarie facere.*

45 *Quando aliquid fit ab aliquo, an præſumatur id eſſe factum cauſa potius defenſionis, quam offenſionis.*

46 *Quando quis tenetur ad certam quantitatem, reſpectu certe ſpeciei, an dando illam quantitatem liberetur.*

47 *Aſſecurator ſi ſoluit æſtimationem mercium, & res poſtea appareant, an poſſit cogere dominum illas accipere, & precium reſtituere.*

48 *Conuentus ex aliquo contractu, non poteſt opponere contra agentem quæſtionem domini.*

49 *Aſſecurator ſi in aſſecuratione expreſſit caſum piratarum, ſi noctu à latronibus terreſtribus merces ſint derobatæ vel ſubtracte, an de tali damno teneatur.*

50 *Appellatione piratarum, an fur vel latro comprahendatur.*

51 *Furtum vt in pluribus, fit culpa & negligentia non bene cuſtodientium.*

52 *Piratæ tanquam hoſtes patriæ poſſunt impune interfici.*

53 *Incurſus piratarum inſidiis, naufragium, & incendium æquiparantur.*

54 *Piratæ ſunt fures potius quam latronee.*

55 *An latro fur dici poteſt, ſi ſine vi & occulte furetur.*

56 *Aſſecuratio indeterminata ſine expreſſione numeri & menſuræ, an valeat.*

57 *Habens æſtimationem rei, an rem ipſam habere videatur.*

58 *Qui in contractibus poteſt legem apertius dicere, ſemper contra eum interpretatio eſt facienda.*

59 *Aſſecuratio facta de mille, quæ habet in tali naue, an valeat, & de quibus eſt intelligendum.*

60 *Aſſecuratio incertorum de incertis, an de iure valida cenſeri debet.*

61 *Aſſecuratio facta de vna biſacha lanæ, & ſi nauigio reperiantur diuerſæ ballæ lanæ, de qua intelligendum.*

62 *An contrahentibus licitum ſit conuentionem extendere.*

63 *In conuentionibus inſpicitur vſus communis loquendi.*

64 *Appellatione mercium, an veniant margaritæ & annuli & pecunia.*

65 *Res omnes deſtinatæ ad vendendum, an loco mercium habeantur.*

66 *Confiſcatio fienda de mercibus, an extendatur ad pecuniam numeratam.*

67 *Stipulatio in caſu mortis, an extẽdatur ad mortem ciuilem.*

68 *Promiſſio de non alienando, an poteſt rem pignori dare.*

69 *Aſſecurans nauem, an intelligatur aſſecurare corpus nauis, an merces in ea exiſtentes.*

70 *Appellatione contenti, an intelligatur continens.*

71 *Verba in dubio ſemper ſumuntur proprie, & nõ improprie.*

72 *Aſſecuratio facta de tali naue an intelligatur de corpore nauis, an de mercibus, vel de vtroque.*

## *QVARTA PARS.*

CONTINVANDO ad præcedentia, hoc in dubium non indocte ac imperite verti poteſt ſi in aſſecurationibus dicatur abſoluti, Ego aſſumo periculũ huius nauis vel tuarum merciũ: de quo periculo intelligendũ eſt, & an veniat caſus fortui-
1 ti? & videbatur dicendum quod non, † cum iſtud verbum, periculum, ſit verbum generale ſummum, & nõ debet ſic late intelligi. comprehendit equidem caſum improuiſum, ſcilicet ex culpa prouenientem, vt l. ſi, quis nec cauſam, & ibi Iaſon num. 26, vt l. rogaſti .ff. ſi cert. pet. intelligo, prout ibi gloſ. & l. ſi vt certo, §. commodatum .ff. commo. l. litis §. ſi pecuniæ. ff. de negoc. geſt. & alibi in diuerſis locis allegat. per gloſſam primam, in l. ſi quis. §. quæſitum. ff. ſi quis caut. & Iaſon in l. à diuo Pio. §. poſt. numer. ſextum .ff. re iudic. Sumitur etiam pro caſu non fortuito in l. opus, quod in aduerſione .ff. loca. quem textus ibi Bartolus, nota. ad hoc, in gloſſ. in l. iuriſgentium .§. ſi quis pactus ſit. ff.
2 de pacto intelligit tibi, † verbum periculum, generaliter prolatum, pro aduueniente per omnem culpam, non autem per caſum fortuitum, Idem gloſſ. in dicto §. quæſitum. & communiter ſcribentes ibi per dict. l. opus. Bartol. & alij quos non expedit allegare. de qua materia Cyn. Baldus. in l. pri. Cod. commod. & Baldus in l. falſus in fin. col. C. de furt. & dictus Decius in regula



gula, contractus. de regul. iur. Salice. in l. licet. §. locati. Imol. in l. Titius. de libe. & poſthu. Roma. Raph. & alij in d. l quæſitum. ibi. & in dicta l. Titius. Alexander de Imol. dat concordã. Idem tenet Odofred. in d. l. opus,
3 & in dicto §. quæſitum. & Alberi. de Roſa † quandoque comprehendit caſum fortuitum, vt in l. item quæritur. §. ſi gemma. ff. locat. & in l. j. §. ſæpe. ff. depoſit. & in l. ſi quis fundum. §. ſi colonus. ff. loca. & in l. cum proponas. C. de naut. fœnor. vbi verbum periculum, videtur referri ad maritimum tempeſtatis diſcrimen, & ſic ad caſum fortuitum, vt in l. Ariſto. ff. mandat. Socin. in l. ſi quis. nume. 15. ſi cert. peta. intelligendo vt ibi dicit glo.
4 † vt iuxta contractum verba aliquid operentur, vt in l. ſi quando. ff. de legat. j. idem Iaſon in l. hæc verba. numer. 34. ff. eodem titul. Eſt enim iſtud verbum generale, aptum ad vtrunque compræhendẽdum, fortuitum & improuiſum, vt in titu. de peri. & commo. rei vendi. & in iuribus ſupra allegatis. & alibi quæ non expedit allegare. & hoc, ſiue contingat in terra, ſiue in mari, quia vtroque modo verificatur verbum, periculum. l. 3. de donatio. cauſa mortis. & in dicta l. cum proponas. & in l. ſi periculi. ff. de naui. fœnor. & in l. ciuitas. C. de offi. prætor. prouin. & alibi, etiam per Bald. in l. 2. C. de naut. fœno. & in 2. epiſtola Pauli ad Corin. ca. vndecimo: Periculis fluminum, periculis latronum, &c. Cum autem poſsit comprænhendere & fortuitum & nõ fortuitum, videtur quod vtrunque comprehendat, per ea quæ in dubio de verbo, fortuna, dicit Bar. in l. ſi is qui. ff. de acquir. rer. domin. Circa hoc puto aduertẽdum, quia iſtud verbum, periculum, ſecundum Albericum in addition. proprie ponitur pro periculo perſonæ, allegat l. inter poſitas. C. de tranſact. & videtur text. in l. 3. de dona. cauſa mortis. & ſic ſecundum hoc pro periculo rerum ſumitur improprie. Inter rerum autem pericula, gloſſ. in dicta l. item quæritur. §. ſi gemma. dicit proprie periculum, quod culpa non contingit, per d. l.
5 opus. † & ſic eſſet dare proprie, improprie, & improprijſsime ſecundũ prædicta. Proprie, pro periculo perſonarum: improprie, pro rerum culpa tunc proueniẽte: impropriiſsime, pro caſu fortuito. Quid autẽ comprænhẽdat, ex prædictis patet. & latius ex collectis per Alberi. de Roſa. in addition. in verb. periculum. Quid autem ſpecialiter veniat in eo, periculo abſolute ſuſcepto, &c. An valeat talis conuentio, nõ eſt noua neque parua quæſtio, vt ex nota. per gloſ. & doctor. antiquos & modernos. patet in d. §. quæſitum. & d. l. iuriſgentium. §. ſi quis pactum: & alibi, quorum opinio. nõ recito, quum per glo. in d. §. & Barto. & Bald. & Alberi. & Odofre. Guil. de Cun. & alios latiſsime recitentur.
6 in d. §. quæſitum. Quantum autem ad hoc, † an ſuſceptio generalis valeat. Bar. in ſuſceptione caſus fortuiti tenet. quod ſic, cum quo communiter alij tranſeunt, per l. quæ fortuitis, in fi. C. de pign. actio. In ſuſceptione antẽ periculi generaliter quod valeat, videtur tex. expreſſus in d. §. ſi quis pactus. & hoc videtur procecede à paritate rationis, ſicut dicimus de ſuſceptione generali caſus fortuiti. ſed quid tunc veniat ſub nomine periculi, hic eſt labor, & in hoc pendent l. & docto.
7 † ſcilicet an comprehendant caſus fortuitos vel improuiſos. & glo. in d. §. quæſitum. expreſſe firmat, quod non veniat caſus fortuitus, quia tamen iſta queſtio eſt duplex, ſcilicet in iudiciis & in contractibus, tantum loquimur circa periculum abſolute ſuſceptum in conuentionibus extraiudicialibus, in quibus Alexand. in d. §. quæſitum. propter gloſſ. magnam in fin. Velleian. quæ hanc videtur ponere concluſionem, quod in contractibus qui fiũt extra iudiciũ, ſuſceptio periculi abſolute facta, non comprehendit caſum fortuitum, niſi ſpecialiter exprimatur per textum in l. j. C. depo. & l. j. C. commoda. & iſta fuit opinio Ioannis & antiquorum per dicta iura, quæ reſpondebant: ad alia autẽ iura, in quib⁹ periculũ ſumitur generaliter, per ea ſuper quæ ſe fundat Martinus, quæ loquũtur in caſu improuiſo, qui per culpam contingit, non autem de proprio caſu fortuito, quod corroborat per iura ſupra in principio allegata, in quib⁹ periculum pro culpa ſumitur: & cum hac opinione communiter doctor. tranſeunt. nunc videtur attenta diſtinctione notabili Bart. quam in hac materia ponit in d. §. quæſitum. quæ diſtinctio nobis poteſt ſeruire in cõtractu aſſecurationis, in quo quis aſſumit periculũ abſolute, qui non tenebatur ante aliqua obligatiõe, nec habet merces in ſua poteſta-
8 te. In iſto mẽbro † quando quis nõ tenebatur, nec poſſidet rem, quo caſu Bar. expreſſe tenet, ꝙ comprænhendatur etiam caſus fortuitus, & quod de alio nõ poteſt intelligi, cum non poſsit culpa aſsignari in eo, ſi rẽ cuius periculum aſſumit, an nõ poſsideat, ſecundũ quod dicit Paulus de Caſt. in l. naui Sauph. §. loca in lectura Pad. ex qua diſtinctione infertur, quòd ſi forte dominus nauis ſit gubernator ſuæ nauis, & mercium quas adducit vehendas in certo portu, recepit aſſecurationem, ſumendo in ſe periculum abſolute earum, quòd non videatur aſſecurare de caſu fortuito, eo quod ſibi poteſt dari & attribui culpa, & per conſequens tenebatur ante de tali periculo ex contractu præcedentis locationis & conductionis. vel verius, quia habet res in ſua naui, & ſic in ſua poſſeſſione ſiue poteſtate, non tenetur de caſu fortuito: quia ratione contractus præcedentis locationis & conductionis gubernator tenetur, vt in l. in naui Saupheli, & in l. item quæritur. ff. loca. & in l. fin. ad leg. Rhod. de iact. & alibi, in quo contractu venit culpa leuis, vt nota. in leg. ſi merces. §. qui columna. ff. loca. & in l. ſi vt certo. §. nunc videndum. ff. commodat. & ſatis poteſt dici, quod dicta verba, Suſcipio in me periculum, poſſunt operari ali-
9 quid intelligendo, † quod euenit leuiſſima culpa, & non caſus fortuitus per dict. l. opus. ff. loca. vt expreſſe dicit Bartolus. in dicto §. quæſitum. in tertio membro. per quæ verba dominus Ioann. de Mont. Sper. ſolenn. docto. Peruſinus, in dicto §. quæſitum. pulchre dixit, quod ſatis eſt, quòd per illa verba teneatur in vlteriori gradu, quam antea tenebatur. Ex quo poteſt dici, quod quoties illa verba poſſunt aliquid operari circa caſum furtuitum, illud tamen operatur: & ſic per prædicta videtur melior conditio gubernatoris, ſiue patroni nauis, quando aſſecurationem facit ſuſcipiendo euentum periculi mercium in ſe, ſiue nauis, quam alterius mercatoris aſſecurantis, qui ante non tenebatur aliquo contractu, occaſione mercium, quas aſſecurauit. Ego autem in hoc
10 crederem in vno † & in altero inſpici nautarum aſſecurationem, & qualitatem eorum quæ fieri conſueuerunt. §. aſſidua. l. quòd ſi nolit. ff. de ædi. edict. & per ea, quæ not. Bartolus. in l. ſemper in ſtipulationibus. ff. de regu. iur. & in l. cum quid. ſi certum petatur. & in l. ſi prius. §. j. de aqua plu. arc. & alibi conſueuit quidem aſſecuratio magis fieri habendo reſpectum ad fortuitos caſus, quam ad alia, & ſic hoc tanquam veriſimile debet intelligi in aſſecuratione, ſiue fiat per patronum nauis, qui ex condicto tenebatur, ſiue per alium, argumento à veriſimili. l. cum pater. §. diuortio. de l. ſecundo. & leg. non eſt veriſimile, quod metus cauſa l. Quintus. de con. inter virum & vxo. Codic. quia veriſimile de præſcription. cum ſimilibus, & per d. Ioann. de Neuizanis in ſua ſylua, in quarta parte & hoc, ſiue fiat per verbum, Suſcipio fortunam ſiue riſcum, ſiue periculum. Ratio, quia licet ſit magna altercatio in
11 dicto §. quæſitum, † de iſto verbo, periculum: tamen ſecundum ſubiectam materiam debet intelligi eius ſignificatio, vt leg. ſi vno. ff. loca. l. damni infecti. ff. de damn. infect. cum ſimili. Facit nota. dictum D. Ioan. And. in ſpeculo, in titul. de loca. quem refert Alexand,

in dicto §.quæſitum,vbi dicit, attenta qualitate tem-
poris,quod ſi tempore guerrę quis aſſumat cuſtodiam
12 caſtri & eius periculum, † quod tenetur de caſu for-
tuito,ſi per caſum eum amittat:ita in præſenti attenta
qualitate maris, & eorum quæ ſolent in eo euenire:
quia vt dicit Seneca,de quo meminit Baldus in l.ſecū-
da.Cod.naut.fœno.nauigia quæ de mane luſerunt,de
veſperi ſorbentur,& æquiparatur homini potenti &
crudeli.Aduerſę enim procellæ nemini proſunt,& in-
exorabiles ſunt.l.ſecunda, de donation. cauſa mortis.
& ſic quis aſſecurando merces,ſuſcipiendo in ſe peri-
culum,videtur velle etiam teneri de caſu fortuito.idē
dico,ſi deferātur per terram, vt per muliones, &c.ali-
ter dicta aſſecuratio parum prodeſſet. Verbum,Peri-
culum,abſolute prolatum,circa ea quæ deferūtur per
13 mare,non eſt dubium, quod compræhendat † caſum
aduerſæ tempeſtatis,vt l.cum proponas.C.naut. fœ-
no.ſupra allegata,cum ibi nota. & ex identitate ratio-
nis poteſt compræhendere alios caſus piratarum, &c.
qui ſolent contingere in mari, poteſt etiam compræ-
hendere quodlibet damnum,vt in c.vbi periculum.de
electio.in 6.quia vt dicit gloſſa in l.damni infecti.ff.de
damno infecto.periculum multis modis ad aliquem
poteſt pertinere,& ideo conſulo,ꝙ fiat expreſſa men-
tio in aſſecuratione caſuum fortuitorum ad euitandū
iſtas dubitationes.in caſu autem,quod non fieret,cre
do venire caſum fortuitum, tum in iſto contractu aſſe
curationis per ea quæ ſupra dixi,quia hoc eſt veriſimi
le intellexiſſe contrahentes in contractu prædicto,
14 † quorum mens magis quam verba ſunt inſpicienda.
l.obligationum ſubſtantia.ff. de action.& obligation.
accidit quidem nota.regula Bal.in dicto §.quæſitum.
in penultima columna.dicit, quod vbicunque per a-
ptam naturam verborum non infertur de neceſsitate,
quod verba exorbitent à natura contractus,ſemper il-
la verba debent intelligi vel inferri,& exinde adapta-
ri.dicta l.damni.in verſicu. & quod in ſtipulatione.ff.
de damn.& l.ſi ſtipulatus.§.verum.ff.de vſur. & quod
notatur in l.locationis.ff.loca.& in l. & puto.§.primo.
famil.erciſcund.& l.tertia.§.toties.ff.de damno infec.
l.quod inſtitutum.ff.de teſtament.milit.l.ita tamen.ff.
de adminiſtra.tuto.cum ſimilib⁹.& in caſu,quod ver-
bum periculum,proprie intelligatur de periculo per-
ſonæ,vt voluit.Alberic.loco ſupra allegato,vel ſecun-
dum gloſ.in dicto §.fin.Gemma, ſumitur proprie pro
caſu improuido,ſcilicet culpa contingente,& nō for-
tuito,non eſt inconueniens,quòd iuxta materiā quan
doque improprietur per nota.in dicta l.ſi vero.ff.loc.
& in l.ſtipulatio iſta.§.hic quoque.de verborum obli-
gation.& in l.2.de offic.proconſul.& leg.& per gloſſ.
in l.Plautius.de procura.& in l.inſulam.de præſcript.
verb.& in l.ſi olei.c.loca.& in l.Titia.§.Lucius. de le-
gat.2.& in l.eas cauſas.ff.de condi.& demonſt.& gloſ.
in l.ſæpe.§.cui.verſ.expectanti.de re iudica.& in l.ſed
ſi poſſeſſori.§.item ſi iurauero.ff.de iureiurand.& glo.
in l.j.C.quando ciui.actio,crimin.præiudi.& 13.quæſt.
3.in c.rogo.clementin.exiui de paradiſo.de verborum
ſignificatio.vltra medium,& in l.propter Seuerinam.
ff.de condition.& demonſtrat.§. conditionum.& in l.
vxori.§.fin.ff.de legat.3.&ibi Barto.in l.j.C.de neg.ge
ſtis.& facit text.in ſeruum filij.§.j.de legat.j.iuncta l.
proinde.ff.ſi certum petatur,& c.damnamus.circa fi-
nem.de ſumma Trinitat.verſiculo,cum.& quod dicit
Bartol.in l.qui fundum,de verbor.obligatio.per dictā
l.ſi ſtipulatus.de vſuris.& text. in l.j.§.debebit.in ver-
ſicul.vere filius.ff.de liber.agnoſcē.in quibus iuribus.
15 & alibi habetur,qualiter † quandoque verba alteran
tur.& improprientur ſecūdum ſubiectam materiam.
& non eſt intelligendum,quod aſſecurator aſſumat
16 periculum intelligendo proueniens ex culpa, † quia
de ſua culpa non videtur ſentire, eo quod non vadit
cum mercibus in naui,ſecundum Paulum in dicta l.in
naui,ſupra allegata,maxime ſi dicamus, quod eſt pa-
tronus nauis, niſi quod intelligit de culpa nautarum
vel patroni,quod poteſt eſſe:ſed non videtur veriſimi
le,vt dixi,attenta qualitate contractus aſſecurationis,
& cui fieri conſueuit, caſus tamen alterius bene po-
teſt in ſe ſuſcipere quis periculum.l.decem. de verbo-
rum obligatione.ſtipulando quanto minus ille fece-
rit. Circa tamen negligentiam caſus fortuiti eſt vi-
dendum,an quocunque modo contingat fieri eius im
petus aſſecurationem promittentes:& breuiter eſt di-
cendum,quod ſi verificatur aliquis caſus, quod alias
poſſet reputari fortuitus culpa aſſecurati, de tali caſu
non tenetur promiſſor. Caſus eſt per textum notabi-
lem in l.qui officij.§.fina.ff.de contrahē.emptio. & no
tat Aretin.in conſilio 111.in fine columnæ.conſi.& ille
17 textus probat etiam,† qualiter verbum, Periculum,ſu
mi poteſt pro caſu fortuito.dicit tamen Bald.ibi,quod
nimirum eo quod veniebat ex natura contractus. ad-
de etiam text.in l.cum proponas.Cod.naut.fœno.vbi
caſus de quæſtione prædicta,ex quo ſequitur, quod ſi
dominus mercium aſſecuratarum deuehi fecerit res
prohibitas ignorante aſſecuratore, cuius cauſa per-
uenitur ad perditionem mercium vel nauis, vel alte-
rius damni iuxta nota.in l.cotem.ff.de publication.&
in titulo. quæ res exportar. non poteſt. & in capitulo.
ita quorundam. de Iudæis. Idem ſi nauigari fecit,vel
deferri per loca prohibita,vel non ſoluerit iura maris,
quod vulgo Luſitanorum more dicitur *portugen* &c.
quod non teneatur aſſecurator. Item ſi merces nauis
capiatur pro repreſſaliis domini aſſecurati vel ſuæ gē-
tis,per no.in d.l. cum proponas, vbi etiam not.Bal.in-
fert contra vectores,quod periculo domini res portāt,
quod teneantur ſi propter culpam ipſorum hoc con-
tingat.quando enim caſus contingit culpa illius,in cu
ius perſona debet impleri,vel cui debet ſatisfieri, non
tenetur ſuſcipiens caſum,vt ibi per Bartol.& Bald.qui
adducit ſimile de illo, qui promiſit aliquem non in-
quietare,per l.venditoris.ff.de verbor.obligatio.quod
18 intelligitur,† niſi de illius parte procedat.leg. quæro.
§.item locatorem. ff. locat. de modo autem depræ-
hendendi culpam in ſimilibus, vide Baldum.in prin-
cipio. dicta l. cum proponas. Quid autem ſi per cul-
pam caſus contingat, non ex perſona aſſecurati, hoc
eſt,domini mercium,ſed ex perſona tertij? verbi gra-
tia:ſunt duo mercatores, vnus cuius merces deferun-
tur in naui, & alter qui aſſecurauit. culpa autem fuit
commiſſa per gubernatorem nauis,an excuſet aſſecu-
19 ratorem. Credo quod non, † quia factum tertij non
impedit obligationem committi. dicta l. quibus die-
bus.ff.de condition.& demonſtrat. Nec obſtat dicta
l.cum proponas,quia loquitur non in culpa tertij, ſed
debitoris, cuius gratia ſuſceptio periculi facta fuit.
ex quo enim periculum contingit, quantumcunque
facto alicuius, nihilominus tenetur aſſecurator de
tali periculo, & hoc præſuppoſito, quod teneatur ex
forma aſſecurationis de quolibet periculo, quia licet
non veniat illud, cuius dominus mercium fuit cau-
ſa per ſupradicta,tamen venit cuius tertius cauſa fuit.
fatendum tamen eſt, quod agi poterit contra illum
tertium,maxime ratione damni ſua culpa illati.leg.in
de Neratius.§.primo.ff.ad l. Aquil.Sed quis agit con-
tra iſtum tertium, cuius occaſione periculum contin-
git?credo quod aſſecurator qui damnum periculi pa-
titur,per nota.in dicto §.primo. & per nota.Bartol.in
dicta leg.quibus.& per nota.in l.fin.de eo per quem fa-
cta erit:item alio ex capite videtur, quod poſſit domi-
nus mercium per l.item quæritur.§.j.& 2.ff.loca. quia
nauicularius vt ibi,& magiſter tenetur ad hoc locati.
An aūt eo caſu,quo ille non ſit ſoluēdo,excuſetur aſſe
20 curator,† perinde ac ſi culpa domini cōtigiſſet? & vide-
tur



tur ꝙ ſic,per not.in d.l.fi.& in l.plane.la 2.de leg.j.& in
l.2.de inſti.act.quia ex quo facto tertij,cōſequitur exi-
ſtimationem ſuarum rerum, debet in ſubſidium ipſe
teneri:tamen quia hic nō eſt cauſa lucratiua,eo quòd
dedit pretium periculi aſſecuratori, non videtur tene
ri in ſubſidium,ſecundum opinionem illorum,qui te-
nent † quod diſpoſitio §.primi dict.l.plane. & dict.l.fi.
21 non habeat locum,niſi in habentibus cauſam lucrati
uam.quæ opinio gloſſæ eſt Bartol.in l.his ſolis.ff.de cō
dictiōe indebiti,vel niſi ille,qui ex facto tertij aliquid
conſequitur,de fraude participauerit. quod videtur
eſſe de mente Baldi in dicta l.plane.dum dicit ibi eſſe
ſpeciale, ne pereat fideicommiſſum facto grauati vel
tertij,quia agitur ibi in ſubſidium etiam illius qui nō
participauit de fraude.Albericus tamen in dicta l.fi-
nali,indiſtincte tenet,quod ex facto tertij in ſubſidiū
agatur contra illum, qui eius occaſione aliquid con-
ſequitur,ſiue ſit lucratiua,ſiue nō lucratiua cauſa, per
dictum §.primū.& l.plane.& Angelus in dicta l.final.
ſolum ponderat,an quis ſit factus locupletior,propter
dolum tertij,& videtur requirere, quod participaue-
rit de fraude. Aduertendum tamen puto circa hoc,
quia eſt magnæ importantiæ in iſtis ſecuritatibus,
22 † quia vt plurimum pericula nauium proueniunt ex
culpa nautarum,vt patet in dicta l.item quæritur.§.j.
& ſecundo,& gubernatorum,qui nauem regunt & di
rigunt,qui vt plurimum non ſunt ſoluendo,quia ſi ve
rum eſſet per dictam l.finalē,& per dictam l.fuerit.§.j.
quod in defectum & ſubſidium poſsit aſſecurator age
re contra dominum mercium, vel ſaltem ſe defende-
re,ne æſtimationem petat ratione periculi,de dolo ter
tij prouenientis, deſtruerent iſtos contractus aſſecu-
rationis, nec haberet locum niſi in mero caſu fortui-
to.Quapropter ſunt ponderanda verba dictę l.fina.in
verſicul.plane,in ratione ſui,quia in illa lege videntur
hæc locum habere,ne vnus lucrum, & alter damnum
conſequatur:quæ ratio hic ceſſat,quia vterque agit de
damno euitando, dominus mercium ne ea perdat,ſed
conſequatur æſtimationem ab aſſecuratore,& aſſecu-
23 rator † ne ex dolo tertij ſoluat,& ſic illud damnum pa
tiatur,niſi dicamus,quod habito reſpectu ad perſonā
aſſecuratoris,qui multa ſoluet,ſoluendo æſtimationē
mercium perditarum.& pauca recepit,dicatur domi-
nus mercium agere de lucro captando, & ipſe de eui-
tando,& per conſequens ſit melior eius conditio:quia
tamen communiter tenetur,quod diſpoſitio dictæ l.fi
nal.& l.plane.habeat locum,non conſiderata cauſa il
lius,qui ex dolo tertij aliquid conſequitur ſiue lucra-
tiua,ſiue non lucratiua, niſi maxime quando partici-
paſſet de dolo,vt magis communiter moderni in di-
cta l.finali.& Bald.Petr.& Cyn.videtur in l.prima Co
bi: quia qualitas facti nõ poteſt fucari. cognita autem
fraude, non credo quod aſſecuratus fraudulenter poſ
ſit reb. captis ad æſtimationem agere per ſupradicta.
quid autem econtra?an rebus ſaluis poſsit ipſe aſſecu-
ratus dicere aſſecuratori petẽti precium periculi, Res
non erant meæ, ſed infidelium vel inimicorum, & ita
15 non ſum aſſecuratus? dic quòd non, † quia non debet
quis allegare turpitudinẽ ſuam in hoc,ſecundum glo.
not.in l.cum res .C.de probat.& ibi Bartol. l.ſequitur,
dum exemplificat in venditore qui dixit,Res non erãt
meę.quæ omnia tene menti,quia quotidiana & vtilia:
& quia ſupra mentio facta fuit de mercibus inimico-
rum fidei , poteſt probabiliter in dubium venire,an
merces Iudæorum,qui per mare negotiantur , poſsint
occupari,vt merces inimicorum fidei,per authent.na
uigia.C.de furt.præallega.& per ea quæ habentur 23.
quęſti.7.c.de rebus.Labores enim iuſtorum pij edent.
& conſueuerunt piratæ & multi alij hoc colore quæ-
rere naues mercatorum , an habeant merces Iudæo-
16 rum.& licet in piratis non cadat hoc verbũ,pii: †quia
potius ſunt delendi tanquam hoſtes patriæ , vt not.in
dict.authentic.nauigia. & quod prædicta contra Iu-
dæos fieri poſsint,facit dicta authentic.Nauigia,quæ
generaliter loquitur ibi,niſi talia ſint nauigia,quæ pi-
raticam exerceant prauitatem,aut noſtro Chriſtiano
nomini inimica,per hoc quòd dicitur inimica , vide-
tur ipſos Iudæos comprehendere , cum quibus iuris
rigor potius quam æquitas ſiue humanitas eſt ſequen
17 da,vt in ca.2.in fin.de Iud.Faciunt quidem multa † in
Chriſtianorum opprobrium & contemptum Saluato
ris noſtri,& eius beatiſsimi nominis,vt in capi.in nõ-
null.eod.titul.& in c.& ſi Iudæos.& c.j.& ca.cum ſit,
eod.titulo.& in l.Iudæos.C. eod. tam in blaſpheman-
do ipſum,quam in aliis,vt in dictis locis patet, & ali-
bi nota. quæ non expedit allegare , maxime in fine le-
gis cælicolarum.eod.titulo.vbi text.dicit eſſe contra-
rium Chriſtianæ fidei,quicquid ab ea diſcrepat,quod
verbum in Iudæis non eſt dubium verificari. Multa
alia ad hoc propoſitum poſſent adduci , quæ breuita-
tis cauſa omitto.In contrarium facit,quia ſancta ma-
ter Eccleſia eos tolerat,dicto.capitul.& ſi Iudæos,in l.
Chriſtianis.C.de pag.Bald.conſilio.315.numero.2.pri-
mo volumi.vbi ponit,in quibus caſibus tolerantur: &
conſilio 428.numero.6.in 5.volumin.maxime quia ho-
die Iudæi quos ſua pœna ſubiecit & peccatum , vt in
dict.c.& ſi Iudæos:verſantur enim per ciuitates Chri-
ſtianorum,vt Romæ, Venet. Neapol. & apud nos, &
18 alios, † qui meliores videntur , quam Marani ſint , vt
Bald.in conſilio 428.numero.2.in 5.volum. vt in regno
Caſtellæ, quorum commixtionibus fere ſunt in fa-
ctionibus illius prouinciæ. Iſti Iudæi cum ſint homi-
nes pacifici , & ſubditi Chriſtianis principibus , non
poſſunt dici hoſtes proprie imperij, nec inimici iuxta
notata in leg.hoſtes.ff.de capt.& poſtlimin.reuerſ.per
Barto.& ita credo,quod ſumitur verbum , inimici , in
dict.authen.nauigia.ſicut ſunt Africani & Turcæ,qui
19 †proprie ſunt inimici imperij & Chriſtiani nominis,
eo quod Chriſtianos perſequuntur,& à propriis ſedi-
bus eos expellunt.& de hoc ſunt decreta & leges,quæ
prohibent eorum commercium, & eis deferri aliquas
res,vt dicto capitul.ad liberandam de Iudæis.& in c.
ſignificauit,& in c.quod olim,& in ca.ita quorundam
& in l.2.Cod.quæ res expor.non debent, cum concor-
dantiis. nec videtur par cauſa iſtorum & Iudæorum.
c.diſpar.23.quæſtio.8. eo quod illi expellunt Chriſtia-
nos,Iudęi autem parati ſunt ſeruire & obſequium prę
ſtare,vt ibi. ad idem bonus textus in dicta.l. Chriſtia-
nis.vbi Imperator prohibet, ne Iudæorum bona au-
ferantur.Idem facit Papa,vt in capitul.ſicut Iudæi.de
20 Iud. † vbi etiam prohibet pecunias eorum auferri,
quod verbum eſt generale. Immo tenetur eos prote-
gere,vt Bal.d.in dict.conſil.428.numer.6.ergo & ipſos
comprehendit,& omnes ſuas res,& merces. leg.pecu
niæ.ff.de verbor.ſignificat. & hoc quia agitur de fauo
re eorum, & quod notat. Bartol.in l. talis ſcriptura. ff.
21 de leg.præſt.†nec reperitur de iure Iudæis prohibita
mercantia,vt in c.fina.de iudic. & in c. fraternitatem.
54. diſtinct. per quæ iura idem notat Ioannes de Ana-
nia ſolennis doctor Bon.in c.primo,de iudic.in finali.
column. vbi dixit , quod licitum eſt Iudæis exercere
22 mercaturam inter fideles,† & licitum eſt Chriſtianis
dare eis precium pro mercibus emptis,vt fit Venetiis,
Vliſbonæ,& alibi, quia ſunt ditiſsimi mercatores,li-
cet omnes Iudæi ſint maledicti & ribaldi:Caueant igi
23 tur capientes†merces Iudæorum in mari , vel in terra
prædicto colore,& pœna eas detinere,vt dict.l.Chri-
ſtianis.C.de pagan. & quæ Iudæis permiſſa ſint, vide
Baldum in conſilio 315.numero primo primo volumi.
cum ſequenti conſilio. & hæc volui dixiſſe perbreui-
ter & ſuccincte,deuictus inſtantia certorum mercato
rum mihi clariſsimorum,qui de his dubitabant,& ſæ
pe de facto interrogatus , eis de iure reſpondi per ea
quæ proponebantur. Ad laudem Domini
noſtri IESV Chriſti,qui ſit bene
dictus in ſecula ſeculo-
rum . Amen.

FINIS.

# BREVIS AC PERVTILIS
## TRACTATVS DE SEQVESTRATIONIBVS,
PER DOMINVM IACOBVM DE ARENA.

### *SVMMARIVM.*

1 *Conuentionalis ſequëſtratio quæ dicatur.*
2 *Iudicialis contentioſa quæ ſit ſequeſtratio.*
3 *Caſus ſpeciales,in quibus eſt licita ſequeſtratio iudi cialis,& nu.10.& 11.*
4 *Sequeſtrarius an ante tempus poſſit officium ſibi da tum deponere.*
5 *Quæ actio competat contra ſequeſtrarium, ſi tempore reddendi nolit reddere ſequeſtrata.*
*Dolus ſequëſtrarij an veniat in ipſa actione,ibidẽ.*
6 *Cauſæ facientes perſonam ſuſpectam.*
7 *Contentio ſi ſit de poſſeſſione fundi,& vterque velit colligere fructus,an fiat ſequeſtratio iudicialis.*
8 *Actore petente in actiõe reali an debeat iudex præcipere reo,vt ſaluos faciat fructus.*
*Quid in cauſis ſcriptis,ibidem.*
9 *Sequeſtratio quo caſu tolli poſſit per fideiuſſorem,& quo non.& nu.10.& 11.*
12 *Sequeſtratio quanto tempore duret.*
13 *Melius eſt non incipere,quàm à cœptis turpiter reſilire.*
14 *Caſus rei,non debet nocere actori.*
15 *Succurrendum non eſt ei,qui ſibi neceſſitatem impoſuit.*
16 *Quid in caſu mutationis vel mortis iudicis.*
17 *Ille penes quem fit ſequeſtratio, an debeat eſſe idoneus pro quantitate ſequeſtrata.*
18 *Sequeſtrarius cadens à poſſeſſione rei ſequeſtratæ,an habeat actionem ad ipſam recuperandam.*
19 *Sequeſtrata res ſi ſeruando ſeruari non poteſt,an poſ ſit vendi per ſequeſtrarium.*
20 *Deſcriptionem bonorum debitoris fieri an peti poſſit,vt ſciatur quid eſt in bonis eius.*
21 *Caſus in quo fieri debet depoſitio fructuum, licet de iure prohibita ſit ſequeſtratio.*
22 *Iudex pacatam & quietã debet habere prouinciã ſuã,hominésque ſingulos,nec pati venire ad arma & rixam, quos ſua iuriſdictione compeſcere poteſt.*
23 *Poſſeſſio ſi cõſtet quòd ſit ſeminata per tertiũ,vt per colonum,& vtraque pars contendens hoc fateatur, ruſticus interim omnes fructus habebit,ſaluo iure eius qui dominus apparebit.*
24 *Quid ſi vnus vult ſatiſdare colono de conſeruando eum indemnem aduerſus alterum.*
25 *Quid ſi non conſtet,tertium vel alium ſeminaſſe.*
26 *Quid ſi vterque ſeminauit,vel fructus ſint naturales,vel non appareat quis ſeminauit.*

SEQVESTRATIONVM alia
conuentionalis,alia iudicialis, ſeu
1 contentioſa. † Conuentionalis di-
citur, depoſitio rei ſine iudice fa-
cta à pluribus, certa cõditione ad-
iecta de cuſtodienda ea & red-
denda, vt l. propter. & l.is penes
quem .Cod.depoſit.& l.proprie.ff.eodem & l.is apud
2 quem. §.prim.& 2.eodem titu.& eſt notandum quòd
hæc ſequeſtratio non eſt prohibita. †Iudicialis ſeu cõ
tentioſa ſequeſtratio,eſt depoſitio à pluribus litiganti
bus de re,de qua cõtrouerſia eſt,facta iudicis authori
tate apud officiũ,vel ædem ſacram,vt l.ſequeſtrum.de
verb.ſignif.& l.licet. depoſ. & l.ſi fideiuſſor.§.fi.ff. qui
ſatiſda.cogan. Hæc tamen ſequeſtratio regulariter eſt
3 prohibita,vt l.j.Cod.de ſequeſtr. pecu.niſi in †caſibus
ſpecialibus qui ſunt ibi, ſ. ſi res mobilis petatur à per-
ſona ſuſpecta,& non cauente de iudicio ſiſti,& re non
baratanda,vt l.ſi fideiuſſor.§.fin.qui ſatiſdat.cogan. &
l.ſenatus.de offic.præſid Item ſi vir,vxore furioſa,diſ-
ſipet res dotales, vel ab eo diſſipari ſuſpicatur, vt l. ſi
cum dotem.§.ſin autem.ſolu.matrim.Cæterum vxore
in ſenſu manente, dos apud eam daretur, vt l. vbi ad-
huc.C.de iure dot.Item ſi ſuper quæſtione agri appel
latum eſt, & ipſius agri depopulatio de fructibus ti-
meatur,vt l.imperator.§.fin.ff. de appel.& l.ab execu-
tione.C.quo appel.non recip. Item ſi ſit contumax in
cauendo de collatione facienda,vt l.j. §.ſi frater. ff. de
collation. bon. Item ſi ſeruus proclamauit in liberta-
tem,vt l.j.§.ſuper.C.de aſſer.tol.& l.final. Cod. qui ad
liber.proclam. Item ſi ſit controuerſia inter dominum
& colonum de dominio rei, & colonus noluerit vel
non potuerit præcauere de ſoluendis fructibus ipſius
rei,vt l.litibus.C.de agricol. & cenſi. Sed facta ſeque-
ſtratione in conuentionali,vel iudiciali,quis poſſidet?
dico,ipſe ſequeſter, niſi aliud in ſequeſtratiõe dictum
eſſet expreſſe,vt l.intereſſe.de acquir.poſſ. & leg. licet
4 in fin.depoſ.Sed †an poſſit officium ſibi datum depo-
nere ſequeſtrarius ante tempus? dico, quod non, ni-
ſi ex cauſa iuſtiſſima. & tunc iudicis authoritate de-
ponenda eſt ſequeſtratio in æde ſacra.vt l.is apud quẽ.
§.ſi velit.ff.depoſ. Item tempore reddendi aduenien-
te,quo loco res eſt à ſequeſtrario exhibenda? dico, eo
loco quo actum eſt. Sed ſi de pluribus locis ſit actum,
tunc remittitur arbitrio ſequeſtrarij. Si autem de lo-
co nil actum eſt, tunc coram iudice exhibenda eſt, vt
5 l.is apud quem.§.j.de poſſ Sed † ſi tempore reddendi
non velit eam ſequeſtrarius reddere, quæ actio com-
petit contra eum? dico,depoſita ſequeſtratione. dicta.
l.is apud quem.§.j.licet alij dicadt,præſcriptis verbis
l.ſi rem.§.fin.de præſcript.verbis. Sed an dolus ſeque-
ſtrarij veniat in hac actione,dico ſic, vt l. ſi hominem
depoſi.& l.qui reſtituere,de rei vendic.Sed ſi perſona-
li actione conueniam perſonam ſuſpectam, eo quod
non poſſidet rem immobilem,an de eius re mobili fiat
ſequeſtratio iudicialis? dico,ſic, debitore nondũ con-
demnato.arg.l.ſi fideiuſſor.§.fin.qui ſatiſda.cog.& eſt
caſus in §.die.inſtit.de ſatiſda.Si autem condemnatus
eſſet,tunc eſſet in carcerẽ mittendus,vt l.j.C.qui bon.
cede.poſſ.
6 Sed † quæ cauſæ faciunt perſonam ſuſpectam? dico
mali mores,vt in §. finali.inſtu.ſuſpect. tutor. Item ſi
prius male fecit,vt l.ſi cui,§.iiſdẽ, de accuſ.Item ſi nõ
poſsidebat immobilia, vt l. ſciendum. in princip. qui
7 ſatiſdat. cogan. Item ſi † contentio ſit de poſſeſsio-
ne fundi,& vterq; vult colligere fructus,an fiet ſeque
ſtratio iudicialis? dico ſic,iudicis officio.l.æquiſsimũ.
in princip. vſufr.& l. in venditione.§.finali,de bo.au-
8 thor.iudic.poſsi .& l. finali de tabul.exhib.Item an †
in actiõe reali, petẽte actore, debeat iudex præcipere
reo ,vt ſaluos faciat fructus? dico ſic, vt l. diuus. de
pe.hęre.& l.finali §.ex quadrante.ff.de dd.excep.Quid
autem faciet iudex in cauſis ſcriptis? nam conſuetu-
dine obtinetur, quod iudices noſtri temporis commu
niter & indiſtinctè fieri faciunt ſequeſtrationes, non
inſpecto, an ille cõtra quem fiunt,ſit ſuſpectus vel non
vel an reali vel perſonali conueniatur actione, & ſic
derogatur huic l.ſi fideiuſſor,§.fin. qui ſatiſd. cogan.
Item refert, an fiat ſequeſtratio,vel ſimpliciter inter-
dictio, vt re illa non vtatur, donec diſcutiatur cuius
ſit,



& an tunc ille contra quem fit,poſsidebat,an alius
9 tempore ſequeſtrationis. Si † poſsidebat ille contra
quem fit ſequeſtratio,tunc eo ſatiſdante de parẽdo iu-
ri,& re non baratanda,ſine aliqua alia ratione ſiue pe-
titione debet reuocari ſequeſtrario, per dictam l.fide-
iuſſor.§.fina.Si autem alius poſsidebat,tunc ſi ille qui
poſsidebat,ſummatim probauit de poſſeſsione ſua a-
liquali petitione data,debet reuocari,nulla ſatiſdatio
ne data vel fideiuſsione.argumen.l.à diuo Pio.§.ſi ſu-
10 per.de re iudicata.Si †vero fuerit interdictio ſola,tũc
aut ille contra quem facta eſt,poſsidet ſolus,aut ſimul
cum alio,qui eam fieri fecit:ſi poſsidet ſolus,& de hoc
iudici conſtet,& parti ſatiſdatione data,debet reuoca
ri.Si vero poſsidebat ſimul cum alio,qui eam fieri fe-
cit:tunc tandiu durabit ſequeſtratio,quandiu de iure
vtriuſque diſcutiatur,ſi iudici videbitur. argument.l.
æquiſsimum.de vſufruct.Si vero ſit dubium,quis poſ-
ſideat tempore interdicti,tunc habebit locum dicta l.
ęquiſsimum.& in hoc caſu qui ſe dixerit poſsidere,ha
bebit offerre petitionem ſuam,& de iure ſuo ſumma-
tim probare ab initio: quia ſequeſtratio de iure fieri
non debet,quando perſonalis actio fieri ſperatur, ſed
tantum in reali actione locum habet, & ſic intelligi-
11 tur dicta l.ſi fideiuſſor.§.final.Item † ſi perſona ſuſpe-
cta non ſit,etiam in reali locum non habet,immo plus
dico,quod & vbi perſona ſuſpecta eſt,vt in dicto §.ha
12 betur.Sed † quanto tempore durabit ſequeſtratio? di-
ſtingue,aut actor paratus eſt procedere in cauſa, aut
non:ſi conſtat quod agere & procedere paratus ſit,tã-
diu durat,quandiu fuerit ſatiſdatum,vel lis finem ac-
ceperit,vt dicto §.dicitur.Si vero nõ procedat in cau-
ſa: & tunc aut ſtat per eum,aut per iudicem,vel per ca
ſum,quia fuerunt feriæ indictæ.Si per eum ſtat,ſtatuẽ
dum eſt ei tempus à iudice, infra quod agat, vel age-
re incipiat,vltra vero non auditur,& tenet ſequeſtra-
tio.argument.l.ſi per prætorem.§.ait prætor.ex quibus
cauſis maiores.& l.diffamari.C.de ingen.& manumiſ.
& l.mancipiorum.de option.lega.& cap.paſtoralis.de
exception.& vide gloſſam in l.ſi oleum.de dolo. Sed
hoc caſu quantum temporis aſsignabit ei iudex? dico
recurrendum ad id,quod dicitur in l.cum proponas
C.de bonis authoritate iudicis poſsidendis.licet alio
caſu loquantur illa iura.Vel dic,duorum menſium, vt
in §.j.in authent.de exception.Tu dic, moderandum
tempus arbitrio iudicis.argumen.l.j.§.fin.de iur.deli.
arbitrariæ enim ſunt tales actiões.l.ſiue pars.C.de di
lation.Si vero ſtat per iudicem,ſequeſtratio ab eo fieri
non debet.nam iudex ſi aliquo caſu impeditur, vel ali
qua ex cauſa,tunc eis impedimentum nõ debet alicui
partiũ oneroſum fieri,vt in l.prima,in fi.ff.ſi quis cau.
13 & §.j.in authent. de appellatio.Melius † eſt enim non
incipere,quam ab inceptis turpiter reſilire.argumen.
§.omnem.in fin.de litig.Si vero per caſum,tũc ſi caſus
ſuperuenerit ex perſona actoris,reuocabitur. Si vero
14 ex parte rei,tunc facienda reuocatio non eſt,quia † ca
ſus rei,actori nocere non debet.argument.dict.l.colo
15 nus.& l.non debet.de re iudi.nec † ſuccurrendum eſt
ei,qui ſibi neceſsitatem impoſuit.argumen.l.non exi-
16 gimus.Quid † ſi infra tempus ſtatutum iudex ipſe mu
tetur,vel moriatur,& alius ſubrogetur loco illius,vel
lite pendente,& mora hæc contingat,vel nullo termi
no aſsignato,vel cauſa initiata deceſſerit iudex,vel eſt
mutatus,qui erit in caſibus iſtis? Certe videtur lex di-
cere,quod tandiu duret, donec fuerit ſatiſdatum, vel
lis finem acceperit,vt dicto §.dicitur.argument.l.me-
miniſſe.de offic.proconſul.& leg.& l.fin.de pen.leg.&
l.cum apud.ff.iudic.ſol.
17 Quæro, an † ille penes quem fit ſequeſtratio, debeat
eſſe idoneus pro quantitate rei ſequeſtratæ? textus eſt,
quod ſic,in l.litibus.ff.de agrico.& cenſi.lib.11.
18 Quæro † an ſequeſtrarius cadens à poſſeſsione rei
ſequeſtratæ,habeat actionem ad ipſam recuparãdam?
dico quod ſic,vt l.poſtquam.§.imperator.ff.vt in poſ-
ſeſ.leg.
19 Quæro, an † ſi res ſequeſtrata ſeruãdo ſeruari non
poſſet,poſsit vendi per ſequeſtrarium? dico quod ſic,
per dictam l.litibus.& l.ſi magiſtratus.de priuileg.cre
dito.& l.18.cui §.legatorum.vt in poſ.leg.& l.fin.de re
quir.re.
Quæro,quid ſi ille cuius eſt res ſequeſtrata,non ha-
bet aliunde vnde viuat,an petere poſsit ſe ali de fructi
bus rei ſequeſtratæ,vt de re ipſa? tex.eſt quod ſic.in l.ſi.
C.de agricol.& cenſi.
20 Quæro, † licet non poſsit fieri ſequeſtratio,vt l.j.C.
de prohibit.ſeque.poteritne peti,vt fiat deſcriptio bo
norum debitoris,vt ſciatur quid eſt in bonis eius? tex.
eſt quod ſic,in l.j.§.penulti.de ven.in poſſeſ.mit.& no.
in l.facultas.C.de iu.fin.libro 10. In caſibus tamen po
teſt fieri ſequeſtratio,vt habetur in gloſſa in libro j.C.
de prohibi.ſeq.& l.fideiuſſor.§.fin.ff. qui ſatiſdare co-
gan.cum ſua glo.
21 Quæro, † canonici S.Euſebj agunt contra comitem
interdicto vti poſsid.ne inquietet eorũ poſſeſsionem,
quid iudex faciet de fructibus, quia quilibet vult eos
colligere? quod debeant ſequeſtrari, non reperitur le-
ge cautum,immo prohibita eſt ſequeſtratio generali-
ter.vt l.j.C.de prohib.ſeq.pec.niſi in caſibus inter quos
non connumeratur.ar.tamen eſt,quod debeant depo-
22 ni:quia † iudex pacatam & quietam debet habere pro
uinciam ſuam & homines ſingulos,nec pati debet ve-
nire ad arma & rixam, quos ſua iuriſdictione compe-
ſcere poteſt,vt l.congruit. de offic.præſid.& l.ſi eius.§.
ſi inter duos.de vſufruct.non obſt.l.j.de ſeq.pecu.quia
ibi agebatur de pecunia, ſicut in ipſo text. patet, hic
autem de fructibus. & ꝙ apud aliquẽ habeant deponi
fructus,eſt argu in l.ſi.ff.de tab.exhi.vbi dicitur,quod
ſi inſtrumentum falſum dicatur,ſtatim debet iudex ip
ſum accipere,& penes ſe cuſtodire.ſed poſſet aſſignari
ratio diuerſitatis, quod propterea deponitur inſtru-
mentũ,ne aliquid falſitatis addatur,vel ne aliquid de-
23 trahatur,quid dices? dico † ſi conſtat ſeminatas poſſeſ-
ſiones per tertium,vt per colonum, & hoc vtraq; pars
cõfitetur ruſticum coluiſſe, planum eſt quod ruſticus
interim omnes fructus habebit, ſaluo iure illius, qui
dominus apparebit,vt l.cuiuſque.§.j.de vſufruct. leg.
nam poteſt qui hoc genus depoſiti impetrat,nec dici-
tur interuertere poſſeſſionem, cum habeat iuſtã cau-
ſam,vt l.ſi quis rem.de acq.poſſ.& in hoc caſu ille reſti
tutus poterit forte facere gratiam vni litigatorum,vt
24 l.ſi quis ſeruum.§.ſi inter duos.de leg.2. Quid † ſi vnus
vult ſatiſdare colono, de conſeruãdo eum indemnem
25 aduerſus alterum? dico quod ipſe præfertur. Quid † ſi
non conſtat tertium,vel alium ſeminaſſe,tunc fructus
debent deponi in locum quem elegerit iudex, vt l. j.§.
apud Iulianum depo. poſſet tamen dici quod in hoc
dubio pro illo præſumatur qui agit,quia lex dat con-
ſilium, vt illi demum agant, qui ſpem obtinendi ha-
bent,vt l.j.de inoffi.teſtam.Si autem vnus litigatorum
ſeminauit, vel ſeminari fecit, apud eum eſſe debent,
præſtita ab eo cautione de cuſtodiendis fructibus.
26 Quid † ſi vterque ſeminauit, vel fructus ſint natura-
les, vel non apparet quis ſeminauit? in omnibus iſtis
caſibus debet iudex inuenire bonum virum, cui fru-
ctus committat ſaluo iure vtriuſque partis, vt l. in-
tereſſe.de acquir.poſſ.& l.in venditione. de bon.
autho.iudic. poſſi.§.fin. & hoc de men-
te iuris,& ex conſuetudine
generali.

FINIS.

# TRACTATVS SEQVESTRORVM, EDITVS PER CLARISSIMVM ET PRAESTANTISSMVM DOMINVM DOCTOREM DOMINVM FRANciſcum Curtium Papienſem, ordinarium iuris ciuilis de mane in felici ſtudio Ticinenſi legentem, ſub anno 1483. de menſe Octobris, in commento legis vnicæ. C. de prohibi. ſequeſtra. pec. In quo vtiles & quotidianas quæſtiones in materia ſequeſtri facile iuris ſtudioſus inuenire poterit, cum Summariis nouiter additis.

*SVMMARIVM.*

1 *Pecuniæ dictio, qualiter ſtet, & quot modis capiatur.*
2 *Pecuniæ appellatione in ſtatutis odioſis, in dubio venit pecunia numerata.*
3 *Pecunia & nummus ad paria referuntur.*
*Nummus vnde dictus.*
1 *Nummus eſt futuræ neceſſitatis fideiuſſor.*
*Pecunia eſt vita hominis.*
5 *Conſuetudo populi Romani ad pecuniam reponendam, qualis fuit.*
6 *Sequeſtratio de quibus rebus ſit prohibita, & in quibus caſibus fallat., 7. 9. 12.*
7 *Poſſeſſionis commoditas nemini eſt auferenda.*
8 *Sequeſtratio vbi eſt dilapidatiõis timor, an poſſit obtineri, nondum lata ſententia.*
9 *Dilapidationis rei & fructuum iuſtus timor quãdo dicatur in poſſeſſore ad ſequeſtrationem petendam.*
10 *Poſſeſſor, pendente ſequeſtro fructuum, an & quando ex eis ali debeat.*
11 *Monachus cum Abbate litigans, litis expẽſas & alimenta à monaſterio capit.*
12 *Sequeſtratio litigioſi fundi per partes tumultuantes petita, qualiter per iudicem concedenda.*
13 *Pretium rei emptæ an prius numerãdum, quàm res tradenda.*
14 *Sequeſtratio poſſeſſionis & fructuum beneficij, lata ſententia, quando fieri non poſſit,*
15 *Inuẽtarium fructuum & rerum per partem peti an poſſit, ſequeſtratione licet prohibita.*
*Deſcriptio ſimplex ſine incorporatione, contra omnẽ malitiam occurrit.*
16 *Patrimonium non totum pandi omnium intereſt.*
*Tutor, cui per teſtatorem remiſſum eſt inuentarium, an pati debeat bonorum deſcriptionem fieri, ne bona baratentur.*
17 *Teſtator an poſſit vxori remittere inuentarij confectionem, & cautionem de vtendo arbitrio boni viri.*
*Inuentarium caput eſt rationis reddendæ.*
18 *Sequeſtrandi modus triplex.*
19 *Sequeſtratio quotuplex ſit, maxime quæ iudicis mãdato fit. 22. 24.*
20 *Sequeſtrationis diffinitio, & vnde dicta. 29.*
21 *Sequeſter dicitur, qui certãtibus ĩteruenit medius 29.*
23 *Dignitas tanquam vni ſemper deſponſata, duos non debet habere viros.*
24 *Sequeſtratio facilius inducitur in iudicio vniuerſali, quàm ſingulari.*
*Poſſidens vniuerſa, ſingula non poſſidet.*
*Sequeſtratio quotuplex ſit, & quibus modis fiat.*

QVOTIES in hac lege vnica poſita in titul. de prohi. ſequeſt. pecu. C. ante principiũ ſtudij anni pſentis Tractatum & materiã Sequeſtri ĩſerere & ordinare inſtitui: quia cõmodi⁹ alibi tractari non poſſet. Sic cõmentando legẽ
iſtam, in ore vulgi, & in ſcholis, & in foro ſæpe diuulgatam. Diuiditur in tres partes. In prima ponitur dictum. In ſecũda, ratio dicti. In tertia, ratio rationis. ſecunda ibi, oportet enim. tertia ibi, quam rem. ſecundũ Salicet. h. d. Sequeſtratio eſt prohibita. h. d. & ad hoc quotidie allega tur.

1 NOTA † primo ex text. ibi, pecunia poſtulatur iũcta gl. j. & rubri ca tituli, quod verbum pecuniæ, ſumitur large per text. in l. 2. infra de conſtituta pecunia. l. pecuniæ verbũ. ff. de verb. ſign. & ita tranſeunt omnes. Credo omnes errare, quia nedũ large. immo largiſsime ſumitur, vt videbimus inferius. quæ etiam ſequeſtratio eſt prohibita de re immobili. ¶Pecuniæ enim verbum, tribus modis ſumitur. Stricte pro pecunia numerata tantum. l. ſed Iulianus. §. mutui dationem. ff. ad Macedo. Et ſic intelligimus ſecundum communem vſum loquendi, dicit Bart. not. in l. talis ſcriptura. ff. de legat. j. ſubiiciens probandum eſſe de iſto cõmuni vſu, quaſi ſentiat, quod niſi probetur de communi vſu, aliter intelligeretur. Dubitaui ſemper, quia immo abſq; probatione communis vſus, videtur in dubio intelligendum de pecunia numerata, per text. in d. §. mutui dationem. ibi, ait enim ſenatus mutuam pecuniam de
2 diſſe. † tamen iſtud verbum Bartol. ſequuntur omnes: quia ſic etiam videmus in ſtatutis exorbitantibus & odioſis, vt in illis intelligatur de pecunia numerata, vt ſentit Bart. in d. l. talis ſcriptura. & idem Bartol. in l. ſingularia. in 3. col. ibi. Quarto eſt ſpeciale. ff. ſi cer. pet. & ita intelligitur Bald. in l. 2. 5. creditum. ff. ſi cert. pet. Et idem etiam in reſcriptis ſecundum Ludo. Roma. ſingulari 215. incipiente, Tu habes glo. vbi pulchre loquitur. allegat Innocẽt. in c. ſedes Apoſtolica. extra, de reſcrip. & ibi per Imol. & doctor. Secundo ſumitur large, pro his quæ pondere, numero vel menſura continentur. l. 2. §. creditum. ff. ſi cer. pet. & d. l. 2. infra de cõſti. pecu. Tertio ſumitur largiſſime, pro omnibus rebus & corporibus. d. l. pecuniæ verbum. ita declarat Bart. in d. l. talis ſcriptura, poſt glo. idem glo. & doctor.
3 in d. §. creditum. † Pecunia enim & nummus ad paria referuntur, vt ſentit Barto. in d. l. ſingularia. ſed Salice. ibi & Roma. non ponderantes Bar. dixerunt nummum capi ſemper ſtricte pro pecunia numerata, mihi nunquam placuit fretus authoritate Philoſophi, quinto Ethicorum dicentis, nummum dictũ à nomine *nomos* quod eſt lex: quia à lege fuit inuentus nummus & pe-
4 cunia. l. j. ff. de contrahen. emp. †Et ideo Ariſtoteles dixit, quod nummus eſt fideiuſſor futuræ neceſſitatis, vt dicit Bald. poſt glo. in l. 2. 2. infra, de conſt. pec. Et pecunia eſt vita hominis. tex. cum gl. in l. aduocati. ſupra,
5 de aduoca. diuerſo. iudi. †Immo dixit glo. in l. 2. de numera. & actua. lib. 12. quod conſuetudo populi Romani fuit ab initio, vt pecuniam quam ex tributis percipiebat, in marſupium reponeret: & ſi marſupium non ſufficeret, ad fiſcum, id eſt, ſaccum deueniretur. & ſi fiſcus non ſufficeret, deuentum eſt ad ærarium. eo quod ibi æs reponebatur, æris appellatione forte tunc temporis omnis pecunia continebatur. & ita populus Romanus fuit auctus, ſecundum gl. ibi, & ſic remanet expedita glo. j. noſtra.

1 ¶SECVNDO †not. ex tex. regulam prohibitam ſequeſtrationis pecuniæ, quia omni iure eſt prohibi-
taſe-



ta ſequeſtratio regulariter, ſiue de rebus mobilibus ſiue immobilibus, ſiue de rebus corporalibus, ſiue incorporalibus, ſiue de profanis, ſiue de ſpiritualibus. Ioannes Andr. & doctores poſt gloſſ. in c. examinata. extra, de iudic. glo. & doct. in c. 2. in verbo, fructus ſequeſtrari. extra, de ſequeſtratione poſſeſſ. & fructuum. & ibi Panor. plene poſt alios. Oſtien, in c. fina. eod. tit. Salicet. hic poſt gloſſ. & Bald. verb. quæro, an de rebus incorporalibus. Melius eſt per Ioan. Mon. quem refert Ioann. Andr. in c. locupletari. de regul. iur. lib. 6. in mercurialibus. & Archidia. late in c. quia res. 11. q. j. gloſſ. & docto. in l. ſi fideiuſſor. §. fina. ff. qui ſatiſda. cogan. in l. Imperatores. §. fina. ff. de appella. Card. Flo. in cle. j. de
7 ſequeſtrat. poſſeſſ. & fruct. & alibi ſæpe. †Ratio huius regulæ prohibitiuæ ſequeſtri illa eſt, quia cõmoditas poſſeſsionis quæ magna eſt, §. commodum. inſtitut. de interdict, nemini eſt auferenda. c. j. extra, vt lite pendẽte, c. j. extra, de ſequeſt. poſ. & fruct. ca. volumus. 16. q. 4. Nam ante ſẽtẽtiam nimis propere executio petitur. l. j. infra, de execution. rei iudica.

FALLIT iſta regula in pluribus caſibus enumeratis, per gloſſ. Oſtien. Archidi. & Panormita. in locis allegatis. ex quibus recenſebo vtiles & quotidianas, aliis omiſsis. Primo fallit pendente appellatione ab executione ſententiæ in caſibus, in quibus de iure appellari poteſt ab executione. Nam licet alias requiratur ſuſpicio fugæ, vel dilapidationis: tamen iſto caſu non requiritur aliqua ſuſpicio. ita declarant Baldus & Ludouic. Roman. in d. l. ſi fideiuſſor. §. fin. Quia præſumitur appellatum malitioſe, ſeu cauſa morandæ vel impediendæ executionis. l. ſatis aperte. infra, de falſis. d. Antõ. Card. & Imol. in c. poſt electionem. de conceſ. præbend. Ange. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudic. Iſtam rationem aſsignat Panor. in dicto ca. 2. extra, de ſequeſt. poſſ. & fruct. in 2. col. ¶Secundo fallit, quotieſcunque peteretur res immobilis: ſi dubitetur de dilapidatione fructuum in cauſa principali, poterit ſequeſtratio fieri. ita Panor. in d. c. 2. in j. colũ. & clarius in c. ſi. eo. tit. ſubiiciens, ꝙ vbi inſurgit æquitas vel præſumptio mouere debens iudicem ad ſequeſtrandum, vel quod timeatur de conſumptione rei & fructuum, vel quod litigetur cauſa deferẽdi iudicij, & capiendi interim fructus: iudex poterit ſequeſtrari facere, quaſi ſentiat, quod ſequeſtratio ſit multum arbitraria iudici. Quod nõ puto verum, niſi in caſibus in iure expreſſis, ſeu omnimodam ſimilitudinem habentibus, vt pa-
8 tebit ex infra dicendis. † Contrarium tamen, quod regula prohibitiua ſequeſtri, in cauſa principali procedat: teneo, vt ſequeſtratio prohibeatur nondum lata ſẽtẽtia, etiam ſi oriretur timor depopulationis fructuum vel dilapidationis rei: quia licet reperiatur iure cautum pendente appellatione, ſi timeatur de dilapidatione fructuum, poſſet ſequeſtrari, dicta l. Imperatores. §. final. à contrario ſenſu erit prohibitio firma, ſi reus eſt ſoluendo, vt nõ fiat ſequeſtratio in cauſa principali. ſecundum Salicetum hic, motus: quia ſpeciale videtur in dote, l. ſi cum dotem. §. ſi autem in ſæuiſsimo. verſicu. ſi vero dotem. ff. ſoluto matrimonio. Quia licet dos tranſiuerit in dominium mariti, tamen oneribus matrimonij & mulieris eſt ſubiecta. l. in rebus. & l. vbi adhuc. infra, de iure dotium. nimirum ſi ſequeſtratio permittitur: ergo in contrarium erit ius commune. & iſta opinio videtur ſubtilior & verior, & ſatis dependet à proxime dicendis in tertia fallentia. ¶Tertio fallit vbicunque ſubeſt timor quod appellatus poſſeſſor, lite pẽdente, fructus in alimoniam ſuam
9 vel ſuæ familiæ cõuertat, † quia dicitur ſubeſſe iuſtus timor dilapidationis ad concedendam ſequeſtrationem. textus eſt cum gloſſa, quem ad hoc ponderat Angelus in l. diuus. la prima. ff. de petitione hæreditatis. Archidiaconus in dicto capi. quia res. Panormitanus in dicto c. 2. Angel. in d. l. Imperatores. §. fin. & ibi Moder. Bald. in dicta l. ſi fideiuſſo. §. fin. & in c. j. §. fin. in titulo quo tempore miles. Contrarium tenuit Ioann. de Anania in d. l. Imperatores. quia appellanti debet conſeruari ius ſuæ poſſeſsionis. ca. non ſolum. de appellat. libro 6. iuncta l. Titia. de ſolut. ergo poterit conuertere in vſus ſuos. Et idem tenet domi. Cardi. in d. c. final. quia ſi poſſeſſor vtitur fructibus ſicut prius, niſi diſsipet, id eſt publice depopuletur fructus, id eſt, quando verſatur aliter quam ipſe ſolet, vel quàm ſolet prudens paterfamilias: tunc pendente appellatione, fieri poteſt ſequeſtratio, alias non. ita intelligit tex. in dicta l. Imperatores. in fine. & gloſſ. in l. ab executione. C. quorũ appella. non reci. Primam tamen opinionem tenet Baldus & Ludouicus Romanus in l. ſi ſeruum. in fin. ff. de acquir. hæred. dicentes, paria fore ad cõcedendum ſequeſtrũ, vel quod dilapidet, vel quod cõſumat in proprios vſus. Et ſequitur Panor. & communiter doctor. poſt Innocẽtium in dicto c. fi. in hac difficultate Ang. Aret. in dicta l. Imperatores. §. fi. & ante eum Panor, in d. c. fin. concordando opin. diſtinguunt: Aut appellans eſt alias ſoluendo, ſi vtatur eo modo quo prius, nõ concedetur ſequeſtrum. Si autem non vtatur eo modo, ſed dilapidet, diſsipet & depopuletur, tunc fiet ſequeſtrũ, quanuis foret ſoluendo, propter præſumptionem ortam ex ſententia contra appellantem, & propter ſiniſtram ſuſpicionem ortam ex dilapidatione vltra ſolitum morem. & ita tenet Ioannes. Monachus in dicto. capitulo. locupletati. & Imo. in clementi. j. de ſequæſt. poſſeſſ. Nec huic obſtat, quod ſit ſoluendo: quia ipſi fructus principaliter debentur, de quibus magis contendebat dominus, quam de ipſa æſtimatione. Et licet iſta ratio militet in cauſa principali, tamen non militat præſumptio inſurgens ex prolatione ſententiæ: igitur non debet impediri, lite pendente, vti ſua poſſeſſione. Aut poſſeſſor non eſt alias ſoluẽdo: tunc procedat opinio contraria, quod conuertente illo in ſuos vſus, fiat ſequeſtrum. Et ſic non erit ſpeciale in cauſa appellationis: quia idem foret in cauſa principali. ſecũdum Panormitanum. ibi, & eſt æqua & ſubtilis inueſtiga-
10 tio, vt dixi in præcedenti fallentia. †¶Circa iſtam fallentiam incidenter quæro, an pendente ipſo ſequeſtro (ſi non habeat ille cuius fructus ſunt ſequeſtrati vnde ſe alimentet) debeat ſe alimentare ex eis. text. nota. in dicta leg. is cui. §. cui legatorum. ff. vt in poſſeſſion. leg. quem ponderat Bartolus. ibi. dicens ſingularem, decidit quod ſic. & ſequitur Ludou. Roman. in dicta l. ſi fideiuſſor. §. finali, in dicta leg. ſi ſeruum. §. fin. Et ſic debebunt tot fructus ſufficientes ad litem & alimenta ſibi relaxari arbitrio iudicis. leg. fin. Codice. de ordin. cogn. & ibi expreſſe ponderat Sali. poſt Bald. ibi, quod
11 eſt notã. Idem Salic. hic adducens † ſimile in monacho litigante cum abbate: quia debet habere expenſas litis & alimoniæ à monaſterio, ne cogatur litem deſerere, & ab illa deſiſtere, allegat. capit. ex parte. extra. de accuſa.

¶Quarto fallit, quando vtraque pars contendit ſe poſſidere, & iuſte timetur, ne partes deueniant ad arma in colligendis fructibus l. æquiſſimum. ff. de vſufruct. Et ita tenet Bartolus. per text. ibi in leg. ſi vſufructus. §. ſed ſi inter duos. ff. de vſufruct. quia poterit iudex prohibere vtrique parti ingreſſum, ne veniant ad arma & rixas. Bartolus in l. final. de edict. diui Adrian. tollen. doctor. in dicto capitul. ſecundo. Specul. tituto de ſequeſtra. poſſeſſion. & fruct. in principi. verſiculo, ſed nunquid. & ita tenent omnes. & ſuper hoc periculo & ſcandalo diſcutiendo requiritur partis præſentia, nec crederetur verbis iudicis ita aſſerentis. Angelus in conſilio. 103. in fine. quod incipit, Iacobellus & Lucas. ¶ Circa prædictam fallentiam incidenter quæro. Sempronius agit contra Titium ad fundum cum fructibus, timetur ne partes ad arma, rixam, aut ſcandalum perueniant: an iudex poterit ad

alterius partis ſuggeſtionem fundum cum fr ıctibus
ſequeſtrari facere ſine præiudicio iurium vtriuſque
12 partis. Baldus hic mouet & decidit, † quod vbi con-
ſtat iudici alterum tantum poſsidere, non debet ſeque
ſtrare, ſed mandare aduerſario ne accedat & turbet
poſſeſſorem. ita intelligit dictam l. æquiſsimum. & d. l.
ſi oleum. quando dubitatur quis poſsideat, & partes
ſunt in procinctu armorum. Iſtud fuit dictum Innoc.
in cap. in pręſentia. extra, de probation. Immo ſi non
apparet quis poſsideat, debet ſummatim ſe informa-
re, & tueri quem inuenerit poſsidere, ſecundum Inno
centium ibi Cyn. in l. prima. C. vbi poſſ. Bald. in l. qui-
dam æſtimauerunt. ſi cert. petat. in l. ordinarij. ff. de rei
vendicatio. in l. ſi diſceptetur. ff. vbi pupil. educa. debe.
in l. 2. C. de ſumma Trinitate. in l. ſuper poſſeſsione. &
ibi dixi ſupra, de tranſactionib. in l. edicto. de edict. di
ui Adriani tollend. & alibi ſæpe. Iſtud Bald. exclamat.
& voluit pulchre Specu. titu. de libel. concept. §. nunc
dicendum. verſicul. 21. & Practicus Papienſis in opere
ſæpe allegato, vbi multum eleganter loquitur. ¶ Quin
to fallit, in odium contumacis: quia permittitur ſeque
ſtratio capit. ex literis. extra de dolo & contumacia. &
ibi not. Bald. & doctor. idem Bald. in d. l. ſi fideiuſſor. §.
finali. & in l. conſentaneum. in 8. notab. infra, quomo-
do & quando iudex. Salic. hic Angel. Aretin. in dicta l.
Imperatores. §. fina. quia ſi in parendo vel ſiſtendo in
iudicio eſt contumax, poteſt ſequeſtratio fieri. Innoc.
in c. j. de ſequeſtration. poſſeſsio. & fruct. Tractat late
Cardin. Floren. in d. cle. j. in 22. quæſtion. ¶ Sexto fallit,
lata ſententia in iudicio vniuerſali, puta aliquem eſſe
hærędem: tūc omnes res de quibus dubitaretur, quod
eſſent hæreditariæ, ſequeſtrari poſſunt. Bald. in l. fin. C.
qui ad liber. procla. non licet. ¶ Septimo fallit, vbi vē
ditor non vult tradere rem venditam, niſi habeat pre-
tium, & emptor non vult dare pretium, quia alter non
confidit de alio, tunc deuenitur ad ſequeſtrum. l. ſi ſo-
luturus. §. fin. ff. de ſolution. Hoc caſu quando emptor
& venditor non confidunt inuicem, fit ſequeſtrum
13 momentaneum hinc & inde. dicta l. ſoliturus. † De na-
tura tamen contractus eſt, quod prius pretium nume-
retur: ſicut emptor prius nominatur, quám venditor.
l. prima. ff. de rerum permutatio. ita dicit Bald. in capi.
j. de ſequeſtra. poſſeſsion. & fruct. ¶ Octauo fallit, lata
ſententia contra aliquem ſi timeatur de dilapidatione
fructuum, iudex incontinenti poteſt ſequeſtrari face-
re. d. l. Imperatores. §. finali. Immo vbi fertur ſententia
ſuper beneficio, incōtinenti fit ſequeſtratio poſſeſsio-
14 nis & fructuum beneficij: † niſi reus tenuiſſet illud per
triennium. clement. j. de ſequeſtra. poſſ. & fruct. Quod
limitat Ioan. And. in addition. Specu. in titu. de ſeque-
ſtra. poſſeſ. & fruct. in 2. colū. & ſequitur late dominus
Cardi. in d. cle. j. verſic. 4. quæro. niſi reus primo obti-
nuiſſet ſententiam, quia licet poſtea ſuccubuiſſet per
ſententiam in cauſa appellationis, non fieret ſequeſtra
tio, de qua in dicta cle. j. ſed oporteret expectare aliam
ſententiam. Et ſic no. limitatur d. l. Imperatores. in fin.
quod eſt no. ¶ Cæteras fallentias traditas per glo. Ioā.
Mona. Oſti. Panor. & alios poſt Archi. in locis allega-
tis omitto: quia ſunt plurimæ, adeo quod poſſent con
ſtituere regulam permiſsiuam, vt dicit glo. alibi in §. ſi
quis alij. inſtit. de inutil. ſtipulatione. quarum multas
inferius in diſcurſu tractabimus.
15 ¶ ILLVD † tamen ſciendum & notandū eſt, quod
licet ſequeſtratio regulariter ſit prohibita: tamē pars
ſemper petere poterit deſcriptionem fructuum & re-
rum fieri ad hoc, vt ſciatur quantitas, & ad faciliorem
probationem, ſecundum Bartolum & Salicetū hic Bar
tol. Ange. & Modern. in dicta l. Imperatores. §. fin. Bar-
tol. poſt Andræam de Barulo in l. facultas. de iure fiſci.
libro 10. Bald. in dicto c. j. de ſequeſtr. poſſ. & fruct. do.
Anto. in c. 2. eod. titu. Bald. in d. l. ſi fideiuſſor. §. fi. Bart.
in l. poſt contractum. in fin. ff. de dona. in l. fi. de requi-
rend. reis. Bartol. per textum ibi nota. in l. prima. §. fin.
ff. de ven. in poſſeſſ. mitten. Ratio diuerſitatis aſsigna-
tur per Angelum & Moder. in d. l. Imperatores §. fina.
quia per ſimplicem deſcriptionem abſque incorpora-
tione occurritur contra omnem malitiā, nec ex eā pri-
uatur poſſeſſor ſua poſſeſsione. quod eſt nota. ¶ Prædi
ctam tamen deciſionem limitauit Baldus hic duplici-
ter. Primo vt procedat in deſcriptione ad probādum
tātum, & non in ea quæ fieret ad incorporandum: per
text. not. in d. l. j. §. eligitur. ff. de ven. in poſſeſſ. mitten.
Allegat not. per Innocentium in c. fin. extra, de hæreti.
Secundo limitat Bald. ſi deſcriptio fieret abſque iniu-
16 ria partis, vt puta deſcribendo fructus agri. Secus, † ſi-
quis vellet deſcribi facere bona in capſis vel ſupelle-
ctilia: quia iudex debet eſſe diſcretus, vt res procedat
ſine iniuria: cum interſit cuiuſcunque, ne totum patri
monium pandatur. l. ſecunda. de alimentis pupil. præ-
ſtan. & l. 2. infra, quibus & quando, quādo quarta pars
debe. libr. 10. facit quod pulchre voluit Bald. in conſil.
incipiē. In Chriſti nomine, Amen. petitus tutor à ma-
tre. per textum in dicta l. facultas. Licet teſtator remi-
ſerit inuentarium tatori, tamen debebit pati fieri de-
ſcriptionem bonorum ad faciliorem probationem, &
ne bona baratentur, quod eſt menti tenendum. Ego
ſoleo allegare tex. in l. j. §. recte autem. ff. quemadmod.
vſufr. caue. Faciat quod voluit Paul. de Caſtr. conſilio.
17 190. incipiente, Antequam veniam. quod ſicut † teſta-
tor non poteſt remittere vxori cautionem de vtendo
& fruendo, arbitrio boni viri. l. j. & ibi not. C. de vſufr.
l. ſcire, infra, vt in poſſeſſ. lega. argument. l. conuenir. ff.
de pact. dota. Ita nec confectionem inuentarij, quod
ordinatur ad prædicta: cum ſine eo non poſſit bene ſci
ri, an vſa ſit arbitrio boni viri, & an dictas res reſtitue
rit, merito ſolet fieri deſcriptio, quod appellatur in-
uentarium, d. l. facultas. & d. l. j. §. eligitur. Ita Paul. de
Caſtr. ibi. Nam inuentarium dicitur caput rationis
reddendæ. Bald. & Imol. in l. cum tale. §. j. de condit. &
demonſt. Et prædicta quotidiana multum non ſunt. Et
ſic remanet expedita gl. magna, ponens multas fallen-
tias, vt in glo.
18 ¶ RESTAT † oportuno loco ſequeſtrationis
materiam attingere. Inuenio tria fore diuerſa, ſeque-
ſtrationem, deſcriptionem, & inhibitionem. dixit Bal.
in dicta leg. ſi fideiuſſor. §. fin, Et modum ſequeſtrandi
triplicem eſſe, ſecundum Sali. hic. Aliquando perſona
& non res ſequeſtratur, puta, iudex mandat partibus
vel alteri, ne ad locum accedant cauſa rixę & ſcandali
euitandi. l. fi. ff. de offic. procu. Cæſa. Aliquando res &
non perſona Exemplum, mādat iudex cautiones com-
munes deponi. & iſtis duobus poſſeſſio non perditur,
quia in primo caſu res non traditur tertio. Et in ſecun
do, quia quilibet cohæredum poſſidet, & quilibet co-
piam accipit, & originalia etiam exhibentur in iudi-
cio vbi opus eſt. Aliquando ſequeſtratur res & perſo-
na. & iſta eſt propria ſequeſtratio, de qua tractat lex
noſtra: quia res à perſona, & perſona ab ipſa re ſepara-
tur. Et in hoc, an ex iſta perdatur poſſeſſio in dubio, vi
debimus infra in q. 20.
19 ¶ QVAERO † igitur primo, an ſequeſtratio ſit
multiplex. Archi. in d. c. quia res. & Ioan. An. poſt Ioan.
Mo. in d. capitul. locupletari. Bald. & Salic. hic. Bald. in
d. ca. j. de ſequeſt. poſſ. Card. in d. Clemen. j. dicunt du-
plicem eſſe ſequeſtrationem: Alteram voluntariam
ex beneplacito & conuentione partium, & iſta ſem-
per eſt permiſſa. l. intereſſe puto. ff. de acquir. poſſeſſ.
Altera dicitur iudicialis, quia fit à iudice, & iſta fit al-
tero de duobus modis, aut de re non contentioſa, vel
ad iuris ſui conſeruationem. Exemplum in hæredi-
bus volētibus ius ſuum conſeruare in poſterum ſuper
tabulis teſtamēti, & cautionibus communibus: quia ſi
ius non cōcordat, vel ipſi cōuenire non poſſunt, iudex
facit illa ſequeſtrari. l. cæteræ. & l. ſi quæ cautiones. ff.
fa-



familiæ erciſcundæ. l. fina. ff. de fide inſtrument. vel ad
euitationem oneris. Exemplum, quando debitor ad e-
uitandum curſum vſurarum vult ſoluere ſortē, & cre-
ditor non vult recipere: ſequeſtratur ipſa pecunia, id
eſt, deponitur penes alium. l. acceptam. infra, de vſur.
20 l. debitor. ff. eodem. ¶ † Et in iſtis caſibus ſic diffinitur
ſequeſtratio. Sequeſtratio eſt rei liquidæ, ſui iuris tuē-
di ſeu oneris euitandi gratia, depoſitio, ſecundum Ioā
nem Monachum, Archidiaconum & Ioannem Andr.
Si vero fieret de re contentioſa, ſecundum eos ſic dif-
finitur: Sequeſtratio eſt rei poſſeſſæ ſeu detentæ, quæ
in controuerſia vertitur, aut fructuum eius à poſſeſſo-
re ſeu detinente iudicis officio ex cauſa ſeparatio. Ni-
mirum quia dicitur à ſequeſtrando & ſeparando. vel
aliter diffiniri poteſt: Sequeſtratio eſt rei, de qua facta
eſt controuerſia, depoſitio l. licet. in principio. ff. depo
ti. vt refert Cardinalis Florentinus in dicta clementi.
21 prima. in 15. quæſtione. ¶ † Et in prædictis omnibus ſe-
queſter dicitur, qui certantibus medius interuenit, ſe
cundum Iſido. Archidia. & Ioan. Andr. vel in volunta-
ria, ſecundum Panormi. in c. examinata. de iudic. Diffi
nitur ſequeſter in text. l. ſequeſter. ff. de verbo. ſignific.
ille apud quem plures eandem rem, de qua controuer
ſia eſt, depoſuerit. dictum ab eo; quod occurrenti, aut
quaſi ſequenti eos qui contendunt, committitur. dict.
l. ſequeſter. & ita trāſeunt omnes: quia vterque de con
tendentibus fidem eius ſequitur, vt declarat dominus
Cardi. in dicta clementi. j. in 15. quæſtion. ¶ Aduertē-
22 dum tamen eſt, quod † iſta quæ fit mādato iudicis, po-
terit fieri altero de quatuor modis. ¶ Primo modo ex
mero officio præſidentis, quando videt aliquos para-
tos ad arma & rixas, quos poteſt ſua iuriſdictione cō-
peſcere, quando videt neutram partem curare adire
iudicem. dicta l. æquiſsimum. quæ alias incipit, Sed ſi
vſusfructus. §. ſed ſi inter duos. Exemplum, iudex di-
cit, Recipio contentionem veſtram in manu mea, &
rem cuſtodire faciam. ideo iubeo coram me compā-
pareatis, ius veſtrū proſequuturi. Iſtud ſæpe fit in Nor
mandia, & in Italia, ne contendentes ad arma proſi-
liant: & ſic iudex facit coli, & vincenti reſtitui fructus.
de quo diximus ſupra in quarta colum.
¶ Secundo modo fit ſequeſtratio per officium iudicis
mercenarium deſeruiens ſequeſtrationi: quia ſi ſerui-
tium eſt debitum, poteſt fieri ſequeſtratio. Exemplum,
beneficiatus non vult ſeruire beneficio: præſidens ha-
bet ſic curare, quod eius officium non negligatur, ſe-
queſtrari faciendo fructus quo ad hoc, vt beneficium
officietur, non obſtante appellatione. capit. peruenit
ad nos quod cum V. extra, de appellationib. vel exem-
plum in l. tertia. infra, qui ad liber. procla. non licet. &
in l. prima. §. ſuper peculio. infra, de aſſertione tollen-
da. Sic dicunt præfati doctores, quod vbi duo conten
dunt de beneficio, quorum nullus eſt pacificus poſſeſ-
ſor, donec controuerſia ſopiatur, poterunt fructus ſe-
queſtrari: quia non capit duos, ſed vnum tantum. cap.
23 cum contingat. extra, de reſcriptis. † Nec dignitas
duos ſponſos habet, ne inofficiata interim remaneat,
fructus ſequeſtrantur viua ratione. Nam vbicunque
iudex videt alicui incumbere onus quod non implet,
præſes illum monere debet. & ſi non faciat, ſequeſtra
bit. dicta l. ſi cum dotem. §. ſinautem in ſæuiſsimo. ſo-
luto matrimonio. cap. per noſtras. extra, de dote poſt
diuor. reſtitu. Et ſic, ſecundum Ioannem Monachum,
Archidia. Ioan. And. & docto. officium iudicis merce
narium deſeruit ſequeſtrationi faciendæ, vel propter
onus rei incumbens, quod non expletur: vel propter
rei conceſſæ abuſum. dicto §. ſinautem. dicto c. perue-
nit. dict. c. 2. de ſequeſtration. poſſeſſio. vel ex qualitate
perſonarum. vbi ex facti natura inducitur incompaſsi
bilitas prouidendo partibus per cautionem. Exem-
plū: aliquis proclamat in libertatem aduerſus exiſten-
tem in poſſeſsionem ſeruitutis, confitetur aliquas res
acquiſitas ex re poſſeſſoris: vel ex operibus ſuis, & iſta
ſtatim debet reſtituere poſſeſſori: alias aſſerit ex dona
tione vel legato prouenisse: quia detecta libertate de-
berent ipſi aſsignari, ideo ſequeſtratio dicitur neceſ-
ſaria. dict. §. ſuper peculio. & hoc vbi poſſeſſor cauere
non poteſt. intra, de ordin. cognitio. Si autem qualitas
vnius perſonæ hoc induceret, & peteretur fieri ab al-
tera parte per iudicem, diceretur caſualis ſeu ſpecia-
24 lis contra regulam noſtram prohibitiuam. ¶ † Et ſecū
dum præfatos doctores, facilius inducitur ſequeſtra-
tio in iudicio vniuerſali vel quaſi. l. fin. ff. de tabul. exhi
ben. d. l. fi. de ordin. cogni. dicta l. 3. & dicto §. ſuper pe
culio. & l. j. §. frater. ff. de collat. bono. quam in iudicio
ſingulari, vbi aliquis petit ſuum, vel ſibi debitum: quia
non eſt præſumptio, quod reus ad aliquid ſit obliga-
tus, niſi probetur. Secus, vbi cōtenditur ſuper vniuerſi
tate: cum poſsidens vniuerſa, ſingula non poſsideat.
l. qui vniuerſas. in principio. de acquirenda poſſeſsio.
vel vbi non eſt idem efficax præſumptio pro detinente.
Et ideo decidunt, quod ſi duo contenderent de bene-
ficio, & pro altero apparerent potiora iura, quod ille
foret in poſſeſsione tuendus vel mittendus. l. fi. infra,
de edict. diui Adria. tollen. Ergo multo magis audire-
tur ad impetrandum ſequeſtrum, quod minus eſt.
¶ Tertio modo fit ſequeſtratio ad petitionem ſeque-
ſtri. & de hoc eſt tex. in l. ei apud. §. ſi velit. ff. depoſi.
¶ Quarto modo fit ad petitionem partis per iudicem.
& iſta proprie eſt materia legis noſtræ quotidiana.
¶ Vel aliter, ſecundum Bal. hic multiplex eſt ſequeſtra
tio. Altera permiſſa & voluntaria, Altera prohibita &
temeraria, Altera paſſibilis & cauſatiua, id eſt, quę cau
ſatur ex aliqua iuſta cauſa. Altera præceptiua & neceſ
ſaria. ¶ Vel ſecundum eundem triplex eſt: Voluntaria,
quæ procedit ex conuentione partium: Prætoria quæ
fit à iudice ante ſententiam, ex qua non amittitur poſ-
ſeſſio: Iudicialis, quæ fit per ſententiam & rem iudica-
tam, per quam amittitur poſſeſſio, ſicut fit in immiſſio
ne. l. diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. de re iud. Sicut dicimus
de prætorio & iudiciali piguore, ſecundum Bald. hic.
Et ſic remanet expedita prima quæſtio.

## *SVMMARIVM.*

25 *Sequeſter an dicatur officialis, & quod habeat officium,*
*Sequeſtrum acceptare inuitus non cogitur.*
*Actio qualis competat aduerſus acceptantem ſequeſtrum.*
26 *Sequeſtrum eſt officium voluntarium.*
*Iudex ex officio qualiter cogat recipere ſequeſtrum.*
27 *Sequeſter an & quando poſſit deponere ſequeſtrum.*
28 *Sequeſtrum an fieri poſſit apud eundem iudicem, ut deponens liberetur.*
*Viri ſummi interdum dubitant conſulere.*
*Iudex cui data eſt electio, ſeipſum eligere non poteſt.*
29 *Differentia inter depoſitum & ſequeſtrum quæ ſit.*
*Depoſitum fieri poteſt ſine lite.*
*Sequeſter in dubio poſſidet.*
30 *Sequeſtratio priuſquam concedatur, quam requirit probationem.*
31 *Viatores ſunt ſemper ſuſpecti niſi ſatiſdent.*
*Nundinæ quęlibet cōſtituunt in præſumptione fugæ.*
*Viatores & muliones vbi forum ſortiantur.*
32 *Iudex quando teneatur aſſentire allegantı ſuſpectū, & ſequeſtrationem petenti.*
33 *Suſpectum de fuga quatuor faciunt, & an de neceſſitate requirantur copulatiue.*
*Conductor domus, vt ſuſpectus, capi non poteſt.*

*Suſpicio ex perſonæ qualitate perpenditur, & eſt in iudicis arbitrio.*

34 *Mores mali an reddant debitorem ſuſpectum ad ſequeſtrandum.*

*Intellectus ad regulam; qui ſemel malus; de regu. iuris. lib. ſexto.*

35 *Debitor non poſſidens immobilia, an reddatur ſuſpectus ad rem mobilem petitam ſequeſtrandam.*

36 *Immobilia pauca poſſidere; qualiter intelligenda.*

*Poſſeſſor modicæ ceſpitis, non habendus pro immobilium poſſeſſore in magnis debitis.*

*Domus vilis & exigua, nõ habetur pro domo in ſtatutis.*

37 *Debitor pro modico debito à tutela non remouẽdus; & idem de creditore.*

38 *Statutum ſuper ſuſpectis de fuga pro debito capiendis, an includat parua debita. Et idem de vulnere.*

39 *Vulnus vnum modicum; nullum habet in ſe delictum.*

40 *Sequeſtrum omiſſa citatione, an dicatur nullum.*

*Iudex contra fugitiuos de facto ſine iuris ordine procedit.*

41 *Abſentia partis quando nihil noceat in proceſſu.*

*Iudex copiam creditori ad capiendum debitorem, vt ſuſpectum, faciens, ſex conſideret oportet.*

42 *Iuramẽtum aſſerentis ſuſpectum, an operetur probationem ſuſpicionis fugæ ſine alio adminiculo.*

43 *Perſonæ detentio non includit modicum præiudiciũ, ſed maximum.*

44 *Suſpicio fugæ quæ tempore contractus ſuberat, ſed per creditorem contrahẽtem ignorabatur, an idem ſtatuat, ac ſi de nouo ſuperueniſſet.*

*Debitori incumbit onus probandi ſcientiam creditorum.*

*Pœnæ liquidiſſimam requirunt probationem.*

45 *Debitor ſuggerens creditori ſe eſſe ſoluendo, an gaudeat beneficio cedendi bonis.*

46 *Debitor in diem, per ſuperuenientem ſuſpicionẽ detineri poteſt.*

47 *Sequeſtratio an poſſit fieri die in honorem Dei feriato, & quando.*

*Incarceratus an poſſit recommendari in carceribus die feriato in Dei honorem.*

48 *Sequeſtratio an poſſit reuocari die feriata.*

49 *Sequeſtrum impetranti an incumbat onus probandi debitum per inſtrumentum.*

50 *Poſſidens iudicis authoritate, qualiter immiſſionem probare debeat.*

51 *Sequeſtratio perſonæ an correſpondeat ſequeſtrationi rerum.*

*Salarium doctorum vel militum qualiter ſequeſtretur.*

52 *Sequeſtratio an poſſit fieri ante ſententiam.*

*Appellans priuatus, non audiendus in debitis liquidis.*

53 *Bartolus ſuppoſita habet in ſua lectura.*

54 *Modus in procedendo, facto ſequeſtro.*

55 *Satiſdationis remedium contra ſequeſtrationem fuit inductum, quod quatuor modis limitatur,*

56 *Cautio iuratoria an impediat ſequeſtrationem.*

57 *Præſcriptio quo caſu per interpellationem nõ interrumpatur, nec perpetuetur.*

58 *Sequeſtrarius cui teneatur rem reſtituere,*

59 *Actio depoſiti datur contra ſequeſtrarium, & interdum præſcriptis verbis.*

60 *Iudicis mandatum excuſat debitorem à pœna & periurio ſequeſtrando.*

61 *Debitores non creditoribus iuſſu iudicis ſoluentes liberantur.*

62 *Debitorem detineri faciens authoritate iudicis incompetentis ſcienter, ius crediti perdit.*

63 *Captum propria authoritate nemo detinere debet.*

*Iudex incompetens quomodocunque procedat, ſemper grauare dicitur.*

64 *Aduenæ quo loco conueniendi.*

*Intellectus noui in corpore iuris aſſidue oriuntur.*

65 *Sequeſtrum lite pendente factum; an duret in cauſa appellationis.*

*Sequeſtratio nõ finitur cauſa appellationis ſiue prima, ſiue ſecunda, durante,*

66 *Pignora arbitratori data, an durent in cauſa reductionis ad boni viri arbitrium.*

*Reductio ad arbitrium boni viri eſt quædam appellatio.*

*Lis finita dicitur per tranſitum in rem iudicatam.*

67 *Satiſdatio non cedens, niſi tranſiuerit in rem iudicatam, quæ ſit.*

*Fideiuſſio de iudicio ſiſti quando finiatur, & an duret coram iudice appellationis.*

68 *Satiſdatio de iudicio ſiſti ſequeſtri releuatoria, in qua forma præſtanda.*

69 *Formulæ ſunt ſublatæ in diſpoſitione legum.*

70 *Tutor qua promiſſione ſatiſfaciat formulæ l. fin. §. omnem. C. de adminiſtra. tutò.*

71 *Poſſeſſio rei ſequeſtratæ, per ſequeſtrationẽ an amittatur.*

72 *Debitori de fuga ſuſpecto iudex interdicere alienationem immobilium poteſt.*

73 *Clauſula in debito appoſita, ſi non ſatiſfecerit creditor, propria authoritate capere &c. quid operetur, & an includat bonorum ſequeſtrationem,*

74 *Conuentio hominis quid operetur, & an tollere poſſit iudiciarium ordinem.*

*Proceſſus ab executione de iure non poteſt inchoari.*

75 *Sequeſtratio dicitur executio.*

*Ordo iudiciarius, pactis priuatorum tolli non poteſt.*

76 *Argumentum de pacto ad ſtatutum, an procedat.*

77 *Fructus ſequeſtrati quando diſtrahendi.*

78 *Iudex an poſſit ſalarium ſequeſtrario conſtituere.*

*Sequeſter iacturam pati non debet.*

79 *Iudici ſalarium conſtitui non poteſt.*

80 *Iudex an poſſit ſequeſtrum apud duos ſequeſtrarios facere.*

81 *Sequeſter an poſſit rem ſequeſtratam reſtituere ad mandatum ſolius iudicis.*

82 *Iudicem fauorabilem quo caſu bonum ſit habere.*

1 SECVNDO quæro, † an Sequeſter dicatur officialis. text. in dicta l. ſi fideiuſſor. §. final. ibi apud officium iuncta gloſſ. exponente l. apud officiales, probare videtur ꝙ ſic. Veritas eſt, ſecũdum Angelum ibi, quod proprie in eo non eſt officium authoritate publica, ſed largo modo: ex quo infertur, ꝙ nemo inuitus cogitur acceptare ſequeſtrum. Ita Angelus ibi per textum in l. final. circa medium. infra, de bonis authoritate iudicis poſsidendis, quia obligatur ex quodam quaſi contractu, & contra eum competit actio præſcriptis verbis: & ſi ſoluendo non ſit Sequeſter, contra deponentem agitur de dolo. l. ſi oleum. §. j. & ibi Baldus hoc etiam tenet. ff. de dolo. Idem Angel.
26 hic. Et † ſic officium ſequeſtri eſt voluntarium nõ neceſſarium. ita Bartolus in l. litibus. de agricol. & cenſi. libro 11. per text. in dicta l. fina. Immo ſi ſtatuto non caueretur, quod quis cogi poſſet ad ſequeſtrum recipiendum, tamen iudex ex ſuo officio poſſet ex cauſa compellere: ita tamen, vt non impendat aliquid de ſuo, ſed ſolam operam ponat. dicta l. fi. §. fi. & l. fi. ff. de requirẽ. reis. Iſta ſunt verba Bald. in l. prima. ff. vbi pupillus educari debeat.

27 TERTIO quæro, † an Sequeſter poſsit renuntiare & dicere: Nolo amplius eſſe ſequeſter. textus eſt notabilis in dicta l. & apud quem. in fine. ff. depoſit. quem textum declarat Baldus in rubrica, infra, depoſiti. in fine. vbi dicit & declarat illum textum, quod poſsit deponere officium ex cauſa, & iudice interueniente. Idẽ Angel. hic Baldus in dicta l. ſi oleum. d. Cardin. in dict. clementina j. in 21. quæſtion. & ſi ſequeſter patiatur dãnum, vel perdat rem ſequeſtratam apud ſe, eidem competit actio, ſecundum Salicetum hic in penulti. quæſtione, per text. nota. in l. is cui. §. qui ſeruandorum. in fi. ff. vt lega. nomi. cauea. & allegat Bartol. in dicta l. intereſſe puto.

28 ¶ QVARTO † quæritur, an ſequeſtrum fieri poſſit apud eundem iudicem, vt deponens liberetur. Iſta quæſtio fuit in ciuitate Feltrenſi, vbi Magiſtratus fecerat apud ſe deponi. Et conſuluit dominum Raphaelẽ, an recte feciſſet: dubitauit Raphael conſulere. Prima facie videbatur quod ſic. per textum cum gloſſa in dicta l. ſi fideiuſſor. §. final. ſed exaduerſo vrgere videtur. quia iudex cui data eſt electio, non poteſt ſeipſum eligere. argument. l. plane. ff. quod cuiuſque vniuerſitatis nomine. l. ſi tibi mandauero. §. ſi tibi centum. ff. mandati. vbi ſi dedi tibi centum, vt dares cui velles, non poſſes pro te retinere. Subiicit tamen Raphael in dicta l. ſi fideiuſſor. quod non dubitaſſet conſulere, quod ſic potuiſſet fieri, ſi vidiſſet gloſſ in l. ſenatuſconſulto. in verbo, deponatur. ff. de officio præſidis & ſequuntur Ludouicus & Alexander in dicta l. ſi fideiuſſor. §. finali.

29 ¶ QVINTO † quæro, quæ differentia ſit inter depoſitum & ſequeſtrum, ex mente Iacob. Butriga. & docto. in l. licet. ff. depoſiti. gloſſa & doctores in dicto ca. examinata. differre videntur: quia ſequeſter dicitur ille, apud quem res in litigium deducta, à litigatoribus deponitur. ſed depoſitum fieri poteſt ſine lite aliqua. Iſtam opinionem decidit dominus Antonius in dicto cap. examinata. quia ad validitatem ſequeſtri non requiritur quod ſit in iudicium deducta. ¶ Panormitanus tamen ibi reprobat dictnm Antonium male ponderantem gloſſam, quia non dicit, deducta in iudiciũ, ſed in litigium, quod poteſt intelligi de extraiudiciali, puta altercantibus partibus & concurrentibus ad aliquam rem poſsidendam. dicta l. æquiſsimum. Et ita ſentit Ioannes Andræas in dicto capit. locupletari. & Cardin. in dicta clementi. j. in 15. quæſtione. in diffinitiõe ſequeſtrantis, hoc modo: Sequeſtratio eſt rei, quæ in controuerſiam deducitur, conſenſu cõcertantium apud tertium depoſitio. dict. l. licet. ¶ Secundo differũt, quia ſequeſtrum fit à pluribus, Depoſitum ab vno tantum fieri poteſt in voluntaria ſequeſtratione, non in neceſſaria, vt declarat Panor. in dicto c. examinata. ¶ Tertio differunt, quia ſequeſter in dubio poſsidet d. l. licet. in fine. & dict. l. intereſſe puto. depoſitarius nõ, vt declarat Ioannes Andr. in dicto capit. locupletar. in Mercurialibus.

30 ¶ SEXTO † quæro, quid probandum ſit coram iudice, antequam concedat ſequeſtrationem. tex. nota. in dicta l. ſi fideiuſſor. §. fin. velle videtur, quod ſi conuentus pro re mobili ſit ſuſpectus, nec poſsit ſatiſdare, res debet ſequeſtrari. & illum textum ponderauit Angelus ad practicam quotidianam contra muliones, ſtipendiarios, & forenſes venientes ad ciuitatem, cum equis & mulis. Quia cum ſemper ſint in itinere, pedem teneant in ſtapedio, ſemper dicuntur ſuſpecti, ſi ab eiſdem petantur equi vel muli, vel aliquid aliud niſi ſatiſdent, ideo practicatur, quod ſequeſtrum ſit ſecundum Angelum. bene facit quod notat Bartolus in
31 l. hæres abſens. in fine. ff. de iudic. vbi † viatores ſemper dicũtur ſuſpecti de receſſu. Facit quod voluit Baldus in l. ſi vero donationis. infra, de contrahenda emptione. vbi licet re vendita præſumatur in dubio habita fides de pretio. gloſ. in l. quod vendidi. ff. de contrahenda emptione. in §. venditæ. inſtitut. de rerum diui. Tamen iſtud non procedit, ſi venditio fiat in nundinis: quia quilibet præſumitur eſſe ibi in fuga. quod eſt no. Faciat quod voluit Bald. Angel. & Imol. in l. ſi cum dotem. §. fina. ff. ſolu. matrim. Bald. poſt gloſſ. in l. inciuile. C. de rei vendication. Bartolus & Bald. in l. ſi cum venderet. ff. de pignoratitia actione. ¶ Contra tamen hanc communem practicam vrget, quia multoties & viatores ſeu forenſes non ſortiuntur forum in alio loco etiam ratione contractus, etiam ſi ibi inueniantur, niſi haberent pergulam vel armarium, vt notatur in l. hæres abſens. §. primo. ff. de iudic. capitul. Romana. §. contrahentes. de foro competenti. lib. 6. Si ergo ratio eſſet præſumptæ ſuſpicionis de fuga, ſequeretur quod omnis iudex cenſeretur competens contra ſuſpectos de fuga, vt videbimus in 21. quæſtion. Ergo nunquam haberet locum dict. §. contrahentes. cum ſimilibus. Cogitabitis, quia à nemine tactum. ¶ Ponderandum etiam eſt quod text. in dict. l. ſi fideiuſſor in fine. in verbo, ſi hoc iudici ſederit. exponente gloſſ. ſcilicet in ani
32 mo. probare videtur quod iudex † non teneatur aſſentire alleganti ſuſpectum, & petenti ſequeſtrationem, niſi in animo ſuo ſedeat illum eſſe ſuſpectum iuſtificato animo ex actis, vt declarat Angel. poſt Bartolus. ibi. Exemplum ſecundum Bartol. ſi forte actor perſonam aduerſarij aliquo modo approbaſſet, argumento l. creditores. ff. de priuilegiis creditor. l. ſi is à quo. §. fin. ff. vt in poſſeſſ. legat. & ita communiter tenetur. ¶ Ponderandum etiam eſt ſecundum gloſſa. ibi in verbo, of
33 ficium: † Quatuor, inquit, fore facientia aliquem ſuſpectum. ¶ Primo, non poſſidere immobilia. l. ſciendum. eodem titulo. ¶ Secundo, pauca immobilia poſſidere. argumen. dict. l. creditores. Iſtud ſecundum damnat Roman. in dict. l. ſi fideiuſſor. §. fina quia habens conductam domum, non poteſt capi vt ſuſpectus. allegat Bald. in l. ſi hæres abſens. ff. de iudic. quem nunquam inueni. Poſſumus tamen dicere, quod quantitas debiti potius faciat ſuſpectum, quando poſſideret immobilia pauca. per text. ibi in verbo, ſi hoc iudici ſedeat. ¶ Tertio, mali mores, quos modo haberet. §. fina. inſtitut. de ſuſpect. tutor. ¶ Quarto, ſi prius male feciſſet. l. ſi cui. §. iiſdem. ff. de accuſa. ¶ Sine dubio, ſecundum doctor. iſta quatuor ſimul accumulata, faciunt debitorem ſuſpectum, & de neceſſitate non requiruntunr copulatiue. Nam quandoque ſecũdum quod contingent, ſufficit alterum arbitrio iudicis, ſecundum Bartol. Alberic. Angel. & Moder. ibi, & ſic arbitrio iudicis æſtimantur, an quis ſit ſuſpectus. Iacob. de Are. per text. ibi, in l. ſi tutor. ff. de ſuſpe. tutor. Et ex qualitate perſonæ perpenditur ſuſpicio, vel ex timore fugæ, vel receſſus, vel baratationis, vel quod dolo deſineret poſſidere, vt declarat Baldus in dicta
34 leg. ſi fideiuſſor. † ¶ Circa prædicta indiſtincte quæro, an procedat indiſtincte, quod mali mores reddant quem ſuſpectum ad ſequeſtrandum. In hoc teneo quod non: quia debent eſſe mali mores or-

dinati ad fugam vel dilapidationem,inferentes in ef-
fectum ſuſpicionis, quia de aliis moribus non eſt cu-
randum,ſecundum Mart.Silima.Iac.Butri.Bal.& Mo-
der.in dicta l.fin.Illa enim regula §.iiſdem,& c.qui ſe-
mel malus.de reg.iur.lib.6.procedit in eodem genere
mali.gloſſ.in d.c.ſemel malus.Barto.in l.Caſsius.ff.de
ſenato.in l.de pupillo §.ſi quis ipſi prætori.de noui o-
peris nuntiatio.Bald.in l.fin.ff.de hæredi.inſtituen.Et
ſubtiliter tangit Bart.in l.ſi prius.in 5.oppoſit.3.partis
principalis.eod.tit.de noui operis nun.Cum grano e-
tiam ſalis intelligenda ſunt prædicta,niſi per trienniũ
continuũ,poſtea bonæ fuiſſet cõuerſationis:quia am-
plius non præſumeretur malus & ſuſpectus,ita Ange.
in §.hinc nobis.in authentic.de monachis. Et excla-
mat domi.Alexand.in d.l.ſi fideiuſſor.§.fin.¶Secundo
35 † incidenter quæro,an iſtud ſolum quod debitor non
poſſidebat immobilia,reddat debitorem ſuſpectum
ad rem mobilem petitam ſequeſtrandam. Salicet.hæc
glo.Bart.& Ange.in d.l.ſi fideiuſſor.§.fi.Spec. & Ioan.
And.in additio.titu.de ſequeſtra.po. & fruct.§.j.verſi.
ſed pone.d.Anto.in d.c.2.decidunt ꝙ ſic.Contrarium
tenet Iaco.de Are.& Bald.in d.l.ſi fideiuſſor.§.fina.per
text.ibi,in verbo,ſi hoc iudici ſederit.qui arbitrio iu-
dicis relinquit.& ſi oppo.contraria procederet, foret
poſitum in neceſsitate. Et ideo, vt retuli ſupra , per-
pendenda eſt ſecundum Baldũ qualitas perſonæ,circa
cauſandam ſuſpicionem.Iſtam opin.ſequitur Paul.de
Caſtro conſi.38.incipiente,pro pleniore.Alberic.vero
in dicta l.ſi fideiuſſor.§.fi.diſtinguere videtur.Aut illa
res mobilis eſt ſuper qua diſceptatur, & tunc poſsit ſe
queſtrari. Aut eſt alia,& tunc, niſi laboret alia ſuſpi-
cio, quia non poſsideret immobilia,ne non ſufficiat.
Et circa iſta multum ſe inuoluit.Ego ſequor opinionẽ
Bald.quia illam ſequitur Paul.de Caſt.& Moder.quia
reſpondendo ad tex.ibi,prout facit Bart.ꝙ iudex pro-
cedere poſsit ad ſequeſtrationem cõtra perſonam ſu-
ſpectam,vel non poſsidentem immobilia,niſi ex aduer
ſo appareat,quod actor approbauerit perſonam debi
torum.dicta l.ſi creditores.Iſtud eſt violare illum tex.
36 & nimis reſtringere.Vltimo † incidenter quæro, quo-
modo intelligatur illud verbum gloſſ. vel pauca im-
mobilia poſsidere.gloſſ.in l.ſciendum.& titul. decla-
rat,quod poſſeſſor modici ſeu vilis ceſpitis terræ in
cauſa magnę quantitatis pecuniæ,nõ habetur pro poſ
ſeſſore immobilium,& ſic intelligit verbũ,pauca im-
mobilia poſsidere,ſcilicet tam pauca & minima,quæ
auferat ſuſpicionem.idem tenet Ang.per gloſſ. ibi,in
verbo.facultatem,in §.hinc nobis.in authen.de mona
chis.alias de hæredi.& Falci.vbi Ange.infert ad ſtatu
tum diſponens , non poſsidentem domum, poſſe tan-
quam ſuſpectum detineri, quia poſsidens viliſsimam
domum,non gaudebit beneficio ſtatuti.Faciat textus
in l.ſi Senatus.§.Marcellus.& ibi Imol.& Moder.ff. de
leg.j.vbi ſtatutum diſponens forenſem non poſſe im-
mobilia acquirere : tamen non intelligitur prohibere
vnam domunculam paruulam,vel ſaltem cabanam ſi-
ne tecto & parietibus,vt voluit Bal.in c.ſi duo fratres.
in communi caſa.in tit.de duo.fra.de nouo benefi.in-
ueſtitu.Faciat quod voluit Bal.Salic.& Moder.in au-
thent.præterea.in vlt.q.infra,vnde vir & vxor.Vbi diſ
poſitio dictæ authẽ.præterea.loquens in matrimonio
ſine dote,procedit,etiã ſi dos eſſet parua. Faciat quod
voluit Bal.in l.ſi pro ea.in princip.infra mand.Vbi di-
xit, non attendi dilapidationem , niſi ſit ordinata ad
ſuſpicionem,id eſt,quod taliter dilapidet,quod teme-
re debeat de ſuo credito:quia ſi debitor de cẽtum,ha-
bens in bonis mille,alienaret ſeu diſsiparet forte du-
centa,nõ propterea poſſet allegare ſuſpicionem,quod
dicit facere ad ſtatuta permittẽtia iurari de ſuſpecto.
Faciat quod voluit gloſſa,Bal.& Salicetus in authent.
37 minorum debito.infra,quib.da.tut.poſſunt. † vbi de-
bitor & creditor qui remouentur à tutela, non remo-
uebũtur ꝑ modico debito vel credito , nec ꝑ modica
cõmunione vel vili poſſeſsione.Quod eſt no.dignum.
Faciat quod voluit Panor.in c.vt ſupra.extra,de rebus
eccl.non alie.vbi decidit,ꝙ res modica ſeu modicę v-
tilitatis,non includitur ſub iuramento prælati,iuran-
tis non alienare immobilia,Romano pontifice incon
ſulto.Et ad hoc allegat conſilium Frederici de Senis,
vt ibi late per eum.Faciat quod voluit Ange.in §.hoc
etiã.in fi.in auth.de alien.emphy.vbi diſpoſitio auth.
hoc ius porrectum.12.queſt.2.non procedit in prælato
alienante rem immobilem paruam eccleſiæ,per textũ.
in c.terulas.12.q.2.& ſequitur Panorm.in d.c.vt ſuper.
Faciat & melius quod voluit Bald.not.ad propoſitum
38 in auth.ſed iam neceſſe.infra,de dona.ante nup. † vbi
decidit,etiam ſtante ſtatuto,ꝙ ſuſpectus de fuga ; ca-
pi poſsit pro debito,nõ habebit locum in captura de-
bitorum modici ſeu parui debiti. Et illud dictum ex-
clamat Ludouic.conſil.330.& melius in ſingularibus,
ſingulari 93.incipien.Dic mihi,tu habes.Pro quo bene
facit tex.in l.j.§.ſed ſciendum.ff.de ædil.edic.Ibi pro-
inde leuis febricula.& ibi vel venuſculum modicum.
per quem textũ deciditur,quod ſtatutum loquens de
vulnere,non intelligitur de modica ſciſſura,ſeu ſgra-
fignatura,vel excorticatione,ſecundum Baldũ in l.fin.
Cod.de ædili action.Ang.in l.ſi pignore.§.furem.ff.de
fur.in l.extat.ff.quod met.cau.Bald. in cap. cum adeo.
extra.de reſcrip.Lud.in l.j.§.fi.ff.ad Syllæ.Sic conſtitu
tio pœnalis pro ſanguinis effuſione , non intelligitur
de minima ſeu modica.Bald.in d.cap..cum adeo.Bald.
39 & Imol.in d.l.ſenatus.§.Marcellus. † Et ſic vulnus vnũ
modicum,nullum habet in ſe delictum , vt dicit Bald.
in d.l.fi.faciat.cap.pro illorum.in fin.extra.de ſent.ex-
comm.& ita tenet Panor.in capit.propoſuiſti.extra.de
conſe.eccleſiæ vel altar.Vbi infert,ꝙ ſtatuta diſponen
tia de ſanguinis effuſione , non vendicant ſibi locũ in
effuſione modici ſanguinis. Sed contra prædicta facit
l.ſi ſcapha.ff.de euict.vbi appellatione nauis contine-
tur etiam ſcapha:quę eſt parua nauicula.& per ea quę
voluit Bald.in l.j.§.ſed de exercitatore.ff.nau.cau.ſtab.
Vbi ſtante ſtatuto de comburente domum,vel mittẽte
ignem in domũ,vt puniatur pœna mortis,cõpræhen-
dit comburentem domunculam.per illum text.qui ta-
men nihil probat , quam deciſionem non puto veram
ex præmiſſis.
40 ¶ SEPTIMO principaliter quæro , an ſequeſtrũ
nullum cenſeatur omiſſa citatione. Bald. in d. l. ſi fide
iuſſor. §. fin. decidit partem non citandam , ſi timetur
de fuga,ne fuga inſtruatur:quia contra fugitiuos pro
ceditur de facto ſine ordine iuris.dict.l.ait pretor.§.ſi
debitorem,l.penult.infra,de pign.actio.l.quæſitum.ff.
de pignoribus.Iſtud etiam ſequitur Panor. in d.cap.2.
Bald.in l.creditor.la.2.ff.ſi cer.pet.in l. conſentaneum.
in 5.colum.infra,quomodo & quando iudic. Contra-
rium tamen tenet d.Cardi.in d.cle.j.25.q.Ioan.Imo.&
Ioan.And.in d.c.locupletari.Archi.in d.cap.quia res.
Quia requiritur citatio partis,contra quam concedi-
tur ſequeſtrum. Si enim præmitti debet cauſæ cogni-
tio,vt probat text.in d.l.ſi fideiuſſor.§.final.ibi, Si hoc
iudici ſederit,vt tenet Bald. hic ergo requiritur cita-
tio.l.in cauſæ.§.cauſa cognita.ff.de mino.leg.3.§.cauſa
cognita.ff.de bon.poſſeſ.argu.l.de vnoquoque.ff.de re
iudic.Et iſtam partem ſequitur Ange,Are.in d.l. Impe
ratores.§.fin.Bald.in l.2.C.de ſer.fugi.Bald.in l. ſi quis
curialis.de epiſc.& cleric.Iac.But.& Bald.in l.conſen-
taneum. C. quomodo & quando Iudex. Et refert Pau-
lus conſi.37.incipiente,in cauſa capturæ.Et iſtam par-
tem credo veriorem , cum grano tamen ſalis , niſi pe-
riculum eſſet in mora,ne fuga inſtruatur.Et hoc ſit ſpe
cialiſſimum ſecundum Bald.in dicta.l.conſentaneum.
Et iſtud ſequitur dominus Alexan.in dict.l.fideiuſſor.
per ea quæ not.Imol.in capit.ſignificauit. extra de te-
41 ſtib, vbi etiam procedi poteſt parte abſente : † ſi peri-
culum



culum eſſet in mora,vbi alias requireretur partis prę-
ſentia.& per d.§.debitorem.cum ibi nota. per Bartol.
Nimirum,quia vbi periculum eſt in mora,poteſt pro-
cedi ad capturam & ſequeſtrationem etiam diebus fe
riatis in honorem Dei,vt dicam in 10.quæſtio.Et iſtud
ſemper tenui,& obſeruari vidi. ¶Sciendum tamen eſt
ex præmiſsis , quod antequam iudex concedat licen-
tiam creditori,capi faciendi debitorem veluti ſuſpe-
ctum,multa ſunt neceſſaria. ¶Primo,quod ſummarie,
ſaltem ſemiplene fiat fides de credito. ¶Secũdo,quod
debitor à tempore contractus citra,deteriorauit con-
ditionem ſuam.¶Tertio,quod illa deterioratio & in-
opia ſuperueniens,fuerit inſignis & magna. dicta l.ſi
fideiuſſor.§.finali.Ideo articulari debet, quod poſt cõ
tractum deuenit ad magnam inopiam, alias relaxare-
tur captus,& ſequeſtrum,ſecundum Ludouicum con
ſilio 330. ¶Quarto,quod non poſsideat immobilia in
iuriſdictione dicti iudicis,vel mobilia ſufficiẽtia,quę
faciliter nõ poſſent occultari.¶Quinto,quod poſt ca-
lamitatem non tenuerit diu:ſed quamprimum ſciuit
inſtituit apud iudicem.dicta l.ſi creditores. ad finem.
¶Vltimo,quod ſit ſuſpect⁹ de fuga per exteriores prę-
ſumptiones,indicia & argumenta.Et iſtis concurren-
tibus,præſtito iuramento de ſuſpicione, ſecure impe-
trabitur captura & ſequeſtrum: alias dici poſſet nulla.
Plura ex his ponit Angelus de Peruſio: quem ſequun-
tur Raph.& Moder.in l.ſi ab arbitro.ff.qui ſatiſd.cog.
Angelus in repetitione l.nemo carcerem.de exact.tri-
bu.lib.10.idem Angel.poſt Barto.in l.qui bona.§.de il-
lo.ff.de dam.infec.& in d.l.ſi creditores.in l.ſi is à quo.
§.fi.vbi Bar.& Ang.per tex.ibi.ff.vt in poſ.leg.in l.ſciẽ
dum.ff.qui ſatiſd.cog. idem Bartol.in l.quæſitum.ff.de
pigno.in l.fi.ſupra,de feriis.Barto.Bald.& doctor.in l.
fi.infra,de ſponſa.Baldus in l.ſi pro eo.infra,man.in l.
vniuerſa.ſupr.de precib.imperat.offeren. in l.conſen-
taneum.infra,quomodo & quando iudex.Bald. Imol.
& Moder.in l.2.in prin.ff.ſol.mat.Bal.& Ang.per text.
ibi cum glo.in verbo,recuſare.in l.apertiſsimi.ſupra,
de iudi.Ang.Are.pulchre,inſti.de actio.in prin.in glo.
in verbo,in iudicio.Et ideo Ange.in dicta l.qui bona.
§.qui damni.decidit,quod ſummatim iudex debet in-
ueſtigare veriſimilia & coniecturas antequam capi fa
ciat aliquem veluti ſuſpectum & fugitiuum.quod eſt
tenendum menti perpetuo.
42 OCTAVO principaliter quæro, † An probatio
ſuſpicionis fugæ,quo ad impetrandum capturam vel
ſequeſtrationem,ſufficiat per iuramentum aſſerentis
ſe habere ſuſpectum.Ang.in repetitione d.l.nemo car
cerem.quem ſequitur Imol.in d.l.2.ff.ſolut.matr. tenet
quod ſic,per l.cum proponas.cum gloſſ.infra,de bon.
autho.iudic.poſ.vbi ad effectum conſequendi miſsio-
nem in poſſeſsionem ex primo decreto,ſufficit proba
tio ſuſpicionis per iuramentum. ergo idem in captu-
ra perſonæ.Sic arguit Baldus hic, quod cauſæ cogni-
tio requiritur in ſequeſtratione,quæ requiritur in pri
mo decreto propter ſimilitudinem , quam habet cum
ipſo.Idem tenet Salicetus hic ad effectum cõſequen-
dæ ſequeſtrationis,vt ſufficiat cauſam ſuſpiciõis pro-
bari per iuramentum,argumento l.theſaurus.ff.ad ex-
hibend.idem Ludouicus Roman.in dicta l.ſi fideiuſ-
ſor.§.fi.Et melius Paul.de Caſtr.in prædicto eleganti
conſilio 38.incipiente,pro pleniori examine.vbi dicit,
quod ita ſeruat totus mundus.Cõtrarium videtur ve-
rius,quod non ſufficiat iuramentum, neque ad proba
tionem debiti,neque ad probationem ſuſpicionis fu-
gæ,quantum ad concedẽdam capturã.& ita tenet Bal.
& Ange.in d.l.apertiſsimi.Ange.Pau.de Caſt.& Imo.
in d.§.de illo.Bal.in dicta l.creditor.la 2.Ange.in d.l.ſi
ab arbitro.Bald.in d.l.conſentaneum. & in d.l. ſcien-
dum.per textum in d.l.ſi creditores.in verbo, docere.
vbi Angel.ibi pulchre loquitur.& hoc tenet,& etiam
ſequitur dominus Alexand.in d.l.ſi fideiuſſor. Dixerit
Roman.ibi quicquid voluerit,dicens quod vbi debi-
tum eſt modicum, poſsit cauſa ſuſpicionis per ſolum
43 iuramẽtum probari: † quia vbi agitur de captura per-
ſonæ,non dicitur agi de modico pręiudicio,quoniam
fit iniuria perſonæ.Secus modo in primo decreto & ſe
queſtratione,& in his terminis loquitur Salicetus hic
& Paulus de Caſtro in prædicto conſilio. Et ſequitur
dominus Alexand.in dicta l.2.& Angel.Aretin.in loco
allegato.inſtit.de actio.in princip.vbi conſtituit diffe
rentiam inter ſequeſtrationem rerum & capturã per-
ſonæ.quod dicit eſſe ſingulariter menti tenendũ:quia
propter hoc multos proceſſus capturarũ aliter factos
caſſari fecit.
44 NONO, quia in ſeptima † quæſtione in verſicul.
ſciendum tamen eſt,deciſum fuit, quod cauſa ſuſpi-
cionis debet ſuboriri poſt contractum.Pone, tempo-
re contractus ſuberat:ſed ignorabat creditor contra-
hens,quid iuris. Videtur quod idem iudicandum ſit
de illa,ac ſi ſuperueniſſet de nouo.ita dicit Barto.in d.
l.quæſitum.Bal.in dicta l.creditor.la 2.Bart. & Bald.in
l.fin.infra,de ſponſa.& ſequuntur Moder.in dicta l.2.
ff.ſolu.matr.quibus addo Ang.pulchre decidentem in
dicta l.ſi creditores.¶Quid autem in dubio? an præſu-
matur creditor ſciuiſſe conditionem debitoris? textus
not.in dict.l.fin. verb.ſi quidem hoc probatum fuerit,
aperte probat incumbere debitori onus probandi
ſcientiam creditorum,ex quo text.colligit Bald. quod
allegans aliquem præſciuiſſe , debet hoc probare &
idem dixit Bald.in l.ſi legibus.ſupra,de epiſcop. audi.
Contrarium tenet Pau.de Caſt.in l.etiam.ff.ſolu.mat.
quia eſt in culpa non inueſtigans creditor conditio-
nem debitorum, cum quo debet caute negociari. leg.
qui cum alio contrahit.ff.de regulis iuris.leg.3.in fi.ff.
de fideiuſſ. Nec obſt.d.l.fin.quia ibi agitur de pœna,
vbi debet interuenire liquidiſſima probatio. Bald. in
capitul.j.in tit.qualiter dominus feu.priuileg.allegãs
text.in l.in teſtamento.ff.de condition & demonſt.hic
vero agitur de captura,quæ releuabitur præſtita ſatiſ-
datione de iudicio ſiſti,& ſtando iuri. Contra tamen
facit regula l.verius.ff.de probat.Imitatur tamen do
ctrina Bartol.in d.l.creditores,cum aliis concorda. de
quibus ſupra,niſi debitor dolo induxiſſet creditorem
ad ſecum contrahendum : quia tunc perderet benefi-
cium dicendi ſuſpicionem allegatam fuiſſe etiam
45 tempore contractus.arg.l.pe.in fin.ff.de iure dot.† per
quem text,Bartol.in l.alia.§.eleganter.ff.ſolu.matrim.
decidit,quod debitor perſuadens creditori ſe eſſe di-
uitem & ſoluendo,quamuis non mutauerit conditio-
nem ſuam , tamen ex veteri ſuſpicione nouiter dete-
cta poterit detineri , nec gaudebit beneficio cedendi
46 bonis. Addo etiam, † quod debitor in diem propter
ſuſpicionem ſuperuenientem poteſt capi, per not.per
gloſſ.in verbo,intereſt.in l.quæſitum.de pignor.quam
allegat Bald.in l.1.in fin.ff.de condit.ex lege. in l.ſi de-
bitori.ff.de iudi.& concordat gloſſ.in l.penult.in fi.ff.
de pigno.actio.Addo quoque, quod ſtabitur iuramen
to creditorum, quod cauſa ſuſpicionis ſuperuenerit
poſt contractum in materia ſequeſtrationis rerum,
vt decidit Pau.de Caſtro in d.conſil.38.incip. pro ple-
niori examine. Et in hoc ponderanda eſſet doctrina
Bar.in l.ſolent.ff.de ali.& ciba.leg.Bal.& Sal.in l.j.C.de
rebus credi.
47 DECIMO quæritur, † an ſequeſtratio poſ-
ſit fieri die feriato in honorem Dei? Bald.& Salic. hic
decidunt quod ſic , ſi periculum eſt in mora in expe-
ctando diem non feriatam : quia vbi mora eſt peri-
culum allatura, tunc captura & ſequeſtratio poteſt
fieri die feriato in honorem Dei,alias non.gloſſ.in fin.
in verbo,fideiuſſionis.& ibi Bartolus.& doct.ſupra,de
fer. quæ reputatur ſingularis. Si enim perſona debi-
toris ſuſpecti de fuga , poteſt capi , cur non & res ſe-
queſtrari tempore feriato in honorem Dei? Idem te-

net Bald.in dicta l.ſi fideiuſſor,§.fin.in l.ſi vt proponis,
infra,quomodo & quando iudex.in c.j.extra,de ſe que
ſtration.poſſeſ.& fruct.Bartol.in l.ait prętor.§.ſi debi
torem.ff.de his quæ in fraud.credi.Pet.de Anch.in cõ
ſilio commemorando.infra,in 17.quæſtione.& ita ſer
uatur in practica.Dicit Alberic.in l.ſi feriatis.ff.de fe-
riis.Addo mirabile videri,quod ſuſpectus de fuga, &
ſi poſsit capi & detrudi in carcerem,tamen non pote-
rit recommendari in carceribus die feriato in hono-
rem Dei.Stupendum fuit dictum Bald.in l.cum propo
nas,cum authentic.ibi poſita.infra,de bonis authori-
tate iudicis poſsiden.Ego nõ habeo iſtud pro expedi-
to:quia ſi relaxaretur,vt in ſequenti quæſtion. non eſ-
ſet ſuccurſum impetranti recommendationem: quia ſi
ante fuerat ſuſpect⁹ de fuga,ſiniſtra ſuſpicio orietur:
& fortius,ſi alias aufugiſſet,vt dicit Salic.hic in prin-
cip.2.colum.

48 VNDECIMO,principaliter † quæritur,an pari
modo poterit ſequeſtratio reuocari die feriata? Bald.
& Salicet.hic decidunt,quod ſic.authoritate glo. not.
in l.minor.in principio.ff.de euiction. quam comme-
moraui pro ſingulari poſt Baldum.& ibi multa allega
ui in l.ſi pacto quo pœnam.ſupra, de pactis. quia ſicut
poteſt fieri die feriata,ita & reuocari. & ſicut facilis
eſt in faciẽdo iudex die feriata,ita debet eſſe facilis in
reuocando.& cum iſta opin.Bald.& Salice.hic reſidet
Ang.Are.in d.l.imperatores.§.fina.Ego ſemper puta-
ui iſtam deciſionem periculoſam.quia in reuocatione
ſequeſtri nulla eſt ſuſpicio fugæ,ſicut in concedendo
ſequeſtrum die feriato.

49 DVODECIMO quærendum eſt, † an oporteat
& neceſſe ſit,quod impetrans ſequeſtrum, probet de-
bitum ſuum per publicum inſtrumentum. Iſta quæ-
ſtio eſt memoratu digna & quotidiana, ideo expedit
illam clare attingere.Bartol.in l.litibus.in fine. & ibi
Angel.in addition.per text.ibi de agric.& cenſi.lib.11.
& idem Bartol.in l.per hanc,per text.ibi,de erog.mili.
annonæ.libro 12.decidunt non poſſe fieri ſequeſtrum
de re alicuius,niſi creditor oſtendat publicum inſtru-
mentum crediti ſui:alias non teneat ſequeſtratio. Idẽ
tenet Baldus in cap.olim ex literis.in 3.colum.extra,de
reſcriptis.alleg.Bal.in l.litibus.idem tenuit d.Matthę.
Mathæſyl.in tractatu ſuo de carcere, inferens, quod
pari modo non poterit concedi captura perſonæ debi
toris ſuſpecti de fuga,niſi conſtet de debito per publi
cum inſtrumentum.& eſt notabilis deciſio.Et pro hoc
facit verbum Bald.in dicta l.ſi cõſentaneum.in verſic.
quæro vna cum Butrig.vbi dicit,quod antequam pro-
cedatur ad capturam,debitũ debet eſſe liquidum. Fa-
cit quod not.Bartolus,Angel.& communiter Moder.
in l.fi.C.de edict.diui Adrian.tol.in 7.col.verb.ſumus
expediti.de gloſſ.vbi notat ibi eſſe caſum,quod inſtru
mentum habet executionem paratam,quando ex eius
inſpectione nõ apparet de vitio.Et melius facit,quod
voluit idem Bartol.in dicta l.fin.in vltimis verbis, vbi
50 colligit notabile, † quod ille qui poſsidet ex licentia
iudicis,debet probare immiſsionem per publicum in
ſtrumẽtum,nec ſufficeret probare immiſsionẽ per pu
blicum inſtrumentum,nec ſufficeret probare per te-
ſtes.Contrariam ſententiam tenet Ioannes de Imol.
& ſequitur Aretin.in dicta l.imperatores.§.fin.Panor.
in dicto c.2.quod incipit,cum dilectus.in fine.Ioan.de
Platea in d.l.per hanc.Alexan.de Imol.in d.l.ſi fideiuſ
ſor.§.fi.& in d.l.litibus.& in d.l.per hanc.in additioni
bus.Et reuera iſtud tenuit Bal.hic,dum dicit illam co
gnitionem ſummariam requiri ad concedendum ſe-
queſtrum, quæ requiritur in primo decreto,non au-
tem requirit quod appareat publicum documentum.
51 Et pro hac parte mouetur Ange.Areti.† quia quando
conceditur ſequeſtratio perſonæ,quod eſt maius, non
requiritur niſi quod de debito conſtet,ſaltem ſemiple
ne.allegat l.nemo.& Angelus ibi in repetitione de ex-
act.tribut.libro 10.Ergo idem quando conceditur ſe-
queſtratio rerum.Et reſpondet ad d.l.per hanc. quod
ibi eſt caſus ſpecialis in militibus deſcriptis,recipien
tibus ex publico ſalarium,quod non poſsit ſequeſtra-
ri ab alio:niſi conſtet per publicum inſtrumentum de
debito fauore militum.Et pari modo dicere debemus
in ſalario doctorum.l.fori.& l.aduoca.de aduo. diuer
ſorum iudicum.ſecundum dominum Alexan.in dicta
l.per hanc.in additio.Licet in contrarium faciat,quia
text.in dicta l.per hanc.loquitur in certo numero mili
tum 30.deſcriptis:ergo in contrarium erit ius commu
ne,l.ius ſingulare.& l.quod vero cõtra.ff.de legit.Vel
aliter reſpondetur ſecundum Panor.addict. l. per hãc.
& l.litibus.quod non negant quin debitum aliter pro
bari poſsit.Mouetur Panor.etiã,quia ſi duo ſufficiunt
ad debitum principale probandũ,quanto magis quan
do agitur de minori præiudicio ſequeſtrationis fien-
dæ?Et pro hac parte optime facit text.in dicta l.ſi fide
iuſſor.§.fin.& quod ibi not.Bart.Bal. Ang.& doctores.
Nam ibi duo tantum ponderantur in textu ad conce-
dẽdum ſequeſtrum,quod perſona ſit ſuſpecta,& quod
non poſsit ſatiſdare. Non autem ibi requiritur, quod
conſtet de debito per publicum inſtrumentum.Et iſtã
partem indubie tenet Angelus in l.ſi creditores.ff.de
priuil.cred.

52 ¶ RESTAT reſpondere ad authoritates. Pri-
mo,ad authoritatem Bald,in d.c.olim.† Ego ſemper di
xi non contradicere, quia Bald. ibi dicit ꝙ ſequeſtra-
tio non poteſt fieri ante ſententiam.leg.facultas.& ibi
Barto.de iure fiſc.lib.10.niſi per inſtrumentum conſta-
ret de iure agentis.d.l.litibus.per Bartol. Et ſic ſentit,
quod ſemper poſſit fieri ante ſententiam,ſi conſtat per
inſtrumentum.nimirum,quia vt dicit Ange.in l.abſti-
nendum.infra,quo.app.non recip.vbi debitum eſt eui
dens per publicum inſtrumentum,non auditur etiam
priuatus appellans.Non autem negat, quin in caſibus
53 vbi alias fieri poteſt,ꝙ requiratur inſtrumentũ.¶ † Ad
doctrinam Bartol. reſpondent aliqui, parum conſide-
rantes quod illa non eſt deciſio Barto.in dict.l.litibus.
nec in d.l.per hanc.quia non commentauit, vt ex eius
ſtylo apparet,niſi vſque ad dimidium 11.libri.& refert
Alex.in rubri.ff.de acquirend.hæred.& in l.1.ff.qui ſa-
tiſd.cogan.Vbi dixit, quod non legit,niſi vſque ad ti-
tulum de periculo eorum qui pro magiſt. interue. re-
ferens An.de Peruſio,ita dicere ibi in addi. Ego credo
illa fuiſſe dicta à Bart.quia iſta atteſtatur Bal.in d.cap.
olim.Panor.in d.c.2.& Imo. & Areti.in d.l.imperato-
res.§.fi.licet illud dictum Bart.ſemper dixerim nõ eſſe
verum.

54 DECIMOTERTIO vtile eſt quærere.† de
caſibus,in quibus ſequeſtrum fieri poſſit. Si fiat, quis
tenebatur probare de iuribus ſuis? Bald.& Salic.hic.
& Bartol.& docto.in d.l.ſi oleum.ff.de dolo.decidunt,
quod ille tenebatur probare de iure ſuo, qui teneba-
tur ante ſequeſtrum:quia quo ad onus probandi,nihil
immutatur per ſequeſtrum. ¶ Quis ergo modus erit in
procedendo,facto ſequeſtro? Sic eſt concludendum
aut fuit factum contra ius, & iſto caſu petenda erit
reuocatio & caſſatio ſequeſtri officio iudicis eatenus
de facto proceſſit. Aut factum fuit in caſibus à iure
permiſſis,aut de re principaliter,aut de fructibus rei.
¶ Primo caſu impetrans ſequeſtrum, debet produ-
cere libellum, ac ſi nullum ſequeſtrum, factum foret
& ſuas facere probationes. Aut de fructibus tantum
iam oblato libello, & lite pendente ſuper re ipſa: &
tunc ſecundum euentum ſententiæ fiet relaxatio ſe-
queſtri,vt not.Bartol.in d.l.ſi oleum. Aut fuit factum
nulla præcedente lite, & tunc dabitur libellus, & co-
gnoſcetur de iure agentis. & ſtatim iudex, facto ſe-
queſtro, aſſignabit terminum actori impetranti, vt
ſtatim debeat libellum ſuum producere & probare
de iure ſuo.quod ſi nõ fecerit,ſequeſtrum relaxabit.

Et



Et idem obſeruabit dato fideiuſſore:quia conueniens
foret,quod fideiuſſor ſemper remaneret obligatus.ita
declarat Practicus Papienſis in opere ſuo in forma ſe
queſtri.

DECIMOQVARTO cenſeo quærendũ: quia
dicit Bald.hic circa princi.2.col. quod ſequeſtratio ſit
contra regulas iuris remedio extraordinario, cum ad
illam non deueniatur niſi in ſubſidium. Quo modo er
go releuabitur ſequeſtratio? Baldus hic verb.vltimo
55 not.decidit,† quod contra ſequeſtrationeum inductũ
fuit remedium ſatiſdationis.l.fina.infra,de ordin. co-
gni.& dicta l.litibus.ſecundum Cynum,quem ſequũ-
tur communiter doct.hic.& in d.l.ſi fideiuſſor.§.fi. &
in c.2.extra,de ſequeſt.poſſeſ.& fruct.Bar.in d.l.litib⁹.
Ioan.And.& docto in c.examinata.extra,de iudi.Pra-
cticus Papien.in dicto opere ſuo in forma ſequeſtri.&
ita communiter tenetur & ſeruatur in practica,niſi ſta
tuto aliter caueatur,vt in regia ciuitate noſtra Papiẽ.
¶ Limito tamen iſtam deciſionem pluribus modis.
¶ Primo,vt non procedat,ſi fiat ſequeſtratio pendente
appellatione,vt declarat Practicus Papienſis in loco
allegato.¶ Secundo limito,quando ob litem agitandã
fieret ſequeſtrum:ſecus,ſi ad executionem vt debitor
ſoluat: quia tunc ſatiſdatione non releuabitur ſeque-
ſtrum:ſed opus eſt ſolutione.textus, qui non eſt alibi
ponderatus à Barto.& doct.in l.ſi pecuniæ.§.fi.ff.vt in
poſ.lega.Bart.in d.l.conſentaneum.in pen.col.C.quo-
modo & quando iudex.Paul.de Caſtr.& Mod.in d.l.ſi
fideiuſſor.§.fin.Bar.& Ange.in l.ſi is qui bona.§.j.ff.de
pig.¶ Secundo limito,ſecundum Baldum hic.quando
ſumus inter perſonas,inter quas non cadit ſatiſdatio.
alleg.l.imperator.ff.ad Trebellia.Pau.de Ca.in d.l.ſi fi
deiuſſor.§.fi.idem Salic.hic allegat caſum in l.fina.C.
de ord.cog.Tertio limito non procedere in caſu,cler.
j.de ſequeſtra.poſ.Et ſic quando fieret ſequeſtratio rei
mobilis,non tantum propter ſuſpicionẽ perſonæ, ſed
ex aliquibus caſibus,de quibus inferius dicemus:puta
in cauſa dotis,ſecũdum Salic.hic. vel ſi fieret pendẽte
appellatione,ſecundum Practicum Papiẽ.in dict.ope
re.allegando glo.in d.l.fi.infra,qui.ad liber.procla.nõ
licet.ſecundum IoA.n.in addi.Spec.in rubri.de ſeque
ſtra.poſ.ver.& nota cum ſequẽti.allegat c.eum qui.de
eo qui mitti.in poſ.libr.6.Imol.& docto.in d.c.exami-
nata.Panor.poſt do.Anto.in d.c.2.de ſequeſtra.poſ.
¶ Vltimo limito, quando ſequeſtratio fieret propter
ſcandalum:quia non ceſſaret ſuſpicio ſcandali per ſa-
tiſdationem.ideo non reuocaretur cap.literas.ad fin.
iuncto c.tranſmiſſa.extra,de reſtit.ſpol.arg.§. pe.inſti.
de ſatiſ.¶ Circa præmiſſa incidẽter quæro:Pone, facto
ſequeſtro, forenſis forte non reperit fideiuſſorem: &
vult præſtare iuratoriam cautionem ad remouendum
ſequeſtrum,an admittatur.do.Anto.Imol.& Panor.in
d.c.2.ſequentes Specul.in tit.de ſequeſt.poſ.§.j.verſic.
56 ſed pone. † decidunt,quod non ſtatur iuratoriæ cau-
tioni ad impediendam ſequeſtrationem.allegant dict.
l.ſi fideiuſſor.§.fina.vbi Albericus dicit ſemper ita vi-
diſſe practicari in palatiis.Bal.in l.fi.in 2.& 3.no.infra,
de ord.cog.Bal.Ange.& Imol.in l.filiusfamilias.§.di-
uus.de lega.j.Vbi per illum tex.dicunt,quod vbicun-
que poteſt conſuli petitori alio remedio,quàm per iu-
ratoriam cautionem non valenti ſatiſdare, nunquam
ſtatur iuratoriæ cautioni.l.ſi conſtante.§.quoties.& i-
bi ponderat Paul.de Caſtr.ff.ſoluto matrimo.Fallit ta
men in caſu l.j.cum gl.in verbo,iuratoriæ.C.de aſſer.
tol.quæ multum aduerſatur deciſioni premiſſæ,niſi di
camus ſecundum Modernos in dicto §.fi. quod ibi ſit
ſpeciale in illo caſu,in quo multum exorbitanter per-
mittebatur ſequeſtratio contra ius commune,nõ ſub-
ſiſtente ſuſpicione. ¶ Secundo & alio modo reuoca-
tur ſequeſtrum lite finita,quia debet relaxari obtinen
ti.l.ſi oleum.& ibi Barto.ff.de dolo.niſi actor foret ne-
gligens in mouendo litem, quia tunc reuocatur infra
modicum tempus,vt d.l.ſi oleum.& ibi Barto.& doct.
57 facit glo.in c.placuit.l.2.§.poteſt.16.quæſtio.3.† vbi li-
cet per interpellationem interrumpatur præſcriptio,
& perpetuetur à die interruptionis ad 40.annos.l.fin.
C.de præſcriptio.30.annor.tamen fallit,niſi actor ma-
litioſe litem proſequi diſtuliſſet, quoniam nec inter-
rumpitur,nec perpetuatur.quod tene menti.Et iſta ſa
tiſdatio non durat,niſi triennio, vt colligitur ex ver-
bis Bartol.in dicta l.litibus. ¶ Veritas mihi videtur, ꝙ
ſi fiat ante litem conteſtatam,vel tempore litis cõteſt.
ſequeſtratio finiatur triennio,ſicut finitur lis.Sed ſi fie
ret lite pendente,tunc tantum durat, quantum dura-
ret pendentia litis.Et ſic pari modo,abbreuiata inſtã-
tia per ſtatutum.Et iſtud videtur de mente Ioannis de
Imol.& Ang.Are.in d.l.imperatores.§.fi.

58 DECIMOQVINTO principaliter quæro:† ſe-
queſtrarius ſi vult reſtituere rem vincenti,cui tenetur
illam reſtituere lite finita,& non ante; niſi par partem
ſteterit,quo minus finem accipiat ſecundum Bartol.in
d.l.ſi oleum.qua actiõe tenebitur?Breuiter ſic,ſi ſeque-
ſtrum fuerit factum autoritate iudicis, compellitur
ſequeſter remediis prætoris captis pignoribus & mul
cta indicta.§.pen.inſtit.de ſatiſda. Si vero de partium
voluntate,& tunc cum ſequeſtratio pręſcriptis verbis
agitur, & in ſubſidium ſequeſtrari faciens, tenebitur
de dolo,ſi ſequeſtrarius non ſit ſoluendo.d.l.ſi oleum.
& ibi Barto.& doct.Et ſic impetrans, tenetur parti læ-
ſæ ad intereſſe,vt declarat Practicus Papienſis in dict.
opere.in vl.col.Et ita colligitur ex verbis Bar.& doct.
in d.l.ſi fideiuſſor.Angel.& doct.in d.l. intereſſe puto.
Are.in d.l.imperatores.§.fi.Salic.hic in fi. Communis
videtur ſententia ſecundum doct.in d.cap.examinata.
Bald.in d.l.ſi oleum.per text.in d.l.licet.§.j.cum gloſſ.
59 † quod contra ſequeſtrarium regulariter detur actio
depoſiti,niſi conuentio,ſub qua fuit factum ſequeſtrũ
non fuiſſet perfecte impleta:tunc ageretur contra ſe-
queſtrariũ præſcriptis verbis, quãdo pecunia ſibi pro
mercede dabatur.Iſtud eſt diuinare ſecundum Bal. in
d.l.ſi oleũ.& doct.in d.c.examinata.& ſequitur d. Ale.
in d.l.intereſſe.

60 DECIMOSEXTO quęro principaliter:† Ti
tius promiſit ſub pœna ſoluere Sempronio creditori
ad calendas Martias,& iurauit.Modo iudex ad inſtan
tiam alterius creditoris Sempronij, ſequeſtrari fecit
apud ipſum Titium omnem pecuniam debitam Sem-
pro. an excuſabitur Titius à pœna & periurio, ſi non
ſoluat in termino? Breuiter, veritas eſt,quod manda-
tum iudicis excuſat ſequeſtrari faciendo.text.eſt not.
quem ponderant doct.in l.fi.ff.de legat. commiſſoria.
facit c.venientes.& ibi not.doct.extra.de iureiur.cap.
imperialem.in fin.in titu.de prohi.alie.feu. per Frede.
l.imperatores.ff.ad municip.l.non videtur. §. qui iuſ-
ſu.& l.liberorum,in fin.ff.de his qui nota. infa. Vbi
61 expreſſe dicitur, † quod iuſſus iudicis excuſat.& il-
lum tex.in d.l.fin.allegat Barto.in l.non ſolum.§.mor-
te.in 2.quæſtio.principali.circa.11. column.ff.de oper.
noui nunc. Et in propoſito decidit Practicus Papienſ.
in d.opere ſuo.Quia videmus quod debitores ſoluen
do alij quam creditori, mandato iudicis excuſantur
& liberantur.l. Paulo Callimacho.in fin.de legat.3.l.
in liberto.§.Lucius.ff.de ann.legat.Dyn.& Bartol.in l.
creditor.in princip.ff.de ſolut. facit quod not. Bartol.
& Bald.poſt gloſſa.in l.ait prætor.§.permittetur. ff.de
mino.

62 DECIMOSEPTIMO quæro:† Forenſis de-
bitor meus Papiam accedit, vbi non ſortitur forum,
nec ratione domicilij,nec contractus,nec delicti. Ac-
cedo ad Poteſtatem: & dico iſtum forenſem eſſe de-
bitorem, & ſuſpectum de fuga & receſſu. impetro ſe-
queſtrari equos.quæritur,an teneat ſequeſtratio. Vi-
detur quod non, quia poterit petere ſe remitti ad ſu
um domicium,ſi ſatiſdation.ſecundum iura.l.ſenatus

ff.de offic.præſi.d.l.ſi fideiuſſor.§.fin.Tamen Bald.in l. fina.infra,vbi in rem actio.decidit,quod in defectum ſatiſdationis poterit ſequeſtratio fieri:quia fit ad finẽ, vt ſatiſdetur de ſtando iuri, ita Baldus ibi poſt cæteros.Et pro hoc facit ſtupendum dictum Pet.de Anch. conſilio 192. incipiente,in auxilium veritatis. vbi decidit, quia debitor captus tanquam ſuſpectus de fuga, non poteſt opponere exceptionem incompetentiæ iudicis capi faciẽtis:quia etiam à priuato capi potuiſſet, & die feriato in honorem Dei,vt dictum eſt in 14.quęſtione.Et mirabiliter commendat Roma.conſi.242.in l.2.ff.de iur.om.iu.in l.de pupillo.§.meminiſſe.& in §.ſi quis riuos.in addi.nouiſsimis.ff.de noui oper.nunti. ¶Ego alias in facti contingentia conſului cõtrarium, & adducebam doctrinam Bald.in ca. cauſa matrimonij.in fin.extra,de offic.delega.decidentem, quod detineri faciens verum debitorẽ authoritate iudicis incompetentis ſcienter,perdit ius ſui crediti.alleg. Cy. in l.fin.ff.quod met.cauſ.glo.in l.extat.eo.titul.in l.in criminali.ſupra,de iuriſdi.omn.iudicũ.¶Secundo inducebam Specu.tit.de competentis iudicis aditione. §.j.verſic.quid ſi quis per locum meum.vbi tenere videtur,quod ſequi debeat forum debitorum, & quod ſatiſdare debeat de iudicio ſiſti,& de re non baratanda.Et idem dicere videtur Speculator.titu.de ſatiſda.
63 §.dicto in princip.¶†Tertio adducebam,quod nemo poterat captum propria authoritate retinere,ſed prę ſentare debeat iudici competenti, vt declarat Bartol. in l.ait prętor.§.ſi debitorem.ff.de his quæ in fraudem creditor.in l.ſi quis in ſeruitute.ff.de furtis. ¶Quarto adducebam,quia iudex incompetens ſemper dicitur grauare qualitercunque procedat, dixit Bald.in l.magiſteriæ.ſupra, de iuriſd.omn.iudi.& bene facit quod
64 not.Bal.in dicta l.in criminali.in 3.not.¶Vltimo † adducebam,quia forenſis & aduena non poteſt conueniri etiam in loco contractus,niſi ibi teneat pergulam vel armariam,vt dixi in ſeptima quæſtione principali.Et ita tunc conſului antequã ſtampatæ eſſent lecturæ domini Alexan.Et gaudeo quod dominus Alexan. in d.l.2.teneat etiam iſtam partem,licet nõ alleget pręmiſſas authoritates. Quia modo ſemper nouæ intellectiones generantur in corporibus noſtris. videtur nunc quod doctrina Petr.de Ancha.& Roman.ſuſtineri poſsit:quia ratione ſuſpicionis & fugæ concedi poterit ſequeſtratio & captura,ad hoc vt ſatiſdet de iudicio ſiſti coram iudice competenti,& de re non baratanda.Et hoc modo remittẽtur partes ad iudicẽ competentem.& ita procedant nota.verba Baldi & Doctorum in dicta l.fina.vbi in rem actio.Secus ſi committeretur pro exequutione alicuius ſentẽtiæ vel præcepti: quia retractarentur facta à iudice incompetẽti. Et ſic deciſio Petri de Anchara.procedat,quo ad hoc, vt ſatiſdet de iudicio ſiſti in loco domicilij.Vel diſtinguere poſſumus. Aut loquimur in vero fugitiuo & ſuſpecto,& iſto caſu procedat opinio Petri de Anchar. Aut in præſumpto,vt contingit in mulionibus,ſtipẽdiariis & ſimilibus.Et tunc procedat,quod non poſsit capi à iudice,niſi ſortiatur forum. Cogitabis,quia eſt noua conſideratio.

65 DECIMOOCTAVO quæritur, † an ſequeſtrũ factum lite pendente, durabit in cauſa appellationis. Dubium facit,quia text.in d.l.ſi fideiuſſor.§.fin.dicere videtur, durare ſequeſtrum vſque ad finem litis: quia reuocatur vel præſtita ſatiſdatione,vel finita lite. Et ſic lata ſententia,videtur finita ſequeſtratio. Contrarium tamen verius eſt: quia non dicitur finita, donec appellationis cauſæ durant, ſiue ſit primę,ſiue ſecundæ.textus in d.l.finem litibus.ſecundum Bal.in d.l.ſi fideiuſſor.§.fi.Et hoc allegat Specu.in titu.de ſequeſtra. poſſeſ.& fructuũ.§.j.verb.ſed pone.Et latius declarat Angel.Areti.in d.l.imperatores.in fin.per ea quæ not. Bartol.in dicta l.ſi Deum.& in d.l.ſi fideiuſſor.quod limitat verum, niſi per actorem procraſtinantem ſteterit,quo minus lis debito tempore finiretur: quia tunc ſequeſtratio reuocabitur,& res reſtituetur reo.dict.l. ſi oleum.in fi.princ.& ibi Guil.de Cu.& Bal. Angel.& Imol.in dicta l.intereſſe puto,¶Sed contra prædictam deciſionem Bald.in dicta l.ſi fideiuſſor.§.fi.videtur gl. ordin.quam ſequitur Bartol.ibi,in verſicu.quærit glo. vtrum pignora.in l.ſi ſocietatem.§.arbitrorum.ff. pro
66 ſocio. ¶†Vbi pignora data arbitratori non durant in cauſa reductionis ad arbitrium boni viri, quæ eſt quædam appellatio.l. non diſtinguemus.§. cum quidam.ff.de arbitris.Secundo,quia Specula.non dicit illud,ad quod Baldus allegat.ſolum dicit,ſequeſtrationem reintegrandam de nouo. ¶Ego ſequor Baldum, quia textus ibi dicit,quouſque lis finem accipiat.& dicitur finita,quando tranſiuit in rem iudicatam. gloſſ. in l.ſecunda.ſupra,vt lite penden.Secundo,qaia Inno. in c.quintauallis.extra,de iureiurã quem ſequitur Bal. in l.ſi.in 8.col.infra de contrahen.empt.Reprobat gl. in dicto §.arbitrorum.Et ſi quiſpiam dixerit, per ſatiſdationem de iudicio ſiſti,reuocatur ſequeſtrum dic.l. ſi fideiuſſor.§.final.quæ ſatiſdatio finitur lata ſententia.l.græce.§.poſt litem.ff.de fideiuſſor. Reſpõdemus, quod hic non eſt ſimplex ſatiſdatio de iudicio ſiſti,
67 ſed eſt de re non baratanda & reſtituenda. † quæ ſatiſdatio non cadit, niſi poſtquam tranſiuerit in rem iudicatam.l.ſciendum.§.ſi fundum.ff.qui ſatiſda.cogan. Sic videmus quod appellante aliquo à ſententia, dubitante actore de dilapidatione fructuum, poteſt iudex ſequeſtrari facere.dict.l.imperatores.in fin. Sed ſi appelletur ab executione ſententiæ in caſu à iure permiſſo,fieri poterit ſequeſtratio abſque eo quod dubitaretur de dilapidatione. l. ab executione. infra, quo. appel.non recip.Et ſic non videtur mirabile,prout dicit Areti. in dicta.l. imperatores.quod duret in cauſis appellationum ſequeſtratio, cum fideiuſſio ſuccedat in locum ſequeſtrationis dict.l.litibus.Quia lata ſententia, finitur fideiuſſio de iudicio ſiſti, ſi eſt ſimpliciter interpoſita coram vno iudice:quia non durabit coram alio iudice etiam appellationis.tex.no. & ibi Bartol.& Doctor.in l.eum apud.ff.iudic.ſolui.Sed nõ conuertit Angel.Aretin.quod iſta ſatiſdatio non eſt de iudicio ſiſti ſimpliciter,ſed de re non baratanda & etiam reſtituenda.

68 DECIMONONO quæret aliquis, † in qua forma debebit præſtari iſta ſatiſdatio ad releuandum ſequeſtrum.Barto.in l.litibus.decidit,quod non ſufficit ſimplex ſatiſdatio de iudicio ſiſti, & de re non baratanda:ſed debet etiam adiicere iſta verba, De reſtituẽdo rem abſque vlla procraſtinatione & mora:alias ſatiſdatio non releuaret.Et illud dictum Bart.ſequuntur Angel.in addition. Ioan.de Platea. ibi.idem Imol. & Angel.Aret.in d.l.imperatores.§.fi.in fi.vbi dicit,ꝙ non ſufficit ſatiſdatio etiam idonea ad impetrandum ſequeſtrum,vel conceſſum reuocandum, niſi addãtur formaliter iſta verba. Promittens rem reſtituere abſque aliqua procraſtinatione, ſecundum Bartol.ad d.l. litibus.quod dicit eſſe menti tenendum in titul.ita in practica eſt diligenter not. ſecundum Ludo. Roma. & Alexand.in d.l.fideiuſſor. §.fi. Et idem ſequitur Panorm.in d.c.2.

69 ¶†EGO ſemper tenui contrarium,motus,quia formulæ ſunt ſublatæ in diſpoſitione legum.in quibus magis oportet conſiderare ſenſum,quam verba.l.quoniam indignum.infra,de teſtam. Doctrina eſt Bald.in l.fin.§.omnem.infra,de adminiſt.tutor. vbi dixit ſufficere impleri per æquipollens, ergo ſi ſatiſdat de iudicio ſiſti,& de re non baratanda,ſed reſtituenda,lite finita, ſatis erit, quamuis formula illorum verborum, ſine aliqua procraſtinatione,non adiiceretur, & nihil melius ad propoſitum adduci poſſet, vt oſtendam in vltimo argumento.¶Secundo,quia glo.in dict.l.ſi fideiuſ-



ſor in fin.in verbo ſatiſdatio.magiſtraliter ponẽs formam ſatiſdationis continentem duo, & vtrunque probando, ſcilicet de iudicio ſiſti, & de re non baratanda,non facit mentionem de verbis ſine aliqua procraſtinatione. Et pro hoc bene facit verbum Baldi, in l. finali infra, qui. ad liber. proclam. non licet. Ibi, aut fuit idoneè cautum de reſtituendo, & tunc ceſſat ſequeſtrum,dicta l. ſi fideiuſſor.§.fi.quod eſt bene not. ſecundum eum. Et ſic non requirit appoſitionem illorum verborum, ſine aliqua procraſtinatione. Sic etiam Specu. in titulo de ſatiſdatione .§.dicto. in princi. & Salice. hic dicentes, præſtita ſatiſdatione de iudicio ſiſti & re non baratanda, ſed conſeruanda & præſtanda, hoc eſt, de non baratanda, de illo loco ad alium non ducendo, ſed de repræſentando quoties opus fuerit, vt declarat Specul. ¶Tertio me mouet verbum Ange. in dicta l.ſi fideiuſſor .§.finali,notans gloſ. ibi, quod ſequeſtrum ſatiſdatione præſtita ſecundum gloſ. ibi de iudicio ſiſti & re non baratanda, incontinenti reuocatur, & ita dicit practicari.

70 ¶†Vltimò moueor,quia ſic videmus,quod tutor promittere debet ſuſcipere defenſionem pro pupillo ſine vlla dilatione, ſpecialiter dict.l.finali.§.oẽm.& tamen ſufficit, ſi ꝓmittat vtilia facere,& inutilia pretermittere,& pupillũ indefenſum nõ relinquere; ſatisfit formæ tũc traditæ in dicto.§. omnẽ.quia iſtud æquipollẽs eſt, vt declarat dominus Alexander. in l.prætor.ff.de noui oper.nun.& melius conſilio 131. incipiente ponderatis his.& ita ſemper tenui. Et ſine dubio procedit ſecundum communem practicam ſatiſdatione præſtita per illa verba, ſecundum formam iuris & ſtatutorum, vt ſentit dominus Alexander. in apoſtilis dicta lege litibus.

71 VIGESIMO quæritur,† an per ſequeſtrationem amittatur poſſeſsio rei ſequeſtratæ. Cyn. hic mouet. iſtam quæſtionem, Et concludit quod in voluntaria poſſeſsione trãsfertur in ſequeſtrarium,ſed in neceſſaria. iudex non intendit priuare alium poſſeſsione ſua in dubio,quem ſequuntur Baldus,& Salic. hic,& communiter doct. Bartolus. & doctor.in l. intereſſe puto. ff.de acquirenda poſſeſsio.Doctor. canoniſtæ in dicto capitulo ſecund.legiſtæ in dicta l. ſi oleum Pet.de Ancha.& Cardin. Floren.in cle.j.de ſequeſt.poſſ.& fruct. gloſ.& doct.in d.c.examinata.de iudi. Ang. Are.in d.l. imperatores.§.fi.per gl & doct.in d.l.licet.

72 VIGESIMOPRIMO quæro: † pone, ſuſpicio eſt de aliquo, ne fugiat, & poſsidet bona immobilia. ſi abſens erit, poterit illa vendere: quo remedio ſuccuratur? Bartol. pulchre per textum,ibi in l.de policitatione.ff.de polici. decidit,quod iudex poterit interdicere alienationem bonorum immobilium, ſicut poſſet bona mobilia ſequeſtrare.idem voluit Albericus & Baldus in dicta l. ſi fideiuſſor .§. finali quod eſt not. in practica

73 VIGESIMOSECVNDO quæro,† quia quotidie in inſtrumentis apponitur clauſula, quod ſi non ſatisfecerit de debito, creditor propria authoritate capere, ſaxire, ſequeſtrare & in ſolutum accipere. An vigore iſtius conuentionis poterunt bona ſequeſtrari? Solus practicus Papienſis in dict. opere decidit,quod ſic. quia lex poteſt ſequeſtrum inducere, ergo & conuentio hominis.l. non impoſsibile .ff. de pact. gloſ. in Rubrica de decre. curio. Secundo, quia conuentione hominis poteſt detineri perſona.l. prima, & ibi nota. qui bon. ced. poſſ. in l.ob æs. de action.& obligation. ergo fortius ſuper ſequeſtratione bonorum. Ego credo contrarium per ea quæ voluit Angel.in l. nemo poteſt.de leg.prim.vbi dicit,quod ſi per partes conueniatur, quod debitor poſsit perſonaliter & realiter conueniri & capi authoritate propria creditorum vel iudicis, quod per hoc nec per creditorem, nec per iudicem capi aut carcerari poterit: tum quia debitor,
74 non eſt dominus membrorum ſuorum; † tum quia partes etiam non poſſunt facere quin ordo iudiciarius & eius ſolennitas ſeruari debeat.gloſſ.not.in cle. prim.in verbo,neceſſario.de verbor.ſignifica.in capit. fin.de re iudic.libro ſexto.l.j.Codic.de exec.rei iudic. gloſſ.in capitul.de cauſis.de offic.deleg.Doctor.in authentic.offeratur.ſupra de litis conteſt. ¶Sed de iure non poteſt inchoari proceſſus ab executione, ſed requiritur quod præcedat libellus, litis conteſtatio, & ſententia.l.ſi cum nulla.de re iudic.& dict.l.prima. Et ad capturam non poteſt veniri, niſi præcedente libello,& citatione dict.l.conſentaneum.& ibi Barto.idem Bartol.in l.cum ex eo.ff.ad l.Iul.pecul.Et idem in qua-
75 libet executione.l meminerint.infra,vnde vi. † Et ſequeſtratio dicitur executiò.Et ſi dicatur,immò partes poſſunt ſibi dare licentiam inuicem ingrediendi bona propria authoritate.l.3. de pignor. Reſpondemus quòd in his, quæ fiunt ſine iudice. procedit illud,ſicut poſſunt dare arbitratori licentiam procedendi, non ſeruato iuris ordine. leg.ſi ſocietatem.§. arbitrorum.pro ſocio.Doctor.in c.quintauallis. de iureiuran. Sed in his quæ fiunt in iudicio,ſecus: quoniam per pacta non poſſunt tollere partes ordinem iudiciarium, & ſic ius publicum.l.ius publicum.ff.de pacto. Ioann. Andr.& doct.in c.j.de libelli oblation.Et benefacit ꝙ voluit Innoc.& Oſt.poſt gloſſ. in c.p.& g.de offic.deleg.Vbi dicunt non valere conuentionem, quod ſi debitor in termino non ſoluerit, poſſit excommunicari citatione & contumacia non præcedente, & ſic non
76 ſeruata forma c.ſacro.de ſenten.excommu. †. Nec eſt bonum argumentum de pacto ad ſtatutum,quia illud procedit negatiue,non autem affirmatiue,vt declarat Bartol.in l.omnes populi.ff.de iuſtitia & iure. Baldus. in l.programma.infra,commi.vel epiſcop.Bartolus.in l.alia.§.eleganter.ff.ſol.ma.text.nota.in l.ſi.in ſi.infra, de fideiuſ.

77 VIGESIMOTERTIO QVAERO † pone in caſu permiſſo,facta ſequeſtratiõe fructuum, qui ſunt tempore perituri,quid debebit fieri? Bartol mouet in d.l.intereſſe.idem Bartol.& doct. in dict.l. ſi oleum.Innoc.in c.ſi. de ſequeſtration.poſſeſ. Et communiter decidunt omnes quod debent vendi, & pecunia in ſequeſtro poni: immo ſi non diſtraheret & deuaſtarentur,imputaretur ſibi, vt declarat Angelus.Areti.in dict.l.imperatores.§.fin.facit l.is cui.§.quæri poterit.ff.vt lega.not.capit.l.ſi.ff.de requi.reis.& d.l.litibus,idem Salic.hic.& ita tenet Practicus Papien.in dicto opere ſuo.

78 VIGESIMOQVARTO quæro:† an iudex poſsit ſalarium conſtituere ſequeſtratio. Non memini me legiſſe,niſi Baldus in dict.l.ſi oleum.& Angelus in dict.l.intereſſe.vbi dixit, quòd iuſta cauſa eſt conſtituendi ſalarium, quando iudex videret ſequeſtrarium verſari in damno,aut ſibi afferri tædium.argumen.l.prim.de præbend.ſala.libro decimo.& l.mulier in opus ſalinarum.ff de cap.& poſtliminio reuer. Nimirum quia ſequeſter in nullo damno neque incõmodo debet verſari.l.fina.circa fin.infrà,de bon.autho.iud.poſ.& ibi Angel.& docto.colligunt,quòd ſequeſter ratione officij ſui nullum debet pati detrimẽtum aut iacturam.Facit quod nota.Bartol.in dict.l.litibus.& gloſſ.in dict.clem.in verbo, reſtituat .¶Fallit tamen deciſio præſentis quæſtionis, vbi facta eſſet cũ hac conditione,quòd rem ſequeſtratam & fructus redderet vincenti: quia tunc nihil vendere poterit,nec conuertere precium in vtilitatem rei, vel illud precium retinere in ſequeſtrum.per textum nota.in l.ait prætor.in fin.ibi,ſine permiſſũ.ff.de iu.delibe.Et ideo omnia & quæcunque expenderit in conſeruatione rei ſequeſtratæ,imputanda ſunt ſequeſtranti,& nõ ſequeſtrario.Ita Angel.ibi.Immo ſecundum Salicet.hic, ſi non habet domum ſufficientẽ pro cuſtodia rei ſeque-

ſtratæ.poteſt vnam conducere expenſis fructuum vel
rerum.l.ſi is cui.§.qui legatorum.ff.vt in poſſ.leg.Et ſic
79 patet quod dixi,quòd non eſt proprie officialis:†quia
induci non poteſt conſtitui ſalarium.gloſſ.in l.de iu-
re.ff.ad municip.
80 VIGESIMOQVINTO quæro:†an in caſibus
vbi poteſt fieri ſequeſt.iudex poſsit illud facere apud
duos ſequeſtrarios.Ioan.And.ſingulariter in additio.
Specu.in rubrica de ſequeſtra.poſſeſ.& fruct. decidit,
apud vnũ tantũ ſequeſtrari poſſe.quod eſt no.Et ſequi
tur dom.Car.in d.cle.j.verſic.vigeſimoquarto quæro.
Subiiciens quòd ex cauſa.vt mortuo primo vel male
gerente vel adminiſtrare volente,poterit iudex alterũ
ſubrogare.Allegat Ioann.An.in addi.in §.j.in titul.de
ſequeſt.poſ.& fruct.
81 VIGESIMOSEXTO quæro:pone quòd iu
dex ſequeſtrari fecerit conſentientibus partibus,an ſe
queſter poſsit rem ſequeſtratam reſtituere ad manda-
tum ſolius iudicis.Baldus in l.fina.infra de bo.autho.
iudic.poſsi.decidit,quòd cautus debet eſſe ſequeſter,
ne reddat niſi cauſa cognita,id eſt,citata parte.Secus,
ſi factum fuiſſet ex ſolo mandato iudicis abſque con-
ſenſu partis:quia ad mandatum ſolius iudicis pote-
rit reſtituere, ſecundum Baldum ibi. ¶Sed pone:
emptor rei,cui nõ eſt promiſſa euictio,promiſerit ſol
uere precium ad paſcha,nolens ſeu non valens preci-
um ſoluere:ſuppoſuit amicum mouentem litem ſu-
per dicta re vendita ad hoc, ne poſsit dicere,nolo pre-
cium ſoluere, niſi ſibi de euictione caueretur. Sciens
forte,quod venditor ſatiſdare non poterit propter im-
potentiam.l.penultima,§. finali ff. de pericul. & com-
mo .rei vendit. l.ſi poſt perfectam .infra, de euictio.
¶Quod erit remedium aduerſus hanc cautelam? Du-
plex dari poteſt remedium. Primo,quod venditor di-
cat quod emptor malitioſe fecit moueri litem,& ſic ſu
ſpectus eſt.Et ſic erit in arbitrio iudicis,æſtimare an ſu
ſpect9 ſit & ſic:an cauere debeat.d.l.ſi fideiuſſor.§.fi.in
verbo, ſederit. cum gloſ. dicente, in animo iudicis.
82 †Et ſic bonũ eſt habere in hoc iudicem fauorabilem,
ſecundum Angelum & Imol.in l. prima,§. ſtipulatio-
num.ff.de pr̨æ.ſtipul.quod eſt not.Secunda datur cau-
tela per gloſ.in l.at qui natura.§.cum me abſente.ff.de
neg.geſt.Baldus in l.ſi traditio. Codice de actio.empt.
quod venditor petat compelli emptoré ad iurandum
an ſibi litem moueri fecerit. Iſtam cautelam decidit
Ange.in dict.§.ſtipulationum.quia homines ſũt valde
proni ad iurandũ. Poſſet dici quod nemo præſumitur
immemor ſalutis æternæ l.fin.C. ad l.Iuliam repetun.
Sed poſſet reſponderi, ſi fecit moueri litem &
calumnioſe: certe dato vno inconueni-
enti,ad ſecundum facilis eſt aditus.
l.ratas.infra.de reſcin.
vendit.
FINIS.

# TRACTATVS AVTHENTICVS SEQVESTRORVM INSIGNIS LEGVM ENARRATORIS D. ANGELI PERVSINI, QVI FRATREM ſuum Do. Baldum & doctrina & ſcriptis in eadem facultate penè adæquauit.

*SVMMARIVM.*

1 *Sequeſter quotuplex ſit,& eius deſcriptio.*
2 *Sequeſtratio neceſſaria eſt regulariter prohibita,& quõdo & per quẽ fiat,& quãdo fallat.nu.4.6.8.11.*
*Sequeſtratio qualem naturam habeat.*
3 *Sequeſter quando pro poſſeſſore habendus.*
*Sequeſtratio voluntaria qualiter fiat, & de quibus rebus.*
5 *Perſona quando dicenda ſuſpecta, & quid in illius probatione requiſitum.*
7 *Fructus,pẽdente appella.an ſemper ſequeſtrandi.*
8 *Fructus quando dicantur dilapidari.*
9 *Miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto, nunquid fructus faciat ſuos.*
10 *Sequeſtratio fit propter contumaciam non comparentis.*
12 *Bona propter maleficium annotata, quando vendi poſſunt.*

QVIA de ſequeſtratione poſſeſsiö-
nis & fructuum quotidie in curiis li-
tigatur, ideo materiam ſequeſtratio-
nis quam clariſsime potero explica-
bo per quæſtion. & vbi videbitur,op-
ponam & ſoluam,vt mihi Dominus ad
miniſtrabit. ¶Quærens igitur primò, quid ſit
1 ſequeſter: † dico quòd ſequeſter dicitur ille, apud
quem plures eandem rem, de qua controuerſia eſt,
depoſuerunt,vt l.ſequeſter.de verborum ſignificat.&
l licet.ff.depoſi.Ex quibus habes,quòd ſequeſter fit vo
luntate duorum.Et eſt diſtinguendum, duplicem eſſe
ſequeſtrum:vnum volũtarium,alium neceſſarium.de
voluntario dicitur in dictis legibus, quod fit volunta
te duorum, quoties ex quocunque contractu pecu-
niario petitur, partes voluntarie poſſunt ſequeſtrare.
& hic attende,quod pecuniæ verbum, generaliter at-
tenditur pro omni re, quæ eſt in noſtro patrimonio,
vt l.pecuniæ verbum.de verbor.ſigniffic.ergo ſiue aga
tur de re mobili, pecunia numerata, fundo, vel fru-
ctibus,poteſt fieri ſequeſtratio voluntaria, vt l. licet.
ff.depoſiti.Bartol.in l.intereſſe.de acquirend.poſſ. Eſt
& alia,ſcilicet neceſſaria,quæ fit per iudicem, & quaſi
de hac ſequeſtratione eſt dare regulam & inſtantiam
2 à regula.† Regula eſt,quod neceſſaria ſequeſtratio eſt
prohibita,vt l.j.C.de prohib. ſequeſt.& eſt ratio pro-
hibitionis,quam ponit text.in d.l.j. oportet primo de
bitorem conuinci &c. clarius quando eſt prohibita,
quia nemo eſt priuandus commodo poſſeſſionis lite
pendente,vt extra.de lit.pen.capitul.j.& capitul. dile-
ctus.ſed ſi per ſequeſtrationem priuaretur conuentus
commodo poſſeſſionis lite pendente, quod eſſe non
debet,ergo &cæ ¶De natura ergo ſequeſtrationis eſt,
quod nec actor, nec reus poſſideat, quia ſequeſtratio
dicitur poſſeſſionis ſeparatio ab actore, vt gloſſ. dicit
in d.l.j.de prohib.ſequeſt. Nam non poſſident,ſed ſe-
queſter, niſi hoc eſſet actum expreſſe, vt tantum eam
cuſtodiæ ſaluo iure vtriuſque partis. Iſtud poteſt eſſe
voluntarium in ſequeſtratione voluntaria:quia vide-
tur quod in dubio adimatur primo.& tangit gloſſa.in
l.intereſſe. de acquir.poſſ. quæ incipit, quod in dubio
&c. quaſi dicat, quod in dubio poſſeſſio adimatur,
niſi eo animo fiat, quod ſequeſter tantum cuſtodiat
ita videtur gloſſ.in c.j.de ſequeſtra.poſſ. & fruct. quæ
incipit,hoc ideo &c.iſtud videtur quod teneant legi-
ſtæ.cano.tumen contra,in glo.capit.examinata,extra:
3 de iudic.ſuper verbo, poſſidebas. quæ incipit, ſed in-
telligitur litera iſta. dicunt ſic, tunc planum eſt quod
hic



3 hic dicit,quòd†tũc habetur pro poſſeſſore,niſi ea mẽ-
te depoſuiſſet pecuniam apud ipſum ſequeſtrum, vt
ipſum ſequeſtrum conſtituat poſſeſſorem potius, quã
cuſtodem.alleg.dict.l.intereſſe,quam, vt prædixi, ali-
ter intelligit Innocen.in dict.capitul.ex anima.in §.
accepit à te &cæt.dicit quòd tunc planum eſt, quòd ſi
cut poſsidebat quando tradidit,ita & poſt,niſi ea men
te dederit poſſeſsionem,vt poſſeſsio in depoſitarium
tranſierit,vt dict.l.intereſſe.iſta contrarietas tolli poſ-
ſet per dict.gloſſ.quæ.præſumit in dubio, quòd ea mẽ
te ſit facta traditio,vt poſſeſsio transferatur cum vo-
luntate partis,ſit factum ſequeſtrum,& hoc de volun-
tate ſequeſtrantis,ſequeſtratio voluntaria poteſt fieri,
quoties partes volunt,vt d.l.licet.ff depoſi.& l.ſi oleũ.
ff.de dona.
SEQVITVR De Sequeſtratione neceſſaria,quę
4 fit mandato iudicis,inuita parte: † quia iudicium red
ditur in inuitum,& tunc dicendum,quòd regulariter
ipſa ſequeſtratio eſt prohibita,vt dict.l.& dict.capitu.
ſed fallit in caſibus,in quibus ſequeſtratio eſt permiſ-
ſa.¶Primus eſt, quod dicit gloſſ.ſi res mobilis peta-
tur,& perſona ſuſpecta ſit quòd fugiat,vt ff.qui ſatiſ
cog.l.ſi fideiuſſor.§.j.& ff.de offi.præſi.l.ſenatus.§.fin.
& C.de agri.& cen.li.11.Ego vero dico,quòd ſaluo iu-
dicio ſaniori,ſunt tres caſus ſeparati,quia in vnoquo
que ſeparata eſt ratio.& prim9 caſus eſt,ſi ꝑſona ſuſpe
cta & res mõbilis, & ſic dubium quod cum ea fugiat.
5 vt dicta l.fideiuſſor.§.finali.¶† Circa hoc quæro,quã
do dicatur perſona ſuſpecta. reſpondet gloſſ. in dicta
l.ſi.fideiuſſor.§.ſi pluribus reſpectibus,ſcilicet non poſ
ſidere immobilia. Item mobilia pauca. Item mali mo-
res. Item quod prius malefecit: quia qui ſemel malus
&cæ.& l.ſi eius.§.ijſdem.de accuſati.Quęro, an ad ꝓ-
bandum perſonam ſuſpectam omnia iſta requirantur:
An ſufficiat vnus caſus ex his quatuor ad ſequeſtrum
faciendum,ſcilicet quod nõ poſsideat immobilia, vel
mobilia pauca.vel mali mores vel coniunctus ſit &cæ.
vel omnia ſimul requirantur. credo quod alterum iſto
rum ſufficiat, vt probatur in l. ſciendum.ff. qui ſatiſ.
cog. vbi cautio requiritur,ſi non poſsidet immobilia,
vel poſsidet pauca. ¶ Secundus caſus eſt qui probatur
in l.ſenatus.§.fin.de offic.præſi.in glo.pro primo caſu,
immodic.ꝙ ſi eſt aliquod oblatum alicui, qui eſt de
familia præſidis, cum non poſsit agere,niſi vt lit.con-
teſt.fiat ſequeſtrum.ratio eſt, quia non poteſt agere,&
ne pereat, interim fiat ſequeſtrum.¶Tertius caſus eſt,
ſi colonus velit poſſeſsiones conductas deſerere,vt l.ſi.
Codice de agri. & cenſi.libr.11. Iſtos tres caſus gloſſ.
ponit ſub vno membro, Nam ad primum membrum,
allegat illas ll. vbi ſunt caſus diuerſi. Attende quid gl.
dicit,ſecundus caſus.quod ſi in re mobili vel immobi-
li poſsidens ſit ſuſpectus, ne depopulẽtur fructus. vel
quod res ſic diſsipetur,vt ff.ſolut.matrimo.l.ſi cum do
6 tem l§.ſin autem in ſæuiſsimo. † Aduerte, illi duo ſunt
alij caſus diuerſi.& primus,ſi maritus vergit ad inopi-
am,ſequeſtrantur,ſcilicet propter mores malos mariti
vt ex dote mulier poſsit ſuſtentari, & ibi habes quod
maritus vxoris infirmę,quam propterea ſpernit,debet
ipſam alimentare, & ſi dotem diſsipat, debet ſeque-
ſtrari. Alius caſus eſt,qui ſumitur in l. imperatorem.§.
finali ff. de appellatione, quod quoties à ſententia ap-
pel.& timetur ne fructus diſsipentur, fit ſequeſtratio,
vt l.imperatores.&in c.ſi.de ſequeſt.poſ.& fruct.
OPPONITVR,& videtur hic dicendum,quod
7 † ſemper pendente appellatione, fructus debent ſe-
queſtrari vt l.ab executione.C.quorum appella.non
recip.non attento an timetur de dilapidatione fru-
ctuum,ſed dic,aut appellatur ſub ipſa ſententia,& tũc
non fit ſequeſtratio,niſi teneatur de dilapidatione, vt
dicta l.imperatores.& ex vltimo ſuperius allegat.& eſt
eadem ratio prohibitionis quæ eſt quòd de princi-
pali dilapidatione timetur: quia appellatione pen-
dente,nil debet innouari. quando autem appellatur
ab ipſa executione facta, tunc fit ſequeſtratio ab alio
dubio dilapidationis,vt dict.l.ab executione.quomo-
do & quando ab executione facti appelletur,ibi dice-
tur. Habes ergo tres caſus ſpeciales,& iſti ſunt duo,
& ſic hucuſque ſunt quinque diuerſi.
¶Quæro,quando dicantur fructus dilapidari.dic quã
do diſtrahuntur,vel in vſus conuertuntur,vt in capi-
tul.dilectus filius.extra.eodem titu. ¶Adhuc quæro
in caſu prædicto,quãdo appellatur ab executione,cu
8 ius iudicis authoritate fiet ſequeſtratio?† videtur di-
cendum,quòd authoritate iudicis ad quem, vt l.ſicut
ff.de appellationib.recip.Nam quicquid fit per appel
lationem,reuocatur per iudicem ad quem,vt in capit.
non ſolum.de procura.libro 6. ¶Gloſſ. facit quatuor
caſus,vbi fit ſequeſtratio,ſi ſeruus proclamat,& ſic du
bium ſit.ſi bona ſint domini,tunc bona ſequeſtrantur,
vt l.prim.§.ſuper periculo.C.de aſſert.tollen.& l.fina.
C.qui ad lib.proclama.non licet.reo ſpeciale eſt pro-
pter conditionem perſonæ ciuilis.ideo dic, quòd eſt
ſextus caſus vbi permittitur.Et ſeptimus caſus quan-
do ſequeſtratio fit propter contumaciam non cauen-
tis,de collatione feudi,vt l.prim.§.ſuper.de colla.bon.
Et octauus caſus,vbi fit ſequeſtratio.vbi ſi mulier di-
uertit à marito, & maritus eam repetat, dubitans
illam redire propter mariti ſæuitiam, & ſibi idonee
cauere non poteſt, non ſibi eſt vxoris reſtitutio fien-
da,ſed ſequeſtranda, in loco vbi ei maritus non poſ-
ſit inferre vllam violentiam,vt in capitul.ex tranſmiſ-
ſa.extra.de reſtitut.ſpo.& capitul.licet.in fin.eod.titu.
9 †Item miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto alicu-
ius rei,non facit fructus ſuos, ſi eos conſeruat,vt in c.
fin.de ſequeſt.poſ.& fruct. vt l. Fulcinius.ff. ex quibus
cauſis in poſſ.ea.debet ergo illos conſeruare, & ſi con
uentus venerit, infra annum recuperat poſſeſſionem
& fructus.ſi tamen hic miſſus diſſipat, medio tempo-
re ſequeſtratur,vt d. ca. dilectus filius.extra.de ſeque-
ſtrat. poſſeſ. & proprie. & ibi non. quando dicatur
fructus dilapidari, dic ſi eos in vſus ſuos conuertat
vel diſtrahat in capitul.ſi.de ſequeſtra.poſſeſſ.& fruct.
In caſu tamen ſpeciali miſſus in poſſeſſionem ex primo
decreto, lucratur fructus quando agitur petitione
rei ſeruandæ cauſa, & lucratur fructus quando agi-
tur petitione hæreditatis propter legitimam contu-
maciam conuenti dicta accuſatione. tunc agens mit-
titur in poſſeſſionem cauſa rei ſeruandæ, & lucratur
fructus,vt l.Fulcinius.§.fin.quibus ex cauſis in poſſeſ.
ea.dicit in dict.capitulo.primo. de dolo & contumac.
10 & Cyn.in dict.l.vnica in 7.caſu,† quod propter contu
maciam non comparentis fit ſequeſtratio.capitulo.ex
literis de dolo & contumac.videamus, qualiter iſtud
poteſt eſſe verum. non video vt minus agatur, prout
ibi dixit text. Nam propter contumaciam erat mitten
dus in poſſeſſionem, ſi mitius agere volentes poſſe
ſequeſtrari fructus. Videtur ergo, ſequeſtrare aliud
eſſe, quam mittere in poſſeſſionem. quæ ſequeſtra-
tio de iure ibi fieri non debet.vt ibi ſenſit textus,Bar-
tolus & gloſſa ſua. vnde ſi iudex contra contumacem
vellet mitius agere, poſſet ſequeſtrare: quia ſi prius
data eſſet,non haberet locum ſequeſtratio, niſi ipſos
dilapidaret, vt dixi in proximo præcedenti mem-
bro.
SEQVITVR nonus caſus, vbi habet locum ſe-
11 queſtratio,cum timetur † ne ſcandalum oriatur inter
partes,quod perueniant ad arma, quia ad rixam veni-
re non patitur prætor, quos poteſt ſua iuriſdictione
compeſcere. allegat Cyn.in l. oleum. ff. de dolo. quæ
lex videtur mihi quod non loquatur de ſequeſtratio-
ne neceſſaria,quia ille à quo oleum petebat,depoſuit:
ergo fuit voluntaria,allegat capitul. ſecund.extra. de
do. & contum. text. nihil dicit, ſed dictum Innocent.
textum in d.capi. ſed dic quod fuit facta ſequeſtratio:

quia fructus dilapidabantur, alibi non. hoc ſonat in
hoc, vbi eſt timor armorum, permittitur vtrique, i. e. ad
occupandam poſſeſsionem, vbi autem eſt timor armo
rum, compeſcat partem non ſolum per ſequeſtrum, ſed
per cautionem, quia curare debet pretor, vt pacata ſit
prouincia quam regit, de officijs, prælator. l. congruit.
¶ Decimo caſu, quando fit ſequeſtratio de bonis con-
12 demnati, vt l. ſecunda, de duobus reis. †Pone ergò ꝙ
quis commiſit maleficium, de iure bona ſua annotan-
tur, & ſic infra annum reſtituantur, & tunc ſi bona ſũt
qui ſeruari non poſſunt, illa debent vendi, & precium
deponi, vt l. is cui. §. qui legatus. vt in poſſeſsion. lega.
Habes alium caſum ſpecialem, vbi fit ſequeſtratio. &
eſt nouiſsimum in vno. de ſequeſtrat. poſſeſ. & fruc. &
in clemen. vbi dicit ad compeſcendas litigantium ma
litias, & vna ſententia contra poſſeſſorem lata diffini-
tiue, iudex ſuper benefic. apud ſedẽ Apoſtolicam liti-
gato, & ab eo triennio poſſeſſum non ſit, fructus per
loci ordinarium ſequeſtrantur. Illud videtur multum
contra ea quæ ſupra dixi 5. caſu. appella. ab interlocu-
toria, vel à ſententia, caſu permiſſo, per quem iudicem
fiet ſequeſtratio, & dicebam in quæſtio. illa, quòd per
iudicẽ, ad quem hic dicitur ꝑ ordinarium, ergo quid
dicendum? dico quod ibi dixi verum, quodquicquid
ſit, quod appel. per ſuperiorem debet reuocari, vt dict.
l. ſicut. facit melius l. j. ff. nil. no. ap. pen. Ad hoc cõtrariũ
reſpõdeo, quod ſit caſus ſpecialis. Iuxta prædicta
quæro, vide ſuprà quod in ſequeſtratione vo
luntaria neuter poſſidet nec actor nec reus,
ideſt, ſequeſter, vt ibi dixi. Quæro, quid
in neceſſaria, quæ fit per iudicem
qui poſsidet? cogitabitur.
Amen.
FINIS.

# TRACTATVS CELE-
## BRIS DE CESSIONE IVRIS ET ACTIO-
## NVM FIENDA, CELEBERRIMI IVRIS VTRIVSQVE
Doct. D. Ioan. de Graſsis, cum Annotationibus nouiſ-
ſimis, Summariis & diſtinctionibus.

### ¶ Præfatio.

QVONIAM in corpore iuris ſpar-
ſus & diffuſus articulus de Ceſsione
inuenitur, & à nemine collectus hucuſ
que, duxi ipſum opus aggrediendum,
colligendo in ordine ſecundum meæ
perſpicacitatis ſcientiam: mihi ore &
labiis à Deo inſtillatã, donec perfecero, videlicet pręe-
mittam per §§. qualiter fiat Ceſsio iuris & actionum,
deinde, quis cedere poſsit. Item quæ actiones cedi poſ
ſint, cui, & in quem transferri poſsint iura & actiones.
Item quæ actiones competant procura. in rem ſuam.
& vnde naſcantur. Vltimo loco, quando appelletur,
quis cedere poſsit, & quo iure. quibꝰ omnibus ſic per
ordinem enarratis, vtile erit peroptantibus ſalare ſua
in iure ciuili non omittere: & circa hunc articulum
ceſsionum, veritatem ante offuſcatam, ex variis ſpar-
ſionibus nunc puriſsime elimatam, cognoſcere.

### SVMMARIVM.

1 *Ceſſio actionis quo titulo fieri poſſit.*
2 *Ceſſio facta potentiori, ratione officij nunquid va-
leat. Ceſſionum formula.*
3 *Actio pro parte vendi, & pro parte donari non po-
teſt, & cur.*
4 *Lege deficiente, nos quoque deficimus.*
5 *Decipere ſe inuicem contrahentibus eſt permiſſum.
Tituli nomen vtrum ſit de neceſſitate in Ceſſione in
ſerendum, vt donationis præſumptionem ceſſare fa-
ciat & ſimulationem.*
6 *Donare nemo regulariter præſumitur.*

### §. Primus.

1 SCIENDVM eſt igitur, quòd ceſ-
ſio† actionis poteſt fieri quocunque
titulo vero, non ſimulato. C. manda.
l. per diuerſas. & C. plus valere quod
agi per totum, ex quo, ſcilicet titulo
rei dominium transferri poteſt ad a-
lium & ipſam ceſsionem actionum transferri dicitur.
l. ſcimus nulli & c. ff. de iure do. l. ſi mulier. §. ex aſſe. ff.
eod. tantum. ergo transfertur actio ex ceſsione, vt à
iure illius proprie appelletur, cui ſeu in quem ſit. ff.
de procur. l. quæ omnia. §. plane. quare procurator in
rem ſuam dicicitur. vt ff. mandat. l. ſi procuratorem. §.
dolo autem. in fin. & ff. de in rem verſo. l. 4. §. idem La-
beo. & loco domini. ff. de pactis. l. ſed ſi tantum. & Co.
de action. empti. l. emptor. (Adde quod procurator in
rem ſuam cõſtituitur per verba, pono te in locum me-
um. Bart. & Ang. & Alex. in l. 2. §. fi. ff. de ope. no. nun. &
in l. plane. cum gl. fa. cer. & vbique Bar.) Et hæc omnia
vera ſunt, ſiue ſit titulus ille per quem fit ceſſio, de his
quæ fiunt inter viuos, vt C. de hære. vel actio. vend. per
totũ, niſi fiat potentiori ratione officij, quia tunc non
2 valet ceſſio, †immo amittit creditum. C. ne liceat po-
tentio. l. j. & 2. vel alia ratione, quam officij: quia habe-
bit locum titulus de aliena. iud. mu. ca. fa. vel etiam ſi
non potentiori aliqua ratione fiat, non valet: ſi tamen
res ſit in iudicium deducta in quibuſdam caſibus, vt
Co. de litig. l. 2. & fi. ſiue cauſa mortis, vt ff. de do. cauſa
mortis. l. Titia vel in alia vltima voluntate. ff. de legat.
(Ceſſionum formas vide per Spe. in ti. de ceſſi. act. per
totum. Sal. in repe. l. j. C. de act. & ob.) Poteſt itaque ce
di actio titulo dona. & transferri, vt C. mand. l. fi. Item
titulo emptionis & venditionis, vt dict. l. per diuerſas.
& C. de hære. vel actio. ven. per totum. Item titulo do-
tis, vt tit. de act. & obl. & ff. ſo. mat. l. Mæuia marito. Itẽ
titu. ſocietatis, vt ff. pro ſocio. l. j. 2. & 3. & ff. de pecul. l.
Sticho. item tit. ſolutionis, ſcilicet dationis in ſolutũ.
Item titu. legati & fideicommiſſi, vt C. de lega. l. ex le-
gato nominis. & ar. C. communia de lega. l. 2. hoc tamẽ
fallit, vbi res eſſet in iudicium deducta: quia tũc actio
nõ trãſfertur, ſed hæres litẽ exequitur, & præſtat lega-
tario totũ id quod cõſequitur. C. de litig. l. quicunque
& auth. in me ſi hęres. Item tranſfertur act. etiã ti. inſt.
& ſubſt. vt d. l. quicunque. C. de litig. Caue tamen ꝙ li-
3 cet dixerim ſupra, ꝙ actio †põt donari & vendi: tamen
nõ poteſt pro parte vendi, & pro parte donari: quia iu-
ra præſumunt ſimulatũ talem contractum, vt C. man.
l. fi. idem, ſi minori precio empta ſit: quia in dubio præ
ſumitur ſimulatum: idem & ſi deficiat res ceſſionis. C.
man. l. per diuerſas. no. C. ne liceat potentio. l. j. per gl.
vbi autem non dubitaretur, ſed certum eſſet, non eſ-
ſe ſimulatum: tunc indiſtincte valet, nec latius eſt præ
ſumptioni prædictæ, vt ff. & Cod. de hæredi. vel actio.
vendita. per totum. idem etſi certum eſt eum eſſe ſi-
mulatum, vt Co. plus valere quod agitur per totum. &
nota. in d. l. j. Cod. ne liceat potentio. poteſt etiam dici
ſecundum quoſdam, ꝙ titulus ceſſionis non exigatur.
pro hoc facit lex. item quia. §. ſi cui. ff. mandat. & l. per
diuer-



diuerſas. & nota. C. ne liceat potentio. l. prim. dicunt
enim non reperiri cautum de titu. ceſsionis. & vbi lex
4 †deficit, nos quoque deficere debemus, ff. ſolut. matri
mo. l. ſi vero. §. de vno. & dict. l. per diuerſas. hoc dicit
ſi recte inſpiciatur. Nam dicitur ibi, quòd redimen-
ti nomen reſtituam precium quantum datum eſt pro-
ceſsione, licet venditum nomen ſeruatum eſt. ſic enim
videbatur quòd non, quia non debet reſcindi vendi-
tio facta minori precio: quia licitum eſt contrahenti-
5 bus inuicem †ſe decipere. ff loc. l. item ſi precio. §. quẽ-
admodum. vt ff. de minor. l. in cauſæ. la 2. dum tamen vl
tra dimidiam non decipiatur. C. de reſcindend. vendi.
l. 2. (Attamen quòd contrahens dolo partis deceptus,
non cogitur implere contractum. l. qui nondum. & ibi
Bald. C. de hæreditate vel actione ven.) Ego hanc pro-
bo, quòd non ſit ex neceſsitate nomen tituli inſeren-
dum in ceſſione, dum tamen cauſa, quare ceditur, ſi in
ſerta, quæ neceſſaria eſt, ſecũdum Vbertum de Bobio,
iſta ratione: quia ſicut nuda traditio corporaliter fa-
cta ſine cauſa, non transfert dominium rei immobilis.
ff. de acquir. re. do. l. nunquã nuda. ita nuda traditio a-
ctionis non transfert vtilem actionem, nec directam.
difficilius enim acquirũtur incorporalia, vt ff. pro ſo-
cio. l. prima. §. fina. & l. ſecund. & ibi vide in gloſſ. mag.
in princip. ff. de pecu. l. ſi quis. nec eſt vera ſententia eo
rum qui præſumunt donationem intelligi ceſsione, à
qua titulus in cauſa ceſsionis non continetur. ar. ff. de
condition. indebit. l. prim. & ff. de regu. iur. l. cuius per
6 errorem: quia de regulari iure nemo †præſumitur do-
nare. §. cum de indebito. ff. de probatio. addo ergo &
aliam rationem. Nam conſtat quòd ex contractu inno
minato fit ceſsio actionis, vt C. de action. & obliga. l. j.
ff. de præſcrip. verb. l. naturalis. circa princip. Quomo
do ergo poterit nomen inſeri, cum contractus ſit inno
minatus, & careat nomine? vnde vera eſt hæc ſenten-
tia, quòd ſufficiat cauſam ceſsionis inſerere, vt ar. C.
de procur. l. qui ſtipendia. & ff. de probation. l. cum de
indebito.

ANNOTATIO: An titulus ceſsionis exigatur
in ceſsiõe. Bar. in l. per diuerſas. dicit, quòd ceſsio prę-
ſumitur ſimulata, ſi titulus contractus non apparet in
ceſsione, per illã l. j. licet inſtrumẽto ceſsionis. & hoc
ſentit Spe. in tit. de procur. §. ſequitur videre. in princ.
&c. (Adde Bal. in l. per diuerſas. in 2. q. & in Spe. de pac.
in prin. ver. filius autem. idem Bal. in l. 2. in 2. col. verſi.
3. præſumitur ſimulatio. C ne lice. poten.)

### SVMMARIVM.

1 *Cedere actiones qui poſſint.*
2 *Infans cur non poſſit actiones cedere, & quid de tu-
tore ſuo. 12.*
3 *Pupillus ſine tutore nunquid cedat actiones.*
4 *Adultus nunquid ſine curatore cedit actiones.
Minor vtrum reſtituatur, ſi ſit læſus per ceſſionem.*
5 *Furioſus nunquam cedit actiones niſi dotis cauſa.*
6 *Mutus & ſurdus non cedunt, Et quid de curatori-
bus eorum.*
7 *Filius familias an cedere poſſit, & in quibus.
Filiusfamilias poteſt in omnibus caſibus obligari,
præterquam in mutuo & voto.*
8 *Pater ſolus an poſſit actionem filij cedere tanquam
adminiſtrator.
Seruus actionem vtrum cedat.*
9 *Collegiũ & vniuerſitas actiões, quas habẽt, cedunt.*
10 *Bannitus an & quãdo poſſit iura & actiones cedere.
Intellectus l. ſi duo. ff. de ſolution.*
11 *Statutum contra iuris rationem inductum, in conſe-
quentiam non trahitur.*
12 *Ceſſionarius dicitur procurator in rẽ ſuã, & an poſſit
in libello dicere ſibi debitorem obligatum.*

### §. Secundus.

VISO, qualiter fiat Ceſſio, expedit ſubij-
cere perſonas, quæ ipſas poſſunt cedere
1 actiones. Et quidem iura† & actiones ce-
dunt & transferunt generaliter omnes
qui eas habent, vt ff. de hæred. vel action.
vend. l. ſi nomen. ſi tamen ſe obligare poſſunt: vt no. in
ſumma. de quæſt. & procura. in rem ſuam. circa princ.
& omnia intelliguntur iuris permiſſione eſſe conceſ-
ſa, niſi reperiantur inhibita. leg. necnon. §. quod eis. ff.
ex qui. cau. maio. & ff. de accu. l. qui accuſare. & Co. de
religio. l. ſtatuas. & ff. de procurato. l. mutus. Circa hoc
quæro, nunquid infans poteſt cedere actiones? Re-
ſpondeo, non, quia obligari ipſe non poteſt. ff. de ver.
oblig. l. j. in prin. & l. mulier. ff. de condi. indebi. l. quod
2 pupillus. Sed nunquid tutor ſuus †poſſit cedere eas?
Reſpondeo, ſic. ff. ad Trebellia. l. reſtituta. §. j. Sed quid
3 de pupillo? † Nunquid poterit cedere? Reſpondeo,
non, ſine tutore: cum nec ipſe poſſit obligari ſine tu-
toris authoritate, niſi inquantum locupletior fiat. ff.
de ſol. l. ſi pupillus. & ff. de actio. & obli. l. obligari. vbi
no. & ff. de noua. l. j. in fi. & inſti. quib. mo. tolli. obliga.
§. præterea. Sed quid ſi nullum habeat tutorem? Re-
ſpondeo, tunc poteſt cedere. ff. de adminiſtr. tutor. l. ſi
plures. & ff. de tut. & ra. diſt. leg. cum pupillus. & ff. de
ſolutio. l. ſi Stichum. §. ſi mandatũ. cum decreto tamen
iudicis, vt C. de iure delibe. l. ſi infante. in fin. Sed nun-
quid cum authoritate tutoris poterit? Reſpondeo,
quod ſic, vt ff. ad Trebel. l. reſtituta. § j. & Cod. de iure
delibe. l. potuit. & d. l. ſi infanti. & C. ad Trebell. l. ſan-
4 cimus. Item de adulto, † nunquid cedet? Reſpondeo,
non: ſi habet curatorem, cum nec ſe obliget ſine eius
authoritate: vt C. de neg. geſt. l. ſi curatorem. Sed nun-
quid ipſe curator poterit cedere ſine adulto, cum nec
eum obliget, vt C. ſi tutor vel cura. l. ſi creditor? Sed
nunquid infans pupillus vel adultus ceſſiones à ſe-
ipſo, cum tutore vel curato. factas, vel à tutoribus, vel
à curatoribus ſolis, ſi ſint læſi in ipſo contractu, reſti-
tuantur? Reſpondeo, ſic, niſi decretum interueniat,
vt C. de prædiis mino. l. ſi quidem. cum ſimilibus. vel,
niſi iuramentum interueniat in adulto. Co. ſi aduerſus
vendit. auth. ſacramenta puberum. ¶ Præterea quid
5 de furioſo? †nunquid poteſt cedere? Reſpondeo, non
vt Cod. ad Trebel. l. j. nec expreſſe poteſt conſentire. ff.
loca. leg. qui ad certum. niſi quando pater exegit do
tem filiæ furioſæ: & tunc conſentire videtur. ff. ſolut.
mat. l. ſecund. §. voluntatem. Sed quid de curatore fu-
rioſi? nunquid poteſt cedere? Reſpondeo, ſic. vt ff. ad
Treb. l. cum hæres. & Cod. eo. l. ſancimus. ¶ Item quid
6 de ſurdo, † & muto? Reſpondeo, non poſſunt cedere:
quia nec obligari. ff. de verborum obligat. l. j. in prin.
inſtit. de inuti. ſtipul. §. mutum &. §. ſequenti. Sed nun-
quid curator muti poterit cedære? Reſpondeo, ſic. ff.
ad Trebelli. l. ſeruo inuito. §. j. Sed nunquid hoc eſt ve
rum in quolibet muto? Reſpondeo, non. ſed in eo tan-
tum, qui tarde exaudit. ff. de action. & obligat. l. j. in fin.
7 An filius famil. † poterit cedere actonem? Reſponde,
ſic, cum poſsit obligari in omnibus caſibus præterquã
in mutuo & voto. ff. de iudic. l. tam ex contractibus. &
de actionibus & obligation. l. filius famil. & de noxa. l.
quoties. & de pecul. l. ſi quis filio. & l. ideo. & ff. de edẽ.
l. prætor. §. ſed & filius & ff. de policita. l. ſi quis rem. §.
voto ſed tamen hodie non poteſt actionem cedere, in
quibus patri competit exercitium cum conſeſu ipſius
patris, vt Cod. de bonis mater. l. prima & Cod. de bo-
nis quæ libe. l. finali §. vbi autem in vnũ. Sed nunquid
8 pater † ſolus poteſt cedere actionem filij, tanquàm
adminiſtrator filij? Reſpondeo, non: niſi filius ſit infa-
mis vel abſens, vt Codice de bonis quæ libe. l. finali. §.
vbi autem. & ff. ſoluto matrimonio. l. ſecunda. §. vo-

luntatem. Nunquid ſeruus poſſit cedere actionem?
Reſpondeo,non:quia nec obligari poteſt,vt ff.de pe-
cu.l.nec ſeruus.Item quæro an fideicommiſſarius poſ
ſit cedere actionem?Reſpondeo,ſic,vt ff.de lega.ſecun
9 do.l.Imperatores.Item de collegio†& vniuerſitate, ſi
habent actiones,nunquid eas cedere poſſunt?Reſpon
deo,ſic.ff.ad Trebel.l.j.§.ſinautem collegium.de quę-
ſtore autem& de procuratore in rem ſuam,an poſſint
cedere alij,& ille alij,dic plene,vt eadem ſumma dici
10 tur,an bãnitus poſſit† cedere iura & actiones,qui per
ſe agere prohibetur ex forma alicuius ſtatuti?Reſpon
deo,non:quia ceſſio nõ valet,ſi cedẽs ſit bãnitus ex ta-
li cauſa,qua bona publicantur:quia tunc actio & peti
tio fiſco & contra fiſcum competit.ff.de capi.dimi.l.2.
ff.pro ſocio.l.actione.Si autem ſit bannitus ex tali cau
ſa,ex qua bona non ſint publicanda, tunc diſtingue:
Aut ſit ceſſio ex titulo lucratiuo, aut titulo oneroſo.
Primo caſu obſtat exceptio, quia ceſſionem accepit
ex titulo banniti authoris.ff.de contrahend.emption.
l.dolia.§.j.& ff.pro ſocio.l.idémque.in fine.& ff.de re
gu.iuris.l.in his.§.non debeo.Secundo caſu non obſt.
ff.de except.l.apud Celſum.§.de authoris.& l.cum le
gitima.Alij diſtinguunt hoc membrum,ſcilicet quan
do ſit ceſſio titulo lucratiuo: vt an ſit ceſſio bona fi-
de,& non obſtat exceptio,an malafide: & tunc obſtet
exceptio banniti authoris,vt dict.l.apud Celſum.§.de
authoris.ibi cum ſit bonæfidei.hæc non placet. Nam
dictus §.de authoris.& dictus §.cum legitima intelli-
guntur,quando exceptio competit contra authorem,
rem ipſam occaſione perſonæ dolum committentis
acquiritur:& quando vult vti adminiculo aut ceſſio-
ne ſui authoris,vt nota.in dicto §.cum legitima.& fa-
cit ff.de regulis iur.l.non debeo,cum ſimilibus. Alij
diſtinguunt aliter, ſcilicet vtrum fiat ceſſio ex cauſa
voluntaria, & tunc obſtet exceptio an neceſſaria: &
tunc non obſtat exceptio.argumen.ff.de procura.l.ſer
uum quoque.§.fina.& ff.de damno. infect.l.cum po-
ſtulaſſem.§.fina.loquitur in exceptione procuratoris,
quæ demum aduerſus procuratorem obiicitur, vt re-
pellatur ſi non defendat,quæ exceptio non competit
contra ceden.nec ex ſua perſona. quod ſecus in exce-
ptione bannitorum,& illa l.cum poſtulaſſem, loqui-
tur in illo qui iusſequebatur,quod tunc habebat in re
ipſa ante ceſſionem ex contractu cedentis, quod ius
ſequebatur:ſecus eſt tamen in caſu noſtro. Alij di-
ſtinguere volunt,vtrum agitur directa actione ratio-
ne dominij:& tunc obſtat exceptio,an vtili ſuo nomi
ne:& tunc non obſtat argument.ad hoc.ff.de ſolu.l.ſi
duo,nec placet, quia directa & vtilis,ſunt non duæ a-
ctiones,ſed vna tantum, & duas habet qualitates, ſe-
cundum Ioann.vt infra.dicemus.(Adde ibi Bartol.in
l.actio.ff.de nego.geſt.idem Barto.in l.j.C.de act.& o-
blig.in l.2.eo.tit.)quæ actiones competunt procurato
ri in rem ſuam.Nec obſt.dict.l.ſi duo quia loquitur in
eo,qui habet duas actiones diuerſo iure competẽtes:
licet ad eandem rem ſint ambæ,vt ex ipſa lege euiden
ter colligitur.poſſetque ibi dici, quòd illa lex loqui-
tur in exceptione reali.Sed hæc exceptio forma ban-
niti,eſt perſonalis. Tamen dic,ſalua ſemper ſententia
meliori,quòd indiſtincte poſſit cedere iura & actiões
ſibi competentes forma banniti:ex cauſa,ex qua bona
non ſunt publicanda,nec ei qui ceſſionẽ accepit,ob-
ſtat exceptio forma banniti authoris, cum hæc exce-
ptio ſit perſonalis,nec perſonam debeat egredi.ff.de
admi.tut.l.ex pluribus.ff.de lega.3.l.cum patronus.cũ
11 ſimil.Et cum ſtatutum†cõtra rationem iuris ſit intro
ductum,nec ergo eſt trahendum ad conſequentias.ff.
de regu.iur.l.quod contra rationem.Item & quia nul
la lege prohibetur cedere bannitus per ſtatutum, &
quæ non reperiuntur inhibita,iuris permiſſione vidẽ
tur permiſſa.ff.ex quib.cau.maio.l.necnon.& prædixi
ſuprà,titu.in princi.

ANNOTATIO: Spec.in titul.de procuratore.
§.ſequitur.verſic.quid ſi excommunicatus.concludit,
quod ſi excommunicatus mihi ceſſit actionem animo
donandi, quod poſſum agere quod cedens abſolua-
tur.

ANNOTATIO: Infans,pupillus.adultus, tu-
tor,curator,filiusfa.pater, ſeruus, fideicommiſſarius,
vniuerſitas &c.an poſſint cedere actiones.vide Spe.in
ti.de procur.§.ſequitur videre.ver.item quod iura ceſ
ſa ſunt ab illo.cum ver.ſeq.

ANNOTATIO: Ceſſionarius dicitur procu-
rator in rem ſuam.l.plane.prope finẽ.ff. ſi in ſolutũ.C.
de act.& ob.& Spe.in ti.de ceſſio.act.§. conſequenter.
ver.& no.quod ſupra.

ANNOTATIO: De formis ceſſionum.vide per
Specu.in titulo.de ceſſion.action.l. conſequenter vti-
le.vbi vult etiam, quod ceſſio debeat fieri à præſente
præſenti, vel alteri pro ceſſionario acceptanti, & an
aſſignatio habeat vim ceſſionis, vide in conſil.domini
Ambro.de Vignate,quod incipit,quod not.Iaco. Bar-
reta &c.

ANNOTATIO: An habens vtilem actio nem
12 vt eſt ceſſionarius,†poſſit in libello dicere debitorem
ſibi obligatum.vide Bar.in l.j. inprinc.ff.de act. & obl
per gl.& doct.in l.j.C.eo.tit.

*SVMMARIVM.*

1 *Actiones quæ cedi poſſint,quæ ſint.*
2 *Ceſſio partis debiti nunquid fieri poſſit.*
*Stipulari an debeat is,cui ceditur ab eo,cõtra quem ſit ceſſio.*
3 *Pater filiofamilias vtrum cedat.*
4 *Ceſſio titulo venditionis facta, quando præſumatur ſimulata.*

## §.Tertius.

HOC loco, quæ ſint actiões quæ cedi poſ-
I ſunt,videamus.actiones† enim cõcedun
tur omnes, quæ in verbo actionis conti-
nentur, largo modo accepto vocabulo,
ff.de act.& obliga.l. actionum genera.§.
actiones.non autem largiſſime,vt accipitur eo.titulo.
l.actionis.verbo, & ratio, quare hic largiſſimo modo
non accipiuntur: quia ibi directa continetur, vt ibi
dicitur, quæ non poteſt cedendo transferri, cum ſit
oſſibus domini ita miſta, quod ſeparari non poteſt.
C.de noua.l.3.& notat.ff. de pecun. l. quis ergo caſus.
in gloſſ.(Adde Bal.in l.ex legato nominis.in j. colum.
verſi.ſed noſtri doctor.tenent.Cod.de lega.)Item alia
ratione criminalem actionem & publicam comprehẽ
dat,vbi nec ſimpliciter interuenit procurator.ff.de pu
blic.iudic.l.penultim.§.ad crimen.Item nec priuatam
& popularem contineat actionem: vbi etiam non in-
teruenit procurator ſimplex,niſi fortè inquantum per
tineat ad priuatum commodum, quo caſu etiàm cedi
poſſit, vt.ff.de proc.l.licet §.penultim.primo reſpon.
&.ff.de iniurijs.l.iniuriarum actio.& etiam ibi.de hoc
not.& ff.de furt.l.ſi vendidero.§. fin. niſi forte ad de-
fendendum,vt ff.de popul.actio,l.populari.& l.ſequẽ.
Item nunquid actio iniuriarum poteſt cedi? Reſpon-
deo, non,ſecundum Io.ante lit. conte.& poſt efficitur
litigioſa, vt no. Cod de hæred.vel actio vend.l.finali.
Quod ſi cedatur actio acquiſita accedentis per dolum
vel per fraudem, nunquid doli exceptio obſtabit pro-
curatori in rem ſuam?Reſpondeo,ſic quod de doli ex-
ceptione.l. apud Celſum.§.de auditoris.& §.cum legi
2 tima.& ibi no. per Accur.Sed nunquid ceſſio.† partis
debiti fieri poſſit?Reſpondeo ſic.ff.de adminiſtr.tuto.
l. ſi plures.& ff.de tutela & ra.dict.l. cum pupillus.&
ff.de peculio.l. quæſitum. §. ſed ſi pro parte & ff.de e-
dendo .l.cum poſſeſſor.& notat Accurſius.ff. de fide-
iuſſoribus .l.fideiuſſor. & l. Modeſtinus. ¶Item nunp
qui-



quid actio realis poteſt ſic cedi?Reſpondeo,ſic,quan-
tum ad articulum ceſſionum, nihil realis à perſonali,
vt C.de hære.vel action.ven.l.ſi.Sed nunquid debet ſti
pulari is,cui ceditur ab eo,contra quam ſit ceſſio?Re-
ſpondeo, non: quia eſſet delegatio,immo eo inuito &
ignorante poteſt cedi actio contra eum.C.de noua l.j.
&dict.l.ſi C. de hære. vel act.ven. Sed nunquid ceſſio
actionis poſſit fieri inter abſentes? Reſpondeo, ſic, ad
exemplũ ſimplicis procuratoris,ff.de procu.l.j.& not.
eo titul.l.in cauſæ.§.ſi procurator.

3 ANNOTATIO. Pater † non poteſt cedere filio-
fa.ſecundum Spe. in titu.de ceſſio.actio.§.2.ver. patet
ergo ex præmiſſis, quod tutor ibi,nec pater filio &cæ.
& infra de Spe.in titu.de procur.§. ſeq.ver.Item quod
iura ceſſa,ibi.Itẽ pater filioque.non enim poteſt pater
idem filio. titu.de venditi.quia inter patrem & filium
non tenet emptio & venditio .l.2. in princi .ff.de con-
trahent.empt.& ven.quem text.alle.Spe. vbi ſupra,nõ
eſſe tit.donationis.qui pater non poteſt donare filio.l.
j.& 2.C.de inoffi. dona. contractus inter patrem & fi-
lium non tenet.§.item inutilis.inſti.de inutil.ſtipul.&
l.ſi quis pro eo .§. Item filius.ff.de fideiuſſo.cum ſimili
bus. prædicta procedunt, niſi filio ſtudente: quia ſibi
poteſt fieri ceſſio per patrem. iuxta nota.per doctor.
maxime Ange.in l.j.ff.ſolu.matri.

4 ANNOTATIO. Preſumitur ceſſio † ſimulata
facta titu.vendititionis, quando precium,pro quo fa-
cta eſt non apparet in veritate ſolutum, & non tenet
Bartol.in l.per diuerſas. Cod.manda.per tex.ibi,in ver
bo,ſoluta. cum gloſ.& in l.ab Anaſtaſio. ibi, ni re ipſa
ſoluat.Ex quo concludit,quod non ſufficit,ſi in inſtru
mẽto ceſſionis,cedens confiteatur ſibi ſolutũ eſſe,niſi
re vera ſolutum probetur.quod dicit eſſe verum,quan
tum ad eum contra quem ceditur,ſed quantum ad ce
dentem,nocet illa confeſſio.hoc tenebat Iacob.de Bel
viſio.in authen.de æqua.do.§.j.hoc tenebat doct.qui-
dam Lombardus,qui compoſuit quendam tractatum
de ceſſione,qui intitulatur,Iacobus de Arena.ſed nõ
verum:hoc etiam tenet conſuluit Iaco.Butri.& Ray.
de Forli.& hoc dicit Barto.ſe conſuluiſſe.cum Franciſ.
de Piſis,cum multis aliis doct.hoc etiam tenebat Ray.
& Iac.But.in lectu.Iac.de Are.& Galio.de quo in Spe.
in tit.de ceſſio.actio.§.j.verſi.ſed nunquid.& ver.ſeq.
& idem tenet Odoſ.quod ſæpe contingit de facto.ita
Barto.in d.l.per diuerſas.

*SVMMARIVM.*

1 *Actiones cui cedi poſſint.*
2 *Tutoribus ſolis an poſſit fieri ceſſio.4.*
3 *Pupillo & adulto ſine tutore & curatore nunquid cedatur.*
5 *Seruo nunquid iura cedantur.*
6 *Cautela circa ceſſiones,vt valeant,licet pecunia numerata non interueniat.*
7 *Cedens iura vni,eadem cedere alteri non poteſt,& ſi exigat fidem,frangit.8.*

## §.Quartus.

NVNC ſequitur,cui & in quẽ poſ-
ſit de iure transferri ipſa ceſſio iu-
re actionis:poſſunt igitur actiones
1 † cedi quibuſcũque perſonis,argu.
C.de actio.& obli.l.ſicut in princi.
& quia omnia ſunt iuris permiſſio
ne conceſſa,niſi reperiantur inhibi
ta:vt no.ſuprà.tit.quis poſſit cedere actio.excipiũtur
perſonæ quæ acquirere nõ poſſunt,vt C.de iure deli.l.
ſi infanti.q̃ actiones infanti cedi nõ poſſunt,nec furio
ſo:vt C.ad Treb.l.ſancimus.quia nõ poſſunt ſibi acqui
rere.ff.de ver.ob.l.j.in prin.& ff.de act.& obl.l.j.§.fu-
rioſum.idẽ in ſurdo,qui nulla exaudit,& in muto qui
loqui non poteſt.ff.de acti.& obli.l.mutũm.in l.j.Sed
quid de ipſorum tutoribus?an poterit ſolis fieri ceſſio?
2 †Reſpondeo,ſic nomine ipſorum, vt in d.l.ſi infanti.
& C.ad Treb.l.ſancimus.j.reſponſo.Sed nunquid po-
terit fieri ceſſio ſupradictis perſonis cum authorita-
te ipſorum? videtur quod ſic,vt ff.ad Trebellia.ſeruo
inuito.l.ſi præſens. alias,ſi pupillo: ſed dic contra, vt
C.de cur.furio.l.ſi.§.ſinautem perpetuis.& ille.§.ſi pu
pillo loquitur & intelligitur de maiore infante. Item
3 quid de pupillo† & adulto? nunquid poteſt eis cedi?
Reſpondeo,ſic:etiam ſine tutore & curatore, quia in
acquirendo non eſt neceſſaria tutoris vel curat.autho
ritas,vt ff.de acqui.re.do.l.ſi pupillus. & ff. de author.
tu.l.obligari. niſi ex ea ceſſione deberent obligare ſe,
vt ſua bona forte pro euictione vel precij reſtitutio-
ne, vel qua alia ratione: quia tunc non poſſunt eis a-
ctiones cedi ſine tutoris vel curatoris authoritate.d.l.
obligari.& l.pupillus. §. j. de in integ.numero.l. ſi cu-
ratorem habens: & tunc nihilominus reſtituuntur in
4 integrum,ſi ſint læſi.Sed nunquid ſolus tutor † pupil-
li,vel curator adulti,recipiat iura & actiones?Reſpon
deo,vt C.de iure delibe.l. potuit. Quid ſi non habeat
curatorem adultus,vel tutorem pupillus?nũquid poſ-
ſit eis cedi?Reſpondeo,poteſt eis cedi:ſed in integrum
reſtitutio competet eis læſis, niſi decretum interceſ-
ſerit:vt in d.l.ſi curatorem habens.& C.de reſtitu. nu-
mero.l.ſi quidem,vel niſi interuenerit iuramentum in
adulto,vt Codic.ſi aduerſus vendition.authentic. ſa-
5 cramenta. Item nunquid ſeruo poſſint cedi†actiones
& iura?Reſpondeo,ſic:ſed ius totum acquiritur domi
no,& ipſe vel procurator deinde aget ex ipſa ceſſione,
cum ſeruus in iudicio eſſe non poſſit, vt ff.ſi quis cau-
tio.l.quoties.& C.de iud.l.ſeruus.Item nunquid filio
fa.poſſint cedi iura & actiones?Reſpondeo,ſic,& patri
acquirit ſecundũ vetera iura:vt ff.de verbo.ob.l.quod
dicitur.& ff.de reg.iur.l.filius.cum ſimilibus,niſi in ca
ſtrenſi peculio,vbi non acquiritur patri etiam de iure
antiquo,vt inſt.per quas perſo.nobis acqui.in princ &
ff.de Caſtren.pecu.l.miles.& l.ex noxa. (Adde quod ſi
fiat ceſſum filijfam.contra patrem,non valet.glo. not.
in l.actiones.C.de act.& obli.Pe.de Suza. in l.is nullã.
ff.de iudic.) Sed hodie ex iure hodierno ſibi acquirit.
C.de bo.quæ lib.l.cum non ſolum.Item poteſt fieri ab
ſens,vt not.ff.de procur.l.in cauſæ.§.ſi ex parte.in glo.
quæ incipit.ſed qualiter.in ſi.ſecundum Abb.in l.3.C.
de noua.

ANNOTATIO: De cautela adhibẽda,vt ceſſio
6 †valeat,licet non interueniat pecunia numerata,vide
per Ang.in l.ſi tibi pecuniam.ff.ſi cer.pet.

7 ANNOTATIO: Qui ceſſit iura † vni,non po
teſt eadem iura cedere alteri. caſus eſt ſecundum Ia-
cobum de Aren.& Baldum in l.non quocunque.§.qui
Gaium.ff. de legat. prim. & allegat.ad idem .l.ſi dam-
natus.ff.de libe.lega.& l.qui duos.de lega.ſecun.Item
dicunt Bartolus & Baldus in dicto §. qui Gaium,
quod quantum ad actiones vtiles, non poſſunt iura
cedi pluribus in ſolidum: ſed quantum ad merum
exercitium directarum, ſic. vbicunque cedens poteſt
exercere directas. Nam iſti aſſimilantur veris pro-
cu. & melior eſt conditio præuenientis, l.pluribus .ff.
de procura.

ANNOTATIO. Albe.in l.3.C.de nouã.dicit,q
8 ille qui iura ceſſit,†ſi poſtea exigat,dicitur fidẽ frãge
re,vt C.de hære.vel act.vendi.l.venditor &libera.leg.
cum hæres,&notat.in l.ſi.ff.de tranſact.Sed nũquid in
exigendo incidat nouatio quæ hoc ſibi concedit:ideo
pœnam nõ meretur.l.Gracchus C.de adult.& hoc pu
tat ipſe Albe. verius.ſubdit etiam ipſe Albe.vbi ſupra,
quod ſi is cui iura ſunt ceſſa, cedat alij actionẽ, tranſit
tantum vtilis, quam ille habebat, etiam ſi per plures
manus ambulet.ff.de minoribus l.ſed vbi. De materia
ceſſionis, vide multa per Bartolum & doctores

in l.ex lega.nomine.C.de leg.& præfatum Albe.in l.
emptor.circa prin.C.de hære.vel actio.vendi.

*SVMMARIVM.*

1 *Procuratori in rem ſuam quæ actiones competant.*
3 *Actio vtilis ſine ceſſiõe ab initio,quib.caſib.cõpetat.*
4 *Iurare de calumnia quis debeat,dominus,an procurator in rem ſuam.*

## ſ.Quintus.

1 SVBSEQVENTER inueſtigandũ
puto,quæ actiones competant procu
ratori†in rem ſuã,vndecunque naſcã
tur.Et dic quòd quandoque compe-
tunt directæ nomine ipſius cedentis:
quandoque vtiles, nomine illius cui
ceditur vel datur. Codice de hæred. vel actio vendit.
l. emptor hæreditatis.in glo. actionibus mandatis.Nã
ibi exponitur, ſcilicet directis: vtiles vero competunt
in initio ſine ceſsione.Cod. de hæredi.vel actione vẽ-
diti.l. poſtquam. & hoc accidit quibuſdam caſibus, &
poſt ceſsionem factam,& deficiente poſtea,vt Codic.
de act.& ob.l.j.Apparet igitur ex predictis,quod nulla
vtilis competit ex ceſsione pro aliquo contractu nomi
nato vel innominato ſine vltima voluntate, ſed demũ
in ſubſidium, vt dixi, vel ex natura pręcedẽtis contra-
ctus, vt dixi, ſine cauſa: exceptis quibuſdam caſibus,
qui ſunt 6. Primus in emptore hæreditatis, Codice de
hæred.vel acti.vendit.l.emptor.& C.de acti.& obliga.
l.j.Secundus,in nomine dato in ſolutum.vt Cod.quan
do fiſcus vel priua.l.3.Tertius, in nomine pigno.dato,
dt ff.de pign.l.cum conuenit.Quartus in dote,vt Cod
e act.& oblig.l.2. Quintus.in legato nominis.Sextus
eſt hodie in donatione, vt capi.de dona. l.illam.& hos
2 ſex caſus.in quibus competit vtilis actio,†ab initio ſi
ne ceſsiõne,videlicet in tutore,curatore,magiſtratibꝰ
ceteris que ſimilibus.ff.de tutel.& ra.diſtra.l.j.&.2.&.
Codice de magi,conue.l.j.& ff.de neg.geſt. l.ex facto,
& poteſt eſſe ex facto ratio: quia ex neceſsitate obligã
tur:ideo eſt ſecus in fideiuſſore&mandatore,qui ex vo
luntate ſe obligãt. Cod.de nego.geſt l.tutori. poteſt eſ
ſe & alia ratio diuerſitatis prædictorum, quia nullum
regreſſum habent tutores& curatores prædicti aduer
ſus pupillos.ar. ff.de procurator.l.ſi minor. in princip.
quod ſecus eſt in fideiuſſore & mandatore, qui ex vo-
luntate ſe obligãt ff.de fideiuſ.l.vt fideiuſſor.&ibi no -
tat Accurſ.Item competit vtilis ſine ceſsione geſtori,
qui mutauit pecuniam abſentis, nec ſtipulatus eſt ſibi
reddi,nec in rem ratem habendam à domino, vt Cod.
ſi certum petatur l.abſentis.& l.quanuis.Item pupillo
aduerſus fideiuſſo.qui promiſerunt rem pupil.ſaluam
fore datur vtilis ſine ceſsione,vt Codice de magiſtra.
conue .l.prima in fine.& ibi notat Accurſi. Item com-
petit ei cui reſtituta eſt hæreditas ex ſenatuſconſulto
3 Trebelliano, vtilis † ſine ceſsione. & ff. ad Trebelli-
anum l.ſi hæres pecuniam.& ff.de fideiuſſoribus.l.hæ
res à debitore. Item ei filio emancipato competit ſine
ceſsione, qui accepit & petijt bonorum poſſeſsiouem
contra tabu.vt ff.de bon.poſſeſ.contra tab.l.cum emã
cipatus.in princi.& l.hæres à debitore de fideiuſ.hic
eſt ſciendum,quòd in caſibus ſupradictis nihil profi-
cit ceſsio directæ,cum vtilis tantundem valens,com-
petat ſine ceſsione,vt notat Azo.in ſumma de hæred.
vel actio vendita.§.firma.& nota.Accurſi.in l.emptor.
eodem titu.Item caue tibi quòd de his caſibus ſupra-
dictis,nec vtilis,nec directa ceditur,ſed doluseius cui
cædi debet,vel culpa interceſsit in præcedenti con-
tractu.ff.de adminiſtra.tuto.ſi plures.& de tute.& ra-
tio.diſtra.l.ſi duobus.& ff.ſolu.mat.l.ſi Stichum. §.pet.
& ff.de doli excep.l.apud Celſum.§.de authore. Sed
nunquid hæc vtilis competit ab initio in his caſibus?
deficit vel moritur ſtatim facta ceſsione ? reſponde,
nõ.ſecundum Io.Imol.directa & vtilis cõpetit:nec ta
men ſunt duæ,ſed vna tantum,duas habens qualitates
vnam iure contractus,aliam iure ceſſionis,vt not. Ac-
cur.C.de hered.vel actio.vendita.l.emptor.in gl.agit.
ergo alij dicunt,ſtatim vtilem annihilari facta ceſſio-
ne directæ,& duas eſſe actiones.argum.ff.de ſolutio.l.
ſi duo rei.Item quæro,quis debeat iurare de calumnia
4 dominus,an procurator†in rem ſuam datus? reſpon-
deo:ipſe procurator, cum ſit principalis perſona, &
ſuum negocium gerat,vt not. Accur.C.de procurat.l.
qui ſtipendia.& C.de act.& obliga.l.j.& de hæred.vel
actio.vendi.l.emptor. ( Adde in l.non ſolum in prin.
in j.col.in fin.verſicul.ſecundo modo poteſt.ff.de pro-
cur.Bar.in l.2.§.ſinautem.C.de iura.calum.in 2.colum.
verſi.reuertor ad gloſſ.& in l.j.§. in propria.ff.quando
appel.ſit.)Item ſi vendidi actionem,& ille alij vendat
eam,cui competant vtiles actiones? primo, an ſecun-
do,an vtrique?hanc quæſtionem ponit Accur. inſolu-
tam,in dicta l.emptor.C.de heredi.vel actio. vendita.
Sed ſolue, vt plene dicit, quod actiones directæ non
transferantur,quia oſſibus ſunt affixæ,vt dixi ſupra,§.
quæ actiones cedi poſſunt:ergo. Quæro,an dominus
qui eas ceſſit,poſſit agere?& dic, niſi interuenerit ſci-
licet conteſtatio litis,vel partis receptio vel denuncia
tio,vt tantum ſibi ſoluatur,quæ denunciatio debet fie
ri.C.de noua.l.3.Item ſolet queri,vnde prædictæ actio
nes,quæ competant procurat. in rem ſuam,naſcantur.
quod dic,vt not.Azo in ſumma de actio.& oblig.§.pe-
nul.&c.

*SVMMARIVM.*

1 *Actiones cedere qui compellantur.*
2 *Socius ſocio in actione pro ſocio cedere compellitur.*
3 *Procurator ſimplex compellitur domino cedere. Et quid de nuncio?*
4 *Negociorum geſtor gerens ſine mandato,cedere compellitur.*
5 *Pupillus quando cogatur actionem tutori cedere.*
6 *Exceptio cedendarum actionum,quando cedi poſſit.*
7 *Exceptio cedenti obſtans,ceſſionario nunquid obſtet?*
8 *Ceſſio in iuribus incorporalibus tantũ operatur,quãtum traditio in corporalibus.*
9 *Libellus neceſſario præcedit litiſconteſtationem.*

## ſ.Sextus.

1 ACTIONES † compellitur cedere
venditor hæreditatis, vel alius eius nomi-
ne actiões ex empro cedere compulſus.(Ad-
de ꝙ ceſſio fieri debet ſumptu & periculo
cedentis .l.ſi incerto.§.nunc videndum. la. ſecunda,&
ibi Bartolus.ff.commo.) Item heres qui ex Treb.ſena-
tuſconſulto reſtituit hæreditatem. Item hæres contra
quem petita eſt bonorum poſſeſio contra tabulas,ſci-
licet accepta filio, probatur de primo.ff.de hæreditat.
vel actio. vendi.l. ſecund. l.non ſolum, & l.venditori.
primo reſponſo.l.emptor. Codice de ſolution. l.nulla
&notat Azo in ſumma de hæred. vel action. vendit.§.
firma.probatur de ſecundo,ff.ad Trebellianum,l.ſi hæ
res pecuniam primo reſponſo.& ff.de bon.poſ. contra
tabulas.l.ſi emancipatus.in princip.hæc iura intellige
in his,quæ ex ſuis perſonis acquiſiuerunt ipſi poſsiden
tes occaſione ipſorum bonorum,vt dictis legibus col-
ligitur,cum in actionibus aliunde quęſitis,vtiles actio
nes competant ſine ceſsione. vt no. ſupra. quæ actio,
competat procura. in rem ſuam,vndecũque naſcatur.
2 Item compellitur cedere actiones ſocius † ſocio, pro
actione pro ſocio. Item hæres compellitur cedere co-
hæredi,cui aſsignatum eſt nomen à iudice per offici-
um iudicis. vt ff. famil.erciſ. l. plane.vel per actionem
ex ſtipulatu. aliquando deficientibus ſtipulatis cogi-
tur hæres cedere cohæredi : per actionem præſcriptis
verbis. Cod.famil.erciſc.l.licet pacta.in fin.Item pro-
cura-



3 curator†ſimplex & non in rem ſuam,& nuncius com-
pellitur cedere ipſis dominis,vel cui volunt ipſi domi
ni nomina & actiones alias obligatis,alias obligatio-
nes acquiſitas ex officio ſuſcepto per actionem mãda-
ti,vt ff.manda.l.idem.§.ſi cum mandauero.& l.ſi pro-
curator.in fin.& ſi mandatum in fin.& ff.depoſi.l.j.§.ſi
4 te rogauero.Item negotiorum†geſtor,qui aliena ne-
gocia ſine mandato geſsit,compellitur cedere per a-
ctionem negotiorum geſtorum vtilem:vel per actio-
nem depoſiti,vel generaliter cuiuſcunque contractus
ex quo penes eum geſtoré fuit pecunia, vel res ex qua
actionem acquiſiuit.C.ſi certum peta.l.abſentis.& gl.
in l.quanuis.eodẽ titul.Item prædicti,procurator ſim
plex & nuncius,habent deſiderare ſibi actionem cedi
à domino pro oppoſitione exceptionis cedendarum
actionum,ad exemplum tutoris cui fit ceſsio à pupil-
lo,aduerſus contutorem remedio exceptionis prædi-
ctæ.C.de contrario iudicio tute.l.2.& ff.de tutel.&
ra.di.l.ſecund.§.non tamen. Item aduerſus magiſtra
tum ſi quis ſatis non accepit à tutore pro opinioue ex
5 ceptionis,compellitur pupillus†cedere actionem ipſi
tutori ſoluenti.ff.de magiſt.conue.l.quòd ſi tutor.quę
continuatur cum præcedenti. Item fideiuſſor aduer
ſus fideiuſſorem,vt agere poſsit,debet ſibi cedi à cre-
ditore actio ante ſolutionem,vel ſtatim poſt,vel etiam
ex interuallo,dummodo prius conuenerit de actione
cedenda.& ad hoc compellitur,non per actionem,ſed
per appoſitionem exceptionis .ff. de fideiuſſor.l.fide-
iuſſor. .in fine.igitur non cogitur ſolum creditor cede
re mandatori & fideiuſſori actionem contra fideiuſſo
rem & mandatorem,per oppoſitionem exceptionis ce
dẽdarum actionum,vt proxime dixi,ſed etiam aduer-
ſus principalem,vt ff.de fideiuſſo.l.ſecund.& l.cum a-
liter.& ff.mãd.l.ſi quis alicui.§.fi.& ff..de ſol.l.Stichũ.
§.penultim. Sed quando poteſt opponi hæc exceptio
6 †cedendarum actionum?reſpond.quandoque poſt ſa-
tiſdationem etiam poſt ſententiam,vt ff.de tu.& ra.di
ſtra.l.prima.§.non tamen.C.de contrario iudic.tutel.
l.ſecun .&ff.de fideiuſſoribus.l.fideiuſſor.§.idem re-
ſpondit &c.(Materiam exceptionis cedẽdarum actio
num,vide in Specu.de renuncia.& conclu.verſicu.ſed
pone cum ſequent.& omnino per Bar.in l.grauius.de
fideiuſſo.& Alexan.plenius in l.de die.§.ſi fideiuſſor.
qui ſatiſ.cogan.)
7 ANNOTATIO.An exceptio† quæ obſtat edẽ
ti,obſtet& ceſsionario.vide Bar.& docto.in dict.l.a-
pud Celſum.§.ſi cum legitima.ff.de doli excep.& in l.
doli.ff.de noua.An autem exceptio competens ceden
ti,competat ceſsionario,vide no.in l.qui ſtipendio.C.
de procuratorib.
ANNOTATIO.Pluribus obligatis in ſolidum
ceſſan.beneficio diuiſionis iure antiquo, vel renun.ſi
agatur contra vnum in ſolidum,ille contra quem agi
tur,poteſt petere,vt actor ſibi cedat actiones cõtra a-
lios &c.Sed tunc notat.quòd ille ceſsionarius non po
terit agere cõtra aliquem ex obligatis in ſolidum,ſed
pro parte tantum.gloſſ.eſt in l.cum apparebit .in fine.
in verſi.recuſet.ff.loca.
8 ANNOTATIO.Tantum operatur ceſsio†fa
cta in iuribus incorporalibus, ſicut traditio facta in
corporalibus rebus ſuper gloſſ.in l.final.§. quando fi-
ſcus vel priuatus debitoris ſui debitorem exigere
poſſit.
ANNOTATIO. Quid ſi non interuenit ali-
quod de his tribus,ſed debitor aliter ſciuit de ceſſio-
ne,an ſoluendo cedenti liberetur?Albe.in l.3.C.de no
ua.format hanc quæſtionem,& dicit quod glo.variãt.
Nam gloſſ.in l.fina.ff.de tranſact.tenet, quod ſufficit,
ſi ſciat.ſed gloſſ.in l.nomen.§.quæ res pign.oblig. poſ.
tenet contrarium.Cyn.primam gloſſ. & illam quæ eſt
in l.nomen.reprobat hanc quæſtionem, dicit ſe Albe.
plures habuiſſe de facto, & aliquando obtinuiſſe pro
vna parte, & aliquando pro alia. & quod ſufficiat ſo-
la ſcientia.facit l.aliud,& ibi per Iã.de Bel.ff. de ſolut.
l.licet ibi dicatur,denunciauerim, tamen in ipſo eo-
demque caſu, idem eſt etiam ſi non denuncietur, vt
eod.titulo.l.vero procu.§.j.& pro hoc bene facit ff. de
peti.hæred.l. item veniunt.§.à quo & ad l.Aquil.l.quia
foueas.& gloſſ.in l.emptor.Cod.de euictione,videtur
etiam tenere hanc opin.licet dicat tutius eſſe, denun-
ciari.Item quod ſola ſcientia ſufficiat,facit: quia pro
curator contra quem lata eſt ſententia,tenetur appel-
lare vel denunciare, quod lata eſt ſententia: ſi tamen
dominus ſciat,non tenetur nunciare. extra. de procu-
ra.cap.cum iniuſte.& ibi no.in contrarium facit, quia
denunciamentum videtur de ſubſtantia,& non fit ſo-
lum ad ſcientiam inducendam, ſed etiam, vt denun-
ciãs præferatur illi qui ceſſit, & vbi denunciamen-
tum eſt de ſubſtantia, non ſufficit ſola ſcientia: vt ff.
de adul.l.denunciaſſe.& de inoffi.teſta.l.quemadmo-
dum:& hanc opinionem tenet dic. in d. l. denunciaſ-
ſe.& in cap.eum qui certus eſt.de re iudi.lib.6.& Spe.
in titu.de procura.§.final.ver.penul.& hanc opi.tenet
etiam Iac.de Bel.& pro hoc facit.cap. prudentiam.de
offi.deleg.cum ibi no.Item ſi diceremus ſolam ſcien-
tiam ſufficere,iam caſus qui ponitur in d.l.4.Cod. de
noua.de lit. conteſtat. ſuperuacuus eſſet,& nunquam
9 poſſet habere locum.Nam libellus† habet neceſſario
præcedere lit.conteſt.l.j.& authentic. offeratur.C. de
lit.conteſt,(Adde Specula.de libel.concep.§.j in prin.
&.no.in cap.fin.de libell.oblat.& in l.edita. C.de eden
per Oſtien.in ſumm.eo.titu.de libelli concep.)per li-
bellum autem fit certioratio,& efficitur quis ſciens.l
edict. C.de edẽ.igitur ſolus libellus ſufficeret,& lit.cõ
te.opus nõn eſſet. Vnde opinionẽ,ꝙ denunciare opus
ſit, credit Albe.meliorem.& ad l.denunciaſſe poteſt di
ci,quod eſt ibi ſpeciale fauore matrimonij,& odiò ac-
cuſator. vnde dicendum, ſecundum Iacob. de Bel.&
Dyn. quod aut denunciatum eſt de ſubſtantia, &.
non ſufficit ſola ſcientia:aut non eſt de ſubſtãtia
&ſufficit ſola ſciẽtia.Sed operæprecium eſ-
ſet videre quãdò denũciamentũ ſit de
ſubſtãtia,& quãdo nõ:de quo ꝑ Al
be.ĩ d.l.3.C.de noua.cuiꝰ ſũt oĩa
verb.ꝑdicta.ſed hoc vide in
2.§.voluntatẽ.ff.ſolut.
matrimon.per
doctor.

¶FINIS.

# SOLENNIS AC PERV TILIS TRACTATVS DE CESSIONE ACTIONVM PER D. IACOBVM DE ARENA.

## *SVMMARIVM.*

1 *Actionem mandare, quot modis accipiatur.*
*Cedendo, nihil remanet penes cedentem: ſed mandando, remanet directa, quantumcunque faciat cũ procuratorem in rem ſuam.*
3 *Ceſſio actionis quomodo fieri poſſit, & nu. 10.*
4 *Per ceſſionem actionis transferri dicitur ipſa actio in alium.*
5 *Actio in tantum trãsfertur ex ceſſione, vt à iure lis propria appelletur eius, cui ſeu in quem ſit facta.*
6 *Ceſſio facta potentiori, ratione officij publici cui præſit, occaſione cuius officij poſſit eſſe terribilis aduerſario, an valeat & teneat.*
7 *Quid ſi non potentiori fiat, ſi res tamẽ ſit in iudiciũ deducta, vel litigioſa effecta, an ceſſio facta valeat.*
8 *Caſus in quibus ceſſio facta valet, & non refert an potentiori fiat, ratione aliqua, vel non.*
9 *Potentior quis intelligatur in his caſibus.*
11 *Actio non poteſt pro parte vendi, & pro parte donari, quia iura in dubio præſumunt talem contractum ſimulatum.*
12 *Idẽ eſt, ſi minori precio empta ſit, quia in dubio præſumitur ſimulata.*
13 *Ceſſionis titulus ſi deficiat in inſtrumento, an non valeat ipſa ceſſio: & nu. 14.*
15 *Contrahentibus licitum eſt inter ſe decipere, dum tamen vltra dimidiam non decipiatur.*
16 *Cauſa quare ceditur, neceſſaria eſt, vt in inſtrumento exprimatur.*
17 *Sententia eorum qui præſumunt donationẽ intelligi in ceſſione, in qua cauſa ceſſionis nõ cõtinetur, non eſt vera.*
18 *Quid ſi in fine vel alibi in inſtrumento reperiatur, quòd per prædicta cauſa cedẽs, aliquid habuiſſe, vel ſibi ſatiſdatum eſſe confeſſus ſit, an cauſa ex hoc intelligatur expreſſa ſaltem venditionis: & nu. 20.*
19 *In contractu emptionis & vend. præſumitur emptorem bona fide emiſſe.*
20 *Quid ſi in ceſſione precium interueniat aliter, quã in pecunia, puta in frumento vel alia re, nũquid valeat ceſſio.*
22 *Nomine debitoris vendito vel ceſſo, an ſtatim acquiratur dominium acceſſionario de eo quod debet.*
23 *Iura & actiones cedunt & transferunt generaliter omnes qui eas habent, ſi etiam ſe obligare poſſunt.*
24 *Omnia conceſſa, iuris permiſſione intelliguntur, niſi reperiantur inhibita. & nu. 41.*
25 *Infamis nunquid codere poſſit actiones.*
*Plures alij caſus, in quibus ceſſio fieri nõ põt actionũ, ibidem enumerãtur. & nu. 27. & 29. & 33. & 38.*
26 *Pupillus non poteſt obligari, niſi inquantum locupletior ſit factus.*
29 *Ceſſio quando fieri dicatur ex neceſſitate.*
30 *Reſtitutio in integrum, quibus competat ob læſionẽ ex ceſſione.*
32 *Filiusfa. poteſt ex omnibus cauſis obligari, præterquam in mutuo, & in voto.*
34 *Venditio non fit per procuratorem, & ceſſio eſt venditio.*
35 *Procurator alium procuratorem facere nõ poteſt ante litis conteſtationem, & nu. 73.*
36 *Hæreditas per procuratorem reſtitui poteſt, in qua reſtitutione tranſeunt actiones.*
39 *Directa & vtilis nõ ſunt duæ actiones, ſed vna duas habens.*
40 *Statutum contra rigorem iuris inductum, nõ eſt ad conſequentias trahendum.*
42 *Priuilegiatus, puta ſcholaris, habens ius ceſſum ex iuſta cauſa à priuato, nunquid vtetur ſuo proprio priuilegio? & nu. 45. & 49.*
43 *Fiſcus, qui priuilegiatur in multis, ſuccedens in locum priuati, vtitur iure priuati, & plures alij caſus, in quibus ſuccedens vtitur iure principalis. Ibid.*
44 *Priuilegium alicuius, in alterius iniuriam porrigi non debet.*
46 *Fauores ſunt ampliandi, & odia reſtringenda.*
47 *Plura contradicentia dictis ſupra. nu. 43.*
48 *Legatus Romæ hæres inſtitutus, habet ius reuocandi domum.*
50 *Ceſſio facta de laico in clericum, an valeat.*
51 *Priuilegiato cedente actiones priuato, nunquid iſte vtetur illius priuilegio, etiam quo ad forum?*
52 *Senatuſcon. Velleianum competit etiam hæredi mulieris.*
53 *Priuilegium cùm rebus conceditur, cum ipſis tranſit ad quemlibet ſucceſſorem.*
54 *Actiones omnes ceduntur, quæ verbo actionis, large ſumpto vocabulo, continentur.*
55 *Actiones quæ ſunt ex delictis, an cedi poſſint.*
56 *Ceſſio partis debiti an fieri poſſit.*
57 *Actio realis nunquid cedi poſſit.*
58 *Realis pẽdẽs ex perſonali, an ſine perſonali cedi poſſit*
59 *Quid ſi cedatur actio à cedẽte acquiſita per dolum vel fraudem, an doli exceptio obſtabit procuratori in rem ſuam.*
60 *Actio iniuriarum an poſſit cedi.*
61 *Actiones quibus cedi poſſunt, & pro quibus non. ibidem per totam illam rubr.*
62 *Seruus in iudicio eſſe non poteſt.*
63 *Actiones quæ competant ceſſionariis facta ceſſione, & hæ vnde naſcantur, ibidem & per totam illam rubricam.*
64 *Caſus in quibus ſine ceſſione competit vtilis ex natura præcedentis contractus, ſiue cauſæ.*
65 *Actio vtilis eſt auxilium extraordinarium.*
66 *Vtilis actio quæ ab initio competit, an deficiat vel moriatur ſtatim, facta ceſſione directe.*
67 *Ceſſionarius iurium ſimpliciter, poteſt proſequi pignora, & agere contra fideiuſſorem.*
68 *Hypotheca viuit & moritur vt acceſſoria, quandocunque ipſa principalis moritur, quomodocunque moriatur.*
69 *Actiones cedere qui compellantur, ibidem & per totam illam rubr. quæ ibi ſequitur.*
70 *Socius tenetur acquiſita conferre & communicare.*
71 *Exceptio cedendarũ actionũ quando poſſit opponi.*
72 *Creditor qui emit bona debitoris, agens cõtra fideiuſſorem, qua exceptione repellatur.*

73 *Agens*



73 *Agens ex iure ceſſo, an cogatur fidem facere, de ceſſione in litis conteſt. petente aduerſario, vel ſaltem rato cauere.*
74 *Iudicium ſi ſit incompetens, nullum eſt iudicium.*
75 *Ceſſionarius an teneatur defendere cedentes, cum ſit factus procurator in rem ſuam.*
76 *Libellus qualiter formetur in actione ceſſa.*
77 *Cauſa ex qua ſit ceſſio, an exprimi debeat in libello.*
78 *Habens obligatum nomen debitoris, nunquid poſſit conuenire debitorem ipſius debitoris, antequam conueniat illũ ſuũ debitorẽ principalem, & nu. 79. & 81.*
80 *Incorporalia quaſi poſſidentur.*
82 *Mulier habens expreſſam hypo thecam, poteſt prius conuenire debitores mariti, quam excutiat bona eiuſdem mariti, vel hæredum ſuorum.*
83 *Iurare de calumnia quis teneatur, an dominus, vel procurator in rem ſuam.*
84 *Quid ſi cedens ſponte veniat in caſu præcedenti, & confiteatur, vel dicat aliquid contra ceſſionarium.*
85 *Dominus qui actiones ceſſit, an poſſit agere, vel eas alij cedere.*
86 *Ceſſionarius vtrum poterit producere teſtes in cauſa, qui à cedente produci non poterant.*

QVONIAM in corpore iuris ſparſus & diffuſus articulus de ceſsione iurium inuenitur, & à nemine hucuſque collectus in vnum, duxi ipſum opus in præſenti aggredi colligendum, & hunc ordinem ſecundum meæ paruitatis ſcientiam ipſius oris & labij à Deo altiſsimo inſtillatam perficere, videlicet vt prætermittam inquirere, quæ ſit differentia inter Cedere & Mandare, vt ſit ſummam proſequẽdo, demum ipſum articulum ceſsionum, dicendo primo, qualiter fiat ceſsio iuris & actionis: deinde, quis cedere poſsit: Item quæ actiones cedi poſsint: Cui etiam, & in quem transferri poſsint iura & actiones: Item quæ actiones competant ei qui iura & actiones ꝑ ceſsiones acceperit, & hæ vnde naſcantur. Alio etiã loco, quando cõpellatur quis cedere actiones, quo iure. Vltimo de his, quæ fiunt circa iudicium agentis ex iure ceſſo. Quibus omnibus ſic per ordinem enarratis, leue erit peroptãtibus falcem ſuã prato iuris ciuilis alere ac nutrire: circa ipſum articulum ceſsionum, neceſsitatem à natura offuſcatam ex variis paſsionibus, nunc puriſsime elimatam agnoſcere.

## Quæ differentia ſit inter Cedere & Mandare. Rubrica I.

1 EST ergo ſciendum, † quod mandare actionẽ, trib9 modis accipitur: Vno modo, quando mãdatur tantum executio actiõis, vt poteſt videri in quolibet ſimplici ꝓcuratore: & tunc poteſt actio, commiſſa proprie dici, non etiam mandata vel ceſſa: quo caſu non tranſit directa, nec vtilis ſecundum Petrum & omnes. Secundo modo accipitur mandare actionem, pro delegare: quo caſu tranſit vtilis & directa, vt fit quando quis delegat alicui debitorem ſuum, vt ff. de nouation. & deleg. dicitur per totũ. Tertio modo accipitur, vt quando facio aliquem procuratorem in rem ſuam, vt C. de nouation. l. 3. ibi, vbi dicit, mandaueris, & C. de hæred. vel actione vendita. l. emptor hæreditatis. ibi, vbi dicit, mandatis. & tunc dicit Ioannes, quòd mandare, eſt idem quod cedere: quia cedendo transfertur vtilis in eum cui ceditur, & directa remanet apud creditorem. ſic & mandando, vt ꝓcurator in rem ſuam faciat, transfertur vtilis in eũ
cui ceditur, & manet directa ſecundum eum. Alij di-
cunt, etiam hoc caſu eſſe differentiam: quia † cedendo 2
nihil remanet penes cedentem: ſed mandando, remanet directa, quantumcũque faciat eum procuratorem in rem ſuam, arg. C. de nouation. l. ſi delegatio. Alij, vt domini Hug. & Azo, dicunt idem quod Dominus Io. quantum ad cedentem & mandantem: quia ſemper directa remanet apud cedentem & apud mandantem. Sed quantũ ad eũ cui ceditur vel mãdatur, diſcordant à Ioanne, & dicunt differentiam eſſe inter eum cui ceditur, & eum cui mandatur: quia ceſſione legitime facta, poteſt intentare directam nomine domini ex ceſſione, vel vtilem ſuo nomine. Ille autem cui mandatur, nõ poteſt agere, niſi directa nomine domini, vel vtili, etiam quibuſdam caſibus, quibus cõpetit vtilis ſine ceſſione, quos dices infra, quæ actiones competit ei qui iura & actiones per ceſſionem accepit. & hę vnde naſcantur, & hæc omnia not. Accurſ. in glo. Ordinaria. C. de actionibus & obligationibus, l. j. ſuper verbo, mandatas.

## Qualiter fiat ceſsio iu ris & actionis. Rubrica II.

3 SCIENDVM eſt, † ꝙ ceſſio actionis fieri poteſt quocũque titulo vero, non ſimulato, vt C. mand. per diuerſas. & C. pl. va. ꝙ agitur, quã ꝙ ſi cõ. per totũ. Ex quo ſ. titulo rei dominium tranſſferri poſſit ad a-
4 lium. nã † per ceſſionem actionis tranſferri dicitur ipſa actio in alium, vt C. mandat. l. fin. vbi dicit ſernus nulli & cæter. & ff. de iure dotium, ſi mulier. §. ex aſſe. & in-
5 tantum tranſferatur actio ex ceſſione, vt à iure lis † propria appelletur eius, cui ſeu in quem ſit facta, vt ff. de procur. qua omnia. §. plane, quia & in rem ſuam dicitur procurator, vt ff. mandat. ſi procurato. §. dolo autem. in fin. & ff. de in rem verſo. l. 3. §. idem Labeo ait, & loco etiam domini eſſe dicitur, vt ff. de pact. ſi tantum. & Codic. de hæred. vel actione vendita. l. emptor. non tamen dominus vere eſt ſecundum Azonem, vt ſumma de rei vendic. in princip. Hic omnia ſunt vera, ſiue ſit titulus ille per quem fit ceſſio de his, quæ fiunt inter viuos, vt C. & ff. de hæredi. vel actione ven-
6 di. per totum, niſi † fiat potentiori ratione officij publici cui profit. Occaſione cuius officij poſſit terribilis eſſe aduerſario, vt Cod. ſi qua pe. po. l. j. & Cod. ſi rec. pro l. vna. Codi. de his qui pot. no. l. prim. & Cod. quod metus cauſa ſi per impreſsionem, & l. fin. quia tunc nõ valet ceſsio, immo amittit ius crediti per ſententiam, non ipſo iure Codi. qui dare tuto. poſ. authent. minoris, & nota. Accurſi. Codi. ne li. po. l. pri. & ſecun. facit. extra. de ali. iudi. mutan. cau. fac. cap. 2. vel alia ratione potentiori quam officij, quia tunc habebit locum titu-
7 lus de alien. iudic. mutan. cau. fac. vel † ſi etiam non potentiori aliqua ratione fiat, non valet, ſi tamen res ſit iã in iudicium deducta & litigioſa effecta, niſi quibuſdã caſibus, vt Cod. de litig. l. j. & 2. in fine. ſiue cauſa mortis vt. ff. de don. cauſa mortis. l. mortis. §. Titia, vel in alia vltima voluntate, vt ff. de l. 3. l. nomẽ debitoris. & de lib
8 l. l. legaui. & nota † quod his duobus caſibus quãdo fit ceſsio cauſa mortis, vel alia vltima voluntate, non refert an fiat potentiori ratione aliqua, vel, non vt argumen. ff. de alie. iud. mut. cauſa fac. l. ex hoc edicto. §. hæredem. licet interſit litigioſa vel non, vt C. de litigioſis. auth. nunc ſi hæres. & intelligo ſecundum Domi-
9 num Odofredum † potentiorem dici illum. cui ceditur reſpectu cedentis, non eius contra quem fit ceſsio,
10 & ita intelligitur titulus. ne li. po. Poteſt † itaque trãſferri, ſeu cedi actio titulo donationis, vt C. mand. l. fi. Idem titulo ẽptionis & vẽditionis, vt d. l. per diuerſas.

& C.& ff.de hære.vel actione vend.per totum.Item ti
tulo dotis,vt C.de action.& obligatio.l.nominibus in
dotem,& ff.ſolu.matrimo.l. Mæuia m arito.j.reſponſ.
Item titu.ſocietatis,vt ff.pro ſocio.l.j.& 2.& 3.& ff.de
pecu.l.ſi Sticho.Item titulo ſolutionis.ſ.in ſolutum,vt
C.de noua.l.3.& de actionibus & obligationibus.ſ.in
ſolutum. Item titulo legati,& fideicommiſsi,vt C. de
legi.l.ex legato nominis.& argumen.C.de leg.vel fi-
deic.l.2.Hic tamen fallit,niſi res iam eſſet in iudicium
deducta,quia tunc actio non transfertur,ſed hæres li-
tem exequitur,& præſtat legatario totum id quod cõ
ſequitur,vt C.de litig.l.quidquam.& authentic.nunc
ſi hæres.Item transfertur etiam actio titulo inſtitutio
nis ſeu ſubſtitutionis.C.de litigio.l.quidquam. Item
transfertur actio etiam titulo feudi,veluti dando no-
men debitoris in feudum,vt argumen . in vſibus feu-
dorum de iure fidelita.nec tamen competit vtilis ſine
ceſsione,ſecundum Accurſi.de Rhegio, quia iſte non
eſt de caſibus enumeratis,quibus competit vtilis ſine
ceſsione.argumen.ad hoc.ff.de adop.l.patre furioſo.
& C.de Epiſcop.& Cleric. l.ad inſtitutiones.in fine.
Caue tamen quòd licet dixerim ſupra,quòd actio poſ
11 ſit donari & vendi,tamen † nõ poteſt pro parte vẽdi,&
pro parte donari , quia iura in dubio præſumunt ſi-
12 mulatum talem contractum.vt C.mand.l.fina.† Idem
eſt, ſi minori ꝑcio empta ſit,quia in dubio præſumitur
ſimulata,vt argumen.ff.de trãſactio.l.cũ hi.§.modus.
his duobus caſibus agit is,cui ceſsio facta eſt , ſolum,
ad id,quod dedit in ſuperfluo,nec ipſe nec qui ceſsit
agere poſſunt,niſi ſint de perſonis nominatis.C.man.
13 l.per diuerſas.verſicu.exceptis. † Item ſi deficiat titu-
lus ceſsionis in inſtrumẽto,non valet ceſsio,vt C.mã.
l.per diuerſas.& not.Accurſius.C.ne liceat po.l.pri-
ma,vbi autem non dubitatur,licet certum eſt,eam nõ
ſimulatam,tunc indiſtincte valet , nec locus eſt præ-
ſumptioni prædictæ,vt de hæred.vel actione vendita.
C.& ff.per totum. Idem dicas,& ſi certum ſit cauſam
ſimulatam eſſe,vt C.pl.val.quod ag.quam ſi con.per
14 totum.& not.Accurſi.C.ne liceat po,l.j. † Poteſt etiam
dici ſecũdum quoſdam,quòd titu.ceſsionis non exi-
gatur,licet Accur.& multi alij hoc innuant debere in
ſeri in inſtrumento,in princip.per l.C.mãd.per diuer-
ſas.& not.Accurſi.C.ne li.poſt.l.prima.dicunt enim,
non reperiri lege cautum de titulo inſerendo.& vbi
lex deficit,nec vtilis actio danda eſt,vt ff.ſolut.matri.
l.ſi vero.§.de viro.nec l.per diuerſas.hoc dicit,ſi recte
inſpiciatur.nam dicitur ibi,quòd redimendi nomen,
reſtituatur precium , quantum datum eſt pro ceſsio-
ne,licet nomen venditionis inſertum ſit. Videbatur e-
nim quod non deberet reſcindi venditio facta minori
15 precio,quia † licitum eſt contrahentibus inter ſe de-
cipere, vt ff.loc.& conduc.l. Item, precio.§. quemad-
modum.& ff.de mino.l.in cauſæ ſecund.dum tamen vl
tra dimidiam non decipiatur.vt Codice de reſcinden.
vendition .l. ſecund. Ego hanc probo, quod non ſit ex
neceſsitate nomen tituli inſerendum in ceſsione,dum
16 tamen † cauſa quare ceditur ſit inſerta, quæ neceſſa-
ria eſt ſecundum Ald.& dominus Vber.de Bob.iſta ra
tione conſentit cum eo, quia ſicut nuda traditio cor-
poraliter ſine cauſa facta, non transfert dominium rei
mobilis,vt ff.de acquiren. rerum dominio.l.nunquam
nuda.ita nuda quaſi traditio actionis non transfert v-
tilem actionem , neque directam, Difficilius enim ac-
quiruntur incorporalia,vt ff.pro ſoc.l.prim.§.penulti.
& l.ſecũda & tert.in princip.& ff.de pecu.l. quis ergo.
17 † Nec eſt vera (dicit ipſe) ſentẽtia eorum,qui præſu-
munt donationem intelligi in ceſsione, id eſt ,in qua
titulus,id eſt cauſa ceſsionis non continetur,arg.ff.de
conditi. indeb. l.penultima & ff.de regulis iuris.l.cu-
ius per errorẽ,quod de regulari iure nemo pręſumi-
tur donare. vt ff. de probat .l.cum de indebito. Addo.
ego & aliam rationem : nam conſtat quod ex contra-
ctu innominato ſit ceſſio actionis,vt Cod.de actioni-
bus & obligationibus. l.j. & de prædi. vrba.l. natura-
lis.circa principium. Quomodo ergo poterit nomen
inſeri, cum contractus ſit innominatus , & careat no-
mine? Vnde vera eſt ſententia,quod ſufficiat cauſam
ceſſionis inſeri.vt argum.Cod.de procurato.l. qui ſti-
18 pendia,& ff.de proba.l.cum de indebito.§.final. † Sed
quid ſi in fine, vel alibi in inſtrumento reperiatur,
quod pro prædicta cauſa ceſſionis confeſſus fuit cre-
ditor cedens,ſe tantum accepiſſe, vel ſibi ſatiſfactum
eſſe , vel ſolutum? nunquid cauſa intelligitur ex hoc
expreſſa, ſcilicet venditionis ſaltem? arguo quod ſic.
C.de præd.cauſ.l.fin.libro decimo.& ff.de prædiis vr-
ban.l.naturalis.in fin.primo reſponſo.ibi,vbi dicit, &
ſi quidem pecuniam, & fac. Codic. de actionibus &
obligationibus.l.prima.& ſecundum hoc ſi præſumi-
tur,quod ſit contractus emptionis & venditionis, ve-
19 ra præſumitur ceſſio,quia in † contractu emptionis &
venditionis præſumitur , emptorem bona fide emiſſe,
vt Cod.de euict.l.penult.& de re mili.l.non omnis .§.à
20 barbaris Sed contrarium dico , † quod vbi cauſa de-
buit ſpecialiter exprimi, non ſufficit eam intelligi ex-
preſſam ſecundum dominum Homobon. de Mor. &
Accurſ.de Rhegio,per l.C.de procurat.l. qui ſtipẽdia.
& de non numerata pecunia.l.qui ſtipendia.l.genera-
liter.& ff.de condit. ſine cauſa.l.j.& de except.doli.l.3.
21 ¶ † Sed quid ſi in ceſſione precium interueniat aliter,
quam in pecunia numerata,puta in frumẽto,vel vino,
vel equo,vel aliqua alia ſpecie? nunquid valet ceſſio?
& videtur quod ſic,argumento ff depoſiti.l. prima. §.
qui ſeruitij.& facit ꝙ not.in ſumma C. de rerum per-
22 mutation.§.notandum ꝙ ſatis ſuſtineri poteſt.† Item
quid ſi vendiſti mihi nomen debitoris tui & ceſſiſti
omnia iura quæ habebas contra eum in ipſo debito,
nunquid ſtatim acquiritur mihi dominiũ de eo quod
tibi debet? arguo quod ſic. C.de hæreditate,vel actio-
ne vendita.l.fina.Sed contrarium puto verum,vt C.de
hæreditate, vel actione vendita. l. penulti. ſecundum
Accurſ.de Rhegio,quoniam potius videtur mihi tra-
dere voluiſſe actionem,quam ipſam rẽ,vt ff,de iure do
tium.l.ſi ſponſalibus.in fi.Addo & aliã rationem,quia
nõ poſſet cedens reuocare ceſſionem,ſcundum l.C.de
noua.l.3.

## Quis cedere poſsit iura & actiones. Rubrica 3.

23 I VRA † & actiones cedũt & trãſ-
ſferũt generaliter oẽs qui eas ha-
bẽt,vt ff.de hæreditate vel actiõe
vẽd.l.ſi nomẽ.ſi ẽt ſe obligare poſ
ſunt,vt notat dñs Albertus de gal
lis,in ſũma ſua de q̃ſtiõib⁹. Rubr.
de procurato.in rem ſuam,circa principium. Etenim
24 † omnia intelliguntur iuris permiſſione conceſſa,ni-
ſi reperiantur inhibita, vt ff. ex quibus cauſis maior
l.necnon.§. quod eis. ſupra de accuſat. l.qui accuſare
Codice de relig.l.ſtatuas . Cod.de iure dotium.l.null.
25 & ff. de procur.l.mutus. Circa hoc quæro,† nunquid
infamis poſsit cedere actiones? Reſpondeo,non, quia
nec ipſe obligari poteſt, vt ff.de verb.obligat.l.prima
in prin.& l.mulier,& ff.de condit.indeb.l.quod pupil
lus.Sed nunquid tutor ipſius poterit cedere? Reſpon-
deo,ſic vt ff.ad Trebelli .l.reſtituta.§.j.ſed quid de pu
pillo? nunquid poteſt cedere? Reſponde,non,ſi habe-
26 at tutorem,† cum nec poſsit obligari ſine tutoris au-
thoritate, niſi inquãtum locupletior ſit factus, vt ff.de
ſolu.l.ſi pupilli. & ff.de act. & obli.l.obligari.niſi na u
raliter,vt ff.de nouatio.l.j. in fine & inſtit. quibus mo
27 dis tollat.oblig.§.penult.† Sed quid ſi nullum habeat
tutorem? Reſpondeo. tunc poteſt cedere, vt arg. ff.de
adminiſtrat .tut.l.ſi plures .& de tute.& ra.diſt. l. cum
pupillus,& de ſolution.l.Stichum §. ſi mandato. cum
decre



decreto tamen iudicis,vt C.de iure deliberand.l.ſi in-
fanti.in fin.niſi forte fiat ex neceſsitate,quia tunc etiã
ſine decreto iudicis poſſet credere,vt ff.ad Trebellia.
28 l.reſtituta.† Sed quando dicit̃ fieri ceſsio ex neceſsita
te? Reſpondeo,ſecundum dominum Iacobum de Are.
quod illa dicitur neceſſaria ceſsio,quæ fit de procura
tore in dominum,veluti de actione quęſita per procu
ratorem,vt ff.de acquiren.poſſeſsio.l.poſſeſsio quoq;.
Item & ea etiam,quæ fit in vltima voluntate , vt ff.de
alien.iudi.mut.cauſ.fac.l.hoc edicto.§. ſi hæredi.Item
& ea, quæ fit ex titulo non lucratiuo , neceſsitate rei
familiaris vrgente,vt C.de reſcind.vendi.l.non idcir-
co.nam nemo in neceſsitatibus liberalis exiſtit, vt ff.
de adimẽ.leg.l.rem legatam.nec illam dico neceſſariã
quam præceſsit pactio,licet quidam illud dicant,quid
initium illud fuit voluntarium,ſed finis eſt neceſſa-
29 ria,vt C.de actio.& obligat.l.ſicut.† Sed nunquid au-
thoritate tutoris poterit cedere ipſe pupillus? Reſpon
deo ſic,vt d.l.de nouatione.& ff.de authoritate tuto-
rum.l.poteſt pupillus.Sed nunquid ipſe tutor ſine pu-
pillo poſsit cedere? Reſpondeo,non,vt ff.ad Trebell.l.
reſtitution.§.pupillus.& C.de iure delib.l.potuit.& l.
ſi infanti.& C.ad Treb.l.ſancimus.Item quid de adul
to? nunquid cedit? Reſpondeo,non:ſi habeat curatorẽ,
cũ nec ſe obliget ſine eius authoritate , vt C.de in in-
teg.reſtit.mino.l.ſi curatorem.Sed quid ſi non habeat
curatorem? Reſpondeo,tunc poteſt cedere, quia obli-
gari,vt eadem l.ſi curatorem. Sed nunquid ipſe cura-
tor poterit ſine adulto cedere? Reſpondeo,non.cũ nec
30 eum obliget,vt C.de tuto.vel curat.l.ſi creditor.† Sed
nunquid infans,pupillus,& adultus poſsit reſtitui in
integrum aduerſus ceſsiones , à ſeipſis cum tutoribus
vel curatoribus factas,vel ſine,vel à tutoribus vel cu-
ratoribus ſolis,ſi ſint læſi in ipſo contractu? Reſpon-
deo,ſic,niſi decretum iudicis interueniat,vt C.de præ
diis minor.l.ſi quidem cum ſimilibus, vel niſi iuramẽ-
tum interuenit in adulto,vt Cod.ſi aduerſus vendito.
31 authentica ſacramenta . Pręterea † quid de furioſo,
nunquid poteſt cedere adulto? Reſpondeo,non , vt C.
ad Trebellianum . l.ſancimus.Item quia ipſe nec obli
garĩ,vt ff.de actionibus & obligationibus.l.prima.§.
furioſum.& eſt ratio,quia nec tacite,nec expreſſe po-
teſt conſentire,vt ff.loca. & conduct.l.qui ad certum.
niſi quando pater exegit dotem filiæ furioſæ , quia tũc
tacite conſentire dicitur,vt ff.ſoluto matrimonio.l.2.
§.voluntate.Sed quid de curatore furioſi? nunquid po
terit cedere? Reſpondeo,ſic,vt ff.ad Trebellianũ.l.hæ-
res.& C.ad Trebellian.l.ſancimus.Item quid de ſur-
do & muto? Reſpondeo,non poſſunt cedere, nec obli-
gari,vt ff.de verborum obliga.l.j.in princip.& inſtitu.
de inutil.ſtipula.§.mutum.& §.ſeq.ſed nunquid cura-
tor muti poteſt cedere? Reſponde,ſic,vt ff. ad Trebel-
lianum.l.ſeruo inuito.§ fin. Sed nunquid hoc eſt verũ
in quolibet ſurdo? Reſpondeo,non. ſed tantum de eo
qui nullo modo exaudit,vt ff.de actionibus & obliga-
tionibus.l.j.§.fina.An filiusfamilias poſsit cedere de
actionibus acquiſitis ex caſtrenſi vel quaſi caſtrẽſi,vel
32 aduentitio lucro,quæro.Reſpondeo, ſic,† cum poſsit
obligari ex omnibus cauſis præterquam in mutuo, &
in voto,vt ff.de re iudicata.l.tam ex.& de actionibus
& obligationibus.l.filiusfamilias.& ff.de noxal..quo-
ties.& ff.de pecul.l.ſi quis filio.& l.& ideo.& ff.de edẽ
do.l.prætor.§.ſed ſi filius.& ff.de pollicita.l.ſi quis rẽ.
§.voto. Sed tamen hodie non poteſt actiones cedere,
in quibus patri exercitium competit, niſi conſenſu
ipſius patris,vt C.de bonis mater.l.prima.& de bonis
33 quæ liberis.l.finali.§.vbi autem in vnum. † Sed nun-
quid pater ſolus cedere actiones filij in ſua poteſtate
manẽtis tanquã legitimus adminiſtrator ipſi⁹ poteſt?
Reſpondeo,non:niſi filius ſit infans,vel abſens. C.de
bon.quæ liberis.l.fina.§.vbi autem in vnum.& l.ſolu.
matri.l.2.§.volunt.Item ſi filiusfamil.ex re patris pro-
pria aliquos cõtractus fecit,nunquid pater poterit ce
dere iura in hoc contractu ſine filio? Reſpondeo ſic,cũ
his quę iuris ſunt,tota obligatio ſit patri acquiſita per
filium,vt ff.de verborum obliga.l.quodcunque.primo
reſpon.& §.ſi.& rem pupil.ſaluam fore.l.ſi filius.Secus
autem in his quæ facti ſunt , quia tunc non egreditur
perſonam filij.niſi ſtipulatus fuiſſet ipſi patri , vt ff.de
verbo.oblig.l.quod dicitur. Item quæro,an commiſſa
rius poſsit cedere actiones ſi quas habet? Reſpondeo,
ſic,vt ff.ad Trebel.l.j.§.ſi autem collegium. Item quid
de eccleſia? nunquid miniſter eius poteſt cedere actio
nes? Reſpõdeo,non,vt ff.de libe.leg.l.prætor ait.§.qui
ſic.vel dic,quod ſic,ſicut pupillus qui non habet cura
torem.vel dic quod pro re mobili poſsit , & immobili
non poſsit,argu.C. de ſacroſan.eccleſ l. iubemus.& l.
ſacroſanctæ.& not.Accur.in authen.de non alienand.
aut permutan.rebus eccle.§.hoc ergo nos.in gloſſ.ſi-
gnata ſuper verbo,numeranda.

¶ Item quid de ſimplici procuratore ad hoc ſpecia
liter conſtituto? nunquid poteſt cedere actiones? do-
minus Accurſ.de Rheg.& dom Homobonus de Mor.
dicunt, quod non,per l.ff.ad Trebellianũ.l. reſtituta.
vbi dicitur,quod tutor pupilli non poteſt cedere,mul
to ergo minus procurator poteſt cedere, argument.ff.
de regu.iuris.l.non debet.dominus Alber.Papi. & do
34 minus Iacobus Bald.dicunt idem,quia † per procura-
torem non fit venditio, vt ff.de procura.leg. procura-
tor,& ceſſio eſt venditio, vt ff.de fideiuſ. l.ſi dubitet.in
35 fin.primo reſponſo.& l.his. Item quia † procurator
alium procuratorem facere non poteſt ante litis con-
teſtationem,vt Cod.de procur.l.quod quis.& l.neque
& qui iura cedit , ſolet facere procuratorem in rem
ſuam eum cui cedit,vt Cod.de hęreditate,vel actione
vendita.leg.emptor.& ff.manda.l.ſi procurator.§. do-
lo autem.in fin. Alij vt Alber.de Gallis,& Oldr.qui-
bus aſſentio , dicunt, quod procurator ad hoc ſpecia-
liter conſtitutus , poteſt cedere,quia per procurato-
36 rem † hæreditas reſtitui poteſt , in qua reſtitutione
tranſeunt actiones, vt ff.ad Trebellianum.l. reſtituta,
37 & † procurator habens ſpeciale mandatum , poteſt
alium procuratorem etiam ſimplicem facere , ſecun-
dum domin.Odofr.licet prædicti ſapientes contradi-
cunt. Item quæro,an ille qui habet ius ceſſum, poſſit
alij cedere? Reſpondeo, ſic. & tranſfert vtilem,quæ
erat apud eum , vt nulla remaneat apud eum qui ſe-
cundo ceſſit,ſecundum D. Alber.de Gall. vt ff.de mi-
norib. l.ſed vtrum , vbi ponit eam Accurſ.in ſolutam.
Codic.de hęred.vel actione vendita.l.emptor.Sed dic
vt nota.ipſe Accurſ.ff.ad Trebellianum.l.extitiſſe. An
38 † bannitus poſſit cedere iura & actiones , qui per ſe
agere prohibetur ex forma ſtatuti? Reſpondeo,ſecun-
dum D.Alber. de Gall. quod ceſſio non valet , ſi ban-
nitus ſit ex cauſa,ex qua bona publicantur, quia actio
& petitio fiſco & contra fiſcum competit,vt ff.de cap.
diminution.leg.2.ff.pro ſocio.l.actione.§.publicus.&
hæc eſt ipſa veritas. ſin autem bona non ſint publica-
ta ex illa cauſa,tunc & idem Alber.de Gall.diſtinguit,
vtrum fiat titulo lucratiuo , an oneroſo. Primo caſu
obſtat exceptio banniti authoris, vt ff. de contrahen-
da empt. & vendition.l. dolia.§.j.ff. pro ſocio.l.idem-
que in fi.ff.de reg.iur.in l.in his §.non debeo.Secundo
caſu non obſtet,vt ff.de exception.doli.leg. apud Cel-
ſum.§.de authoris.& §.ſi cum legitima.Alij ſubdiſtin
guunt hoc membrum , quando ſit titulo non lucrati-
uo , vtrum fiat bona fide , & tunc non obſtat:an mala
fides,& tunc obſtat,vt argument.ff.de exceptione do-
li.l.apud Celſum.§. de authoris. vbi dicit, cũ ſit bonæ
fidei. Hoc non placet : nam ipſa l.apud Celſum.§. de
authoris.& §.ſi cum legitur.intelligitur quando exce-
ptio competit contra authorem , propter ipſam rem

occaſione perſonæ forte dolum committentis in ipſa
re acquiritur,& quando vult vti adminiculo,aut occa
ſione ſui authoris,vt notat Accurſ.in dicto §.ſed cum
legitima.& facit prædicta l.ff.de regulis iuris.l.in his.
§.non debeo.cum ſimilibus. Alij diſtinguunt aliter,
vtrum fiat ceſsio ex cauſa voluntaria, an neceſſaria,ar
gumento ff.de procuratoribus.l.ſeruum quoque.§.fi-
nali.ff.de damno infecto.l. cum poſtulaſſem. §. finali.
Nec hoc placet,quia illa l.ſeruum quoque.§.finali,lo-
quitur in exceptione procuratoris,quæ demum aduer
ſus procuratorem obiiciatur,vt repellatur, ſi non de-
fendat,quæ exceptio non competit contra cedentem:
nec ex ſua perſona, quod ſecus eſt in exceptione fori
banniti authoris.Alia etiam l.cum poſtulaſſem.§.fina.
loquitur in eo,qui ius habebat in rem ipſam ante ceſ-
ſionem ex contractu cedentis, quod ius ſequebatur
rem,ad dominia quorumlibet tranſeuntem: ſecus eſt
in noſtro caſu.Alij diſtinguere voluerunt,vtrum aga-
tur directa nomine domini, an vtili nomine ſuo.Pri
mo caſu obſtat exceptio.Secundo non. argumento de
39 ſolutionibus.l.ſi duo.Nec hæc placet, quia † directa
& vtilis,non ſunt duæ actiones, ſed vna duas habens
qualitates,ſecundum Ioannem,vt dicam infra,quæ a-
ctio compet.ei qui iura & actiones per ceſsionem ac-
ceperit, & hæc vnde naſcantur. & l.ſi duo, loquitur
in eo qui habet duas actiones diuerſo iure competen
tes eidem ſuo nomine,licet ad eandem rem,vt ipſe le-
ge colligitur.Poſſet etiam dici ſecundum alios, quod
illa l.ſi duo.loquatur de exceptione reali,licet hæc ex
ceptio forbanniti authoris, eſt perſonalis. Tu dic,
ſalua ſemper meliori ſententia, quod indiſtincte poſ-
ſit cedere,nec obſtet exceptio prædicta,cũ ipſa ſit per
ſonalis,ergo perſonam non egreditur,vt ff.de legatis
ſecundo.l.cum patronus.& de adminiſtratione tutor.
40 l.ex pluribus.cum ſimilibus.†& quia ſtatutum cõtra
rigorem iuris inductum eſt, nec ad conſequentias ſit
trahendum, vt ff.de legibus.l. quod contra rigorem.
Item quia nulla l.prohibetur cedere,licet ſit bãnitus,
41 † & quæ non reperiuntur prohibita,videtur iuris per
miſsione conceſſa.vt ff.ex quibus cauſis ma.l.necnon.
§.primo.& notatur ſupra in principio huius titu.quis
cedere poſsit.& hæc quæſtio fuit diſputata, & ſic de-
terminata Paduæ in ſcholis per dominum Oldinum
42 de Biraga in ſuis ſcholis: †Priuilegiatus aliquis ſcho-
laris, puta, habet ius ceſſum ex iuſta cauſa à quodam
priuato, nunquid vtetur ſuo proprio priuilegio priui
legiatus? Reſpondeo,videtur quod non poſsit vti pri-
uilegio ſuo, & hoc dicunt quidam pluribus rationi-
43 bus:& primo,quia † fiſcus,qui priuilegiatur in multis,
ſuccedẽs in locum priuati,vtitur iure priuati,vt ff.de
vſuris.l. cum quidam.§.fiſ.Item quia pupillus eodem
modo ſuccedens in locum maioris,vtitur iure maio-
ris,vt C.de non nume.pec.l.ſi in certa.& C.de hæredi.
action.l.ſi prætextu. Item quia ex perſona hæredum
conditio obligationis immutari nõ debet, vt ff.de ver
borum obligationibus.l.2.§.ex his,& de præto. ſtipu-
lation.l.prætorem,& C.de reſtitut.mino.l. quæ à pa-
tre.Item quia abſurdũ eſt, ſucceſſorem plus iuris ha-
bere,quam defunctum,vt ff.de regulis iuris.l.aliud.§.
abſurdum.Item hæres ibi eſt defendẽdus,vbi erat de-
fendendus defunctus,ſi tamen ibi inueniatur, vt ff.de
iudic.l.hæres abſens.Item ſi res reſtituatur, in locum
alterius,eiuſdem eſt poteſtatis,vt ff.de donation.inter
virum & vxorem.l.ſi donatæ.§.ſponſus. Item quia id
venit in actione ſubſtituta,quod in ea in cuius locum,
alia ſubſtituta eſt,vt ff.de vſuris.l. ſi ſtipulatus,& ff.ſi
quis caut.l.eum qui.§.qui iniuriarum. Item quia ali-
44 cuius † priuilegium in alterius iniuriam porrigi non
debet.ff.de adminiſtrat.tuto.l.impuberi.& ff. ne quid
in loco publico.l.ſecũda.§.ſi quis à principe. Itẽ quia
nõ debet eſſe quis melioris conditionis,quàm author
ſuus.ff.de regulis iuris.l.in his quod non debeo,& l.
45 in ipſis.Alij contra dicunt, † quod vti poteſt priuile-
gio ſuo,multis & variis rationibus:& primo, quia pro
pria eius cauſa dicitur,cui facta eſt ceſsio,vt ff.de pro-
curatoribus.l.qui ſtipendia.Item cum fauorem con-
46 tineat,† fauores ſunt ampliandi.& odia reſtringẽda,
vt ff.de liberis & poſthumis.l. cum quidam.Item quia
priuilegia ſunt benigne & pleniſsime interpretanda,
vt ff.de conſtitut.princip.l ſi.extra,de verborum ſigni
47 ficatio.c.olim.† Item quia & fiſcus ſuccedens priua-
to,vtitur priuilegio ſuo,vt ff.de iure fiſci.l.fiſcus.j.re-
ſponſo.& ff.de vſuris.l.cum quidam.§.debitores.Item
quia minori etiam ſuccedẽti maiori,ipſo iure nõ cur-
rit tempus, quod maiori ſupereſt,niſi factus maior,vt
ff.de mino.l.interdum.C.de temp.in integ.reſtit.l.ea.
Item quia præſcriptio quæ currebat contra defunctũ,
ſi finiatur cõtra minorem, aliquo caſu infringitur per
48 in integrum traituti,vt ff.de mino.l.ait prætor. † Itẽ
quia legatus Romæ hæres inſtitutus, habet ius reuo-
candi domum,vt ff.de iudic.l.2.§. legatis, & l. de eo.
Item quia hæres vtitur priuilegio, quod defuncto nõ
competebat,veluti in re ſeculari,quæ peruenit ad Ec-
cleſiam, quia tunc excuſatus à lucratiuorum deſcri-
ptione,vt in authent.de eccl.tit.§.ſi qua.colla.9.C. de
ſacr.ſan.Eccle.l. pe. Item quia & ſucceſſor plus habet
quam defunctus,vt Cod. ſi pen.appel.l.fi. ff.de in inte.
reſtitu.l.abſtinere.Tamen ego puto, ſalua meliori ſen
49 tentia, † quod priuilegiatus habens ius ceſſum,& pri-
uato poſſit vti priuilegio fori iam indulto, vt ff. de
iud.l.j.§.legatis,& leg.de eo.& etiam aliis priuilegiis,
dummodo experiatur pro tempore futuro, & ex per-
ſona & facto ſuo,licet competat ei ex cauſa ipſius ce-
dentis.& ſic intelligo omnia iſta iura proxime alleg.ſi
vero ſit fori priuilegium indulgendum,tunc ſecus, vt
ff.de iudic.l.hæres abſens.j.reſpon.vel experiatur eti-
am in aliis priuilegiis ex tempore præterito,vel ex per
ſona & facto domini cedentis, & ſic intelligo leges
50 prima parte allegatas. Sed ego quæro, † nunquid
ceſſio facta de laico in clericum,valeat? Reſpondeo,
ſecundum Gof.quod ceſſio non valet,immo adimitur
actio ea ratione,quia facta videtur potentiori ratione
officij, vt ratione priuilegij fori, vt notatur extra. de
alienat.iudic.mutand.cau. fact. capitulo ſecundo &
argument.Codic.ne li.po.l.prim.& ſecund.Sed tu dic
de iure ciuili, quod valet ceſſio, nec obſtat ille titul.
Codic.ne li.po.l.prima.& ſecund.quia loquitur in eo,
qui eſt potentior ratione officij. Secus,ſi ex alia cauſa
ſit potentior,ſicut accipitur de alienation.iudic. mu-
tand.cauſ.fact.l.3.& Cod.ſi ex noxal. cauſ. aga.l.2. Vel
dic quod ille titul. ne li.po.loquitur in Clariſſimis &
Illuſtribus.nam video quod ſi ceſſio ſit facta militi, va
let.Codic.de procur.l.qui ſtipendia,licet ſit argumẽt.
contra.ff.de alien.iudic.inuitand.cauſ.fact.l.cum mi-
les,ſed quod ibi prohibetur miles agere,non quia mi-
les,ſed quia iudicij mutandi cauſa ceſſio facta fuit.
Sed dic quod illud eſſe non poteſt,quia ille titulus lo-
quatur tantum in Clariſſimis & Illuſtribus, quia hi
nec in propriis cauſis poſſunt intereſſe, vt Codic.de
procura.l.final.nec militis honor officium eſt, ſecun-
dum Accurſium. ſed eſt genus hominum priuilegia-
51 torum in expeditionibus. Sed pone † priuilegiatum
ceſſione iura & actiones priuato,nunquid iſte citetur
priuilegio cedentis, etiam quo ad forum? & videtur
quod ſic, ad exemplum maioris ſuccedentis minori,
qui petit in integrum reſtitui ex perſona defuncti, vt
Codic. de temporib. in integrum reſtitution. leg. ter-
tia & leg.ea quæ. Item quia hæredes omnium eo-
rum, qui in integrum reſtitui poſſunt, reſtituun-
tur in integrum ex perſonis defunctorum, vt ff.
52 de in integrum reſtitution. leg. non ſolum. † Item
quia & auxilium ſenatuſconſulti Velleiani competit
etiam



etiam hæredi mulieris,vt C.ad Velleian.l.heredes. Tu
dic,quia non poſsit vti priuilegio aliquo perſonali ex
perſona defuncti,cum dicatur dominus litis.ff.de iu-
re do.l.mittendo.cum ſimilib.& quia tale priuilegium
non egreditur perſonam,vt ff.de regul.iur.l.in omni-
bus.& l.priuilegia,& ff.de cenſit.l.forma.§. quãquam.
l.3.§.fi.& ff.de iure immu.l.j.§.perſonas, & l.ſemper.§.
immunitatis,& ff.de aqua quotidiana & æſti.l.j.§.per-
mittitur.ſecus in reali priuilegio,qui eo bene vti pote
rit,argu.legum pro prima parte allegatarũ,& maxime
illius C.ad Velleia.l.hæres.Sed quid ſi actio ipſa ſit pri
uilegiata? Reſpondeo,tunc ille,cui facta eſt ceſsio,po
teſt vti ipſo priuilegio.ff.de regu.iur.l.in omnibus, &
53 l.priuilegia ſicut etiam quando † priuilegium ipſis re-
bus conceditur,quia cum ipſis rebus tranſit ad quem-
libet ſucceſſorem.ff.de aqua quotidia.& æſti.l.j.§.per
mittitur,& ff.de cenſi.l.3.§.fi.

## Quæ actiones cedi poſſunt. Rubric.4.

54 ACTIONES † ceduntur omnes,quæ ver-
bo actionis continentur, largo modo acce-
pto vocabulo,vt accipitur.ff.de actionibus
& obligationibus.l.actionum genera.§.actiones. non
etiam largiſsimo,vt accipitur in eodem titulo.l. actio
nis verbo.& eſt ratio,quare largiſsimo modo non ac-
cipitur,quia tunc etiam directa trãsferetur,vt ibidem
dicitur,quæ non poteſt cedendo transferri,cum ſit oſ-
ſibus ita infixa,vt ſeparari non poſsit,vt C.de nouatio.
l.tertia.Et notat Accurſius.ff.de pecu.l.quis ergo ca-
ſus in gloſſ.prima,debitoribus.& l.ſi Sticho peculiũ.
in gloſſa,cum actiones.Item & alia ratione,ſcilicet,ne
criminalem & publicam actionem comprehendat,v-
bi nec ſimplex interuenit procurator, vt ff.de public.
iudi.l.accuſatorem.§.ad crimen. & ne priuatam & po
pularem contineat actionem, vbi etiam non interue-
nit procurator ſimplex,niſi quantum pertineat ad pri-
uatum cõmodum,quo caſu & cedi poſſet,vt ff.de pro-
curatoribus.l.licet. primo reſponſo. & §.primo,& ff.
de iniuriis.l.iniuriarum actio in bonis,vbi hoc.& no-
tat Accurſius in gloſſ.& ff.de furt.l.ſi vendidero.§.fin.
niſi forte ad defendendum,& ff.de po.ac.l. qui popu-
55 lari.& l.ſequenti Sed nunquid † actiones quæ ſunt ex
delictis,poſsint cedi? Reſpondeo, & dico quod ſic.ff.
de petitione hereditatis.l.quod ſi in diem.§.Iulianus.
56 Sed nũquid † ceſsio partis debiti demum poteſt fieri?
Reſpondeo,& dico quod ſic.ff.de petitione hæredita.
l.quod ſi in diem.de adminiſtratione tuto.l.ſi plures.
& de tutor.& ratio.diſtra.l.pupillus.& ff.de pec.l.quæ
ſitum.§.ſed ſi pro parte.ff.de cenſi.l.cũ poſſeſſor.& no.
Accur.ff.de fide.l.ſi fideiuſſores.& l. Modeſtinus.licet
alij contradicant,vt not.Accur.d.l.de fideiuſſor. Mo-
57 deſtinus.† Item nunquid actio realis poſsit cedi? Re-
ſpondeo ſic,quia quãtum ad articulum ceſsionum,ni-
hil diſtat realis à perſonali,vt C.de hæred.vel actione
58 vendita.l.fin. † Sed nunquid realis,& quando pendet
ex perſonali,veluti hypothecaria poteſt cedi ſine per-
ſonali? Reſpõdeo,non,quia hypothecaria accedit per
ſonali actioni,vt ff.de pigno.l.res hypothecæ, & acceſ
ſorium nõ tranſit ſine principali,vt argumen.ff. de re-
gul.iur.l.cum principalis, & C.de vſur.l.eos qui.j.re-
ſponſ.& C.depoſi.l.ſi depoſitum.ff.quib.mod.pign.vel
hypothe.ſolua.l.Paulus.§. fin.& de diſtract.pig.l.fi.ff.
ad Trebel.l.patri.& quod cedi non poſſunt.no.Accur.
C.de hæredi.vel actio.vend.l.fi.licet ſint arg.contra.ſ.
quod cedi poſsit tam realis,quam perſonalis, vt dicta
l.de hæredi.vel actio.vend.l.fin.& quod hæc ſint in re,
probatur inſti.de act.§.Seruiana.Itẽ videtur poſſe ce-
di,quia officiũ iudicis poteſt cedi,vt ff.de mi.§.j.ſunt
argum.pro hoc.C.mand.l.per diuerſas. vbi dicit exce
ptis,& ff.de excep.rei iud.l.fi.§.Latinus Largius.& C.
de iure dotium.l.in rebus, vbi dicit,nolumus itaque,
&c.& argumen.C.per quas perſonas nobis acquir.l.j.
C.de præſcriptio.triginta annorum.l.cum notiſsimi.
in fi.& ac.pig.l.2.hoc ſecundum Accur.de Reg. Addo
ego optimam rationem pro eo quod cedi non poſsit,
quia ſemper cedens realem, retenta perſonali, poſſet
reuocare ipſam quam ceſsit, & ceſsionem infringere,
veluti extinguendo perſonale,quia ſublato principa-
li extinguit acceſſorium,vt C.de vſuris.l.eos j.reſpon.
& ſic poſſet & etiam poſt litis conteſtationem, & poſt
denuntiationem,vel partis ſolutionem reuocare ceſ-
ſionem,quod eſſet contra l.C.de nouat.l.2. Sed nun-
quid debet ſtipulari, cui ceditur ab eo contra quem
fit ceſſio? Reſpondeo,nõ,quia tunc eſſet delegatio,im-
mo eo inuito & ignorante,poteſt fieri ceſſio inter ab-
ſentes. Reſpondeo etiam ſic, ad exemplum ſimplicis
procuratoris,vt ff.de procur.l.j.& not.Accur.eo. ti.in
59 cauſæ.§.ſed & ſi procurator,in glo.† Item quid ſi cedi
tur actio acquiſita accedente per dolum vel fraudem,
nunquid doli exceptio obſtabit procuratori in rem
ſuam? Reſpondeo,ſic.ff.de doli exception.l.apud.§.ſed
60 cum legitima.& ibi not.† Item nunquid actio iniuria-
rum poteſt cedi? Reſpondeo,non, ſecundum Io. quia
non eſt bona ante litis conteſtationem, & poſt effici-
tur litigioſa.vel dic quod ſic,vt not. Accurſ.C. de hæ-
red.vel actio.vend.l.fi.& ad hoc facit quod nota.ff. de
hæred.vel act.ven.l.ſi nomen.Sed facta ceſſione,cuius
eſt poſtea periculum actionis ceſſæ,ſi vt ff.manda.l.in
ter cauſas. debet enim cedens præſtare debitore eſſe
ei contra quem cedit iura,non etiam locupletetur, vt
ff.de pignori.l.periculum.& ff.de ſolution.l. pupilli.§.
ſoror.ff.de hæreditat.vel action.ven.l.ſi nomen.arguo
tamen contra.ff.de pignor.action.l.eleganter.§.ſi ven-
diderit.

## Cui & in quem transferri poſſunt iura & actiones. Rubrica 5.

61 POSSVNT iura cedi † & actiones quibuſ-
cunque perſonis,argumento Cod.de actio-
nibus & litigationibus.l. ſicut in princi. &
quia omnia ſunt iuris permiſſione conceſ-
ſa,niſi reperiantur prohibita,vt ff.ex quibus cauſis ma
nu.l. necnon. §. quod eis.cum ſimilibus. excipiuntur
perſonæ quæ acquirere non poſſunt,vt Codic. de iure
deliber.l.ſi infanti.quia infanti actiones cedi non poſ
ſunt,nec poſſunt ſibi acquirere,vt ff.de verb.oblig.l.j.
primo reſponſo,& de actionibus & obligat. l. j. §. fu-
rioſum.Idem in ſurdo,qui nullo modo exaudit, & in
muto,qui nullo modo loquitur,vt ff.de act.& obligat.
l.j.§.mutuum.& inſtit.ſtipulatio.& mutuum.Sed quid
de ipſorum tutoribus & curatoribus? nunquid poterit
eis ſolis fieri ceſſio? Reſpõdeo,ſic,nomine ipſorum, vt
d.l.ſi infanti.& Cod.ad Trebel.l.ſcimus.j.reſpon. Sed
nunquid poteſt fieri ceſſio ſupradictis perſonis, cum
authoritate ipſorum tutorũ,vel curatorũ? Reſpõdeo,
videtur quod ſic,vt ff.ad Treb.l.ſeruo inuito.§. ſi pu-
pillo.Sed dic contra,quod non,vt Co. de curat. furio.
l.fi.§.ſi autem perpetuus.& ille §.ad Trebel.l.ſeruo in
uito.§.ſi pupillo. loquitur, & intelligitur de maiore
infante.Item quid de pupillo & adulto? Reſpondeo,
poteſt ei fieri ceſsio,& præſtari etiã ſine tutore & cu-
ratore,quia in acquirẽdo nõ eſt neceſſariũ tutoris vel
curatoris authoritas,vt ff.de acquirendo rerũ domi.l.
pupillus.& C.de auth.præſtan.l.obligari.niſi ex cauſa
ceſsionis deberent obligari ſe vel ſua bona forte pro
euictione vel pretij reſtitutione, vel qua alia ratione,
qua tunc non poſſent eis cedi actiones, ſine tutorum
vel curatorum authoritate,vt ff.de authorita.tutor.l.
obligari.& l.pupillus.§.j.& C.de in integ.reſtitution.
minor.l.ſi curator habens. & tunc nihilominus reſti-
tuuntur in integrum,ſi ſint læſi.vt ea.l.ſi curator Sed

nũquid ſolus tutor pupilli vel curator adulti recipiet iura & actiones?Reſpondeo,non , vt Cod.de iure debitor.l.potuit.Sed quid ſi non habeat curatorem adultus,vel tutorem adultus,vel tutorem pupillus?nũquid poſsit eis cedi?Reſpondeo,poſſe ſibi cedi , ſed reſtitutio in integrum eis læſis competit,vt decretum interceſſerit,vt dictis legibus,ſi curator,& de prædiis mino.l.ſi quidem,vel niſi ab adulto interuenerit iuramétum,vt in authentic.ſacramenta ſignata ſuper l.ſecun-
62 da.Cod.ſi aduerſus vendit. † Item nunquid ſeruo poſſint cedi iura & actiones?Reſpondeo ſic, ſed id totum acquirit domino, vt ipſe dominus ſeu procuratores domini agant ex ipſa ceſsione, cum ſeruus in iudicio eſſe non poſsit,vt ff.ſi quis cautio.l.quoties.& C.de iudiciis.l.ſeruus.Item nunquid poteſt fieri ceſsio procuratori?Dic quod ſic:cum & procurator fieri poſſet , vt notatur ſupra,qui cedere poſſunt. & ff.ad Trebellianum.l.reſtituta.Item nunquid filiofamilias poſsint cedi iura & actiones?Reſpondeo,ſic,& patri acquiritur ſecundum vetera iura,vt ff.de verborum obligatione. l.quid dicitur,& ff.de regulis iuris.l.filiusfamilias.niſi in caſtréſi peculio,vbi acquiritur ſibi,etiam iure antiquo,vt inſtituta,per quas perſonas nobis acquiritur. in principio.& ff.de caſtrenſi peculio.miles.& l.ex nouo. Sed hodie ſibi acquirit iure moderno,vt Codic. de bonis quæ liberis.l.cum non ſolum.Sed tamen adminiſtratio rerum,& exercitium actionum patri competit,vel etiam ipſi filio,patris conſenſu interueniente,vt C.de bonis maternis.l.prima , in fine. & dicta l. cũ non ſolum.Sed nunquid poteſt fieri procurator in rem ſuam etiã ex parte rei?Reſpondeo,ſic,vt ff.de condictione indebi.l.fin.§.Titium, & inuito actoré, vt ff. famil.erciſcun. l.plane.

## Quæ actiones competunt ei,qui iura & actiones per ceſsionem acceperit,& hæc vnde naſcuntur.

## Rubric. 5.

63 FACTA ceſsione legitime, † actiones competunt quãdoque directe nomine ipſius cedentis,quãdoque vtiles nomine eius cui ceditur,vt C.de hæreditate vel actione vendita.l.fin.in gl.poterit ergo.In directis enim proprie dicitur de procuratore in rem ſuã,in vtilibus vero dominus,vt C.de hæreditate vel actione vendita.l.emptor hæreditatis. in glo.ſi directis.in fin.l.ipſe.directe demum facta ceſsione,ex ipſa ceſsione competũt ipſi procuratori in rem ſuam nomine domini,vt prædicta l.emptor hæreditatis,vbi dicit mandatis.nam exponitur ibi,ſcilicet directis.vtiles vero competunt ſuo nomine tribus ex cauſis,ex natura contractus,vt ab initio ſine ceſsione , vt C.de hæreditate vel actione vendita.l.poſtquã. & hoc accidit quibuſdam caſibus demum , quos infra dicã. Alia in ſubſidium etiam poſt ceſsionem factam,& deficientem poſtea,vt C de actio.& obli.l.j.Alia ex qualibet ceſsione iuris facta. Apparet ergo ex prædictis, quod ſemper vtilis competit ex ceſsione facta quocũque contractu nominato,ſiue vltima voluntate. Alias nunquam competit vtilis ſine ceſsiõe,niſi demum in ſubſidium,vt dixi,vel niſi certis caſibus,quibus etiam ſine ceſsione competit vtilis ex natura pręcedentis cõtractus ſiue cauſæ,qui hi ſunt.

64 ¶ † Primus in emptore,vt C.de hæreditate vel actione vendita.l.emptor.& C.de actionibus & obligationibus.l.2.

¶ Secundus in nomine dato in ſolutum,vt C.quando fiſc.vel priua.l.fi.

¶ Tertius in nomine pignori dato,vt ff.de pignor.l. cum conuenit.

¶ Quartus eſt in dote,vt Cod.de action. & obligationibus.l.ſecunda.

¶ Quintus in legato nominis , vt C. de leg.l.ex legato nominis.

¶ Sextus eſt hodie in donatione,vt C.de do.l.illam.& hos ſex caſus not.dominus Accur.in glo.ordi.quæ incipit;non vt eum,quæ eſt C.de actio.& obli.l.j. Addò ego & alios,vbi competit ex præcedenti cauſa vtilis ab initio & ſine ceſsione,valet in tutoribus, curatoribus & magiſtratibus,cæteriſque ſimilibus,vt ff.de tuto.& ratio.diſtrahen.l.nunc tractemus. & C.de cõfir. iud.tuto.l.j.& 2.C.de magiſt.conuen.l.j. & ff.de neg.l. ex facto.& poteſt eſſe ratio,quia ex neceſsitate obligatur , & ideo eſt ſecus in fideiuſſoribus & mandatoribus,qui ex voluntate ſe obligant,vt C.de neg.l.tutori. poteſt & alia eſſe ratio diuerſitatis prædictorum,quia nullum regreſſum habent tutores & cæteri prædicti aduerſus aliquos,vt argumen.ff.de procurato. l.ſi minor.in princip.quod ſecus eſt in fideiuſſ. & mandatis, vt ff.de fideiuſſoribus.l.vt fideiuſſor.& in not.Accurſ. competit vtilis ſine ceſsione geſtori,qui mutuauit pecuniam abſentis nomine ipſius,nec ſtipulatus eſt ſibi reddi,nec ratum habetur à domino,vt Cod.ſi certum pet.l.ſi abſentis.& l.quamuis.& in ſum. Azon. ſi cert. peta. §. datur autem. Item competit vtilis indebiti ſine ceſſione ei qui ſoluit indebite per errorem facti, pecuniam ab alio debitam , & ab eo forte iam exolutam , eodem , cuius nomine ſolutum ſit , ratum non habente,vel actum non mandante,vt C.de condit.indebit.l.ſi pignora.nam facti, cum not.Accurſij. Item pupillo aduerſus fideiuſſores qui promiſerunt rem pupilli ſaluam fore,datur vtilis ſine ceſſione, vt C.de magiſtra.conuenient.l.prima in fin.& ibi not.Accurſ. Item competit vtilis ſine ceſſione , cui reſtituta eſt hæreditas ex Trebelliano ſenatuſconſulto , vt ff. ad Trebellianum.leg.ſi hæres pecuniam.& ff.de fide.leg. hæres à debitore. item ei filio emancipato competit vtilis ſine ceſſione , qui petit & accipit bonorum poſſeſſionem contra tabu.l.cum emancipatus.in princ,& dicta l.ff.de fideiuſſor. l. hæres à debitore. & eſt ratio ſecundum Accurſ.de Rheg.quare vtilis actio ſine ceſ-
65 ſione competit demum prædictis caſibus,quia † actio vtilis eſt auxilium extraordinarium , vt Codic.ad exhiben. l. ſi res. vnde extraordinarium auxilium non datur , niſi ſpecialiter lege caueatur , quia quibus caſibus lex deficit,nec vtilis actio danda eſt, vt ff. ſolut. matrimon.l.ſi vero.§.penulti.Hinc eſt ſciendum,quod his caſibus ſupradictis nil proficit ceſſio directæ,cum vtilis tantundem valens , competat ſine ceſſione , vt not.dominus Azo in ſumma de hæred.vel act.vend.§. ſumma autem.& not.etiam dominus Accur.C. de hære.vel act.vend.l.emptor.Item caue tibi,quia his caſibus etiam ſupradictis nec vtilis competit,nec directa cedit,ſi dolus eius cum cedi debet, interceſſit in præcedenti contractu,vel cauſa,vt ff.de adminiſtrat.tuto. l.ſi plures,& de tutor.& rat.diſtra.l. ſi ex duobus.& ff. de ſolution.l. Stichum.§.penul.& ff.de except.doli.l.
66 apud Celſum.§.de authoris. Sed nunquid † hæc vtilis,quæ ab initio competit , prædictis caſibus deficit ſeu moritur ſtatim facta ceſſione directe ? Reſpondeo, non , ſecundum Ioann. immò directa & vtilis competit,nec tamen ſunt duæ, ſed vna , duas habens qualitates: vnam iure contractus,alteram iure ceſſionis.vt hoc not.Accurſ.Codic.de, hæred.vel action, vendit.l.emptor.in gloſſ.agit ergo. Alij dixerunt ſtatim vtilem annihilari facta ceſſione directæ , & duas eſſe actiones,argument.ad hoc.ff.de ſolut.l.ſi duo rei. Item ſolet quæri,vtrum prædictæ vtiles actiones quæ competunt procuratori in rem ſuam naſcantur, quod dic.not.domin. Azo in ſumma de actionibus & obligat.§.penult.Item pone,habeo debitoré,contra quem habeo



habeo perſonalem actionem,puta certi condictionem de mutuo & hypothec.ex pignorum quæſtione , vendidi ſimpliciter tibi nomen iſtius debitoris,quæ actio tibi competit?vtilis,perſonalis,vel hypothecaria?Quidam dicunt,quod competit vtilis hypothecaria , vt ff. de pignorib.l.pignoris proſecutio.& Inſtit.de actionibus.& item Seruiana.& facit bene pro hac ſententia.C.de hæreditate vel actione vendita.l. poſtquam. & in hac ſententia eſt dominus Homobonus de Mor. & dominus Lanfran.& dominus Azo in ſumma.C.de pignoribus.licet dominus Accurſius in gloſſ.ordinaria dicat contra.C.quæ res pignor.obligari poſſunt.l. nomen.& dicta l.hæreditatem.ſed hæc l.hæredem.nõ obſtat ſecũdum eos,& Accurſ.de Rheg.quia loquitur ſecundum vetera iura,quando mulier non habebat tacitam hypothecam:ſed hodie ſecus eſſet. vel dic quod aliud eſt in tacita hypotheca , quàm in expreſſa. Ego puto hoc vtrunque vtile,ſicut cedés habebat directas.
67 quod probo tali ratione, † quia is cui ceſſa ſunt iura ſimpliciter,poteſt proſequi pignora,& agere contra fideiuſſorem,vt Cod.de actionibus & obligationibus. l.hoc à creditore.& l.ſi ſolutum. & notat Azo in ſumma de hæreditate vel actione vendita.in fine.l.ſic argumen.contra.ff.de verborum obligationib.l.ita ſtipulatus.§.Chryſogonus.in fin.& l.aliquid.& C.de hæreditate vel actione vendita.l.venditor.& l.filij. & l.emptori.quæ videntur innuere, quod etiam contra fideiuſſorem & pignora ſit facienda expreſſe ceſsio. Item
68 & alia ratione probo,quia † hypotheca viuit & moritur vt acceſſoria,quandocunque ipſa principalis moritur,quocunque moriatur,vt Cod.de luition.pigno. l.intelligere præterquam ſi præſcriptiõe triginta annorum moritur principalis,quia tunc durat quadraginta annis hypotheca.vt Cod.de præſcriptione triginta vel quadraginta annorum.l.cum not. Accurſ.dicta l.intelligere.vt tunc forte mortua,ſeu extincta pręſcriptione principali,poſſet cedi ſola hypotheca. quæ adhuc durat:alias ſola principalis ſine hypotheca cedi poſſet, vt dixi ſupra , quæ actiones cedi poſſunt . §. Sed nunquid realis,&cætera . Sed nunquid principalis poſſet ſola cedi, vt notatur ſupra, quæ actiones cedi poſſunt.§.ſed nunquid ceſsio partis ,interueniente vno de his tribus,quæ dicit lex,Cod.de nouationib9. l.ſi de legato.puto ipſam acceſſoriam extinctam eſſe, nec amplius reſuſcitari poſſet ſine nouo facto debitoris,vt argument.Cod.de re pignorat.l.cum ex cauſa. in fine. Item quæro,ſi facta ceſſione pignora vel fideiuſſores adiiciantur & acquirantur ipſi obligationi & nomini vendito ſiue ceſſo. Reſpondeo ſic,vt ff. de hæreditate vel actione vendita.l.emptori. Sed eſt ne ei opus noua ceſsione pro his pignoribus vel fideiuſſoribus?an ſufficit ſibi vetus ceſsio nominis facto? Reſpondeo,non ſufficit vetus , ſed nouæ ceſsionis opus eſt,vt ff.manda.l.hæredem fideiuſſoris. licet dicta lex emptori.videatur innuere,quod etiam ſine alia ceſsione proſint ei.Item nunquid in exceptionibus competentibus poſt ceſsionem factam venditori, proſint emptori ſine ceſsione?Reſpondeo,ſic,vt ff.de poſt.l. ſi tibi.§.pactum conuentum.ff.de contrahenda emptione & venditione.l.dolia.in fine.Poſſet tamen reſponderi illi l.ſi tibi.§. pactum conuentum.quod illud pactum fuit factum venditori in re vendita,& hoc not.ff.de petitio.hæredi.l. etiam ſi.§. penult. in glo.ordinaria.

## Qualiter & quando compelletur quis cedere iura & actiones.

## Rubric.6.

69 ACTIONES † cedere compellitur venditor hæreditatis vel nominis actiõe ex empto compulſus.Item hæres , qui ex ſenatuſconſulto Trebelliano hæreditatem reſtituit actione ex teſtamento. Item hæres , contra quem bonorum poſſeſsio petita eſt & accepta à filio defuncti.Probatur de primo ff.de hęreditate vel actione vendita.l.2.§.non ſolum.& l.venditor.primo reſpõſo.& §.primo.& l.emptori.& C.de ſolutionib.l. nullo. & not.domin.Azo in ſumma de hæredita.vel actione vendita.§.ſumma.probatur de tertio.ff. de fide.l. hæres à debito.primo reſponſo.& ff.de bono.poſſeſ.contra tabul.cum emancipatus.in principio.hæc vera intellige in his,quæ ex ſuis perſonis acquiſiuerunt ipſi cedentes occaſione ipſorum bonorum,vt ex prędictis legibus colligitur , cum actionibus antea acquiſitis vtiles actiones comparantur ſucceſsione, vt nota. ſupra,quæ actio compet.procuratori in rem ſuam facto. & hæc vnde naſcatur.Item compellitur magiſter merci nauali præpoſitus per actionem ex locato,vel mandati cedere domino,qui eum præpoſuit , actioné quã habet contra eum , qui ſecum in dicta merce contraxit,vt ff.de exercitat.l.prima,in fin.j.reſpon.& §.e contrario. & nota. etiam Rofr. in ſuo libello de exercit. action.in fin.item compellitur cedere actiones ſocius ſocio per actionem pro ſocio, vt ff.pro ſocio.l.tertia. prima.reſponſ. Sed quid ſi ſit ſocius omnium bonorum , & poſt contractum ſocietatis aliquid acquiſiuit? nunquid cogetur cedere actiones in acquiſitis pro parte ſocio ei contingente? Reſpondeo ſic , a-
70 ctione pro ſolutio. conuentus. † cum & poſtea acquiſita teneantur conferre & communicare , vt ff. pro ſocio. leg. ſi quis ſocietatem contraxit:in ſumma domin. Azonis pro ſocio. §. competit autem. ideo dico , ſi non ſit ſocius omnium bonorum in his quæ acquiſiuit poſtea , pertinentibus ad id , de quo ſocietas contracta eſt. item hæres compellitur cedere iura & actiones cohæredi , cui aſſignatum eſt nomen à iudice per officium iudicis, vt ff.famil.erciſ.leg.per familiæ.§.fin.alioquin deficientibus ſtipulationibus, cogitur hæres cohæredi iura & actiones cedere , per actionem de præſcriptis.verb.Codic.famil. erciſcun. l.licet in fin. Item procurator ſimplex, id eſt, non in rem ſuam , & nuncius compellitur cedere ipſis dominis , vel cui voluerint domini , nomina & obligationes acquiſitas ex officio ſcripto per actionem mandati, vt ff.de acquirend. poſſ.l.poſſeſſio.& Codic.per quas perſon.nob.acquirend.l.primo §.fin.& ff.manda. l.idemque.§.ſi cui mandauero.§.final.& l.qui mandatum in fin.& ff.de poſ. l.j.§.ſi te rogauero.item negociorum geſtores,qui aliena negocia ſine mandato domini adminiſtran.compelluntur cedere per actionem depoſiti, vel generaliter ex quocunque contractu,ex quo penes ipſum geſtorem fuit pecunia vel res,ex qua actione acquiſiuit,vt Cod.ſi cer.pet.l.ſi abſentis. & ff. de neg.geſt.l.nam & ſeruus.§.fin.& no.Acc.Co.ſi cert. pet.ſuper l.quamuis in gl. vtili &c. Item ſi credebam Seium teneri Titio,& ſolui nomine Seij , ei quem Titium credebam,cum non eſſet,non tranſtuli dominiũ, vt ff.cond. cau.da.l.ſi procurator in fi.& ſic accipiens, tenetur mihi ſoluenti condictione furti,vt C.de fur.l. falſus.& ff.de fur.l.falſus creditor.§. creditor. Si autẽ ratum habeat Seius dominus,tunc dominiũ eſt tranſlatum in accipientem, & ſic competit mihi,qui ſolui indebite condictio. indebiti , quam domino pro quo ſoluo,compellor cedere per actionem neg. geſt.item qui conuentus eſt rei vendication. ad ſeruum, ſi illum dolo deſierit poſſidere , & tunc alius eum occiderit per officium iudicis , cogitur cedere actiones actori, ſi malit potius eas ab eo habere quam precium , vt ff. de rei vendic. l. ſi hominem. §. quod ſi dolo. item

poſt litis conteſtationem ſuper vendit.animalis, ſi ab
alio occiſum ſit animal,compellitur reus cedere actio
nes contra occiſorem,ſi velit euitare ſolutionem æſti-
mationis litis motæ de dicto animali,vt ff.ſi quadru.
paupe.feciſ.dicatur.l.penulti.§.ſi poſt.item minor qui
accepit pecuniam mutuo, & eam mutuauit alij forte
egenti,ſi per officium compellitur cedere ſuo credito
ri iura quæ habet contra eum,cum ipſe mutuauit,vt ff.
de minor.l.patri.§.ſi pecuniam.in verſi.quod ſi agenti.
Item hæres tenetur per actionem ex teſtamento lega-
tario cedere per actionem legis Aquil.pro ſoluto lega
to vulnerato ante aditam hæreditatem,vt ff.ad legem
Aquiliam.l.huic ſcripturæ. Item minor qui negotia
maioris geſsit, ſua ſpontanea voluntate compellitur
cedere ipſi maiori ius reſtitutionis,quod habet aduer
ſus eos,cum quibus contraxit ex illa quæſtione,ſi vult
euitare actionem negotiorum geſtorum,quam domi-
nus poteſt intentare contra eum pro ipſa geſtione, vt
ff.de minoribus.l.quod ſi minor.primo reſponſo.Item
fulloni & ſarcinatori,qui veſtimenta ad lauandum a-
miſit ſua culpa,compellitur dominus cõcedere actio-
nem,& vendicationem eorum per oppoſitionem exce
ptionis,antequam ſoluat ipſi domino pretium rerum,
vt ff.locat.& conduct.l.ſi merces.§.final.vel per actio-
nem ex conducto, etiam poſtquam ſoluitur,vt ibidem
innuitur.Item ſupradicti procurator ſimplex,nuntius
& negotiorum geſtor,habent deſiderare ſibi actiones
cedi à dominis,per oppoſitionem exceptionis ceden-
darum actionum ad exemplum tutoris cui fit ceſsio à
populo aduerſus contutorem remedio exceptionis
prædictæ,vt Cod.de contra.iud.tut.l.ſecunda.ff.de tu
tor.& ratio.diſtrahen.l.prima.§.non tantum.Item ad-
uerſus magiſtratum,qui ſatiſdationem accepit à con-
tutore,per oppoſitionem exceptionis compellitur pu
pillus cedere actionem ipſi tutori ſoluenti,vt ff.de ma
giſtrat.conuenien.l.quod ſi tutor.quæ continuatur cũ
præcedenti.Item fideiuſſor aduerſus fideiuſſorem , vt
agere poſsit,debet cedi à creditore actio ante ſolutio
nem vel ſtatim poſt,vel etiam ex interuallo , dummo-
do prius conueniatur de actione cedenda. & ad hoc
compellitur non per actionem,ſed per exceptionis op
poſitionem,vt ff.de fideiuſſoribus.vt l.fideiuſſor. & i-
bi notat Accurſius. Illud idem dicas de mandatori-
bus,quod dixi de fideiuſſoribus,vt ff.de fideiuſſorib.l.
fideiuſſor. & contra mandatorem per oppoſitionem
exceptionis cedendarum , vt proxime dixi , ſed etiam
aduerſus reum principalem, vt ff. de fideiuſſoribus .l.
cum his.& C.de fideiuſſoribus.l.2. & l.cum alter.& ff.
manda.& l.quis alicui.§.fin.& ff.de ſolu.l.Stichum.§.
penul.Sed nũquid creditor inuitus compellitur cede-
re actiones fideiuſſori volenti ſatisfacere contra debi
torem principalem,& contra fideiuſſorem pro portio
nibus eidem contingentibus?Reſpondeo ſic, ſecundũ
Accurſium Reg.vt ff.de fideiuſſoribus.l. fideiuſſorem
ſuccurri.& C.loca.& conduct.l.ſi diuiſa.Sed ego quæ
71 ro,† quando poſsit opponi hæc exceptio cedẽdarum
actionum?Reſpondeo,quandocunq; ante ſatisfactio-
nem etiam poſt ſententiam,vt ff.de tuto.& ratio.diſtr.
l.j.§.non tantum.& C.de contra.iud.tut.l.2.& ff.de fi-
deiuſſoribus.l.ſi fideiuſſor.§.idem reſpon. Item nota
72 quod † creditor qui emit bona debitoris,agens cõtra
fideiuſſorem,repellitur per exceptionem cedẽdarum
actionum hoc modo,quia creditor cogitur cedere fi-
deiuſſori ſoluenti,iura & actiones contra reum prin-
cipalem & eius bona , remedio exceptionis cedenda-
rum actionum,vt dixi ſupra eodem §.ſed nunquid cre
ditor. ſed hoc facere non poteſt , quia aduerſus ſe-
ipſum non poteſt cedere iura,quod ſua culpa contin-
git,quia emit bona, quia cum non poſsit cedere pro-
pter ſuam culpam aduerſus bona dicti debitoris, me-
rito repelli debet à fideiuſſoribus, vt ff.de ſolutionib.
l.Stichum aut Pamphilum.§.ſi creditor.ff.loc.& con-
duc.l.ſi merces.§.culpæ.ff.de ſolu.l.in his. & ff.de ad-
mini.tut.l.ſi pupillus.

## De his quæ fiunt circa iudicium agentis in iure ceſſo. Rubrica 7.

73 QVAERITVR.† nunquid ille qui agit ex
iure ceſſo,cogatur facere fidem ceſsionis in
litis conteſtatione, petente aduerſario , vel
ſaltem cauere de rato? & eſt argumentum,
quod teneatur cauere,ſi fidem non faciat de ceſsione
ad exemplum tutoris,vt ff.de adminiſtratione tutorũ.
l.vulgo & ſyndici ſeu actoris vniuerſitatis,vt ff. quod
cuiuſque vniuerſitatis nomine.l.item eorum.§. actor.
in fine.& facit ff.de procu.l.non ſolum.§.qui alieno.&
l.j.§.ſed interdum. Econtra videtur,quod debeat co-
gi fidem facere de ceſsione,nec cauere de rato volens
admittitur,quia iudicium eſt actus trium perſonarũ,
de quibus primo debet inquiri.ff.de iudiciis.l.ſi quis
74 ex alien.C.de exception.l.fin.quia † ſi iudicium ſit in-
cõpetens,nullum eſt iudicium.Idem ergo in actore, ſi
actor ſit incompetens.facit ad hoc C.manda.l.per di-
uerſas.& lege ita tamen.Item idem dicimus in cohæ-
rede.ff.famil.erciſ.l.j.& 2.facit C.de mand.princip.l.2.
ff.ad Trebell.l.qui ita.§.etiam.& hoc placet,quia poſ-
ſet eſſe , quia ten tatiue ageret , vt videret vtrum poſ-
ſet vincere , & cum videret ſe poſſe vincere , tunc fa-
ceret ſibi cedi iura.cum adhuc non eſſent ceſſa. & ta-
lis ceſſio tibi prodeſſet , in quacunque parte Iudicij
eſſet facta,dummodo ante ſententiam,vt ff.de iudic.l.
licet.& qui ſatiſda.cog.l.Iulianus.& ff.de rei vendic.l.
75 ſin autem. Item quæro,† nunquid iſte cui ſunt ceſſa
iura,teneatur defendere ſedentem cum ſit factus pro-
curator in rem ſuam , ſecundum l.ff. de procurat. leg.
ſeruum.§,fin.& l.ſequ.& l.procurator. Sed qualiter
76 † formatur libellus in hac actione ceſſa?Reſpondeo.ꝙ
formandus eſt ſic, ſecundum dominum Benedictum
de Sergma,Proponit Titius contra Seium , donata &
ceſſa ſibi actione à Gaio,quod dictus Gaius mutuauit
dicto Seio vnciam auri.Quare petit dictus Titius, do
nata & ceſſa ſibi actione prædicta à dico Gaio,dictum
ſeruum ſibi condemnari ad ſoluendum dictam quan-
titatem pecuniæ. vel quod dictus Seius ei reddat di-
ctam pecuniam,ſaluo iure addendi &c. Sed nunquid
qui tenetur tibi vtili actione , te agente nomine tuo
& non nomine cedentis , eſt tibi obligatus ita,vt poſ-
ſis dicere in libello,eum tibi obligatum ? Quidam di-
cunt,quod non , ſed lex permittit tibi agere, id eſt,ad
77 vtilitatem tuam. Sed nunquid † cauſa ex qua fit ceſ-
ſio,debet exprimi in libello?arguo quod ſic.Codic.de
edict.diui Adria.tol.l edicto cum ſimilibus. Sed cum
actio vtilis competat ei,cui ceſſæ ſunt actiones ex ceſ-
ſione vel in ſubſidium , vel ex natura contractus ſine
ceſſione , nunquid debet eligere & exprimere agen-
do,qua velit experiri? directa nomine domini, an vti-
li ſuo nomine?Reſpondeo ſic.ſecundum D. Albertum
de Galliot.per l.ff.de ſol.l.ſi duo.& ff.de lega.j.l.ſi mi-
hi & tibi.tamen argumen.eſt contra,vt in ſumma præ-
dicti D.Alberti de Galliot.Sed quid ſi ſimpliciter egit,
nec fuit petitum quod illud exprimeret, quaſi dice-
mus eum intentaſſe ? dic vt dicunt in eadem ſumma
78 domini Alberti de Gallioto. Item quæro, † ſi habeo
obligatum ſpecialiter nomen debitoris mei ab ipſo
debitore meo, nunquid poſſim debitorem debito-
ris mei conuenire, antequam conueniam ipſum me-
um debitorem principalem ſecundum l.C. de action.
& obliga.l.aduerſus.& l.ſi.Dicunt quidam, quod pri-
mo debeo conuenire debitorem meum principalem
iſta ratione , quia fiſcus qui habet tacite obligata bo-
na ſui debitoris,ff.quib.cau.pigno.tacit cont.l.2.& ſic
nomi-



nomine quoque,vt ff.de verborum ſignification.l.bo-
norum.non poteſt cõuenire debitorem debitoris ſui,
niſi prius excutiat bona ſui principalis debitoris , vt
C.quando fiſc.vel priuat.l.non prius.Item & quia nec
poſſeſſor eſt pignorts ſui debitoris poterit conuenire
fiſcus antequam conueniat debitorem principalem,
vt ff.de iure fiſci.l.Moſchis.vnde cum fiſcus ex ſua ta-
cita hypotheca non poſsit,merito nec priuatus debet
poſſe ex ſua expreſſa,per authenti.C.de actionibus &
obligation.authentic.ſed hodie.Sed dominus Alber-
tus & dominus Ot.& dominus Iaco.Bel. dicunt con-
79 trarium , † ſcilicet quod poſsit conuenire debitorem
debitoris ſui,etiã debitore principali non excuſſo per
illas duas ll.aduerſus.& l.ſi.C.de action. & obligatio.
quæ non ſunt mutatę iſto caſu,vt dicũt , & ſic ſtare nõ
prohibentur,vt C.de teſtamen.l.ſcimus.& de appella.
l.præcipimus.nam authen.ſed hodie.dicit de poſſeſſo
ribus pignorum,quod vltimo loco conueniatur. at de
bitor debitoris nõ dicitur poſsidere pignus aliquod,
licet debitor ſic cõtineatur iure incorporali,& incor-
poralia non poſsidentur,vt inſtitu.de rebus corporali
bus & incorporalibus.& ff.de acquir.rer.do.l. ſeruus.
80 §.incorporales.Nec contra hoc facit,quod quaſi † poſ
ſidentur incorporalia,vt inſtit. de petit.hæredi.l.etiã.
81 §.j.quia nec quaſi poſſeſſor,dicit authenti. Item † non
obſtat in authen.de fideiuſſ.§.ſed neque.vbi dicit, ſed
neque ad res debitorum,quæ ab aliis detinentur, quia
ſenſit legiſlator de poſſeſſore pignoris , & nõ debito-
re.Item nõ obſtat idem §.ſed neque.ibi,vbi dicit,ideo
eſt dicere,vel ſi quos habuit homines ſibimet obliga-
tos,ex hypothecaria actione teneri poſſunt.quia intel
ligitur de obligatis ipſi creditori occaſione ipſius de-
bitoris:aliter tanquam fideiuſſores mandati, vel ſpon
ſores.quod poteſt eſſe,ſi promiſiſſet eum ſeruare indẽ-
nem de mutuo & credito , quem faciebat obligando
ſe perſonaliter & bona ſua iure pignoris & hypothe-
cæ,& ideo dixit, quia hypothecaria teneri poſſet. Itẽ
non obſtat l.non prius.ſuperius allegata in contrariũ,
quia illa loquitur in tacita hypotheca, ſecus in ex-
preſſa. Item non obſtat l.ff. de re iudicata. lege à di-
uo Pio. vbi dicitur, quod vltimo venitur ad nomina.
quia illa loquitur in executoribus ſententiarum .Ex
prædictis in præcedenti quæſtione, poſſum dicere,ſe-
82 cundum Accurſium de Reg.† quod mulier habẽs ex-
preſſam hypothecam,poteſt conuenire prius debito-
res mariti vel hæredum ſuorum. Secus autem,ſi omi-
ſiſſet expreſſam:quia tunc non poteſt ex tacita , vt ſu-
pra dixi,in fiſco,per l.non prius.C.quando fiſc.vel pri
83 uat.Item † quæro,quis debet iurare de calumnia?do-
minus , an procurator in rem ſuam? Reſpondeo , ipſe
procurator , cum ſit principalis perſona , & ſuum ne-
gotium gerat,vt not Accur.C.de procur.l.qui ſtipen-
dia.de actionibus & obligationibus.l.j.de hæredi.vel
actione vendita.l.emptor.& ita tenet Accur.in gl.or-
din.ff.de procur.l.non ſolum.in princip.in gl.j.grata.
ſuper verbo,interrogationibus.licet aliter dixerit D.
Paulus,ſi tamen dicatur idoneior,& melius ſcire veri
tatem debet venire, & iurare de veritate dicenda , vt
not. Accur.C.de iura.calumn.l.2.§.ſin autem fuerit.&
præiudicat,ſi confiteatur,vt ff.de lega.j.l.ſeruũ filij.§.
j.ſed Acc.de Reg.dicit.quod non hoc caſu debet com
pelli facere venire cedentem,cum propria ſit cauſa il-
lius ,cui ceſſa ſunt iura,& dictæ duæ ll.C.de iuramen.
calum.l.ſecũ.§.ſin autem.& ff.de procura.l.non ſolum.
in princip.loquuntur in eo qui alterius nomine agit.
84 Sed † quid ſi cedens ſponte veniat, & confiteatur, vel
dicat aliquid contra eum cui ceſſit?tunc dicit Acc.de
Reg.quod bene præiudicat,ſi ſit ſoluendo ipſe qui cõ-
feſſus eſt,alias nõ,ſi forte ſit quidam Spauoldus, & ita
iudex varie debet conſiderare ſecundum eum,& arg.
ff.de rei vend.l.in fundo.ff.de act.& obli.l.ſi. & in hac
ſententia fuit D.Vber,de Bobio,licet ſit arg. contra.ff.
quemadmo.ſerui.amit.l.ſi parte.§.j. ſed cum actiones
directæ non transferantur,quia ita ſunt oſſibus infixę,
85 vt dixi ſupra,quæ actio cedi poſ.ego quæro,† an domi
nus qui eas ceſſit,poſſit agere,vel eas alij credere? Re-
ſpondeo ſic,vt C.mãd.l.ſi pater. niſi aliquod de tribus
interuenerit,ſ.conteſtatio litis,vel partis receptio,vel
denunciatio,vt tamen ſibi ſoluatur. quæ denunciatio
debet fieri debitori,vt C.de nouation.l.3. & ſic,altero
iſtorum interueniente, vtilis præfertur directæ , alias
non,& ſic intelligitur l.ff. de procurator.l. in cauſæ. §.
86 ſi.ſecundum Acc.de Reg.Sed † nunquid ille, cui ceſſio
facta eſt,poterit producere eos teſtes in cauſa,qui pro
duci non poterant à cedente, puta domeſtici & fami-
liares,vel parentes & ſimiles?Reſpondeo.quod poteſt
producere in teſtes & cedentem & domeſticos , & fa-
miliares eius, & ſimiles , dummodo aliquod commo-
dum dictæ cauſæ non ſpectet ad ipſum cedentem,nec
pro munere , nec pro alia quacunque cauſa vel ratio-
ne,vt C.de iure dotium.l.j.ff.quando appel.ſit. l.j.§. in
propria.& facit C.de euict.l.2. & quia non eſt prohibi
tum,cum edictum de teſt.ſit prohibitorium, vt arg.ff.
de teſt.l. j.& maxime , quia de propria cauſa eius
qui iura ſibi ceſſa accepit, vt ff.de procu.l.
quæ omnia.§.placet.licet ſit arg.con
tra ff.de acqui.poſſeſ.l.Pompo-
nius.§.cum quid &c. &
hæc dicta ſufficiãt.
Deo gratias.
Amen.

FINIS.

# TRACTATVS CESSIONVM INCERTO AVTHORE

*SVMMARIVM.*

1 *Vtilis actio an ſine ceſſione competat.*
2 *Cedens ceſſione facta, ſi agat directa actione, an præferatur ei, cui facta eſt ceſsio.*
3 *Actio hypothecaria an tantum nudam poſſeſsionom reſpiciat.*
4 *Res ſi duobus ceſſa ſit, ad quem ratio maxime ſpectet.*
5 *Confeſsio quando non præiudicet.*
6 *Qui per alium facit, per ſeipſum facere videtur.*
7 *Concedendo iura, an quis faciat procuratorem vt in rem ſuam.*
8 *Procurator, non dominus, eſt ante litem conteſtatã.*
9 *Ceſsio facta principali, an valeat.*
10 *Ceſsio hypothecaria quando non valeat ſine principali.*
11 *Ceſsio facta ſine cauſa, an valeat.*
12 *Interueniente pretio, emptio præſumitur, non ceſsio.*
13 *Probare cuius ſit, pecuniam datam fuiſſe.*
14 *Vtilem qui habeat actionem, an directam habere queat.*
15 *Experiri nemo poteſt ſine actione,*
16 *Fideiuſſor an teneatur, ſi principalis pignus debitori reddidit.*
17 *Iura & actiones an debeãt cedi pro parte vel in ſolidum fideiuſſori.*
18 *Iura & actiones an ſpecialiter in fideiuſſorem cedi debeant.*
19 *Debitorum nomina ſunt incorporalia.*
20 *Cedens an ceſsionarium in ius vocare poſsit.*
21 *Minor an actione cedere poſsit.*
22 *Ceſsio, an venditio cenſeatur.*
23 *Vendito nomine, venditur inſtrumentum nominis.*

CESSIONVM materia vtilis
multum, non multis eſt cogni
ta: & alias ſæpe vidi cõſuli pe-
ritiores, & male reſpõdere. Id-
circo breuiter tractabo ea, quę
de hac materia mihi vtilia vi-
debuntur. Et primo antequam
ad alia procedam, ſciẽdum eſt
1 ꝙ vtilis actio nũquam † ſine ceſsione competit alicui.
Et hæc eſt regula generalis. quæ quidem fallit in quin
que caſibus ſpecialibus. Primus eſt in actione ex ven-
dito, vt C. de act. vel hæred. vẽd. & l. 2. & 3. & l. emptor.
& l. poſtquam. Secũdus, in nominibus in dotem datis,
vt C. de act. & oblig. l. nominibus. Tertium, in nomine
ne in ſolutũ dato, vt C. quando fiſc. vel priua. l. fi. Quar
tus, in legato nominis, vt C. de leg. l. legato nominis.
Quintus eſt ff. de pig. act. l. ſi conuenerit. In iſtis ſolũ-
modo quinque caſibus, & non in aliis, eſt ſpeciale.
2 ¶ † Quæro, Procedendo vlterius, ponamus: Aliquis
ceſsit mihi actionem in decem: facta ceſsione, poſtmo
dum ipſe egit in actione directa ſuo nomine. Ego, cui
facta eſt ceſsio, egi vtili. Quis præferatur in agendo?
Ego qui ceſsi. vt ff. de procurato. l. in cauſæ. §. penulti.
Et hoc verum videtur in tribus caſibus. Primus eſt, ſi
denunciaui debitori antequam ageretur vt ſolueret il
li qui ceſſerat iura. Secundus eſt, ſi litem fui iam con-
teſtatus. Tertius, ſi partem recepi pecuniæ. Iſti caſus
not. c. de do. l. fi.

¶ An autem cedens poterit agere, de hoc vide ple
ne per Bar. in l. ficta. §. ſi hæres. ff. ad Trebel.
¶ Quæro, Quid ſi cedens mihi exegit, nunquid repe
tam ab ipſo, vt mihi reſtituat? Dico quod ſic. argu. ff. ſi
ager vecti. vel emphy. pet. l. j. §. qui mihi competit.
¶ Quid erit? Quidam obligauit mihi nomen debi-
toris ſui. quæ actio mihi datur? Quidam dixerũt, quod
datur mihi hypothecaria, vt Cod. de hæredi. action. l.
hæredem. Sed Mar. Syllanianus. dicit, quod peſsime di-
3 cunt, quia † natura hypothecariæ eſt tantum aduoca-
re nudam poſſeſsionem, vt ff. de emption. & venditio.
l. ſi cum venditor. vnde dicit, quod datur inutilis ex
contractu, ex quo ille poterat agere directa: quia ſi po
terat ille agere directa ex mutuo, & certi condictione
& vtili, argumen. l. nomen. C. quæ res pignor. obligari
poſ. Nec obſtat de actio. vel hæred. vendi. quia illa lo-
quitur in tacita hypotheca. Et ita videtur innuere gl.
ordinaria in l. & cum ipſe. & ita dicit gloſſ. ordinaria
ſuper l. nomen. §. & actiones contra debitorem meum
ipſe cui geſsi.
4 ¶ Quæro, ceſſi alicui iura aliqua. † nunquid illi
cui vltimo facta eſt ceſſio, habeat actionem, & agere
poſſit? domin. Ioann. dicit quod non, ex eo quod infi-
nitas eſt euitanda: vt Cod. de ſacro. ſanct. & l. inter di-
uinum.
¶ Quid erit? Aliquis in rem ſuam agit contra me,
dico ego, tu non potes agere nec experiri, quia ſatiſfe-
ci illi, qui tibi ceſſit ante ceſſionem factam: dixit iſte,
non eſt verum: dixi ego, faciam eum venire coram iu-
dice: dixit ipſe, libenter. finaliter, venit ille qui ceſſit,
& confeſſus eſt me ſibi ſoluiſſe: iſte, non obſtante con-
feſſione, vult agere, dicendo quod non præiudicat ſi-
bi talis confeſſio. Nunquid poteſt? & certe videtur
quod talis confeſſio ſibi faciat præiudicium, argumẽt.
l. ſecundæ. Codic. communia de legat. & de vſuris. l. ſi.
5 ff. finium regundorum. l. eos. † Econtra videtur, quod
non præiudicat talis confeſſio. argument. ff. quemad-
modum ſeruit. amittã. l. ſi partem. §. primo dict. Vbert.
de Bobio ita diſtinguit in quæſtion. iſta & refert quæ
ſit perſona confitentis, vt ſi eſt talis perſona, quæ poſ-
ſit ſatiſfacere vtrique, & tunc nõ faciet præiudicium.
ita Iudex debet varia ſtatuere ex perſonis & cauſis. ff.
de rei vendicatione l. in fundo. & action. & obligatio.
l. fin. Codic. ſi quis imperator. maledixerit. l. prim. cum
ſuis ſi. nota. per Bartol. in l. prim. in prin. ff. quod actio-
nes competentes vni, dentur alij, intelligitur de vtili-
bus, nõ de directis: & ibi, quid ſi ſtatutum dicat, quod
per liberam perſonam quæretur nobis actio, vbi di-
ſtinguit.
¶ Quæro, aliquis conſtituit procuratorem ſu-
um, & dedit ei poteſtatem liberam, quod poſſit ce-
dere iura & actiones fideiuſſoribus contra debitorem
ſuum: dicit fideiuſſor conuentus, Ecce ego ſum para-
tus ſoluere, cedas mihi iura quæ habet dominus con-
tra debitorem principalem, cuius ſum fideiuſſor: di-
cit procurator, Paratus ſum, dummodo ſoluas. & o-
ſtendit inſtrumentum procuræ ſuæ & mandati ſui.
videns fideiuſſor dictum mandatum, dicit: Non
habes mandatum ſpeciale ſuper hoc: & ideo volo te
condemnari, quia non potes cedere. Nunquid debe-
bit condemnari? & videtur quod non, argumento.
ff. de fideiuſſoribus. l. ſi mandati. & l. ſi cui. l. finali eo-
dem titulo, & ff. ad Trebellianum. l. reſtituta. de au-
thoritate tutorum. l. pupillus. Contra videtur argu-
6 mentum illius generalis dicti, Qui † per alium facit,
& cæter. vt ff. de adminiſtratione tutorum. l. ita autem
§. geſ-



ſiſſe. de vi & vi armata. l. prima. §. dixiſſe. ne quis
eum, qui in ius voca. eſt, vi exi. l. ſi per aliud. §. j. non fa-
cit tanquam ipſe, ſed tanquam alius, vt ff. de adopti. l.
ſi pater. §. qui duos. Item verba debent aliquid opera-
ri. ff. de legatis j. l. ſi quando. ff. ad municip. l. prima. ſed
dominus Albertus Papienſ. & do. Vbertus de Bobio,
dicunt quod ipſe non poſſet cedere iura in hoc, tali ra
tione, quia cedendo iura, faceret procuratorem vt in
rem ſuã, vt ff. de condi. indebit. l. fi. §. Titius. & l. ſi pro-
curator. & C. de procura. l. quod quis. & l. neque tuto-
res. ff. de procur. l. Pomponius. & ſi ceſſerit, nõ valet, vt
puto. immo dicebat dom. Albertus Papienſ. quod qui-
cunque aliter dicit, hæreticus eſt: ſed do. Homobonus
Cremonenſ. reſpondebat huic argumento, dicit ipſe,
certe hæreticus non ſum, & tamen dico contrarium.
Nec obſtant argumenta allegata, quia ego bene con-
7 fiteor, quod cedendo iura, facio † procuratorem vt in
rem ſuam ſecundum dominum Albertum, ſi habet ad
hoc ſpeciale mãdatum, bene poterit cedere alteri an-
te litem conteſtatam, & facere alium procuratorem
in rem ſuam, cum in aliis iudiciis & litibus procura-
tor non poſsit alium procuratorem conſtituere ante
8 litem conteſtatam, quia non eſt dominus † ante litem
conteſtatam, vt ſupra dict. l. neque. & l. quod quis. Sed
ſi habent ſpeciale mandatum ad procuratorem conſti
tuendum, & certus eſt ille qui debet conſtitui, nũquid
potero conſtituere? Certe ſic. argumen. ff. de procurat.
l. ſecunda. Sed nonne certus eſt iſte, cui debet cedi iu-
ra & conſtitui procura. vt in rem ſuam? Si ergo eſt be-
ne certus, bene poteſt conſtituere ipſum procuratorẽ
in rem ſuam, & ita poterit cedere iura & actiones, &
facere procuratorem in rem ſuam: & ita non obſtat o-
pinio do. Alberic. maxime argumentum ſuum. Et hæc
argumenta ipſa veritas: & in hoc videtur concor. gloſ.
ordin. quæ eſt ff. de procu. l. 2. Ego in quodã cõſilio fui,
& feci in tali caſu dari fideiuſſores, vel aliter ſatiſdari
ab illo procuratore, qui erat paratus cedere cum illo
mandato, per dominum qui conſtituerat ratam habe-
re illam ceſsionem, cuius nomine fiebat, quia erat in
longinquis partibus. Et hoc tolerari poſſet, vt euite-
tur fraus iſtius procuratoris petentis, & cedere vo-
lentis. Et nota hanc quæſtionem, quæ ſæpe venit de
facto.
9 ¶ Quæro, Aliquis ceſsit † ſuo principali, nunquid va-
let ceſsio? Et videtur quod ſic, vt ff. de action. vel hære.
vend. l. fin. & C. mandat. l. fin. & l. ab Anaſtaſio. & l. per
diuerſas, eo. & ff de except. rei iudica. l. ſi extante. §. La
tinus. Contra videtur, & ita dicit gloſ. ordinaria, quod
quæ eſt acceſſoria, non poteſt cedi ſine principali. arg.
ff. de reg. iur. l. cum principalis. Et quod ſit acceſſoria,
probatur. ff. de inſtito. l. pupillus. §. præſcribere. domi.
Mar. ibidem dicit, quod credit quod ſic, non tamẽ pro
certo aſſerit, argumen. l. fin. C. de actio, vel hæred. ven-
di. vbi glo, ordinaria dicit, quod cedi non poteſt, quia
ſi diceremus; iam hoc eſſet abſurdum: quia ſi cedens
ageret actione principali, alius hypothecaria cauſa,
perderet ſuam naturam actionis realis hypothecaria.
& ita dicit gloſſ. ordinaria. Ego autem adhibeo diſtin
ctionem: aut iſte qui cedit, habet principalẽ actionem
10 hypothecariam: & † tunc non valet ceſsio hypothe-
caria ſine principali, quia forte ſtetit per triginta an-
nos, quod ipſe non egit. Et tũc bene valet ceſsio, vt C.
de luitio. pigno. l. 2. in gloſ. quę incipit, intelligere de-
bes quod fuerit ſublata principalis tãto tempore. not.
C. de præſcrip. long. temp. triginta anno. l. cum notiſsi
mi. §. j. quæ omnia ſunt vtilia.
¶ Quid ſi aliquis ceſsit alicui actiones vtiles, dire-
ctas, ciuiles & prætorias contra debitorem ſuum, &
conſtat in inſtrumento, quod præcepit eum occaſio-
ne iſtius ceſsionis, tamen non continetur cauſa in in-
11 ſtrumento, nunquid valebit talis ceſsio † facta ſine
cauſa? Et certe videtur ꝙ non. argument. ff. de his qui
not. infam. l. 2. & l. ignominiæ. & de tranſaction. l. cum
hi. §. cauſa. & C. de procura. l. qui ſtipendia. & de pro-
ba. l. exemplo. Contra dicitur C. de præd. curialium. l.
fi. vbi dicitur, quod poſtquam pretium interuenit, præ
12 ſumitur † emptio & vẽditio. & ita præſumũtur omnia
ſolenniter acta: vt ff. de præſcript. verbis. l. natura. Sed
ego contra per l. qui ſtipendia, ſupra allegatam. & hęc
eſt veritas, & faciũt iura allegata pro iſta parte, quod
non valet ceſsio.
¶ Quæro, quid ſi in inſtrumẽto apponatur, quod nõ
13 ſit data pecunia, nunquid debebit pecuniã † datã pro-
bare iſte, cui ceſſa ſunt iura? Videtur quod ſic, vt de nõ
nu. pecu. l. ſi ex cautione. de rei vendic. l. dolus. & l. per
diuerſas. C. mandati. & l. ab Anaſtaſio. eod. tit. Sed do.
Mar. Sylla. contra, & ego, quia præſumo omnia ſolen-
niter acta, vt inſtit. de fideiuſſo. §. fi. & C. de contrahẽ.
& committen. ſtipul. l. j.
¶ Quæro, aliquis promiſit mihi codicem ad aliquid
in quodam inſtrumento, & promiſit omnes expenſas
quas faciam in exigendo illum codicem, poſtea. ceſsi
omnia iura & omnes actiones alij, nunquid iſte pro-
miſſor meus tenebatur ad expenſas illi cui ſunt ceſſa?
Et videtur quod non, quia ille fuit principalis qui me
ruit hoc priuilegium, argu. ff. de adminiſt. tut. l. ex plu-
ribus. ff. de leg. 2. l. patronus. ego contra vt inſt. de ver.
obl. §. ex conditionali.
¶ Quæro, aliquis agit contra me iure ceſſo: dico ſi-
bi, Vtrum agis ex perſona tua, an non? id mihi ſpecifi-
ces. & ipſe dicit, Nolo tibi exprimere: nunquid coge-
tur? videtur quod ſic, vt ff. de tributio. l. quod in hære-
dem. §. eligere. item quia directa competit ex mente,
vtilis ex verbis, vt ff. de negocior. geſto. l. negociorum.
14 Item alia † poſſum cum habeo directam, quæ non poſ-
ſum cum habeo vtilem. nam ſi exprimat, tunc eris in-
ſtructus. argu. ff. de eden. l. 2. Econtra dicitur quod nõ,
vt ff. de pet. hæred. l. nec vllam. & l. ſi quis ſciens. de eui
ctio. l. minor. Item tantum conſequitur per directam,
quantum per vtilem. l. action. ff. de nego. geſt. Quid di-
cemus? dico quod tunc exprimerem per l. ſi duo. ff.
de ſol.
¶ Quæro, quid ſi egit quis contra me, & non habet
animum litigandi, & cum facta eſſet litis conteſtatio,
& aſſignati termini & dilationes vtrique parti ad pro
bandum, & cum factæ fuerint probationes, & con-
cluſum in cauſa, dum eramus prope ſententiam, vidẽs
iſte quod ſuccumbebat in cauſa, iuit ad quendam de-
bitorem ſuum, & dixit ei, Nonne talis debet tibi cen-
tum, quæ mihi debes? dixit ipſe, ſic. dixit iſte, cedas mi
hi iura & actiones quæ habes. & ceſsit. & iſte habens
talia iura ceſſa, facit talem poſitionem mihi: pone
quod debes centum tali, ex tali cauſa, item quod con-
tra te & tua bona habeo iura ceſſa de debito iſto, mo-
do excipio ego & dico: quid ad te, ſi debui illi? iſte di-
cit, reperio inſtrumentum, qualiter idẽ mihi ceſsit iu-
ra, quod facere potuit, vt C. de probation. l. ad probat.
Modo quæritur, nunquid talis poſitio admittetur, ex
quo habuit ius petendi ante ſententiam diffinitiuam,
ita quod condemnatio fiat? Et videtur quod ſic. vt ff.
ad exhib. l. tigni. & de rei vendica. l. ſi autem. & l. ſi mã-
dauerit. mandati. de pignor. l. ſi rem. §. finali. & l. ſi ita
argumen. iſtarum legum, quod actio competat cum ef
fectu. Econtra videtur quod non admittatur, vt ff. de
iudiciis. l. non poteſt. de aqua pluuia arcenda. l. hacte-
nus. ad fi. & pro derelicto. l. aut pars. C. de fideicõmiſ-
ſaria liberta. l. inter. ff. communi diuidund. l. ne fundũ.
Quid ergo dicẽdum? Ego ita diſtinguo. Aut iſte eſt li-
tem conteſtatus nomine ſuo aut alieno. Hoc ita intel-
ligas, aut directa agit, & videtur nomine illius qui ceſ
ſit, & tũc tenet iudiciũ, quia poſtea cedendo ratificare
videtur, vt ff. de iud. l. licet. Aut ſimpliciter egit, & etiã
tunc habet locum dicta l licet. j. nomine meo vtili iu-
re ceſſo, vel ſi ſuo, tunc poſt litem conteſtat. argu. cum

proſequitur,ſi alieno,dic quod ſic.ff.de iudi.l. licet.ff. qui ſatiſda.cog.l.iudic.& de mino.l.& ſi fine.§.fina.& in hac opiniõe ſum,& fuit domi.Guido de Suza.quia hæc ſine dubio eſt vera opinio.

¶Quæro,habeo debitorem,& fideiuſſor vult ſatiſfacere,ſi volo ſibi dare pignus,vt C.de fideiuſ.l.2.& l. fideiuſſor.ego nolo dare, nunquid poterit me cogere
15 ad dandum ſibi pignus?Et primo † videtur quod non. qua autem actione,non video,& nemo ſine actione experitur,vt ff.de petitione hæreditat.l.ſi quid poſſeſſor. Ego dico contrariũ per duo iura,vt C.loca.l.ſi diuerſa.ff.de fideiuſſ.l.ſi fideiuſſor. ſuccurri debet.Sed quo iure cogetur?Reſpondeo,iudicis officio.Nec obſtant leges,quæ allegantur à quibuſdam.l.nulla.C.de ſolut. quia illæ loquuntur in extraneo qui non fideiuſsit,ſed volebat ſatisfacere creditori,& volebat quod cederẽtur,& darentur ſibi pignora, quæ dari ſibi non debebant per leges allegatas.

¶Quero,habeo fideiuſſorem,debitorem & pignus, & poſtea venit & rogauit me,quod eidem cócederem licentiam vendendi pignus prædictum,dicendo,tu es bene ſecurus de debito:amore mei concedas mihi licentiam.Et dixi,libẽter;facta ceſsione,ego poſtea cõtra fideiuſſorem ago,quoniam principalis aufugit cũ omnibus ſuis bonis.dicit fideiuſſor,cedas mihi pignora,vel iura in pignore quæ habes,& paratus ſum ſatiſfacere tibi.Dico ego,facere non poſſum,quia feci gratiam debitori vt pignora venderet.dicit fideiuſſor,id tibi imputes, hoc nolo redundaſſe in mei præiudiciũ. quid dicendum?Certe quidam male intelligentes,ſcri
16 pſerunt, † quod fideiuſſor non teneatur ad ſolutionẽ, per l.Stichum aut Pamphilum.ff.de ſolutionibus.Ego autem dico & credo expreſſe,quod ſi feci gratiam debitori vt venderet pignus, certe hoc non obſtante, quod non poſsit cedere pignus & materiam pignoris ipſi fideiuſſori,nihilominus ipſe fideiuſſor cogitur ad ſolutionem,argumen.l.j.ff.quib.modis pignus vel hypotheca ſoluitur.& de his quæ in fraudem creditorũ. l.ſi pignus,quæ lex eſt aurea ad materiam iſtã. & hoc, niſi dolo fecerit gratiam debitori.nec obſtat l.Stichũ aut Pamphilum.§.penultimo.quæ in contrarium allegatur,quia illa lex loquitur in perſonalibus: non contingit culpa ſua,quia fecit pactum de non petendo.

¶Quæro,ago contra fideiuſſorem:dicit fideiuſſor,
17 paratus ſum ſoluere,cedendo mihi † iura & actiones contra fideiuſſorem meum.Nunquid debeo cedere in ſolidum vel pro parte? Et certe videtur quod in ſolidum,vt ff.de legat.j.l.ſi res obligata. in fin.Tu contra, & dicas quod pro parte tantum.ff.de tuto.& curat.l.ſi plures.& de pecu.l.quæſitum.& eſt gloſ.C.de duobus reis.l j.& hæc eſt veritas.

¶Quero,Aliquis bannitus ceſsit mihi iura & actiones,an potero experiri & agere tali iure ceſſo à bannito ſeruo? Aut ceſsit mihi ex cauſa lucratiua,aut ex onerosa. Si ex lucratiua,tunc non poſſum, vt quia donauit. Si oneroſa,ſic,vt ff.de exceptione doli.l.apud Celſum.& dic vt ibi per Bartolum. & l.ſi procurator. & l.pater.

¶Quæro,vendidi nomẽ debitoris & actionẽ quam habebam contra debitorem,& in ceſsione nihil dictũ fuit de fideiuſſore,venit operæ emptor, & vult agere contra fideiuſſorem ex iſto iure ceſſo,An poteſt?Et videtur quod ſic.ff.de actionibus & obligationibus.l.3. & de lega.3.l.nomen.in princi.Econtra videtur quod duo iura,quia ad hoc vt poſsit agere iure ceſſo:opor-
18 tet quod ſpecialiter cedantur † iura & actiones cõtra ipſum fideiuſſorem.argu.duarum ll.ff.de hæredita.vel actione vendi.l.qui filij nomine.& l.antepe.ergo cum non ceſſat,non valet ceſsio,nec agere poteſt.Item alio argu.Nam ceſsio eſt ſtricti iuris, vnde potius videtur omiſſum per l.quicquid adſtringendę.ff.de verborum oblig.& ad hoc ff.de fideiuſ.l.vt fideiuſſor.Et ſic dico, quod nec ex ceſsione,nec ex vi ceſsionis,fideiuſſor talis poterit conueniri,argu.præalleg.ll.

¶Quæro,iuxta prædicta,nunquid iſte fideiuſſor petere poſsit aliquo iure?Et dico quod ſic,ſi illa actione, quæ poſita eſt emptori,eo ipſo quod emit, vt C. mandati.l.j.ſed ex ceſsione,non.cum nõ fuerit facta contra ipſum. Et hoc verum,licet quidam aliter voluerint dicere.

¶Quæro,quidam obligant debitori,vt ff.ad Tertullianum.l.ſi legatarius.§.primo,volo agere contra debitorem debitoris hypothecaria.mihi obiicit,quod primo debeam res & bona debitoris principalis excutere,nunquid cogetur?Reſpondetur,alias fertur d.Alber.Papien.reſpondiſſe in quodam conuentu, vtili argumen.cuiuſdam l.penul.C.de actionibus & obligat. quia videtur hoc tantum contingere in hypo.pignoris,ſed in nominibus debitorum aliud debetur de iu-
19 re cenſeri,quia nomina debitorũ † incorporalia ſunt, ergo nullo modo poſſunt poſsideri,vt ff.de acquir.rerum domin.l.ſeruus.§.incorporales,& ff.de vſuris.l.ſequitur.§.ſed noſtra.& quod non mutatur, quare ſtare prohibetur.l.ſancimus.C.de teſtamen.& de appellat. l.præcipimus.in authen.quibus mod.na.effi.ſui.§.tribus.Tu dicas contrarium,vt C.quando fiſc.debit.ſuũ quę.l.non prius.ff.de iure fiſci.l.Moſchis.Sed d.Alber. eſt illis iuribus contrarius,& dicit non obſtare, quia loquitur in tacita hypotheca,non expreſſa.ſed ita non intelligitur lex illa,vel poſſumus dicere ſpecialiter in fiſco.

¶Quæro,aliquis agit contra aliquem, & non dimiſit procuratorem.quod facere potuit: nunquid imputabitur ſibi?videtur quod non, quia non tenetur mittere.glo.ordi.dicit,quod non.ff,ſi quis cau.l.2. Ecõtra videtur mittere,& dimittere. argumento ff.de proc.l. j.§.iuſti.& de mino.l.Pamphil.& ex quibus cau. maio. l.ſed & ſi per prætorem.§.aduerſus tu ita potes dicere & diſtinguere,An ſit grandis ille contra quem agitur, an non.Et ſi grandis ſit,non tenetur.ff.de proc.l.in pecuniariis extra.de procur.c.quærelam.ſi ſecus ſit,tunc tenetur.

¶Quid ſi dictum eſt in citatorio,quod veniat & habuit reſponſalem,nunquid tenetur mittere procuratorem?Reſpõdeo:Sic continuat Ioannes Teutonicus decretorum doctor extra.de dolo & contuma.c.cum dilecti.ff.de diuer.& temp.præſcr.l.j.& iſta ſunt illa,quę pro maiore parte conſueuerunt notare communiter Nico.Mata.& poſtea Iac.de Are.

¶Sed iuxta hoc quæro, Quid ſi tibi ſub pœna promiſi,non facere aliquod opus in ſolo meo?poſtea alienaui ſolũ,& emptor fecit,An teneat?Et an emptor etiã teneatur?vide per gl.in l.3.§.2.ff.de alien.iud.mut.cau. fact.& in l.fi.ff.de contrahen.emp.

¶Sed quod das exemplum?vendidi tibi fundum,in quo ante venditionem,dãnum factum fuerat,ego non egi,ſed poſt venditionem volo agere. An poſſum,ita quod emolumentum meum ſit?dic quod ſic.vt l.is qui imput.§.ſi poſt ea.ff.quod vi aut clam.& per Cy. in ſimili.ff.de iuriſd.om.iudic.l.ſi.in quæſtione ſi. Et plura alia vide vt ſcripſi in dict.l.3.§.2.ff.de alie.iudi.mutan. cauſa fac.

20 ¶Sed an † cedens ad petitionem ceſsionarij teneatur venire in iudicium cum conuenitur?dic quod ſic vt de euictione tenetur. vt quia ceſſit cauſa oneroſa, quia ad eum ſpectat commodum & incõmodum,iuxta l. primã §.in propria.ff. quando app.ſit. pro quo facit.Codic.de vſur rei iudic.l. fin.§.& antiquitas.ff. de pœnis. leg. quod dictum. alias, ſi ex cauſa lucratiua, non tenetur venire, facit l. quod ad res donatas.ff. de ædil.edic.

21 ¶Sed an † minor poteſt cedere actionem? dic quod ſic,vt no.per Bar.in l.j.fuit quæſitum.ff.ad Treb.

¶Sed an tutor poſſit cedere actionem pupilli? dic quod



quod non,per Bar.in l.Reſtituta.§.pupillus. eodem titulo.Laus Deo.

¶Nota quod cedens iura contra debitorem, non transfert ius agendi in ceſsionarium contra debitorem,niſi in tantum quantum ſoluit.Et ſic cedo tibi iura contra Titium,niſi ad illa.l.quæ mihi ſoluiſti.l. per diuerſas.& l.ab Anaſtaſio.C.mandati.

22 Item nota † quod ſi ſtatuto cauetur, quod debitor non poſsit detineri pro debito, quod ceſsionarius nõ poteſt facere detineri debitorem pro debito ſibi ceſſo.ita notat Bald.in l.plane.ff.famil.erciſc.

¶Item nota quod ceſsio actionis & iurium cenſetur quædam venditio,& vt alterius rei venditio regulari debet,probatur in l.ſi is.& l.ſi dubitetur.primo reſpon.§.fin.Spec.in tit.de ceſsio.actio.§.j.verſi.ſed nun quid minor.& verſic.ſequitur.tangitur in l.2.C.de reſcinden.venditione.

¶Item nota quod vendens nomen tenetur tradere inſtrumentum nominis,vt no.per Baldum in l.inſtrumenta prędiorum.Cod.de fideicommiſsis:

FINIS.

# TRACTATVS SINGVLARISSIMVS RENVNTIATIONVM IVRIS CIVILIS,

EXIMII LEGVM PROFESSORIS DN. IACOBI BVTRIGArij Bononienſis Doctoris maximi nominis,ac Bartoli ipſius diſcipuli.

## SVMMARIVM.

*Renuntiari quibus legum beneficijs in contractibus & inſtrumentis ſoleat. Et ſeriatim enumeratur hic 53.iuris renuntiationes.*

### ¶Beneficio epiſtolæ diui Adriani.

CONSVEVIT renuntiari epiſtolæ diui Adriani, & eſt beneficium, quod quando aliqui ſunt obligati in ſolidum per huiuſmodi beneficium,ſi omnes prędentes ſint ſoluẽdo tempore litis conteſtat. poſſunt poſtulare, vt actio diuidatur inter eos,vt vnuſquiſque pro virili portione conueniatur, & non in ſolidum:& ſi huiuſmodi beneficio fuerit renuntiatum,creditor poterit,quem velit,conuenire,vt C.de conſtituta pecunia.& l.fina.& inſtit.de fideicõmiſ.§.ſi plures.cum ſuis ſimi.& habet locum inter plũres fideiuſſores,& conſtitutores,& mandatores, & tutores,&c.& hoc ſecundum iura antiqua.Et hodie habet locum inter principales debitores in ſolidum obligatos,per auth.de duobus reis.

### ¶Beneficio authent.præſente.C.de fideſſoribus.

ITEM conſueuit renuntiari beneficio nouæ conſtitutio.de fideiuſſoribus.per quod beneficiũ ſuccurritur fideiuſſoribus & mandatoribus & ſponſoribus. nam poſſunt poſtulare quod reus primo conueniatur, ſi ipſe reus principalis præſens fuerit & ſoluendo: vel ſi præſens non fuerit reus,datur tempus arbitrio iudicis fideiuſſoribus,vt infra illud tempus reum principalem repræſentent:& poſt conuenietur fideiuſſor, ſi reus non venerit:& ideo renuntiatur illi iuri, vt creditor poſsit conuenire quem voluerit:vt C.de fideiuſſo. authen.præſente.

### ¶Beneficio authent.hoc ita.de duobus reis.

ITEM conſueuit renuntiari beneficio nouæ conſtitutionis de duobus reis,per quod beneficium ſubuenitur de duobus reis debendi:nam poſſunt poſtulare per illud beneficium non inſolidum, ſed pro parte poſſe conueniri.quod poterat fieri de iure antiquo:licet non eſſent in ſolidum expreſſe obligati. Sed hodie niſi expreſſe agant, quod quilibet in ſolidum ſit obligatus,vel alter ex reis ſit non ſoluendo in totum vel in parte, vel ſit abſens, non dicuntur quilibet in ſolidum obligari:& ideo renunciatur illi iuri,vt creditor illis interuenientibus poſſit quem voluerit inſolidum conuenire.vt C.de duobus reis,auth.hoc ita.& habet locũ iſta beneficia quotieſcunque duo vel plures principaliter ſe obligant:vnus enim pro altero intercedere videtur,quando ſe obligant vltra partem ipſum tangentem.

### ¶Beneficio cedendarum actionum.

ITEM conſueuit renunciari beneficio cedendarum actionum, per quod beneficium poteſt poſtulare fideiuſſor,& alij qui ſunt obligati in vna obligatione, ſibi cedi iura & actiones; quas creditor habet contra alios fideiuſſores,vel contra alios pro quibus ſunt obligati:alioquin niſi cedantur eis à creditore, poteſt recuſare ſolutionem:& ideo illi iuri renunciatur: vt ff.de fideiuſſoribus.l.fideiuſſoribus.& de ſolution.leg. Modeſtinus.& l.Stichum aut Pamphilum.eod.titu.Et prodeſt creditori,quod ſi fuit renunciatũ,poterit creditor eligere quem voluerit de fideiuſſoribus vel aliis conreis, & alteri gratificari:& ille à quo exegit debitum,poterit petere vt cedantur ſibi actiones aduerſus alios,quibus creditor vult gratificari,cum iam fuerit renunciatum.

### ¶Beneficio feriarum.

ITEM conſueuit renunciari beneficio meſſium, vel vindemiarum, vel aliarum ob neceſſitatem hominum introductarum:nam tempore meſſium vel vindemiarum non debet aliquis vocari in iudicio, niſi illis feriis fuerit renunciatum: aliis autem feriis in honorem Dei introductis renunciare nemo poteſt.vt habetur de his omnibus C. de feriis.l. omnes dies.cum ibi nota.& ff.de feriis.l.j.& extra.de feriis.capit.fina.cum ſimilib.

### ¶Beneficio exceptionis non numeratæ pecuniæ.

ITEM conſueuit renunciari exceptioni non numeratæ pecuniæ, non traditæ nec redditæ rei, quæ conſiſtit pondere, numero, vel menſura: & iſta exceptio quandoque habet locum infra biennium, quandoque infra 30. dies, aliquando infra annum, & aliquando infra tres menſes. nam ſi debitor confitetur

ſe pecuniam accepiſſe, quam in veritate non accepit, poteſt opponere exceptionem nõ numeratæ pecuniæ infra duos annos à die confeſsionis:& vt eam nõ poſſit opponere,renuntiat illi exceptioni in inſtrumento. Quãdoq; debet opponi infra 30.dies.nã ſi creditor cõfeſſus fuerit ſpe futuræ numerationis ſe recepiſſe creditum à debitore ſuo,habet exceptionem non numeratæ pecuniæ infra 30.dies.& præmiſſa locum habent in mutuo,non in aliis rebus.vt C.de non numerata pecunia.l.in contractibus.prope princ.cum ſimil. Quandoque habet locum infra annum,vt ſi maritus confeſſus fuerit ſpe futurę numerationis ſe recepiſſe dotem, quam reuera non accepit,competit ei exceptio nõ numeratæ dotis infra annum poſt ſolutum matrimoniũ. Et hoc ſi matrimonium durauit minus duobus annis. Si vero plus biennio durauerit, ſed minus decennio, tunc infra tres menſes eſt opponenda.& ideo ne poſſit opponi,iſti renuntiatur, vt C.de dote cauta non nu. l.ſi & authent.quod locum. ibi poſita.

## Beneficio erroris calculi.

CONSVEVIT renuntiari beneficio erroris calculi.nam ſi partes in aliquo cõtractu errauerint in cõputatione,iterato debet fieri computatio,licet plures fuerint factę,niſi illi iuri fuerit expreſſe renuntiatum, vt C.de errore calculi.l.vna.

## Beneficio clauſulæ generalis l.j.ff.ex quibus cauſis maiores.in fin.

CONSVEVIT renuntiari clauſulæ generali, ſi qua iuſta cauſa mihi videbitur.nam dicit lex,ſi aliquis fuerit læſus ex aliqua cauſa: & ideo petit ſe reſtitui in integrum,prætor vel iudex debet reſtituere ex quadã ęquitate,ſi iuſta cauſa ſibi videbitur,vt in l. j. ſupra allega.& ideo quandoque illi legi renuntiatur.

## Beneficio recurſus ad arbitrium boni viri.C.de contrahen.emp.l.ſi. cum ibi nota.

CONSVEVIT etiam quãdoque renuntiari recurſui ſeu appellationi ad arbitrium boni viri:nam ſi aliquis iurauerit vel promiſerit aliquid dare vel certas operas facere,prout ſi ego eſſem arbitratus, ſi ego iuſte arbitror: tenendum eſt arbitrium meum, alias non: immo promiſſor habet recurſum ad arbitrium boni viri.vt ff.de oper.liber.l.ſi libertus. Et de hoc vide plene in repetition.§.arbitrorum.in l.ſi proprietatem.ff.pro ſocio.Vel pone exemplum, ſi aliquis promiſit mihi vendere fundum arbitrio Titij,ſi Titius bene & recte arbitretur,bene eſt:alias recurſus habetur ad arbitrium boni viri, vt C.de contrahenda emptio.l. ſi na.cum ibi notatis.& ff.de re iudicata.l.in perſonam. §.generaliter.&l.ſocietatem.ff.pro ſocio. & habet actionem mecum,niſi iſti iuri fuerit renuntiatum. Aliqui tamen dicunt,quod iſta renũtiatio nõ valet: quod credo verum,niſi forte hoc fieret mediante iuramento,& eſt bonus vir iudex ordinarius,ſub quo ſunt partes contrahentes,vt ff.de verborum obligation.l.continuus.§. cum ita.

## Beneficio,ne quis condemnetur niſi inquantum facere poteſt.

CONSVEVIT etiam renuntiari,vt quis nõ cõdemnetur, niſi inquantum facere poteſt: ita habita ratione,ne egeat in futurum: quod ſi maritus vel eius pater conueniatur ab vxore pro dote, quam receperat,non debet condemnari in ſolidum, immo ſolum in quãtum facere poteſt,ita deducto,ne egeat,&c.hoc eſt dictu,quod aliquid penes eum debet remanere, ex quo poſsit ſe alimentare in futurum, ob reuerentiam præteriti matrimonij. Sunt & aliæ perſonæ habentes iſtud priuilegium,vt ſocij omnium bonorum. & ideo ſi vnus conuenit alium actione pro ſocio,ille qui conuenitur,non debet condemnari,niſi inquantum facere poteſt,&c.Et idem in patrono à liberto conuento, & idem in ſocero à genero conuento,& idem in patre à filio vel à filia conuento. Et quod dictum eſt de vxore,quando cõuenit maritum vel patrem pro dote quã promiſerat,idem eſt ſi ipſa vel pater eius conueniantur à viro pro dote quam promiſerat. de iſto habetur, ff.ſoluto matrimonio.l.maritum.argumen.ff.de re iudicat.l.ſunt qui.& l.ſequenti,cum ibi notatis.Item cõpetit hoc beneficium donatori conuento à donatario, vt ff.de re iudica.l.inter eos.in fi.Item competit ei qui bonis ceſsit,eo poſtea conuento per creditorem,cum perueniſſet ad pinguiorem fortunã, vt l.is qui bonis. ff.de ceſsion.bonorum.& quibuſdam aliis perſonis ſecundum quoſdam.ſed huic beneficio ceſsionis bonorum renuntiari non poteſt.Sed cum eorum reuerẽtia, crederem tamen,cum iuramento valere renuntiationem.quia tale iuramentum ſaluari poteſt ſine interitu ſalutis æternæ.

## Beneficio l.ob æs.C.de actionibus & obligationibus.

CONSVEVIT renũciari iuri,dicenti quod vbi aliquis debitor eſt pluribus creditoribus obligatus, & ipſe debitor cum non ſit bene ſoluendo, conuenitur à creditorib⁹,habet electionẽ an recipiat inducias quinquennales ad ſoluendum,vel cedat bona ſua creditoribus, Et ſic renunciatur induciis quinq; annorũ, & ſucceſſioni bonorum:& ſi inducias nõ petierit, nec bonis ceſſerit:ſed paſſus fuerit ſe in debito illo condẽnari.debet in carcerem detrudi:vt C.qui bonis cedere poſ.l.penul.& fi.licet quidam dicant,ꝙ huic beneficio renunciari non poteſt.& ita no.

## Beneficio induciarum duorum vel quatuor menſium.

CONSVEVIT renunciari quandoque iuri,dicenti quod vbi debitor eſt condemnatus ad ſoluendũ debitũ creditori,dantur debitori induciæ duorũ menſiũ.de iure digeſtorũ.& de iure C.quatuor menſes.cõputantur à die condẽnationis,vt C.de vſu.rei iudi.l.2. ff.de re iudic.l.debitoribus.& extra.eodem titul.c. ad conſultationem.

## Beneficio l.2.ff.de re iudicata.

CONSVEVIT renunciari iuri,dicenti ꝙ licet lex det certũ tempus iudicatis,alias condẽnatis ad ſoluendum, tamen iudex illud tẽpus, prout ſibi videbitur,poterit arctare vel prorogare: nec ſemper tempus à lege ſtatutum habet ſequi,vt ff.de re iudic. l. 2. cum ſuis concordant. & ideo debitor huic iuri renunciat, cum ſit in eius fauorem introductum,vt ſi iudex daret aliquod tẽpus ad ſoluendũ,debitor illo tẽpore vti non poſſet.

## Beneficio l.à diuo Pio.ff.de re iudicata.

CONSVEVIT renunciari quandoque iuri, dicenti quod ſi ſit licita ſententia lata contra aliquem, vt ſoluat creditori id, in quo eſt condemnatus, debet ſeruari ordo in alienatione rerum debitarum: nam primo



primo mobilia & per ſe mouentia, poſtea immobilia, poſtea peruenitur ad iura,vt l.à diuo pio.ſuprà alleg. cum ibi notatis:& ideo quando debitor recipit pecuniam à creditore,renunciat huic iuri, vt aduениente die vel tempore ſolutionis,poſsit executio fieri in bonis,in quibus voluerit creditor:quod fieri non poſſet alias,niſi iuri illi renunciatum fuiſſet.

## Beneficio authenticæ, hodie,de appel.& l.1.& 2.C.de tempo.appel.

CONSVEVIT renunciari iuri, dicenti ꝙ vbi aliquis eſt condemnatus ad ſoluendum vel dandum, vel faciendum aliquid creditori ſuo,datur ſibi ſpatiũ decẽ dierum infra quos poteſt appellare,& ſic per cõſequens,omni alij remedio appellationis debet renunciare,vt C.de appel.authen.hodie.& C.de tempo.appel.l.j.& 2.cum concordan.

## Beneficio l.ſicut.& l.cum notiſsimi.C.de præſcrip.30.vel 40.annor.

CONSVEVIT renũciari iuri,dicẽti quod actiones perſonales vel hypothecariæ competentes contra aliquem debitorem pro aliquo debito,pro quo ſe obligauerat,tolluntur triginta vel quadraginta annorum ſpatio,niſi infra illud tempus intẽtatæ fuerint,vel ſuper illis fuerit lis conteſta.vt dictis ll.alleg.

## Beneficio induciarum viginti dierum oblati libelli.

CONSVEVIT etiam renunciari iuri,dicenti ꝙ vbi ad iudicium aliquis vocatur ex aliqua cauſa, libellus debet ſibi offerri,& nihilominus debent ſibi induciæ dari,ſ.20.dierũ,vt poſsit deliberare, vtrum cedat vel contendat,vt C.de lit.conteſt.authen.offeratur.& authen.libellum.

## Beneficio §.alteri.inſtitu.de inutili ſtipulatione.

CONSVEVIT renũciari,quod vbi aliquis ſtipulatur pro aliquo abſente, niſi interſit ſtipulatoris, non quæritur obligatio abſenti ex illa ſtipulatione.vt in §.alteri.allegat.cum ſuis concord.vbi eſt notabilis gloſſ.pro hoc.

## Beneficio l.ſi conuenerit.ff.de iuriſditione omnium iud.

CONSVEVIT enim renũciari iuri, dicenti ꝙ ſi conuentum eſt inter partes,quod ſi aliquis alius iudex,quã cuius iuriſditionis ſunt,iudicat,ſeu inter partes cognoſcit,quod antequam lis conteſtetur,licitum eſt ei pœnitere,& ab ipſa cõuentione diſcedere, vt d. l.ſi conuenerit.ff.de iuriſ.om. iud.

## Benefic.quod in obligationibus ſeruatur.

CONSVEVIT renunciari potiſsime in obligationibus vnius cauſæ coram diuerſis iudicibus nõ debere ventilari.& ſi fiat,imponatur pœna agenti.vt C. de iudic.l.nulli.

## Beneficio c.ſtatutũ.extra.de reſcript. libro ſexto.

CONSVEVIT renunciari obligationi,ſcilicet quod quando actor & reus ſunt diuerſarum diœceſ. reus vltra vnam dietam à finibus ſuæ diœceſ.non poteſt ad iudicium aduocari.vt c.ſtatutum.allega. Item quando actor & reus ſunt eiuſdem ciuitatis ſiue diœceſ.non debet à fine ſuæ diœceſ.vltra vnam dietã conueniri.vt in eodem ca.alleg.

## Beneficio l.& ſi poſt tres.ff.ſi quis cauſ.

CONSVETVM eſt,in huiuſmodi obligationibus renunciare iuri,dicenti quod vbi aliquis promiſit aliquid, & cum pœna certa de ſiſtendo in iudicio, & non ſiſtat illa die,poteſt poſt tres vel quinque dies purgare moram, comparendo in iudicio & ſuiipſius copiam faciendo,& nõ incidit in pœnam, vt l.& ſi poſt tres alleg.De hoc vide no.per doc.in l.ſancimus.Cod. de fideiuſ.

## Beneficio l.j.ff. ſi quis in ius voca. non ierit.

CONSVEVIT renunciari iuri,dicẽti quod vbi aliquis ad iudiciũ vocatus eſt ex eo forte, quia ſi non poſſidet immobilia,datis fideiuſſoribus de ſiſtendo in iudicio,ſi fideiuſſores non ſunt de foro illius iudicis, debet renunciare priuilegio ſuo: alias non valet fideiuſſio,vt d.l.prima.

## Beneficio fori.

CONSVEVIT renunciari priuilegio fori.nam reus debet conueniri corã ſuo iudice,& non corã iudice actoris,iuxta regulam,actor forũ rei ſequitur,& nõ econtra,vt l. iuris ordinẽ.C.de iuriſ. om.iud.& l.ſi.C. vbi in rem actio.

## Beneficio pro ſcholari.

ITEM renunciant ſcholares priuilegio ſuo,vt coram non ſuo iudice poſſint ex cauſa conueniri; quod regulariter fieri non poteſt,vt C.de epiſ.& cleri.auth. ſtatuimus.contrarium videtur,ꝙ immo poſſit renũciari,ar.C.de pactis.l.ſi quis in ſcribẽdo. cum ibi notatis per doc.hoc verum,ſi ſint laici vel clerici coniugati:ſecus,ſi clerici ſoluti,per c.ſi diligenti extra.de foro cõpetenti.& per auth.habita.cum ibi notatis.C.ne filius pro patre.

## Beneficio,ne quis ratione minoris ætatis reſtituatur.

CONSVEVIT renunciari beneficio in integrũ ratione minoris ætatis,quia ſi minor propter facilitatem ſui in aliquo contractu fuerit læſus, reſtituitur in integrum per prætorem vel iudicem, vt Codice de in integrum reſtitut.mi.& ff.de mino.per totum,licet ſecũdum gloſſam huic beneficio renunciari non poſſit, vt l.ſi iudex. ff. de minor. Credo tamen quod ſi ſit pubes,valebit in iuramento,per auth.ſacramenta puberum.C.ſi aduerſus vend.& habet locum dicta authent non ſolum in contractibus &ſi vltro citroque obligatorijs, immo in donatiõibus & ſtipulationibus:& hoc ſecundum gloſ.vt dicta authent.in donationibus.non eſt verum,ſecundum doct.in dicta authent.

## Beneficio l.rem maioris C. de reſcind. vend.

ITEM renunciatur quandoque iuri,dicenti quod quando emptor dando plus in aliqua re, quam valeat, eſt deceptus vltra dimidiam iuſti precij,debet reſcindi contractus, vel ſibi reſtitui quod plus dedit quam deberet:& idem econtra in vẽditore decepto vltra dimidiam.Codice de reſcin.ven.l.rem alle.cum ibi notatis.& ne oriatur controuerſia propter tales deceptiones,renunciatur iſti iuri,de quo dic vt ibi.

## Beneficio l.emptor.C.de euic.

CONSVEVIT renunciari iuri, dicenti quod quando emptor aliquam rem emit à venditore,& illas res incipit euinci per tertium, ſi emptor non denunciauit venditori, quod illa res ab eo euincitur, & quod veniat ad defendendum eum, licet res illa ab eo euincatur, emptor non poterit agere de euictione cõtra venditorem .vt l.ẽptor.alleg.& ff.de euic.ſi fundo.§.ſi cum poſſet.cum cõcor.Et ideo in fauorem em-

ptoris fuit introductum,vt venditor huic iuri ſiue legi renunciet,ne emptor ei denunciare teneatur.

### ¶Beneficio l. qui rem.C.de euic.

ITEM renunciat venditor iuri,dicenti quòd licet res empta appareat eſſe aliena,vel alteri obligata,emptor non poteſt agere de euic.contra vendi.donec res ab eo emptore fuerit euicta per ſententiam, etiam ſi ipſam appareat euinci poſſe in futurũ,vt d.l.qui rem. & l.non tamen.ff.de euic.

### ¶Beneficio actionis redhibitoriæ.

ITEM renunciatur iſtius actionis beneficio.nam ſi ego ignoranter emi rem morboſam ab aliquo venditore,poſſum agere contra venditorem actione redhibitoria infra ſex menſes vtiles,vt mihi reddat preciũ, & ipſe rem recuperet:& ideo ſi emptor huic beneficio renunciauerit,non poterit poſtea agere contra venditorem,vt l.ſciendum.§.fi.infrà alleg.

### ¶Beneficio actionis,quanto minoris.

CONSVEVIT etiã renũciari per actorem huic actioni:nam ſi ab aliquo emi ignorans rem eſſe morboſam,poſſum agere contra venditorem infra annum vtilem iſta actione,vt mihi reddat precium ſeu partẽ, quam non dediſſem,ſi rem illam vitioſam ſciuiſſem.& hæc duo probantur,ſcilicet beneficium proxi. dictũ, & iſtud.ff.de redhibi.act.l.ſciendum.§.fina.& l.ſequẽ. cum multis concor.Et iſtis duobus caſibus valet renũciatio facta per emptorem,& prodeſt venditori,ſi vẽditor vitium ignorat:alias ſi ſciuiſſet,nec emptorẽ certificauit ratione ſui doli, non valet renunciatio.vt ff. de redhibi.action.l.quæritur.§.ſi venditor.& §.ſequẽ. Et poſito quod venditor ſcienter vendens rem morboſam,dicat emptori,ſe ei nulla teneri ratione alicuius vitij,forte quod ſciebat in re vendita,dum tamen emptor id ignoret,& emptor in hoc, conſentiat, non tamen obligando ſe per pactum de non veniendo cõtra venditorem ratione morbi,(quia tunc poſtmodũ non poſſet quis venire,argumen.l.ſi quis in conſcribendo. C.de pactis.)quòd adhuc,non obſtante tali conſenſu, poterit emptor contra eum venditorẽ actionibus proxi.dictis experiri,ſi reperiatur illa res morboſa.iſta eſt doctrina,quæ traditur per doctores modernos à l.j.§. j.vſque in finem.l.ff.de action.emptio.& vendi.quod eſt valde notatu dignum,quia quotidie venit de facto.

### ¶Beneficio l.penult.C.de donatio.

ITEM renunnciatur iuri,dicenti quod ſi quis fecit donationem in perſonam alicuius excedẽtem ſummam quingentorum aureorum ſiue ſolidorum, ſine inſinuatione ſeu decreto iudicis,non valet in eo quod exceditur, immo in eo poteſt per donatorem reuocari, niſi illi iuri renunciauerit,vt dicta l.penultima. in fine.

### ¶Beneficio l.fi.C.de reuo.donatio.

CONSVEVIT renunciari iuri, dicenti quòd ſi facta eſt donatio in filium emãcipatum vel alium qui non ſit in poteſtate,vel alium extraneum,donator poteſt reuocare donationem, ſi donatarius ei iniuriam fecerit,vel manus impias in eum inferat,vel damnum irroget in bonis donatoris,vel vitæ eius inſidietur vel conditionem appoſitam in donatione donatarius nõ impleat,vt dict.l.fina. hoc verum non eſt,ſecundum quoſdam,quòd talis renunciatio valeat, vt nota.per Guil.de Cun.in l.qui exceptionem.§.pactus.ff.de condi.indeb.

### ¶Beneficio l.ſiue emancipatus.C.de donatio.

ITEM renunciatur iuri,dicenti quod ſi pater donauerit filio in ſua poteſtate conſtituto, non valet vt d. l. ſiue emancipatus. allegat. & ideo renunciatur illi iuri,ne poſtea pater poſſit donationẽ reuocare:& tunc eſſet bonum conſilium pro filio,quia pater remitteret vſumfructum rerũ donatarum filio,vt ſic quo ad proprietatem vel vſumfructũ res donata abdicetur à bonis patris.

### ¶Beneficio l.vbi. ff. de donatione cauſa mortis.

CONSVEVIT autem renunciari iuri, dicenti quod vbi donator fecit donationem cauſa mortis, ꝙ nullo caſu poſſit reuocari, non valet vt donatio cauſa mortis,vt l. vbi alleg.

### ¶Beneficio ſenatuſconſulti Velleiani.

ITEM renunciatur per mulieres beneficio ſenatuſconſulti Velleiani:nam ſi mater vel auia velit ſubire onus tutelæ filiorum vel nepotum,renunciat ſecundis nuptiis contrahendis & beneficio ſenatuſcõſulti Velleiani,vt C.quando mulier tu.officio fungi poteſt. l.ſi.& auth.mater.eodem tit. Item renũciant mulieres huic beneficio in multis aliis caſibus:nã ſi mulier alienam ſuſcipit obligationẽ vel participauit,ſcilicet mãdando vel fideiubendo, conſtituendo vel cauſam in ſe transferendo,promittendo animo nouandi,ꝙ alius debet vel iudicium in ſe ſuſcipiendo pro alio,etiam animo nouandi habet ipſam exceptionem ex huiuſmodi beneficio.& ad hoc vt ex præmiſſis valeat obligari, eſt neceſſarium ꝙ renunciet huic beneficio, vt C.ad Velleiauum.l.1.& 2.& 3.& ff.e.l.2.§.omnes.& l.fi.§.vl. cum ibi notatis. intellige hoc,ſi fuerit de iure ſuo certificata.alias non,vt ibi nota.de quo dic,vt l.penulti. Co.ad Velleia.

### ¶Beneficio auth.ſiue à me.C.ad Velleianum.

ITEM renuntiat mulier iuri, dicenti quod ſi mulier, maritus vel extraneus pro eo faciat donationem propter nuptias vxori, maritus bona illius donationis nec obligare, nec alienare poterit. Sed ſi in hoc contractu conſenſus mulieris interuenerit, debet huic iuri renunciari: quia alias ſemper remanet ſalua actio in rebus donatis propter nuptias,vt ibi,niſi mulier ſecundo poſt biennium profiteatur firmando primum conſenſum, niſi aliæ res ſuperſint viro, ex quibus mulieri conſuli poſſet: nam iſtis interuenientibus, valebit alienatio vel obligatio: alias non, vt dict. authent.

### ¶Beneficio l.ſi mulier eodem titulo.

CONSVEVERVNT etiam mulieres renunciare iuri,dicenti quod ſi mulier perfectæ ætatis poſtquam pro alio interceſsit,ſeu cauit, vel pignora dedit, iterato poſt primam cautionem ex eadem cauſa pro illo cautionem expoſuit, vel pignus dedit,infra biennum adhuc ſibi non præiudicatur,quin poſſet excipere de ſenatuſconſulto,ſi poſt biennium exponatur,tũt obligatur.vt dicta l.ſi mulier.

### ¶Beneficio auth.ſi qua. eodem titulo.

ITEM mulieres renũciant, iuri dicenti quod vbi maritus recipit mutuũ ab aliquo, ſi inſtrumẽtum crediti ſeu obligationis mulier conſentiat marito, vel ſe ſubſcribat, propriam ſubſtantiam vel ſe obligando. pro illo debito, non valet nec tenet talis obligatio, licet ſemel vel pluries pro huiuſmodi re faciat, ſiue debitum fuerit priuatum, ſiue publicum, niſi probetur, manifeſte, illam pecuniã in vtilitatem mulieris fuiſſe



conuerſam,vt dict.authentic.ſi qua mulier.ſecundum docto.iuris ciuilis & glo.non valet renunciatio,etiãſi iuramentum interueniat,tamen de iure canonico expeditum eſt,quod immo,videlicet etiã in alienatione rei dotalis,quod eſt fortius per ca.cum contingat.extra.de iureiur.in antiquis.ibi in gloſ.Bernardi:& per c.2.de iureiur.lib.6.& per c.2.de pactis.lib.6.& hoc tractat Dy.extra.de regu.iur.c.non eſt obligatorium.lib. 6.& ibi vide.

### ¶Beneficio.l.antiquæ.C.eo.titu.

CONSVEVIT renunciare mulier iuri, dicenti quod ſi mulier pro aliquo ſe obligauerit,non valet talis obligatio,niſi aliquid acceperit,vt pro illo obligaret ſe.vt l.alleg.Sed tamen ſecundum Guido.de Cun. etiam poſito quod renunciauerit pro aliquo ſuſcipiẽdo in obligationem,non valet renunciatio.& ratio eius eſt,quia eadem ratione qua inducitur ad obligandum,illa etiam ratione inducitur ad renũciãdum Velleiano,& hoc poſito, quod fuerit certificata de iure ſuo.nam fragilitas mulieris tanta eſt,& aſtutia hominis tantum abundans,quod blandis verbis per maſculos decipiuntur,argumen.l.j.§.paucis.C.de raptu vir. ſuper verbo,inſidiis &c.de quo dic.per dictum Guil. in l.generaliter.C.ad ſenatuſcon.Velleia.cum ibi late nota.per eum,quia plures ll.pro hoc alleg.pro quo facit §.quæ onerandæ.in l.j.ff.quarum rerum actio non datur.

### ¶Beneficio l.Iuliæ.de fundo dotali.

ITEM renunciat mulier beneficio l.Iuliæ de fundo dotali.vbi cauetur, quod ſi mulier dedit in dotem viro ſuo prædium ruſticum vel vrbanum, maritus ipſum obligare vel alienare non poteſt regulariter aut vxore conſentiente,& hoc ipſum propter prohibitionem illius l.Iuliæ.de qua fit mentio Co.& ff.& inſtit. qui.alienare licet.in princi.& §.j.& ideo ad hoc,vt valeat alienatio vel obligatio facta per maritum,vxor illi iuri renunciare poteſt, vt no.de iureiuran.cap. cum contingat.

### ¶Beneficio iuris actionis hypothecarum.

CONSVEVERVNT renunciare quandoque mulieres iuri hypothecarum, quod ius cõpetit vxori in bonis viri: nam omnia bona viri, ſunt hypothecata ei pro dote tacite.& iſti iuri poteſt mulier renunciare, vt Cod.de rei vxor.act.l.vnica.§.prim.& plenius.ff.ad Velleianum.§. penul.Item renũciant quandoque iuri hypothecarum creditorum cum bona debitorum ſũt eis tacite vel expreſſe obligata,vt ff.de pignor. per totum.& Cod.quæ res pigno.oblig. po.l.fina.

### ¶Beneficio ſenatuſcon.Maced.C. & ff.

RENVNCIATVR quandoque ſenatuſcon. Maced.nam ſi quis filiofa.mutuet pecuniam,ille filius non tenetur eam ſoluere,nec exiſtẽs in patris poteſtate,nec poſt,nec eius hæres,nec fideiuſſor. vt C.& ff.ad Maced. per totum: ſed huic beneficio ſecundum gloſ. renunciari non poteſt,vt no.Cod.eo tit.l.fin.cum ibi no.niſi fieret cum iuramento:quia tunc forte valeret.

### ¶Beneficio §.exactio.de l.vnica. C.de rei vxor.act.

RENVNCIARI conſueuit illi iuri quo cauetur,quod vbi fit dotis repetitio ſoluto matrimonio, quod res dotales ſi cõſiſtant in rebus mobilibus vel ſe mouentibus,debent poſt annum à morte viri cõputandum,reſtitui ipſi mulieri.& quo ad iſtud caput,prædictum priuilegium eſt introductum in fauorem viri vel ſuorum hæredum.vnde iſti priuilegio ipſe maritus poteſt renunciare, ſcilicet quia non poſt annum,ſed poſt viri mortẽ immediate,dictæ res dotales mobiles,ſiue ſeſe mouentes, ipſi mulieri reſtituantur per hæredes dicti mariti.Item eſt in eodem §.aliud priuilegium introductum in fauorẽ mulieris,quod eſt ſcilicet, ꝙ vbi dos conſiſtit in rebus immobilibus, vel ſe non mouentibus, quod ſicut olim debebant reſtitui poſt mortem viri annua,bima,trima die: de iure nouo C. debẽt immediate & illico poſt viri mortem mulieri reſtitui: & ſi alias fiat,hæredes viri tenẽtur ad fructus perceptos, & ad legitimas vſuras,vt in §.infra,ſtatim alleg.cauetur,& ideo vt mulier non poſſit ſtatim poſt mortẽ viri dictam dotem conſiſtentem in rebus immobilibus,repetere, illi iuri renunciari per eam poteſt in fauorem hæredum:& conſulo, quod in omnibus prædictis interueniat iuramentum:alias enim, quantum eſt inductum in priuilegium, parum valeret renunciatio ſimplex,cum ſit contra iuris diſpoſitionem, vt eſt tex.in l. de die.ff.de pac.dota.& not.in §.vt puta.in l.iuriſgentium.ff.de pac.

### ¶Beneficio l.vbi acceptum.ff.de iudi.

RENVNCIATVR iuri,dicenti quod vbi cœptum eſt iudicium,ibi finem accipere debet,vt dict.l. ibi allegat. Ideo ex hoc fuit extracta illa renunciatio, quæ ponitur in inſtrumento, cum quis ſe obligat viribus plurium & diuerſarum cauſarum,& quando dicitur ibi, & quod per vnam cauſam fuerit receptum circa executionem per aliam, nihilominus in bonis obligatis executio perfici valeat pluries ad electionẽ creditoris,non obſtante tali priuilegio leg. vbi acceptum.

### ¶Beneficio l.2.§.legatis ff.de iudi.

RENVNCIATVR quandoque iuri,dicenti ꝙ vbi aliquis reperitur in aliquo loco, vbi domicilium non habet,nec ibi contraxit, ibi non tenetur reſpondere:eſto quod ibi ad aliquam cauſam venerit,tamen habet ius reuocãdi domum,vt dict.§. & §. omnis.ea.l. & c. fin.extra.de fo.compe. Item renunciatur iuri,dicenti quod vbi fit pactum inter creditorem & venditorem, & debiti ſolutio non poſſet probari, niſi per teſtes vel inſtrumenta, ſolum tale pactum non valet: vt notauit gloſſ.in authent.vt ſine prohibi.matres,debitrices,creditrices.§.penult.credo tamen quod cum iuramento valeret,& renunciari poſſet.

### ¶Beneficio condictionis indebiti.

CONSVEVIT renunciari cõdictioni ſine cauſa,quæ dicit,quod obligatus ſine cauſa vel iniuſta cauſa,non tenetur,& ideo illi iuri renunciatur, vt ff.de cõdiction.ſine cauſa.per totum.

### ¶Beneficio actionis in factũ,& ſine cauſa.

CONSVETVM eſt renunciari condictioni ſine cauſa,quæ dicit quod obligatus ſine cauſa vel iniuſta cauſa,actio in factum datur,quæ oritur ex variis figuris cauſarum,vt poteſt eſſe vbi cũque æquum eſt ex l.actionem dari,nec in actione quod metus cauſa.vt l. j.ff.quod metus cauſa.& in caſu l.ſancimus. C.de ſacroſanc.eccleſ.& in multis aliis caſibus,quos enumerari eſſet impoſsibile:vnde poſſet contingere,ꝙ alicui de contrahentibus competeret actio in factum,& ſic forte infringeret contractum:& ideo ſi illi iuri fuerit renunciatum poſtmodum,non poterit contrahens venire contra.Et eſt bonum conſilium,ꝙ ſemper in huiuſmodi renunciationibus interueniat iuramẽtum: quia forte ſi alias ſine iuramento non valeret, valebit tamem cum iuramento, & eſt magna tuitio contrahentium.

### ¶Beneficio exceptionis doli.

RENVNCIATVR beneficio exceptionis doli,quæ cõpetit,cũ aliquis aſſerit ſe de dolo vel callidi

tate alicuius inductum ad aliquid faciendum, dandũ vel promittendum. de quo loquitur d. except. doli C. & ff. per totum.

¶ Beneficio iuris & facti ignorantiæ.

CONSVETVM eſt renunciare iuris & facti ignorantiæ, errori & titubationi, & omni exceptioni, quæ de iure pro eis poſſet competere. nam lex quandoque ſubuenit ignoranti factum ius, vel ignoranti ſeu titubanti, vt ff. de iuris & facti igno. l. iuris ignorantia. & l. error. & l. 2. cum ibi notatis. & l. j. C. eo. tit. l. cum falſa. cum l. ſequenti. & l. non idcirco. vnde quia ex huiuſmodi ignorantia vel eius prætextu poſſet cõpetere actionum exceptio, & ſic non valeret quod eſſet actum inter partes, ideo illi iuri renunciatur.

¶ Beneficio actionis & exceptionis, quod metus cauſa.

RENVNCIATVR iſti, ſi aliquis per metum fecit vel promiſit aliquid, vel per metum aliquid ab eo eſt extortum vel exactum, ius ſibi ſubuenit dando actionem vel exceptionem, vt ff. C. quod metus cauſa. quaſi per totum. ff. de excep doli. l. apud. §. penult. & fina. Et ideo ne prætextu huiuſmodi metus, id quod agitur inter partes, valeat reſcindi, renunciatur iſti actioni, quod metus cauſa

¶ Renunciatio valde vtilis.

ITEM poteſt renunciari iuri, dicenti quòd vbi aliquis iuri ſuo reũnciat, debet illud ſcire, vt in authẽ. quomodo oportet epiſcopos & cleri. §. igitur. cum ibi notatis.

¶ Sequitur renunciatio generalis.

CONSVETVM eſt renunciare in inſtrumẽtis, quãdoque omni iuris auxilio tam canonici quam ciuilis. & vult quod omnes caſus iuris ciuilis ſeu canonici, per quos contra præmiſſa poſſet ſe iuuare ſeu tueri, habeantur perinde ac ſi ſpecialiter & expreſſe eſſent enumerati, quibus omnibus ex certa ſcientia renunciatur. Et licet de iſta generali renunciatione videatur facere mentionem lex C. quãdo mu. tu. officio fungi poſſit, tamen dicunt doc. quod modicum valet, niſi dicatur quod renunciatur iuri, dicenti generalem renunciationem non valere, niſi præceſſerit ſpecialis, vt ff. ſi quis cau. l. ſed ſi quis. §. quæſitum. Item poteſt renũciari quibuſdam remediis ſeu aliis exceptionibus, quæ magis in facto conſiſtunt, quam in iure exprimatur, vt puta renunciatur priuilegio literarum, ne teneatur ſatisfacere creditoribus ſuis de certo tempore ratione guerræ, ſeu etiam priuilegio conceſſo alicui nouæ baſtidæ. Item quod non poſſit petere dilationem aliquam ratione ſolutionis eius, pro quo ſe obli. Item quod omnis iudicialis aditus ſeu actus ex iſta cauſa ſibi denegetur. Itẽ quod nec fecit, nec dicit, nec faciet nec dicet in futurum aliquid, propter ꝙ præſens contractus minorem obtineat roboris firmitatẽ. Et ſi contrarium faceret, vel reperiretur feciſſe, promittit nomine pœnæ 10. per firmam & validam ſtipulationem, quam pœnam in ſolidũ committi voluit in caſu quolibet, in quo deficeret, de præmiſſis, Iurauit &c. Alias renunciationes inuenire magis eſſet laborioſum, quã vtile: nec ſubtile, niſi ſecundùm diſtinctionẽ contractuum qui fierent, nam contractus dant regulam ſeu materiam renunciandi.

Butrigarius.

¶ Laus DEO.

# TRACTATVS MATTHAEI BRVNI ARIMINEN. IC. CLARISS. DE CESSIONE BONORVM, IN LXVII. QVAEſtiones diuiſus.

CESSIONIS] Bonorũ materia quã ſit vtilis, quãq; frequẽs & neceſſaria, docet quotidiana forẽſium cauſarũ experiẽtia, & tam in foro ſeculari, quam etiam in eccleſiaſtico, & præcipue ob malas horum tẽporum conditiones, in quib⁹ quamplurimi honorifice viuentes, ad tantam redacti ſunt paupertatem & inopiam, quod vix ſibi victum acquirere poſſunt. Tractaturus itaque hanc ceſsionis bonorum materiã, varijs in locis per Legiſtas & Canoniſtas ſparſam, in vnum tractatum recolligere duxi, vt quærentibus fa-

vt hiſce laboribus noſtris, ad alienã potius quam ad noſtram vtilitatẽ reductis, ſit præſens & adiutorium noſtrum.

*SVMMARIVM.*

1 *Ceſſio bonorum quid ſit.*
*Ceſſio bonorum, dicitur remedium miſerabile & flebile, ibidem.*
*Inopia & miſeria, eſt cauſa ceſſionis bonorũ admittendæ, ibidem.*
2 *Ceſſio bonorũ acerba, iniurioſa, & terribilis dicitur.*
3 *Sordeſcere dicitur quis propter paupertatem.*
*Melius eſt mori, quam indigere, ibidem.*
*Victum cogitans, vitam non habet. eo.*



ciſci debet, vt intelligatur quid ſit id de quo diſſeri-
1 tur. Primò igitur principaliter quæro, quid ſit bonorum ceſsio. Alij diffinierunt, vt Rofre. in tracta. libello. in rubric. de offic. iudic. quo cura. datur bo. alicuius qui cedit bonis, in princip. verſic. In primis attende, quod nihil aliud eſt, niſi dimittere bona creditoribus ad inſtantiam & petitionem creditorum, quæ diffinitio defectiua videtur, quum omnia, quæ in hac bonorum ceſsione de neceſsitate requiruntur, non comprædendat, vt infra patebit. Alio modo per Azonẽ diffinitur in ſumma, titul. noſtro in princip. quod eſt, dimittere & relaxare debitoris bona, creditorum improbitati & inſtantiæ. Quæ ſimiliter diffinitio non videtur recte adaptari poſſe. Ponamus enim bonis ceſſiſſe debitorem bonis ac probis creditoribus, ceſsio quidem erit bonorum, non tamen creditorum improbitati dimiſsio. Vnde ita diffiniendam arbitror: Ceſſio bonorum, eſt beneficium ſiue remedium miſerabile & flebile, debitori pro carceribus euitandis cõceſſum: vt probatur in l. prima penul. & fin. C. titu. noſtro & hoc modo compræhendentur omnia, quæ in ceſsione bonorum requiruntur. Dixi, quod eſt beneficium nam vere beneficium eſt, quia bene facit debitori, ne in carceribus detineatur, vt dicit textus in d. l. j. Dixi quod eſt remedium miſerabile & flebile: nam vere miſerabile eſt, quia miſerum facit cedentem ex eo, quòd propter tantam eius paupertatem & inopiam ad quã vergit, vix ei dimittitur interula ſecundum Baldum in dicta l. fina. in princip. verſ. Nota quod ceſsio bonorum. & Alb. de Roſa. in dict. l. penul. quia ipſa miſeria & inopia flebilis eſt cauſa ceſsionis admittẽdæ, vt tradit Imol. in cap. Odoardus. column. penul. in princip. verſi. Quærit etiam hic dominus Petr. nume. 24. extra de ſolutio. quæ non competit niſi miſeris & inopia tẽtis, vt in §. quod autem. in authent. de fideiuſſo. ibi, a-
2 gnoſcant autem creditores. Et dicitur etiam ceſsio acerba, iniurioſa & terribilis, ſecundum Fred. de Sen. conſil. 193. in quæſtione vertente. Vnde Ange. dict. l. pe.
3 notat, quod qui cedit bonis, ad adiutorium flebile venit, quia propter paupertatem quis ſordeſcere dicitur adeo quod tali ſordenti vita eſt ſupplicium, & mors ſolatium, vt l. quiſquis. Co. ad l. Iuli. maieſt. vnde melius eſt mori quam indigere, quia victum cogitans, vitam
4 non habet. Ideo dicit Io. And. in addi. ad Spec. in tit. de ſucceſsion. ab inteſta. in prima addi. quem ſequitur Alexã. conſi. 134. Animaduerſis. colum. j. in prin. vol. 6. quod per familiarum diuitias conſeruatur dignitas & honeſtas, quæ ob earum inopiam perit. firmat Bald. in l. maximum vitium. co. j. & 3. C. de lib. præteri. Soc. ſen. conſ. 47. Facti narratione. col. j. in fi. ver. Ex quibus patet. nu. 6. volu. 3. cum aliis plene congeſtis per Pariſi. cõſi. j. Vulgatum eſt. col. 2. in fin. verſ. Et certiſsimum eſt nu. 28. & conſi. 18. eſto quod. col. pen. in princ. ver. Quoniam ſine bonis. volu. 3.

*SVMMARIVM.*

1 *Ad vtilitatẽ ceſſionis bonorũ quæ requirantur.*
2 *Debitor bonis cedere volẽs, debitũ agnoſcere tenetur.*

*iſtis ſuperuenientibus talis noceat ceſſio, ſi per cedentem opponatur.*
*Ceſſio prima pro omnibus creditoribus tam præſentibus quam abſentibus ſufficere debet, ſicut vna inuentarij confectio. ibidem.*
8 *Ceſſio prima creditoribus poſt ceſſionem creatis, in bonis de nouo quæſitis non præiudicat.*
*Debitor qui ceſſit bonis, ſi ad pinguiorem fortunam peruenit, à creditoribus ante ceſſionẽ creatis non cõuenitur, niſi in quantũ facere poteſt: quo vero ad poſt ceſſionem creatos, in ſolidum tenetur. ibidem.*
9 *Ceſſio prima aduerſus nouos creditores non prodeſt.*
10 *Debitor, poſt condemnationẽ trium ſententiarũ, debitũ confitens, an ad bonorum ceſſionem admittatur.*
11 *Exceptio ceſſionis bonorum, executionis actũ, & non obligationis ſubſtantiam, reſpicit.*
12 *Senteutia vna quæ tranſiuit in iudicatũ, & quæ executionem meretur, tribus ſententijs æquiparatur.*
13 *Ratio eadem vbi militat tam in vno, quã in altero, vna & eadem ratio decidit omnes illos caſus, nõ per extenſionem, ſed ſicut genus ſpecies compræhẽdit, ſic generalis ratio diuerſas ſpecies.*
*Non eſt curandum de caſuum diuerſitate, dũmodo in omnibus caſibus ſit eadem ratio, ibidem.*
*Nõ ſufficit diuerſificare caſus, niſi diuerſitatis ratio reddatur, eod.*

## Quæ requirantur ad validitatem ceſsionis bonorum.

## Quæſtia. 2. Princip.

1 SECVNDO principaliter q̃ro, q̃ ad huius ceſſionis validitatẽ requirantur? Reſpõdeo ꝙ nolens cedere bonis, debitum agnoſcere debet. l. pe. & ibi glo. & Bar. ff. ti. noſtro. Qualiter aũt agnoſcere debeat dic cum gl. in d. l. pe. & ibi Bart. ꝙ vno modo debitum agnoſcere dicitur, illud extraiudicialiter confitendo, vel fideiuſſorem præſtando, vel pignus aliquod, ſiue cautionem interponendo ſecundum iura ibi allega-
3 ta. Alio modo vt in iudi. debitum fatendo. vel patiendo ſe factis, legibus, probationibus condemnari, quia cedere poteſt, quando debitum fatetur, etiam ſi ſit cõdemnatus, ſecundum Cyn. in l. prima quæſtione tert. Co. titul. noſtro. quem ſequitur Albericus de Roſa. in rubrica eodem titul. in ſecunda columna in principio ver. Item quæro quando quis poſsit. & tenet Oſtiẽ. in ſumma. titu. noſtro. colum. 1. verſic. Cedere autem poteſt. Rofred. in tract. libel. in rub. de offic. iudi. quo cura. datur bonis colum. 2. verſi. Eſt ſecundum neceſſa. & Bal. in §. fi. colũ. pen. ver. Item quero quando debitor. inſti. de actio. & dicemus infra. Et hoc totum eſt fauore creditoris, quia creditor, inquit, poſt bonorum ceſsionẽ ita bene cum alio agere nõ poſſe, ſicut tecum ideo volo, ꝙ cõtra te teſtes examinentur, & priuſquam

nem non impediat,quod eſt contra text.in l.3.ff.titul.
noſtro in l. ex contractu. Cod.de bon. autori.iudi.poſ
& in l.item ſi vnus in prin.ff.de arbi.vbi bonorum ceſ-
ſionis exceptio, ad proceſſum impediendum opponi.
5 poteſt, vt inferius dicetur in 16.quæſt.princip. Tu dic
quod leges contrariæ intelliguntur ſecundum dictam
l.penul.ff.titu. noſtro:quia bonorum ceſsio,litis con-
teſt.impedit, & ſic ad proceſſum impediendum oppo-
ni poteſt,vbi debitū eſt liquidum, vel deb.illud extra
iud.agnoſcere paratus eſt:alioquin impedire non po-
teſt,vt dict.l.penultim.ſi ergo cred. debitum liquidare
non curaret, ſed diceret, cedat deb. quia ego quando
voluero,probabo: tunc ad ceſsionem,quanuis debitū
liquidum nō eſſet, admittitur.& ita tenet gloſ.ibi.quā
ſequitur Azo in ſumma,titulo noſtro & Oſti. in dicto
verſicul.Cedere autem poteſt.& eam ſequitur ibi Bar
6 tol.& Angel.& idem Ange.in l.4.ff.eod.Si vero debi-
tum negat ceſsionis benef.non hābet,vt dict.l.penul.
& per gloſſ.& Doctor.in dict.l.j.C.eo.& in dict.§.fina.
vbi Aret.in 3.columm.verſi. Et aduertas quòd ad hoc.
Inſtit.de action.quia ceſsionis benef.non neganti,ſed
confitenti debitum datur,vt per dict.gloſ.Bald.Ange.
Salice.& alios in dict.l.j.Si vero nō fatetur,nec negat,
& idem,quia deb.negandi benef.habet,ſecundum.d.
gloſ.ibi,quæ ſecundum Bald.ibi in princ.eſt no.Si ve-
ro debitum confitetur,tunc ad ceſsionem admittitur,
vt dixi,dummodo ſic fateatur,quòd nulla negandi oc
caſio relinquatur.ita Bald.ibi in j.colum. verſi.Secun-
do oppo.& Are.in dict.§.fin.d.verſi.Et aduertas quòd
ad hoc.Alioquin.d.benef.non haberet.Si vero à prin-
cip.negauit,& poſt ſententiam & condemnationem
confeſſus fuit debitum,tūc diſtinguit Baldus in dict.
l.j.columm.j.verſi.Sed hic quæritur:Aut iſte negans,iu
ſtam negandi cauſam non habuit,& ante ſententiam
pœnituit,& confeſſus fuit,& tunc ad benef.ceſsionis
admittitur:aut non pœnituit,& dictum benef.non ha
bet. Si vero iuſtam negandi cauſam habuit, & tunc
dicit ipſe,quòd quum hoc benefi.ſit contra ſententiæ
executionem,& ſic in eius executione deb.ad ceſsio-
nem admittitur,prodeſt ei confeſsio,& ſic poterit tūc
cedere bonis,dummodo ſe ciuiliter & naturaliter te-
neri confiteatur,quia hic proprie debitum fatetur: ſi
vero diceret,fateor me de rigore ſententiæ teneri,ſed
non inſpecta cauſæ veritate,non dicitur plene fateti,
quia teneri ſe naturaliter negat.l.Iulia.ff.de conditio.
indeb.& ideo ad ceſsionis benef.non admittitur. Sa-
licetus vero in dict.l.prim.columm.prim. verſicu.Iux-
ta hoc.mouet hoc idem dubium,quærens quid ſi debi
tum negauit,& eſt per ſententiam condemnatus:dein
de fatetur,an talis confeſsio ſibi proſit,vt bonis cede-
re valeat:inquit videri quòd non,creditore ſibi oppo-
nente.l.eum qui.ff.de iureiurand. maxime quia acto-
rem ab onere probandi non releuauit, immo quia in
mendacio vſque ad ſententiam perſeuerauit,impune
pertranſire non debet.l.ſi dubitet.§.j.& ibi Bar.ff.de ſi
deiuſ.§.item mixta.Inſtitu.de action.& l.cōductores.
C.loca.& pro hoc facit gloſ.penultim.in dict.l.prim.
in verbo,iudicati.C.titu.noſtro.quæ dicit, quod ceſ-
ſio ante ſententiam fieri debet,& ex conſequenti con-
feſsio. Contrarium tamen decidit per tex.in dict.l.j.
qui condemnationem præcedere ceſsionem ſupponit
& vt plurimum negantes & conuicti condemnantur,
confitenti vero ſit de ſoluendo præceptum,vt l.ſi deb.
ff.de iudic.Ad gloſſ.in verbo iudicati,reſpondet,eam
non bene dicere ſecundum Iacobum But.& Doct.Et
pro hac opin.text.inducit in dict.l.pen.ff.eo.qui alter
natiue loquitur,dicens quòd aliquo caſu condemna-
tionem factā fruſtra requireret,ſi poſt eam cedere nō
poſſet,item quia ceſsio fit,vt à carceribus liberetur de
tentus,vel ne detrudatur,vt eſt textus.in dict.l.j.C.ti-
tu.noſtro.& tales carcerationes vt plurimum pro exe
cu.ſententiæ fiunt,ergo poſt ſententiam & cōdenati o

nem ad ceſſionis benef. admittitur. Item quia ſi vere
prius non erat deb.& efficax.l.j Codic. de condit. in-
deb.ergo poſt ſententiam debet poſſe confiteri, & ce-
dere bonis, & hanc opin. putat eſſe veram,& eam de-
clarat litera dict. l. pe. quæ duas tantum ponit alter-
natiuas,videlicet quando extra iudic.confeſſus eſt,&
illa confeſſio non ſufficit, niſi condemnetur, ideo al-
ternatiue adiicit,vel condemnetur.ſecunda eſt, quan-
do in iudic.confitetur,&ſic pro iudicato habetur,vn-
de tunc ſolum de ſoluendo præceptum,ſecundum eū,
ſufficeret.Are.vero in dict.§.fin.colum.3.verſic.Quæ-
ro,quid ſi à princip.negauit,in hoc vlti. dubitat,quia
quum aliquo probandi onere non ſit alleuiatus cred.
ſecundum eum neceſſario ſequitur, quod debitor per
eius mendacium ceſſionis benef. perdere debeat, re-
fert tamen opinion.Salic.de qua ſupra, ſaluari poſſe,ſi
debitor poſt condemnationem appellaſſet, per quam
appellationem pronunciatum extinguitur,vt l.j. in ſi.
& ibi gloſſ.& Bartol. ff. ad Turpil.tunc ſi debitum fa-
teatur,bonis cedere poterit,argu. l. qui cum maior.§.
accuſaſſe.ff.de bo.liber.& cum hac.opin. Aret.tranſit
ibi Iaſ.in 3.colum.in fin.verſicul.ſeptimo ſupraſcripta
regula.& ſecundum hanc Aretini declarationem de-
ciſum fuit in conſil.Neap.vt refert Afflic.in deciſ.296.
Quidam debitor.& ſequitur Pariſi.conſil.100. Certiſ.
eſt.colum.j.verſicu.Nec.dom.Alberto.vol.3.& ſic ap-
paret,quod Are.& ſequaces ſequuntur opin. dict.glo.
pe.in verbo,iudicati. quæ communiter à Doct. repro-
batur,vt atteſtatur Alberic.in rub. C.titul.noſtro.in 2.
colum in princ.verſi.Item quæro quando quis.& Sa-
lic.in dict.l.j.colum.j.verſic. Nec ob.gloſſ.& idem fir-
mat Afflic.in deciſ.379.In quadam cauſa.in fin. Conſi.
tamen Neap. ibi in opin.Salic. & ſequacium inclina-
uit, quod etiam poſt ſententiam condemnatus confi-
tens debitum ad ceſſionis benef.admittitur,& ita de-
ciſum fuit,vt ibi verſi.ſi.atteſtatur Afflic.& ita tenen-
dum cenſeo, quum etiam eandem opin. tenere videa-
tur Bartol.& Ang.in dict.l.pen. ff.titul. noſtro.& ante
eos Cy.in dict.l.j.in 3.quæſt.cum aliis,de quibus ſupra
verſi.Alio modo vt in iud.num.3.Pro huius opin.con-
firmatione Panormi.adduco in capi.Odoardus.col.2.
verſic.In gloſſ.2.extra.de ſolution.vbi atteſtatur,com
muniter teneri,debitorem, antequam condemnetur,
vel debitum fateatur, bonis cedere non poſſe, quia
cred.periculoſum eſſet, ſi per prius admitteretur ceſ-
ſio. Nam forte debitor tempore quo ad pinguiorem
fortunam perueniret,credit. per mortem: vel teſtium
abſentiam,debitum probare nō poſſet: ideo debitum
primo liquidari debet. & poſtmodum debitor ſi vult.
bonis cedere poterit. ergo opi.gloſ. pen.in verbo iu-
dicati,Are.Iaſ.& ſequacium non eſt vera.Tenenda eſt
igitur opin.Salic.tanquam verior,& magis communis
& ab ea in iudicando non eſt recedendum. In eo ta-
men quod Salic.inquit,deb.in iud.confitentem,pro iu
dicrto haberi,& ſic ſecdūum eum,ſolummodo de ſol-
uendo pręceptum ſufficeret, dic quod ſi debitor ceſsi
onis benefic.vti velit,pręceptum de ſoluendo ſibi fie-
ri non pōt.quinimo ſtatim quod in iudic.cōfeſſus eſt
ſe ad bonorum ceſsionem admitti petere poteſt,& il-
la ſibi denegari non valet,vt eſt textus in dicta l.penul
tim ff.titul.noſtro. vbi vero ceſsionis beneficio gau-
dere nolet,ſed ſoluere paratus eſſet,tunc ipſi confitē-
ti de ſoluendo præceptum fieri poteſt,& non aliter,&
7 ita procedit textus in dict l.ſi debitori. de iudi. Quid
aūt ſi cōfeſſus debitū eius,vel eorū qui in carceribꝰ de
tinebātur, bonis ceſsit,deinde noui creditores ſuper-
ueniunt, qui illum in carcere confirmari faciunt,an
bonorum ceſsio ,quo ad primos creditores, facta ſu-
peruenientibus noceat, ſi contra eos per cedentem
opponatur? dic quod ſic,textus eſt in l.quart. §. Sabi-
ff.titulo noſtro. Albericus in dicta rubrica colum .pe.
nūlt.in princip.verſi. Item habet effectum & Guid.Pa.
conſi.



conſ.124.Circa materiam.colum.fin.verſicul.Nec ſunt
neceſſario.Quod intelligit eſſe verum Salic.in dicta l.
prima colum. prima.in fine. verſic.ſecundum dubium
eſt.quem ſequitur Gui.Pa. in d.ver. Nec ſunt neceſſa-
rio. Si cedens horum ſuperuenientium debitum in
iud.fateatur. Adde tu,vel illi citati fuerint, & non cō-
paruerint,alias non,quum illis non pręiudicet,quorū
debitum non agnouit,vt dicta l.penul.nec illis,qui ci-
tati non fuerint, vt per Are.in dict.§.fin. colum.3.in ſi.
verſic.Quæro,debitor vult cedere bonis.ſub numer.6.
& dicemus infra in 9.& 21. quæſt. princ. Et illa prima
ceſsio pro omnibus ſufficere debet, ſicut vna inuen-
tarij confectio pro omnibus creditoribus etiā ex poſt
8 facto comparentibus ſufficit.l.ſi.§.licentia C.de iure
delib.Et prædicta intellige,niſi qui ceſsit bonis, de no
uo bona acquiſiuiſſet: quia reſpectu illorum bonorū
illis non præiudicet,quorum reſpectu ceſsio facta nō
fuit,ſecundum Salicetum ibi. Et prædicta vera ſunt
reſpectu creditorum, qui ceſsionis tempore credito-
res erant. Nam quo ad eos,qui bonis ceſsit,& nūc ad
pinguiorem fortunam peruenit,non tenetur niſi in-
quantum facere poteſt,non autem reſpectu credito-
rum,quos poſt ceſsionem creauit.Illi enim bene pote
runt eum in ſolidum conuenire.ita limitat ſingu.Ioā.
Fab.quem ſequitur Iaſ.in dict.§.ſi.colum.2.in princi.
verſicu.Limitate tamen hunc text.& ibi Areti.in pen.
colum.verſicu.Aduertas tamen ad id,niſi ipſe iterum
bonis cedat,quum poſsit etiam quo ad hos nouos cre
ditores,ad bonorum ceſsionē admitti, quia actus eſt
9 reiterabilis.Et prima ceſsio aduerſus nouos credito-
res,quo ad bona de nouo quæſita,nō proficit, ideo eſt
admittenda l.nec non.§.quod eis.ff.ex quib.cauſ.ma-
io.& ita tenet Salicetus in dict.l.ex contractu.in fine.
10 dicemus infrà in 9.quæſtion.princi.Scias tamen quòd
ſi poſt trium ſententiarum condemnationem debitū
confiteretur,ad ceſsionem non admitteretur, quia cō
demnato per tres ſententias nō datur beneficium ceſ
ſionis bonorum,nec beneficium capit.Odoardus.ex-
tra.de ſolution.vt concluſit Rota in quadam cauſa Se
nenſi, quam refert & ſequitur Sarnen.in commento
regu.in compendio vtriuſque ſignaturæ,in fin.per no
ta.per Bald.in dict.l.prima.& per Areti.& Iaſ.in dict.
§.fina.de quibus ſupra. Sed hæc concluſio depen-
det ab his quæ ſupra dicta fuerunt,ex quibus apparet,
hoc dictum non eſſe verum.& tanto magis, quia hoc
ceſsionis beneficium,contra & in executione ſentētiæ
datur,vt inquit Bald.in dict.l.j.verſic Solu.aut non ha-
buit iuſtam cauſam.&idem firmat Salic.ibi in j.colum
verſicul. Contrarium videtur verius. dum dicit,quod
iſtæ carcerationes&intruſiones in executione ſenten-
tiæ fiunt. idem Salic.in l.cum & filij.colu.ſi.verſ. Item
attende.C.titul.noſtro dicens quod in illo tex.videtur
caſus quo quis pro executione ſententiæ carcerari poſ
ſit,quanuis bona poſsideat,niſi bonis cedat,nec refert
quod à principio negauerit,&poſtea conuictus & cō-
demnatus fuerit, quia ſufficit ipſum eſſe condemna-
tum,vel quòd in iud.debitum fateatur,vt dicit textus
in dict.l.penulti.& Imol.in dict.capitu.Odoardus.in
prima columm.in fin.verſic.Item nota.quòd exceptio.
Lex enim illa alternatiue,non autem copulatiue, lo-
quitur:& ſic ſufficit in vno caſu verificari,iuxta nota.
in regu.in alternatiuis.de regulis iur.in 6.& ſentit Ro
fre.in tract.de offi.iud.quo cura.datur bo.colu.2.ver-
ſicul.eſt ſecundum neceſſarium. Nec illa lex diſtin-
guit,ſi iuſtam negandi cauſam habuit, vel non,ergo
nec nos diſtinguere debemus.l.de precio.vbi gloſſ.&
Barto.ff.de publi.action.Si ergo ad has intruſiones e-
uitandas in executione ſententiæ,deb.ad ceſsionis be
11 nef.admittitur,& hoc eſt,quia ceſsionis bonorū exce
ptio,executionis actum,& non obligationis ſubſtan-
tiam,reſpicit,vt declarat Imo.in d.c.Odoardus.in pri
mo no.ergo cōſideratio habēda nō eſt,an tres fuerint

latæ ſententiæ,vel vna tantum, quæ in iudicatū tran-
ſiuerit, quum vna ſententia quæ in rem iudicatam
12 tranſiuit, & quæ executionem meretur, & à qua ap-
pellari non poteſt,vt plene ſcribit Iaſo. in rub.ff.de re
iudi.colum.2.in fin.verſi.In ſecunda parte gloſ.tribus
ęquiparetur,à quibus appellare non licet.l.prim.& ibi
doct. C. ne liceat tertio prouo.quod eſt verum, etiam
quando ſententia poſt appellationis tempus in rem
iudicatam tranſire non ſolet,ſecundum gloſſ.in c.fra-
ternitatis. in verbo, fornicatio. extra. de frigi. &ma-
leſi.Ant.de But.Imol.& Panor.in c.lator. & in cap. te-
nor.extra.de re iudic. ergo nedum in executione vni-
us ſententiæ, ſed etiam trium cedere poterit, quum
eadem ratio in vna militet, quæ militat in tribus: &
vbi eadem ratio militat tam in vno quam in altero,
vna & eadem ratio omnes illos caſus decidit, non per
13 extenſionem, ſed ſicut genus omnes ſuas ſpecies,ſic
generalis ratio diuerſas caſuum emergentium ſpecies
compræhendit:ideo expreſſo vno caſu,veniūt omnes,
in quibus eadem ratio viget, ſecundum Bald.in l. de
quibus. ff. de legibus. quod dictum pro eleganti re-
fert & ſequitur Pau.de Ca. conſil.441. pro declaratio-
ne eius.columm.ſid.verſicu.ſed quando eſt alius caſus.
voluit.in nouis.& conſil. 83. præſens caſus. columm.2.
verſicul.conſtat autem quod quando.volu.2.in nouis.
de quo mentionem facit Aymo. conſilio.183. Regula.
numer.3.verſic.alibi ſcribit.volum.1. & ante eos idem
voluerunt Pet. & Cyn. in l. iura non in ſingulas. ff. de
legibus.quod refert Tiraquel.in tract.ceſſan. cauſa in
1.part.ſub num.137.verſicu.nam vbi eſt omnimoda ra-
tio.cum aliis concordant.ibi per eum citatis.& ſequi-
tur Deci.in c.2.requiris.poſt prin.de appel.Non enim
curandum eſt de caſuum diuerſitate, dummodo in
omnibus caſibus eadem ſit ratio.gloſſ. in l. ſed ſi lege,
§.item ſi rem diſtraxerit.ff. de petit. hæred. quia caſus
diuerſificare non ſufficit, niſi diuerſitatis ratio red-
datur Aymo.conſi.190.quod in præſenti.colum.prim.
numer. 2. vol.1.Sed in caſu præd.nulla diuerſitatis ra-
tio reddi poteſt, ergo eadem ratio eſt in execu.trium
ſententiarum habenda, quæ in executione vnius ha-
betur, à qua appellari non poteſt, & ſic concludo de-
bitorem tam per vnam ſententiam condemnatum,
quæ in rem iudicatam tranſiuit, & executionem me-
retur, quam per tres, ad ceſſionis refugium admitti
debere: Quod verum eſſe probatur per not. per Imol.
in l.ſi filiofami.la.2.in 2.colum.in princ.verſic.Sed ad-
uerte.ff.ſolu.ma.quem Aret.ſequitur in d.§. ſi. colum.
2.verſicul.Sed opin.Barto.vbi concludit,quod eo ipſo
quod de debito per iudicialem confeſſionem con-
ſtat,vel etiam per ſententiam, quæ in rem iudicatam
tranſiuit,ſi deb. infra tempora iudicatis conceſſa non
ſoluat, vt l. debitoribus. ff.de re iudic. pro debito ca-
pi & carcerari poſſit, niſi bonis cedat, etiam ſi bona
mobilia ad debitum ſufficientia habeat:& ſic non ob-
ſtante re iudicata,in cuius executione carceratus fuit
bonis cedere poteſt,& auditur,ita in executiōe trium
ſententiarū concludendum eſt,&c.ita ſentire videtur
Ioan.Ferra.in practic.Papi.in for.execut.ſent.diffi. in
gloſ.j.colum.penul.verſic. Pro cuius latiori doct.vbi
inquit,quòd in caſibus,in quibus ceſsio bonorum ad-
mittitur,omni & quocunque tempore fieri poteſt,er-
go etiam poſt tres ſententias.

## *SVMMARIVM.*

1 *Ceſſio bonorum quid operetur,& ad quid proſit.*
2 *Debitor pro ciuili debito carcerari non poteſt,niſi
primo ſit condemnatus.*
*Debitor ſi non ceſſit bonis,in carcere priuato detine
ri non poteſt,in publico ſic.eodem.*
3 *Statutū,quòd quis in carcere publico detineri poſ-*

*ſit,valet,non autem in priuato.*

4 *Statutũ quamuis diſponat,quòd inſtrumenta guarentigiata per debitorum carcerationem & omni modo quo creditori placuerit,executioni mandentur, debitor tamen bonis cedere poterit,ne in carcerem detrudatur.*

5 *Cedens bonis,ſi ad pinguiorem fortunam peruenerit,conuenitur tantum in id quod facere poteſt pro eo,in quo debitor poſt ceſſionem remanſit.*

6 *Cedens vituperoſè bonis,etiam ſi ad pinguiorem fortunam perueniat,à debito liberatus eſt.*

7 *Clericus,vel doctor,aut ſcholaris,vel miles,breuiarium,aut libros neceſſarios,vel armà poſt ceſſionem acquirentes,creditoribus dare non compelluntur.*

*Debitor qui bonis ceſſit,nec capi,nec carcerari poteſt.eod.*

7 *Corpus defuncti debitoris,ad creditoris inſtantiam ſequeſtrari non poteſt.*

*Vſurarius manifeſtus in terra ſacra ſepeliri non poteſt,ſecus in profana.ibidem.*

8 *Debitor an omnibus ſuis bonis cedere debeat, ita quòd nudus remaneat?*

*Veſtes viles cedenti bonis relaxantur,ſicut ad vltimum ſupplicium damnatis relaxantur,eo.*

*Alimenta an etiam ei relaxentur,ibidem.*

10 *Clericus de patrimonio nihil habens, admittitur cedens fructibus beneficij,deducto eo quod pro diuinorum adminiſtratione ſufficiat.*

11 *Clericus ad ſimilitudinem militis priuilegium habet vt non conueniatur vltra quam facere poſſit.*

12 *Diſpoſitio l.primæ.C.de iur.& fact.ignor.quid contineat.*

*Clericus iura ignorare non præſumitur.eod.*

*Turpitudinem ſuam quis allegare non poteſt,eodẽ.*

*Aduocatus militare dicitur.ibidem.*

13 *Clericus pro repreſſalijs conceſſis capi nõ poteſt etiã ſi ſit coniugatus.*

14 *Clericus actione reali conuentus, an benef.gaudeat quòd non conueniatur vltra quam facere poſſit?*

*Maritus rei vendicatione ex cauſa dotis non procedente conuentus,beneficio non gaudet,ne conueniatur vltra quam facere poſſit,eod.*

15 *Clericus mercator,fori beneficium & immunitate alijs clericis conceſſas perdit.*

16 *Clericus debens beneficij penſionem,quod poſſidet nõ gaudet beneficio,vt non conueniatur vltra quam facere poſſit.*

*Scienti & volenti non fit fraus neque iniuria,ibidẽ.*

*Iuramentum per ipſum iurantem in forma ſpecifica impleri debet.*

17 *Clericus quanuis pro ciuili debito capi non poſſit, fugiens tamen,per creditorem capi poteſt.*

*Clericus obligatus occaſione depoſiti,per creditorem laicum capi poteſt.ibidem.*

*Clericus pro periurio capi & carcerari poteſt,non tamen bonis cedere poterit.eod.*

18 *Cedens bonis,bona per teſtatorem alienari prohibita retineri poteſt.item vſumfructum, feudũ,& emphyteoſim eccleſiaſticam quam poſſidet, ſed earum commoditates creditoribus pro eorum credito dantur.*

19 *Ceſſio bonorum ſoluit compromiſſum.*

*Ceſſio bonorum non coram arbitratore,ſed coram arbitro locum habet,eod.*

## Quid operetur Bonorum Ceſſio. Quæſtio III. Prin.

1 TERTIO principaliter quæro,quid operetur bonorum ceſſio, & ad quid proſit? Reſpon. operatur quod debitor ad inopiam conuerſus, volens cedere bonis, in carcerem non detrudetur.l.j.& ibi gloſſ. Bar.Bald.Ang.Salic.& Pau.de Ca.C.tit.noſtro.Bartol. in rub.ff.eod.Alber.in rub.C.eod.column.2.in fi.verb. Item quæritur, quid ſit beneficium ceſſionis. & Abb.
2 in cap.Odoardus.volum.2.verſi.& prodeſt hæc ceſſio. numero.8.extra.de ſolution.Et eſt ratio,quia quis pro ciuili debito in carcerem poni non poteſt, niſi primo condemnatus ſit.dicta. l.j.à quo carcere cedendo bonis liberatur,vt ibi. Si vero bonis non ceſſit,in carcere priuato detineri non poteſt.l.ob æs.& authent. immo.ibi poſita.C.de action.& obliga.ſed in carcere publico ſic.l.3.§.pe.& ibi Bart.& Bald.ff.de ſuſp.tuto. ſequitur Are.in §.fi.colum.j.in fin.verſic. ſi vero eſt ma-
3 ior.Inſtitut.de actio.Et ideo valet ſtatutum, quo quis in carcere publico detineatur, non autem in priuatis carceribus,ſecundum Bal.in dict.l.j.colum.2.in princ. verſi.modo quæritur.in gl. & prædicta intantum ſunt
4 vera,quod etiam ſi diſponeret ſtatutum, quod inſtrumenta guarentigiata per debitorem carcerationum, & omni quo creditori placuerit modo executioni mãdentur,nihilominus debitor bonis cedere poterit,ne in carcerem detrudatur.idem Bald.in dict.l.prima.columm.ſecund.in princ.verſic. quæro,ſi ſtatutum dicit. quem refert & ſequitur Ancha.in repeti.ca. canonum ſtatuta .colum.18.in 6.princip.quæſito.verſic.pone exemplum,quum ſtatutum dicit.extra.de conſtit.Sed in hoc contrarium tenet Angel. in l. nemo carcerem, in vlti.fol.Codic.de exacto.tribu.lib.10.& in l.alia.§. eleganter.in fi.ff.ſol.matr.vbi Pau.de Caſt.refert contrarium vidiſſe ſeruari Florentiæ, & quod de dicto Bald. truffantur,& idem Ang.in l.4.in fin.ff.tit.noſtro.quam opin.inquit veriorem Alex.in apoſt.ad Bald.in d.verſi. quæro ſi ſtatutum. Sed pro concordia dicas,Baldum optime loqui,vbi ſimpliciter diſponit ſtatutum,quod inſtrumenta per carcerem vel alio modo executioni mandentur: ſecus, ſi plus vltra diſponeret ſtatutum, videlicet ꝙ carcerati non relaxentur, quouſque ſoluerint,vel ꝙ obligati per inſtrumenta guarentigiata, ponantur in carceribus,de quibus exire non poſſint, niſi ſoluant,prout loquitur Angel.& Pau.de Ca. & tunc carcerati bonis cedendo non audientur, & ita conſuluit Corn.conſil.212 placet.volum. ſecun.Idem dicendum eſt, ſi ſtatutum diſponeret, quod perſonaliter obligatus capi poſsit,&in palatio detineatur,vel in carcere, donec de ſuis bonis tenutam legitimam, ſufficientem, tantique valoris, ac tertiæ partis pluris pro legitimis expenſis aſsignauerit, iuxta ſtatutum noſtrum Ariminen.ſub rub.quod quicũque obligauerit ad detinendum perſonaliter &c.niſi aliter per aliud ſtatutũ diſponatur.vt in alio noſtro ſtatuto ſub rubric. deciſione bonorum. vbi diſponitur, quod in caſibus à iure permiſsis quilibet debitor bonis cedere valeat, etiam
5 ſi cum iuramento ſe obligaſſet poſſe perſonaliter detineri, non obſtante etiam ſi cum iuramento ceſsionis beneficio renunciatum fuerit. Item operatur quod in eo,in quo vltra bona ceſſa remanſerit debitor,ſi poſtea ad pinguiorem fortunam peruenit, conueniri poſtea non poterit niſi inquantum facere poteſt.l. quarta, in princip.ff.titulo noſtro.& l. ex contractu. cum ibi not. per gloſ.& Docto.Codice de bon.autho.iud.poſ.& ſic deducto, ne egeat, alioquin nullum eſſet priuilegium l.in condemnatione.&ibi gloſ.ff.de regulis iur.& glo. & Docto. in l.ſunt qui in id.ff.de re iudic. Azo in ſumma.tit.noſtr.verſ.eſt autẽ remedium ceſsionis.Rofr.in tract.



trac.libel.in rub.de offi.iudic. quo cura. datur bo.col. j.in fin.verſ. Eſt & aliud beneficium. Salic.& communiter doct.in dicta l.j.col.2.in princ.verſ.oppo .quarto &in dict.l.ex contractu.& doct.in §.fin.Inſt.de action.
6 Niſi vituperoſe bonis ceſsiſſet ſecundum formam ſtatutorum, nates ſuper lapidem percutiẽdo,vt dicemus infra in 6.quæſti.princip. Nam tunc à debito liberatur,ſi ad pinguiorem fortunam peruenerit,ſecundum gloſſ in cap.ſicut dignum.§. hi quoque in verbo ſi habent in fine extra.de homici.quam ſequitur Gui. Pa.in deciſ.343.Cedens bonis.Ideo in aliquibus locis de cõſuetudine ſeruatur,& extat ſtatutum noſtrum Ariminen. ſub rubri.de debitoribus, ne currant faciliter ad beneficium ceſsionis, quod cedens antequam ad ceſſionis beneficium admittatur, coram officiali creditoribus ſatisfacere promittit, ſi ad pinguiorem fortunã
7 peruenerit.& eſt bona cautela pro indemnitatis creditorum conſeruatione. Prædicta tamen in clerico, poſt ceſsionem breuiarium vnum acquirente,non procedunt, vel in doctore,aut ſcholari, libros ſibi neceſſarios,aut in milite arma acquirẽte,quia talia bona creditoribus dare non compelluntur, vt noſtra gloſ. in l. nepos Proculo ff.de verb.ſignifi. Baldus in rubrica C. titu.noſtro. Cyn.& Salic.in d.l.j.in vlt.col.13.quæſt.ſequitur Are.in d.§.fin.co.penu.verſi.aduertas tamen & iſtud.&ibi Iaſ.in 2.col.verſi.3.limitate.&in §.Item Seruiana.col.9.ver.Per iſta etiam dicit Angel.nu.64.inſti. de actionib.Item operatur hæc bonorum ceſsio,quod is qui bonis ceſsit,realiter nec citari, nec carcerari poteſt, quia liber ire debet quo vult, vt no. gloſ.& ſequitur Imol.in capitu.lator. extra de pignor.& Marianus Soc.in tract.de citation. arti.5.in 17.fal.nu.40.per tex. in d.l.j.Cod.tit.noſtro.Operatur etiam hæc bonorum ceſsio, vt creditores venditionis remedio eorum indemnitati conſulant, quatenus debitoris ſubſtantia patitur. excuſſo debitore vſque ad vltimum quadrantem,&vſque ad ſubligar,vt inquit Azo in ſumma.titu.
8 noſtro.ver. Effectus autem ceſsionis. Quid autem ſi bonis non ceſsit. ſed creditoribus nondum ſatisfactis deceſsit debitor, an creditores petere poſsint defuncti debitoris corpus ſequeſtrari,ne ſepeliatur donec de debito ſatisfacti fuerint? Spec.in §.in quibus.verb.Octauo,quando res dilationem non capit.in titu.de appellatione.tenet,non audiri creditorem, appellantem ne defuncti corpus ſepeliatur, quia eſt res dilationem non recipiens:ergô ſequitur quod tale corpus ſequeſtrari non poteſt.Intereſt enim reipublicæ,quod defũctorum corpora inſepulta non remaneant pro ciuitate conſeruanda à peſtilentia,quam fœtores inducunt, vt docet experientia rerum magiſtrat: quinimo creditores id petentes,hodie in confiſcatione tertie partis bonorum puniuntur, cadũt ab actione,& tantumdem defuncti hæredibus erogare tenentur, & efficiuntur infames, vt pulchre declarat Ripa in tract.de poſte.in primo remedio præſeruatiuo. numero.101. verſicul.& primo quæro.&in l.obligatione.columna 6.in fin.numero 34. verſiculo viſo de libero homine ff.de pignor. per textum,in l.cum ſit iniuſtum & authent.ſeq. Cod. de ſepul. viola. Quod tamen reſtringitur ſecundum Angel.in authent.vt defunct.ſeu funer.eorum.in prin. ſi ex forma ſtatutorum inſtrumenta confeſsio nata debent ad voluntatem creditoris,inſtrumentum confeſſionatum præſentantis, executioni demandari. hoc enim caſu,mortuo debitore,poterit creditor iudicis authoritate ſequeſtrari facere, & corpus ſui debitoris mortuum retineri, ne ſepeliatur quouſque de debito ſibi ſatisfiat,quod dictum refert & ſequitur Marſi.in l. finali columna penultima,num.63.verſ. item adde etiã prædictis.ff.de queſtionibus,& in ſingu.199. in iure expreſſum. Felin. tamẽ in c.ſicut Iudæi.il.j.in 2.colum.in princip.ver.vnde dixit Spec.extra.de Iudæ.non credit, hoc dictum de æquitate procedere, niſi opponeretur vſurario manifeſto,vt eſt tex.in ca.quanquam.de vſur. li.6.& no.Ang.vbi ſupra,in ver.no.hic caſum pro vſurario, qui quamuis in terra ſacra ſepeliri non poſſit, vt ibi, non tamen prohiberi poterit, ne in terra profana ſepeliri debeat,quia reipublicę intereſt,ne etiam anathematizatorum corpora inſepulta iaceant,vt per Ripam vbi ſupra.nume.102.verſic. quia pœna non plectuntur. Quinimmo Tho. Gramma.in deciſ.82.incidit fermo.damnat illud dictum Ange. & refert creditores id petentes, ſemper fuiſſe à magna curia expulſos,& idem quod ſupra tenet Firmian. in trac. de epiſco.in 3.part.quarti libri,in 13.q.verſicu.acceſſorie hoc infero.numer. 14. quamuis contra quam plura defunctorum corpora viderim in patria mea obtentum,etiam nullo extante ſtatuto,& male per prædicta. An autem quod ſupra dictum eſt, ſit verum, quod debitor omnibus ſuis bonis cedere debeat, ita quod nudus
9 remaneat? videtur dicendum quod ſic. l.cum & filij. C.titul.noſtro.gloſ.j in l.qui bonis. & gloſſ.fi.in l.pen. ff.eod.tenet Cyn.in l.j.C.eod.quem refert & ſequitur Alber.in d.rub.col.2.in prin.verſi.Item quæritur quibus bonis.& Bald.in d.§.fi. cos.2.in fin.verſi. quæritur quibus bonis.inſt.de action.Alibi dixit glo.in l.fi. §.fi. in vlt.gloſſa.ff. quæ in frau.credit.quod cedenti bonis vſque ad ſacculum & peram auferri debet, & nihil ſibi relinqui, nec etiam vnus minimus denarius,vt voluit gl.in d.l.pen.Contrarium tamen determinat Bar. in d.l pen.Alber.& Bal.vbi ſupra.& Cyn.& Salic.in d. l.j.col.2.ver.Quæro ſecundo,an omnia bona.dicentes ꝙ ſaltem viles veſtes ei relaxantur, quum illæ etiam ad ſupplicium damnati relaxentur. vt l.diuus.ff.de bo. damna.& ita tenet Angel.in dict.l. cum & filij, & in l. ſi laborante.§. cum in eadem.in fine.ff. ad l. Rhod. de iac.& ita communiter in practica ſeruatur,ſecundum Alber.vbi ſup.& ita cõmuniter teneri atteſtatur Imo. in d.c.Odoardus.col.2.in princi.ver.Sed in primo caſu.num.14.& ſequuntur Ioan.Fab.Are.& Iaſ.in dict.§. fin.& iſta opin. æquitate nititur ſecundum Salic.in d. verſi.Quæro ſecundo: Canoniſtæ etiam tenent, quod alimenta ſunt ſibi relinquenda,vt no.in d. ca. Odoardus.vbi Panor.& Imol.in d.verſicul. Sed in primo caſu.& doc.in ca.ſtudeat.l.diſtinct. Quod eſt verum,dixit Alber.in d.rub.in 2.col. verſicul. Canoniſtæ etiam. nu.5.de iure ciuili in bonis poſt ceſſionem quæſitis,in quibus non eſt fraudandus alimentis quotidianis, vt eſt text. in d.l. qui bonis.ff.tit.noſtro.quæ lex eſt nota.
10 in hac materia.Dixit tamen Collecta.in d.ca. Odoardus.vidiſſe in Curia Roman.ſeruari, ꝙ clericus nihil de patrimonio habens,admittitur cedẽs fructibus beneficij,deducto eo quod pro diuinorum adminiſtra. ſufficit,& illum refert Imol.ibi in vltima column.verſicu.vltimo hic poteſt opponi.& Cacialup.in tract.de penſi.p.11.in vltim.colum.verſi. & Collectarius in ca. Odoardus.de quo etiam per Gigan.in ſuo tract.de pẽſio.quæſt.39.nume.4.Et eſt ratio,quia clericus priuile-
11 gium habet,vt non cõueniatur vltra quam facere poſſit ad inſtar militis armatæ mili.vt dicit gloſ.ordin.& communiter approbata in l.miles.vbi Barto.Alexand. & Iaſ.poſt alios.ff.de re iudi.Gemi.& Peruſi.in capit. ſi propter.in princ.in 2.no.de reſcrip.in 6.& Staphyle. in tracta.de literis gratiæ.& inſti.fol.154.ver.Pręterea hoc eſt priuilegium.in primo impreſsis.& ita reperio deciſum fuiſſe in Capel.Toloſa.in deciſi.245.Item fuit quæſitum:aliquis presbyter. & ibi diffuſe per Euffre. in addi.& per eundem in addi. ad deciſ.213. Item fuit traditus libellus,vbi de communi opin. atteſtatur & tenet Nico.Euerard.in tracta.de modo arguen.in 22. arg.locus à milite arma mili.ad mili.cæle.mili.in princi.litera f & a.quanuis contrariũ tenere videatur Matthæſ.& male in ſingu.62.not.ꝙ clerici.quem ſequitur
12 Iaſ.in l.j.colum.2.in prin.verſic.quid autẽ.C.de iur.& fac.igno.Sed illud procedit in caſu d.l.primæ,nõ aũt

in caſu noſtro. Nam diſpoſitio illius l.eſt diuerſa à ca-
ſu noſtro. caſus enim illius legis, priuilegium conti-
net contra ius commune, ergo non eſt extendendum.
l. ſi vero §. de viro ff. ſol. matrim.& ratio eſt, quare in
dicta l.prima ad milites cæleſtis militiæ non ſit exten-
ſio, quia ibi illud eſt priuilegiũ propter ſimplicitatem
militarem, iuxta l.fi.in prin.Cod.de iure delib.ſed iſta
ſimplicitas non cadit in milite cæleſtis militiæ, quum
ille iura ignorare non præſumatur.l.repetita cum glo.
Cod.de epiſc.& cleri.tradit Alex.in dict.l. miles.co.fi.
in prin. ver.fallit in priuilegijs. Are.in §. appellantur.
col.3.ver. Quero an d.l.j.inſti.de exception.& Euer.in
dict.22.argumento ante fi.litera A.il.ſecundo.Si enim
clericus ſe ius ignoraſſe diceret, turpitudinem ſuam
allegaret.fac.text.in l.2.Seruius Sulpitius.ff.de origin.
iur.quam allegare non poteſt c.inter dilectos.vbi glo.
& doct.extra.de donation.& late per Iaſ.in l.iuſiuran.
dum.§.procurator.colum.6.cum tribus ſeq.ff.de iure-
iurand.Sed in dicta l.miles.tale priuilegium ob publi-
cam vtilitatem & honeſtatem datur, ergo ad militem
cæleſtis militiæ extenditur, & ad aduocatum, qui etiã
militare dicitur, l.fori.& l.aduocati.Cod.de aduoca.
diuer.iud.quia in eis eadem honeſtas viget,& ita com
muniter tenent doct.Iac.But.Cy.Bal. Salic.& alij in d.
l.j. & ita tenendum eſt, quia eſt optima ratio, & idem
firmat Felin.in c.cum ex officij.colum.j.verſi.ſimiliter
Pet. de Anch. extra.de præſcript. reprobando dictum
Matthæſyl.& comprobat Marian. Soci.in tract.de ci-
13 tation.in 5.art.q.17.in 14.fallen.Vbi etiam addit,quod
pro repreſſalijs conceſsis capi non poteſt ſecundum
Bartol.in tract.repreſſalia.7.quæſt.prin.verſic.Ad quin
tum, niſi ſit coniugatus. vt ibi per eum. Immo dic, ꝙ
etiam coniugatus capi non poſsit, vt elegãter decidit
Lapus in allega.118.Quæritur.co.j.& 2.maxime,quãdo
clericus eſſet cum vnica & virgine cõiugatus,& in ha-
bitu & tonſura incederet,iuxta text.in c.j.de cleri.cõ-
iuga.in 6.Et propterea domini de Rota ſolent,quando
agitur, vt rei iudicatæ pareatur, quo ad fructus & ex-
penſas,ſi beneficium dict.c.Odoardus.opponitur, an-
nuatim aſsignare de fructib⁹ cuicunque clerico quã-
tuncunque infimo,pro victu & veſtitu ducatos 24.au-
ri de camera.& ſi quid vltra habeat,victori vſque ad in
tegram ſatisfactionem conſignare, niſi condemnatus
eſſet miles, doct. vel alias qualificatus, cui ex arbitrio
augent perſonæ qualitatẽ,& patriæ,vbi habitat,habi-
ta fertilitatis & ſterilitatis cõſideratiõe,vt refert Caſ-
ſado.in deciſion.6. Firma eſt propoſitio .columna 4 in
princip.verſicul. Sed quomodo conſideratur numero
6.in rubr.de appell.quod tamen non procederet in cle
14 rico,qui actione reali conueniretur,quia eo caſu tali
beneficiõ non gauderet, prout eo ſimiliter non gau-
det maritus,ſi rei vendicatione conuenitur.nam tunc
vt quilibet poſſeſſor conuenitur.ideo dictum benefi-
cium non habet,maxime,ſi rei vendicatione ex cauſa
dotis non procedente conuenitur, ſecundum Aret.in
§.Item ſi de dote.column.j.verſi.In ea glo.in fi.inſt.de
action.quod eſt notandum ad intellectum.dict.capit.
Odoardus.de quo tamen dicemus infrà in 20.q.4.q.
15 prin.in primo caſu.Idem in clerico mercatore,& ſe in
negotiis ſecularibus immiſcente dicimus, qui perdit
fori priuilegium & immunitates aliis clericis conceſ
ſas,vt late ſcripſerunt Mod.Anchoni.in tracta.de mer
catu.in 3.par.in prin.nu.4.cum multis ſeq.& pulchre
16 per Guid.Pap.in deciſ.196.Nobiles.Similiter in cleri-
co penſionis debitore non procedit,quando ipſe eius
impoſitioni perſonaliter conſenſiſſet. nam tali caſu,
ex quo in eius conſenſu iuramentum ineſt,& in for-
ma cameræ obligatur,haud honeſtum eſſet,poſtquam
beneficium habet,ad cuius regreſſum ob non ſolutio
nem ſe obligauit,quòd exceptione dict.capit.Odoar-
dus vel alia ſimili iuuetur.poti⁹ enim beneficiũ quod
accepit,dimittere & reſtituere debet, quam penſionẽ
non ſoluendo,iuuari beneficio dicti c.Odoardus.non
enim cõdecens eſt,retinere beneficium,& penſionem
non ſoluere: alioquin ei peierandi occaſio daretur,
nec iſto caſu illi fieret iniuria,ſi ei auxilium d.c.Odo-
ardus.denegaretur: quia ſcienti & volẽti nõ fit fraus,
neque iniuria.reg.ſcienti.de reg.iur. in 6.& quia iura-
mentum perſonale eſt, per ipſum iurantem in forma
ſpecifica impleri debet.c.debitores.& ca. ad noſtram.
extra.de iureiu.alioquin cẽſuras & pœnas, de quibus
in reſeruatione penſionis habetur,incurrit.Quum er-
go penſionis debitor non habeat vnde penſionem ſol-
uere poſſit,ad beneficium d.c.Odoardus.admitti non
debet. ſed ob non ſolutionem dictæ penſionis, bene-
ficio priuatur, vt voluit Sarnen. in commento regul.
cancell.in regul.de annali poſſ. q.54. & in compendio
vtriuſque ſignaturę.col.fi.num.80.ver..Eſt tamen vnũ.
Ex quo vt plurimum in penſionis aſſignatione bene-
ficiatus illam infra certum terminum, ſub excommu-
nica.pœna. & ſucceſſiue priuationis beneficij ſoluere
promittit: & ita obſeruat Rota, vt refert Caſſado. in
deciſ.2.Apertiſſimi iuris.colum.j.num.3. de loca. Sed
17 mirabile videtur, quod clericus quamuis priuilegiũ
habeat,vt pro ciuili debito non teneatur, niſi in quan
tum facere poteſt, à iudice pro eodem debito realiter
citari non poſſit, & nihilominus illum fugientẽ pars
realiter citare poſſit,etiam propria authoritate ipſum
capiendo,vt traditur in capitul. cum non ab homine.
vbi Abb.in 4.column.in fin.verſicu.quoad ſecundum.
numer.17.extra.de iudi. Ego vero arbitror illud,quod
de clerico fugiente dicitur,habere locum reſpectu de
licti, vel etiam ſi cum pecunia creditoris aufugeret:
quia videtur quod tũc etiam laico licitum ſit realiter
citare,& ipſum capere,vt ſingulariter dixit Imo. in ca
pitul. vt famæ.de ſent. excomm. quem refert,& ſequi-
tur Marſ.in ſingu.43.Debitor.& tenet Imol.in c. lator.
quod legit cum c.j.col.3.verſic.Item fallit.de debitore
fugiente. extra. de pignor. vbi ita communiter teneri
atteſtatur, ſubdit tamen quod ad iudicem eccleſiaſti-
cum duci debet.late per Marian. Soci.in d.c.cum non
ab homine.ſuper j.glo.in j.membro.& latius in c.per-
uenit.in 11.princip.artic. per quatuor membra prin-
cipalia, maxime in ſecundo & quarto de ſentent.ex-
com. Sed extra crimen & quando cum creditoris pe-
cunia non aufugeret,non video quod pars vllo modo
eum etiam fugientem capere poſſet,niſi occaſione de-
poſiti ex contractu debitor eſſet,vt tradit Matthæſ. in
ſingul.60.no.quod clerici.& ibi late per Mod. in addi.
Iaſ.in l.ſi fideiuſſor.§.ſi ſatiſdatum column. prim.in j.
not.in fin.ff.qui ſatiſd.cog.& Afflic.in deciſi.24.Qui-
dam clericus.col.j.in fi.numer.3.& niſi debitum eſſet
iuratum.Nam tunc pro periurio carcerari poſſet, ſe-
cundum Afflic.in conſtitu.Regni.incipien.Si quis cle
ricus.ſub rubr.de cleri.conueni.in 6.not.Quia periu-
rium eſt graue in clerico,ipſe carcerari poteſt,vt legi-
tur & not .per Peru.in ca.ſi clericos de ſenten.excõm.
in 6.Non tamen poterit ipſe periurus cedere bonis,ex
quo ceſsionis beneficium non habet,vt in c.peruenit.
extra.de fideiuſſ.Anto.de But.in d.c.Odoardus.& per
Vitalem in tract.clauſula.in rub.An poſſ.renunc.ceſs.
bonor.col.9.verſi.Adde hic, quod periurus, quanuis
Bald.in l.fin.verſi.Item pone,iuro.C.de non nume.pe
cu.teneat ꝙ debitor quanuis iurauerit infra certum
terminum ſoluere, & non ſoluerit,& bonis cedat,
non per hoc dicatur propter ceſsionem periurus. Itẽ
bonorum ceſsio prodeſt,quia cedens bona,per teſta-
18 torẽ alienari prohibita, retinere poterit.itẽ vſumfru-
ctum,feudum,& emphyteuſim eccleſiaſticam quã poſ
ſidebat,ſed earum commoditates creditoribus in eo-
rum ſatisfactionem conceduntur.argum.l.neceſſario.
§.fin.ff.de pericul.& commod.rei vendi.& eorum quę
not.per docto.& præcipue per Alexandr.in l.ſi finita.
§.ſi de vectigalibus.column.7.in princi.nume.17.ff.de
damn.



damn.infect.& conſil.19.ſuper eod.colum. penu.verſi.
Caſum noſtrum num.16.volum.5.Anto.Rube.con.164.
circa primum.colum.fin. in prin .ver. Pro reſolutione
& Ruyn.con.176.primo quæritur col.2.& fi.volum.j.&
Baldus in l.j.col.3.in prin.ver. Quero,nunquid ille qui
cedit.& ibi Salic.in 2.col.ad fin.verſic. Sed dubitatur;
quid ſi poſsideat.C.titul.noſtro ſequitur Iaſ.in dict.§.
colum.pen.in fin.verſic.Quid autem ſi in ceſsione bo-
norum Inſtit.de actiõ. Et eſt ratio, quia quæ plene ac-
quiri non poſſunt, quo ad commoditatem acquirun-
19 dict.l.neceſſario.§.fin.& l.fin. Cod.de vſufr.Baldus.in
l.cum oportet.colum 4.in fin.verſiculo. quæſtio eſt de
feudo.Co.de bon.quæ libe. Poſtremo bonorum ceſsio
operatur,quod compromiſſum ſoluit,vt l.item ſi vnus
in princip.& ibi Baldus ff.de arbi. per quam legem di-
cit Baldus in l.fin.in princi.verſic. Quid ſi inter pares.
Codice communia de legã. quod bonorum ceſsio co-
ram arbitratore locum non habet, ſed coram arbitro
tantum.

*SVMMARIVM.*

1 *Quis poſſit cedere bonis.*
2 *Pater & filius poſſunt cedere bonis,etiã quòd filius habeat vel non habeat caſtrenſe peculium,vel quaſi caſtrenſe,vel aduentitium,vel profectitium,*
*Peculium legari põt ei,qui in peculio nihil habet,eo.*
3 *Pater male adminiſtrata republica vel alia cauſa cedens bonis,filiis emancipatis in bonis per eos quæſitis,etiam ex donatione eis per patrem facta, non præiudicat.*
*Nec præiudicat in donatione facta filiis in poteſtate conſtitutis propter eorum merita,maxime antequam per patrem debita contracta fuiſſent. ibidem.*
4 *Executio in bonis filij condẽnati,in quibus pater habet vſumfructum,etiam durante patria poteſtate, & etiam in perſona fieri poteſt,ſi bonis non cedit.*
*Executio in bonis profectitiis filij,durante patria poteſtate,an fieri poſſit,eo.*
*Filius delinquendo patri præiudicare non poteſt,ſed contrahendo ſic,ibid.*
5 *Damnatus pro crimine,non cedit bonis,ſed luit in corpus,ne delicta impunita remaneant.*
*Multa ſi ob paupertatem delinquenti remittitur, abſque eo quòd luat in corpus,ſi ad pinguiorem fortunam peruenerit,non vexabitur aliter,eo.*
6 *Seruus aut monachus ſi condemnati fuerunt,ex ſententia non obligantur,nec executionẽ quæ fit in cauſa iudicati,patiuntur.*
*Monachus non poteſt cedere bonis, & quando hoc non procedat,eo.*
7 *Filiusfami.mercator ad carceres euitandos qua cautela vti debeat.*
8 *Filiusfamilias debitor ſi emancipatus,vel ſui iuris effectus eſt, beneficio gaudet,vt non conueniatur,niſi in id quod facere poteſt,etiam ſi creditor in maiori paupertate conſtitutus eſſet, niſi decoxiſſet, & in decoctione fraudem & dolum commiſiſſet.*

## Quis poſsit cedere bonis. Quæſtio.4.princip.

QVARTO principaliter q̃ro,quis poſ-
1 ſit cedere bonis.Are.in § ſunt præterea
col.fi.ver.no.ꝙ cuilibet.Inſti.de actio.
& Iaſ.in §.fin.column.2.in fin.verſicul.
Extra gloſſ.eodem titulo dicunt,quòd
2 cuilibet debitori beneficium à lege indultum eſt, vt
bonis cedere poſsit,& cedendo carceres aufugiat,tu
ergo dic quod non tantum pater, ſed etiam filiuſſam.
bonis cedere poteſt,ſiue habeat,vel non habeat pecu-
lium caſtrenſe,vel quaſi caſtrenſe,vel aduentitium,vel
profectitium.nam & patriſſami. qui nihil habet,ad-
mittitur ceſſio,ne iniuriam patiatur, quia bona in fu-
turum habere poterit.l.pe.Cod.titul. noſtro. fac.text.
in l.quæſitum in princi.ff.de pecu. ſecundum Azonem
in ſumma.Cod.titul.noſtro.prout ei, qui in peculio ni
hil habet,peculium legari poteſt, & legatum propter
ſpem quærendi valet.ei quoque.ff.de pecun.legat. Al-
beric. in d.l.pe. & ideo debitor qui in bonis nihil ha-
bet, ratione ſpei bonis cedere poteſt, quum bona ac-
quirere poſſit ſecundum gloſſ.in dict.l.pe. in verbo,&
ſi nihil. quam ibi ſequitur Bald.& Salic. in princ. & ſi
bonis ceſſerit pater,ex eo quod male rem publicam ad
miniſtrauerit, vel alia ex cauſa, filiis emancipatis in
bonis per eos quæſitis non præiudicat.leg.ſi pater.vbi
3 Bart.Bald.Ang.Salic.& Paul.de Caſtro.C.eod.& ideo
filij ſui iuris bona ſibi à patre donata aduerſus patris
creditores defendere poterunt, niſi donatio in frau-
dem creditorum facta fuiſſet, quæ præſumeretur, ſi
poſt contracta debita, vel paulo ante donauerit eis,
vel niſi in fraudem creditorum emãcipatio facta fuiſ-
ſet,quæ non valet,ita Baldus.& Salic.ibi in princip.&
quod in donatione filiis facta dictum eſt, idem dicas
in donatione facta filiis in poteſtate conſtitutis, tan-
quam extraneis propter eorum merita, & antequam
per patrem debita contraherentur,vt determinat Bal.
ibi. quem etiam ſequitur Salicet. ibidem. An autem
merita præceſſiſſe præſumantur, vel per filios probari
debeant:quia ad materiam noſtram non attinet,remit
to me ad not.per Bartolum,Alexand.Iaſo. & doct.in l.
ſi donatione.Codic.de collation.& ad deciſ.conſil.20.
in cauſa iſtorum fratrum.quem refert & ſequitur Ri-
pa in primo reſponſo.incip.Peſtiferatus.in fin.in titu.
de donat. cauſa mortis. & ad ea quæ dixi in cauſa fra-
trum de Capellis. conſil. 111.pro reſ. dubiorum in j.&
4 3.co.Si vero filiuſſam. condemnatus fuerit, durante
patria poteſtate, executio fieri poterit in illis bonis,
quæ habet,etiam ſi pater in illis vſumfructum habeat,
non obſtante quod illa ſine patris licentia voluntaria
alienari non poſſint,vt in l.fin.§.filiis autem.Codic.de
bon.quæ lib.ſecus, ſi ex neceſſaria cauſa fieret aliena-
tio,vt not.in dict.l.pen.per Bald.Salic.& Pau.de Caſt.
in princ.Executio igitur ob debitum filij, in eius pe-
culio fieri poterit. & filius ipſe tale debitum de pecu-
lio ſoluere poterit, quamuis peculij proprietas ſit pa-
tris,vt voluit Bald.in l.ſi filiofam.la 2.in princ.ff.ſolut.
mat.& non ſolum in bonis executio fieri poteſt,ſed e-
tiam in perſona ipſius filiusfa. cum ipſe ſi bonis non
cedit,carcerari poſsit,vt per Bald.in ſua Marg.in ver-
bo, filiusfa.per Angel.& omnes in dict.l.pen.& firmat
Bart.in l.3.§.vtrum. reprobando ibi gloſ.in prima col.
ver.Item oppon.& videtur.ff.de fideiuſſ.quem ſequun
tur doct.vt refert & ſequitur Pariſ.conſ.94.ſpectabiles
co.2.in princ.ſub.num.8.col.j.cum multis concord.ibi
per eum citatis. In profectitio vero decidit gloſſ.j. in
d.l.penul. executionem ſententiæ contra filiumfa.late
fieri non poſſe.idem tenet Bald.& Salic.ibi in princip.
ſubdentes, niſi commune patris & filij debitum eſſet,
vt in dote reſtituenda d.l. ſi filiofa.& l.2.§. quod ſi pa-
tris.ff.ſolut.mat.Sed Bartolus in l.quoties.ff. de noxali.
tenet, quod etiam in profectitio executio fieri poteſt.
quia pater ſicut ex quolibet contractu de peculio te-
netur, ita ex ſententia, in qua quaſi contrahitur .l.3.§.
idem ſcribit.ff.de pecul.idem tenet Bartol.in dict.l.pe
nultima diſtinguit.Aut condemnatus eſt,& defenſus,
ita quod in iudicio quaſi contraxit, & tunc in peculio
profectitio executio fieri poteſt,vt probatur in dict.§.
idem ſcribit. Aut condẽnatus fuit vt contumax,& tũc
ſecus,vt plene conſuluit Abb.conſil.66. Quanquam.in
2.par.quem ſequitur Aym.conſi.39.proponitur .colum

fin.ver.pro quo facit nume.12.volumi.j.& ita loquitur
gloſ.in dict.l.pen.Hanc diſtinctionem ſequi.ur Ange.
ibi cum declaratione,ſi filius ex contractu vel quaſi dã
natus fuit, ſecus ſi ex delicto, quia patri delinquendo
præiudicare non poteſt,vt voluit Baldus in Marg.in d.
ver.Filiusfa.& in dict.l.ſi filiofa.verſic.fin.vbi ſecus in
criminali, ſed contrahendo, vel quaſi ſic, quum pater
concedendo ei peculium,contrahendi,non autem de-
linquendi,poteſtatem dederit.Eandem diſtinctionem
tradit Bartol.in l.finita.§.ſi de vectigalibus. in vlti.col.
verſicul. ſed melius etiam ſi filius condemnatur.ff. de
damn.infect. quem ibi communiter ſequuntur doc.&
ſequitur Paulus de Caſtr.in dict.l.3.§.filiusfa.verſicul.
Ex iſto text.ff. de pecul. Sed quare patri delinquendo
5 non præiudicatur? Reſpond. quia in criminali potius
vindicta,quæ ad patrem non delinquentem porrigi nõ
debet, quam pecuniarum commodum põderatur, ſe-
cundum Baldum in dict.l. ſi filiofa. circa fin.& quia e-
tiam damnatus pro crimine, non cedit bonis, quini-
mo cedendo non liberatur,ne delicta impunita rema-
neant.l. ita vulneratus.§. cum neque. cum ibi not. per
gloſ.ff.ab l.Aquil.ſed luit in corp.l.prim.§.generaliter
ff. de pœnis.& l.finali.ff.de in ius vocan. Ioan.Andr.in
reg.peccatum. in j.gloſſ. de regul. iur.in 6.refert & ſe-
quitur Angel.in l.4..titu. noſtro. interdum tales dem-
nati amore Dei in ſolennitatibus Natiuitatis & Reſur
rectionis Domini noſtri excarcerãtur.& alibi cuidam
Maieſtati offeruntur, & per ciuitatem mitra alba (vt
Florentiæ vadunt)vt refert Ang.in l 2.Cod titu.noſtro
interdum ob paupertatẽ abſque eo quob luant in cor-
pus,multa remittitur,vt l.illicitas §.pen.ff. de offi.præ-
ſi.& iſti tales ſecundum Angel. in dicta.l.2.& in d.l.4.
quanuis ad pinguiorem fortunam perueniant, aliter
non vexabuntur,Ioan. Andr.in d.reg.peccatum. Albe.
in rub.C.titu.noſtro.in vlti.quæſt. Bald.in l.fin.ff.de in
ius voc.& Boerius in deciſ. 349. quæritur an ciuiliter.
6 col.2.in prin.verſic. itaque multa num.4.Iſtud tamen
quod in filiofam.dictum eſt, in ſeruo aut in monacho
non procedit, vt voluit Bald.in d.l.ſi filiofam. verſi.ſe-
cus tamen eſſet: Quia illi ex ſententia non obligantur
& ideo hanc executionem quę fit in cauſa iudicati,nõ
patiuntur l.non idcirco §.poſtea ff.de iudi.& l.j.C.tit.
noſtro.& conſequẽter monachus bonis cedere nõ po-
teſt, Rota in deciſ.237. Nota quod monachus in antiq.
ſequitur Felin.in cap.cum dilecta.col.26. verſic.& Ro-
ta dixit num.80.de reſcrip.& hoc verum eſſe poteſt,ni-
ſi eſſet monachus,qui adminiſtrationem haberet, quia
illa loco filij emancipati habetur,ſecũdum Baldum in
d.verſic. ſecus tamen eſſet. In hoc tamen reperio con-
trarium fuiſſe deciſum in capella Toloſa. quæſt.313.I-
tem fuit traditus libellus Sed Eufre.ibi in addi.hęc di
cta concordando quamuis nullã de Bald. faciat men-
tionem, illam deciſionem,& ibi dicta declarat proce-
dere in ſimplici monacho,adminiſtrationem ſeu bene
ficium ꝑpetuum non habente,ſecus in prioratum per-
petuum habente, quum talis abſque Abbatis licentia
agere & conueniri poſsit c. cum deputati.& ibi Doc.
de iud.Abba.in d.c.cum dilecta.in vlt.co.ver.& gene-
raliter quum quæritur & ibi pulchre per Felin.colum.
20.verſic.monachus non agit, Eandem declarationem
ſentit idem Felin.ibi in 21.col.verſic.Fallit quarto dict.
regula,dum inquit,quod monachus aliquam admini-
ſtrationem habens,agere & conueniri poteſt,declarat
dummodo talis adminiſtratio ſub ſe aliquam habeat
obedientiam, ſecus, ſi alicuius villæ vel poſſeſsionis
adminiſtrationem haberet.vt per Inno.in capitulo e-
doceri in fine verſicul.Item dicimus extra.de reſcript.
quem ſequitur Abbas.in dicto verſiculo & generaliter
quum quæritur. Nam hoc caſu potius quandam cuſto
diam, quam veram adminiſtrationem habere dicere-
tur,ideo intellige de monacho Prioratus aut dignita-
7 tis adminiſtrationem habente,& non aliter.Sciendum
tamen eſt,quod ſi filiusfam.mercator pro patre fideiuſ
ſerit,vel cũ eo in ſolidum ſe obligauerit, ſi euitare ve-
lit,ne in carcerem detrudatur,cautela vti debet,quam
docet Bal.quem ibi ſequitur Sali.in l.ſi ex alio.C.ꝙ cũ
eo.Veroneſ.in caute.13.Scis ꝙ filiusfa. Ale.in l.ſi dubi
tet.§.filiusfam.ff.de fideiuſ.& Pariſ.d.conſ.94 .col.7.in
prin.verſ.& ideo Pau.de Caſt.nu.49.ꝙ ſe à patre emã-
cipari procuret. quia quãuis durante patria poteſtate
8 in ſolidũ teneretur.l.pe.ff.ꝙ cum eo.Paul.de Caſt.in l.
j.eo.ti.l.tã ex cõtractibus.ff.de iud.per Alex.in l.qui cũ
ſe in prin.ff.de re iud.Si tamen poſtea per emãcipatio-
nẽ,vel aliter ſui iuris effectus fuerit, illo gaudere de-
bet beneficio,ne excutiatur,niſi eatenus.quatenus fa-
cere poterit.l.2.ff. ꝙ cũ eo. Quod quidẽ beneficiũ fuit
ſumma æquitate inductum,vt tradit Azo in ſumma.C.
eo.ti.in prin.gl.Bar.& alij ſcribẽtes in rub.ff.eo.& pul
chre Pau.de Caſt. in d.l.j.& in d.l.2.poſt Sal.eo.titu. &
hoc ꝓcedit,ẽt ſi creditor in maiori paupertate cõſtitu
tus eſſet,vt habetur per Bal.in l.2.ad fi.ver.quarto q̃ro.
C.ꝙ cũ eo.per Ale.in rub.ff.eo.ti.ſequitur Pariſ. conſ.
94.col.7.verſ.& procedunt iſta.& dicemus infra in 13.
q.Fallit tamẽ,ſi filiusfa.decoxiſſet,& in decoctione do
lũ fraudẽ cõmiſiſſet,quia eo caſu nec ad ceſſionis be-
neficium tanquã eo beneficio indignus,nec ad ſupra-
dictum beneficium ti.ꝙ cum eo.nullatenus admittere
tur,vt pulchre declarat Pariſi.d.conſ.94.col.ad fi.verſ.
nec iſtis obſtabit,& col.pe.ver. quoniã vt ex verbis.&
Moder.Anchon.in tract.de merc.ſub rub. de doctori-
bus in 3.q.ſub nu.12.& ſeq.

*SVMMARIVM.*

1 *Mulier pro ciuili debito an bonis cedere poſſit,& nõ cedendo,in carcerem detrudatur?*

2 *Mulier pro adminiſtratiõe tutelæ obligata ſenatuſc. Velleian. & omni alij auxilio &c. renunciando, an carcerari poterit,& an hoc in matre procedat?*

3 *Meretrix pro priuato debito carcerari poteſt, niſi eſſet coniugata,& quomodo hoc intelligatur, vide etiã nu.5.*

4 *Renunciare quis non poteſt his,quæ in fauorem publicum introducta ſunt.*

6 *Maritus notitiam habens de adulterio per vxorem commiſſo,ſi non indignatur,præſumitur leno.*

## Mulier an bonis cedere poſſit.

## Quæſtio 1.quartæ q.princip.

1 RVRSVS primò quæro,nũquid mu
lier pro ciuili debito bonis cedere
poſsit?Reſpõ.ꝙ niſi cedat.in carce-
rem detrudetur.tex.in l.p.C.tit.no-
ſtro.in litera.ibi, vtriuſq; ſexus.vbi
Salic.& Bal.& idẽ Salic.in l.j.col.2.
in fi.ver.Quæro nunc quartò.C.eo.
Are.in §.fi.col.j.verſi.Aduertas tamen.& co.3.in prin.
verſi.& aduertas quia.& ibi Iaſ.in 3.col.in prin.iſti.de
action.Et hoc procedit ſecundum iura Cod.ſecus de
iure hodierno,quia pro debito priuato vel fiſcali nul-
la mulier regulariter carcerari poteſt.§.neceſſarium.
in authent.vt nulli iudi.auth.ſed hodie.C.de offi.di-
uer.iudic.& authẽ.nouo iure.C.de cuſto.reo.& ita te
net Alex.in apoſt.ad Bal.in d.l.j.col.2.ad fin.verſi.quæ
ro quum in ciuitatibus.& in l.plerique col.fi.verſi.Itẽ
illud.ff.de in ius voc.Limitatur tamen hoc in muliere
2 pro adminiſtratione tutelæ obligata,quam ſenatuſcõ.
Velleian.& omni alij auxilio renunciando aſſumpſe-
rat,iuxta authen.matri & auiæ.C.quãdo mulier tute.
officio fun.põt.& §.quia vero multũ.ĩ auth.vt fine ꝓ-
hibi.matres debi.non procedere.Nam huic benefi cio
re-
renuntiaſſe videtur, ideo tunc mulier carcerari pote-
rit.Barto.in authen.prædicta,matri & auię.col.penul.
verſicu.quæro 15.& ibi Alex.& idem Bartol.in l.ſi quis
ſub conditione.colum.5.verſic.vnde puto.nume.18 ff.
de teſta.tute.Bart.in tracta.de carceribus.col.j.verſic.
ſecundo quæro.Ange.in l.quoniam.C.de cuſto.reorũ.
Roman.conſil.120.circa primum.circa fin.verſ.ſecun-
do vero pœna.Alexand.in d.l.plerique,col.fi.verſi.Itẽ
fallit.nu.12.Marian.Socin.in tractatu de citation.arti.
5.q.17.in 16.fallen.& Iaſ.in l.ad egregias.col.2.in fi.ver.
gloſſ.j.diuiditur.ff.de iureiuran.in d.l.plerique.col. fi.
in princ.verſi.circa primum caſum.& in l.fi.in princi.
colum.2.verſic.adde tu notabilem effectum.ff. ſi certũ
petatur.Intellige tamen in matre non procedere,quia
mater beneficio gaudet,quod non excutiatur in plus,
quam facere poteſt,vt eſt text.in l.ſunt qui in id.in fin.
ff.de re iudica.Ergo carcerari non poterit, & ita tenet
Cardi.Alex.in c.ex parte.col.fi.extra.de appell.firmat
etiam Barto.& Salic.in d.authẽti.matri & auiæ.ille in
penul.col.num.13.ibi.& ideo puto hic in 16.q.& Bart.
in d.l.ſi quis ſub conditione.in 5.col.verſ.puto tamen,
nu.20.quod priuilegium ceſſat,quia mulier, non quia
mater.& eandem opini.tenent Mod.Bono.in §.attin-
gam.num.65.in prati.crimi. niſi doloſe mater tutelam
adminiſtraſſet,ob dolum enim priuilegium perderet
iuxta textum,& ibi gloſſ.in l.penulti.ff.de iure dot.&
in l.fi.in fin.ff.quæ in frau.credi.Nam qui ratione do-
li conuenit,non gaudet priuilegio,ne conueniatur vl
tra quam facere poſsit.Veroneſ.conſil.9.Quidam ex
3 delicto.nu.4,& dicemus infra in 24.q.ver.Et hoc caſu
reſpectu doli.ſub numer.2.Quo ad aliam vero mulie-
rem,in vno tantum caſu puto limitationem prædictã
procedere poſſe, ſi ex ſtatuti diſpoſitione prouidere-
tur,vt diſponit ſtatutum noſtrum Arimin.ſub rubrica
de tuto.dand.pupil.quod tutelam non ſolum mater &
auia,ſed & ſorores & amitæ aſſumere poſsint.hæ enim
quum beneficium,de quo ſupra,non habeant, ſi tute-
lam aſſumpſerint,pro adminiſtratione reddenda car-
cerari poterunt,& hoc idem tenuiſſe videtur Bald.no
uel.in tractatu de dote.in 5.priuile.7.part.in princi.ibi
intellige tamen hoc in alia muliere,quod eſt valde no-
ta.Fallit etiam in meretrice,quæ etiam carcerari pote
rit,Bald.in l.conſentaneum.col.fi.in princi.ver.in glo.
ad cogẽndum.num.46.C.quomodo & quando iudex.
4 Angel.in d.l.quoniam.C.de cuſto.reor.Bart.in d.trac.
de carceri.in 2.q.Iaſ.in d.l.ad egregias.colum.2.in fin.
verſic.ſecundo limita.& Guid.pap.in deciſio.256.mu-
lier.niſi in matrimonio copulata eſſet.Ioann. Andr.in
addi.ad Specu.in tit.de iniu.& dam.dato,in rub.Barb.
5 in addit.ad Bal.in d.l.conſentaneum. & ibi Alexã. ſub
d.num.66.Iaſ.in d.verſi.ſecundo limita.& in d.l.pleri-
que.in dicto verſi.circa primum caſum.Bald.nouel.in
d.5.priuil.verſicu.præterea videmus.Quum illa etiam
beneficio dictæ authenticę,nouo iure renuntiare nõ
poſſit,& plene per Marſil.in ſingula.247.Conditio mu
lierum.& Boer.in deciſion.349. Quæritur an ciuiliter
colum.pen.ver.Reſpectu vero mulieris.Ex quo renun
tiare quis nõ poteſt his,quæ in fauorem publicum in-
troducta ſunt.l.ius publicum.ff.de pactis.gloſſ.magi-
ſtra.in §.quia vero.in verbo,ſenatuſconſult.in authẽt.
vt ſine prohibi.matres debi.tradit Gozadi.cõſilio 80.
ſtatutum Bononiæ.colum.fi.verſic.aut aliquid.nume.
20.Ego tamen hanc limitationem de meretrice coniu
gata intelligo,dummodo cum eius viro habitet,ſecus
ſi à mariti conſortio & habitatione ſeparata,luxurio-
ſe viueret.hoc enim caſu haberetur, ac ſi nupta nõ eſ-
ſet,& limitatio Ioannis Andreæ & ſequacium,proce-
dit ob honeſtatem matrimonij,& ne marito fieret in-
iuria.ſi enim more meretricio ſcorſum à marito luxu-
rioſe viueret,vtiq; marito non diceretur iniuriam in-
ferri,ex quo hunc ſeparationem ipſe tolerat,& volen-
ti & conſentienti non fit iniuria.regul.ſcienti, de reg.
iur.in 6.cum vulg.Idem intelligo ſi maritus,etiã quod
cum ea habitaret.lenocinium tam cum ipſa, quam cũ
alia committeret,vel infamis eſſet. Nam coniugium
hoc caſu non obſtaret,quin talis meretrix pro priuato
debito carcerari poſſet,vt tradit Caccialup.in tractat.
de debit.ſuſpect.& fugiti.q.5.principali.colum.4.ver-
ſic.ſeptimo quæro,vtrum mulier.quod dictum pro ſin
gular.refert & ſequitur Marſil.in ſingula.271.Dixi tibi.
de quo late per Sarnen. in c.mulieres.numer.13. vſque
6 ad numerum 25.de iudic.in 6.Item dico etiam ſi mari-
tus lenocinium non actualiter,nec expreſſe, ſed præ-
ſumptiue committeret,puta quia de adulterio per v-
xorem commiſſo notitiam haberet. tunc enim ſi de a-
dulterio per eam commiſſo non indignatur,præſumi-
tur leno.l.mariti lenocinium.ff.de adulte.Barto.in l.j.
§.præuaricatorem.ff.ad Turpillianum Are.in tractat.
maleſi.in glo.& ad querelam.verſi.quæro,an & quan-
do.in fin.Ferrari.caut.14.Iura ſunt vulgaria.in fin.nũ.
6.& Neuiſa.in ſylua nup.col.13.in princ.ſub ver.Con-
cluſio ſupraſcriptorum eſt.nume.31.inſerta in 7. volu.
tractatuum.

*SVMMARIVM.*

1 *Eccleſia an bonis cedere poſſit.*

debitor fiſci.quam prius allegauit Veronen.in conſil.
9.quidam ex delicto.in prin.quamuis Cy.in d.3.quæſt.
& Barto.in d.l.ſacrilegi.§.fin.alias l.cum eod.in fin.ff.
ad l.Iul. pecul. dicant, quod ſi in ſoluendo contumax
erit,bonis cedere non poterit,alias ſic. ſed hoc in de-
bitore latitante,& debitum non confitente procedit,
vt declarat Sal.vbi ſupra,cuius opin.mihi placet,quia
ſi ceſſionis beneficium cuicunque debitori concedi-
tur,vt carceres effugere valeat,vt diximus ſupra in 4.
quæſt.principali,in prin.etiam in executione ſenten-
tiæ,quæ tranſiuit in rem iudicatã,vt etiam in 2.quæſt.
princ.dictum eſt,ergo in iudicio,comparendo, & de-
bitum agnoſcendo,quamuis contumax ſemper fuerit
ex quo carcerari poteſt, ad ceſſionis beneficium ad-
mittetur,& ſic cedendo liberabitur.d.l.j.C.ti.noſtro,
alioquin ſequeretur,quod dictæ leges, quæ nõ diſtin-
guunt,in debitore tantum confitente & ſoluente, in-
telligerentur: quod non eſt dicendum, immo etiam
in debitum agnoſcente, & illud non ſoluente proce-
dunt, vt ex illis colligitur. Si enim debitor ſolueret,
vtique non carceraretur, nec bonorum ceſſio requi-
6 reretur:ſed ex quo eſt in ſoluendo contumax, carce-
ratur:ideo vt à carceribus liberetur, ad ceſſionis be-
neficium admittitur.Concludo igitur cum Sali.quod
debitor fiſci ex contractu vel quaſi, etiam quod in ſol
uendo ſit contumax, debeat ad ceſſionis beneficium
admitti,ſi in iudicio debitũ agnouerit, & carceretur,
prout carcerari poterit, ne deterioris conditionis ſit
7 fiſcus,quam ſit priuatus, vt inquit Salic. vbi ſupra. &
quia ſuperius de collectis mentionem feci, ſciendum
eſt quod tales collectæ, pro modo ſubſtantiæ impo-
ni debent,quod vulgares per æs libram appellant,&
iſtæ collectæ naturaliter ſunt onera rerum, id eſt, pa-
trimonialium,ſed formaliter ſunt perſonarum ſubie-
ctarum onera,quæ perſonis inducuntur: & quia for-
ma & materia vnum totum faciunt, ideo munera mi-
xta dicuntur.Bald.in dict.l.propter,& in l.prædia.C.
de fideicom.& tradit Petr.de Vbal.in tract.de collect.
in primo conſi.colum.4.ad fin.verſic.reſtat modo.nu.
8.& 9.& quale munus ſit collecta,declarat Salice.in l.
placet.in vltima colum.verſic.ſimiliter videtur.C.de
ſacroſanct.eccleſ.

*SVMMARIVM.*

1 *Doctores legũ ſi non habent vnde creditoribus ſolue*
*re poſſint,an bonis cedant,vel beneficiũ habeant,ne*
*conueniantur,niſi inquantũ facere poſſunt,& nu.3.*
2 *Inopia & miſeria,eſt cauſa bonorum ceſſionis ad-*
*mittendæ.*
3 *Doctor pro ciuili debito nec capi,nec carcerari põt,*
*quod etiam in medicinæ doctore procedit.*
*Nec à iudicis familia requiri poteſt,an penes ſe habeat*
*arma,eod.*
4 *Priuilegijs particularium perſonarum per genera-*
*lem legem non derogatur.*

*Stante*



5 *Stante ſtatuto,quòd quilibet pro ciuili debito, non*
*obſtante quocunque priuilegio,perſonaliter capi poſ*
*ſit,ſub hoc ſtatuto non compræhenditur doctor.*
6 *Clauſula,non obſtante quocunque priuilegio,non fa*
*cit priuilegijs in corpore iuris inſertis derogari.*
7 *Doctores qui per viginti annos legerunt in ſtudiis,*
*ſacri palatij comites efficiuntur.*
8 *Doctores qui commode ex aduocatione viuere poſ-*
*ſunt,priuilegium non habent,vt non conueniantur*
*vltra quam facere poſſunt.*
9 *Doctores qua cautela vti debeant,quando actione*
*perſonali conueniuntur.*
10 *Doctores aduocationis officium non exercentes, nec*
*publice legentes, ſed ſolo nomine ſunt doctores,non*
*gaudent beneficio,vt non conueniantur vltra quam*
*facere poſſint.*
*Idem ſi procuratoris officium exercent,eo.& nu.15.*
11 *Procuratoris officium eſt vile, & non eſt dignitas,*
*ſed onus.*
*Infantis quilibet poteſt eſſe procurator,eo.*
12 *Tabellio dignitatem habere non dicitur.*
*Notariatus officiũ,onus eſſe dicitur,& eſt officium*
*vile,eo.*
13 *Nobilis officium notariatus exercẽs,nobilitatẽ per-*
*dit,niſi ſit Principis aut communitatum notarius.*
14 *Aduocati officium eſt laudabile, & eſt dignitas &*
*honor.*
15 *Aduocatus procuratoris officium exercẽs,infamis*
*dicitur,niſi ſit Principis procurator.*
*Doctor & aduocatus quotidie militare dicitur,eo.*
16 *Doctorelli,doctorum priuilegio non gaudent, & mi*
*litibus noſtri temporis poſtponendi ſunt.*
17 *Doctores mercaturam exercentes,& pergulam te-*
*nentes,doctorum priuilegio non gaudent,nobilita-*
*tem perdunt,& mechanici ac viles ſunt.*
*Milites mercaturam exercentes,militiam & mili-*
*tiæ priuilegia perdunt,ibidem.*
18 *Doctores per alios mercaturam exercentes, ratio-*
*némque interdum excutientes, doctorum priuilegio*
*non gaudent.*

## Doctores an cedant bonis.

## Quæſtio decima quartæ quæſt.princip.

1 DECIMO quero, an legum doctores
cedant bonis,ſi eorum debita perſol-
uere non poſſunt? videtur dicẽdum q
ſic,quum hoc beneficiũ flebile & mi-
ſerabile cõcedatur nõ habentibus vn
de ſoluere poſsint l.j. & l.fi.C. tit.nõ-
2 ſtro, & ipſa miſeria & inopia ſit ipſius ceſsiõis admit-
tendæ cauſa, ergo miſerijs & inopia tẽtis competit,vt
conſuluit Freder.de Senis conſ.193.in quæſti.vertente,
& tradit Imol.in cap.Odoardus col.pen.in prin.verſi.
3 Querit etiam hic dominus Petr. extr.de ſolu. Contra-
rium, tamen eſt verius, quia ipſi priuilegium habẽt,vt
conueniri nõ poſsint,niſi in quantum facere poſſunt:
&hoc eſt,quoniã doctor pro ciuili debito realiter nec
citari,nec carcerari poteſt,vt eſt tex.ſing.&ibi not.glo.
& Bartol.in l. medicos.Co.de profeſ.& medi. lib.10.&
not.Matthæſyl.in ſing.lib.10.Not.quod legum docto-
ree.& ibi etiam dicit Bart.quem ſequitur Paris de Put.
in tract. de Syndi. in §. Doctor. familia poteſtatis, in
princip.quod nec ab officialis familia perquiri poteſt
vtrum habeat arma.idem tenet Bar.in tract.de carcer.
in tertia quæſt.& in l.ſi libertus ff.de in ius voc. Quod
tamen inquit Bartolus dicto.§.medicos, eſſe verum in
doctore actu legente in ſtudiis approbatis: alias ſe-
cus,& ibi quoque tenet Io.de Platea. pro quo dicto al
legari poteſt text.in l.ſi duas.ff.de excuſator.tuto. ego
vero idem dicendum puto in doctore aduocationem
exércente.nam & patroni cauſarum, quales ſunt ad-
uocati,dictum priuilegium habere dicuntur.gloſſ. eſt
not.in l.aduocati.C.de aduo.diuer.iud.facit text.in l.
j.§.pen.ff.de bo.poſ.ex teſta.mili.ſequitur Barto.Ioan.
de Imol.Alex.& Iaſ.in d.l.miles.idem contra Barto.in
d.l.medicos,probat Guil.Pa.in quæſt.88. Sed quæro,
verſi.& credo quod iſta,& in quæſt.388. Quod vero &
Ripa in 2.libro reſponſorũ.c.20.nume.9.alias reſpon-
ſo.j.ſub rubric.de munerib. & hono. tam nobil. quam
cleri.& quod in legum doctore diximus, idem in me-
dicinæ doctore procedit, & in alijs, de quibus in d.l.
medicos.Sed in poetis & calculatorib⁹,de quibus ibi
in gloſ.locum non habet,& idem in filiis & dictorum
doctorum familia procedit, viuentibus tamen ipſis
doctoribus,& non poſt eorum mortem ſecundum gl.
ibi. Quod etiam procedit,ſi ſtatutũ diſponeret,quod
quilibet pro ciuili debito perſonaliter capi poſſit, ar-
gument.nota.in l.ſi ſerui noſtri.Cod.de noxali.& in c.
4 cum dilectus.extra.de conſuetud.Quia per generalem
legem nunquam particularium perſonarum priuile-
giis derogatum videtur,vt not.in l.decurionibus.Co.
de ſilẽtia.lib.12.& in §.Quia vero in j.conſti.C.& not.
5 in l.in teſtamentis.C.de teſtamen.Immo fortius ſi ſta-
tutum dictaret, quod quilibet pro ciuili debito per-
ſonaliter capi poſſit, non obſtante quocunque priuile
gio, adhuc doctor vt ſupra eadem gaudet prærroga-
6 tiua,quia per illa verba, non obſtante quocunque pri
uilegio, non intelligitur priuilegiis in corpore iuris
inſertis derogatum.gloſſ. eſt nota.in l.2.§. omnes.& l.
hæres abſens in princip.ff.de iud.& in authen. qua in
prouincia.C.vbi de cri.agi opor. & in dictis locis per
doct. & per Bartol. valde ſingulariter in extrauag. ad
reprimendum. ſuper verbo, non obſtantibus. & per
Matthęſyl.in d.ſing.libr.10.No.quod legum doctores.
quæ perpetuo tene menti. Nec tibi mirum videatur,
quod doctores legentes,hoc priuilegium habeant, vt
7 ſupra dicebat Bartol.Quia doctores qui per 20.annos
legerũt in ſtudiis,ſacri palatij comites efficiuntur, vt
l.j.C.de profeſ. qui in vrbe Conſtant. lib.12. & ibi per
Bartol.in l.Alexandrinis.C.de decurio.lib.10.per eum
dem in procemio.C.in 3.col.verſic.ſed ſi legiſſet.num.
2.Si ergo capi & carcerari nõ poſſunt doctores,de qui
bus ſupra, igitur non cedunt bonis, ſed priuilegium
habent quod conueniri non poſſunt, niſi in quantum
facere poſſunt,deducto ne egeant,vt voluit gloſ.Bart.
Alex.Iaſ.& communiter doct.in dict.l.miles,Intellige
8 tamen,ſi commode ex aduocatione viuere nõ poſſunt
vt declarat Paulus de Caſtro in l.maritum colum.2.ad
fin.verſic.In gloſ.prima.quem ſequitur Alexand.ibi in
apoſtil.ad Bart.ff.ſol.mat.Cauti igitur eſſe debent do-
9 ctores prędicti quando actione perſonali cõueniũtur,
vt non cedant bonis, ſed opponant, & in iudicio pri-
uilegium prædictum allegent, vt de clerico diximus
10 ſupra in 8.quæſt.num.2.fallit tamẽ in doctoribus, qui
aduocationis officium actu non exercẽt, vt in quam-
pluribus locis vidimus, vt quia in iure non allegant,
non conſulunt,nec publice ob eorum ignorantiam le
gunt,ſed ſolo nomine doctores ſunt,vt per Alexand.in
l.centurio .col.4.in prin.nume.17.ff.de vulg.& pup.&
procurationis officium exercẽt.tale enim officium eſt
11 vile, ſecundum Roma.in ſing.814. Tu habes quod of-
ficium non eſt dignitas,ſed onus.gloſ.in l.j.§.hoc edi-
cto. in verbo, certis perſonis ff.de poſtulan.& eſt text.
cum gloſ.in l.ſi quis procurationem. Co.de decurion,
libr 10.Si enim dignitas eſſet, in infamem cadere non
poſſet,prout cadit l.2.C.de dignit.lib.12.& ibi late per
Bartolum. quilibet infamis, procurator eſſe poſsit.§.
12 finali inſtit.de except.ſicut de tabellione dicimus,qui

dignitatem habere non dicitur,quia tabellionatus of
ficium onus eſſe dicitur,vt no.gloſſ.ſingu.in l.fina.C.
qui mili.non poſſ.libr.12.& plene per Bartol.in l.eadẽ
§.j.ff.ad l.Iul.repetun.& per Aretin in di ct.§.fin.& eſt
officium vile,vt pulchre per Aymo.conſil.163.Viden-
13 dum eſt.in princip.volu.j.vbi notariatus officium e-
xercens,nobilitatem perdit,niſi ad latus Principis eſ-
ſet tabellio,vt eſt textus in l.j.C.manda.prin.& tradit
Aretinus vbi ſupra.tunc enim dignitatem habere di-
ceretur.Barb.in tracta.de præſtan.Cardi.in j.quæſtio.
Baſilica primæ part.nume.40.ſub verſic.7.Cardinales
ſunt conſiliarij.& plura adducit diplomata in apoſtil.
ad Barto.conſi.174.Ser Ioannes.ſub numero 9.in j.par.
& Modern.in addi.ad Roma.in d.ſingu.814 & late ſcri
bit Boeri.in deciſio.222.Secretarij.column.5.nume.12.
14 & 13.Quod eſt not.pro Principum & Communitatum
Cancellariis.Aduocati vero officium eſt laudabile.l.
laudabile.C.de aduoca.diuer.iudic.& eſſe aduocatũ,
eſt honor & dignitas,vt ibi.& tradit Bartol.in l.fin.C.
de Iudæ.& in prima conſti.C.column.3.verſic.Quæro
circa hæc,vtrum doctoratus.& ibi Salicet.vbi allegãt
text.in cap.quanto.extra.de magiſtr.& ibi tenet Abb.
& eſt communis opin.ſecundum Ioã.de Ana.ibi in.2
column.vt refert deciſi.conſi.161.Pro domino præpoſi
to.column.j.verſic.Tertio conſiderandum eſt cum a-
liis relatis per Alexand.in dict.l.centurio.column.3.in
princip.verſi.& quod doctor præferendus,& doctori
multa dantur priuilegia,vt in l.ſancimus.la j.C.de ad
15 uoca.diuerſ.iudic.Aduocatus igitur Procuratoris of-
ficium exercens,infamis videtur ſecundum Io.Fab.&
Aretin.in §.præterea,il ſecundo,in ſecunda columna
in fine & in d §.fina.co.fi.ver.& ideo doctores.Inſtitu.
de excep.& hoc eſt,quia doctor & aduocatus quoti-
die militare dicitur.l.aduocati.C.de aduoca.diuerſo
iudic.& ſic quum ſit in exercitio ſuæ militiæ, procu-
rator eſſe non poteſt,nec propter vilitatem procura-
toris officium exercere.Barto.in l.vniuerſos,& in d.l.
ſi quis procurationem.C. de decurion.libr.10.niſi eſ-
ſet Principis procurator,quia tũc poſſet,ex quo eſt di-
gnitas & officium nobile,vt eſt text.in l.nemo præfe-
ctus.C.de dignita.libro 12.quem multum not.Rom.in
dict.ſingu.814.vt refert & ſequitur Iaſon in rubr.C.de
procura.in quinta differentia vel officium aduocati
non exerceret.eo.enim caſu procuratoris officium e-
16 xercere poſſet,vt diſtinguit Areti.in dicto §.præterea.
columna 3.in princip.& propterea dixit Bal.in proœ.
digeſtorum in fin.quem ſequitur Alexand.in dict.l.cẽ
turio.col.2.poſt princ.ver.Octauo pro hoc facit & A-
reti.in dicto §.præterea.columna 2.in fin.verſi.An aũt
17 miles,quòd huiuſmodi doctorelli,doctorum priuile-
gio minime gaudent,& conſequenter militibus noſtri
temporis poſtponẽdi ſunt.Fallit etiam in doctoribus
mercaturam exercentibus,vel pergulam tenentibus,
quia per tale exercitium nobilitatem perdunt & digni
tatem,quæ cum tali exercitio non compatitur.l.ante-
penulti.C.de cohortali,& princip.libro 12.& l.3.C.de
commer.& merca.& tradit Guil.Pa.in quæſt.196.No-
biles,quum iſti tales mechanici & viles ſint,ſecũdum
Baldum in l.in teſtamento.in fin. C.de teſta.mili.Sicut
milites per talem negotiationem militiam perdunt,vt
in l.vnica.C.negotia.ne mili.libro 12.& late ſcripſe-
runt Mod.Anchoni.in tract.de mercatur.in tertia par
te mercaturæ.numero 2.verſi. Remouetur etiam cum
18 ſequen & quanuis hoc procedat quando per ſemetip-
ſos id faciunt,tali vacãtes exercitio,vt voluit Cagno.
in l.is damnum.col.2.verſi.Hinc etiam eſt.numero 4.
ff.de regulis iur.& Aymo.dicto conſi.163.colum.j.Ni-
hilominus & locum habet in his,qui interdum ratio-
nes excutiunt,emuntque merces,& illas poſtmodum
per alios venundari faciunt,vt tradit Roma.Aretin.&
Iaſ.in l.ſcriniarios.C.de teſtat.milit.& Alcia.in l.mer-
cis.la 2.de verbo.ſig ff.quos Mod.prædicti referunt in
d.tract.in j.part.mercaturæ.nu.66.verſic.Scio & illud.

*SVMMARIVM.*

1 *Miles non cedit bonis,ſed priuilegiũ habet,ne teneatur niſi in quantũ facere poteſt,etiam quod debitum ob militiam cauſatum extra caſtra contraxerit.*
*Miles pro ciuili debito nec capi,nec carcerari poteſt, eod.*
2 *Stipendiarij noſtri temporis,qui ſunt armigeri, non tamen milites,priuilegio gaudent vt non conueniantur,niſi in quantum facere poſſunt.*
*Stipendiarij non iurant eo modo, quo milites iurare tenentur,eod.*
3 *Milites inermis militiæ, qui equites nuncupantur, priuilegio non gaudent,quo veri milites gaudent,& numer.9.*
4 *Equites licet inſignia veteris obſeruantiæ nõ habeãt, quæ in militibus requirebãtur, inſignia tamẽ habẽt nouæ obſeruantiæ,quæ loco veteris ſucceſſerunt.*
*Equites qui à Papa creantur,ab eo benedicũtur,eo.*
5 *Doctores aduocationis officiũ non exercentes, doctoris priuilegio non gaudent,quia in actu & exercitio doctoris non ſunt.*
*Milites qui domi ſunt,vel vagabundi,priuilegio nõ gaudent,vt non cõueniantur vltra quam facere poſſint,eod.*
6 *Iura de militibus loquentia,in veteranis qui rei militari non inſiſtunt,locum non habent.*
7 *Milites noſtri temporis,negocijs & mercantijs inſtãtes,militare nõ dicuntur:ſecus,ſi armis vacarent,& ad reipublicæ ſiue regis defenſionem parati eſſent.*
*Milites rei militari non vacantes,militari priuilegio carere debent,eod.*
*Ceſſante priuilegij cauſa,priuilegium ceſſare debet, ibidem.*
8 *Miles ſi non eſt matriculatus,vt ſunt hodierni tẽporis milites,cẽſetur vt priuatus,ſeu tanquã paganus.*
11 *Milites noſtri temporis hodie priuilegiũ non habent, quod iure priuilegiato teſtari poſſint,ſed habẽt quod non torqueantur,& non ſuſpendantur pro eo delicto, pro quo plebeius ſuſpenderetur.& nu.12.*
*Priuilegium militibus cõceſſum,vt nõ torqueantur, ratione dignitatis & nobitatis conceſſum fuit.eo.*
*Nec valet cõſuetudo aut ſtatutũ, contrarium diſponens,eo.*
*Doctor,etiam ſi ignoratiſſimus ſit,torqueri non põt, nec conſuetudo contraria valet,eo.*
*Doctor in crimine læſæ maieſtatis,proditionis populi,falſitatis & ſimoniæ,torqueri poteſt,ſed prius degradari debet,ibidem.*
12 *Miles ob turpitudinem ad furcas ſuſpẽdi non poteſt, nec etiam de conſuetudine,niſi ob latrocinium.*
13 *Milites noſtri temporis,à quibus rebus & negotiis ſe abſtinere debeant.*
14 *Miles qui litis fiendæ vel debiti non ſoluendi cauſa effectus eſt, inſtante creditore, à militia ſolui debet,*
15 *Miles renunciare non poteſt priuilegio,ne conueniatur vltra quam facere poteſt.*
16 *Milites,clerici,& doctores pro ciuili debito capi & carcerari poſſunt,ſi fugitiui vel de inſtãti fuga ſuſpecti ſunt.*
17 *Carceratus pro ciuili vel criminali cauſa,an pro alia recommendari poſſit.*
18 *Cauſa minor maiori præiudicare non debet.*
19 *Pœna vnius delicti,pœnam alterius excludere non debet quando plura ſunt delicta.*
20 *Impoſitio maioris pœnæ, per minorem differri non debet.*
21 *Carceratus pro fiſcali debito,pro priuato debito recommendari poteſt.*
22 *Tractatus de carceribus,quanuis Bartolo attribuatur,editus tamen fuit à Baldo.*
23 *Carceratus pro priuato debito,poteſt pro fiſci debito & pro delicto recommendari.*
24 *Captus pro ciuili debito,ſi captura fuit nulla,pro alio debito retineri non poteſt.*
25 *Adhærens ſemper adherere debet in eo ſtatu, in quo inuenit id cui adhæret.*
26 *Captus ſi quis eſt pro ciuili debito,& captura tenet, & de iure communi loquimur:captura perſonæ fieri non poteſt,niſi in caſu iudicati.*
*Carceratus,dato eius filio fideiuſſore, excarcerari debet,dummodo filius ſit idoneus,eod.*
27 *Creditores duo ex contractu ſi eandem cauſam non lucratiuam prætendunt,& pro ſe ſententiam habent & de capiendo licentiam,ſi debitor ad vnius inſtantiam captus & carceratus fuit,etiam ad alterius inſtantiam pro eius credito recommendari poteſt.*
*Captura eſt quædam realis citatio,eod.*
*Præſens citari non debet,ſed ei præcipitur vt non diſcedat antequam ſoluat,ibid.*
*Præceptum de non recedendo,debitori factum,quædam noua citatio dicitur,ibidem.*
28 *Captura & recommendatio facta die feriata in honorem Dei,non valet,nec tenet.*
29 *Debitor per ſuſpicionem poſt contractum ſuperuenientem,die feriata in honorem Dei,capi poteſt.*
30 *Recommendari nõ poteſt in carceribus debitor, qui per ſuſpicionem ſuperuenientẽm captus fuit in die feriata in honorem Dei.*
31 *Cautela pro creditore contra debitorem captum in die feriata in honorem Dei,ad alterius creditoris inſtantiam,& in die feriata relaxatum.*
*Carceratus ſi die feriata in honorem Dei relaxatur, ad alterius creditoris inſtantiam, ratione nouæ ſuſpicionis fugæ,iterum capi poteſt.eo.*
32 *Carceratus ad creditoris inſtantiam pro ſe ſententiã habentis, non poteſt in carceribus ad inſtantiam alterius creditoris,ſententiam pro ſe non habentis, recommendari.*
*Cautela pro debitore,vt à carceribus relaxetur,antequam ibi ad alterius creditoris inſtantiam recommendetur,eo.*
33 *Carceratus pro delicto pro ciuili debito,recommendari non poteſt,& nume.35.*
34 *Saluus conductus ſi eſt datus de ſtando & libere veniendo,intelligitur etiam de libere recedẽdo datus.*
36 *Cuſtos carcerum,depoſitario parificatur,*
37 *Captus ſi cum iuramento de reuertendo relaxatur, & non reuertitur,an periurij pœna puniatur?*
38 *Carceratus iniuſte,an pro iuſta cauſa recommendari poſſit?*
39 *Captus & carceratus per vnum iudicem,per alium relaxari non poteſt.*

Miles an cedat bonis?

Quæſtio vndecima quartæ quæſt. principalis.

VVDECIMO quæro,nunquid miles ad
bonorum ceſſionem admittatur, ſi carce
res euitare velit,aut priuilegium habeat
ne cõueniatur vltra quam facere poſſit?
Reſpon. ꝙ triplicis generis reperiuntur
milites. Aliqui ſunt armatæ militiæ,quidam inermis
militiæ, nonnulli cæleſtis militiæ. Quo ad primum,
communis eſt concluſio,quod ex quo pro ciuili debi-
to perſonaliter capi & carcerari non poſſunt, vt eſt
tex.& ibi nota.communiter ſcribentes in l.miles.ff.de
re iudic.& declarat Bald.in l.j.in fin.Cod.titul.noſtro.
dummodo tamen debitum illud in caſtris, & non va-
gando per mundum,vel domi moram trahendo con-
traxerint,ſecundum gloſſ.in d.l.miles.cum qua tranſ-
eunt ibi doct.& tenet Salic.in d.l.col.fi.verſic.Quæro
12. Quinimmò etiam pro debito extra caſtra contra-
cto, cauſato tamen ob militiam, puta pro armis & e-
quis emendis.Caccialup.in tract.de debi.ſuſpect.in 5
quæſt.principali.col.2.verſi.Quinto quæritur, numer
12.& doct.in dict.l.miles,non coguntur cedere bonis,
quum priuilegio gaudeant, vt conueniri non poſſint
niſi id quod facere poſſunt,deducto ne egeant,vt com
muniter tenent doct.in dicta l. miles. & ita concludit
Bald.in dict.l.j.in fin.quem ſequitur Ale.in l.centurio,
col.5.in prin.verſic.Accedat quod pulchre.ff.de vul.&
2 pup.& Euerar.in tracta.de modo argu.argu.22.locus à
mili. arma. mili. ad mili.cæleſt. mili.in litera A,il pri-
mo.Vtrum autem ſtipendiarij noſtri temporis,qui ar-
migeri ſunt, non tamen milites, hoc priuilegio gau-
deant, vt pro debito in caſtris contracto, vel caſtrorũ
occaſione non teneantur, niſi in quantum facere poſ-
ſunt? Reperio Paul.de Caſtr.in l.ſcriniarios.C.de mi-
lit.teſta.dicentem, quod milites noſtri temporis, qui
in actu militari non ſe exercent, priuilegiis militum
non gaudent. allegat Cyn. de iur. & fact. igno. idem
tenet Bartol.in l.ex eo.ff.de milit.teſta.& Bald.in rubr.
extra maio.& obedien.in j. col. dicens, quod qui non
eſt miles, non militet: ergo militis priuileg o gaude-
re non debet.idem firmat Salic.in d.l.j.col.fi.dict.ver-
ſic.Quæro 12.Deinde ſubdit Paul.de Caſt.quod ſi quis
ſtipendiarius ſuæ ciuitatis eſſet, & in expeditione mi-
litari ſe exercet,non tamen eſt miles, ſed ad ſtipendi-
um conductus ſuæ communitati ſeruit, puta Floren-
tinus à Republica Florentina, an militum priuilegio
gaudeat quo ad bona,quæ in eius ciuitate,vel ſuo co-
mitatu poſſidet, inquit ipſe primo videri quod non,
quia non iurat eo modo,quo milites iurare tenentur,
in l.pe.ff. ex quibus cauſ. maio. & quia ſtipendia reci-
piunt, ſicut alij extranei. contrarium tamen determi-
nat, quod gaudeat ſicut olim in ciuidus Romanis,qui
ſtipendia recipiebant, vt in titul. de errog.mili.anno.
lib.12.& ita tenet & ſequitur Ale.ibi in fi.dicens quod
ſolennitas & ordo, qui olim in aſſumptione ſeruaba-
tur,in vſu eſſe deſijt,remanet tamen effectus. Non ob-
ſtat ſecundum eum ibi,quod iſti hodierni ſtipendiarij
non iurent, quia hodie illa obſeruantia non eſt in vſu,
& ab aula receſsit, ſed ſufficit quod eorum Capitane-
us pro omnibus iuret,& dicit quod etiam ipſi fidelita-
tatis iuramentum de conſuetudine præſtant. idem te-
net Paulus de Caſtro,in l.ſancimus.Cod.de reſt.milit.
dicens, quod milites noſtri temporis qui pro republi-
ca non occupantur, ſed per plateas vadunt, & propria
gerunt negotia,& in ſeſsionibus honorantur,militum
priuilegia nõ habent: ſi vero ciuitas propria guerram
haberet,& ipſi ad ciuitatis ſtipendia permanerent,ſic-
ut alij ſtipendiarij,priuilegia in eorũ ciuitate habere
debent,ſicut Romani milites habebant qui in expedi-
tione militari pro republica ſtabant, & tamen ſtipen-
dia habebant non ſolum militis, ſed quorumcunque
armorum hominum, qui ſtant ad ciuitatis ſtipendia:
& potius militaris actus, quam cingulum inſpicitur:
& hodie non eſt in vſu, quod omnes armigeri milites

ſint,& ideo quum pauci milites ſint,nõ eſt curandum
an ſint milites.Angelus & Imol.in l.illa autem inſtitu
tio.ff.de hæredi.inſtit.dum de ſtipendiariis hodierni
temporis loquuntur,ſentire videntur,quod ſi in Eccle
ſiæ Romanæ vel imperij ſeruitium ſint militantes,mi-
litari priuilegio gaudent.& hanc opin. ſequitur So-
cinus in l.centurio.colum.j.& ibi Ripa in 3.col.verſic.
ſecundo dubitatur.de vulga.& pup.vbi inferũt ad mi
lites Rhodianos,qui ſemper pro Chriſtianæ religiõis
defenſione mortem oppetere parati ſunt,& eandẽ opi.
ſequitur Decius.conſi.578.viſo conſi.columna j.verſic.
3 Primo,an teſtator.Circa ſecundum de militibus iner-
mis militiæ,quales noſtri temporis milites dici poſ-
ſunt,qui equites nuncupantur,vtentes deauratis cal-
caribus(& prout etiam ſunt in hac Romandiolæ pro-
uincia ſancti Georgij milites, & in Anchonitana pro-
uincia milites Lauretani)qui vt refert Cyn.poſt Iaco.
de Ra.in dicta l.j.in 6.quæſt.C.de iur.& fac.igno.enſe
cinguntur,aqua balneantur,antecedere prętẽdunt in
ſeſsionibus,in potu,& in honore pellis varij,& deau-
rato rum calcarium,cum quadam reuerentiæ prærogа
tina ſalutari quærunt,an eodem priuilegio, quo veri
milites gaudeant,vt non teneantur niſi in id quod fa-
cere poſſunt,variæ fuerunt opin.Nam Iaco.Pet. Cyn.
& Bald. in d.l.j.partem negatiuam amplectuntur, ex
quo ocijs vacant,& quotidie ſtant ſuper banchis, &
plateas ambulant.idem firmat Alberic.in l. militem.
C.de procura.vbi refert ita de facto obtinuiſſe: idem
tenet Bald.in l. in teſtamento.in fin. C. de milit. teſta.
dicens quòd milites Tuſciæ, & maxime Florentini,
qui magis mercantiis, quam gloriæ militari ſtudent,
& non Reipub. cauſa, ſed ad pompam militant, mili-
tum priuilegiis non gaudent, quia tanquam priuati
ſunt.allegat not. per glo. l. eos. C. de. offic.magiſtr.
4 mili.& in l. penul. ff. ex quibus cau. maio. & ita tenent
Cano. in c.in noſtra. extra. de procura. Bald tamen in
d. l.j. in fi. C.tit.noſtro.tenet,quòd etiam noſtri tem-
poris milites,vt prænominati ſunt, militum priuile-
gio gaudent, & pro contractus vel vltimę volunta-
tis debito carcerari non poſſunt,quia veri milites ſunt
alioquin falſo vterentur vocabulo,quod dicere fatui-
tas eſſet:& quanuis veteris obſeruantiæ inſignia non
habeant,quæ in militibus requirebantur, de quibus
per glo. in d.l.pe.& declarat Abb.in d.c. in noſtra.col.
fi. verſ.ex qua colligitur. habent tamen nouæ obſer-
uantiæ inſignia,quæ iure cuiuſdam translationis loco
veteris ſucceſſerunt.vt habetur in c. translato, & ibi
Felin.in 3. col. in prin. verſ.& adde Bald.extra de con-
ſtitu & maxime. quando a Papa creantur. qui ab eo
benedicuntur, vt de benedictionis forma patere di-
xit in Pontificiali,in j.par. 163. alias 133. & idem refert
de his qui à Principibus creantur. & quanuis ab eis
non benedicantur, eiſdem tamen gaudẽt priuilegiis.
5 quid tenendum? Reſpon.quod tutius eſt tenere, quòd
veri militis priuilegio non gaudeant.Quia & docto-
res qui in expeditione & aduocationis exercitio non
ſunt ſed ſolo nomine,& non actu ſunt doctores, vt re-
fert Alex.in d.l. centurio.col. 4.in prin.nu. 17. verſ. &
ſic remanet concluſio.doctorum priuilegio, qui actu
& exercitio doctores ſunt,non gaudent, vt in præce-
denti quæſt.in prima fal. diximus.& ita tenet Salic.in
d.l.j.in vltima col. verſic. Quæro 12. dicens, quòd mi-
lites qui domi ſunt,vel vagabundi, priuilegium non
habent, de quo in d. l. miles.per gl.& Bart.& potiſsi-
me qui domi ſtant, & non in caſtris. vt ſunt prænomi-
nati.& ita concludit Alex.in d. l. centurio. in 4. col.
6 verſ.ſecundo iuxta expoſitionem.Quia videmus quòd
iura de militibus loquentia in veteranis, qui rei milita
ri non inſiſtunt,locum ſibi non vendicant. l. ad vetera
ni.ff.ad l. Falci.l. filius fa. §. veterani. cum ſeq. ff.de
procura.præterquam quo ad quædam enumerata in
7 l. j.& quaſi per totum.ff.de priuile. vetera. Præterea
milites noſtri temporis ſi negociis & mercantijs va-
cant,non propterea militare dicuntur.l. vnica.C. ne-
go.ne mili.lib.12.faciunt quæ habentur in d.l.pe.ff. ex
quibus cau.maio.& Inſt.de teſta.milit.in princ.& §.fi.
in auth,de manda.princ.vbi gloſſ. aperte voluit,quod
milites illi,de quibus ibi,non obſeruantes,priuilegiis
non gaudent. Quum ergo milites noſtri temporis nõ
obſeruent, pro militibus haberi non debent. l. ſi quis
C.de fabricenſ.lib.12.& l.nominationes.C.de appella.
& dato quod in aſſumptione militiæ ſolennia inter-
ueniſſent,ſi tamen rei militari non incumbunt, priui-
legio militari carere debent.l.qui ſub pretextu.Co.de
reſtitu.milit.cum concord. Præterea ceſſante priuile-
gij cauſa,priuilegium ceſſare debet.l.Titio Seio.§.vſu
ras.de leg.2.l.generaliter.C.de epiſcop.& cler.& c.cũ
ceſſante.cum mater.de appella.ſed in milite ſtatutum
fuit,vt armis ac reipublicæ tuendæ foret intentus, ꝙ
in iſtis militibus noſtri temporis non ſeruatur. ergo
8 eorum priuilegium ceſſare debet.Vltimo ſi miles non
eſt matriculatus, vt ſunt hodierni temporis milites,
cenſetur vt priuatus,ſeu tanquam paganus ſecundum
glo.in d.l.eos,C. de offi. magiſtr. milit. quam reputat
not.Bal.in l.non ignorat.col.5. in prin.verſicul.in cleri
catu credo.C.qui accuſ.non poſſ.& in d.l.ſcriniarios.
ergo militis priuilegio gaudere non debet, de quo in
9 d.l.miles, & in hanc ſententiam, quod milites noſtri
temporis,veri militis,qui ſe in in caſtris exercet,priui
legio nõ gaudeant,concordat Spec.& Ioan.And.in §.
j.verſic.Item quod eſt miles.in titul.de procurat.& in
§.j.verſicu.Item excipitur quod eſt miles. in ti. de ac-
cuſa.& Io.And.in ca.cum deſideres. & ibi omnes Ca-
non.extra.de ſent.excom.& Alberi.in d.l.pen.ex quib.
cau. maio. vbi refert quod magis communiter ſerua-
ri vidit,quod veri militis priuilegio non gaudeant. &
ita tenet Marian.Soci.in tract.de citatio.in 5.articulo.
quæſt.18.verſicu.17.fallit cum multis aliis concord.re-
latis per Alex.in d.l.centurio.colum.4. ante fin. verſic.
10 & in hanc ſententiam. Fallit tamen ſecundum Iac.de
Ra.in d.l.j.de iur.& fac.igno,quem ſequitur ibi Cyn.
in 6.quæſt.& ibi Salice.in 4. colum.ſub num.9. niſi ra-
tio & cauſa ſubeſſet, propter quam aliquod militibus
priuilegium à iure conceſſum fuiſſet. Vnde ſi quiſpiã
ex militibus noſtri temporis vacaret armis, & ad rei-
publicæ, Ciuitatis,aut regis domini ſui defenſionem
paratus eſſet,prout ſunt in regno Neapolitano,priui-
legiis militaribus gauderet, vt potius priuilegij con-
ceſſi cauſa,quam creationis modus & forma conſide-
retur, vt dicta l. qui ſub prætextu. alioquin ſi ratio &
priuilegij cauſa in eis ceſſat,tunc illo priuilegio non
gaudent,vt patet in dicta l.ex teſtamento.C.de teſt.mi
lit.& declarat Alberi.in dicta l.penul.verſic.& ꝙ dica-
tur,& ſic milites noſtri temporis,qui ad pompam & e-
tiam ad ciuitatis ornatum militant,priuilegio nõ gau
dẽt.dicta l.j.de iur.& fac.igno.& de quo in dicta l mi
les.argu.l.j.ff.de bo.poſ.ex teſta.mili.& dicta l.fina.C.
de teſta.mili. Quanuis enim ordo & ſolennitas in aſ-
ſumptione militiæ in vſu eſſe deſierit,remanet tamen
effectus l.decreto.C.de infami.& l.ordo.ff.de pub.iu.
& ſequuntur doct.in dicta l.j.de iur.& fac.igno.Illud
etiam ignorandum non eſt,quod noſtri temporis mili
tes,etiam ſi militiam exerceant,non gaudent priuile-
11 gio dicte l.miles.ſi pro repub.vel patria ſua,aut domi
ni ſui defenſione non militent,ſecundum Salicetũ in
dicta l.j.quæſt.5.Reperio Alberi.in dicta l.pe.ver.Ipſe
autem.vbi allegat Guil.de Cu.ibi diſtinguẽtem,quòd
milites quædam habent priuilegia, quorum ratio in
militibus noſtri temporis hodie non militat, vt puta
ꝙ milites iure priuilegiato teſtari poſsint,& hoc ho-
die non habent,quia etiam antiquitus non compete-
bant,niſi in expeditione incumbẽtibus vt l.2.ff.de bo.
poſ.ex teſta.mili.Quędam ſunt priuilegia,quorum ra-
tio hodie in eis remanet,ſcilicet quòd milites quęſtio
nibus



nibus non ſubiiciantur, quod priuilegium habebant,
quia ratione dignitatis & nobilitatis conceſſum fuit,
vt l.nullus.C.ad l.Iuliam maieſta.& c.ſed miles.de pa
ce tenen.& eius viola.in vſib.feudo.& hæc priuilegia
hodierni milites habent.l.milites.C.de quęſtionibus.
ſecundum Salic.in d.l.j.colum.4.in fi.quintę quæſtio.
de iur.& fac.igno.quem etiam ſequitur Alexand.in d.
l.centurio.col.5.in princ.verſi.Ex his infert.num.24.&
Brunus in tracta.de iudic.& tortu. in 4.quæſtio. prin-
cipali ſecundæ partis col.4.in prin.verſic.Sed quid de
militibus.& Euerard.in d.12.argumento.locus à mili.
arma.milit.ſub litera A & B.il primo,vbi etiam ſubdit
conſuetudinem vel ſtatutum diſponens milites tor-
queri poſſe,non valere,iuribus ibi per eum allegatis,
& plene per Moder.in addi.ad Roma.in ſingu.494.Mi
lites.Idem priuilegium habet doctor, vt torqueri non
poſsit,quanuis ignorãtiſsimus ſit, ne dignitas docto-
rea dehoneſtetur,vt per Ripam in d.l.centurio.colũ.6.
in princ.ſub num.17.verſic.Qua ratione.& ita cõmuni
ter tenetur,nec contraria conſuetudo valet, vt tenet
Roman.in dicto ſingu.494.Paris de Put.in tracta.ſyn-
di.in §. An doctor ſeu aduocatus poſsit torqueri,vbi
plene,& Marſil.in ſing.556.Plura,vt credo,quem ſequũ
tur Moder.Rhegi.in ſua practi.crimi.ſuper repe.l.ob-
ſeruare.in princi.ſub numer. 180.ibi.Item excipiutur
doct.C.quorum appella.& late tradunt Mod.in addit.
ad Mathæſyl.in ſingular.59.Nota quod legum docto-
res,vbi tenent hoc procedere in doctore actu legente,
& non in aliis,quinimo concludunt Marſi.& Moder.
Rhegi.vbi ſupra,quod in caſibus,in quib[9] doctor tor-
queri poſſet,vt in crimine lęſæ maieſtatis,proditionis
populi,falſitatis,& ſimoniæ, doctor primo degradari
debet,antequam torqueatur,quanuis indifferenter cõ
12 trarium obſeruetur,& male per prædicta. Habent e-
tiam milites vltra prædicta aliud priuilegium, quod
hodie de conſuetudine non ſuſpenduntur pro eo deli
cto,pro quo plebeius ſuſpenderetur, vt inquit gloſſa
in l.deſertorem.§.pœna,in verbo,torquentur.ff. de re
militari.& ideo dixit Paris de Put.in dict.tract.ſyndi.
§.An ſi ſtatutum.col.2.in fi. ver.Vnde iudex.quod pro-
pter turpitudinem miles ad furcas ſuſpendi non po-
teſt,nec etiam de conſuetudine niſi propter latroci-
13 nium, per quod omne priuilegium eximitur. Sed ta-
les hodierni temporis milites ab agrorum cultura, a-
nimalium cuſtodia,& mercimoniorum quæſtu abſti-
nere debent,in quibus hodie auaritiæ cauſa immerſos
quamplures in variis Italiæ locis agnouimus, aliena
non peragant negotia,& ad ciuiles curas non acce-
dant,alioquin militia & priuilegiis priuantur.l.nemo
miles.C.de re milit.libro 12.iuncta dicta l.vnica.C.ne
14 goci.ne milit.eodem libro.Scias tamen quod qui litis
fiendæ vel debiti non ſoluendi cauſa effectus eſt mi-
les,inſtãte creditore,à militia ſolui debet.l.prima. C.
qui mili.non poſſ.lib.12.& ideo ad bonorum ceſsionẽ
admitti non debet,iuxta tradita per Bart.in l.j.§.j.ff.ſi
quis teſta.lib.eſſe iuſ.fue,& quæ dicentur infra in 30.
15 quæſtio.Non poteſt tamen hic miles renuntiare huic
beneficio, quod habet ne conueniatur vltra quam fa-
cere poteſt,vt late declarat Alexand.in l.alia.§.elegan
ter.colum.pen.num.16.ff.ſolu.matr.quia priuilegium
illud ratione perſonæ, non ratione contractus militi
16 competit.Circa tertium de militibus cœleſtis militię,
quia ſatis diximus ſupra in 3.quæſtio.principali, aliud
dicendum non curaui, niſi quòd quanuis pro ciuili
debito non poſsint tam hi, quam milites armatæ mi-
litiæ & doctores,de quibus in præcedenti quæſti.car-
cerari:capi tamen & carcerari poſſent, ſi fugitiui vel
de inſtanti fuga ſuſpecti forent, vt in clerico diximus
ſupra in dicta 3. quæſtio.principali.verſ.ſed videtur mi-
rabile.nume.17.per ea quæ tradit Abb.& alij in c.cum
non ab homine,extra,de iudic.& Bald.& doctor.in l.ſi
curialis.C.de epiſco.& cleri.& in l.j.C.vbi quis decu.
vel cohor.Materiam hanc de ſuſpicione fugæ, ponit
late Ioan.Bapt.de ſancto Seueri.in tracta.de debitore
ſuſpect.& fugit.ideo ad ibi dicta per eum,me remitto.
17 Solum duo dicam,quæ ab eo ſcripta non reperi, quã-
uis extra materiam tituli noſtri ſint:primo,nunquid ſi
quiſpiam fuerit pro aliqua ciuili vel criminali cauſa
carceratus,pro alia in carceribus recommendari poſ-
ſit? Barto.in l.2.ff.de cuſtodia reo.multũ prolixe in hac
materia loquitur.Angelus vero ibi breuius & melius
loquitur ſecundum Ange.de Arimi.conciuem noſtrũ,
in addition.ad Ange.in tracta.malefi.in glo. fama pu-
blica.verſi.ſeptimo quæro,an carceratus.Nam Angel.
in dicta l.2.reprehendit Bartol.ibi in fin.dicentem, ꝙ
prima executio differtur,ſi cauſa ſuper qua debet ſe-
cũdo cognoſci,erat delictum grauius, quam eſſet pri-
mum:quia ſecundum Angelum, iudex per legis inter-
pretationem ad minorem pœnam procedere debet.l.
ſi de interpretatione.ff.de pœnis,& ex quo ambæ im-
poni non poſſunt. Ego autem puto Angelum non be-
ne dicere,ex quo non ſumus in dubio: ideo eius reſpõ
18 ſio fundamentum Bartol. qui bene loquitur, tollere
non videtur: pro cuius dicto tres adduco rationes:
nam clarum eſt, quod minor cauſa maiori præiudica-
re non debet.l.ſi quis forte.ff.de pœnis.& l.cum reis.
19 Co.eo. Secundo pœna vnius delicti pœnam alterius
excludere non debet, quando plura ſunt delicta. text.
eſt in l.nunquam,& ibi not.ff.de priuat.delict. Tertio
20 & vltimo maioris pœnæ impoſitio per minorem dif-
ferri non debet,vt nota.in l.is qui reus.in fin.gloſſ.ma
gna,ff.de publiciana.iudic.ergo vbi delictum eſt gra-
uius,& minor pœna imponi debet,illius executio, &
non minoris,fieri debet, & ita tenendum puto, non
obſtantibus per Angel.allegatis. Redeundo ad quæſt.
noſtram,dicas quod ſi quiſpiam fuit pro fiſcali debito
21 carceratus,pro priuato debito recommendari poteſt.
Bartol.in l.quoties.Codic.de exact.trib.lib.10.& Bald.
22 in ſuo tract.de carceribus.Qui tracta. quamuis Barto
lo attribuatur,à Bald.tamen editus fuit, ſecundum ea
quæ ibi allegantur.& ita dixit Barb.in cap.olim.col.7.
nume.41.extra.de præſcrip. idem firmat diplomata in
apoſtil.ad d.tract.& ita Baldo attribuitur, vt hodie in
3.volum.tractatuum reperitur impreſſus, quamuis te-
neat Caccialup.in d.tract.de debit.ſuſp.& fugi.in 5.q.
principali.in princ.illum eſſe domini Franc. domini
Bald.de Peruſio.quod idem firmat Boeri. in deciſ. 349.
Quæritur an ciuiliter.in 4.colum.ad fi.veritas eſt,Bar
tolum nunquam illum compoſuiſſe, vt etiam atteſta-
tur Marian.Socin.in tractat.de citation. in 5.articulo.
quæſt.17.in 12.fal.& clare patet ibi in pe.col. ſub verſi.
Circa ſecundum dum allegat l.3.& ibi per eum nota.
C.de epiſc.aud.& in eadem col.in fin.ibi,Nam iudici
iniuſte.dum allegat no.per ipſum in l.addictos. C.eo.
Nam Bartol. ibi nihil ſcripſit, ad quod allegatur, im-
mo Bald.vtrobique ſcripſit, & adducit ea quæ in dict.
23 tract.allegat in eodem propoſito.Dico igitur, quod
eodem modo ſi pro priuato debito fuit carceratus,
pro fiſci debito, & pro delicto recommendari poteſt,
vt tradit Bartol.in d.l.quoties,& declarat idem Barto.
in l.cum ea.alias,l. ſacrilegi.§. fin.ff. ad l.Iul. pecul.&
diffuſius in d.l.2.de cuſto.reor.& ſequitur Bal. in dict.
tract.de carceri.col.fi.in princ.ver. Reſtat quarto vide
re,& Mod.Bono.in §.attingam.col.16.verſiculo.Quæri
etiam poteſt.numer.32. cum ſeq.in ſua practi.crimi.Si
vero pro vno debito ex cauſa ciuili fuit captus,an pro
alio ſimiliter priuato debito recommendari poſſit?
24 Dic quod ſi captura,prima non tenet, pro alio debito
detineri non poteſt,vt not.cauſa conſuluit Pariſi.con-
ſilio.101.Citatio.colum.2. verſi. Poſtquam enim vſque
ad fi.vol.4.Quia quod eſt in ſe inutile,alteri vigorẽ da
re non poteſt.l.cum vnus.ff.de autho.iud. poſſ.ideo in
25 vi ſeu veritate adhæſionis recommendatio non pro-
cedit:Quia qui adhæret,ſemper adhærere debet in eo

ſtatu,in quo inuenit id cui adhæret.Rota in deciſion.
25.Adhærentes,in nouis.Oldra.conſi.290.Contra ar-
ticulos Bald.in authen.hodie.col.fi.nu.9.C.de appell.
&.conſ.90.Quæritur,an captus in princip.volu.5.cum
aliis citatis per Felin.in c.veniens.il 2.col.2.in fi.verſi.
ſecunda concluſio.extra,de teſtib. & in c.cum ſuper.
col.2.ad fin.verſi.Quoties tertius.& col.ſeq.in prin.&
col.6.in princ.verſic.Not.etiam quod quando tertius,
26 extra,de re iudica.Aut prima captura tenet,& tũc aut
de iure communi loquimur, & talis perſonæ captura
fieri non poteſt,niſi in cauſa iudicati,vt l.j.C.titul.no-
ſtro.& §.aliud quoque capitulum.verſic.ſi vero vnum
de prædictis.in authen.vt cum de appella.cogn.& ibi
etiam eſt tex.quod dato fideiuſſore,debet quis excar-
cerari,etiam dato eius filio pro fideiuſſore,dummodo
27 ſit idoneus:ideo diſtinguendum videtur. Aut ambo
creditores,ex contractu eandam cauſam non lucrati-
uam prætendunt,& pro ſe ſententiam & de capiendo
licentiam habent,& tunc vnius carceratio alteri pro
deſt,& ſic captus pro debito,recõmendari debet:quia
non refert vtrum de nouo capiatur, vel in carcerem
recommendetur.Nam captura, quædam realis eſt ci-
tatio:at ille qui præſens eſt,citari nõ debet,ſed ei præ-
cipitur,vt non recedat prius quam debitum ſoluat, &
hoc præceptum de non recedendo, eſt ipſum de nouo
citare.l.ſecunda.C.quomodo & quando iudex. ergo
in carceribus pro alio debito recommendari poteſt,
28 niſi die feriata in honorem Dei recommendatio facta
29 eſſet. Nam captura & recommendationes tali die fa-
ctæ,non valent,nec tenent.l.fin.& ibi not.C.de feriis.
& cap.fin.extra,eodem.& quamuis ob ſuſpicionis cau
ſam,quæ poſt contractum ſuperueniſſet, debitor, die
feriata in honorem Dei capi poſſet,vt not.gloſſ.ſingu.
in d.l.fi.& ibi Bar.& alij & Ang.in l.2.verſi.Conclude.
& ibi Alexan.num.8.ff.eo.cum aliis citatis per Socin.
ſeni.conſil.99.Circa primam.num.4.& conſilio 100.In
dubitationibus.col.j.& conſi.ſeq.col.j.verſi.Non ha-
bet.volumin.4.non poterit tamen tali die recommen-
datio,& perſonæ iam carceratæ fieri ſequeſtratio, vt
ſingulariter voluit Bal.in auth.ei qui.col.4.ad fin.verſ.
Quero,pone,dictat ſtatutum.C.de bon.auth.iud.poſ.
quem ſequitur Alex.conſi.159.Circa primum dubium
in vltima colum,verſi.Tamen non poteſt,vol.2. & Iaſ.
in l.ſi fideiuſſor.§.ſi ſatiſdatum,col.pen.in princ.ff.qui
ſatiſd.cog.& Felin.in c.ſignificauerunt,col.fi.in prin
31 verſi.Limita & iſta.num.30.extra,de iudic.Cautela eſt
igitur,quod creditor prouideat,& diligenter curet,ꝙ
ſi die feriata carceratus,relaxetur, ipſum ratione no-
uæ ſuſpicionis fugę,iterum capere faciat,vt eſt de mẽ
32 te Bald.in dicto verſic. Quæro,pone,dictat ſtatutum,
quem ſequitur Alexand.dict.conſi.159.colum.fina.ſub
nu.7.verſi.Tamen non poteſt.Si vero vnus ſententiam
habet, alter non,& tunc ille qui non habet, illum qui
captus eſt,in carceribus recommendari facere nõ po-
teſt,niſi ipſe carceratus ſe denuo citari expectet,& cõ
tra ipſum licentiam concedi, quod fieri poteſt,etiam
quod ipſe ſit in carceribus. Cautela eſt igitur,quod
captus debitum offerat,pro quo captus fuit, & illud
conſignet,antequam alia de ipſum capiendo licentia
detur,iuxta l.acceptam,& ibi Bald.Angel.Salice.Paul.
de Caſtro,C.de vſur.& ſic quum ſit de carcere relaxã-
dus, recommendari non poterit.l.ſi reus paratus.ff.de
procurator.Aut de iure municipali loquimur,& tunc
illius diſpoſitioni inhærendum eſt:ſi vero fuit pro de-
licto carceratus, & ſimiliter pro alio delicto recom-
mendatus,& ſic vtraque executio corporalis eſſe de-
bet,& tunc dicas ſecundum Bart.in d.l.2.de cuſto.reo.
ad quem omnes recurrunt:ideo ad ipſum breuitatis
33 cauſa me remitto. Si vero eſt pro delicto carceratus,
an pro ciuili debito recommendari poſsit?Dic quod
non,vt late per Roman.in quodam ſuo conſil.non im-
preſſo,penes me exiſtente,cuius tenorem hic tranſcri
bendum duxi,vt rationes & iura per eum allegatæ vi
deri poſſint.Tenor igitur illius eſt talis: In Chriſti no
mine, Amen. Caſus ſuper quo conſilium petitur,eſt
34 præmiſſus.Ex quo duo dubia excutienda veniunt.Pri
mum,an ille cui datus eſt ſaluus conductus de ſtando
& veniendo libere, intelligatur datus de libere rece-
dendo:ſecundum dubium eſt, an carceratus pro deli-
cto, poſſit recommendari in carceribus pro debito:&
circa primum dubium videtur dicendum quod non,
quia promiſſio limitata non porrigitur extra caſum
ſuum.ff.de verb.obl.l.j.§.ſed ſi mihi.extra. de reſtitut.
ſpol.cap.Piſanus.Eſt enim talis promiſſio ſtricti iuris,
& ideo ſtricte intelligenda eſt.ff.de ver.ob.l.quicquid
adſtringendæ.cum ſimili. Sed contrarium eſt verum:
Quia ille cui eſt data ſecuritas veniendi, habet ſecuri
tatem & recedendi, quum non veniat ſecure,qui non
poteſt recedere.l.ſciendum.ff.de lega.& ad Treb.l. de
ætate.prout pro hac parte eſt gloſſ. not.in l. vtimur.ff.
de ſepult.viola.hanc partem tenet Iac.de Are.& Bart.
poſt eum in dict.l. vtimur,& in l.j.ff.ad l.Iul.maieſt.&
35 in l.relegati.ff.de pœnis.Circa ſecundum dubium di
cendum eſt quod non,quia in caſu noſtro ſequeſtran-
do eum in carceribus,priuat ipſum libertate propria,
quod non poteſt.ff.de in ius voc.l.plerique de condit.
& demon.l.Titio cẽtum.§.Caio.de libe.homi. exhib.
l.j.in fi.Quinimmo ſi eſt ſequeſtratus, debet tanquam
ſpoliatus, propria libertate ante omnia reſtitui. C. ad
l.Iul.de vi publ.l.ſi quis ad ſe fundum de ordin.cogni.
l.fi.C.vnde vi.l.meminerint.de reſtitu.ſpol.capi.item
cum quis,cum ſimili. Item non debent audiri credi-
tores volentes obiicere exceptionem aliquem contra
iſtum ſequeſtratum, vel ipſum impedire quo minus re
ſtituatur in ſua propria libertate. ff. quod vi aut clam.
l. j. §. & parui refert,& no. Dyn.in c.qui ad agendum.
de regu.iur.lib.6.Præterea ſi iudex ad inſtantiam cre-
ditorum ſequeſtraſſet iſtum debitorem, deberet ſibi
actio concedi contra creditores,quia quando vis com
pulſiua ſiue ſpoliatiua infertur per illas perſonas, per
quas nobis acquiritur, datur ſpoliato in nos actio. ff.
de vi & vi arma.leg.j.§.j.& §.ſi filius,& l.interdicto,&
ibi nota.Sed per iudicem nobis poteſt quæri ſicut per
alios officiales,ff.rem pup.ſal.fore.l.2. & 3. de adopti-
on. l. ſi his verbis. & l.non enim aliter.ff. de magiſtra.
conue.l.j.§.exigere.& nota.per doct.in l.j.§.ius publi-
cum.ff.de iuſti.& iur.de conuer. coniuga.c. ex publi-
36 co.Præterea cuſtos carcerum parificatur depoſitario,
& ſicut iſti committitur cuſtodia rerum.ff.depoſi. l.j.
in princ.extra.de depoſi.c.j.& per totum.ita illi cuſto-
dia perſonarum. Codic.de cuſto.reo.l.fin.ff.eo.l. mili-
tes.Sed per ſequeſtrationem factam depoſitario, non
debet interdici vel impediri depoſiti reſtitutio. Cod.
depoſi.l.pe.& in auth.ibi poſita.Præterea iſte debitor
fuit incarceratus pro criminis executione, ſequeſtra
tio autem petitur pro proceſſus expeditiõe, pro cau-
ſa ſummaria & ciuili, & ideo fieri non poteſt, quum
ſint diuerſæ ſpeciei,ſicut dicitur in reconuentione, &
prorogatione,vt no.in l.ſi quis ex conſenſu.de epiſco.
audi.per Cyn.ff.de iudi. l.j.extra.de iudi. c.at ſi cleri-
ci.C.de ſent.& interlo.om.iudic.l.cum Papinianus,&
auth. & conſequenter. ſecus, ſi eſſet eiuſdem ſpeciei
argu.ff.de iur.om iudic.l. ſi idem cum eodem de mut.
peti. c.j.& 2.& ita intelligendum eſt,quod not. Bartol.
in l.2.§.fi.fin.ff.de cuſto.reo.& maxime in caſu noſtro,
vbi non poteſt reuocari ſecuritas data. pro quo facit
regula,qui ſemel,cum ſua materia lib.6. & melius pro
batur per iura ſupra allegata.Ex quibus omnibus con
ſulo, ſequeſtrationem huius debitoris fieri non poſſe
pro debito ad inſtantiam creditoris,& ſaluum condu
ctum reuocari non poſſe, donec dictus debitor in li-
bertate propria reperiatur. Sed an caſu prædicto pri-
mo poſſit impune offendi, ẽt ſi ſciatur eius ſecuritas à
priuato,vide Alb.de Roſa.in tract.ſtat.in 2.par. quæſt.
9.&



9.& ibi tractatur à quibus poſsit iſta ſecuritas conce-
di,& quando ſeruanda eſt,& quando non, & de cau-
ſa.j.q.j.Vide etiam Nellum in tracta.bannito.in 2.tem
pore.in 3.par.q.17.vbi etiam habes,ſi eſt data talis ſecu
ritas,an intelligat̃ pro vna vice,vel pluribus,ibi vide.
Quid autem ſi poſitus ſit in carcere pro vno debito,an
poſsit pro alio recõmendari.vide tex.in l.2.& ibi Bart.
ff.de in ius voc.& in l.ſed eximendi.§.item ſi quis.ff.ne
quis eum qui in ius voc.eſt, vi exi.contrarium tamen
videtur per tex.in l.ſi cui crimen.§.idem Imperator.&
§.fi.ff.de accuſa.tamen quæſtio iſta eſt ſatis dubia,vi-
de Bart.in d.l.2.de cuſto.reo.in pen.col.in fin.& ſeq.&
in diſputa.Lapus fuit captus,vbi late diſputauit,& in
l. cum vnus.de bo.auth.iud.poſ.Quid autem ſi vnus il
licite capiatur,adeo quod debeat ſtatim relaxari, an
ſtatim iterum & licite capi poſsit?dic ꝙ non.l.natura-
37 lem.ff.de accuſa.Quid autem ſi captus relaxetur cum
iuramento,vt debeat reuerti,an ſi non reuertatur,pro-
pter hoc poſsit de periurio puniri?de hoc dic quod le
gitur per gl.in l.ſuccurritur.ff. ex quib.cauſ.maio.Bal.
allegat l.nam & Seruius.ff.de nego.geſt.Cano.habent
gl.in cle.paſtoralis.in verbo,per violentam.de re iudi.
Io.And.in addit.Spec.in tit.de iureiur.de hoc eſt text.
iuncta gl.de iure ciuili.in l.quinta.ff.de cap. & poſtli.
reuer.Et ita dico & conſulo vt ſupra.Ego Ludouicus
de Roma.&c.Iuxta hæc dubitari poſſet,an carceratus
iniuſte pro iuſta cauſa recommendari poſsit?hanc q.la
te diſputat Bar.in d.diſputatio.Lapus fuit captus.qui
multum ſubtiliter arguit ad partes & ſoluit,& quia lõ
gum eſſet hic omnia recenſere, ideo à te ipſo poteris
ibi dicta per eum videre,& vide eundem Bar.& Ange.
38 in d.l.cum vnus cum aliis ad ſaturitatem per Modern.
Bono.relatis in d.§.attingam.nu.34.verſic. Sed dubita
ri poteſt,in ſua practica crimi.Secundo nunquid de-
bitor qui per vnum iudicem captus & carceratus fuit,
per alium iudicem relaxari poſsit? Hanc quæſtionem
habui de facto, & dixi quod ex quo per alium iudicẽ
relaxatus fuerat,iterum veluti nulliter relaxatus,capi
& carcerari debeat, & per iudicem, qui eum detineri
& ſequeſtrari iuſſerat,de nouo relaxari,quum certum
ſit quod ab eo,qui illum carcerari fecerat, relaxandus
erat,vt not.dixit Angelus in l.neque impuberes.§.fin.
ff.de in ius voc.dicens practicam eſſe, quod carcerum
cuſtodes pro debito captum,ad inſtantiam creditoris
non relaxant,niſi primo iudicis bulletam habeant,qui
eum carcerari fecit,quum iudicis authoritatate carce
ratus,abſque eius licentia etiam de creditoris cõſen-
ſu relaxari non poſsit ſecundum Barto.in l.qui neque.
ff.de in ius voc.quem ibi ſequitur Bal.per not.in l.2.ff.
de offic.procura.Cæſa.prout declarat Paris de Put.in
tracta.ſyndi.in §.licet dicatur.in fin.& eſt ratio ſecun
dum Ange.ibi,quia eius eſt relaxare,cuius eſt carcera
re,vt in regula iuris,nihil tam naturale.ff.de regu.iur.
& in regula,eius eſt ſaluare, cuius eſt deſtruere.idem
firmat & ſequitur Angelus conciuis noſter in addi.ad
Angel.in tract.malefic.in glo.fama publica, ſub verſi.
Et aduertas tu iudex.Idem comprobat Anchar.conſi.
340.Viſo themate prædicto.in fi.vbi ponderat quod-
dam ſtatutum mandans captum relaxari, dicens ꝙ ex
quo ſtatutum non diſponit à quo relaxari debeat,ꝙ ſe
cundum ius intelligi debet, ſcilicet authoritate iudi-
cis,qui eum detineri,& ſequeſtrari,vel commẽdari fe-
cit.ad idem not.Bald.conſil.91. Sed pone, dictat ſtatu-
tum.volum.5.& ita obtinuit.& hæc duo addere pote-
ris ad ea quæ tradit Caccialup.in d.tracta.de debito.
ſuſpect.& fugi.tanquam magis ad illum pertinentia.

*SVMMARIVM.*

1 *Obligatus ad rem in ſpecie,non poteſt cedere bonis.*

## Obligatus ad rẽ in ſpecie, an cedat bonis.

## Quæſtio 12.quartæ q.princ.

1 DVODECIMO quęro,an obligatus ad rẽ
in ſpecie,bonis cedere poſsit?Reſpõ. ꝙ nõ,
quia prouiſio tituli noſtri non eſt in tali ob
ligatione neceſſaria,vt no.probat Bart.in l.
continuus.§.illud.de verb.oblig.quod eſt no.ſecundũ
Alex.in l.is qui bonis.la 2.ff.tit.noſtro.ĩ prima apoſtil.
ad Barto.vbi allegat etiam not.per Azo.in ſumma. C.
de his qui in primo credi.loco ſucced.

*SVMMARIVM.*

1 *Debitor qui eſt inops,& in pari egeſtate cum credi-*
*tore,ad bonorum ceſsionem non admittitur, niſi ſta*
*tum ſuum mutaret.*

## Debitor an ad bonorum ceſsionẽ admittatur,ſi creditor reperitur pauperior.

## Quæſtio 13. quartæ q.princ.

1 DECIMOTERTIO quæro, an debi-
tor ad beneficium ceſsionis bonorũ ad-
mittatur,ſi creditor nõ habet vnde viue-
re poſsit,& ſic eſt pauperior, vel in pari
egeſtate cum debitore.Reſpõ.ꝙ ſi credi-
tor cauſam oneroſam prætendit,melior eſt agẽtis con
ditio.Nã cũ actor & reus eiuſdẽ ſint priuilegij,poten-
tior eſt actor,qui de damno euitando certat, quã reus
qui certat de lucro captãdo,& ſic de alteri⁹ debito re-
tinendo,ergo ad ceſſionem non admittitur. ita Bal. in
l.2.ver.quarto quæro.C.ꝙ cũ eo.Guil.de Cun.& Paul.
de Caſt.in l.in traditionibus.§. ſi quis crediderit.ff.de
pact.idem Bald.in l.ſi maritus.in id.vbi Bar.Ale.& alij.
ff.ſol.mat.& idẽ Ale.in l.maritum.col.fi.in prin.ff.eod.
vbi in marito loquitur,qui nõ conuenitur niſi in quã-
tũ facere poteſt,cui hoc denegatur priuilegiũ, ſi eius
vxor eſſet inops,ſicut ipſe maritus. & hanc opin.dicit
ibi Ale.eſſe magis cõmunẽ, & eam ſequitur Iaſ. in l. ꝙ
nomine.col.j.verſi.quartã limitationem.ff.de cond.in
deb.& Are.in §.item ſi de dote.& ibi Iaſ.verſi. Secũdo
vltra gl.nu. 10.inſt.de act. cũ alijs concord. relatis per
Marſil.in ſing.99.Priuilegiatus Intellige tamen prædi
cta eſſe vera,niſi debitor ſtatũ ſuum mutaret. nam tũc
indiſtincte ipſe vtitur priuilegio, quia ſatis eſt actori,
ꝙ cõtra iuris rigorẽ agit modificato modo. Bald.in d.
verſ.quarto quæro,quem ſequitur Alex.in rub. ff.ꝙ cũ
eo.& Firm.in ſuo repertorio in verbo,debitor pauper
nu.23.& in verbo,filius conuenitur.nu.24.cũ aliis quę
allegaui ſupra in 4.q.principali.circa fi.verſicu.& hoc
procedit.

*SVMMARIVM.*

1 *Spoliatus bonis propter guerram,priuilegium habet*
*ne conueniatur vltra quam facere poteſt.*

## Spoliatus bonis propter guerram,an cedat bonis.

## Quæſtio 14.quartæ q.princip.

1 DECIMOQVARTO q̃ro, nũquid
ſpoliatus bõis, ꝑpter guerrã,in ſolidũ
excutiatur,adeo ꝙ bonis cedere debe-
at,ne in carcerib⁹ detineatur? Reſp. ꝙ
in ſolidũ non condemnabitur,ſed pri-
uilegio gaudebit,vt non conueniatur, niſi in quãtum
facere poteſt,ſecundum Ioan Fab.in §.fi.Inſtit.de act.
quia maior ratio eſt in ſic ſpoliato, quã in cedẽre, quũ
hic ſpoliatus præter eius voluntatem bonorum perdi
tionem patiatur,cedens vero ex voluntate per ceſſio-
nem.l.2.§.ſi quis tamẽ.ff.ſi quis cautio.& l.quæ fortui-
tis.C.de pig.act.& hanc deciſionem refert Iaſ.ibi in 2.
col.verſ.vltimo,notate eſſe mirabilem & notandam,

*SVMMARIVM.*

*Bannitus, ad patriam & ad bona olim cõfiſcata reſti*
*tutus, ad beneficium ceſſionis bonorum admittitur.*
2 *Bannitus ad patriam & ad bona olim confiſcata re*
*ſtitutus, omnia recuperat.*
3 *Bannitus per deportationem ab omnibus paſſiuis ob-*
*ligationibus exutus eſſe dicitur, ſi poſtea reſtitutus*
*fuit, omnia bona acceptare compellitur.*
4 *Dos filiæ data in bonis ſtabilibus, ſi chaſmate vel al-*
*luuione periyt, non imputatur in legitima filiæ poſt o-*
*bitum patris.*
5 *Bãnitus, ad patriã & ad bona reſtitutus, ab empto-*
*re bona per fiſcum alienata non recuperat, nec debi-*
*torũ nomina, qui ad iniuriã bãniti, fuerunt exacti.*
6 *Bannitus, ad patriam & ad bona reſtitutus, actio-*
*nem cõtra fiſcum pro bonis ab eo alienatis habet ad*
*id, in quo fiſcus locupletior factus eſt.*

## Bannitus ad patriam & ad bona reſtitutus, an cedat bonis.

## Quæſtio 15. quartæ q. princip.

1 DECIMOQVINTO quæro, vtrum ban-
nitus cuius bona per fiſcum publicata & cõ
fiſcata fuerunt, ad patriam & ad bona reſti-
tutus, ad bonorum ceſsionem admittatur?
Diſtinguendum arbitror: aut iſte reſtitutus omnia bo
2 na confiſcata recuperat, aut nihil. Primo caſu, quũ ad
patriam & ad bona reſtitutus omnia recuperet. l. j. & l.
fi. C. de ſen. paſ. videtur dicendum, illũ creditoribus te
neri abſq; ceſsionis beneficio, quatenus illorũ bonorũ
ſuppetens vires, ſecundum Rom. in ſing. 212. Deporta-
tus. & in l. alia. §. eleganter. ff. ſol. mat. per tex. quẽ dicit
eſſe ſing. & literis aureis ſcribendũ in l. 2. in fi. ff. de ſen.
paſ. quem etiam ſequitur Vital. in tract. clauſu. in rub.
An poſſ. renunci. beneficio ceſſ. bon. col. 9. in prin. verſ.
Secũdus, ſi poſt publicationẽ. Io. de Arno. Epito. 82. &
Iaſ. in §. fi. col. pen. in prin. verſi. Item fallit vbicunque.
nu. 22. inſtit. de actio. & alium tex. in l. pe. & fi. C. de ſen.
paſ. allegat Socin. in tracta. fallen. regu. 65. Cedens bo-
nis. in 15. fallent. In hoc autẽ puto, Rom. Soci. & ſequa-
ces non bene dicere, quoniã illi text. hoc non probãt.
ibi enim ſolum dicitur, ꝙ reſtitutus etiam ad bona ceſ
ſionis beneficio vti non poteſt, quin etiam bona cum
ſuis obligationibus actiuis & paſsiuis acceptet, illa
enim repudiare non poteſt, vt ſe à creditoribus exo-
3 neret. Nam licet per deportationem ab obligatiõibus
paſsiuis eſſet exutus, iuxta l. j. C. de fideiuſſ. & l. 3. C. ad
l. Iuli. vnde vi. ſi tamen reſtituitur, acceptare bona cõ-
pellitur. d. l. 2. nec per hoc inferri poteſt, ergo bonis ce
dere non poterit, ſtat enim ꝙ acceptare poſsit, & ilico
bonis poſtea cedere, quoniam inter acceptare, & bo-
nis acceptatis cedere, non parum diſtat: primo enim
caſu nullo modo in primæuas obligationes à quibus
per deportationem erat exutus, incideret: ſecundo ve-
ro caſu quamuis cedat bonis, non per hoc tamen à cre
ditoribus liberatus dicitur. ipſe enim ad pinguio-
rem fortunã perueniens, integre ſatisfacere tenetur,
deducto tamen ne egeat. l. ex contractu. C. de bon. au-
tho iudi. poſ. l. 4. & l. qui bonis ff. titu. noſtro. reproba-
ta gl. in l. vbicunq; ff. de fideiuſ. quæ contrariũ tenet. &
male ſecundũ Bar. & doct. ibi. & dicemus infra in 19. q.
princip. Præterea non videntur congrue allegari d. l.
2. & d. l. penul. ꝙ reſtitutus ad bona, non poſsit cedere
bonis: quoniã in diuerſis terminis loquuntur, ſ. quãdo
reſtitutus per principẽ ad bona, quorũ confiſcatione
liberatus erat à creditoribus, tũc filiũ obligatũ habẽ-
tibus, & quorũ reintegratione reincidẽs in primas o-
bligationes, non poterit, & refutando bona reſtituta,
& allegando pœnam quã paſſus eſt, ſe defendere, quin
creditoribus ſoluat, vt ante ſentẽtiam ſoluere tenebatur:
verum ante confiſcationis bonorũ ſententiã ſi cõ-
petiiſſet, condẽnato contra creditores refugiũ ceſsio-
nis bonorum, poſſet etiã ad bona reſtitutus cedere bo
nis, nõ eo prætextu & allegatione, vt dicitur in d. l. 2. &
in d. l. pen. ſed ex iure primæuo ante ſententiã compe-
tente, ad quod ſimul per reſtitutionem & indulgentiã
cẽſetur repoſitus, vt d. l. fi. ibi. Ideoq; tantum ad reſtitu
tionem, &c. C. de ſenten. paſ. & l. ꝙ ſi minor. §. reſtitu-
tio. ff. de mino. Secũdo caſu quãdo nihil recuperat, aut
illa bona, q̃ nõ recuperauit, caſu & fortuna deperdita
fuerunt, puta quia res chaſmate periit, vel eius debito
res effecti ſunt non ſoluendo, & iſto caſu puto quum
abſq; eius culpa hoc euenerit, ꝙ beneficium ſibi à iure
indultum ad bonorum ceſsionem perdere nõ debeat,
cum ipſe creditoribus ſatisfacere non valeat. l. j. C. ti-
tu. noſtro. prout dicimꝰ de dote data filiæ in bonis ſta-
4 bilibus, quæ chaſmate vel alluuione periẽrũt, quæ poſt
patris obitum ſibi in legitima non imputantur, quum
teneatur filium redotare, ſi poterit, vt tradit Bald. no-
uel. in tract. de dote. in 6. par. in 5. ſpeciali. arg. eorũ. quę
tradit Io. And. in c. non poteſt. in ver. in primis. de præ
ben. in 6. de quo per Tiraq. in repet. l. boues. §. hoc ſer-
mone. in regu. ver. decimooctauo. in d. c. ſub nu. 31, ibi,
5 Item ſi primũ. ff. de ver. ſig. Aut illa bona, quæ nõ recu-
perauit, fuerũt durãte bãno per fiſcum alienata, & iſto
caſu quum reſtitutus illa, ab eo qui emit à fiſco, nõ re-
cuperet ſecundum Bar. in d. l. fi. col. 3. in princ. verſicul.
pro declaratione eius. Co. de ſent. paſſ. & in l. Gallus. §.
& quid ſi tantum. cum concord. de quibus ibi per Ale.
de libe. & poſthu. per Abb. & Imol. in c. inter quatuor.
& ibi Felin. in pe. & fin. col. extra. de maio. & obedi. &
idem Felin. in c. ſuper eo. nu. 4. verſic. Quod non valet.
de offi. deleg. & eſt communis doct. opin. vt atteſtatur
Chalcam. cõ 52. Licet his. col. antep. in fi. verſ. & ſic per
conſequens. ſub n. 12. Nec ẽt debitorũ nomina recu pe
ret, quãdo debitores ad banniti iniuriã exacti fuerũt,
vt conſuluit Ruyn. cõſil. 22. in q. col. j. ver. ſi vero fuerũt
vol. 5. & alias contingentia ad fauorẽ Iacobi de Cuſi-
6 nis contra Pirottum Magnanum Arimi. obtinui. Sed
contra fiſcum, qui bona illa alienauit, vel exigit, actio-
nem habeat ad id, in quo locupletior effectus eſt ſe-
cundum Bart. in d. verſic. pro declaratione eius. quem
ſequũtur cõmuniter doct. vt refert Nellus de S. Gemi.
in tract. bãnito. in j. part. tertij tẽporis, & Pau. de Gril-
lan. in tract. de hæreti. in 6. q. verſi ſed quæro retẽtis. &
in tract. de relaxa. carcera. in 2. part. in 4. & 5. queſt. vide
tur dicendum, ꝙ ad dictum ceſſionis refugium admit
ti non debeat. Quia quum ex ſua culpa hoc contigerit,
ex eo quod culpa caſum præceſſerit, ei imputan-
dum videtur, regul. damnum, quod quis, de regu. iur.
in 6. Dyn. in regul. peccatum. in fin. eo. tit. & tradit Bal.
in c. quæ in eccleſiarum. col. 3. in princ. verſi. accipio. 2.
gloſſ. extra. de conſtit. qui quamuis hanc opin. ibi ſecu
tus fuerit ea ratione, quia dignum eſt ꝙ male meriti
egeſtate laborent. l. bona fides. ff. depoſi. verius tamen
puto, debitorẽ hoc caſu non perdere ceſſionis benefi-
cium, quoniam ob huiuſmodi culpam non offendit
directe creditores ſuos, ſed alium. l. etiam. §. licet, cum
glo. in verbo, quemlibet. cum ibi no. per Alex. in j. col.
ff. ſol. matr. Præterea quum requiratur dolus, & culpa
nõ ſufficiat vt quis beneficio ceſſionis priuetur, vt eſt
tex. in l. verũ. §. tẽpus. ff. pro ſoc. no. in l. fi. in fi. ff quæ in
frau. cred. tenet Bal. in l. j. col. 2. & fi. C. ti. noſtro. & dixi
mus ſupr. in 5. q. & dicemus infr. in 20. q. in 18. caſu. nu.
31. cum ſeq. & in q. 28. nu. j. 2. & 3. ad ceſſionis refugium
admittetur, & ſic ab opin. quam ſequitur Alexan. in d.
§. licet, non eſt in iudicando recedendum, quoniam
non eſt in iure expreſſum, quod in d. caſu debitor, ceſ-
ſio-



ſionis beneficio, priuetur, & nemo priuationis pœnã
pati debet, vbi non eſt à iure expreſſum. §. cum igitur.
in authen. de non eligen. ſecundo nuben. & per illum
tex. ſufficit dicere, non eſſe lege cautum. ꝙ imponatur
dicta priuationis pœna ſecundum tradita per Bald. in
authen ex teſtamento. ſub nu. 5. C. de ſecun. nupt. Nec
obſtat dicta ratio, quod male meriti debeãt egeſtate la
borare: Quoniam reſpondetur, ꝙ ſatis egeſtate labora
bit debitor, quod ceſſerit bonis, quum cedenti dena-
rius vnus remanere non debeat, ſecundum gloſ. fin. in
l. pen. ff. tit. noſtro. & diximus ſupra in tertia q. princi-
pali. nu. 9. ver. An autẽ quod ſupra dictum eſt. Pręterea
Bal. ibi loquitur in eo qui conuenitur in id quod face
re poteſt, quãuis etiam eo caſu contrarium ſit verius,
vt dicemus infra in 29. quæſti. in fi. non autem in debi-
tore bonis cedente, vt in caſu iſto, ergo, &c.

*SVMMARIVM.*

1 *Debitor diues & ad ſoluendum idoneus, an ad ceſſio*
*nis beneficium admittatur?*
2 *Debitor pro ciuili debito nec capi, nec carcerari po-*
*teſt, niſi prius facta fuerit eius bonorũ excuſſio, quod*
*bona non reperiantur.*

## Debitor diues an cedere poſsit?

## Quæſtio 16. quartæ q. princ.

1 DECIMOSEXTO quæro, nunquid
debitor diues, & idoneus ad ſoluẽdum
creditoribus, debeat ad bonorum ceſ-
ſionem admitti? Videbatur dicendũ ꝙ
ſic, ex eo ꝙ debitor ad euitandos carce
res ceſsionis beneficiũ habet, vt eſt tex. in l. j. C. tit. no
ſtro. & ita determinat Cyn. ibi in tertia q. per tex. ſing.
in l. illud. §. quid tamen. ff. de tribu. actio. vbi pater vel
dominus ſi non vult inter creditores, qui in illam cau-
ſam cõtraxerunt, merces ęqualiter diſtribuere poteſt
mercibus vel peculio cedere, & ex illo text. colligunt
Guil. de Cu. & An. de Piſis. ꝙ licet quiſpiã ſit diues, &
ad ſoluendũ idoneus, ſi vult, bonis cedere poteſt, ne il
la vendendo & ſoluendo, laborem ſubeat. Eandẽ opi.
tenet Ray. de Forli. in l. legis Iuliæ. C. tit. noſtro. Con-
trarium tamen decidunt Guil. & And. vbi ſupra, quos
ſequitur ibi Paul. de Caſt. & Bal. in l. j. col. 2. verſi. quæ-
ro nunquid ille qui habet. nu. 10. & ita conſuluit Fred.
de Senis, conſi. 193. in quæſtione verſi. Nunc eſt diſcu-
tiendum. idem tenet Socin. in tract. fallen. regu. cedẽs
bonis. in 11. fallen. ſequitur Iaſ. in §. fi. col. pen. verſi. 12.
& vltimo. inſti. de actio. Ad d. §. quid tamen. reſpõdet
ibi Albe. de Roſa. quod ibi eſt quædam obligatio rea-
lis peculij. ideo cedendo liberatur, & quod ibi nõ bo-
nis omnibus, ſed mercibus tantum cedebat, & ita fir-
mat Iaſon in dicto verſi. 12. & vltimo. Quod ego quoq;
2 affirmo. & huius concluſionis ratio eſſe poteſt, quia
pro ciuili debito ad capturam & carcerationem debi
toris non deuenitur, niſi prius facta bonorum excuſ-
ſione, quod bona non reperiantur, quum captura non
fiat, niſi in ſubſidium, vt eſt glo. ſingularis in l. 3. §. pen.
ff. de ſuſpect. tuto. quam ſequitur ibi Bar. & Bald. & ii-
dem in dicta l. j. col. 2. verſic. quæro nunquid ille. C. tit.
noſtro. & Bald. in ſua Margarita, in verbo, filiusfa. im-
mo in c. Odoardus, col. 3. in fin. verſicu. item non vide-
tur eſſe verum, extra, de ſolution. Alexand. conſil. 149.
Circa primum dubiũ. in fi. vol. 2. & in l. à diuo Pio. §. in
venditione. col. 2. in fin. verſic. iuxta hoc incidit. ff. de
re iudicat. vbi refert illam gloſſ. eſſe communem. vn-
de dicit Felin. in c. quod ad conſultationem. colum. 7.
ſub nu. 17. in fin. extra, de re iudic. ꝙ periculoſum eſſet
in practica recedere ab opin. d. gloſſ. & ita tenet Ioan.
Pet. de Ferra. in ſua practi, Papi. in foro execu. ſentẽ. in
gloſſ. j. col. pen. poſt medium. verſicu. Sed an ſit neceſ-
ſaria excuſsio bonorum, quamuis interdum vel cõſue-
tudine, vel ex forma ſtatutorum, hoc non ſeruetur in
practica ſecundum eum ibi. Si ergo bona reperiuntur
pro creditorum ſatisfactione, ergo ad bonorũ ceſsio-
nem deueniri non poterit.

*SVMMARIVM.*

1 *Condemnatus pro delicto ad pœnam pecuniariam,*
*quamuis non habeat vnde ſoluere poſſit, non tamẽ ad*
*ceſſionem bonorum admittitur.*
*Qui in ære ſoluere non poteſt, luit in corpus. eod.*
2 *Pœna ſi venit fiſco applicanda, cõmutari poteſt, etiã*
*inuito accuſatore, ſecus, ſi eſt parti applicanda.*
*Cõmutatio pœnæ an & quando fieri non poſſit, eod.*
3 *Regula, qui in ære ſoluere non poteſt, luat in corpus.*
*quomodo procedat.*

## Condẽnatus pro delicto an cedat bonis.

## Quæſtio 17. quartæ q. princ.

1 DECIMOSEPTIMO quæro, debitor
ob delictum condẽnatus ad pœnã pecu-
niariã, ex quo pœnam ſoluere nõ poteſt,
an bonis cedere poſsit? Reſpon. ꝙ nõ, ſed
pecuniaria pœna in corporalẽ reſolui-
tur, quia qui in ære ſoluere non poteſt, luit in corpus.
l. fi. in fi. C. de ſepul. viola. l. quicunq;. C. de ſeruis fugi.
l. fi. ff. de in ius voc. & l. j. §. generaliter. ff. de pœn. cum
vulg. ita tenet Ang. in l. 4. nu. 4. verſi. in criminali vero.
ff. tit. noſtro. & ita cõſuluit Veronenſ. conſi. 9. quidã ex
delicto. & intantũ hoc eſt verũ, ꝙ etiã poſtquã luit in
corpus, ſi ad pinguiorẽ fortunã peruenerit, nõ vexabi
tur, quia corporalis pœna loco ſatisfactiõis eſt, vt no.
Io. And. in regu. peccatum. de reg. iur. in 6. quem refert
& ſequitur Ang. in d. verſi. in criminali vero. & pdicta
2 intellige qñ fiſco eſt applicanda pœna, & criminaliter
& ad vindictã agitur. Nam eo caſu etiã inuito accuſa-
tore fiet cõmutatio ſecundũ Archid. in c. ſi res. 14. q. 6.
Secus qñ parti pœna venit applicanda, vt in furto. eo
enim caſu cõmutatio in corporalẽ fieri nõ debet, niſi
actors conſentiẽnte. argu. c. fraternitatis. 12. q. 2. inuito
enim actore, cõmutatio fieri nõ poteſt. Bal. in l. fi. ff. de
in ius voc. per illum tex. & in l. quod ſi maior. §. ſi ſer-
uus. ff. de mino. Non tamẽ hoc caſu propter eius dolũ
in furto cõmiſſum, ad ceſsionis beneficiũ admittitur,
vt per Veronenſ. d. conſ. 9. quia in delictis bonorũ ceſ-
ſio locũ nõ habet, vt no. Bal. in l. ſed ſi ex parte. in prin.
arg. illius tex. ff. ꝙ cũ eo. vbi ꝓ hoc allegat eſſe expreſ-
ſum in l. fi. §. fi. ff. q in frau. cre. Si vero ad intereſſe cõue
nitur, ſiue ex cõtractu, ſiue ex quaſi delicto agatur, tũc
in corporalẽ pœnã non fiet cõmutatio, ſed expectabi-
tur, donec ad pinguiorẽ fortunã peruenerit, vt in c. O-
doardus. extra. de ſol. & in c. olim vobis. extra. de reſti.
ſpoliat. & l. nã is. ff. de dolo. ita tenet Abb. poſt Io. An.
in d. c. Odoardus. col. j. in j. opp. cũ quo trãſit Eufre. in
add. ad Capel. Toloſa. in q. 61. Itẽ fuit q̃ſitũ, an ceſſioni
bonorũ quãuis. Io. Fab. in §. fi. & ibi Iaſ. in 3. col. verſic.
quarto ſupraſcripta regu. inſt. de act. ꝙ ſi quis iniuria-
rũ actiõe agat, cõcludatq; ad pecuniã, & ſic ciuiliter,
& reus cõdẽnatus bonis cedat, nõ liberat ſe, ſed pecu-
niaria pœna in corporalẽ reſoluitur, & nõ bene per p-
dicta. Attẽde tamẽ ꝙ ſupradicta regula, qui in ære ſol-
3 uere non poteſt, luat in corpus. in mulcta locũ ſibi nõ
vẽdicat, quia tũc diminutio vel moderatio fieri debet
l. illicitas. §. fi. ff. de offi. præſi. & ibi per illũ text. inquit
Bar. in fi. ꝙ eadẽ regula nõ vendicat ſibi locũ quando
pro delicto pecuniaria pœna extraordinaria imponi
debebit, ſed tantum quando ordinaria imponitur.

*SVMMARIVM.*

1 *Vſurarius in foro contentioſo ad bonorum ceſſionem*
*admittitur, niſi dolo bona diſſipaſſet.*

2 *Vſurarius ſi ab vſuris ſpe conſequendi à debitore vel à Principe veniam, pecunias mutuauit, ceſſionis beneficium perdit.*

3 *Vſurarius poſt ceſſionem ſi bona acquiſiuit, in ſolidũ tenetur in foro pœnitentiali, ſecus in foro contentioſo.*

4 *Diſpoſitio legis poſitiuæ ſi ſuper veritate fundata eſt, in foro conſcientiæ eſt ſeruanda.*

5 *Prouidere quis debet in foro conſciẽtiæ alteri in ſumma neceſſitate conſtituto.*

## Vſurarius an bonis cedere poſsit.

### Quæſtio 18. quartæ q. princ.

1 DECIMOOCTAVO quæro, an vſu
tarius ad ceſsionis beneficium admitta
rur? Reſpon. ꝙ ſi non habet vnde vſuras
reſtituere valeat, nulla pœna in foro cõ
ſcientiæ mulctari debet, quũ ſatis eum
nota paupertatis excuſet, inquit tex. in c. cum tu. extra,
de vſuris. ſed in foro contentioſo tenetur aut integre
ſatisfacere, vel bonis cedere, quia talis peccator ſem-
per in mora eſſe dicitur. Oſtien. in ſumma de pœnit. &
remiſ. §. fi. col. pen. verſi. quid ſi nullam, & Archid. in c.
quanquã. col. j. verſ. ſed nunquid in hoc caſu. de vſuris.
in 6. niſi dolo bona diſsipaſſet. nam hoc caſu ceſsionis
beneficio vti non poſſet, ſecundum Imolã in l. etiam.
§. licet. quem ibi ſequitur Alex. in fi. ff. ſol. matri. prout
2 etiam dicemus infra, in 28. q. Idẽ, ſi mutuaſſet ſub vſu-
ris pecunias ſpe veniam à debitore vel à principe con
ſequendi. nam ob eius damnatam intentionem, bono-
rum ceſsionis beneficium perdit. Dynus in regul. pec
catum. in fine. de regul. iuris. in 6. & Alex. in l. alia. §. ele
ganter. col. 5. ver. Confirmo per id quod voluit. ff. ſolu.
matri. ceſſante ergo doloſa bonorum diſsipatione, &
praua intentione veniam conſequendi, quum ad ceſ-
ſionis beneficium admittatur ſecundum Archidiaco.
3 Quod ſi bona poſt ceſsionẽ acquiſierit, an habebitur
ratio ne egeat, vel in ſolidum exigetur? glo. in d. c. cum
tu. in verbo, facultatibus. dicit, quod in ſolidum ſicut
prius tenebitur. quam gloſſam ſequitur Clauaſi. in ſua
ſumma. in verbo, vſura. 2. num. 16. verſicu. Decima pœ-
na eſt, quod intellige verum in foro pœnitentiali ſe-
cundum Ioannem And. ibi ſuper gloſſ. in verbo, & li-
cet. quem ſequitur Ancha. in repe. d. regulæ, peccatũ.
in 8. colum. in fin. verſi. In vſurario vtrum. & idem fir-
mat Abb. in d. c. cum tu. ſecus eſt in foro contentioſo.
nam in acquiſitis de nouo, exigetur ſolũmodo in quan
tum facere poterit, & non vltra, reſeruatis ſibi quoti-
dianis alimentis, vt eſt textus in l. qui bonis. & l. ſi de-
bitoris. ff. titul. noſtro. & not. in c. 2. extra, de pignor. &
in l. ex contractu. C. de bon. autho. iudic. poſ. & ita de-
clarat Abb. poſt alios in d. c. cum tu. in 2. col. in princi.
ver. in glo. in verbo, facultatibus. Sed forte illa doctri-
na in dicto c. cum tu. quod in foro cõſcientiæ debitor
poſt ceſsionem etiam in ſolidum teneatur, non eſt ve-
ra: primo, quia quum lex ciuilis non nutriens pecca-
4 tum, aliud ſtatuat fundando ſe ſuper veritate, non ſu-
per præſumptione, videtur quod diſpoſitio illa legis
poſitiuæ ſit in foro conſcientiæ ſeruanda ſecũdum ea
quæ tradit Bald. in l. cum quis. colum. 5. in fin. verſicul.
Poſt hoc ſciatis, nu. 14. ibi. In ſecundo vero caſu, quan
do ius eſt fundatum ſuper veritate, C. de iur. & facti i-
5 gno. & Archi. in regula, poſſeſſor. de regul. iur. in 6. Se-
cundo, quia etiam in foro conſcientiæ debet quis in
ſumma neceſsitate conſtituto prouidere, vt eſt text. in
c. paſchæ. 35. diſt. & in l. necare. ff. de libe. agno. & bene
facit tex. in c. ſicut hi. 47. diſtin. & in c. ſatis. 86. diſtinct.
ergo multo fortius ei relinquere debet id, quod eſt de
bitori neceſſarium ad ſuſtentationem vitæ. arg. tex. in
c. j. extra, de natis ex libe. ventre. Cogita.

*SVMMARIVM.*

1 *Iudex qui per imperitiam iudicauit, & in ſyndicatu condemnatus fuit, an ad ceſſionis beneficium admittatur.*

2 *Iudex qui per imperitiam iudicauit, & in ſyndicatu condemnatus fuit, de conſuetudine in carceribus poni debet, donec integre ſatisfaciat.*

3 *Iudex qui doloſe iudicauit, & in ſyndicatu cõdẽnatus fuit, integre ſatisfacere tenetur, & priuilegiũ non habet, vt non conueniatur vltra quam facere poſſit.*

## Iudex per imperitiam iudicans, condẽnatus in ſyndicatu, an bonis cedere poſsit.

### Quæſtio 19. quartæ q. princ.

DECIMONONO quæro, vtrũ iudex,
1 qui per imperitiã iudicauit, ex quo litem
ſuam fecit, ſi in ſyndicatu condemnatus
2 fuit, ad ceſsionis beneficium admittatur
pro carcere euitando? videtur dicendum,
quod quanuis non ſit ſoluendo, pœna corporali puni-
ri debeat, quũm ex quaſi maleficio teneatur, vel ſaltem
de cõſuetudine in carceribus ponatur, donec integre
ſoluat, vt voluit Bald. in c. j. §. iudices. col. j. in fi. verſic.
Itẽ not. ꝙ iudex de pace iura. firman. in vſi. feudor. quẽ
ſequitur Aluarot. ibi ſub §. qui vero. ſubdẽs vidiſſe ita
Florẽtiæ & Senis practicari. & hoc dictum refert Ale.
in l. fi. ff. de vari. & extraordi. cogni. Contrariũ deter-
minat glo. in l. ſi filiuſfa. ff. de iud. vbi vult, ꝙ ſolum te-
3 neatur in quantum facere poteſt, & illã glo. ſequuntur
communiter Doct. vbi differentiam ponunt, quando
per imperitiam, & quãdo per dolum iudicauit. primo
caſu condemnatio arbitrio boni viri modificatur, ꝙ
eſt, in quantum facere poteſt, ſecundum Bal. in c. cano
num ſtatuta. col. 2. in fin. verſiculo. quæro, quid ſi iudex
extra. de conſti. & Roman. in ſingul. 162. Iudex qui ad-
mittit. cum concord. ibi per Mod. in eius addi. Secun-
do vero caſu non modificatur condemnatio, immo to
taliter & integraliter condemnatur, & ita procedant,
quæ in contrarium adducuntur, vt declarat idem Bal.
in authen. ſed cum teſtator. col. fi. circa fin. verſic. Item
extra, quæro. C. ad l. Falc. & in rub. C. de pœna iud. qui
male iud. in j. colum. verſicu. quæro. vtrum iudex. nu. 5.
& in l. mancipia. in princ. verſic. Si autem iudex. C. de
ſer. fugi. & Rom. in d. ſingu. 162. Vnde dixit idem Bald.
in l. quæ fortuitis. col. 6. verſicul. Redeo ad primum. C.
de pignor. act. ꝙ iudex qui per imperitiam iudicauit,
& in ſyndicatu condẽnatus fuit, ſi non eſt ſoluẽdo, nõ
carceratur, ſed tenetur ſolum in quantum facere põt,
ꝙ dictum refert & ſequitur Ale. in d. l. ſi filiuſfa. & in l.
4. §. in eum. ad fi. verſ. Sentit etiam. ff. de damno infect.
vbi allegare voluit Bal. in d. l. quæ fortuitis. quãuis ip-
ſum alleget in l. pignus. C. eo. vbi nullũ verbũ de hoc
facit. idem tenet Paris de Put. in tract. ſynd. §. An ſi po
teſtas. col. 4. verſ. Et ſi officiales non ſint ſoluendo. nu.
19. & ſequitur Firm. in ſuo repertorio. in verbo, officia
lis ſyndicatur. nu. 44. Sed ad hoc euitandũ hodie pra-
cticatur, ꝙ facta per eum ad generalem inquiſitionem
reſponſione contra ipſum in ſyndicatu formatam, fi-
deiuſſionem præſtat de ſoluendo omne & quicquid in
quo condemnatus fuerit, niſi contra ipſum ſpecialis in
quiſitio formata eſſet de homicidio, vel de alio delicto
pro quo corporalis pœna veniret imponẽda, iuxta tra
dita per Bar. in l. j. ff. de cuſt. reo. tunc in carceribus re-
tinetur, & ſub fideiuſſoria cautione non relaxatur, vt
ibi per Bar.

*SVMMARIVM.*

1 *Maritus an in dotis reſtitutione ad ceſſionis beneficium admittatur, vel gaudeat priuilegio, ne conueniatur vltra quam facere poſſit.*



*Maritus in cauſa dotis nec carcerari, nec bonis cedere poteſt, ibidem.*

2 *Maritus ſoluto matrimonio actione reali conuentus ad fundum in dotem datum, tenetur in quantum facere poteſt, niſi in dotali inſtrumento precarium eſſet appoſitum.*

3 *Maritus conuentus actione de dote ad rem dotalem, quæ extaret, vel ad aliam ex pecunia dotali acquiſitam, & per eam reſtituere nollet, non gaudet priuilegio, quod conueniatur in id quod facere poteſt, ſed in ſolidum condemnatur.*

4 *Maritus actione perſonali deſcendente ex maleficio conuentus, in ſolidum tenetur.*

5 *Depoſitarius vtens pecunia in ſacculo ſignata, furti tenetur.*

6 *Maritus ſi eius bona in fraudem vxoris doloſe alienauit, ſeu diſſipauit priuilegio mariti nõ gaudet, ſed in ſolidum tenetur.*

7 *Maritus ab vxore actione negotiorum geſtorum cõuentus, quæ ſucceſſit propter eius negligentiam loco actionis de dote, perdit beneficium quod habet à lege, & in ſolidum condemnatur.*

8 *Maritus ab vxore conuentus actione ſeparata ab actione de dote, id eſt, ex cõtractu celebrato poſt ſolutũ matrimonium, in ſolidum conuenitur.*

9 *Maritus putatiuus priuilegio non gaudet, quod non conueniatur, niſi in id, quod facere poteſt, ſed in ſolidum tenetur.*

10 *Maritus ſua ſubſtantia male vtens, ab vxore cõuentus, conſtante matrimonio in ſolidum conuenitur, & non gaudet beneficio ſibi à lege conceſſo.*

11 *Maritus ſciens à principio ſe non poſſe dotem integram reddere, ſi eam accepit, vel habuiſſe confeſſus fuit, an ex hoc in dolo fuiſſe præſumatur, & ſic in ſolidum condemnari debeat, vel beneficium habeat, vt non conueniatur vltra quam facere poſſit?*

*Intellectus ad l. pen. ff. de iure dot. eod.*

12 *Maritus ab vxore cõuentus, ſi inter eos matrimoniũ cõtractum fuiſſe negauit, beneficium ſibi à lege cõceſſum perdit, & ad integram dotis ſolutionem condẽnatur, & hoc ſi mendacio eſſet dolus ſeu lata culpa: ſecus, ſi dolus & culpa ceſſaret, & nu. 16.*

13 *Maritus matrimonium negans, ſi poſtea pœnitet, & ante litem conteſtatam confitetur, ſibi non præiudicat, niſi vxor talem recuſaret acceptare cõfeſſionem, & offerret ſe contrarium probare. & nu. 14.*

15 *Maritus negans negata prout narrantur, & petita prout petuntur in libello, in quo de matrimonio & dotis traditione fit mentio, ſibi non præiudicat, nec beneficium perdit, vt non conueniatur vltra quàm facere poteſt.*

17 *Maritus ſi dotem alteri quam mulieri reſtituere promiſit, ad integram dotis ſolutionem tenetur, nec beneficio gaudebit, vt non conueniatur vltra quam facere poſſit.*

18 *Maritus alteri quam vxori dotẽ reſtituere promittens ꝑ hæc verba, videlicet, promitto quod meæ vxori debeo, non conuenitur niſi in quantũ facere poteſt, ſecus, ſi dixiſſet cẽtum ex cauſa dotis reſtituere promitto, quia eo caſu in ſolidum cõdemnabitur, etiam ſi delegatio ex lucratiua cauſa facta fuiſſet.*

19 *Maritus ſi certam dotis quantitatem negauit, offerens ſe ſtare vxoris iuramento, ſi de tanta quãtitate creditrix eſſet, & ipſa in iudicio iurauit maritũ ex dotis cauſa centum ſibi debere, in ſolidum condemnatur.*

20 *Maritus ſi ad dotis reſtitutionem ab vxore longiorẽ habuit dilationem, quàm de iure communi conſequi debeat, elapſo termino, priuilegio gaudet, vt non cõdemnetur, niſi in quantum facere poteſt.*

21 *Opin. vltima glo. in dubio ſemper approbata cenſetur, quando non apparet, quam opi. ipſam approbare voluerit.*

*Debitor qui à creditoribus quinquennalem dilationem, vel etiam minorem habuit, bonis amplius cedere non poteſt. eo.*

22 *Maritus non poteſt pacto expreſſo nec tacito etiam cum iuramento renuntiare beneficio, quod non conueniatur vltra quam facere poſſit.*

23 *Glo. quando plures opiniones recitat, primam ſimpliciter, in ſecunda vero ait, quidam dicunt, vel alij dicunt, tunc prima opin. gloſſ. cenſetur approbata, & non ſecunda.*

*Dictio, alij, perſonam loquentem excludit. eo.*

24 *Beneficium ceſſionis bonorum, propter quod non tenetur debitor in acquiſitis poſt ceſſionẽ, niſi in quantum facere poteſt, non eſt à iure reuerentiali cauſatum, prout eſt beneficium marito conceſſum.*

25 *Maritus vel eius filij ſi artifices ſunt, ex quo artificio victum ſibi acquirere poſſunt, nõ gaudet beneficio ſibi conceſſo, ſed in ſolidum condemnatur.*

26 *Maritus excipiens conueniri non poſſe niſi in quantum facere poteſt, ſi recta eius exceptione in ſolidum condemnatur, & non appellauit, non poterit in executione ſententiæ de huiuſmodi beneficio excipere: ſecus ſi antè ſententiam appoſuiſſet.*

27 *Exceptio inuentarij cõfecti ſi oppoſita fuit, & per iudicem reiecta per proceſſum ad vlteriora, nec appellatũ fuit, amplius opponi non poteſt: ſecus, ſi ante ſententiam non fuit oppoſita, quia in executione ſentẽtiæ opponi poterit.*

*Exceptio quæ ſententiã non impugnat, etiam in executione ſententiæ opponi poterit, ibid.*

28 *Maritus pauper & inops effectus, poſt ſententiam in qua ad integram dotem condemnatus fuerat, beneficio non gaudet, quod conueniatur in quantum facere poteſt.*

29 *Maritus pro dote confiſcata ex delicto vxoris à fiſco conuentus, beneficio gaudet, quod non conueniatur, niſi in quantum facere poteſt: ſecus ſi maritus confiſcatus fuit, & fiſcus à mariti creditoribus conueniatur, quia fiſcus mariti priuilegio minime gaudet.*

30 *Maritus ab vxore inope conuentus, in ſolidum condemnatur, & beneficio non gaudet, vt non conueniatur vltra quam facere poteſt, niſi ob ſtatus mutationem priuilegiatus eſſet.*

31 *Maritus in bonorum ſuorum & ſuæ vxoris adminiſtratione dolum committens, perdit priuilegiũ quod habet à lege, & in ſolidum condẽnatur, nec ad ceſſionis beneficium admittitur.*

32 *Maritus ſi lata culpa, bona propria dilapidauit, nõ perdit priuilegiũ quod habet à lege, ſecus ſi lata culpa vxoris bona dilapidauit, & nu. 33.*

34 *Maritus & non vxor electionẽ habet, an quinquennales velit inducias, vel cedere bonis.*

## Maritus in reſtitutione dotis an cedat bonis.

### Quæſtio 10. quartæ q. princip.

1 VIGESIMO quæro,nunquid maritus ab
vxore pro ſuarum dotium reſtitutione cō
uentus tam conſtante quàm diſſoluto ma
trimonio ad integram dotem teneatur,i-
ta quod,ne in carceres detrudatur, bonis
cedere debeat,an vero beneficium habeat, ne tenea-
tur vltra quam facere poſsit,deducto, ne ageat? Re-
ſpon.quod quanuis regula ſit,quod conueniri aut ex-
cuti non poſsit,niſi quatenus facere poteſt, vt eſt text.
in l.maritum.vbi Bartol.Alexand.& communiter do-
cto.ff.ſolu.matri.in l.patronus.& l.non tantum.cum l.
ſequenti.ff.de re iudica.& ſic carcerari non poteſt, &
ex conſequenti nec cedere bonis,vt probatur in dicta
l.maritum.iuncto §.fi.Inſtit.de action.& tradit Bapti-
ſta de ſancto Blaſio in tractat.de priuil.dota.in 350.pri
uilegio.numer.50.In multis tamen caſibus reperitur,
quod in ſolidū tenetur.ne igitur in carceres detruda-
2 tur,ad bonorum ceſsionem admittetur. Primus ergo
videtur eſſe caſus,quando ſoluto matrimonio actio-
ne reali conuenitur, puta quia domus vel fundus in
dotem traditus fuit,nec alienatus reperitur, & tūc ex
quo non vt maritus,ſed vt quilibet extraneus poſſeſ-
ſor conuenitur,iuxta l.ſi fundus.§.in venditione.ff.de
pignoribus.in ſolidum tenetur, vt videtur eſſe text. in
l.Neſennius.§.fundum.ff.de re iudica.& in l.ex facto.
§.fi.ff.de pecul.ſecundum Bart.in d.l.maritum.& in l.
ſi conſtante.in princ.in 8.q.vltimæ partis.col.pe.verſi.
Ad cuius declarationem.ff.ſolu.matrim. Contrarium
tamen teneas, quod immo conuenitur tantum in eo
quod facere poteſt,vt communiter tenent docto.quos
citat Alexand.in d.l.ſi conſtante.in 6.col.in prin.verſi.
Item adde quod inquantum Barto.in l.ſi filiofam.la 2.
ff.eod.& in dicto §.fundum.in prin.ver.No. quod con
uentus.idem tenet Baldus in l.quod nomine.quem ibi
ſequitur Iaſ.in 2.limitatione.ff.de condict.indebi. Ad
contraria reſponde,quod illa procedunt & ſunt vera,
quando dos per maritum erat conſtante matrimonio
reſtituta,vel quia de bonis mariti in ſolutum datio fa
cta fuit mulieri, & ſic dominium in ipſam mulierem
fuit de iure communi tranſlatum, iuxta l.traditioni-
bus.C.de pactis.& l.ſi ager.C.de rei vendicatione. Si
enim poſtea illorum bonorum poſſeſsio ad manus ma
riti peruenerit,tunc mulier ſoluto matrimonio rei vē
dicatione contra maritum de iure communi aget tan-
quam cōtra quemlibet rerum ſuarum extraneum poſ-
ſeſſorē,& ſic non conuenietur vt maritus,nec ex cau-
ſa dotis,ideo beneficium non habebit,vt exigatur in-
quantum facere poteſt,ſed cogi poterit,vt integra bo
na reſtituat. l.nam & maritus.ff.de condictione inde-
biti.tradit Tiraquel.in tractat.de iure conſti.in prima
parte.nu.28.verſi.Hinc item fit.Secus ergo,ſi mulier ſo
luto matrimonio rei vendicatione contra maritum a-
geret,ex cauſa dotis nondum ſibi reſtitutæ, quo cauſa
de iure ſpeciali,quo dominio rerum dotalium ſoluto
matrimonio ipſo iure tranſit in mulierem abſque ali-
qua traditione,per l.in rebus.C.de iure dotium. mari
tus conuenitur,vt maritus,& non quilibet extraneus
poſſeſſor,merito ſecundum magis communem opinio
nem tenetur,quod tunc beneficium habeat,vt non te-
neatur vltra quam facere poſsit,& in his terminis lo-
quitur Bar.in d.l.ſi filioſa.& in d.§.fundum, vbi etiam
Alexand.in j.col.verſicu.Sed Bar hic fatetur & Are.in
§.item ſi de dote.col.j.in fin.verſicu.Aut maritus con-
uenitur.inſtitu.de action.& ita declarat Iaſ.in dicta l.
ſi conſtante.in prin.col.20.in prin.ver. Sed tu ingenue
dic.Reſtringe tamen hāc communem opin.niſi in do-
tali inſtrumento precarium eſſet appoſitum, quia ſic
incontinenti ſoluto matrimonio,nō ſolum dominium
in mulierem trāſlatum eſſet,per dictam l.in rebus, ſed
etiam poſſeſsio,iuxta l.interdum cum vul.ff.de acqui.
poſſeſ.hoc caſu inſolidū teneretur,& d.priuilegiū non
haberet.Bal.Ang.& Rom.in d.l.ſi filioſa.quos Alexan.

3 ſequitur in d.§.fundum.col.j.nu.3.& Tiraq.in d.verſi.
Hinc itē fit.Si vero maritꝰ ad rē dotalem, quæ extaret,
actione de dote cōuenitur,& eā reſtituere nollet,quia
eo ipſo diceretur eſſe in dolo,dictum beneficium non
habet,ſed in ſolidum condēnari debet.argu.l.in bonæ
fidei.ff.de pecul.Alex.in d.l.maritum.col.j.verſic.De-
cimo fallit.& iſto caſu etiā ad ceſsiōis beneficium ob
eius dolum non admittitur.l.fin.cum ibi not.per gloſ.
fi.ff.quæ in fraud.credi.& l.pe.ff.de iure dot.& ex quo
videtur ad rem in ſpecie obligatus, vt diximus ſupra
in 12.q.Idē ſi res dotalis nō extaret.Sed alia ex re & pe
cunia dotali acquiſita.l.vxor marito.ff.de donatio.in-
ter virū & vxo.& l.ſi cum dotem.§.fin.ſolu.matri.cum
aliis per Are.citatis in d.§.Itē ſi de dote,col.2. verſicu.
4 Sexto fallit.& ibi per Iaſ.circa fin.verſic.Tertio limi-
tatur nota.Secundus caſus eſt,quando actioni perſo-
nali ex maleficio deſcendente cōuenitur, puta rerum
5 amotarum actione, vel actione depoſiti pro pecunia
in ſacculo ſignata, qua depoſitarius vſus eſt.quo caſu
furtum cōmiſiſſe dicitur, vt colligitur ex notatis per
gloſſ.in l.die ſponſaliorum.§.fi.ff.depoſit.& eſt text.&
ibi not.in l.ſacculum.ff.eo.& eſt deciſ.Toloſa.168. Itē
fuit quæſitum,ſi pecunia fuit alicui tradita,& optime
declarant Mod.Fanen.in tracta.de pign.in 3. membro
quintæ par.nu.13.verſicu.& obſignatio.& tunc in ſoli-
6 dum tenetur,vt eſt text. in l.ſi rerum.ff. de re iudic.An
autē hoc caſu ad bonorum ceſſionem admittatur, vi-
deatis ꝙ dict.ſunt ſupr.in 17.q.Tertius caſus eſt vbi do
loſe alienauit,ſeu bona in fraudem ſuæ vxoris diſſipa
uit.eo enim caſu in ſolidum tenetur, vt eſt text.in leg.
ſi quis dolo.in princ.& ibi not.glo.ff.de re iudi.& in l.
etiam.§.licet.& ibi glo.Bar.& ſcribentes.ff.ſolu.matr.
& hoc caſu ceſſionis beneficio caret.gloſ.in d.l.fi.quæ
in fraud.credit.& tradit Bal.in l.j.col.2.verſicu.Quero
7 vtrum ille.Co.titu.noſtro & dicemus infra in 18.caſu.
Quartus caſus eſt,quando cōuenitur actione,puta ne
gociorum geſtorum,quæ loco actionis de dote ſucceſ
ſit ob eius negligentiam, iſto caſu perdit beneficium
quod habet,& in ſolidum tenebitur,vt eſt tex.in l. di-
uortio.vbi gloſſ.& docto.ff.de nego.geſt.ſed hoc caſu
8 ad ceſſionis beneficium admittetur.d.l.j.C.tit.noſtro.
Quintus caſus eſt,vbi alia actione prorſus ab actione
de dote ſeparata cōuenitur,& ſic ex cōtractu poſt diſ-
ſolutum matrimoniū celebrato, & hoc caſu in ſolidū
excutitur.vt tenet gl.in d.l.diuortio & Dyn.in §. præ-
terea.inſt.de act.quē ſequitur Barto.in d.l.maritum.&
Are.in d.§.itē ſi de dote.col.j.ver.ſi vero conueniatur.
9 Sed tamē ꝓ euitādis carceribus ad beneficiū ceſſionis
bonorū admittetur.d.l.j. Sextus caſus eſt,quādo mari-
tus nō eſſet vere maritus ,ſed putatiuus: nam talis non
gaudet beneficio,ne cōueniatur vltra quā facere poſ-
ſit,ſed in ſolidū tenebitur,& ſic carcerari poterit,vt eſt
tex.not.in c.j.in verbo, totam. ſecundum communem
intellectum Doct.extra.de don.inter vir.& vxor.idem
tenet Bald.Pau.de Caſt.Imol.& Alex. in l.diuortio. §.
impendia.in fi.ſol.mat.quamuis gloſſ.in d.c.j.contra-
rium teneat,& male ſecundum Alexan.ibi.& hoc caſu
ad refugium ceſſionis admittetur.d.l.j. Septimus ca-
10 ſus eſt, vbi maritus conſtante matrimonio ad dotem
conueniretur,eo quia ſubſtantia ſua male vteretur:nā
hoc caſu in ſolidū conuenitur,& dicto beneficio non
gaudet ſecundum gl.cōiter approbatā in l.vbi adhuc.
in verbo,ad ſuſtentationē.Cod.de iure dot.per ratio-
nem ibi aſſignatam. & cum illa tranſit Cyn.& Bald.ibi
in pe.col.ver. Pone ꝙ vir cōſtante matrimonio. & idē
Bald.in l. ſi quis credidit.ff.de pact. & ita tenent Paul.
de Caſt.Imo.Rom.& Alex.in d.l.ſi conſtante. in princ.
col.5.ad fin.verſ.In gl.ibi & cum temperamento.& ibi
Iaſ.in 18.col.ver.In vltima parte gl.quāuis contrarium
teneat glo.& male in d.l,ſi conſtante in glo.fi.ibi,& cū
11 tēperamētis. & hoc caſu ad bonorū ceſſiōis beneficiū
admittitur,Octauus caſus eſt,vbi maritus à principio
ſci



ſciens non poſſe dotem integram reddere,illam acce-
pit,vel habuiſſe confeſſus fuit,eo enim caſu in ſolidū
tenetur,& dictum beneficium non habet.gloſſ.eſt no-
tabilis iuncto text.in l.penulti.in glo.fi.ff.de iure dot.
& not.Barto.in l.alia.§.eleganter.in fin.ff.ſolut.matri.
Sed iſte caſus ad regulam de qua ſupra, adaptari poſſe
non videtur,quia dicta l.penul.in ſocero viri loquitur,
qui pollicitus fuit id, in quo ſe incontinenti non eſſe
ſoluendo ſciebat:caſus autem noſter in marito loqui-
tur,qui licet tempore receptionis dotis ſe inopem eſſe
ſciret,& illam pro vſu quotidiano ſe conſumpturum,
vt pauperes ruſtici faciunt,nihilominus illam accipe
re & conſeruare,& ſic totam reſtituere poterat, vnde
ex hoc dolus in ea argui non debet. Quinimmo dici
poteſt adaptari poſſe.quoniam ſi maritus dotem reci-
piens ſciat ſe præter dotem nihil habere,quanuis eam
vſque ad reſtitutionis tempus integram conſeruet,nō
ignorat tamen quod dicto tempore tantum de dote i-
pſa retinere poterit,quod nō indigebit.ideo ſequitur,
quod ita recipiens,in dolo verſatus fuerit. Hoc tamē
non obſtante, concludo ipſum non eſſe in dolo, quia
quanuis ſciret ſe tempore receptionis vltra dotem ni-
hil habere, nihilominus quia ſtatim & incontinenti
ad illius reſtitutionem ſe non eſſe obligatum, ſed ſolū
diſſoluto matrimonio ſciebat,cogitare poterat, quod
ſoluendo efficeretur,quum in futurum,antequam for
te reſtituendæ dotis dies eueniat, ditari præſumatur,
argumen.l.ſi defunctus.C.arbitr.tute.& l.cura.§.defi-
cientium.ff.de muneribus & honoribus. ita Alexāder
in dicta l.maritum,in 9.fallē.& in l.ex diuerſo.in prin.
col.fi.verſi.Secundus caſus.ff.ſolut.matri. ceſſante er-
go dolo,ceſſat diſpoſitio d.l.pen.quæ in debitore do-
12 loſo loquitur, vt late dicemus infra in 22.& 31.q. ſu-
per materia d.l.pen.& hoc caſu ad ceſsionis beneficiū
admittitur d.l.j.C.tit.noſtro.Nonus caſus eſt,ſi mari-
tus per mendacium negauit illud quod erat cauſa be-
neficij,puta quod nunquam inter eos contractum fue
rit matrimonium.nam negās hoc,dictum beneficium
perdit,& ad integram dotis ſolutionē tenebitur.text.
eſt in l.ſed hoc ita.§.quod autem.ff.de re iud.l.verum.
§.fi.cum l.ſeq.ff.pro ſocio.& firmat in terminis Barto.
in d.l.etiam.§.licet.& ibi Alex.col.2.verſic. Succeſsiue
quæritur,ſol.matri.facit tex.in l.ſed & ſi ex parte.§.in-
terdum.& in l.eum qui.ff.quod cum eod.& vtrobique
no.Bar. Salic.& Paul.de Caſt.& eſt text. & ibi not.Iaſ.
poſt alios in l.qui cum ſe.ff.de iudic.& hoc caſu perdit
etiam ceſsionis beneficium per ea quæ tradit Bald. in
dicta l.j.col.j.C.tit.noſtro.& facit tex,in l.ſi dubitat.§.
13 j.& ibi Bar.& Alex.ff.de fideiuſſo.Quod tamen intelli-
gendum eſt,ſi in negatione vſque ad litis conteſtatio-
nem perſeuerat.ſi enim pœniteret, & matrimonium
ante litem conteſtatam confiteretur,talis negatio ſibi
non præiudicaret ſecundum Iacobū de Aret.vt refert
Ange.in d.§.quod autem.per l.electio.§.neque.vbi val
de notat Bald.ff.de noxal.cum aliis infinitis concord.
congeſtis per Alexan.in d.§.quod autem.in prin.& in
14 l.eum qui.in prin.col.j.& 2.ff.de iureiu.& hoc verū, ſi
mulier talem pœnitētiam acceptare velit:ſi vero eius
confeſsione vti nollet,immo ipſa per teſtes contrariū
probare vellet,& mariti negationem eſſe falſam,talis
15 confeſsio marito non proderit. ita eleganter voluit
Barto.in dicta l.eum qui.in princ.per illum text.& ibi
eum ſequitur Alexan.& prædicta ſunt vera,ſi maritus
ſimpliciter negauit:ſecus,ſi generaliter reſpondendo
libello,in quo de matrimonio, & dotis traditione fit
mentio,dicat,nego narrata prout narrantur, & petita
prout petuntur,eſſe vera,iuxta practicam,qua boni &
practici procuratores vtuntur. Nam hoc caſu benefi-
cium perdere non dicitur.ita ſignanter dixit Bar.in d.
l.ſi dubitet.§.j.cum quo tranſit ibi Imo.& Pau.de Ca.
& Sali.in l.cum precum.C.de lib.cauſ.Are.& Iaſ.in §.
ſed & ſi quis.in fin.Inſti.de act.quanuis Felin.in c.cæ-

terum.col.pen.in princi.verſic.Limita tertio.extra,de
iudi.dicat hanc limitationem communiter reproba-
ri.ſed Iaſ.in dicto §.quod autem.col.fi.circa fi.repre-
hendit Felin.& refert eum male dicere,& quod magis
communis opin.eſt cum Bar.& ita cōſuluit Pariſi.con
16 ſil.c.certiſsimum eſt.col.j.verſi.Prout & tertio.num.9.
vol.3.Item prædicta vera ſunt,quando in mēdacio ad-
eſſet dolus ſeu lata culpa:ſecus,ſi ceſſaret dolꝰ aut cul-
pa.nam tunc beneficium non perdit,Alex.in d.l.etiā.
§.licet.col.fi.verſicul.Tertio limita non procedere.&
Felin.in d.c.cæterum.col.5.in fi.verſicu.Iſta limita pri
mo.quem ſequitur etiam Pariſi.d.conſi.100.col.j. ver-
17 ſicu.præterea per negationem.nume.8.decimus caſus
eſt, vbi maritus alteri quam mulieri dotem reſtituere
promiſiſſet.nam ille extraneus, cui facta fuit promiſ-
ſio,poterit in ſolidum conuenire maritum.nec ei, cui
ex lucratiua vel oneroſa cauſa facta fuit delegatio,ob
ſtabit exceptio, ne teneatur vltra quam facere poſsit,
18 vt eſt textus in l.Neſennius.in principio.ff. de re iudi.
Sed huic obſtare videtur text.& quod ibi not.Alexan.
in l.ſi prior.ff.ſolut.matrimo.vbi eſt caſus,quod mari-
tus exceptione vtitur,ne vltra quam facere poſsit,exi-
gatur,etiam contra eum,qui per mulierem delegatus
eſt.Reſpond.quod oppoſitio procedit,vbi maritus per
hæc verba promiſiſſet, promitto quod vxori meæ de-
beo: ſecus ſi dixiſſet, centum ex cauſa dotis promit-
to. nam tunc talis exceptio non obſtaret, quod eſt ve-
rum, etiam ſi talis delegatio ex cauſa lucratiua facta
fuiſſet.ita not.voluit Barto.in l.doli.in princ.ff.de no-
uation.quem ſequitur Alex.in dict.l.ſi prior.cum con-
cord.de quib.ibi per eum.& per Campegi.in tract. de
dote.quæſtio.268.Si maritus promittat.in 3.par.& hoc
caſu ad bonorum ceſſionem admittetur.l.j.Cod.titul.
19 noſtro. XI.caſus eſt,ſi maritus negans certam dotis
quantitatem,obtulit ſtare vxoris iuramento, an ipſa
de quantitate per eam petita creditrix eſſet,quæ poſt-
modum in iudicio iurauit, maritum ex cauſa dotis
centum ſibi debere: hoc caſu lex voluit maritum in
ſolidum teneri, & priuilegio alias ſibi conceſſo non
gaudere.tex.eſt not.iuncta gloſſ.j.in dict.l. eum qui.§.
ſi mulier.ff.de iureiurand. de cuius intellectu vide ibi
Alexand.& Iaſ.& conſequenter non gaudet etiam ob
eius negationem ceſſionis beneficio, vt dixi ſupra in
nono caſu, niſi poſt condemnationem confeſſus fue-
rit iuxta ea quæ vidimus ſupra in 2. quæſtion. princi-
20 pali,ſub numero.ſexto. XII.caſus eſt, ſi vxor vltra le-
galem dilationem marito in dote reſtituenda longio-
rem conceſſerit, quam de iure communi conſequi
debet,vt in caſu l.licet.cum ibi nota. per gloſſ. in ver-
bo,iuſta cauſa.ff.de pactor.dota. vbi mulier ex inopia
viri longiorem terminum ad dotis reſtitutionem ma-
rito præſtans ſibi præiudicium inferre poteſt. elapſo
igitur termino,non gaudebit maritus beneficio quod
teneatur in quantum facere poteſt,ſed in ſolidum con
demnabitur. text. eſt nota. ſecundum vltimam lectu-
ram glo.in d.l.ſed & ſi ex parte.§.ſed an etiam.ff.quod
cum eo.ſecundum quam lect.ita tenet Roma.in dict.l.
maritum.Sed contrarium tenet Barto.in dict.§.ſed an
etiam dicens quod primus intellectus gloſſ. ibi tenen
dus eſt,quem ſequitur ibi Alb.de Roſa. & Bald.& Sa-
lic.quoque ſecundum Alex.in dict.l.maritum.in j. co-
lum.in fi.verſicu.quartodecimo fallit.dicens,quod il-
lum primum intellectum videtur approbare gloſſa.
non autem ſecundum. Quinimmo ſecundum Salic.
gloſſa vltimum approbat intellectum, quem videtur
ſequi Salic.ibi,non autem primum. Nam poſtquam
ſecundum intellectum retulit, in eo reſidet,dicens: &
ſecundum iſtos multi vel pauci anni,de quibus hic in
litera, in iudicis arbitrio relinquitur, quam ſenten-
tiam videtur tenere gloſſ.& ſic Salic.cum ſecundo in-
tellectu gloſſ.& non cum Bart. tenere videtur.& cum
ſecundo intellectu tenet etiam Ang.ibi, inquiens pri-

mam lecturam gloſ.non eſſe veram.Et quod vltimum
intellectum approbauerit gloſſ.hoc probatur medio:
nam quando plures adducuntur per gloſſ.opiniones,
& non apparet quam approbare voluerit,in dubio vl
21 tima opin.ſemper approbata intelligitur.l.qui filium.
§.Sabinus.& ibi notatur per gloſ.ff.ad Trebellianũ.&
ita colligunt doctores in l.ſi idem cum eodem.§.fin.in
glo.fi.ff.de iuriſd.omnium iud.& contra Bar.facit tex.
in l.fina.C.titul.noſtro,vbi debitor qui à creditoribus
quinquennales obtinuit inducias,non habet amplius
facultatem cedendi bonis, immo etiam ſi minoré ob-
tinuiſſet dilationem,cedendi facultate priuaretur, vt
notat gloſſ.in dicta l.fi.quam communiter omnes do-
ctores ſequuntur ibi,& in l.alia.§.eleganter.ff.ſol.ma-
trimonio.& alibi,vt refert & ſequitur Afflict.in deciſ.
378.quidam debitor.in prin.His tamen non obſt.Alex.
in dicta l.maritum.d.verſi.decimoquarto fallit. quem
ſequitur Campegi.nullam de eo mentionem faciens
22 in tract.de dote,queſtion.238.quando maritus habeat.
verſi.quartodecimo fallit.in 3.particula tenet, hoc di-
ctum Romani non eſſe verum,per d.§.eleganter.Quia
ſi pacto expreſſo maritus renuntiare non poteſt bene-
ficio,quod non teneatur vltra quam facere poteſt,etiã
cum iuramento,vt voluit Barto.& doctores in dict.§.
eleganter.Afflict.in deciſio.222.Dictat conſuetudo.&
dicemus infra in 20.quæſtio.principa.ergo nec etiam
per tacitum argu.l.qui ad certum.ff.locat.& l.ſi ſpon-
ſus.§.ſi maritus.cum ſimilib.ff.de dona.inter virum &
vxo.Quum taciti & expreſsi idem ſit iudicium.l.cum
23 quid cum materia.ff.ſi cert.peta.Ad ea quæ in cõpro-
batione ſecundi intellectus gloſſ.dicta ſunt, reſponde
tur quod regula illa non procedit , quando gloſſ.pri-
mam opin.recitat.in ſecunda vero dicit,alij dicũt,vel
debitorem,per eius dolum beneficio quod habet à le-
5 ge, priuari,quia generum creditorem inſidiari voluit.
Non obſt.Raph.ratio,quia etiam beneficium ceſsio-
nis bonorum, dicitur eſſe de iure ſpeciali. id eſt,con
tra generales iuris cōmunis regulas,quæ habēt, quòd
ius creditori acquiſitum(puta de conueniendo debito
6 rem in ſolidum)ſine facto ſuo à ſe auferri non debet.
l.id quod noſtrum.ff.de reg. iur.Nec obſt. ſi diceretur,
quòd debitor tempore contractæ obligationis pau-
per eſſet,& hodie eius conditionem non deterioraue-
rit, bonis cedere poteſt, ex quo imputari creditori
debet,qui cum eo ſic paupere contraxit. l. is a quo in
fi.cum l.ſequent.ff.vt in poſſ.legat. & l.qui bona. §.de
illo.ff. de dam. infec. Quia iſtud procedit, ſi à princi-
7 pio nullus interuenit dolus: ſecus,ſi debitor inducen
do creditorem ad ſecum contrahendum,dolum com-
miſit,vt dictum eſt ſupra, vel niſi creditor iuſtam cre-
dendi cauſam,ipſum eſſe ſufficientē,habuiſſet, ex quo
diues reputabatur, & de nouo poſt contractam obli-
gationem ad eius peruenit notitiam.ipſum non eſſe:i-
ſto caſu excuſandus eſt creditor, nec ipſi imputari de-
bet,arg.l.in confirmando.ff. de confir. tutor.& c. paſto
ralis. extra. de excep.& ita tenet Paul. de Caſtr. in l.in
omnibus.ff.de iud. & in d.l. etiam.§.licet.in fin. ff.ſol.
mat. quem ſequitur Felin.in c. ſignificauerunt. col. fi.
in prin.verſ.Limita.niſi tempore contractus. num. 31.
extra. de iud.ideo debitor per eius dolum & fraudem
in contrahendo cōmiſſam, ad ceſſionis beneficiū ad-
mitti non debet.d.l.fi.in fi.& ibi gl.quę in fraud.cred.
& d.l.pe.de iure dot.& Veronen.d.conſi.9.

*SVMMARIVM.*

1 *Spoliator ad ceſſionis beneficium admittitur, etiā ꝙ
ſpoliatus non fuerit integre reſtitutus ad fructus,in
quibus ſpoliator fuerat condēnatus,niſi ipſe per dolū
fraudem,& cum inuaſione ſpoliauerit.*

## Spoliator condēnatus ad fructus,an ante illorum reſtitutionem bonis cedere valeat.

## Quæſt.32.quartæ q.princ.

1 TRIGESIMOSECVNDO q̄ro, an
ſpoliator volēs cedere bōis,audiēdus ſit
antequā ſpoliatus integre reſtitutus fue
rit ad fruct9,in quibus ſpoliator cōdēna
tus fuit? Videbatur dicēdū ꝙ nō,ar.text.
in c.alma mater.§.illis.in fin.de ſent.excom.in 6.vbi ſi
quis delictū cōmiſit, ꝓpter ꝙ lata fuit interdicti ſen-
tentia,niſi prius de ipſo delicto ſatiſfecerit,aut cautio
nē ꝑſtiterit,nō debet ei aliquatenus pœnitētiæ benefi
ciū cōcedi.fac.tex.in l.eo.& ib. Bar.ff.titu.noſtro,& ꝙ
no.Imo.Ab.& alij in c.Odoardus.extra.de ſol.& doct.
in l.j.C.ti.noſtro.& vidimus ſupr.in 2.q. principali, ꝙ
nō audiatur debitor, niſi prius debitū cōfeſſus fuerit,
vel fuerit cōdēnatus.Cōtrariū tamen decidūt domini
de Rota in deci.554.Vtrū ſpoliator,in Antiquis.ꝑ not.
ꝑ Arc.in c.quia ſæpe.in fi.de elect.in 6.& in c.quāquā.
ver.Sed nūquid de vſur.eo.li.& ꝑ ſpec.in §.j.col.4.ver.
Sed quū ſpoliatus.in ti.de pet.& poſ.Limitatur tamē,
niſi ſpoliator per dolū,fraudē,& cum inuaſiōe ſpolia-
uerit:quia tūc ad ceſſiōis refugiū nō admittitur, vt re
peritur deciſum in Capel. Toloſ. 466. Itē fuit q̄ſitum,
quidam monachus.& ita tenuit prius Rota in deci.83.
Nota quod vbi monachus,in antiquis.

*SVMMARIVM.*

1 *Colonus partiarius ſi non habet vnde debita cū domi
no contracta ſoluere valeat,beneficio gaudet,ne exi-
gatur vltra quā facere poſſit,niſi in inſtrumento obli
gationis iurauerit domino ſatisfacere, & niſi doloſe
contraxerit,& animo opponēdi d. beneficiū tempore
ſolutionis,& nu.2.*
*Colonus partiarius æquiparatur ſocio.eo.*
3 *Beneficiū,ne quis exigatur niſi in id quod facere po-
teſt,deducto,ne egeat,operatur,vt ipſe neceſſe nō ha-
beat cedere bonis.*

## Colonus partiarius an cedat bonis?

## Quæſt.33.quartæ q.princip.

1 TRIGESIMOTERTIO quæro, nun
quid colonus partiarius,ſi debita cum do
mino contraxerit,& tempore ſolutionis
non habeat vnde ſoluere valeat, ceſsiōis
bonorū beneficio gaudeat,vel beneficio, ne exigatur
vltra quam facere poteſt? Reſpon,quod quum ipſe ſo-
cio æquiparetur,beneficio gaudet,ne conueniatur ni
ſi in quantum facere poteſt,ſicut alij ſocij,vt in l.verū,
in princ.ff.pro ſoc.& in l.ſunt qui in id.ff.de re iudic.
quod tenet expreſſe Fulg.in l.ſi merces.§.vis maior.ff.
loca.quem ſequitur Ang.de Peri.in tract.de pale.& o-
liuis.columm.3.verſicu.Ad tertium autem reſpondeo.
ibi,ex quibus etiam tertia differentia, de qua mentio-
nem facit Pet.de Vbal.in tracta.de duob.frat.in 11.par
te quæſtion 9.ſub numero 10.verſicu.ex quibus etiam
tertia differētia colligi poteſt.Quod intellige verum,
niſi colonus ipſe in inſtrumento obligationis iuraue-
2 rit domino ſatisfacere.nam ratione iuramenti,illo be-
neficio non gaudeat,& illud opponere non poterit,

iuxta ea quæ tradit Curia Toloſa.q.258.Item fuit quæ-
ſitum,Socer & ſocrus.Nec etiam ad bonorum ceſsio-
nem propter periurium admittetur,ex eo quòd infra
terminum debita non ſoluit,vt dixi ſupra in 3.q.prin-
cip.ſub nume.17.Limita etiam, niſi debita doloſe con
traxerit,& animo ac intentione dicti beneficium op-
ponendi tempore quo ſolutionis venerit dies,vt dictũ
5 eſt ſupra in 30.& 31 q.Aduerte tamen,quod hoc benefi
cium,ne quis teneatur vltra quam facere poſsit , ope-
ratur,ne habeat debitor neceſſe cedere bonis:nã quũ
non teneatur in plus quam facere poſsit,habita ratio-
nene egeat.iuxta l.in condemnatione.ff.de regul.iur.
cum ſimilibus cogi non poteſt cedere bonis,ergo pro
tali debito carcerari non poteſt,& conſequenter non
cedit bonis,ita Aretin.in §.ſed & ſi quis.in princip.In
ſtit.de action.alioquin ſi in carceribus detineri poſſet
bonis cedere cogeretur iuxta text.in l.j.C.tit.noſtro.
& hoc vtitur argumento Bald.in l.liber captus.in fin.
C.de poſtli.reuerſ.

*SVMMARVIM.*

1 *Debitor offerens rem meliorem quam habeat,in ſo-
lutum,carceres euitat,& non cogitur cedere bonis,
niſi in inſtrumẽto obligationis iurauerit in pecunia
ſoluere.*

## Debitor offerens rem meliorem quam habeat,in ſolutum,an cedat bonis?
## Quæſt.34.quartæ q.princ.

1 TRIGESIMOQVARTO q̃ro , quid
ſi debitor nolens cedere bonis , creditori
rem offert meliorem quã habeat,in ſolu-
tũ,an ex hoc carceres euitare valeat?Re-
ſp õ.ꝙ ſic,ſecundum Imo.in l.filiofami.la 2.in 2.col.in
princ.ſub nu.7.ff.ſolu.ma.ſequitur Fir.in ſuo reperto-
rio in verbo,debitor pauper.nũ.8.Quod tamen intelli
ge verum,niſi debitor in pecunia ſoluere iurauerit.
nam eo caſu carcerari poterit,& rem meliorem offerẽ
do,non liberabitur,vt cõſuluit Gozadi.conſ.27.in cau
ſa conductorum.co.pe.in fi.nu.28.ſub verſ.non obſt.al
leg.in contrarium,& con.32.Dominus labia mea ape-
riet.col.j.ad fi.verſi.Secundo ego moueor.nu.19.

*SVMMARIVM.*

1 *Creditores ſcientes debitorem bonis cedere velle,ſi
iuri incarcerandi renuncian:,debitor ad ceſſionis re
fugium non admittitur.
Renuncians expreſſe iuri incarcerandi,tacite renũ
ciat iuri debitorem in ſolidum conueniendi.
Taciti & expreſſi idem eſt iudicium,eo.*

## Creditor ſi iuri incarcerandi renunciat, an debitor bonis cedere poſsit?
## Quæſt. 35.quartæ q.princ.

1 TRIGESIMOQVINTO q̃ro quid
ſi debitor bonis cedere volens,creditores
hoc ſcientes renunciant iuri,quod habẽt
ipſum carcerari faciẽdi,vtrum ex hoc bo
nis cedere valeat?Reſp.Bal.in l.j.col.pen.in prin.verſi.
Quæro.ff.creditores.C.titu.noſtro.quòd ad ceſsionis
beneficium non admittitur,quia ceſſante ratione be-
neficij,ceſſat beneficium.l.fi.ff.de diuor.c.cum ceſſan-
te cum vul.extra.de appel.ſed ratio ceſſationis benefi
cij huius eſt,ne primo in carcerem detrudatur,vt d.l.j.
ergo &cæt.& ſecundum eum creditoribus proderit,
quia tenebitur eis ,quòd dietim lucrabitur, ſoluere
non attento,ne egeat.quod dictum ſequitur Vital.in
tractat.clauſular.in Rubric.An poſsit renunciar.bene
ficio . ceſſ.bonor.colũ.2.in princip.verſicul . Et ſi cre-
ditores renunciant,& col.9.ante medium,verſi c.Item
ſi creditores renunciant iuri.Sali.vero in d.l.j. colum.
pe.verſicu.Quæro octauo,aſſerit hanc eſſe cautam pro
creditoribus prouiſionem,ſi vera eſſet: dubitat tamen
quia non ſufficit quod ſimpliciter iuri debitorem car
cerandi renuncient , ſed ſecundum eum requiritur ꝙ
etiam iuri eũ in ſolidum conueniendi renuncient , ei
dando facultatem,vt deducat,ne egeat,alioquin cede
re poterit.ego autẽ Bal.opi.amplectendã cenſeo.nã li-
2 cet iuri incarcerandi renũtiante creditore,iuri ipſum
debitorem in ſolidum cõueniendi expreſſe nõ renun-
cient, tacite tamẽ renunciaſſe videntur, & hæc tacita
renunciatione operatur,ac ſi expreſſe renunciatũ fuiſ
ſet,quum taciti & expreſſi idem ſit iudicium, cũ quid,
cum vulga.ff.ſi cer.pet.Clarũ eſt enim, ꝙ ſi nolũt eum
in carceribus detineri, nolunt ẽt eum in ſolidũ conue
niri,quia ſi in ſolidum conueniretur,& poſtea carcera
ri nõ poſſet, fruſtratoria eſſet talis in ſolidum cõuen-
tio.ſi ergo in ſolidum conueniendo carcerari non poſ
ſet , ergo in id ꝙ facere poterit , excutietur: ergo iuri
incarcerandi renunciando,dicitur etiã renunciatũ eſ-
ſe,vt in ſolidum conueniri non poſſit.

*SVMMARIVM.*

1 *Debitor bonis cedere volẽs,tenetur omnia bona quæ
habet,indicare,& nu.3.
Mercatores falliti & fugitiui torqueri poſſunt,vt pe
cunias ſibi ad mercandum traditas indicent,eo.*
2 *Debitor qui rem aliquam ſcienter occultat,eam non
indicando,ceſſionis beneficium perdit.
Debitor rẽ aliquã occultans,quũ neganti ſit ſimilis,
in duplum eius quod occultauerit,puniri debet, ibi.*
3 *Fruſtra legis auxiliũ inuocat,qui in legẽ committit.*
4 *Negans primo aliquid,ſi poſtea cõfitetur, præmium
nõ conſequitur per eius mendacium,niſi negatio an-
te litem conteſtatam reuocata fuerit,ſecus,ſi poſt li-
tem conteſtatam.
Negatio ante litis cõteſtationem reuocari poteſt , eo.*
5 *Clauſula,ſola facti veritate inſpecta, quid operetur.*
6 *Vxor,mortuo eius viro,bona mobilia hæredibus ma-
riti indicare tenetur:alioquin ſi nõ reperirentur,præ
ſumitur vxorem illa ſurripuiſſe , & contra eam agi
poſſet.*
7 *Vaſallus omnia bona quæ in feudum recipit,domino
indicare tenetur, ſi de feudo inueſtiri velit.*

## Debitor bonis cedere volens,an bona omnia indicare teneatur?
## Quæſt.5.princip.

1 QVINTO principaliter quæro,an de-
bitor volens cedere bonis,teneatur o-
mnia bona,quæ habet,indicare:& ſi rẽ
aliquam fraudauit,ceſsionis beneficiũ
perdat?Dic quod ſi vult ad ceſsionis re
fugium admitti,bona omnia iudicis
officio indicare tenetur.gl.eſt no.in l.p.& ibi Barto.&
Ang.no.ff.tit.noſtro,gl.& Cyn.in l.j.in 7.q.& ibi Bal.
in 2.col.in prin.verſ.Quærit gl.an iſte.Sali.ibidẽ in 2.
col.nu.5.j.ver.Redeo ad q.& Pau.de Ca.c.eo.Idẽ Bald.
in §.fi.verſ.Sed nunquid cedens.Inſti.de actio.Alb.de
Roſa.in rub.C.tit.noſtro.col.2.ante fi.ver.Item quærit
an cedens.vbi allegat tex.in l.præſenti.§.ſicubi.C.qui
ad eccle.confugi.& in l.fina.§.licentia.C.de iure deli
ber.ſequitur Iaſon in dicto §.fin.col 2.verſi.An autem
qui cedit.num.8.& ideo per illam glo.in d l.pen.dixit
Paris de Put.in tractatu ſyndic.in § Pone quòd com-
miſſa eſt executio ante fin . quod officialis executor
po-



poterit debitori dicere,bona in quibus executio fieri
poſsit,exhibeas;alioquin in perſona tua,te carceran-
do,executionem faciam.& ita refert pluries executo-
ribus conſuluiſſe,& ibi ſubiungit,quod alias per illã
gloſſ.dixit,quòd cedens bonis,qui bonorum occupa-
tione ſuſpectus eſt,à iudice torqueri poſſet,vt bona ex
hibeat,prout etiam de mercatore fallito & fugitiuo
dicitur,qui torqueri poteſt,vt pecunias ad mercandũ
ſibi traditas indicet,quas habere nunc denegat,& eas
aſſerit perdidiſſe,vt referunt moder.Anchoni.in tra-
ctat.de mercatura,ſub rubric.de decoctori . numero
ſecund.& Modern.Rhegi.in ſua practic.criminal.ſu-
per repeti.l.obſeruare.in princ.ſub numer.179.verſic.
Circa ſecũdum,in quibus caſib.ibi,quod mercatores
falliti.C.quorum appel.non recip.&Mod.Bono.in ſua
practi.crimi.in §.expedita.nume.67.Si ergo non iudi-
2 cauit,priuatur ſecundum omnes illo beneficio,ex quo
ſequitur,quod ſi rem aliquam ſcienter occultat,quum
neganti ſimilis ſit occultans.l.hæreditatum.§.fi.& ibi
Pau.de Caſt.& Alex.ff.ad l.Falci.in duplum eius quod
occultauerit,puniri debet.arg.l.fi.§.illo videlicet.C.
de iure delib.Baldus in d.l.j.col.2.in prin.verſic.Quæ
ro quid ſi cedens,iuncto verſi.Quærit glo.an iſte.Sali.
3 ibidem in 2.col.verſi.Redeo ad q.& ſequitur Are.in d.
§.fin.col.j.poſt princ.& col.pen.verſic.Quæro aliquis
ceſsit.nume.8.Quod comprobari poteſt per ea quæ no
ta.Doct.in l.ſed hoc ita.§.quod autem.ff.de re iudic.&
per text.in l.ſed & ſi ex part.§.interdum & l.eum qui.
ff.quod cum eo.& per Bart.in l.etiam.§.licet.vbi Alex.
col.2.verſi.Succeſsiue quærit.ff.ſoluto mãtr.de eo.qui
negauit quod eſt cauſa ſui beneficij,vt vidimus ſupra
in 20.q.in 9.caſu.numero 12.& in 24.q.numero tertio.
Nam quum iſte omnia bona indicare teneatur , & vti
ceſsionis beneficio valeat,ſi poſtea reperitur,quòd nõ
omnia indicauit,ex hoc mẽdacio ceſsionis beneficio
priuatur:fruſtra enim legis auxilium inuocat,qui in le
gem committit.c.quia fruſtra.extra . de vſur. & l. au-
4 xilium in fin.ff. de min. & propterea dixit Baldus in l.
eum qui.ff.de iureiur.quod ſi quiſpiam primo negauit
poſtea confeſſus eſt, præmium non conſequitur , quia
per eius mendacium videtur indignus.argumen. c.j.
extra vt eccleſia. benefic.& l. fideicommiſſa. §. ſi quis
decem.de leg.3. Solum enim poteſt in ſui odium & præ
iudicium confiteri,non autem ad præmium cõſequen
dum,vt ibi per eum , quem late proſequitur ibi Alex.
prædicta tamen intellige, niſi talis negatio ante litis
conteſtationem reuocata fuerit. nam tunc talis nega-
tio reuocari poſſet , ſecundum Bald.& Alexand.vbi ſu
pra per eundem. Alexan. in d. l. hæreditatum. §.fin.&
per Bald.in l. quidam æſtimauerunt,in vltima col. ver.
Sed quid in ſi prima.ff.ſi cer.pet.& iſto caſu ceſsiõis be
neficium conſequi poſſet: ſecus , ſi poſt litem conteſta
tam reuocata fuiſſet:nam tunc ſibi non prodeſſet , vt
concludit Alexand.in d. l. eum qui col. 2. in fi ver.Pu-
to veriorem.Quid autem ſi fuit inſerta clauſula,ſola fa
cti veritate inſpecta,in precibus debitoris & in reſcri-
5 pto,in quibus dicitur,quòd conſtito ſibi ſummarie, &
ſola facti veritate inſpecta,oratorẽ ad alterũ de duo-
bus beneficiis admittat, an dictam negationem reuo-
care,ſeu bonorum occultationem propalare poterit?
videbatur dicendum ꝙ non,quia clauſula illa operari
non debet,vt mendax beneficium conſequatur , vnde
videretur quòd clauſula illa materiam & anſam delin
quendi præſtaret,& ſic ex ſuo delicto præmium repor
taret,contra l.non fraudatur.§.nemo ex ſuo delicto.&
ibi pulchre per Cagnol.ff de regul.iur. Tu dic , quòd
ſiue ante,ſiue poſt litis cõteſtationem dictam negatio-
nẽ reuocauerit,& bona omnia propalauerit,ceſsionis
beneficio priuari non debet,quum in cauſa, in qua,ſo-
la facti veritate inſpecta,proceditur, non attendantur
ea,que ſunt de ordine & de apicibus iuris , vt voluit
Roman.in ſing.767.Quid important. Modern. Fanen
in tract.de pignori.in primo mẽbro,8.par.nu.28.verſi.
10.fallit reg.& nu.31.verſ. Ego putarem,& pulchre per
Grammati.in deciſ.19.lata ſententia,& in deciſ.62. In
cauſa magnificorum.co.fi.nu.31.cum ſeq.Immo in tali
cauſa iudex iudicare debet , ſecum ꝙ Deus iudicatu-
6 rus eſſet,vt ibi per eum.& ex prædictis infertur, quod
vxor mortuo eius viro bona mobilia hæredibus mari-
ti indicare tenetur.l.2.C odi.quando & quibus quarta
pars debe.lib.10.Pet.Iac.in ſua practica ſub titulo no-
ſtro,col.2.in prin.ſub verſ.quinto eſt notandum.& te-
net Bal. in l.ordo.col.2.in fi.ver.quæro, vtrum vxor.C.
de executio.rei iudi.Quod facit ad ſtatutum noſtrum
Ariminenſe , ſub rubrica de Inuentario faciendo per
vxorẽ de bonis defuncti.Vbi diſponitur,ꝙ vxor tenea
tur,mortuo eius viro,infra quinque dies,in ſcriptis re
giſtrari facere per notarium publicũ omnia bona mo
bilia,quæ in domo mariti reperiuntur,ita ꝙ hæredes,
& defuncti creditores copiam dictæ ſcripturæ habere
poſſint,& vxori contrafacienti vel fraudem commit-
tenti pœnam irrogat. Vnde ſtantibus prædictis,vxor
nedum inuentarium conficere tenetur , verum etiam
bona indicare:quia ſi ipſa inuentarium conficit,de il-
lis bonis eſt certa,ideo tenetur illa hæredibus aſſigna
re:alioquin præſumeretur,ſi omnia bona nõ reperirẽ-
tur,vxorẽ illa ſurripuiſſe,& ſic cõtra eam agi poſſe rei
vendicatione,aut hæreditatis petitione , non aũt rerũ
7 amotarum actione,vt eſt tex.& ibi gl.fi. in l.cõtra nu-
rum.§.fi.ff.rerum amota.& prædicta locum habẽt etiã
in vaſallo , qui ſi de ſuo recto feudo ſe inueſtiri petit,
bona quæ in feudum accepit , domino indicare tene-
tur.Ang.in l.pe.ff.titulo noſtro.& Pet. Iac. in ſua pra-
cti.in d.verſic.quarto eſt notandum.Quod tamen non
procederet in receptante in domo ſua mercatorẽ fal-
litum fugientem , vt vidimus ſupra, in 5. q. quartæ q.
principalis,in fi.nu.6.

*SVMMARIVM.*

1 *Ceſſio bonorum qualiter fieri debeat.
Solẽnitas aliqua non requiritur in ceſſione bonorum.
eod.*
2 *Amaltiſani quomodo & qualiter cedant bonis.
Ceſſio bonorum coram teſtibus fieri poteſt,eo.*
3 *Cedens bonis ſine aliqua ſolennitate,non efficitur in-
famis.*
4 *Cedens bonis vituperoſe , efficitur infamis infamia
facti,non autem infamia iuris,*
5 *Ceſſio bonorum ex conſuetudine & diſpoſitione ſta
tuaria,fit in aliquibus locis modo vituperabili.
Romæ,Papiæ,& alibi qualiter debitor cedat bonis
eodem.*
6 *Statuta & conſuetudines ſuper ceſſione vituperoſa,
an valeant.*
7 *Princeps reſcribens quòd carceratus facta bonorũ
ceſſione relaxetur,dicitur illa ignominioſa remitte-
re,quæ ex municipali diſpoſitione ſeruãtur.*
8 *Creditores debitoribus carceratis alimenta præſta
re debent,alioquin per iudices relaxantur.*
9 *Cautela pro creditore antequam debitor dilationẽ
quinquennalem petat,vel cedat bonis.*

## Ceſsio bonorum quomodo & qualiter fieri debeat?
## Quæſtio 6.princip.

SEXTO principaliter q̃ro,quomodo &
qualiter ceſsio fieri debeat?Reſpõ.ꝙ ſim-
plici verb.fieri põt,ꝑ nũciũ,& ꝑ epiſto.&
nõ tãtũ iudicio,ſed extr.iudic.agnoſcẽdo
pri⁹ debitũ,& ꝑſente,& abſente aduerſa-
rio.Azo in ſum.ti.noſt.Alb.de Ro.in rub.C.e.co.2.ver,

Item quæritur,qualiter debeat fieri ceſsio, nec aliqua
in hac ceſsione facienda,deſideratur ſolennitas,ſicut
Amaltiſahi faciunt,(vbi hodie milites Hieroſolymi-
2 tani morantur)qui linteamen & pecten habent,& eo-
rum caput in terram ſedendo pectinant,dicentes, Ce
do bonis,vt refert Rofred.in tract.libel.in rubr.de of-
fic.iudi.quo cura datur bo.columna 3.in prin.verſi.Itẽ
non deſideratur.de hoc eſt text.in l.in omni. C.tit.no-
ſtro.& in l.fina.vbi Bart.ff.eo.& etiam coram teſtibus
fieri poteſt,ſecundum Petrum Ia.in ſua practica titu-
lo noſtro.co.prima in prin.ver.Secundo eſt notandum
& ſola voluntatis profeſsio ſufficit,dummodo debitũ
ſit certum vel per confeſsionem,vel per ſententiã, vt
3 in l.pen.ff.eodem.& hoc modo talis cedẽs,infamis nõ
officitur.l.j.& l.fina.& ibi gloſſ.in verbo,æſtimatione.
C.eod.& l.debitores.C.de infami.Immo etiam ſi vitu
peroſe cederet,non efficeretur infamis.Petrus Iac.in
4 d.tit.j.co.j.in 3.no.in fin.&Gui.Pa.conſi.124.Circa ma
teriam columna fi.verſi.Non eſt tamen ipſe Guaſpar-
dus.intellige tamen,hoc eſſe verum infamia iuris,ſe-
cus infamia facti,vt per Albericum in dicta l.debito-
res.& in d. rub.in fi.Scias tamen,ꝙ in multis partibus
ex conſuetudine vel ſtatuti diſpoſitione fit modo vitu
perabilis ceſsio,ſecundum Bart.in l.fi.ff.titulo noſtro,
vbi refert Cyn.dicentem ꝙ Accurſius dum hanc ma-
teriam legeret,cedendi modum in charta oſtendebat.
Vnde dixit Angelus in dicta l.fi.ꝙ in partibus Italiæ
inoleuit conſuetudo,ꝙ cedens bonis,in publico & no
torio loco vadat nudus,vt poſteriora ter ad lapidem
vel columnã percutiat,clamando,Cedo bonis,de qua
conſuetudine & obſeruantia meminit etiam Bald.con
ſil.301.Ad euidentiam.volumine 5.Romæ enim bonis
cedere volens,Leonem marmoreum in ſcalis Capito-
lij aſcendit,&ibi nates percutiens dicit,Cedo bonis.
Cynus in dicta l.j.C.titul.noſtro.& Albe.in dicto ver.
Item quæritur,qualiter debeat fieri ceſsio.Papiæ ſimi
liter lapidem cum natibus percutit,dicẽdo,Cedo bo-
nis.Alibi fit,campana pulſata,& cum tubis ducitur ce
dere volens ad ſedendum ſuper lapidem depoſitis ſar
rabuſis,dicens,Cedo bonis.vt refert Salicetus in dict.
l.in omni.Laudis etiam non ſine infamia & vituperio
cedens,cum ano nudo ter lapidem percutit,dicẽs Ce
do bonis.vt atteſtatur Oſtien.in ſumma,titulo noſtr.
poſt princ.verſi.Fit autem Laudis.Alibi introductum
eſt,vt cedens bonis,baſſatis brachis in curia ter de a-
no in quadam tegula percutiat,dicendo qualibet vi-
ce,Cedo bonis.& apud Auinionem,dimiſsis brachis,
in Peyrono Curiæ ſcinditur ſibi cumbar.& inquit,Ce
do bonis,vt refert Petrus Iac.in dicto 3.nota.Arimini
etiam patriæ meæ extat ſtatutum ſub rub.de debitori
bus ne currant faciliter ad beneficium ceſsi.alias ſub
rubr.de ceſsio.bono.facta.per debitores.vbi diſponi-
tur,quòd recognito debito coram iudice,& indica-
tis omnibus bonis,cum iuramento aſſerẽs ſe velle bo-
nis ſuis cedere,exui debet vſque ad interulam. & ſic
expoliatus,cum ſono tubæ ante ipſum iudicem duci-
tur ad lapidem magnificum prope palatium,&ibi ſu-
per lapidem ter ponat ſe ad ſedendum cum ano nudo,
dicendo ter,Cedo bonis.Sed quæri poteſt,an hæc ſta-
tuta & conſuetudines valeant?Cyn.in dicta l.j.q.5.C.
6 ti.noſtro.quem refert Bald.in l.fi.poſt prin.c.tit.tenet,
tale ſtatutum & conſuetudines non valere, quia ſunt
contra bonos mores,& contra l.fin.ff.eo.& d.l.in om-
ni.& quia res eſt turpis & mali exempli,& oculi viden
tium infeſtantur,vt l.cum ſupra virentes.C.de re mil.
lib.12.Idem etiam tenet Albe.in d.verſic.Item quæri-
tur,qualiter debeat fieri ceſsio.& in prima parte ſta-
tutorum.q.38.incipien.Item quęritur,an valeat ſtatu-
tũ,vbi decidit non valere ſtatutum Patauinum,quòd
quis no poſsit cedere bonis,niſi cum ſolennitate inho
neſta cedat,quia turpis eſt eius effectus,& contra bo-
nos mores.Immo,inquit Bald.d.con.301.ſub numer.3
quod talis obſeruantia in ſe fœda eſt, & creditoribus
nihil vtilitatis accreſcit, & contra d. ſtatuta ſic diſpo-
nentia arguit Sali.in dict.l.in omni.dicens ea eſſe con
tra l. illam, quæ vult ceſſionem ſine aliqua ſolennita-
te valere, & quod ſola ac nuda voluntate cedi poteſt.
idem firmat ibi Paul.de Caſt.& tenet Aret.etiam in §.
fin.col.3.in fi.verſic. Quæro,quomodo nume.6.Inſt.de
action.& cum hac opi.tranſit ibi Iaſo. in vltima colũ.
verſic.Nunquid ergo.vbi allegat Cardin.& Imol.in c.
Odoardus,in vltima col.in fi. verſi. Adde quod de iu-
re communi.extra.de ſolution.& inquit Guid. Pa.d.
conſil.124.in vltima col.verſi.quæ tamen conſuetudo.
numer.9. quod quum conſuetudo & ſtatutum ſit con-
tra bonos mores,non ſunt ſeruanda.ſi ergo contra bo
nos mores non eſſent, & in ſe fœdum non haberent,
vt puta ſi inducerent eos qui bonis ceſſerunt, debere
cum veſtibus ſeu biretto crocei coloris ſub grauiſſi-
mis pœnis incedere, vt extant ſtatuta Lucæ ſub ban-
no vitæ:arbitror illa valere,vt aliis ſint exemplo,quã-
uis etiam Pet.Iacob.in dicto 3. not. quem refert Guid.
Pa.in d.verſi.quæ tamen conſuetudo.dicat,quod præ-
dicta ſtatuta & conſuetudines ſunt laudanda, ex quo
hodie hominum malitia excreuit, quorum multi pe-
cunias mutuo accipiunt,qui ſatis bibunt,& parum co
medunt,in ſuis negociis vigilantes,& poſtea quum ab
eorum creditoribus requiruntur,ipſi abſconſis bonis,
quæ ſibi ſuperſunt,vel maiori parte,non verecundan-
tes bonorum ceſſionem facere, bonis ſuis cedunt:
& ideo ne faciliores & ad ceſſionis refugium prom-
ptiores eſſent, ſed potius aliis ſic inhiantibus eſſent
exemplo:concludit,quod tales prædicta pati perſona-
liter deberent, nec ob ſtatutum ſeu conſuetudinem
legitime præſcriptam audiri deberent. & hæc opinio
multum mihi placet ad fraudes debitorum reprimen
7 das,& ad obuiandum creditorum præiudicio.An au-
tem eo ipſo quod Princeps reſcribit,quod carceratus
facta bonorum ceſſiõe relaxaretur,videatur illa igno-
minioſa remiſiſſe,quæ in loco debitoris ex municipa-
li diſpoſitione ſeruantur?Bald.d.conſil.301.tenet,quod
ſic,cum quo tranſeunt quidam in apoſtil. ad Bart. in l.
alia eleganter.ff.ſolu.ma.Sed hæc deciſio Bal.confun-
di videtur per ea quæ ipſemet tradit in l. ſi quando. in
princ.verſi.Sed hic quæro.C.de inoffi.teſta.& l.j.verſ.
Sed pone.C.ſi propter puber.penſit.niſi dicatur,quod
alias ſtatutum inducens turpem cedendi modum,non
valet,vt dictum eſt ſupr.in ver.Sed quæri poteſt.Debe
ret tamen per Principem aliqua ſuper hoc fieri noua
prouiſio,quæ tam cedere volẽtibus,quã eorum credi-
toribus prodeſſe poſſet, maxime in partibus noſtris,
quia quamplures(vt ſunt ruſtici noſtri temporis) qui
eorum induſtria & labore eorum debita poſſent abſ-
que ceſsione & dilatione quinquennali ſoluere, tan-
quam animoſe ad brauium currẽtes,in futurum à cre
ditoribus putantes ſe nunquam vexari,prout multis
contigiſſe vidi,ad Principem confugiunt,ſupplican-
tes ad alterutrum de dictis beneficiis admitti, & re-
ſcripto obtento,citatiſque creditoribus ex iudicis be
nignitate in contumacia creditorum ad quinquenna-
lem dilationem admittuntur,ob quam dilationem,po
tius ſi quæ habent,diſsipant,quam acquirant,& parta
tueantur,& exaltant,ſine fine dicentes.Si elapſo termi
no non habebimus vnde ſoluere valeamus,& in car-
ceres detrudemur,creditores nobis alimenta præſta-
bunt,alioquin iudex nos relaxabit,iuxta text.in l.ſan-
8 ctum.cum ibi not.per Bart.& Alex.ff.de rerum diuiſ.
Guid.Pa.in parlamento Delphi.in deci.22.debitor nõ
poteſt verſi.Sed quid ſi debitor per glo.ſing.in l.fin.C.
de arroga.mili.anno.lib.12.Areti.in d.§.fi.in finalibus
verbis.Inſti.de act. Anto.Corſ.in ſing.inci.Creditor.
ſub verbo,expenſa.quem ſequitur Felin.in ca.j.col.fi,
in prin.nu.2.extra.de libel.oblat.& Boeri.in deciſi.303.
Clericus captus.in 2.column.in prin.ſub nume.2.idẽ
firmat



firmat Eufre.in addi.ad Capel. Toloſa.q.c.Item fuit
quæſitum.ſi poſitiones.ante fin.verſi.Ad præmiſſa be-
ne facit.& in repeti.cle.j.de offic.ordi.in 3.reg.fallen.
ſub rub.de poteſt.ſecul.ſuper eccle.perſo.nu.17.verſic.
Expenſis vero victus.& ita tenet Iaſ.in l.ſi victum.col.
j.verſi.alibi habes glo.ff.de re iudi.& in §.item ſi quis
in fraudem.col.9.nu.113.Inſti.de action.& hoc quoti-
die ſeruatur in Palatiis,niſi ex eleemoſynis viuere ta-
les carcerari poſſent.l.iudices.C.de epiſc.audi. Paris
de Put.in tracta.ſynd.§.c.an carcerarius teneatur ali-
m retare,Boeri.in d.deciſio.303.ſub dicto numer.2.&
Eufr.in dicto verſ.Ad præmiſſa bene facit.& dict.ver
ſicu.Expenſis vero victus.Cautela tamen erit pro cre-
9 ditore,ꝙ debitor antequam dilationẽ petat quinquen
nalem,vel ſe ad bonorum ceſsionem præparet,coram
iudice inſtet,debitorem ad operas ſibi præſtandas co
gi,& ei ſeruire,donec ei ſatisfecerit,quod per iudicẽ
fieri poteſt,glo.Bar.& Ang.in l.pro hæred.§.ſi quid ta-
men.ff.de acquir.hæred.tradit Bal.in l.fin.C.de poſtli.
reuer.& in l.j.col.fin.poſt prin.C.titu.noſtro.ſequitur
Firma.in ſuo repertorio.in verbo,debitor pauper.nu.
18.quod alias Romæ per Reueren.Dominos Carcerũ
viſitatores obſeruari vidimus, dum ibi pro cauſarum
criminalium Locumtenente Capitolij ſub generoſo
equite ac Iuriſconſulto Domino Franciſ.Gualdo Ari-
minen.Senatore digniſsimo reſiderẽ ſub Paulo 3.Põt.
anno ſalutis. M. D. XXXVII.

## SVMMARIVM.

1 *Debitor qui bonis ceſſit, cautionem de ſoluendo præ*
*ſtare non cogitur, ſi ad pinguiorem fortunam perue*
*nerit ſi fideiuſſorem inuenire non poteſt, ſufficit ta-*
*men iuratoria cautio, & nume.8.diſtinguit tamen,*
*vt in nume.9.*
2 *Maritus pro aſſecuratione dotis in pecunia conſi-*
*ſtentis ſatisdare tenetur.*
3 *Condemnatus, cui datur terminus ad ſoluendum iu*
*dicatum, ſatisdare tenetur.*
4 *Debitor cui datur à Principe dilatio ad ſoluendum*
*creditoribus, ſatisdare tenetur.*
5 *Cautio iuratoria quo caſu ſufficiat, & quo caſu non.*
*& nume.6.cum ſeq.*
*Vſufructuarius tenetur cum idoneo fideiuſſore cautio-*
*nem præſtare, quod proprietati læſionem nõ afferet.*
*ibidem.*
6 *Tutor impotens ad præſtandam pupillo cautionem*
*repellitur.*
7 *Excuſatus ob paupertatem ab onere ſatiſdandi, nu*
*do verbo cauere debet ſub pœna & hypotheca bono-*
*rum ſuorum.*
8 *Debitor, lapſo dilationis termino, ſi non ſoluit, car-*
*ceratur, & amplius ad bonorum ceſſionem non ad-*
*mittitur.*
*Qui fecit quod potuit, legem adimpleuit, eo.*
9 *Debitor ſuſpectus, ad iuratoriam cautionem nõ ad-*
*mittitur.*

## Debitor qui ceſsit bonis, an teneatur præſtare cautionem de ſoluendo?

### Quæſtio 7. princip.

SEPTIMO principaliter quęro,an debi
1 tor qui bonis ceſsit,cogatur de ſoluẽdo
pręſtare cautionẽ,ſi ad pinguiorẽ perue-
nerit fortunã.Hãc q.ponit Iaſ.in §.fi.col.
2.in prin.ver Nunquid aũt ille qui ceſsit.
Inſt.de act.& nihil determinat,ſed ſe remittit ad not.
per Bal.in l.2.C.quod cũ eo.& ad Cano.in c.Odoar.ex
tra.de ſolutio.Cy.in l.j.in j.col.q.5. C.tit.noſtro.refert
Cano.tenere,ꝙ de ſoluẽdo ſatiſdare tenetur, ſi ad pin
guiorem peruenerit fortunam,quod ibi intelligit Cy.
ſi poteſt:ſi vero non poteſt,ſufficit quod verbaliter ca
ueatur.allegat. l. 2. §.ſed & ſi dubitetur.ff. de iudic.&
arg.l.j.§.cum autem.C.de rei vxo.action.idem inquit
Bal.in d.§.final.col.fi.in princi.verſicu.item quæritur.
Bal.vero in d.l.2.in final.verbis refert Nic.de Mat-
tar. tenere, quod debitor ſatiſdare compellitur. alle-
gat tex.in d.§.cum autem.ꝙ dicit Bald.eſſe verum,iu-
ratoria cautione, ſi fideiuſſorem inuenire non poteſt.
idem firmat Salic.in d.l.j.col.penult.verſic.Quæro 10.
Roman.autem conſilio 439. circa primum.colum. fin.
verſic.Quo ad tertium,arguit, dicens quod quum de-
bitori quinquennalis dilatio miſerationis cauſa con-
cedatur,vt de ſe patet iuxta tex.in l.fin.C.titu.noſtro.
debitor ſatiſdare tenetur,quòd triplici probat funda-
2 mento.Primo,quia videmus maritum, cui miſeratio-
nis cauſa à lege conceditur in tuitione & aſſecuratio
ne dotis in pecunia conſiſtentis, ſatiſdare debere. l.ſi
3 conſtante.§.quoties.ff.ſol.mat.& ibi Bartol. Alexand.
& cæteri ſcribentes.Secundo videmus cõdemnatum,
cui miſerationis cauſa terminus ſoluendi iudicatum
conceditur,tunc ad ſatiſdandum compellitur. l. ſi de-
4 bitori.ff.de iudic.Tertio,& idem videmus in debito-
re,cui princeps miſerationis cauſa dilationem ad ſol-
uendum creditoribus concedit, qui etiam ſatiſdare
5 tenetur.l.vniuerſa.& ibi Doct.C.de preci.impe.offer.
& eſt deciſio Neapol.378. quidam debitor. Sed an iu-
ratoria cautio ſufficiat,ſi fideiuſſorem non habet?Vi-
debatur dicẽdum quod ſic per auth.generaliter.C.de
epiſ.& cle.l.fi.§.ſuper.C.de aſſer. tol.§. ſi vero crimen.
in auth.vt nulli iud.& in §.ſed hodie.Inſti.de ſatiſda.
c.fi.de ſent.excom.in 6.& quod not.gloſſ.in l.j.vbi per
Iaſ.in pe.col.in fi.verſicu.Secunda concluſio.ff.qui ſa-
tiſd.cog.in quibus iuribus probatur,iuratoriç cautio
ni ſtandum eſſe,ſi fideiuſſorem dare non poteſt. Con-
trarium putat Ro.vbi ſupr.eſſe verius:Quia vbi de ſa-
tiſdatione neceſſaria tractatur,prout in propoſito ca-
ſu,quamuis impotentia ſit in illo,qui eam præſtare de
bet, iuratoria tamen cautio ſufficere nõn videtur, vt
probatur ex gloſſ.ordinaria in l.4.Cod.de vſu & habi.
volente quod vſufructuarius teneatur cum idoneo fi-
deiuſſore cauere,quod nullam proprietati per eius v-
6 ſum afferet læſionem.Secundo per text.in l.2.Codi.de
tutor.vel cura.qui ſatiſd.non dede. vbi repellitur tu-
tor, qui ad cautionem pupillo præſtandam eſt impo-
tens: qui non repelleretur, ſi iuratoria ſufficeret cau-
tio.concludit tamen in propoſito ſufficere cautionem
pœnalem præſtari ab eo qui ſatiſdare tenetur,vt deter
minat glo.ſing.in dicta l.2.§.ſed & ſi dubitetur.in ver-
bo,ſola promiſsione de iud.& in l.niſi.§.quãuis in gl.
quibus.in fin.ff.ſi cui plus quam per l.Falcid.& ſequi-
tur Bartolus in l.fi.ff.de præto.ſtipula.& dicit Paulus
de Caſtro in l.fi.C.titulo noſt.ꝙ ille debitor infra ter
minum vel adueniente termino præſtare debet.argu.
l.bonę fidei.ff.de iudi.& auth.quæ ſupplica.C.de pre-
ci.imper.offe.& hoc,ſi poteſt:alioquin iuratoria cau-
tio cum ſtipulatione pœnali ſufficeret,vt in l.cum nõ
facil e.& in d.l.niſi.§.quãuis.vbi no.Ang.ff.ſi cui plus
7 quam per l.Falci.ſequendo gl.dicens,quòd caſu quo
quis ab onere ſatiſdandi ob paupertatem excuſatur,
nudo verbo ſub pœna & ſuorum bonorum hypothe-
ca cauere debet,quum hoc graue non ſit,& ratio ex-
cuſationis ceſſat.idem firmat Baldus Nouel.in tract.
de dote in 12.priuilegio,8.par. dicens, quòd quando
Princeps alicui ob eius paupertatem ſoluendi dilatio
8 nem indulgeret, ſufficit iuratoriam cautionem cum
generali bonorum hypotheca,& cum adiectione pœ
næ præſtari:Subdit etiam Paulus de Ca.in d.l.final.ꝙ
lapſo dilationis tempore ſi nõ ſoluit,carcerabitur,nec
amplius cedere poterit: alioquin fraudarentur cre-
ditores,qui dilationem conceſſerunt, quod minime

dicendum eſt.Are.etiam in §.item ſi de dote in princ.
verſi.In gloſ.facultates.Inſti.de actio.tenet quòd cau-
tionem cum fideiuſſore pręſtabit,ſi poterit.argu.d.c.
Odoardus.alioquin autem ſi non poteſt,fideiuſſorem
pręſtare non cogitur,vt eſt tex.in l.verum.§.videndũ.
ff.pro ſoc.quem text.etiam allegat Petr.Iacob.de Bel-
laper.in §.ſunt pręterea.ſub numer.5.verſi.Item opor
tet & verſi.ſequitur aliud.Inſti.de action.& iſto caſu
ſtabitur eius iuratoriæ cautioni,vt not.gloſ.in d.cap.
Odoardus.in verbo,idonea.vbi inquit Oſti.quòd in-
diſtinctè hoc caſu iuratoria cautio,idonea intelligi-
tur,quia ex quo bonis cedit,notum eſt,aliam preſtare
non poſſe.faciat ergo quod ipſe poteſt.c.faciat.22.q.2.
& cum eo tranſit Io.Andr.& propterea qui fecit quod
9 potuit,legem adimpleuit.Concluſio eſt igitur ſecun-
dum prędictos,quòd qui bonis ceſsit,ſi cautionem cũ
fideiuſſore pręſtare non poteſt,iuratoriam cum hypo
theca bonorum ſuorum & pœnali ſtipulatione præ-
ſtabit.Ego vero diſtinguendum putabam:aut iſte de-
bitor bonis ceſsit,& niſi viles veſtes ſibi non remanſe
runt,prout ſibi relinqui debent,vt ſuperius dixi in 3.
quæſt.principali.nume.8.& tunc vera ſit opin.doct.de
qua ſuprà,quòd ipſe ad iuratoriam cautionem,ſi fide-
iuſſorem inuenire non poteſt,admittatur,quem veriſi
mile eſt reperire non poſſe:aut fuit ad quinquénalem
dilationem admiſſus,& tunc quia bona ſua per credi
tores non auferuntur.& ſic ceſſat ratio,de qua in ceſ-
ſione bonorum:& non eſt veriſimile,ꝙ fideiuſſorem re
perire non poſsit,non debet ad iuratoriam cautioné
admitti,ſed cautionem cum fideiuſſore præſtare tene
tur,quam veriſimile eſt,ipſum hoc caſu inuenire poſ-
ſe,quum iſte talis æquiparetur debitori qui à Prnci-
cipe per reſcriptum dilationem obtinuit,iuxta ea quę
habentur in l.vniuerſa.C.de precib.impe.offer.& præ
cipue quum iſte ſuſpectus ſit,prout illum de bonorum
occupatione ſuſpectum appellat Paris de Put.in tract.
ſynd.in §.Pone quòd commiſſa eſt executio.in fin.dũ
inquit,quòd cedens bonis,qui de bonorũ occupatio-
ne eſt ſuſpectus,poſſet à iudice torqueri,vt bona exhi
beat,vt dixi ſuprà in 5.quęſtion.principali,in princip.
Nam ſicut in pręteritum bona ſua dilapidauit,ita etiã
reſiduum in futurum dilapidabit: & vbi perſona eſt
ſuſpecta,tunc ad iuratoriam cautionem non admitti-
tur ſed cum fideiuſſore cauet,vt tenet gloſſ.in d.l.2.§.
ſed & ſi dubitetur.argu.l.ſi fideiuſſor.§.fin.ff.qui ſatiſ-
do.cog.& no.Ang.in d.l.cum non facile & hoc modo
pro creditorum indemnitate ſatis tutum erit:alioquin
difficilimum erit,quòd eorum credita exigere valeãt.
Cogita tamen.

*SVMMARIVM.*

1 *Ceſſio principalis debitoris fideiuſſori non prodeſt,
& nu.6.& 20.*
2 *Quinquennalis dilatio debitori conceſſa,an fideiuſ
ſori proſit.nu.5.& 6.*
3 *Exceptio quæ eſt in perſona principalis debitoris,fi
deiuſſori non competit.*
4 *Beneficium perſonale de non petendo infra certum
tempus,ad hæredem non tranſmittitur,nec ad fide-
iuſſorem.*
*Hæres & fideiuſſor æquiparantur, quantum ad vires
perſonalis beneficij extendendas,eod.*
7 *Cõceſſum ob gratiam,ſiue in alicuius priuilegium,
ad aliam perſonam non extenditur.*
8 *Fideiuſſor an à creditoribus principalis debitoris
moleſtari queat,ſi debitor in precibus petijt ſe & ſuũ
fideiuſſorẽ non moleſtari,& illis verbis nõ caſſatis,
reſcriptũ obtinuit,quòd iudex conſtito ſibi de debi-
toris paupertate,ipſum ad alterum beneficium ad-
mittat,non obſtantibus quibuſcunque.& nu.11.*
6 *Princeps reſcribens,nullo verbo in precibus cãcella-
to,omnia in precibus contenta concedere videtur,&
vide nu.17.*
*Mens reſcribentis,ex præfatione precum depræhendi-
tur,eo.*
10 *Priuilegium à Principe obtentum,intelligi debet iu
xta tenorem ſupplicationis oblatæ.*
11 *Signatura attendi debet.*
12 *Reſcriptum dicens, ꝙ oratorem ad alterum de duo-
bus beneficiis admittat,prout petitur, ad fideiuſſorẽ
non extenditur,etiam ſi in precibus de fideiuſſore ſit
mentio.*
*Clauſula,(ꝓut petitur) in reſcripto poſita,quomodo
intelligatur,& ad quid referatur.eo.& nu.13.*
13 *Reſcripta in his quæ ſunt cõtra ius,reſtringẽda ſunt,
& nõ valent ex defectu præſumptæ voluntatis Prin
cipis,& nu.15.*
*Clauſula indefinite poſita,nõ refertur ad ea quæ ſunt
contra ius.*
14 *Legatus de latere,contra ius reſcribere non põt , nec
cõtra illud reſcribere cenſetur, etiamſi à Papa ſic re
ſcribendi facultatem habeat.*
15 *Reſcripta quæ ſunt contra ius,ex defectu præſumptæ
voluntatis Principis,non valent.*
61 *Papa plenitudine poteſtatis vti ſine cauſa nõ debet,
& in dubio vti plenitudine poteſtatis velle non cen-
ſetur.*
17 *Cauſa ſi ſimpliciter & de plano,ac ſola facti verita-
te inſpecta &c.cõmitti petatur, & illa verba nõ ſint
cãcellata,ſi reſcribitur quod audiat talis,& iuſtitiã
faciat , iudex procedere non poterit ſummarie &c.
ꝓut petitũ fuit:ſecus,ſi dicatur,audiat talis,& pro-
cedat ſummarie,&c.*
28 *Obſtantia gratiæ quæ colligi poſſunt ex narratis,ta-
cite in dubio ſublata videtur , quãuis in conceſſionẽ
gratiæ nihil de illis tollendis expreſſe fuerit dictũ : ſe
cus,ſi clare appareat,quod ſignatura ampliet vel li-
mitet narrationem,quia tunc ſtatur reſcripto.*
29 *Petitio ſi indeterminata fuit, & cõceſſio determina
ta,attenditur conceſſio.*
*Priuilegiũ & indulgẽtia ſumũt à conceſſione vires,
& non à petitione,quãuis in dubio ad petitionẽ con-
ceſſio referatur,eod.*

## Ceſsio principalis debitoris an fideiuſ-ſori proſit?

## Quæſt.8.princip.

1 OCTAVO principaliter quęro,an ceſ-
ſio principalis debitoris fideiuſſori pro-
ſit,ita vt ipſe fideiuſſor à creditore mole
ſtari nequeat?Reſpon.ꝙ fideiuſſor,nõ ob
ſtante principalis debitoris ceſsione,cre
ditori ſatisfacere tenetur,ex quo talis ceſsio ei nõ pro
deſt,vt eſt tex.in §.fi.& ibi Are.Inſt.de replic.l.hæres
à debitore.§.quod ſi ſtipulator & ibi Bar.no.illũ text.
ad hoc.ff.de fideiuſ.& fac.tex.in l.vbicunq; iuncta ibi
gl.ff.eo.per quẽ tex.ita tenet Pet.Iac.in ſua pract.ti.no
ſtro.in prin.Idẽ tenet Gui.Pa.in deci 211.Debitor non
põt.ad fi.ver.Sed an ceſsio bonorũ idẽ firmat Areti.in
§.fi.col.pe.in fi.ver.Quæro,prin.nu.10.& ibi Iaſ.in pe.
column.verſi.An autem ceſsio.inſtit.de act. Quanuis
in quinquennali dilatione Petr.Iacob.ibi in penulti-
column.verſiculo item illæ induciæ.teneat,quòd fide
iuſſori proſint illæ induciæ, & ideo à creditore vexa-
ri non poſsit, per text.in l.etiam hæredit.in fin.ff.de
pactis.



3 pactis.Sed contra Petrum Iac.facit regula,quod exce-
ptio quæ eſt in perſona principalis,fideiuſſori non cõ
petit.l.exceptiones quæ perſonæ.ff.de exception.l.pri
uilegia.& l.in omnibus.ff.de regulis iuris.Sed hęc ex-
ceptio perſonæ debitoris ineſt,cui quinquennales in-
duciæ conceſſæ fuerunt:ergo fideiuſſori non prodeſt.
4 Præterea ſicut perſonale beneficium maxime de non
petendo infra certum tempus ad hæredem non tranſ-
mittitur,vt l.non ſolum.§.tale.ff.de liber. legat.ita e-
tiam ad fideiuſſorem non extenditur , cum fideiuſſor
& hæres,quantum ad vires principalis beneficij ex tẽ
dendas,ęquiparetur:vt eſt textus in l.& ſi fideiuſſor.ff.
de re iudica.& dicta l.exceptiones quæ perſonæ, cum
concordan.& ita tenet Aretinus in §.in omnibus.co-
lumna ſecunda,verſicul.In ead.ibid.numero ſexto cũ
duobus ſequentib.Inſtit.de fideiuſſor.Poſſet forte ſal
uari hoc dictum Petri Iacob. per ea quæ tradit Are
tinus conſi.xxxiiij.conſultation.columna prima verſi
cul . ſed dubium facit.per doctrinam Cyni relatam
per Baldum in l.quoties.in vltima column.verſicu.Se-
cundo modo quæritur.C.de precib.imper.offer.quòd
quanuis dilatio reo conceſſa,ad fideiuſſorem non ex-
tendatur,quando perſonæ,& non cauſæ conceditur,
reus tamen ex perſona ſua fideiuſſorem defendere po
terit, per l.idémque.§. generaliter.ff.mandat.vt vidi-
mus ſuprà in xxv.quæſtion.numero quinto.Sed ad hoc
5 reſponderi poteſt,quòd hoc procedit,quãdo exceptio
ipſam obligationem perſonæ cohærentem reſpiceret,
puta ſi principalis qui conueniri non poterat,niſi in
quantum facere poteſt ſtatim exacto fideiuſſore con-
ueniri,& ab ipſo fideiuſſore exigi.nam hoc caſu prin
cipalis ex priuilegio ſibi conceſſo,poſſet fideiuſſorem
defendere,vt vidimus in dicta xxv.quæſtion.numero.
quinto.ſecus ſi priuilegium nõ obligationem,ſed per
ſonam tantum reſpiceret:& ſic ab ipſo fideiuſſore ex-
acto ſtatim exigi non poſſet.nam tunc fideiuſſori non
proderit,vt per Cynum in dicta l.quoties.in fi.& Ale-
xand.in apoſt.ad Bald.ibi,Ad l.etiam hæredi.in fi.per
Petrum Iaco.allegatam reſpõdet Cyn.in d.l.quoties.
in ſecunda column.verſ.Sexto quæro.ibi,item lege ca
uetur,& in vltima column.ver.Ad contraria,ſic reſpõ
det,ꝙ illa lex non facit ad rhombum , quia ibi non de
perſonali pacto,ſed de reali dicitur . & dato quòd in
perſonali loqueretur , ibi ſunt perſonalia impropriè,
6 quæ rei adhærent,nos autem in perſonali priuilegio
loquimur,quod perſonæ tantum adhæret. Concludo
igitur quòd tam ceſsionis,quam quinquennalis dila
7 tionis beneficium principali debitori conceſſum non
prodeſt.nec ad fideiuſſorem extenditur.Pro qua con-
cluſione adduco,id quod nõ.Bald.in l.j.in 2.nota.C.de
legib.quòd illud quod ob gratiam,ſiue in priuilegiũ
conceditur,ad aliam perſonam non extenditur.Quid
8 autem ſi in precibus debitoris peteretur,eo ad ceſsio
nis vel dilationis quinquennalis beneficium admiſſo,
ſe & ſuum fideiuſſorem vel correum non moleſtari,&
illis verbis non caſſatis,reſcriberet Princeps hoc mo-
do,audiat Dominus Matth.Brunus Ariminen.Prætor,
& vocatis vocandis,& conſtito de Oratoris pau-
pertate , ipſum ad alterutrum beneficium ad om-
nium vel maioris partis creditorum electionem,ad
mittat , non obſtantibus quibuſcunque : An debito-
re ad alterum de dictis beneficiis admiſſo , fideiuſ-
ſor à creditoribus moleſtari poſsit?Videbatur dicen-
dum quòd non , ex eo quòd dictum reſcriptum ne-
dum principalis debitoris , ſed etiam fideiuſſoris
9 perſonam reſpicit , quum in eo petitum fuerit etiam
fideiuſſorem vel correũ non moleſtari . & ſimplici-
ter fuerit per Principem reſcriptum : & vbi Princeps
nullo verbo in precibus cancellato reſcribit , velle
videtur , quòd omnia in reſcripto petita intelligun-
tur conceſſa,prout voluiſſe videtur Rota in deciſion.
lxxvij.Si petitur in nouis.& in deciſi.cclxxviij.Not.
quod ſi petitur,in anti. Quum etiam ex literarum &
precum præfatione depræhendatur mens reſcriben
tis.l.fin.ff.de hæredi.inſti.per Bartol.in l.ambitioſa.ff.
10 de decre.ab ordin.faci.& tradit Corne.conſi.55.Repe-
rio me alias,col.fi.verſi.Secundum imminet.volu.ij.&
priuilegium à Principe obtentum,intelligi debet iux
ta tenorem ſupplicationis obtentæ,vt nota.Baldus.in
cap.inter delectos,per illum tex. ibi ex forma petitio-
nis,in vltima col.ver.Item no.extra.de fid.inſtru.cum
multis ſimili.de quibus per Grammati.in deciſ.ciij.Il
11 luſtriſſima Marchioniſſa Paduæ.numer. ccj. Contra-
rium tamen verius eſſe puto.nam licet in ſupplicatio-
tione partis illa verba,ſe & ſuum fideiuſſorem nõ mo
leſtari,inſerta fuerint,non tamen in reſcripto ſuperio
re repetita fuerunt,quum ſignatura attendi debeat,no
ta.Doc. in capitulo ſuper literis. extra. de reſcription.
& plene per Pariſi.conſil.cvij. Non obſt.quod ſenten-
12 tia,col.fin.numer.xxij.verſi.Propterea debet,cum ſeq.
volum.iiij.Amplius dico, quod quamuis in ſignatura
diceretur,oratorem ad alterutrum beneficium admit
tat, prout petitur , & ſic ex virtute dictorum verborũ,
vt petitur,quæ quum ſint indefinite poſita,vniuerſali-
ter intelligenda videantur,argument.l.ſi pluribus. de
legat.ij.& l.primo.§.generaliter.ff. de legat.præſtand.
cum ſimili. & conſequenter etiam ad preces referan-
tur,quod ipſe debitor,& eius fideiuſſores,& correi,ip
ſo ad vnum ex dictis beneficiis admiſſo,non moleſten
tur , nihilominus reſpondetur , quod in his quæ ſunt
13 contra ius reſcripta,ſunt plurimum reſtringenda, ar-
gument.l.ius ſingulare , & l. quod vero. ff. de legib.&
in regul. quæ à iure communi exorbitant , de regulis.
iur.in vj.& clauſula indefinite poſita, non refertur ad
ea quæ ſunt contra ius.gloſſ.eſt ſing.in l.talis ſcriptu-
ra.in fin.in gloſſ.fin.de lega.prim.per l.vxori.de legat.
iij.tradit.Corne.conſil.cxix.Circa primum colum.iiij.
verſic.Quod licet ſignatura.nume.xvij.volu.ij.conſil.
xlviij.Quoniam in præſenti.col.ij.in fin.verſi. & maxi
me hoc dicendum.numer.iiij.volum.iij.conſil.cccxij.
Circa primum in princi.vſque ad ſecundum dubium
eo.lib.& conſil.cxxxvj. Viſis actis.in fin.volumin.iiij.
quem ſequitur Rob.Maranta in ſuo ſpecial.in iiij.par.
principali,in ix.diſtin.numer.iiij. verſi.Idem putarem
quando Princeps. folio. xxviij. in primis impreſ. ma-
gnis, Vnde illa verba, vt petitur,ad fideiuſſores cor-
reos non referuntur,quum ſit contra ius,quod benefi-
cium perſonale debitori conceſſum , ad fideiuſſo-
rem extendatur,vt diximus ſupra per tex. in d.l. exce-
ptiones quæ perſonæ,cum concord.ſed ad debitorum
orationem tantum,& non ad alios referuntur , quum
reſcripta ſint ſtricte & non large interpretanda, vt di-
14 cta regu.quæ à iure communi,& ſecundum iuris ordi
nem vt habetur in capitulo cũ dilecta extra.de reſcri.
& pro hac interpretatione facit,quia inferior à Papa
etiam legatus de latere contra ius reſcribere non po-
teſt.l.formam.C.de offic.præfect.prætor. Illyrici.or.
iuncto capitulo ſecund.de offic.leg.in 6.& hoc per ra
tionem,capit.cum inferior.extra,de maio.& obed.&
ita firmat gloſſ.communiter ſing.in cap.fin.de hæreti.
15 in 6.& dato quòd de abſoluta poteſtate poſſet , quia
forte fuiſſet dicto Legato ſpcialiter à ſede Apoſto-
lica iniunctum,non cenſeretur tamen contra ius re-
ſcribere velle,quia ita Principum reſcripta interpre-
tamur.nam ſi contra ius emanant,ex defectu pręſum-
ptæ voluntatis Principis nõ valet.l.reſcripta,& l.dã-
noſa.C.de preci.imp.offe.& quod habetur in l.huma-
num.c.de legib.& Papa dicit ſe non poſſe,quod de iu
19 re non põt,quanuis de abſoluta poteſtate poſſet,c.ve-
niens,extra.de accuſa.Nec Papa plenitudine poteſta-
tis vti ſine cã debet,immo in dubio ꝑtãtis plenitudine
vti velle nõ cẽſetur,niſi quatenus exprimatur.vt no.In
no.in c.innotuit.extra.de elect.& Io.And.in c.ſtatutũ
in fin.de reſcript.in 6.& in c.porrecta.extra.de confir.

vtil.vel inutil.& ibi per Ant.d Bu.Imol.& Abb.cum aliis concord.relatis per Iaſ.conſ.j.col.pe.in fi.ſub nume.9.vol.j.per Gigã.in tract.de penſ.q.37.nu.13.verſic. Dicas tamẽ per Marſ.in ſing.84.Princeps, & plene per Mod.Arimin.in tract.de nulli.proceſ.ſub rub.An quælibet ſententia poſsit dici nulla.nu.20.ver.Si vero fue-
17 rimus. Ad allegata in contrarium reſpondetur,ꝙ quędam ſunt quæ ſpecialiter & expreſſe debent in ſignatura concedi,vtputa ſi in precibus petitur,ꝙ in cauſa ſummarie,ſimpliciter,de plano, ac ſola facti veritate inſpecta &c.procedatur,quanuis prædicta verba non cancellata,nec eorum aliquid,ſi ſignatura tantum habeat,audiat Dominus Matthæus Brunus,& iuſtitiam faciat:Dominus Matthæus vigore talis ſignaturæ procedere non poteſt ſummarie,ſimpliciter, &cæ. prout petitum fuit.hoc enim commiſſum non videtur, immo neglectum.ſi enim Princeps voluiſſet,hoc expreſſiſſet.c.ad audientiam. extra.de decim.ca.2.verſi.Vnde ſi circa.extra.de transla.Epiſco.& l.vnica.§.ſinautẽ ad deficientis.C.de cadu.tol.ita formaliter inquit Rota in deciſ.358.Si in cõmiſsione in nouis.ſequitur Alexan.conſi.136.In cauſa & lite.column.2.in princ.verſi. Et ſecundo,quòd licet volum.2.Idem firmat Angel.in deciſi.276.In cauſa mea.& Maranta vbi ſupra,in j.col. verſ.ſed iuxta hoc cadit.nu.3.Vt ergo cõceſſum intelligatur,vt ſummarie,ſimpliciter,de plano, ac ſola facti veritate inſpecta procedatur,reſcribens ita reſcribere debet,audiat Dominus Matthæus Brunus,& procedat ſummarie &c.tunc enim ſub illo verbo,ſummarie &c. veniũt omnia alia,in precibus nõ cancellata:& ita procedant allegata per dominos de Rota in dict.deciſ.77. & in d.deciſ.378.& ita firmat eadem Rota in deci.379. Not.ꝙ ſi in commiſſione,in anti. quam ſequitur Staphy.in tract.de literis gratiæ & iuſtitiæ fol.140.verſic. Dicendum eſt modo,in primo impreſsis.Nec obſt.tradita per Corn.ad conſ.55.& per Grammat.in d.deciſ. 103.Quoniam illa procedunt,vbi Princeps ſimpliciter reſcriberet,non ſe ad aliquid de contentis in precibus reſtringendo,ſecus ſi ad aliquid de compręhẽſis in eis ſe reſtrinxiſſet,vt in caſu noſtro.nam ad illud tantum, & non vltra,ſe extendit reſcriptum.Quanuis enim omnia gratiæ obſtantia,que ex narratis colligi poſſunt
18 tacite ſublata eſſe videantur,licet in conceſsione gratiæ de illis tollendis nihil expreſſe fuerit dictum,ſecũdum Aegidi.in concluſione Rotæ.333.in caſu domini Cardinalis.Anton.de Butr.con.2.viſis literis,quòd eſt repetitum conſi.49.in fin.Roma.conſi.80.Confirmanda profecto.Hoc tamen verum eſt in dubio,vt inquit Rom.ibi.ſecus,ſi clare appareat,quòd ſignatura narrationem ampliet,vel limitet.tunc enim ſignaturę vel conceſsioni ſtatur.cap.inter dilectos,& ibi Abb.in 4. column.verſic.No.bonam limitationem.extra.de fide
19 inſtru.in c.2.extra.de treuga & pac.vbi no.ꝙ ſi petitio indeterminata fuit,& conceſsio determinata fuit,cõceſsio attenditur,quia priuilegium & indulgentia vires conceſsione & non à petitione, ſumunt, quanuis in dubio ad petitionem referatur conceſsio,quod eſt notand.ſecundum eum,quem refert & ſequitur Felin. in dict.c.ſuper literis column.4.verſi.Limita regulam numer.25.extra.de reſcript.& Ruyn.conſil.3.Videtur prima conſideratione.column.2.verſi.ſed tamen præmiſsis.conſil.43.circa id.column.j.nume.3.vol.j.& cõſil.104.Quæſtio.col.2.in fin.nume.7.vol.5.& tradit Pariſi.conſil.107.non obſt.quòd ſententia.column.fina. verſicu.propterea debet nume.21.cum ſequent.vol.4.
20 Quum ergo in caſu noſtro Princeps in ſignatura ad principalem debitorem ſe reſtrinxerit,& fideiuſſoris aut correi perſonam non expreſſerit,debitori principali duntaxat priuilegium conceſſum intelligitur, & nõ aliis in reſcripto nõ expreſsis.ſi enim voluiſſet,vtique(vt ſupra diximus)expreſsiſſet.illa.igitur in reſcripto non expreſſa,intelliguntur omiſſa & neglecta, & ſic in diſpoſitione iuris cõmunis remanet l.commodiſſime,cum vulg.ff.de libe.& poſth.& incluſio vnius,eſt alterius excluſio.l.cũ prætor.cum ſimil.ff.de iud.& ita concludendum eſt.

*SVMMARIVM.*

1 *Creditores omnes in ceſſione bonorum,an vocari debeant,antequã debitor ex carceribus relaxetur,& ad ceſſionis beneficium vel ad quinquẽnalẽ dilationem admittatur,& nu.4.*

2 *Carceratus antequã relaxetur,citari debent creditores per generale proclama,ſi nõ cõſtat, ad cuius inſtãtiam carceratus fuerit:ſi vero cõſtat ad cuius inſtantiam,citari debet ille,vel eius procurator.*

3 *Cuſtos carcerum ad intereſſe creditorũ tenetur,ſi carceratus fuit per ipſum relaxatus,vel aufugit antequã per iudicẽ declaratũ fuiſſet, an eſſet vel nõ eſſet ad ceſſionem bonorum admittendus.*

4 *Cedens bonis ad aliquorum creditorum inſtantiam, non poteſt ab alijs,quorum timore non ceſſerit,moleſtari,niſi vt bona doceat,& debitum aliorum agnoſcat in iudicio.& nu.5,*

6 *Ceſſio bonorum facta per debitorẽ,ſufficit pro omnibus creditoribus,ſicut vna inuentarij confectio.*

## Creditores omnes an in ceſſione bonorum citari debeant.

## Quæſtio 9. princip.

1 NONO principaliter q̃ro,nũquid in ceſſiõe bonorum creditores vocari debeãt, antequã debitor carceribus relaxetur,& ad ceſſionis beneficium vel ad dilationẽ quinquennalẽ admittatur? Bal.conſi.301.
2 Ad euidentiam.vol.5.tenet ꝙ ille qui cedit bõis,à carcere etiam inuitis creditoribus relaxari debet,vt not. in l.j.C.ti.noſtro. tamẽ nõ ſine aliquali iudiciorũ ordine talis relaxatio fieri debet,quia hi quorũ intereſt,vocari debent. Nam interdum aliquis eſt in carcere,& non conſtat ad cuius petitionem fuit carceratus,tunc generale proclama ſufficit,ut no.Bart. in l.ſi quis vxori.§.ſi fugitiuum.ff. de furt. vbi huius articuli theoricam & practicam ponit: Interdum conſtat, ad cuius inſtantiam fuit carceratus,& tunc ille,vel eius procurator citandus eſt,vt l.j.§.j.ff.de liber. agnoſ. & l. eum qui res.C.de procu.& §.fi.cum concor.Inſti.de pœna temere litig.Citatis ergo creditoribus,factaque bonorũ ceſsione,admittetur carceratus.ita cõcluditBal.
3 d.conſi.301.Quid ſi carceratus à Principe reſcriptum ceſsionis bonorum impetrauit cum mãdato,quòd cedendo bonis,à carceribus relaxetur,& à carcerum cuſtode fuit relaxatus,vel aufugit,antequam iudex illũ eſſe vel non eſſe ad bonorum ceſsionem admittẽdum decerneret,an carcerarius ad totum debitum, vel ad intereſſe creditorum teneatur? Dic,quòd ſi notorium erat,debitorem non eſſe ſoluendo propter quod debeat ad bonorum ceſsionem admitti, tenebitur tantum ad creditorum intereſſe, vt pulchre declarat Pa
4 ris de Put.in tract.ſynd.in §.licet dicatur.ſub numer. 4.verſi,Si tamen carcerarius.An autem creditores omnes citari debeant,vel ſufficit quòd eorum aliquis tantum citetur,Pet.Iac.in ſua practi.ti.noſtro.in 2.no. tenet,nõ eſſe neceſſarium,quòd creditores omnes coram iudice vocentur,ſed ſufficit illos,qui inſtant,ſeu eos,qui contra debitorem litigant,ſeu cum quibus pẽdet cauſa,vocari.pro hoc facit text.in l.4.§.Sabinus.& ibi glo.ff.tit.noſtro vbi dicitur,quòd qui ad nonnullorum inſtantiam ceſsit,ab aliis creditoribus, quorum timore non ceſſerit,inquietari non poteſt, niſi vt bo-

na



na doceat,& ita eſt de mente Salic.in d.l.j.col.j.in fin. verſ.ſecundum dubium eſt.& tenet & ſequitur Guid. pap.cõſ.124.circa materiã.col.fi.ver.Nec ſunt neceſſario.nu.9.Quod tamen intelligunt,ſi debitum iſtorum agnoſcat debitor in iudicio,quum nõ præiudicet his, quorum debitum nõ arguit.l.pe.ff.tit.noſtro.& prima ceſsio pro omnibus ſufficere debet,ſicut vna inuentarij confectio ſufficit pro omnibus creditoribus etiã ex poſt facto apparentibus.l.fi.§.licẽtia.C.de iure delibe. & hoc dicit ibi Salic.eſſe verum, niſi qui bonis ceſsit, de nouo bona acquiſiuiſſet. nã reſpectu illorum bonorum non ꝑiudicat ceſsio illis,quorum reſpectu ceſsio facta nõ fuit,vt dixi ſupra in 2.q.principali.nu.7.8.& 9.

*SVMMARIVM.*

1 *Creditores poſteriores an anterioribus præferantur, vel econtra,in bonis poſt ceſſionem acquiſitis, & nu. 3.& 4.*

2 *Debitor qui ceſſit bonis,à debito non liberatur.*

4 *Creditores primi vnã hypothecam habentes,poſterioribus etiam duas hypothecas habentibus præferuntur.*

5 *Creditores primi cõueniunt debitorẽ qui bonis ceſſit, in id quod facere poteſt: poſteriores vero, in ſolidum.*

6 *Ceſſio prima nouis creditoribus non præiudicat, & quo caſu præiudicet.*

*Ceſſio eſt actus reiterabilis.ibidem.*

7 *Vſusfructuarius ſi operas ſuas in biennium pro viginti locauit,& cõducto ceſſit bonis,finito vſufructu poſt annũ,dicta ceſſio prodeſt debitori aduerſus proprietarium nouum creditorem.*

## Creditores poſteriores an anterioribus præferantur in bonis poſt ceſsionem quæſitis.

## Quæſtio 10. princip.

1 DECIMO principaliter quæro, an creditores poſteriores anterioribus præferri debeãt,vel ecõtra in bonis poſtea quęſitis per debitorẽ,qui ad ceſsionis beneficium fuit admiſſus? Cy.& Alb.in l.ex cõtract.in fi.C.de bo.auth.iudi.poſ.decidũt,ꝙ poſteriores ꝑferuntur, per tex.in l.3.in fi.ff.quod cu eo.Sali.vero ibi in 3.q.concludit,ꝙ tã primi quã poſteriores concurrũt,niſi alter altero ex alia cauſa magis priuilegiatus eſſet,& ad d.l.3.in fi.reſpõdet,ꝙ ille debitor per capitis diminutionẽ liberatus erat,vt l.2.ff.de cap. dimi. ſed per prætoris beneficiũ ne creditores abſq; eorum culpa perderẽt,reſtituitur in eũ actio,vt teneat in quãtum facere poteſt:ideo in poſtea quæſitis ratio poſterioris habetur:& hoc eſt verũ ſecundũ eũ,quia reſtitutio illa fit ſpeciali beneficio,quod nõ datur in alterius
2 præiudiciũ.In caſu aũt q.noſtrę debitor qui bonis ceſſit,à debito nõ liberat̃,vt dicemus infra in 19.q. ſed de iure cõi ad ſolidum remanet obligatus,quãuis ꝓpter ceſsionis beneficium poſtea conueniri non poſsit,niſi quatenus facere poteſt.d.l.ex contractu.& l.4.in prin.
3 & l.qui bonis.ff.tit.noſtro.vnde poſterioris ratio contra priorẽ,qui de iure cõi venit,haberi nõ debet.Paul. de Caſt.in d.l.ex contrac.in fi.tenet, ꝙ anteriores po-
4 ſterioribus præferuntur,ex quo debitor remãſit obligatus,& hanc opin.puto veriorem,& eo magis,quam primi tanquã anteriorem hypothecã habentes,poſterioribus præferri debeant per regu.qui prior.de regu. iur.in 6.& l.quoties vtriuſque cum vulgar.ff.eo.etiam ſi poſterior duas haberet hypothecas, & primus vnã tantum,niſi poſterioris hypotheca eſſet priuilegiata, iuxta l.licet.C.qui potior.in pign.haber.vt tradit Neguſan.in trac.de pig.in 2.membro quintæ partis.colũ. pe.in prin.ver.ſed ſi econuerſo.ſub nu.51. In hoc tamẽ
5 hi creditores in q.noſtra differunt,quia primi debitorẽ qui ceſsit bonis,cõuenire nõ poſſunt,niſi ĩ id quod facere poteſt:ſecundi vero in ſolidum,vt d.l.ex cõtractu.in prin.à contrario ſenſu,vt etiam inquit ibi Salic.
6 in 2.q.Nec aduerſus eos nouos creditores obſtabit ceſſio præcedens,niſi de nouo cedat bonis,quũ hoc facere poſsit,ex quo ille actus reiterabilis eſt, vt per Salic. & Paul.de Caſt.in d.l.ex cõtractu.in fi.& vidimus ſu-
7 pra in 2.q.princidali. ſub nu.8.& 9. vel niſi creditores cauſam ex præcedenti contractu cõtinuatam haberẽt. verbi gratia,ſi ſeruus fructuarius operas ſuas in biennium pro viginti locauit,conductor bonis ceſsit,deinde poſt annum finitus eſt vſusfructus,& ſic proprietarius cœpit nouus eſſe creditor,quia iuris ratio hoc ex poſtulat,vt eſt tex.in l.ſi ſeruus cõis Mæuij.§.fi.ff.de ſtipula.ſeruo.hoc enim caſu dicta ceſsio debitori aduerſus proprietarium proderit,quia nõ eſt cum eo de nouo contractũ,ſed perſona duntaxat mutata,cui acquiritur,& eſt idem contractus,de cuius executione agitur,vt tenet Bal.in d.l.ex cõtractu.ad fi.quem ſequitur Alex.in apoſtil.ad eundem Bal.in l.j.in 2.col.in princi. in verbo,creditoribus,C.tit.noſtro.

*SVMMARIVM.*

1 *Ceſſio bonorũ facta per debitorẽ, an ei proſit, quo ad conditionalẽ creditorẽ, cuius conditio poſt ceſſionem euenit,vt in bonis poſtea quæſitis non conueniatur,niſi in quantum facere poteſt? diſtingue,vt ibi.*

2 *Teſtator primus ſi legata cõditionalia fecit,quorum dies poſt legata hæredis ſecundi teſtatoris euenit,legatarij primi teſtatoris,legatarijs ſecundi teſtatoris præferuntur.*

## Ceſſio bonorum an debitori proſit contra creditorem conditionalem.

## Quæſtio 11. princip.

1 VNDECIMO principaliter q̃ro, Quid ſi inter primarios creditores quidã creditor cõditiõalis erat,& poſt debitoris ceſſionẽ ſua extitit conditio, nũquid debitori quo ad eũ ceſſio proſit,vt ſic in poſtea quæſitis debitor ipſe non conueniatur ab eo, niſi in quantum facere poteſt? Pet.quem ſequitur Cy.& Alb. de Roſa.in l.ex contract.C.de bo.auth. iudic.poſſ. determinat,ꝙ in ſolidum conuenietur, quia quo ad hũc conditionalem creditorem ceſſio ſibi non prodeſt: & hac mouentur ratione,quia vbi ceſſit debitor,ex contractu præambulo conuenitur, deducto ne egeat: & hoc verũ eſt,quando ceſſio creditoribus proficit,quia penes ſe bona debitoris habent,ſed iſte conditionalis creditor nullũ conſequitur commodum ex bonis cedentis,ex quo illa ad aliorum creditorum manus peruenerunt,ergo &c.Bald.vero ibi putat eſſe diſtinguendum: Aut talis conditio inuito euenit debitore,& tũc conditio trahitur retro, & ſic de bonis debitoris participabit creditor,& tunc in poſtea quæſitis cedẽti ꝓderit ceſſio: Aut extitit eo volente, & facto ſuo interueniente,& tunc non trahitur retro, niſi factum ſuum eſſet neceſſarium,non voluntarium.l.j.& l.potior.& l. qui balneum.ff.qui pot.in pign.hab.Subdit Bal.prædicta procedere in contractibus, ſed in legatis conditionalibus, in quibus conditio non trahitur retro leg.j. §.ſerui.ff.ad Syllania.potius antiqua quã noua obligatio inſpicitur.quæ neceſſariam à ſua cauſa conſequentiam habet,argum.l.3.§.ſcio.ff.de minor.ideo minime curandum eſt,vtrum trahatur,vel non trahatur retro, quia in propoſita q.non de legati acquiſitione, ſed de

ceſsionis beneficio tractatur, vt probatur in l.j.C. de
bo.auth.iud.poſ.& propterea exemplificat Bal.ꝙ ſi pri
mus teſtator legata conditionalia fecit, quorum dies
venit poſt hæredis legata, dato ꝙ in legatis heredis cõ
ditio exiſtens non traheretur retro: verbi gratia, ſi Ca-
pitolium aſcenderit, vel ſi matrimonium contraxerit,
vel alia ſimilia, vbi naturales termini fictionem reci-
piunt: nihilominus legatarij defuncti teſtatoris, lega-
tariis hæredis præferuntur: & ſic concludit, ꝙ tempus
cauſæ, non cauſati tempus, inſpicitur. cum Bald. tranſ-
eun alij. Salice. tamen cogitandum relinquit, maxime
quare diuerſum ſit in contractibus.

*SVMMARIVM.*

1 *Executio inſtrumenti, pendente lite ſuper bonorum
ceſſione, contra debitorem committi non poteſt.*

## Executio an committi poſsit, pendente lite ſuper ceſsione bonorum.
## Quæſtio 12. princip.

1 DVODECIMO principaliter quæ-
ro, creditor vigore ſtatuti executionẽ
inſtrumenti contra Titiũ cõfitentem
in iudicio debitũ, & petente ſe ad ceſ
ſionis beneficiũ admitti, petit, an lite
pendente ſuper d. ceſsione inſtrumen
ti, executio cõmitti poterit? Reperio fuiſſe deciſum in
curia Toloſ. q. 28. Item fuit dubitatũ, ſi aliquis. ꝙ ſic, ni
ſi iudici cõſtaret, cedere volentem nulla habere bona,
vt no. in c. Odoardus. extra, de ſolu. Ego autẽ ſic diſtin
guendũ putabam, an iudiciũ petitæ ceſsiõis cœptum
fuit prius quam inſtrumenti executio peteretur, aut
poſt: ſi prius, & tunc quia lite pendente nihil debet in-
nouari. l. cũ aliquis, & ibi Bal. in 2. no. C. de iure delibe.
& habetur in tit. C. & extra, vt lite pend. per executio-
nem inſtrumenti petitam, impedire non poterit, quin
ſuper d. ceſsione procedatur: ſi vero poſt, & tũc aut ex
iuris communis, aut municipalis diſpoſitione proce-
ditur: primo caſu, idem dicendum arbitror, quũ etiam
in executione ſententiæ debitor ad ceſsionis benefi-
cium admittatur, vt dictum fuit ſupra in 2. q. prin. ſub
nu. 10. ver. ſcias tamen. Secundo caſu, aut ſtatutũ diſpo
nit ꝙ contra inſtrumentum publicum nulla poſsit op
poni exceptio, aut prohibet contra executionẽ inſtru
menti exceptionem opponi. primo caſu executio peti
ta per exceptionem ceſsionis impeditur, vt tradit Bar,
Alex. & alij in l. j. §. & parui. ff. qđ vi aut clã. & Corn. cõ
ſil. 212. Placet. col. j. vol. 2. Vltimo vero caſu, inſtrumẽti
executio, non obſtante ceſsionis exceptione, cõmitti
poterit, vt late proſequitur Corn. d. cõſ. 212. per theori-
cã Bar. in l. ſi filius. ff. quod cum eo. & vidimus ſupra in
3. q. principali, ſub nu. 4. verſ. & prædicta intantum.

*SVMMARIVM.*

1 *Feriæ inductæ ob neceſſitatem hominum in cauſa ceſ
ſionis bonorum, non obſtant, quando cedere volẽs eſt
carceratus, & nu. 2.*
2 *Cauſæ carceratorũ tam ciuiles quam criminales, die
bus feriatis expediuntur, nõ tamen in honorem Dei,
niſi quando contra inſignem latronẽ proceditur, eo.*

## Feriæ ob neceſsitatsm hominum, an obſtent in cauſa ceſsionis bonorum.
## Quæſtio 13. princip.

1 DECIMOTERTIO principaliter quæ-
ro, an feriæ ob neceſsitatem hominũ indu-
ctæ, in cauſa ceſsiõis bonorũ obſtẽt? Reſpõ.
ꝙ non, vt voluit Bal. conſ. 301. Ad euidentiã.
in fi. vol. 5. vbi alleg. tex. in l. fi. ff. de feriis. ſed allegare vo
luit l. pen. eo. tit. vbi eſt tex. ꝙ carcerati pro cauſa ciui-
2 li vel criminali, etiã diebus feriatis expediũtur, nõ tñ
in honorẽ Dei, niſi quãdo contra inſignẽ latronẽ ꝓce-
deret, vt eſt tex. in l. prouinciarũ. C. eo. tit. no. gl. in l. cu
ſtodias. ff. de public. iud. & ꝑdicta intellige, qñ cedere
volẽs, in carceribus reperitur, vt expreſſe determinat
An. in d. l. pen. quẽ ſequitur ibi Iaſ. circa fi. ver. Not. ſe-
cundo, & idem firmat Bal. d. conſi. 301. per totum.

*SVMMARIVM.*

1 *Debitor qui ceſſit bonis, ceſſionem reuocare poteſt an
tequam bona diſtrahãtur, & ſic pœnitere poteſt, dũ-
modo creditoribus ſoluere paratus ſit.*
2 *Cedens bonis, non deſinit eſſe dominus bonorum an-
te eorum diſtractionem.*
3 *Ceſſio bonorũ, in fauorẽ debitorum introducta fuit.*

## Debitor qui ceſsit bonis, an poenitere poſsit antequam bona vendantur.
## Quæſtio 14. princip.

1 DECIMOQVARTO principaliter
quæro, nunquid debitor qui ceſsit bonis,
poſsit ceſsionẽ antequã bona diſtrahan-
tur, reuocare, & ſic an pœnitere poſsit? C.
in l. j. q. 6. C. ti. noſtro. quẽ ſequitur Alb. in
rub. eo. ti. in 2. col. ver. Itẽ q̃ritur vtrũ refert. opin. quo-
rũdã diſtinguẽtiũ, ipſe tamẽ indiſtincte tenet, ꝙ pœni
tere poſſit. ꝓ hoc eſt tex. & ibi no. Bart. Ang. in l. 3. & in
l. quẽ pœnitet. ff. eo. nõ. ꝑ gl. in l. pe. vbi ẽt Bart. in pe. q.
eo. ti. & fac. tex. & ibi no. Bar. Bal. Sal. & Pau. de Ca. in l.
2. C. eo. ti. vbi dicũt ꝙ qui bõis ceſſit, pœnitere põt, &
bona illa re integra recuperare, quãdo vẽdita nõ erãt,
ſi tamẽ creditoribus ſoluere paratus ſit, ꝙ ipſe tenetur
arg. tex. in c. cauſis, & ibi plene per gl. extra. elect. Vnde
inquit Bal. ibi facere in argumẽtũ, ꝙ qui rẽ ꝓ dereli-
2 cto habuit, re integra pœnitere põt, quia interim non
eſt alicui q̃ſitũ ius. & ideo dicũt Doct. ꝙ volẽti debitũ
ſoluere, bonorũ ceſſio nõ præiudicat, ſi bõa nõ ſunt vẽ
dita, quia cedẽs bõis, nõ deſinit eſſe bonorũ ſuorũ do-
minus ante illorũ diſtractionẽ, vt eſt tex. in d. l. 3. & re-
3 peritur deciſum in Capel. Tolo. q. 134. Itẽ antecedẽs bo
nis. & ratio eſt, quia bonorũ ceſſio in fauorẽ debitorũ
introducta fuit, ergo &c. l. pe. C. de pact. ſequitur Are.
in §. fi. col. pe. in prin. vero ſemel. & ibi Ia. in pe. colum.
verſiculo, An autem poſt ceſſionem. Inſtit. de act. quã-
uis cõtrariũ teneat Bal. in l. fi. col. pe. verſ. Quæro ſi ali-
quis ſolenniter. C. tit. noſtro. & licet quadã diſtinctio-
nẽ ibi ponat in ver. Circa aũt articulũ. in effectu tamẽ
cõcludere videtur, ꝙ vbi actus nõ eſt cõſummatus, &
ſic res eſt integra, pœnitere põt: ſecus, ſi actus eſſet ad
perfectionẽ ductus & cõſummatus. nã tunc pœnitere
nõ põt, arg. tex. & ꝙ ibi no. Bal. in l. ſi quis iuſiurãdũ. &
ibi Sal. ĩ fi. C. de iureiur. & hoc mõ cũ aliis doct. cõcor
dabit, ꝙ ſi bõa per creditores diſtracta nõ fuerint, aut
eis in ſolutũ data, debitor pœnitere põt, & creditori-
bus ſatiſfacere, & ita tenet Oſt. in ſumma, tit. no. col. 2.
ver. ſed nec creditores. & ita communiter tenẽt Doct.

*SVMMARIVM.*

1 *Litis conteſtatio an in cauſa ceſſionis bonorum requi
ratur!*
2 *Officium iudicis quãdo incidenter imploratur, litis
conteſtatio nõ requiritur: ſecus eſt, vbi principaliter
imploratur, etiam quod cauſa ſit ſummaria & nu. 3.
& nu. 4.*

## Litis conteſtatio an requiratur in cauſa ceſſionis bonorum.

Que



## Quæſtio 15. princip.

1 DECIMOQVINTO principaliter q̃ro
nunquid in hac bonorũ ceſsione litis cõte-
ſtatio requiratur? Reperio dñios de Rota, vt
refert Aegid. in deciſ. 197. Secundo, in cauſa
tenere, ꝙ in hac cauſa ceſsionis admittendæ vel dene-
gandæ, de neceſsitate litis cõteſtatio & terminorũ pa-
latij ordinario requiritur: & per eos adducebatur hęc
ratio, quia licet iudicis officiũ hic imploretur, non ta-
men principaliter, immo incidenter, allegabãt text. in
c. fi. extra, de offi. iudi. Sed hæc ratio concludit tã con-
2 tra dictũ, quã contra tex. in d. c. fi. Nã quãdo iudicis of
ficium incidẽter imploratur, litis conteſtatio non exi-
gitur, vt in illo tex. expreſſe dicitur: vbi vero principa-
liter imploratur, cõteſtatio requiritur. & ita tenẽt oẽs
doct. ibi, & eſt deciſio Rotæ 9. Si petatur in addi. in no
uis. dicendum eſt igitur, ꝙ hoc fuit impreſſorũ vitio,
quũ illa verba principaliter & incidẽter, poſtponi de-
beãt, & ſic dicere debemus: ratio eſt, quia licet officiũ
iudicis hic imploretur, non tamen incidenter, immo
principaliter: & hoc caſu, ratio bene cõcludet cũ di-
cto, ꝙ de neceſsitate litis conteſtatio requiratur. Qui-
dam vero ex dictis auditoribus contrariũ tenebãt per
no. per Cy. in authẽ. ſi omnes. C. ſi minor ab hæredit. ſe
abſti. ex eo ꝙ in hac cauſa nihil dari vel fieri petitur à
parte, & vbi nihil dari vel fieri. ſeu adiudicari vel au-
ferri petitur, & ſummarie procedatur, litis cõteſtatio
non exigitur, vt no. per Inn. & alios in d. c. fi. & eſt de-
ciſio Rotæ 54. Si petetur in nouis. Nonnulli autem ex
dictis auditoribus dicebãt, ꝙ quia iudicis officiũ con
3 tra certam perſonã, & ſic contra certos creditores hic
imploratur, litis conteſtatio requiritur. Imol. Abb. &
Feli. in d. c. dicunt, ꝙ ibi iudicis officium principaliter
contra certam perſonã imploratur, & plenaria cauſæ
cognitio requiritur, libellus dari & litis cõteſtatio fie
ri debet: ſi vero incidẽter imploretur, litis conteſtatio
nõ requiritur. In cauſa vero huius ceſsiõis bonorum,
iudicis officiũ non incidẽter, ſed principaliter, implo
ratur, vt dictũ eſt, ergo, &c. Amplius dicit Spec. in §. fi.
verſ. Sed quæritur, vtrum in tit. de offi. om. iudi. quem
allegat Rota in d. deci. 54. in fi. ꝙ in oĩbus cauſis in qui
bus iudicis officiũ imploratur, etiã in cognitiõe ſum-
maria, litis cõteſtatio requiritur. Alij vero tenebãt, in
hac ceſsionis cauſa litis cõteſtationẽ non requiri, quũ
ſit cauſa miſerabilis. pro hoc adducebãt tex. in authẽ.
niſi breuiores. C. de ſent. ex peri. reci. & cũ hac vltima
opi. tranſit Aegi. ibi. Ego vero primã opin. amplectẽn-
dũ cenſeo, quũ in hac cauſa plena requiratur cognitio
tã ſuper debito nondũ cognito, nec liquidato. vt vidi-
mus ſupra in 2. q. prin. quam etiã ſuper paupertate pro
banda, & creditorũ electione in admittendo debitorẽ
ad bonorũ ceſsionẽ, vel ad quinquennalẽ dilationẽ, vt
4 dicemus infra, in 21. & 25. q. & ꝑpterea cõcludo ſecũdũ
Abb. in d. c. fi. circa fi. ꝙ aut iudicis officiũ incidenter
imploratur, & litis cõteſtatio nõ eſt neceſſaria, nec li-
bellus, aut principaliter imploratur, & tunc aut ſuper
liquido, ita ꝙ nõ eſt neceſſaria cauſæ cognitio, & litis
cõteſtatio fieri nõ debet, aut ſuper nõ liquido petitur,
& tunc aut aduerſarius eſt certus & ꝑſens, & litis con
teſtatio fieri, & libellus offerri debent, aut aduerſarius
eſt abſens & certus, & tũc ſi aliquid in ꝑiudiciũ partis
dari vel fieri petitur, vt hic, quũ in ꝑiudiciũ creditorũ
ad bonorũ ceſsionẽ admitti petatur, vel quinquẽnalis
dilationis terminũ ſibi dari, iuxta tex. in l. j. & fi. C. tit.
noſtro. & tũc litis cõteſtatio exigiť, vt no. in gl. ĩ d. c. fi.

*SVMMARIVM.*

1 *Exceptio ceſſionis bonorum, litis conteſtationem &
proceſſum impedit, ſi debitum eſt liquidum, vel debi
tor paratus eſt illud agnoſcere.*
2 *Ceſſio bonorum, litis cõteſtationem non impedit quo
ad creditores poſt ceſſionem creatos.*

## Exceptio ceſsionis bonorũ, an litis conteſtationem impediat.
## Quæſtio 16. princip.

1 DECIMOSEXTO principaliter quæ-
ro, nũquid ceſsionis bonorũ exceptio li-
tis cõteſtationẽ impediat? Reſpõ. ſi debi-
tũ liquidũ eſt, vel debitor extra iudiciũ
illud cognoſcere paratus eſt, litis cõteſta
tionẽ & proceſſum impediet. Bar. in l. pen. ver. Sed con
tra hoc oppon. & ibi Ang. ff. titul. noſtro. & eſt tex. in l.
ex cõtractu, & ibi no. Bar. & Sali. C. de bo. autho. iudic.
poſ. Ange. in l. 4. ff. tit. noſtro. & cũ eis tranſit Iaſ. in §. fi.
col. pe. ver. nunquid autem ceſsio bonorũ. inſti. de act.
& vidimus ſupra in 2. q. principali. nu. 5. verſi. tu dic ꝙ
leges cõtrariæ. Quod intellige verum, quo ad credito-
res ante ceſsionẽ creatos: ſecus eſt in creditoribꝰ, qui
poſt ceſsionẽ cõtraxerũt, quia illa ceſsionis exceptio,
quo ad eos, debitori nõ ꝓderit, nec eis obſtabit, vt eſt
tex. à contrario ſenſu in d. l. ex cõtractu, & ibi Salice. in
prin. in 2. q. & ita fuit determinatũ in Capel. Toloſa. q.
136. Itẽ fuit quæſitum, an exceptio ceſsionis bonorum.

*SVMMARIVM.*

1 *Debitor qui bonis ceſſit, pro bonis quæ antẽ ceſſionem
habeat, agere aut conueniri non poteſt, ſed in poſtea
quæſitis ſic.*
2 *Debitor ſi lite pendente ſuper iniuriarum actione ce
dit bonis, iudicium ſuper illa actione intentatũ, am-
plius proſequi non poterit.*
3 *Moratoriam obtinens, ſicut à creditoribus conueni-
ri non poteſt, ſic etiam contra alios agere non poterit.*
4 *Debitor qui in fraudem creditorũ ceſſit bonis, nõ po-
teſt poſtea contra ſuos debitores agere.*

## Debitor qui ceſſit bonis, an agere ſeu conueniri poſſit.
## Quæſtio 17. princip.

1 DECIMOSEPTIMO principaliter
q̃ro, an debitor qui bonis ceſſit, agere
ſeu cõueniri poſſit? Reſp. ꝙ ꝓ bõis quę
ante ceſſionẽ habebat, neq; agere, neq;
cõueniri põt: ſecus eſt in poſtea q̃ſitis,
vt eſt tex. in l. itẽ ſi vnus. in prin. & ibi gl. ff. de arbi. Vn
de dicit Bal. ꝙ actiões ꝑſonales directæ, quæ peneſce-
dentẽ remanẽt, inanes ſunt, nec ab eo moueri ſiue intẽ
2 tari poſſunt: & ꝑpterea ꝑ illũ tex. in Cap. Toloſ. cõclu
ſum fuit in q. 249. Itẽ fuit q̃ſitũ, ſi actor, ꝙ ſi ſuꝑ iniuria
rũ actiõe actor lite pẽdẽte cedat bõis, iudiciũ iniuria-
rũ actiõe intẽtatũ, amplius proſequi non poterit, quia
ceſſiõis exceptio ei ſemꝑ obſtabit, & ẽt ipſe poterit cõ
tra alios ceſſionẽ opponere, niſi circa bõa poſt ceſſio-
nẽ acquiſita, cõueniretur aut ageret, vt ẽt deciſum re-
3 peritur in Capel. Tolo. q. 136. Itẽ fuit q̃ſitũ, an exceptio
ceſſionis. & eſt tex. in l. 4. in prin. & in fi. ff. tit. noſtro. &
tradũt Mod. Anch. in tract. de merc. in materia deco-
ctorũ in 3. part. nu. 14. Idẽ procedere dicas in morato-
riã obtinẽte, q̃ operatur ꝙ ſicut ille cõueniri non põt,
nec etiã cõtra alios agere valet, argu. ti. ff. ꝙ quiſq; iur.
& tradit Firma. in ſuo reꝑtorio. in verbo, moratoria.
nu. 2. vbi allegat Bar. in l. fi. C. ſent. reſc. nõ poſſe. qui ta-
men nullũ de hoc facit verbũ. Adde etiã ꝙ qui in frau
4 dem creditorum ceſſit bonis, nõ poteſt poſtea contra
ſuos debitores agere, vt eſt tex. in l. imperatores. & ibi
no. Alb. ff. de cur. bo. dan.

1 *Creditores,facta bonorum ceſſione,propria authorita te non poſſunt bona ceſſa occupare,nec inter eos diui dere & appropriare.*
*Bona ſi per debitorem creditori in ſolutum da.ta fuerũt,ab eo auocari non poterunt,eo.*
2 *Dominium in creditorem per dationem in ſolutum transfertur,ſi debitor eſt dominus:ſi vero non eſt, publiciana,& præſcribendi cauſa transfertur.*
3 *Priuilegiũ prioritatis anterioribus creditoribus per dationem bonorum in ſolutum non aufertur.*
4 *Creditores ex pacto & licentia per debitorem præſtita,bonorum poſſeſſionem in ſolutum datorum, propria authoritate ingredi poſſunt.*
5 *Licentia bonorum poſſeſſionem ingrediendi, dari poteſt in teſtamento per defunctum.*
6 *Cedens bonis,antequam bona ſint vendita, remanet dominus.*
7 *Creditores,facta per debitorem bonorum ceſſione, an in eorum tenutam mitti debeant?*
8 *Titulus de bon. autho.iudi.poſſi.quomodo procedat. Creditor miſſus in poſſeſſionem bonorum, debitoris ſit detentator & cuſtos,donec in poſſeſſionem ex ſecũdo decreto miſſus fuerit,eod.*
9 *Creditores,facta per debitorem bonorum ceſſione,inſtare debent bonis ceſſis curatorem dari.*
10 *Curator bonis ceſſis datus,bona vendit.creditoribus pro portione ſatisfacit, & contra cedentis debitores, actiones vtiles exercet.*
11 *Curator bonis ceſſis datus,quas actiones intentare debeat?*
12 *Curator ventris ad bona conſeruanda & cuſtodienda datus,non intentat niſi perituras actiones.*
13 *Curator bonis ceſſis datus,actiones etiam non perituras intentat.*
14 *Curator bonis ceſſis datus,in quibus caſibus ab alijs tutoribus & curatoribus differat.*
15 *Actio quæ datur curatori bonis cedentis, non eſt priuilegiata:ſecus in tutoribus & alijs curatoribus.*
16 *Curator bonis ceſſis datus,actione mandati conuenitur,alius autem actione negotiorum geſtorum vtili tenetur.*
17 *Curator bonis ceſſis datus,de dolo & lata culpa tenetur,alius vero de leui.*
18 *Curator bonis ceſſis datus,non iurat tempore interpoſiti decreti,alius autem ſic.*
19 *Curator qui datur bonis ceſſis,non inuitus, ſed volẽs datur,alius vero inuitus.*
*Tutela ſicut agnatis qui ſuccedere debent, ſic & cura defertur,eod.*
20 *Tutor & curator in teſtamento datus,ſi tutelam geſſit,non cogitur poſtea inuitus curam aſſumere.*
21 *Curator bonis ceſſis datus,agendo vel defendẽdo non cauet de rato,nec iudicatum ſolui,alias ſic,ſi de eius cura non conſtaret, vel probabilis eſſet præſumptio, quod curator non eſſet.*
22 *Curatores plures ſi bonis ceſſis dati ſunt, etiam quod vnus nõ attingat,in ſolidum conuenitur,ſicut ille qui attigerit,quod ſecus eſt ĩ alijs tutoribus & curatorib. Quod pcedit,ſi vnus ab aliquo cõueniatur,qui actionem ſe habere cõtra defunctũ vel debitorem aſſerit: ſecus,ſi ad reddendum adminiſtrationis rationẽ.eo.*
23 *Curator bonis ceſſis datus,adminiſtrationis rationẽ reddere tenetur,non illi qui bonis ceſſit, ſed illis quorum intereſt, niſi dolum vel latam culpam in dictis bonis commiſerit.*
24 *Curator adulto vſque ad triginta annos adminiſtrationis rationem reddere tenetur.*
25 *Curator bonis ceſſis datus, ſi ſine inquiſitione datus eſt,inuentarium facere, & fideiuſſorẽ dare tenetur.*
26 *Curator ſi bonis ceſſis non reperitur,qui hanc curam ſuſcipiat,quid agendum ſit.*

## Creditores,facta bonorum ceſsione, an poſsint propria authoritate bona cedentis occupare.

### Quæſtio 18. princip.

1 DECSIMO OCTAVO principaliter quæro,facta bonorũ ceſsione,an creditores bona debitoris occupare, & iure
dominij retinere poſsint?Reſpon.ꝙ cedẽ
ti nihil amoueri debet nec per iudicẽ,ne-
que per aliũ,nec creditores propria authoritate bona
ceſſa occupare,nec inter eos diuidere,& appropriare
pñt.tex.eſt in l.legis Iuliæ,vbi Bar.Bal.Ang.Sal.& Pau.
de Caſtr.C.tit.noſtro.immo ſi illa occupauerint, non
obſtante longi temporis pręſcriptione,poterũt ab eis
auocari, niſi per debitorẽ ipſis creditoribus in ſolutũ
data fuiſſent,vt ibi in fine.dicitur,tradit Oſti.in ſumma.titul.noſtro.col.j.verſi. ſed nec creditores. & Bart.
in dict.l.legis Iuliæ, quem ſequuntur omnes ibi. nam
2 iſto caſu debitor in creditores dominium transfert,
& ſi non eſt dominus, Publicianam, & præſcribendi
3 cauſam, non tamen per hanc traditionem prioritatis,
priuilegium anterioribus creditoribus aufertur. arg.
4 l.fi.§.& ſi præfatam.C.de iure delib. vt voluit Bald. &
ſequitur Salic. in d.l.legis Iuliæ. & poterunt creditores ex pacto licentia eis per debitorem data, poſſeſſionem, dictorum bonorum inſolutum datorum, author.propria ingredi,quum inter eos tale pactum valeat,vt ibi per eundem Bald.& Salic.& aliquibus locis
ex municipali diſpoſitione etiam abſque pacto hoc fa
5 cere poſſunt, vt in noſtro Ariminenſi ſtatuto ſub rubric.de permiſſa ceſſione bonorum diſponitur.Quod
extendunt ijdem etiam in licentia per defunctum in
eius teſtamento tradita.l. Titia cum teſtamento.§.j.
de leg.ſecundo.vt etiam firmat Neguſan.in tractat.de
pignor,in quarta par.col.10. verſi.tertia concluſio eſt.
nume,12.per not.per Bar.in l.creditores.col.3.in princ.
6 in 2.q.principali.vbi etiam Salic.in 5.col.verſic. Quæro tertio.C.de pigno. Interim ergo & antequam vendita fuerint bona,cedens remanet dominus.d. l. legis.
Iuliæ,& l.3.ff.ti.noſtro.& reperitur deciſum in Capel.
Toloſa.q.134.Item an cedens.Facta igitur bonorũ ceſ-
7 ſione,refert Pet.Iac.in ſua practica tit.noſtro.in 5 not.
quod creditores in tenutam illorum bonorum poni
debent,vt tangitur in rub.de bo.author.iudi.poſ.Ego
vero hoc non bene dictum arbitror, quum in materia
ab illo tit.differenti ſimus,ſi enim hoc verum eſſet, ſequeretur quod neceſſe non eſſet, nec requireretur bo-
8 nis cedẽtis curatorem dari,vt infra dicetur. Præterea
titulus ille procedit, quando creditor in cõtumaciam
debitoris ſe non defendentis,mittitur in poſſeſſionem
bonorum ſuorum ex primo decreto, vt declarat Paul.
de Ca.in rub.C.ſi aduer.vendit.pignor.& ſic creditor
fit detentator, & illorum bonorum cuſtos, donec in
poſſeſſionem ex ſecundo decreto debitore latitante fuerit miſſus,cuius virtute poſtea ad bonorum venditionem proſiliri poterit,vt eſt text. in l. in venditione.§.prim.ff.de bo. authoritat. iudic. poſſeſſ. & declarat Spec.in §.nunc dicamus,colum.5.verſicu.Illud autem.in titulo, de ſecundo decreto. Quod eſt ſecus in
9 caſu noſtro,quum facta per debitorem bonorũ ceſſione,inſtare debeant creditores bonis ceſſis curatorem
dari,vt eſt text.in l.fin.ff.de curat.bon.dan.tradit Rofre.



frẽ.in tract.libel.in rub.de offic.iudic.quo cura.datur
bon.col.3. ver.hac ceſsione facta.& firmat idem Petr.
Iac.in d.5.nota.verſi.item dabitur curator.vbi allegat
d.l.fin.de cura.bo.dan.& l.2.C.quando fiſc.vel priuat.
Sequitur ergo quod non mittuntur creditores in poſſeſsionem bonorum dicti cedentis,niſi iure municipa-
10 li permittente,vt in noſtro Ariminen.ſtatuto ſub dict.
rubr.de promiſſa conceſ.bon.diſponitur. Sed dabitur
illis bonis curator, qui curator ea bona vendet,creditoribus pro portione ſatisfaciet,vt d.l.fi.& contra debitores cedentis vtiles actiones exercebit.l.de curato
11 re,circa prin.ff.de cura.bon.dan.Quas autem actiones
curator ille intentare debeat,glo.in d.l.de curatore.in
verbo,rata habebuntur.dicit,quod perituras intenta
bit.in perituris vero ſe remittit ad l.creditore.in prin
cip.ff.de bon.autho.iudic.poſsi.vbi Albe.de Roſat.diſtinguit: Aut curator ad bona conſeruanda datur, aut
12 creditoribus ſoluat.Primo caſu quãdo ad conſeruanda & cuſtodienda datur,vt eſt curator ventris, & ille
non intentat,niſi perituras,vt in dicta l.creditore. cũ
13 concordan.ibi traditis.Secundo caſu quando ad bonorum diſtributionem datur, ſeu vt creditoribus ſoluat,vt quia bonis debitor ceſsit,& tunc etiam nõ periuratas intẽtat,vt dict.l.de curatore, & l.prætor.§.his
verbis.ff.de bon.autho.iudi.poſs.Vel vt alij inquiunt,
quod quaſi in idem recidit,aut datur curator antequã
bonis debitor cedat,& tunc perituras tantum exercere poteſt, vt dicta l.de curatore. & dicto §.his verbis.
Aut datur poſtquam bonis debitor ceſsit,& tunc quũ
bona ceſſa vendere debeat, & inter creditores diſtribuere,etiam nõ perituras actiones intenta,vt dictum
14 eſt.Pro hoc facit l.Fulcinium.§.adeo.ff.ex quib.cauſis
in poſ.ea.& tradit Spec.in §.cum autem.colũ.4.verſic.
15 item curator ad litem.in titu.de curat. Scias tamen ꝙ
iſte curator datus bonis cedentis,ab aliis tutoribus &
curatoribus differt.Primo,quia actio quæ in hunc datur,priuilegiata non eſt:in alium vero,ſic.l.idem pri-
16 uilegium.ff.de priuil.credi.Secundo,hic actione mandati conuenitur.l.ſi mandauero.§.ſi procurator. ff.mã
17 dati.alius vero,negotiorum geſtorum vtili tenetur.l.
curatores.C.de nego.geſt.Tertio,hic de dolo tantum
& lata culpa tenetur.l.prætor.§.eſt præterea.& l.in vẽditione.§.de eo tempore.ff.de bo.autho.iudi.poſsidẽ.
18 Alius autem,de leui.l.tutori.C.de nego.geſt. Quarto,
hic tempore interpoſiti decreti non iurat,ille vero ſic.
19 §.fi.in authen.vt hi qui oblig.habent res minor. Quinto hic non inuitus,ſed volens decernitur, niſi magna
neceſsitate imminente,& tunc ex mandato iudicis.d.
l.de curatore.§.quæritur.alius vero inuitus creatur.§.
quibus.inſtitu.de ſatiſdatio.tuto.glo.in d.§.quæritur.
in verbo,rata,& in verbo,inuitum.& eſt ratio,quia ſicut agnatis,qui ſuccedere debẽt,tutela defertur.ſic &
cura.l.fina.§.ſin autem teſtamentum.C.de cura.furio.
tradit Specu.in d.§.cum autem.colum.j.verſ.Sed nun-
20 quid mater. Niſi talis in teſtamento tutor & curator
datus fuiſſet.ſi enim tutelam geſsit,inuitus poſtea curam ſuſcipere non cogitur.§.qui tutelam.inſtit.de ex-
21 cuſa.tuto.& l.curator.C.eo.titu.Sexto hic agendo vel
defendendo,de rata non cauet,nec iudicatum ſolui.l.
actor.ff.rem ratam haber.alius ſic,ſi de cura eius non
conſtaret,vel probabilis eſſet præſumptio quod cura-
22 tor non eſſet,vt not.per gloſ.in dicta l.actor.Septimo,
ſi plures curatores conſtituti & bonis ceſsis dati ſunt,
etiam quod vnus non attingat,in ſolidum conuenietur,ſicut ille qui attigerit.dict.l.de curatore.§. ſi tres,
ex quo volentes & ſpontanei conſtituuntur, quod in
aliis eſt ſecus,quum primo qui attigit, quam qui non
attigit,conueniatur,vt not.in l.2. C.de diui.tutel.in l.
tutores qui poſt ſententiam.§.curatores.ff.de adminiſtuto.& argumen.l.credito.§.duob.ff.manda. Intellige
ſane,quod in ſolidum cõuenietur,ſi vnus ex curatoribus bonis datus,ab aliquo cõueniatur,qui contra defunctum vel debitorem ſe actionem habere dicebat,
ſi vero ad rationem reddendam conueniatur,tunc qui
primo giſsit,conuenietur, quam qui non adminiſtrauit,prout in tutoribus & curatoribus dicitur. & ita
obſeruandum eſt ſecundum Rofred. in dicto tractatu
libel.in rub.de offic.iudic.quo cura.datur bo.in penul
23 tima col.verſi.item quæritur,ſi plures.num.8. Octauo
hic adminiſtrationis rationem,non illi qui bonis ceſſit,ſed aliis tantum,quorum intereſt, reddere tenetur.
l.pe.ff.de cura.bo.dan.& no.in l.ſi plures.eo.tit. niſi in
dictis bonis aliquid dolo,vel lata culpa commiſerit.d.
l.prætor.§.eſt præterea.voluit Rofre.in d.rub. de offi.
24 iudi.quo cura.datur bo.col.fi.verſic.Quæſtio.Sed cui
reddet rationem,& not.Pet.Iac.in d.5.not.verſic.item
curator datus.Quod ſecus eſt in alio curatore, qui adulto,cuius bona adminiſtrauit, rationem etiam poſt
longum tempus annorum 20.& vſque ad annos 30.reddere tenetur.l.maxime.& ibi not.ff.de adminiſt.tutor.
25 l.tutores.vbi doct.C.arbit.tut.& tradit Boeri.in deciſ.
59.Tres aut quatuor.in princip.Adde tamen,quod hic
curator datus bonis ceſsis, inuentarium facere tenetur,vt eſt text.in l.j.§.fina.ff.de ven.in poſ.mitten.tradit Spec.in §.fi.col.pen.verſi. Opponitur autem in tit.
de curato.& Ange.in auth.vt lice.matri & auiæ. ad finẽ principij.ver.fideiuſſiõe.vbi ẽt teneat,ꝙ fideiuſſorẽ præſtare tenetur,vt l fi.§.ſin autem teſtamẽto.C.de
26 cur.fur.Intellige tamẽ eſſe verũ, ſi ſine inquiſitiõe datus eſt.tunc enim ſatiſdat:ſecus, ſi inquiſitione.& tũc
nõ ſatiſdat,ſecundũ Spec.in d.§.fi.col.pe.circa fi.verſ.
Curator autem.Sed quid ſi poſt ceſſionẽ reperitur nemo,qui curam hanc ſuſcipiat,an de illis bonis inuentarium per aliquem fieri debeat,ne bona diſſipentur?
Dic ꝙ bonum erit,vt iudex dictorũ bonorũ inuẽtariũ
faciat,vel ꝙ ea ſequeſtrẽtur, vel penes aliquẽ ad creditorum inſtantiã deponantur: nec debitor ex hoc conqueri poterit,quũ ipſe,ex quo ceſſit bonis,hoc voluiſſe videatur, & ſic velle videtur ꝙ creditorũ ſecuritati
prouideatur taliter,ꝙ eis de bonis per ipſum relaxatis
ſatiſfiat,& ſi quid de illis poſt creditorum ſatiſfactionem ſuperfuerit,habebit cedens:ſi vero ad ſatiſfactionem nõ erunt,creditores de bonis in poſterum per debitorem quærendis ſatiſfient.l.ex contractu.C. de bo.
auth.iud.poſ.cum concord.

*SVMMARIVM.*

1 *Debitor an per bonorum ceſſionẽ à debito liberetur. & num.3.*
2 *Exceptio inuentarij ſententiã nõ perimit,aut elidit; quia eſt intentionis & facti exceptio, quæ contra ſententiam non venit.*

## Debitor an à debito per bonorum ceſſionem liberetur.

### Quæſtio 19.princip.

1 DECIMONONO principaliter q̃ro,an debitor ꝑ bonorũ ceſſionẽ à debito liberetur,ita ꝙ amplius inquietari nõ poſſit?gl.j.in l.vbicunque.ff.de fideiuſ.tenet,cedentẽ bonis, ipſo iure à
ciuili obligatione liberari, remanente tamẽ naturali,
per tex.in §.fi.Inſti.de replica.idem tenere videtur gl.
in c.ſicut dignum.§.eos.in verbo,habeãt.extra. de homici.quã gl.j.ſequitur Dy.ibi per tex.in l.hæres à debitore.§.ꝙ ſi ſtipulatur.ff.de fideiuſ.idem firmat Ray.de
Forli.in l.j.C.ti.noſtro.& ita tenet Nic.de Neap. in §.
fi.Inſt.de act. Cy.in d.l.j.opinionem dictæ gl.tenere videtur,ꝙ tollatur ciuilis,& naturalis remaneat:& ſi diceretur,ex ſola naturali agi poterit:reſpõdet ipſe, hoc
eſſe ob ciuilis obligatiõis reliquias,quę cũ illa naturali fuerat,cuius calore iuuatur.ſicut econtra ex ſola ci-

uili agitur, quæ calore naturalis iuuatur, cuius concomitātiam habuit, vt in l.ſi vnus.§.pactus ne peteret.ff. de pact.& ita eum refert Albe.in rub.C.titu.noſtro.in 2.col.in fi.verſ.Secundum beneficium eſt.& ita tacito authore reſpōdet Bal.in d.§.fi.col.fi.ver.vlterius quæro.Inſti.de actio.vbi etiam reſpondet ad l.ex cōtractu. C.de bon.autho.iudi.poſ.dum in ea dicitur, ꝙ cedens bonis, ope exceptionis iuuatur, ſecundum eum, de facti vel intentionis exceptione intelligi debet, prout inquit Ancha.conſi.6.Viſo themate.col.2.poſt prin.verſ.

2 Arbitratum eſt in exceptione inuentarij, quæ ſententiam non perimit, aut elidit, ſed eſt intētionis & facti exceptio, quæ contra ſententiam nō venit, vt pulchre ſcribit Neguſan.in tract.de pign.in 4.membro quintæ partis.nu.10.verſi.ſecunda concluſio.Ang. vero in d.l.j.& in d.l.ex contractu, inquit, debitorem nec ipſo iure, nec ope exceptionis liberari: quia ſi ad pinguiorem peruenerit fortunam, exigi poteſt, deducto ne egeat.d.l.ex contractu,& l.4.& l.qui bonis.& l.pe.ff.tit.noſtro.

3 Contrarium tamen tenet Bart.in d.l.j.in prin.& in d.l.ex contractu.dicens debitorem nō ipſo iure, ſed exceptionis ope liberari.& ſequitur glo.in d.l.j.quā inquit eſſe veram, quicquid dicat Dy.in d.l.vbicunq;. & hanc opin.probat per d.l.ex contractu, idem Bart.in d.l.qui bonis.tenet, à ciuili obligatione nō liberari, quia poſt ceſsionem conueniri poteſt, & ſic ciuilis obligatio nō eſt ſublata, & hanc refert eſſe veritatem, quanuis contrarium not.in d.l.vbicunque.Eandem opin.tenet Albe.in d.verſi.Secūdum beneficium eſt.vbi allegat Dy. innuere, quod vtraq; tollatur ex eo, ꝙ ſi remaneret naturalis, cum ea remaneret & fideiuſſoria. concludit tamen Alberic.ibi, ꝙ vtraque remanet, & non liberatur cedens, niſi ope exceptionis: quia exceptio actionem præſupponit, & quia ſi ad pinguiorem fortunam peruenerit, contra eum cum effectu agi poteſt.d.l.4. & d.l.qui bonis.idem firmat Bald.in d.l.j.in princi. dicens glo.in d.l.vbicunque.male dicere.ſequitur Sali.ibi in princ.dicens glo.in d.l.j.communiter teneri per doct. tam iuris ciuilis, quam Canon.vt in ca.Odoardus.vbi Imol.in 2.col.in prin.verſ.vltimo no.extra, de ſolut.& pro ea adducit tex.in l.pe.in fi.C.titul.noſtro.vbi ſi ad pinguiorem fortunam peruenerit, vult tex.ꝙ ab eo ad modum debiti pro creditorū ſatisfactione euelli poſſit, & ſic vult Sali.ꝙ vtroque iure cedens exigi valeat, prout prius exigi poterat, vnde datur intelligi ꝙ ciuilis non eſt ſublata, quia ex ſola naturali actio non datur, & hoc confirmatur, quia bonorum ceſsio nō tendit ad contradicendū actioni, nec obligationi. & propterea inquit tex.in d.l.j.ꝙ liberati non ſunt, & ꝙ nulla obligatione liberetur, ſed exceptione tantū tutus ſit cedens bonis.tenēt Bar.Ang.Imol.& Cuma.in d.l.vbicunque.idem tenet Bal.in l.cum quis.in vltima col.C. de iur.& fac.ignorā.& in l.tam mandatori.col.2.C.de non nume.pec.Ang.in l.nemo carcerem.circa fi.C.de exact.trib.lib.10.idem etiam firmant Io.Fab.Aret.Iaſ. & communiter docto.in dicto §.fin.col.j.not.Inſtit.de action.& ita tenet Rota in deciſion.567.Vtrum poſsit. colum.2.verſi.tertius ſecundum quorundam opinion. in antiq.dicens opin.gl.in d.l.vbicunque. ſibi nō placere, quia nec ciuilis, nec naturalis tollitur, ſed eius effectus differtur, donec cedens ſatisfacere valeat.

*SVMMARIVM.*

1 *Renuntiari ceſſionis bonorum beneficio an poſſit! & nu.5.9.12.& 15.*

2 *Renuntiari non poteſt iuri de futuro, niſi interuenerit pactum.*

3 *Carcer quanuis non ſit ſeruitus, eſt tamen vna quaſi ſpecies ſeruitutis.& nu.6.*

4 *Conſuetudo & ſtatutum, quod quis pro debito ſoluendo obliget ſe ad carcerationem ſuæ perſonæ, valet & tenet.*

*Statutum prohibens ceſſionem, an valeat.ibid.*

*Pactum & ſtatutū paribus paſſibus anbulant, eod.*

7 *Carceratio contra bonos mores eſſe non dicitur.*

8 *Maritus renuntiare nō poteſt beneficio quod habet, ne conueniatur vltra quam facere poteſt.*

9 *Renuntiatio beneficij ceſſionis valet, accedente iuramento, niſi renuntiantis mēdicitas eſſet notoria, & nu.10.ſed contra, nu.13.*

11 *Filius per pactum obligari non poteſt, vt à patre alimenta non petat.*

*Pactum iuratum contra ius alimentorum non valet, ibidem.*

12 *Carcer non ad pœnam, ſed ad cuſtodiam tantum eſſe debet.*

14 *Pactum, quod debitor ad carceres etiam publicos ſe obliget, in inſtrumento non valet.& nu.15.*

16 *Partes facere nequeunt, quin ſolennitas & ordo ſeruari debeant.*

*Proceſſus ab executione inchoari nō poteſt.ſed requiritur quod libellus, litis cōteſtatio, & ſentētia præcedat.eod.*

*Libellus & citatio in ciuilibus ad capturam præcedere debet.ibidem.*

17 *Pactum, per quod conuenit debitor, vt ſi in termino, nō ſoluerit, poſſit citatione & contumacia non præcedente excommunicari, non valet.*

18 *Pactū, vt creditori liceat authoritate propria debitorem in termino nō ſoluentem capere, nō valet, etiā ſi iuratum ſit.*

19 *Pactum, quod ſcriptor in compedibus detineri poſſit, valet.*

*Gl.in l.ſtipulatio.§.ſiue autē.ff.de no.oper.nūcia.eſt communiter approbata, eod.*

20 *Obſes per pactum obligari poteſt, quod detineatur: & pactum, ob generalem conſuetudinem valet.*

21 *Redēptus ab hoſtibus pro pecunia, poteſt inuitus pro pecunia non reſtituta, à redimente retineri.*

22 *Debitor fugitiuus, per creditorē propria authoritate capi poteſt.*

23 *Pactum quod debitor perſonaliter detineri nō poſſit, valet & t ent.*

## Debitor an renunciare poſſit beneficio ceſſionis bonorum.

### Quæſtio 20.q.princip.

1 VIGESIMO principaliter q̄ro, nūquid ceſſionis beneficio per debitorē renunciari poſſit, & ſic valeat pactū, quod debitor non poſſit cedere bonis? Dyn. in l.alia.§.eleganter, ff.ſolu.ma.tenet ꝙ non idem tenet ibi Ray.de Forli.Bart.& Imol, qui allegant authenticam, immo.C.de action.& obſt. cum ibi not. per glo.idem Bar.in l.fin.ff.tit.noſtro.Bald.in §.fin.col. fi.ad fin.Inſti.de action.Alb.de Roſa.examinat late in rub.C.tit.noſtro.in 3.colum.in prin.verſi.Item quæritur, nunquid poſſit debitor renunciare.Angel.in l.nemo carcerem.Cod.de exacto.tribu.libr.10.idem tenet & ſequitur Salic.in l.j.col.pe.in 9.quæſt. C.tit. noſtro.

2 vbi varias doctorum opin. adducit, videlicet, aut eſt ſimplex renunciatio, & non valet, qui eſt de iure futuro, cui renunciari nō pōt.l.is qui hæres ff.de acquir. hæred.l.ſi ita ſcriptum.§.j.de leg.2.& l.j. Cod. de pact. Quod autem ſit de iure futuro, probatur. Nam ius ceden-



cedendi bonis, non cōpetit niſi facta condemnatione, vel debito in iudicio agnito.l.pe.ff.tit.noſtro. Aut eſt pacto admixta, & tunc valet, vt d.l.j.C.de pactis.Decius conſilio 31.& pro tenui.colum.2.verſ.ſecundo nō obſtat.volumi.j.cum concordan.de quibus per Pariſi. conſil.93.Finis & conuentio.in prin.conſi.94. Viſo inſtrumento.num.28.& conſi.95.eſt fere.colum.j.volum. 3.Iſta opinio in primo membro, non placuit Iacobo de Aret. dicenti ſimplicem renuntiationem non præiudicare, quando in contractu vel iuxta contractum facta eſt, vt in legibus ſupra allegatis.Sed vbi in cōtractu facta ſit, exempli gratia, quia trecentum mutuo, & acceptāns ceſsionis bonorum beneficio renuntiat, tunc valere debeat, tum quia robur & efficaciam ex contractus cohærentia, veluti pactum nudum aſſumit.l.iuriſ gentium.§.quinimmo.ff.de pactis.tum quia parti præſenti fit, ideo contra ceſsionem ſaltem per replicationem ei parere debet.argumen.l.tale pactum.cum ſimilibus.ff.de pactis.& ideo ipſe dixit, quod ſiue per pactum, ſiue ſimpliciter in ipſo cōtractu, vel iuxta illum, facta ſit, valet per l.ſi quis in conſcribendo.C. eodem. vbi ex interuallo à contractu facta ſit, quod nō valeat, ſeu renuntianti non noceat.Non obſtat ſecundum eū textus in l.ſi vnus.§.pactus ne peteret.ff.eodem. ibi enim pactum ex interuallo factum, quo ad replicationem prodeſt, quia ibi per contrarium pactum eliſa eſt per exceptionem actio, quod non eſt in caſu noſtro: ideo inquit, ſi renuntiatio condemnationis tēpore fiat, quod non nocet, quaſi ex interuallo facta. Dyn, autem dixit, quod ſiue ſimpliciter, ſiue per pactum in contractu, vel iuxta contractum fiat, non nocet. Primo, quia carcer, qui ad cuſtodiam inuentus eſt.l. aut damnum. §.ſolent.ff.de pœnis.& cap.quanuis.cum concordan.

3 ibi per gloſſam relatis.eodem titul.in ſexto. nunc erit ad pœnam per pactum inducendam.Sed quia pactum eſt contra bonos mores & naturalem æquitatem, quia contra humanitatem, igitur valere mon debet. dicto §.eleganter.Tertio, quia inuitus in carcerem deducitur, vt perpetuo retineatur.ſed quanuis hæc non ſit ſeruitus, vt inquit gloſſ.final.in l.j.C.titul.noſtro. eſt tamen vna quaſi ſeruitus, & ſeruitutis ſpecies, ad quam ſe obligauit.l.ſecunda.ff.de liber.exhibē.Alexan.conſilio 133.Circa executionem in princip.volumin.4. ergo non eſt admittenda, argumen.l.duobus.& l.ob æs. C.de actionibus & obligatio. Quartum addit Salice. quia creditor de duritia, quæ à iure reprobata eſt, & contra bonos mores, redarguitur, vt l.ſeruus ea lege. ff.de ſer.exportan.& quia nihil agit, niſi vt efficiatur debitor, igitur non eſt audiendus.l.in fundo.cum ſimilibus.ff.de rei vendi.Item quia liberi hominis caro & corium in commercium incluſionis carcerum, ad petitionem & creditoris voluntatem per indirectum deduci videtur, contra l.inter ſtipulātem.§.ſacram.ff. de verbo.obliga.& hæc omnia votum captandæ mortis illius debitoris inducunt, contra l.fi.C.de pact. & hāc opin.tenet Richar.Malumb.vt refert Cy.in d.l.j.in vltima quæſtione.C.titulo noſtro.qui etiam illam tanquam humaniorem ſequitur.hoc idem tenet Iacob.de Selui.in §.quod autem.in authen.de fideiuſſo.& hanc partem tanqūam humaniorem amplectuntur communiter Canon.in c.Odoardus.de ſolu.vt atteſtatur Ripa in l.obligatione.col.6.num.30.verſicul.Supereſt vt examinemus.ff.de pigno.idem firmat Anto.de Butr.in c.cum contingat.col.4.de iureiur.Eandem opi. ſequitur Pet.Iacob.in ſua practica titu.noſtro.colum. pen.

4 & fin.in 10.nota. Niſi in locis vbi conſuetudo viget, vel ſtatutum, quod quis pro debito ſoluendo ſe ad ſuæ perſonæ carcerationem obliget.talis enim conſuetudo & ſtatutum valet & tenet. argu.l.omnes populi.ff. de iuſti.& iur.& l.de quibus.de legib.& c.j.de conſtit. in 6.non tamē hoc caſu prohiberi poterit, quin bonis cedere valeat, ne in carcerem detrudatur, ſecundum Bald.in l.j.col.2.in princ.verſic.Quæro, ſi ſtatutum dicit.C.tit.noſtro.& vidimus ſupra in 3.quæſt.principali.num.4.verſi.& prædicta intantum ſunt vera. Quinimmo ſi extaret ſtatutum, prout extat Genuæ ac Piſtorij, bonorum ceſſionem prohibens, non valeret, ex quo perpetuam induceret ſeruitutem, & contra bonos mores eſſet, vt eſt pactum, & quod per pactum fieri non poteſt, non poteſt etiam per ſtatutum fieri, quum pactum & ſtatutum paribus paſſibus ambulent.gloſſam. eſt ordin.in rub. Codic.de decre.decur.libro 10. & declarat Euerard.in tract.de modo arguendi, argum.89. De pacto ad ſtatutum.quamuis Alb. Pap. quem refert & ſequitur Angel. in l.tale pactum.§. qui prouocauit, col.pe.verſic.Deinde quæro ſub numero.27.& 28.ff.de pac.teneat dictum ſtatutum valere, licet duriſſimum fit.l.proſpexit.in princi.ff. qui & à quibus.maxime rectori qui ſtatuta ſeruare iurauit. Hoc tamen idtellige ſecundum Barto.Veronen.in l.quod ſi nolit.§.qui aſſidua.col.3.verſic.Et adde quod licet.ff.de ædil. edict.ꝙ quamuis ſeruare ſtatuta iurauerit, ei tamē licitum eſt illa ex cauſa trāſgredi, quum hoc faciat, vt multorum ſalus procuretur. abſurdum eſt enim ſtatuta pro publica vtilitate facta, contra vtilitatem publicam ſeruare.ſupradictam opin.etiam ſequitur Are.in dict.§.fin. in vlti col.Inſt.de action.vbi allegat Raph.in d.§.eleganter dicentem, opin.Bartō.eſſe communem eandem etiam ſimpliciter ſequuntur Card. & Imo.in ca.lator. col.4.in fin.verſic. ſed iuxta prædicta quæri poteſt.nu. 18.cum ſeq.de pign.& idem Imol.in d.cap.Odoardus. colum.2.in fin.verſi. Sed iuxta prædicta quæri pōt, nu. 22.& eam pluribus argumētis ſuſtinere conatur Paul. de Liaza.in ſua diſputa. incip.Primo quæritur vtrum. in 3.dubio.Idem tenet Marian.Socin.in c.ſi diligenti. col.2.ad fi.verſ. Quinto infertur.extra.de foro compe. & ita fuit deciſum in Parlam.Delph.vt refert Gui.Pa. in deciſio.211. Debitor non poteſt.& nouiſſime Berous in lib.quæſtionum famil.q.133.Papa.col.fin.verſi.Suadentur præmiſſa.vbi addit etiam ſi iuramentum interteruenifſet, à quo dicit recedi poſſe, etiam non obtenta licentia & abſolutione ſuperioris. hoc tamen vltimum non tenet Henri.de Boen.in repetit.auth. ſacramenta puberum.C.ſi aduer. vendit. quem refert & ſequitur Gui.Pa.in deciſi.234. Item fuit dubitatum, ibi ſimiliter etiam de eo.Idem firmat Curia Toloſa.q.258. Item fuit quæſitum.Socer & ſocrus, in ſocero & ſocru beneficium habentibus, vt non conueniatur vltra quā facere poſſint, ſi in inſtrumento promiſſionis dotis, dotem ſoluere iurauerunt, & conueniantur, de dicto beneficio excipere non poſſunt, niſi prius abſolutionē à iuramento obtinuerint, & prædictam opinionem inquit Albe.in dicta rub.C.tit.noſtro.in vlti.col.ſub nu. 13.vidiſſe communiter approbari, & pluries de facto

5 obtinuiſſe.Contrariam opin.tenet Angel.& late Roma.per multas rationes & fundamenta in d.§.eleganter.Idem conſuluit Frede.de Senis.conſi.60. Quod pactum.& idem tenet Imol.in d.c.cum contingat.in primo & decimo membro principali.in 12.fol.verſi.Item aduerte quia per prædicta.& ſentit in ca.ex reſcripto. extra, de iureiur.& hæc opin.verior videtur ſecūdum Alexan.in d §.eleganter.col.4.in princip. & Ripam in d.l.obligatione.numer.30.quam etiam tenet & ſequitur Felin.in dicto c.ex reſcripto.col.3.ver.Et iſta inducuntur.num.9.& in d.c.ſi diligenti.col.j.ver. Tertium corollarium. Quia fauori pro ſe introducto quilibet renuntiare poteſt.dict.l.ſi quis in conſcribēdo, & l.pactum.inter.ff.de pact.Item quia ſi per acceptationem quinquennalis dilationis tacitæ ceſsionis beneficio debitor renuntiare videtur.l.fi.cum ſua glo.C.tit.noſtro.quanto magis expreſſe renuntiare poteſt? argum. l.cum quid.cū concor.ibi citatis.ff.ſi cert.pet.Nō ob. ſecundum eum, quod ad ſeruitutē vel ad quandā eius ſpeciem ſe obligare videatur, vt dictum eſt ſupra, quia

hoc non eſt verum,vt dicunt gloſſ.& doćto.in dicta l.
j.poſtquam debitor lege permittente carceratur. Nec
eſt verum,quod ſit contra bonos mores:quia vt inquit
Bartolus in l.Titio centum.§. Titio centum relicta.ff.
7 de conditio.& demonſtr.illud in carcere priuato pro
cedit,ſecus ſi iudicis authoritate,quia tunc cõtra bo-
nos mores eſſe non dicitur: & ſi contra bonos mores
eſſet carceratio, à lege inducta non fuiſſet, vt inquit
Felin.in dicto c.ex reſcripto.col.4.poſt Alex.in d.§.ele
ganter.col.4.verſicu.nam ſi carceratio.& quamuis be-
8 neficio, ne maritus cõueniatur vltra quam facere poſ
ſit,renuntiare nequeat,illud eſt ſpeciale fauore perſo-
næ;cui reuerentia debetur,vt eſt textus in dicto §.ele-
ganter,& in l.vnica.§.cum autem in exactiõe.C.de rei
vxo.action.quod eſt in aliis ſecus ſecundum gloſſam
& Alexand.in dicto §.eleganter,d.verſi. nam & ſi car-
ceratio.& in l.ſi conuenerit.col.pen.in prin.verſic.Vl-
terius quærit gloſ.ff.de re iudi.Eandem opi.quod tale
pactum & renuntiatio,maxime accedente iuramẽto,
9 valeat,tenet & ſequitur Marian.Soci.in tractat.de ci-
tation.17 articulo.col.4.verſi.Sed dicit Ioan.And. nu.
18.& ita fuiſſe deciſum reperio in Capel.Toloſ.quæſt.
61.Item fuit quæſitum,an ceſsioni bonorum,& ita cõ-
ſuluit Abb.conſi.42.in quæſtio Dominici.in 2.part.ſe-
quendo Freder.de Sen.d.conſi.60.Niſi eſſet notoria &
10 manifeſta mendicitas,vt ſi debitor creditoribus ſoli-
dum ſolueret,mendicare cogeretur:quo caſu pactum,
etiam ſi eſſet iuramento firmatum, non teneret: quia
contra ius alimentorum eſſe videretur,quum per tale
pactum in ſolidum teneretur,non deducto ne egeret,
quod non admittitur, prout in filio dicitur,qui per pa
11 ctum,vt à patre alimenta non pateat, obligari nõ po-
teſt.allegat nota.per Specul.in §.primo.colum.tertia.
verſicu.Sed pone,quidam emancipauit,in titu. qui fi-
lij ſint legitimi.& facit tex.in c.cum quidam.§.fina.&
ibi not.Bald.& Felin.extra,de iureiur.& idem Feli.tra
dit in d.c.ſi diligenti,col.2.in prin.verſic. Tamen ſi ca
12 lamitas.cum verſi.ſeq.vbi habetur,quod pactum iura
tum contra ius alimentorum non valet,nec tenet. Su-
pradictam quæſt.examinat late Bald.in d.l.j.col.penul
ti.verſi.Quærunt doct.C.tit.noſtro.& tandem ſupra-
dictas opin.ad concordiam reducere conatur:videli-
cet,aut quæritur quantum ad carceris effectum, vt de
bitor ceſsioni bonorum renuntiando,carceres nõ au
fugiat:& tunc renuntiatio non valet, quia creditoris
non intereſt,debitorem in carcere mori: carcer enim
non ad pœnam, ſed ad cuſtodiam tantum eſſe debet,
dicta l.aut damnum.§.ſolent.ff.de pœnis.l. verum eſt.
ff.de verborum ſignification.& l.j.& 2.C. de cuſtodia
reorum.cum vulga.Aut quæritur,quantum ad ceſsio-
nis effectum,vt in bonis poſtea quæſitis teneatur etiã
in ſolidum,non deducto ne egeat,& hoc caſu pactum
& renuntiatio valet,quia hoc turpitudinem non con
tinet:vnde ſecundum eum,quicquid debitor de die in
diem lucrabitur,creditori aſsignare cogetur, ſaluo ta
men neceſſario victu,qui laborãtibus ſubtrahi nõ po-
teſt, vel à petitione diurnarum operarum abſtinebit
creditor.l.ſuo victu.ff.de operis liberto.Cum hac cõ-
cordia tranſit Raphael in dicto §.eleganter, videlicet
quod dicta renuntiatio valet,quo ad hoc, vt in ſolidũ
ſoluere cogatur,deducto ne egeat,nõ autem vt in car-
cerem detrudi poſsit. & hoc aſſerit eſſe verum, præ-
ſertim ſi iuramentum interueniſſet,vt etiam ſequitur
Ripa in dicta l.obligatione,ſub numer.33 verſicul.ter-
tio declara.Eam quoque concordiam ſequitur Areti.
in d.§.fi.in fi.& Guid.pap.in d.deciſ.211.in prin. & Vi-
tal.in tract.clauſula.in rub.An poſsit renuntia.benefi-
cio ceſ.bon.col.j.ad fi.verſi.tu cõſiderãdo hos opi.vbi
plene & latius quam alter hanc quæſt.examinat, quã-
uis Alex.in d.§.eleganter,col.4.verſicu.Alij in hoc ar-
13 ticulo.improbet eam. Et ita ſecundum hanc concor-
diam & diſtinctionem determinãt domini de Rota in
deciſio. 167. vtrum poſſit,in anti.vbi late hunc articu-
lum examinant,& tandem concludunt ſecundum ſu-
pradictam diſtinct.quamuis Baldum non allegent,di-
ctam renunciationem ampliantes,quo ad effectum nõ
euitandi carceres,non valere, etiam ſi iuramento fir-
mata fuiſſet, vti per carceris intruſionem multa ſequi
poſſent inconuenientia, de quibus ibi. ſed vbi ex ali-
qua humanitate fieret intruſio,iuxta d.l. nemo carce-
rem.Codic.de exact.tribu.libro 10. & ex ea creditoris
commodum ſequi poſſet,vt ipſi exemplificant,talis re
nunciatio præiudicaret,& ſic cedendo ſe liberare nõ
poſſet,quo minus in carcerem detrudi poſſet,dũm ta-
men ex tali intruſione adeo ſibi non adimeretur liber
tas, quo minus poſſet eccleſiaſtica ſacramenta perci-
pere, & ſaluti animæ ſuæ incumbentia facere,ne ali-
quod ſalutis æternæ præiudicium incurrere poſſet,
nec nimia inhumanitas vel crudelitas ſequi poſſet, &
hanc concordiam ego etiam amplector,veluti huma-
niorem,& iuri ac æquitati conſonam, & eam quoque
tenet Rota in deciſion. 177. No.quod ſecundum ali-
quos,& in deciſion.211.No.quod quis mediante in an
ti. vbi etiam in clerico loquitur, qui renunciare non
poteſt beneficio,ne cõueniatur vltra quam facere po-
teſt,eam etiam ſequitur Eufred.in addition.ad Capel.
Toloſa.d.quæſt.61.Tenendo tamen primam opi.quod
non valeat pactum, quod debitor bonis cedere ne-
queat,fallit tamen in mul.caſibus. relatis per Socin.in
tract.fal.in regula. Pactum quod debitor.vbi 14.caſus
congerit,quos ne tranſplantare videar,ad ipſum te re
mitto, quamuis illos hoc opere in multis locis inue-
14 nies. Stante igitur ſupradicta concluſione, quod re-
nunciatio non valeat,nec pactum, caſu quo non euita
retur carcer,prout etiam in noſtro Ariminenſi ſtatu-
to diſponitur,ſub rubric.de ceſſion.bono.quod quili-
bet bonis cedere poſſit, etiam ſi per pactum vel alio
quocunque modo etiam cum ſacramento ſe obligaſ-
ſet,poſſe perſonaliter detineri, & etiam quod cum iu-
ramento fuiſſet bonorum ceſſioni renunciatum, vt e-
tiã ad aliud propoſitum allegauimus ſupra in 3.quæſt.
principali ſub num.4.Inferri videtur quod etiam non
valeat pactum,quod debitor obliget ſe in inſtrumẽto
ad carceres,ita inquit Ang.in auth. vt non fiant pign.
in fin.per tex.in l.ob æs.C.de action.& obl.Idem Ang.
Imol.Rom.& Alexand.d.§.eleganter.in 3. col. in prin.
verſic.ex prædictis.Imol.in d.c.cum contingat.Bald.in
d.l.Titio centum.§.Titio centum.il ſecundo. de con-
di.& demonſt.vbi limitat non valere quo ad credito-
ris carceres, & ſic priuati, quia contra bonos mores
eſt,ſed bene valet, quo quis ſe obligat ad carcerem iu
dicis,ſcilicet quod ſi non ſoluit, poſſit abſque proceſ-
ſu vel condemnatione carcerari, & refert ita conſu-
luiſſe Dy.& hoc ponit Cy.in l.j.Codi.de liber.homin.
exhib.idem Bald.firmat hoc in d.§.eleganter.vbi alle-
gat in argu.tex.in l.fi.Cod.de decurion.lib.10. qui tex
ſecundum Alex.nihil facit,quia in caſu ſpeciali loqui-
tur,quando iudicis copia haberi non poteſt, ſicut di-
citur in leg. ait prætor.§.ſi debitorem.ff.quæ in fraud.
credit.Ang.in d.§.eleganter.refert dictum Bal.& illud
in priuato carcere fatetur. quia nemo eſt ſuorum mẽ-
brorum dominus.l.liber hoc. ff.ad l.Aquil. Ad carce-
rem autem publicum ſimiliter fatetur illud verum,
quia etiam ſine pacto debitor carcerari poteſt, ſi non
ſoluit.l.j.Cod.tit.noſtro.Sed inquit non poſſe ſe obli-
gare,nec paciſci,vt autho.propria creditoris capi poſ
ſit,& ad publicos cerceres duci, niſi ſubſiſteret cauſa,
per quam de iure communi propria author.capere ſi-
bi liceret, vt in fugitiuo cum pecunia, & copia iudi-
cis tunc in promptu haberi nõ poſſet, iuribus ibi per
15 eum allegatis.Sed Imol.& Roma.in d.§.eleganter. &
Imol.in dict.§.Titio centum.il ſecundo.ſimpliciter te
nent,ꝙ ad carcerem etiam publicum debitor ſe obli-
gare non poſſit, nec virtute dict.pacti debitor capi &
car-



carcerari poterit,etiã per publicos officiales.idem te-
net Imol.in d.c.cum contingat.& eſt communis opi.
vt atteſtatur Felin.in d.c.ex reſcripto.colum.4.verſic.
iſta etiam faciunt.Tum,quia debitor non eſt ſuorum
membrorum dominus.d.l.liber homo.& quis ſe obli-
gare non poteſt ad id,quod eſt ſeruitutis ſpecies,d.§.
16 Titio centum.il ſecundo.Tum etiam, quia partes fa-
cere non poſſunt,quin ſolennitas & iudiciorum ordo
ſeruari debeat,vt per gloſſam in c.de cauſis.de officio
delegat.not.in cle.ſæpe.in verbo,neceſſario.de verbo.
ſignifi.in l.j.C.de execu.rei iudic.& habetur per ſcri-
bentes in authen.offeratur.C.de lit.conte. ſed de iure
ab executione proceſſus inchoari non poteſt, ſed re-
quiritur quod libellus, litis conteſtatio, & ſententia
præcedat.dicta l.j.de execu.rei iudi.& in l.ſi cum nul-
la.ff.de re iudic.& ad capturam in ciuilibus citatio &
libellus procedere debet, vt probatur in l. conſenta-
neum.& ibi Barto.& doct.C. quomodo & quando iu-
dex.& tradit Bart.in l.ex eo.ff.ad l.Iul.pecul. & ita per
17 has rationes tenuit Ange.in l.nemo poteſt,de leg.j.ad
quem ſe refert Alex.Pro quibus adducunt Alex.& Fe-
lin. vt ſupra,ſolenne dictum Innoc.& Oſtien.in c.P.&
G.de offi.delega.tenentium non valere conuentionẽ,
per quam debitor conuenit, quod ſi in termino non
18 ſoluerit,excõmunicari poſsit,citatione & cõtumacia
nõ præcedente:& ſic non ſeruata forma decretalis.ſa-
cro.extra,de ſenten.excommun.& prædictis etiam in-
fertur,ſecundum Dyn.Bart.& Alexand.in dicto §.ele-
ganter.in 2.colum.in prin.verſ.item allegatur. & Feli.
in d.c.ex reſcripto.col.4.verſi.Similiter valet, non va-
lere pactum,quod creditori liceat.authen. propria de
bitorem in termino nõ ſoluentem capere.idem firmat
Bald.in authen.ſacramenta puberum.col.j.C.ſi aduer.
19 vendi.vbi ampliat,etiam ſi ſit iuratum.Spec.tamen in
j.col.antepen.verſi.Item eſt beneficium.in titul.de re-
nuntia.& conclu.tenet hoc non procedere in ſcripto-
re,qui certo loco ſtare,& librũ ſcribere promiſit,quia
pactum valebit,ꝙ in compedibus detineri poſsit,iux-
ta gl.in l.ſtipulatio.§.ſiue autem.& ibi doct.ff.de noui
ope.nun.Illa gl.tamen communiter reprobatur ſecun
dũ Alex.in d.§.eleganter.in 2.col.circa fi.& Iaſ.in d.§.
fi.col.3 ver.Tertio fallit.ſub nu.12.inſtit.de action.Sed
idem Alexã.in l.ſtipulationes non diuiduntur.in pen.
col ſub nu.29.de verb.oblig.allegat Imol.in c.2.extra,
de pignor.dicentem glo.illam communiter approba-
tam,quam etiam inquit Bald.in l.nec patronis. in fi.C.
de oper.liber.veram eſſe,& locum habere in ſcriben-
te libros legales,non autem in ſcribente libros Boca-
20 tij,vel ſimiles.Item fallit in obſide ob generalem con
ſuetudinem.allegat text.in dicto c.ex reſcripto.& not.
in l.diuus.ff.de iure fiſci.& in l.obſide.ff.de teſtament.
21 Fallit etiam in eo qui pecunia redemptus fuit ab ho-
ſtibus,quia pro tali pecunia non reſtituta,poteſt à re-
dimente inuitus retineri,ſecundum Ange.in d.l.nemo
carcerem.per l.fin.C.de poſtlimi.reuer. Item fallit in
debitore fugitiuo ſecundum Bald.in d.c.ex reſcripto.
22 Nam hoc fit lege permittẽte.dicta l.ait prætor.§.ſi de-
bitorem.& ſubdit Bald.& Felin.in dicto c.ex reſcripto
prior.in 2.colum.ver.quæro vtrum teneat,aliter in an-
tepen.col.verſi.Item fallit in eo.ſub num.12 quod à cõ
trario valet pactum, debitorem perſonaliter detineri
non poſſe.per l.ſi conuenerit.ff.de re iudica.& dict.c.
Odoardus,de ſolution.

*SVMMARIVM.*

1 *Ceſſio bonorum per creditores,quinquennalem dila-*
*tionem debitori concedere volentes, impediri non po*
*teſt.& nu.2.& 4.*
2 *Electio creditoribus datur à debitore,ſi vult.*
3 *Alternatiua inter beneficia defert electionem bene-*
*ficiato.*
5 *Regula l.Lucio.de lega.2. & l.quod in hæredem.§.*
*eligere.de tribu.action.quomodo procedat.*
6 *Lex fi.C.qui bon.ced.poſ.quomodo procedat.*
7 *Maior pars creditorum quinquennales dilationes*
*indulgere poteſt,etiam in præiudicium creditorum*
*bona hypothecata habentium.*

## Creditores an impedire poſsint debitorem volẽtem cedere bonis per dationem quinquennalis dilationis, & quibus detur electio.

### Quæſtio 21.princip.

1 VIGESIMO PRIMO principaliter
quæro,debitor cõuentus in iudicio debi-
tum agnoſcens,vult cedere bonis:credito
res vero nolunt,ſed potius ei inducias ad
ſoluendum quinquennales indulgere vo-
lunt,ad quam dilationem concedendam,vel ad com-
ponẽdum cum debitore communi, omnes creditores
pro certa die & hora moneri debẽt,quòd in certo lo-
co debeant ſuper hoc conueniri,quia omnes in vnum
conuenire debent iuxta l.fina.C.titu noſtro. & tunc
quod maior creditorum pars determinauerit,aliis præ
iudicat,non tantum præſentibus, ſed etiam abſenti-
bus citatis,dummodo tamen ſit maior pars ipſorum,
iuxta l.maiorem,cum ibi not.ff.de pact.& argum.eo-
rum quæ not.per Felin.& Doct.in c.cum omnes,extra.
de conſtit.& per ea quæ tradit Iaſ.poſt alios in l.& ſuũ
hæredem. §.hodie. quem legit cum leg.iuriſgentium.
col.2.in princ.verſic.Videndum eſt.ff.de pact. & Alex.
2 conſilio.205.Viſis his.in prin.volu.2.An per hunc mo-
dum ceſſionem impedire valeant? Videbatur dicen-
dum ꝙ ſic,per text.in d.l.fin.in princip.quæ vult quod
creditoribus detur electio.In contrarium eſt veritas,
quia ab ipſo debitore creditoribus datur electio, ſi
vult,& non aliter ſecundum gloſſ. Bartolus.& Angel.
in d.l.fi.dicentes,ꝙ debitor creditoribus dicit,vel da-
te mihi inducias,aut cedam bonis: & ideo creditori-
bus præfertur debitor,quia tale beneficium ipſo iure
à lege abſque facto creditorum, immo contra eorum
voluntatem ſibi conceditur,vt l.j. Co. tit.noſtro.& ſic
bonorum ceſſionem impedire nequeunt.ita inquit Sa
lic in dict.l.fin.verſi. quæro,debitor conuentus.quem
ſequitur Are.in §.fin.col.3.in fin.verſicul.quæro, debi-
tor vult cedere bonis.inſtitu.de action.Bald.vero in d.
l.fin.poſt.prin.ver.quæro,cui datur electio. vult quod
3 hæc electio debitori detur.Quia alternatiua inter be-
neficia electionem beneficiato defert, vt not. in l.Lu-
cio.de leg.2.l.ꝙ in hæredem.§. eligere de trib. action.
& in l.ſi empt.§.fin.ff. de contrah.empto. cum ſimilib.
traditis per Felin.in c.inter cæteras.in vlt.col.de reſc.
& hoc intelligit eſſe verũ,quando inter creditores eſt
diſcordia,& inter eos eſt vtriuſque partis parilitas, a-
lioquin omnium creditorum vel maioris eorũ partis
eſt electio, vtrum quinquennales inducias concedere
velint,vel bonorum ceſſionẽ recipere, & ſi quinquen-
nalem dilationem indulgere velint,non poterit debi-
tor cedere bonis, ſed dilationem acceptare tenetur.
4 Roma.autẽ conſ.439.circa primum.col.j.verſi.quo ad
ſecundum.reputat hoc dictum Baldi falſiſſimum,quia
eſt contra caſum d.l.fin.volentis ꝙ exiſtente omnimo-
da inter creditores paritate,humaniorẽ ſentẽtiã præ-
ferri illã quæ induciarũ cõceſſionẽ amplectitur, & ſic
quum in hoc caſu lex diſponat, cõſequens eſt vt催eligẽs
diſponere nõ poſſit,in cuius poteſtate nõ eſt, iuris pu-
blici mutare ſtatuta.l.ius publicum. ff. de pact. & leg.
5 vterque.§.priuatorum.ff.de reg.iur.cum ſimil.& l.Lu-
cio.& ad l.quod in hæredem. reſpondet, regulam illã

non procedere eo caſu,quo vnum ex alternatiuis à de
bitoris poteſtate non dependet,ſed creditoris, vt eſt
hoc caſu conceſſum quinquennalibus induciis,quas
debitor ſolus ſibi ſtatuere non poteſt,vel alius ſine le-
6 gitimo mandato:ideo dicta l.fina.vult electionem cre
ditoribus à debitore conferri, qui alternatiue petere
debet,dicẽdo,paratus ſum cedere,vel poſt quinquen-
nium,ſi mihi dilationem quinquennalem conceſſeri-
tis,ſoluere.Aduerte tamen quod collegium Peruſi. cõ
ſil.213.Simon & Iac.circa fin.verſic.ſed ad id quod di-
citur.inter conſil.Ange.mouet hoc dubium, cui ceſ-
ſionis bonorum vel dilationis quinquennalis electio
competat,& ibi Cyn.allegat in d.l.fina.quod eſt debi-
toris electio.an velint bonis cedere, vel dilationem
quinquennalem habere:& ſecundum hanc opinio.in-
quit,quod ſequeretur quod creditores ſuper dilatione
quinquennali nihil diſponere poſſent.Sed cõtrarium
determinat ꝙ creditoribus electio competat,per glo.
in d.l.fin.& probatur per tex.ibi ſic inducendo. Nam
ibi ſtatur maioris partis voluntati. ergo creditoribus
electio competit,quorum eſt voluntas:nam etſi debi-
toribus electio competeret,non conſideraretur credi-
torum voluntas, ſed ipſius debitoris voluntas & ele-
ctio.& refert quod hoc non ponderauit Cyn. qui con
trarium ſcripſit in dicta l.fina.Hoc idem firmat Bapti-
ſta de ſancto Blaſio in tractatu de priuilegio dotali.in
260.priuil.num.60 Ego autem dico verum eſſe ꝙ cre-
ditoribus datur electio, ſed hoc poſtquam debitor ex
poſuerit,an creditores ei dilationem quinquennalem
aut bonorum ceſsionem indulgere velint,& ita decla
rat glo.in d.l. fin.ſuper verbo,detur,quam ſequitur ibi
Bar.Ange.Salic.& communiter doct. Facta igitur per
debitorem dicta oblatione,ſi quidem creditores con-
ſentiendo vnum eligãt,bene eſt:ſi vero inter ſe diſſen-
ſerint,ſtatur maioris partis iudicio, vt conſuluit præ-
dictum collegium Peruſi.vbi ſupra in prin.& illa ma-
ior pars minori præiudicare poterit. ad validandũ ta-
mẽ hoc pactum ſuper quinquennali dilatione, in qua
maior pars creditorum vocatorum,& in vnum locum
conuentorum conſenſit,etiam ſi minor pars contradi
cat,vel intereſſe noluerit, illud pactum, & illa quin-
quennalis dilatio per maiorem partem creditorum cõ
ceſſa,ſuperioris decreto roborari debet. dicta l.& ſuũ
hæredem.§.hodie.de pactis.Nam ſiue ſuper debiti re-
miſsione de pacto agatur,ad illud validandum, Præ-
toris decretum requiritur,vt per illud pactũ aliis cre-
ditoribus contradicentibus præiudicetur, vt dicto §.
hodie.ſiue ſuper quinquennali dilatione de pacto aga
tur,idem Prætoris decretum requiritur,vt dicta l.fina.
C.titulo noſtro.vbi ſuperioris officium ſuper hoc im
ploratur,vt ibi dicit text.in princip.& ita tenet colle-
gium prædictum.dict.conſ.213.poſt principium.& ma
ior pars primo ſecundum debiti cumulum intelligi-
tur,ſecũdo iuxta perſonarum numerum, tertio ſi om-
nia æqualia ſint:humanior eorum ſententia,qui indu-
cias indulgent quinquennales, & ceſsionem reſpuũt,
erit præferenda,neque hypothecarij creditores à chi
rographariis,quantum ad hanc electionem,diſtinguũ
tur: ſecus, ſi inter creditores tractetur, vt certa debiti
portione contẽti ſint:tunc enim per chirographarios,
quanuis in cumulo debiti, vel perſonarum numero
præponderent,hypothecariis non præiudicatur,quin
7 ipſi bonorum hypothecatorum poſſeſſorẽ ſemper cõ-
uenire valeant.ita eſt tex. in d.l.fin.& declarat Azo in
ſumma.C.titu.noſtro.in fin.Oſtien.in ſumma.eod.tit.
colum j.verſic.quid ſi plures ſunt. & Roma.vbi ſupra.
Attende tamen,maior pars quinquennales dilationes
concedere poteſt,etiam in præiudicium creditorũ bo
na hypothecata habentium,qui bonorum hypotheca
torum poſſeſſorem ſemper conuenire poſſunt.d.l.fina.
tradit Alexan.in d.l.& ſuum hæredem.§.hodie tamen.
col.2.verſi.iſtud tamen non habet locum.ff. de pactis.

*SVMMARIVM.*

1 *Creditores certã debitori partẽ remittere volẽtes, ne*
*ipſe fugam arripiat,& ne in ceſſatione perſeueret,an*
*paucioribus creditoribus præiudicare poſſint.& nu.*
*2.3.& 4.*
2 *Obligatio creditorum,per quinquennalem dilatio-*
*nem vel bonorum ceſſionem non extinguitur.*
4 *Debitor ſi aufugit,& redire nõ vult, niſi creditores*
*debiti partem remittant,maior pars creditorũ de*
*biti partem remittere poterit,non obſtante minoris*
*partis creditorum contradictione,ſi commode con-*
*ueniri non poterat,ſecus ſi de facili.& nu.5.& 6.*
7 *Creditores debiti partem mercatori fallito remitten*
*tes,remiſſam partem repetere poterunt, quando ad*
*pinguiorem fortunam peruenerit.*

## Creditores certam partem debitori remittere volentes,ne aufugiat,an poſsint aliis paucioribus creditoribus præiudicare.

## Quæſt.22.princip.

1 VIGESIMOSECVNDO principali
ter q̃ro,debitor ceſſans & fugitiuꝰ partẽ
debiti ſibi remitti petit,nõnulli credito
res nolunt ei certam partẽ remittere,ad
hoc ne in ceſſatione & fuga perſeueret,
an dicti creditores aliis creditoribus, quãuis numero
paucioribꝰ præiudicare poterũt?Oſtien in ſumma,tit.
noſtro.col.j.in fin.verſi.quid ſi debitor petit.& Angel.
in l.maiorem.verſicul. Item not habet locum hæc lex.
ff.de pact.& in l.fin.C.tit.noſtro. tenent quod certam
partem remittere non poſſunt,quia ius debiti aliorum
creditorum non conſentientium tollerent, quod non
poſſunt.regu.ius noſtrum, de reg.iur.ſed bene poſſent
eidem quinquennalem dilationem concedere, vel vt
bonis cedat,d.l.fin.vt in præcedenti q. diximus. Quia
2 per neutrum iſtorum obligatio funditus extinguitur.
l.reſcriptum.§.ſi.cum duabus legibus præcedentibus.
3 ff.de pact.Contrarium tamen tenet Roma.in ſingular.
capi.Creditores poſſunt.vbi vult,ꝙ creditores debiti
partem debitori pauperi,etiam contradicente aliquo
creditore,remittere poſſunt: allegat tex. in l.ſi plures.
& d.l.maiorem.cum l. præcedenti. ff. de pact. ſed non
totum debitum, quia tunc vnus aliorum ſententiæ ſta
re non tenetur,vt eſt caſus ſecundum vnam lecturam
& veram in l.apud Celſum.in prin.ff.de doli excep.&
ita tenet Guil.de Cun.Alb.& Bal.in l. iuriſgentium.§.
ſi ante aditam.ff.de pact.cum aliis adductis in addi.ad
Rom.in d.l.ſing.100.Tu dic ꝙ ſi debitor prin.aufugiſ-
4 ſet,& redire nollet, niſi creditores debiti partẽ remit-
tant,ꝙ tunc maior pars debiti partem remittere pote
rit,non obſtante contradictione minoris partis credi
torum præſentium,vel etiam aliquo ipſorum abſente.
ita tenet Paul.de Caſt.in l.& ſuum hæredem.§.hodie.
ff.de pact.& ibi Ale.in 2.col.verſi.Item limita iſtũ text.
Et ſuper tali pacto & remiſſione partis debiti ad illud
validãdum,Prætoris decretum requiritur,vt per illud
pactũ aliis creditoribus contradicentibus præiudice-
tur,vt eſt tex.in dict.§.hodie. & tenet collegiũ Peruſi.
conſil.213.Simon & Iac.poſt princip.verſicu.& ꝙ tunc
inter conſilio.Ange.& dies ſupra in præcedenti q. ſub
num.6.quod tamen declarat Alexand.in d.2.colum.in
princ.verſi.Et dicunt præſentes doct. Aut debitor fu-
5 gitiuus in loco erat, in quo de facili conueniri pote-
rat, & tunc partis debiti remiſſio fieri non poteſt, &
hoc caſu procedit opi.Oſtien.& An.de qua ſupra.Aut
6 commode conueniri non poterat, ſed cum magna
dif-



difficultate,& tũc maior pars remittere poterit, & ita
procedit opin.Paul.de Caſt.& Roma.de qua ſupra: &
ita reperitur fuiſſe concluſum in conſil.Neapo. vt de-
clarat Afflic.in deciſ.288.Sæpe & ſæpius,verſi.ſecũdus
caſus.& Mod.Anchoni.in tract.de mercatu.in rub. de
decoctorib.in 6.part. nu.5.verſ.quæro, Benedictus de-
7 coxit.cum ſequentibus.Aduerte tamen, ꝙ creditores
remittentes mercatori fallito debiti partem,poterunt
per conditionem ob turpem cauſam partem remiſſam
repetere.Marſil.in ſingul.432.Sæpe contingit Roman.
Alex.& Iaſ.in l.ſi.ff.de cond.ob turpem cau.quia tales
remiſsiones per creditores factæ debitoribus fallitis,
ſeu pauperibus de maiori ſumma pro minori ſeruari
non debent,ſed integra ſumma peti poſſet,vbi ad pin-
guiorem fortunam peruenerint.Ange.conſi. 53.in quæ
ſtione propoſita.quem ſequitur Io.Bap.de Plot. in re-
pet.l.l.ſi quando.nu.169.ver.& licet ad euitandum.C.
vnd vi.Hoc tamen intellige ſecundum diſtinctionem
traditam per Mod.Anchoni.in d.6.par.ſub nu.1.verſic.
Nos igitur diſtinguemus,videlicet an remiſsio ſit per
gratificationem,aut per extorſionem Primo caſũ va-
let talis remiſsio,ſecundo vero non,iuribus ibi per eũ
allegatis.

*SVMMARIVM.*

1 *Creditores ſi inter ſe certant ſuper bonis debitoris in*
*licitatione,quis eorum præferri debeat.*
2 *L.maiorẽ.ff.de pact.& l.ſi.C.qui bo.cede.poſ.proce-*
*dunt non ſolũ in caſibus in eis poſitis,ſed etiã in omni*
*alio caſu,in quo inter creditores eſt concertatio.*
3 *Creditor in licitatione ſi cognatus eſt,creditori tantũ*
*præfertur.*
*Creditor tantum in licitatione præfertur cognato tan*
*tum.ibid.*
4 *Stante Statuto,quod in licitatione cognatus præfera*
*tur,ſi extraneus rem pro maiori pretio quã valeat,*
*accipere vellet:cognatus vero pro pretio tantũ quod*
*valet,præfertur extraneus.*

## Creditores ſi certant ſuper bonis debitoris in licitatione,quis eorum præferri debeat.

## Quæſtio 23.princip.

1 VIGESIMOTERTIO principaliter
quæro,quid ſi facta bonorũ ceſsione,cre
ditores debitoris bona venũdari petũt,
& pro eorum ſatisfactione ad bonorum
licitatationẽ deuenitur,nec aliquis qui
bona illa emere velit,reperitur,& inter ſe certãt credi
tores,quia quilibet pro pari pretio & cõditiõe ea eme
re vellet,quis eorũ præferri debeat.Ang. in l.j.tenẽdo
ſecundã gl.lecturam,ff.de priuil.credi.inquit ibi aper
tum eſſe caſum,ꝙ vbicunq; certãt inter ſe creditores,
quid de bonis debitoris in ſolutione ceſſantis agendũ
ſit,ſemper humaniori creditorũ ſententiæ ſtandũ eſt:
cæterum ſi nulla humanior inuenitur, & omnia paria
ſunt,cognatorũ iudicio ſtandũ eſt,qui creditores ſint,
& ſi nullus extat cognatus,iudicio eius cui maior pe-
2 cunia debetur,ſtandũ eſt,& ſic l.maiorem.ff.de pactis.
& l.ſi.C.titul.noſtro.locum habent non ſolum in caſi-
bus ſignanter poſitis in illis legibus, verum etiam in
omni alio caſu,in quo inter creditores eſt cõcertatio,
qualiter ſuper bonis debitoris in ſolutiõe ceſſantis cre
dita conſequi debeant,eo quod debitor ſoluendo non
eſt.Barto.vero in dicta l.j.refert illam ſecundam gloſ.
lecturam non eſſe bonam.quia illa lex etiam in cogna
to loquitur, qui non eſt creditor, vnde ei adiudicari
non poteſt:ſimiliter quaſdam alias lecturas reprobat,
& tandem lecturam Iacob.de Are.tanquam veram &
probabilem ſequitur, dicens quod ibi lex loquitur in
pluribus emere volentibus.qui æquale pretium offe-
rebant.Vnde ſi creditor cognatus eſt, creditori tãtum
3 præfertur.& ita tenet Cyn.& Bal.in l.Imperator.verſ.
in tex.ibi,neceſſarium.ff.de pact.Item creditor tantũ,
præfertur cognato tantum:ſi vero nõ extat aliquis co-
gnatus,qui emere velit, ſed ſolũ creditores. Dic quod
ille,qui maioris ſummæ creditor eſt,præfertur. ſi vero
alij eſſent creditores,& alij prorſus extranei,credito-
res extraneis præferuntur.Si vero ſtante ſtatuto, ꝙ co
gnatus præferatur,& extranei rem pro maiori pretio,
4 quã res valeat,accipere vellent,cognatus vero pro pre
tio ſolũ quod valet,extranei cognato præferũtur,non
ecõtra ſecundũ Bald.in l.2.col.ſi.verſi.ſed hic occurrit
dubium.C.de reſcin.vendi.quia non eſt quis gratioſe
contrahere compellendus,ſed pro pretio quanti pluri
mi reperitur,dummodo ſine fraude & colluſione fiat,
& æqualibus pactis, vt ibi per eum, quem communi-
teſe quuntur doctor.vt atteſtatur Cagnol.ibi in ſi.cũ
pluribus concordantiis ibi per eum citatis.

*SVMMARIVM.*

1 *Creditor primus hypothecarius an poſſit totam pecu-*
*niam,per debitorem ſecundo creditori ſolutã, auoca*
*re.& nu.4.& 7.*
2 *Hypotheca nõ competit primo creditori pro pecunia*
*ſoluta ſecundo creditori,ſi bona fide fuit conſumpta.*
3 *AEquitas ſola inter merca.attẽdi debet,& inter eos*
*de bono & æquo proceditur,& ſolennitates & rigo-*
*roſitates iuris non attenduntur.*
4 *Creditor primus hypothecarius poteſt à ſecundo ſolu-*
*tionẽ pro medietate ſibi factam auocare:ſecus,ſi ipſe*
*primus creditor priuilegiatus eſſet, quia totam pecu*
*niam reuocare poſſet.& nu.5.*
*Creditor vnus ſi immiſſus eſt in poſſeſſionẽ ex primo*
*decreto,alij etiam immiſſi cenſentur.eod.*
9 *Creditores primi pecuniã poſterioribus creditoribus*
*per heredem ſolutam,qui cum inuentario hæredita-*
*tem adiuit,reuocare poterunt.*

## Creditor primus hypothecarius an poſſit à ſecundo creditore pecuniam ſibi ſolutam auocare.

## Quæſtio 24.princip.

1 IVXTA prædicta vigeſimoquarto prin
cipaliter quæro,nũquid creditor hypo-
thecarius primus poſſit à ſecũdo hypo-
thecario pecuniã ſibi per debitorẽ ſolu
tam auocare?hanc q.late examinat Afflict.in dec.Nea.
190.Pulchrum fuit dubiũ.vbi multos excellentiſſimos
viros adducit,inter quos fuit Ang.de Gãb.de Aret.A-
lex.de Imo.& Frãc.de Accol.de Are.qui ꝓ parte affir-
matiua in fauorẽ primi creditoris conſuluerũt cõtra
creditorẽ ſecundũ,cui ꝑ debitorẽ pecuniæ ſolutæ fu-
erunt,tandem refert contrarium in ſacro cõſ.deciſum
2 fuiſſe,ꝙ pro pecunia ſecundo creditori ſoluta, hypo-
theca primo creditori nõ cõpetit. quãdo pecunia bõa
fide conſumpta fuit,& ita determinat Ange.in l.tuto-
res.ff.de condit.indebit.Subdit Afflic.quod ſi ſecus di
ceretur,vnũ ſequeretur inconueniens,ꝙ ſi vnius debi
toris falliti plures eſſent creditores,& debitor ille ſe-
cundis creditoribus ſoluiſſet tempore quo creditum
habebat,primus creditor contra ſecundũ creditorem
qui ſuum conſecutus fuerat,agere poſſet, & totus mũ
dus in litibus volueretur, & mercatores contractare
non poſſent:& ita alias in dict.conſilio,determinatum

fuit,vt refert Capy.in deciſ.78. In caſu Iuliani. colũ.
j.num.2.Pariſi.conſil.69.ſi iuris.volumi.iiij. conſuluit,
hanc determinationem & ſententiam multam ſapere
æquitatem,quanuis de rigore iuris,quod pr mus cre-
ditor poſsit à ſecundo pecuniam illi ſolutam auoca-
re; & illa æquitas ſecundum eum, multum attendi &
conſiderari debet, ne inter mercatores prohibeatur
commercium,& ne litibus implicetur,& eo maxime,
3 quia inter mercatores ſola æquitas attendenda eſt, &
de bono & æquo inter eos procedi debet & ſubtilita-
tes & iuris rigoroſitates minime ſunt attendendæ,iux
ta notata in l.quintus.& l.ſi fideiuſſores.§. quidam. ff.
manda.cum ſimilibus. Eandem ſententiam ſequitur
4 Grammat.in j.quæſtion.quam poſt eius deciſiones ap
poſuit,vbi Afflict.Capy.& Pariſi.allegat vbi ſupra.Cõ
trarium tamen conſuluiſſe videtur Paulus de Caſtro
con.169.viſo puncto ſuprafcripto & allegationibus.in
primoquæſito.volumi.2.in nouis. dicens primos cre-
ditores ſolutiones poſterioribus creditoribus factas,
pro dimidia reuocare poſſe,per textum allegatum per
Afflict.& ſequaces in l.non expedierit.§.j.verſic.quod
ſi vtraque.ff.de bon.autho.iudi.poſsid.in l.qui autem.
§.ſciendũ.verſi.Qui vero.& in l.pupillus.cum ibi no.
per docto.ff.quæ in fraud.credit.& in l.verum.§.ſi cũ
tres.ff.pro ſocio.in quibus iuribus habetur,quod quã-
do creditores æquales eſſe debent, vt eſt de iure com-
muni,quando pariter inſtant, & nullus priuilegium
habet vel pariter habent,ſeu etiam quando bona per
vnum incœperunt ex primo decreto poſsideri,quo ca
ſu omnes immiſsi cenſentur.l.cum vnus.in principio.
& ibi gloſſ.plena.& Barto.ff.de bon.autho.iudic.poſſ.
& per Neguſan.in tract.de pigno.in ſecundo membro
tertiæ part.q.8.num.10.non poteſt debitor vni in alio-
rum præiudiciũ gratificare,& ſi gratificat,alij reuoca
re poſſunt,& petere cum illo ſe adequari, pro hoc fa-
cit regul.non debet alteri per alterum.ff.de regul.iu-
ris. Secus,inquit,Paul.ibi, ſi eſſet caſus in quo aliqui
5 creditores aliis ratione alicuius priuilegij potiores eſ
ſe deberet.illi enim tũc totum reuocare poſſent,quod
aliis creditoribus non priuilegiatis ſolutum eſſet.l.ex
facto.§.fin.ff.de pecul.l.tertia.ff.quod cum eo.& l.de-
ferre.§.fi.ff.de iure fiſc.& ita tenet in hoc caſu Capy.
in d.deciſ.78.colum.2.num.5.Alium caſum adde,ſi pe-
6 cunia per hæredem,qui cum inuentario hæreditatem
adiuit,ſecundis creditoribus ſoluta fuiſſet. nam hoc
caſu primi creditores à poſterioribus eam reuocare
poterunt,quanuis contra hæredem agere nõ poſſent,
vel rem vti primis creditoribus hypothecatam per hæ
redem venditam,ab emptore vendicare ſecundum Ia
ſo.in l.fina.§.ſi præfatam.col.j.verſicu.quinta vtilitas.
C.de iure deliberan.vbi dicit eſſe mirabile, quod in-
uentarium operetur excluſionem hypothecæ, quam
7 creditor ſpecialiter habebat.Solu.Dic,ꝙ opin.Afflic.
& ſequacium procedit,vbi ſolutio in cõtumaciam &
negligẽtiam primi creditoris,poſteriori creditori fa-
cta fuit,quæ negligentia primo recipienti ſolerti no-
cere non debet.iſto enim caſu locus eſt gratificationi,
vt eſt text.expreſſus in d.l.ſi non expedierit.§.j.verſic.
quid ergo.& ibi glo.in verbo,noceat.& ita tenet Ale-
xan.in d.§.& ſi præfatam.col.2.circa fin.verſic.in ea.in
fin.nume.8.opin.vero Paul.de Caſtr.procedit, vbi in-
ſtantibus omnibus creditoribus facta fuit ſecundo
creditori ſolutio.nam hoc caſu primus creditor ſolu-
tionem à ſecũdis creditoribus ſaltem pro dimidia re-
uocare poteſt.quum tex.in d.§.j.verſicul.quod ſi vtra-
que.diſponat,quod ſi inſtantibus omnibus creditori-
bus ſecundo creditori gratificauit debitor portionem
hæreditariam (ſi que ſupererat) quæri,j. creditor ſe-
cundum magis communem opinionem, vt atteſtatur
Ale.in d.§.& ſi præfatam.eo.num.8.Si vero non ſuper-
eſſet, communicandum eſſe, quod vltimus creditor
acceperat,& hoc modo reduci poſſunt ad cõcordiam
opin.quanuis Moder.Anchoni.in tracta. de mercatu-
ra.in vlti.parte de Decoctor.ſub rubr.qui potio.in bo-
nis decocto.habeantur.nu.28.ſub verſi.Nouiſsime prę
termiſsis.ſatis diffuſe ſuper hac q.loquantur.

*SVMMARIVM.*

1 *Paupertas allegata in precibus per debitorẽ volẽtem cedere bonis,an per eum probari debeat. vel ex verbis pr ecum & reſcripti probata dicatur.& num.5.*
2 *Beneficium ceſſionis,ab inopia & debitoris miſeria cauſatur.*
3 *Creditor inopiam debitoris probare nõ tenetur,quã do contra fideiuſſorem vult procedere.*
4 *Debitor aſſerens ſe in bonis non habere tantum,quod creditori ſufficiat,ſatis probare dicitur ſuam paupertatem.*
*Creditor volens dicere,debitorem plus habere in bonis,probare debet,eod.*
5 *Debitor allegans ſe pauperem ,probare tenetur. & nu.7.ſed contra,nu.8.*
6 *Glo.in l.cum de lege.ff.de probation.eſt communiter approbata,& quomodo procedat.*
8 *Ruſticus annumeratus inter perſonas inopes,allegans ſe pauperem,& nihil in bonis habere, paupertatem probare tenetur.*
9 *Paupertas alicuius probatur per famam viciniæ,& per cognoſcentes eum,& ſi oſtiatim mendicaret, & num.10.& ſi bonis ceſſerit,num.11.& per libros æſtimi.num.12.*

## Paupertas allegata per debitorę volentẽ cedere bonis,an per eũ probari debeat.

### Quæſtio 25.princip.

1 VIGESIMOQVINTO principaliter
quæro,quia ſuperi⁹ in 8.q.principali verſ.
quid autẽ ſi in precibus debitoris.nu. 8.
appoſita fuit forma reſcripti principis, ꝙ
cõſtito de oratoris paupertate, ipſum ad
alterutrum beneficiũ admittat,&c. Quum ſemper ad
petitionẽ volentis admitti ad beneficiũ.c. Odoardus.
extra,de ſolut.vel alternatiuæ ad bonorum ceſsionẽ,
aut ad terminum quinquennalem,iuxta l.fin.C. titulo
noſtro.in ſignatura dicatur, Conſtito ſummarie de o-
ratoris paupertate, ipſum ad alterum de duobus be-
neficiis admittat,& prout de iure,& hoc ꝓpter multa
quæ circa hoc requirũtur,iuxta not.in d.c.Odoardus.
vnde non eſt neceſſe ꝙ aliter cedat bonis, dũmodo de
paupertate legitime cõſtare poſsit, ſecundum Panor.
ibi,& Rotam in deciſi.567.vtrum poſsit.ante fin.verſ.
nam dico,ſi doceat.in anti.cũ aliis citatis per Staphy.
in tract.de liter.gratiæ & iuſtitiæ. fol.156.verſ.quando
2 quis petit.in j.impreſsis. Nunquid ex verbis precũ &
reſcripti dicatur probata oratoris paupertas,vel aliter
per oratorẽ paupertatẽ ꝓbari requiratur? Videbatur
dicendũ,ꝙ ſatis per eum videatur probata paupertas.
Quia ſicut ab inopia & miſeria cauſatur ceſsionis be-
neficium.l.pen.& fi.C.tit.noſtro.ſic ex inopia intentio
cedere volentis fundari videtur:ideo videtur quod il-
3 lam probare non habeat,ſicut etiã debitoris inopiam
creditor probare non tenetur quãdo vult ad fideiuſſo
rẽ venire,vt per Bar.in l.hoc iure.& in l.ſi illa.ff.de ver
bor.obli.& refert Imol.in d.c.Odoardus.col.penul.in
4 prin.ver.quærit hic etiã dominus Pet.nu.24. Satis etiã
probata videtur ex eo,quod debitor aſſeruit ſe nõ ha-
bere in bonis tantum, quod pro creditorum ſatisfa-
ctione ſufficiat. vnde volens creditor dicere debito-
rem plus habere,probare debet.gloſſ.eſt not.in l.cum
de lege.ff.de probat.facit text.in l.fin.§.licentia. & ibi
Doct.



Doct.C.de iure delib.& illam gloſ.ſequitur ibi Barto.
& communiter ab omnibus approbatur.Eam quoque
ſequitur Ale.conſi 55.Conſideratis.column.pen.in fin.
verſicul.& Satis erit.volumi.j.cum pluribus aliis con-
cord.de quibus per Iaſo.in l.ſi conſtante.in prin.colũ.
20.verſicu.extra glo.Barto.in j.q.ff.ſolut.matr.& illam
gloſſ.tenet Paulus de Caſtr.in l.maritum.in princ.ſub
nume.2.eod.titul.dicens ſatis eſſe,quod maritus dicat
ſe non habere in bonis niſi talem & talem rem, vt gau
dere poſſit beneficio,ne conueniatur vltra quã facere
poſſ.& qui dicit eum habere plura bona, & eſſe diui-
5 tem,probare debet.Contrarium tamen eſt verius,quia
allegans ſe pauperem,hoc probare debet,vt probatur
in l.ſi creditores.ff.de priuileg.credit.& l.final.ff.de li-
be. agno.& hoc eſt,quia paupertas eſt allegantis fun-
damentum,& quia ſuper ea ſe fundat,eam probare de
bet.l.ei qui dicit.ff.de probation.& pro hac parte ſem
per allegari ſolet gloſſa. ſingular. & communiter ap-
probata in l.ſi vero. §. qui pro rei qualitate.ff. qui ſa-
tiſdat.cogã.quæ dicit, quod qui paupertatem allegat,
eam probare debet, & ecõuerſo qui aliquem diuitem
allegat,hoc probare tenetur.per quam gl.inquit Ang.
ibi, ꝙ vbicunque diuitiæ vel paupertas ſunt cauſa &
fundamentũ intentionis allegantis, ei incumbit onus
probandi etiam in negante.idẽ dicũt ibi Pau. de Caſt.
Alex.& Iaſo.& plene per Alciat.in tract.de præſumpt.
in 2.regu.in præſumptione.27.verſic.& ſupradicta ha-
bent locum.num.4.& ibi Arelata.in addi. quod etiam
firmat Alexã.in rub.ff.de no.oper.nunc.in pen.colũ.ad
fi.verſic.Quod eſt vna truſa.fac.reg.in d.l.hoc iure.&
in l.ita ſtipulatus.verſicul.quod ſi ab initio.ff.de verb.
ob.Io.And.in c.bonæ.& ibi Panor.extra,de elect. Bar.
in d.l.in illa Alex.& Iaſ.ibi in 4.col.in prin.verſi.Extra
gloſſ.Bart.Alex.conſi.39.Viſo themate.volu.j.conſi.91.
Repetitus.colum.fi.in prin.vol.7.idem conſil.123.Viſo
proceſſu columna prima conſilio. 134. & conſilio. 136.
viſo proceſſu.colum.j.ſub nu.2.eod.vol.7. Iaſo.conſil.
34.Ad motiua.col.4.in princ. verſicul.non obſtat mo-
do.volu.j.& ita reperio fuiſſe deciſum in conſil.Neap.
vt refert Afflic in deciſ.377. Princeps conceſſit vniuer
6 ſitati. Non obſt. in contrarium deducta, & præcipue
gloſſ.in dict.l.cum de lege.ſuper quę ſe fundant doct.
allegati. Nam doctrina illius gloſ.in ſe eſt veriſſima,
& in iudicando tenenda:& temerarium eſſet ab ea re-
cedere,quum eam expreſſe ſequatur Bartol.in dicto.§.
licentia.in l.is poteſt.col.pen.ff.de acquir. hæredit. in
l.conficiuntur.§.codicilli.in fi.ff.de iure codi.in rubr.
ff.de no.ope.nun.in vltima col.in l. decem.in princip.
ff.de acquir.hæredi. & in d.l.ſi conſtante in princ.in j.
q.primæ par.principalis,cum aliis infinitis concorda.
diffuſe relatis per Iaſ.d.conſil.34.col.3.verſic.non obſt.
replicationes.& illa gloſſ.intelligitur eſſe vera, quan-
do concurrit pro eo qui aſſerit, aliqua præſumptio,
prout concurrit in caſu d.§.licentia.Ex quo enim hæ-
res inuentarium ſolenniter fieri fecit, pro eo eſt præ-
ſumptio,quöd in hæreditate plura bona nõ ſint,& tũc
per modum prædictum ſufficit probatio. & ita illam
gloſſ.declarat Iaſo.in dict.§.licentia.col.j.in fin.verſi.
ego omiſſa.& d.conſi.34.col.3.circa fin.& in d.l.ſi con-
ſtante.in princ.col.21.in fin.verſi,ex prædictis conclu-
de.& Ruyn.conſil.49.de duob.quæritur.col.2.verſicu.
non obſt.not.per gloſſ.volu.5.& Bellon.conſil.34.Viſis
fundamentis,col.j.numero.2. Si ſi nulla concurrit præ
ſumptio,nec coniectura ſaltem iuridica,per ipſum aſ-
ſerentem probari debet eius paupertas: alioquin ea
non probata,ad ceſſionis beneficium admitti non de-
bet, maxime vbi ita princeps in reſcripto diſpoſuit,
dum dixit, conſtito de oratoris paupertate: qua ergo
non probata,debitor dicto beneficio gaudere non de
bet,& plures alias reſponſiones ad gloſ.in d.l.cum le-
ge.tradit Cãpegi.in tract.de dote.in tertia part. quæſt.
20.incip. Qualiter probentur facultates.quem per te
videas,ne ibi dicta per eum tranſplantare videar.Nec
obſt.dicta per Paul.de Caſtr. in d.l. maritum. quia ibi
vxor aſſerebat maritum plura habere bõa, & diuitem
eſſe,merito ipſa tenebatur illud probare, prout hic ce
dere volens aſſerendo ſe pauperem eſſe, eius inopiam
probare tenetur,vt firmat glo. Alber.& alij in d.§. qui
pro rei qualitate,& Albe.in d.l.ei qui dicit.ad fi. num.
7 8.Ille ergo qui ſuper paupertate ſe fundat,eam proba-
re tenetur,vt eſt gloſſ. ſing. & communiter approbata
in d.§.qui pro rei qualitate,quam etiam ad hoc propo
ſitũ allegat Ruyn.in d.conſi.49.col.j.verſi.quia ille qui
dicit.Poſſet forte dici,hoc in agricola non procedere,
8 quum talis annumeretur inter perſonas inopes,quę ni
hil habere dicũtur,etiã ſi ex ſuo artificio viuere poſ-
ſent,vt conſuluit Aymo cõſ.199.Ad ſubtilia.col.2.in fi.
9 verſ.ſeptimo contra Decium vol.j. Hoc tamen intelli-
ge,niſi contrarium ex reſcripto Principis appareret.
Qualiter autem conſtare dicetur, quem pauperem vel
inopem eſſe,doc. dicunt,per famam, quia ſic eſt fama
in vicinia,vbi habitat,& inter cognoſcẽtes eum, facit
ꝙ not.per glo.& Cyn.in l.vbi adhuc.C.de iure dot.&
in d.l.ſi cõſtante.in prin.& ꝙ ibi plene per Bar.& doct.
& ideo ſeruatur in practica,probationẽ hanc fieri per
teſtes de tali fama,& eius paupertate.Vel dicetur etiã
conſtare,ſi vere,& non ficte oſtiatim ibat mẽdicando.
nam hoc paupertatis ſignũ eſt,niſi exaduerſo per cre-
ditores probetur,ꝙ loculos depoſitos,vel res alias ha-
beat.c.j.extra, depoſi.& l.ex perſona.C.de probation.
Item probatur paupertas alicuius, quia male indutus
eſt,& nihil habet in domo,vel per vulgi opin.vt tradit
Alb.in d.l.ei qui dicit.circa fi.num.9.& in d.§.qui pro
